

Tomus tertius operum.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

PERIPATETICORVM PRINCIPIS,

QVI RHETORICORVM LIBROS AD ARTEM dicendi attinentes, atq; Poeticam affert. Etiam eos quos Ethicorum vel Nicomachios vocant, cum fidiss. Commé. Auer. paraphrasi. Magna Moralia, nec non quos ad Eudemum scripsit. Libellumq; de virtutibus.

HIS ACCEDVNT II, QVI DE REPVB. VEL Politicorum vocantur, & Oeconomici de re familiare tractantes. Ad calcem autem Paraphrasim Auerr. super libros de Republ. Platonis. Hæc luculentissima, Purgata, summoq; labore nouissime expolita suscipito.

In Hoc quæ includantur tomo, sequens indicat pagella.



Cum summi Pontificis, Gallorum Regis, Senatusq; Veneti decretis.

VENETIIS MDLX.

IN HOC QVARTO THOMO HAEC CONTINENTVR.

INDEX SVMMARVM AC CAPITVM LIBRORVM, QVI IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Summa ac capita Primi Libri.

SVMMA LIBRI.



E rhetorices cum dialectica, conuenientia eius vtilitate, essentia, subiecto, ac instrumentis.

De triplicis Rhetorices, causarum generibus, ipsorum finibus, circa quæ vnumquodq; versetur, ac quibus vitiatur exequita narratio.

Summa, ac Capita Secundi Libri Artis Rhetoricæ.

SVMMA LIBRI.

DE hominum affectibus, etatum ac fortunæ Moribus.

De posibili ac imposibili.

Summa, ac Capita Tertii libri Artis Rhetoricæ.

SVMMA LIBRI.

DE his, quæ ad Dictionem, Eloquutionemue pertinent, De partium ordine in ipsa oratione.

Capita Paraphrasis Auerrois in libris Rethoricorum Aristotelis.

Capita primi libri.

Tractatus.

Capita paraphrasis in Secundum librum Rhetoricorum.

SVMMA LIBRI.

Capita Paraphrasis in tertium librum Rhetoricorum.

Summa ac capita libri Rhetorica ad Alexandrū Aristotelis.

SVMMA LIBRI.

De tribus causarum generibus, probationibus omnibus, elocutione, ac orationis partibus, tum in vniuersum, tum sigillatim in vnoquoque causarum genere.

Summa ac capita libri de Poetica Aristotelis.

SVMMA LIBRI.

DE Poeseum conuenientia, ac differentiis poesis origine, ac incremento: Tragediæ essentia, partibus, ac speciebus. Epopæiæ pariter: Poetarum increpationibus, ac defensionibus, Tragediæ q; & Epopeiæ comparatione.

Capita Paraphrasis Auerrois Cordubensis in librum Poeticę Aristote.

Summe Paraphrasim Auerr.

Summa, ac Capita Primi libri Moralium Nicomachiorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Secundi libri Moralium Nicomachiorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Tertii libri Moralium Nicomachiorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Quarti libri Moralium Nicomachiorum.

SVMMA LIBRI.

Summa ac Capita Quinti libri Moralium Nicomachiorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Sexti libri Moralium Nicomachiorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Septimi libri Moralium Nicomachiorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Octaui libri Moralium Nicomachiorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Noni libri Moralium Nicomachiorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Primi Libri moralium Eudemiorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Secundi libri Moralium Eudimiorum.

SVMMA LIBRI.

Summa

Summa, ac Capita Tertii libri moralium Eudemiorum.

SVMMA LIBRI.

Pro Quarto, quinto, & Sexto sequentibus libris lege Quintum, Sextum, ac Septimum Nicomachiorũ. hic.n.ex eo loco translati fuere, nullo penitus mutato verbo: vt in Græcis exemplaribus videre licet.

Summa, ac Capita Septimi libri moralium Eudemiorum.

SVMMA LIBRI.

Capita Libelli de virtutibus.

Summa, ac Capita libri Primi Politicorum.

SVMMA LIBRI.

Summa,ac Capita Secundi libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Tertii libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Quarti libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

DE uariis rebuspublicis, ac ipsarum speciebus & tandem de optima. Qui apti sint ad unam rempublicam, qui ue ad aliã. De earũ mutuis deceptionibus. De reipublicæ partibus, consiliis scilicet, magistratibus, & iudiciis. char.418.

Summa, ac Capita Quinti libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

DE rerum publicarum mutationibus, seditionibus, earum causis, ac medelis. De diuersarum specierum rerumpublicarũ muta-

Summa, ac Capita Sexti libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Septimi libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Octaui libri Politicorum.

SVMMA LIBRI.

Summa, ac Capita Primi libri Oeconomicorum, Aretino interprete.

SVMMA LIBRI.

Summa ac Capita Secundi libri Oeconomicorum.

SVMMA LIBRI.

Hæc eadē capita inuenies in Donati trāslatione in margine notata.

Exemplorum in Secundo Oeconomicorum libro, Donato interprete, elenchus.

Quibus libris Platonis correspondeant, & quę Aueroes pertractet, in margine leges.

FINIS.



ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, ARTIS RHETORICAE

LIBER PRIMVS.

Georgio Trapezuntio interprete.


Cum Auerrois Cordubensis Paraphrasi.

Abramo de Balmes interprete.

SVMMA LIRI.

De Rhetorices cum Dialectica, conuenientia, eius vtilitate, essentia, subiecto, ac instrumentis. De triplici Rhetorices, Causarumve generibus, ipsorum finibus, circa quę vnumquodque versetur, ac quibus vtatur, exquisita enarratio.

De eisdem Rhetoricam, ac Dialecticam esse. Eos qui de Rhetorica ante Aristotelem scripserunt, defectuose, ac non recte scripsisse. Quae sit ipsius vtilitas. Cap. I.

A Hętorica Dialecticæ ęquipollet. nam de iis vtra que est, quę omnium quodam modo communia, & nullius determinatæ sciētiæ esse cognoscuntur. Quapropter omnes etiam vtriusque aliquo modo participes sunt. quippe omnes aliquousque tum quærere ac reddere rationem, tum defendere & accusare conantur. Verum multi hæc temere, nonnulli exercitatione ac habitu factitant. Quæ quoniam vtroque fieri modo possunt, patet quòd possunt & in certam rationem ac viam redigi, cum eius causam inspicere possimus, quo tam qui exercitatione, quam qui casu dicunt, quod vo-

A natura quodāmodo est Rhetorica et Dialectica.

lunt adipiſcuntur.id vero artis eſſe officium omnes recte concedent. D

Contra eos, qui ãte Arist. ſcripſerunt, & qui de ſectuoſe ſcipſerint.

Quicunq; igitur eloquentiæ artes ad præſens vſque compoſuerunt, paruam ipſius particulam adinuenerunt. Nam cum fidem facete, artificioſum tantummodo ſit, cætera vero accedant:ii de enthymematibus quæ perſuaſionis ſunt nerui, nihil dicunt:de iis autem quæ præter rem ſunt, plurima pertractant. indignatio enim miſericordia, ira, cæterique animi affectus, non de ipſa re ſunt, ſed commouendi iudicis cauſa. Quare ſi quemadmodũ in nonnullis ciuitatibus fieri ſolet, maximeque in iis quæ bonis legibus gubernatur, ſic in omnibus quoque iudiciis eſſet:nihil profecto haberent quod dicerẽt. Nam omnes oportere legibus eſſe ita conſtitutum arbitrantur, partim etiam vtuntur, ac prohibent præter rem quicquam dicere, vt Ariopagitæ, recte id ita putantes. Non enim oportet in iram aut inuidiam aut miſericordiam impellendo, a recto iudicem flectere.ne ſi miles ei ſimus, qui eam qua vſurus ſit, regulam prius inflectit. Ad hæc quoque perſpicuum eſt, nihil ad litigantem pertinere, niſi vt B oſtendat, res ſit, nec ne, & factum ne ſit, an non. Si vero magnum aut paruum, iuſtum aut iniuſtum, quæ legiſlator non determinauit, ea non a litigantibus accipere, ſed per ſeipſum iudicem ſcire oportet. Maxime igitur conuenit vt quæ recte poſitæ ſunt leges, cuncta ipſæ explicent, quæ explicari queant, & quam minima iudicibus relinquant. Primum, quia vnum aut paucos prudentes qui leges ferre aut iudicare poſſint, facilius eſt inuenire quam multos: Deinde, quoniam longi temporis conſideratione leges feruntur, iudicia breuiſsime conficiuntur, difficile eſt vt bene a iudicibus iuſtum & conducibile diſtribuatur. Illud autem omnium maximum eſt, quod legiſlatoris iudiciũ non de ſingulis, nec de præſentibus, ſed de vniuerſalibus & de futuris eſt: ſenator vere & iudex de præſentibus iam determinatisq; iudicant. Vnde fit vt cum & ament, & oderint, ſua quoque vtilitas connexa ſit, non ſatis queant veritatẽ perſpicere: ſed propria vel voluptas, vel dolor iudicia ſua obumbret. Quare minimam F cæterarum rerum poteſtatem iudici tribuendam dicimus: factum vero eſſe, aut non factum, & fore aut non fore, eſſe quoque, vel non eſſe: hæc omnia, cum non poſſit lator legis prouidere, iudicibus relinquenda neceſſario ſunt. Quæ quoniam ſic ſe habent, patet cum de exordio, narratione, cæterisq; particulis quid habere debeant præcipiunt, aliena remotaque ipſos præcipere. Nihil enim aliud ii agunt, niſi vt iudicem quomodocunque afficiant: de artificioſa autem perſuaſione nihil afferunt: quod eſt vt oſtendant, Vnde quiſpiam enthymematicus fieri poſſit. Idcirco ẽt cum eadem ſit uia & ratio deliberationis & iudicii: cumque melior, ac ciuitatibus vtilior deliberatiua præceptio ſit, quam iudicialis de illa nihil, de hac plurima tradere conantur. Minus.n.in deliberationibus conducit præter rem dicere, minusq; malitiæ deliberatio habet, quã iuriſdictio: cum ſit

Quid iudicibus tribuendũ, & quid legi.

Cur de iudiciali pte, magis q̃ de deliberatiua, ab aliis tractatum ſit.

A communis.hic.n. de singulis quæ vidit iudicaturus est.itaque nihil aliud demõstrare oportet, nisi ꝙ sic se habeat, vt is qui cõsulit affirmat.In iudicialibus aũt id non satis facit.nã cum de alienis rebus iudiciũ sit, vtilis ẽ auditorũ præparatio:qui rem suã cõsiderãtes, ac ad gratiã audientes,largiuntur litigãtibus operam,non iudicant. Quapropter multis quoq; in locis(vt iam diximus)ne præter rẽ quicquã dicatur,cautum est legibus, ibique id ipsi iudices exacte obseruent. Verum quoniam perspicuum est artificiosam viam & rationem in persuadendo consistere,persuasionemq; quandam esse demonstrationem(tunc enim vehementer credimus, cum demonstratum esse putauerimus)enthymema quoq; rethetoricam esse demonstrationem: quod(vt simpiciter dicam)præcipuum est in persuasione: idque esse syllogismum quendam & de quolibet syllogismo Dialecticã vel vniuersam,vel partem eius quandam considerare:patet eum qui ex quibus & quomodo syllogismus fiat, optimepossit perspicere, maxime enthymematicum esse: insuper qui hoc.etiã teneat,quibus de rebus enthymemata sint,quidq; a logico syllogismo differant. Eiusdẽ enim virtutis est & veri & uerisimilis consideratio. Atq; etiam homines satis ad veritatem nati sunt,& vt plurimum veritatem consequũtur. Quamobrem qui probabilia facile coniectura consequitur, is & ad veritatem similiter se habet. Perspicuũ igitur est quæ præter rem sunt artes,ab aliis quoq; traditas esse,quamq; ob rẽ ad iudiciales magis præceptiones declinarunt. B

Quod instrumenti maxime persuasioni aptum.

Vtilis autem rhetorica est, tum quoniã vera & iusta meliora secundum naturam sunt,quã contraria,ita vt nisi decenter iudicia fiãt, necesse sit in eis vinci,quod vituperatione dignum est:tum quia ne si certissimam quidem habeamus scientiam, facile est nonnullis per eam persuadere.impossibiie nanq; id est.cum enim disciplinæ ratio ad scientiam sit ita necessaria(vt etiam in Topicis dicebamus, cum de colloquutione cũ multis diceremus) fides & oratio ex cõmunibus faciẽda est.Præterea oportet,vt sicut & in syllogismis,persuadere contraria possimus,non vt vtraq; faciamus(nam mala faciunda non sunt)sed ne nos lateant quomodo se habeant,& vt cum alii non iuste vtantur oratione,soluere possimus. Aliarum igitur artium nulla de contrariis ratiocinatur, sed Dialectica & Rhetorica id solæ faciunt. nam vtraq; similiter de contrariis est,quamuis non similiter subiectę res se habent:sed semper vera præstantioraq; secundum naturam,melius syllogismo colliguntur, aut(vt simpliciter dicam)credibiliora sunt. Ad hæc absurdum est,si non posse corpore sibi præsidio esse, turpe sit, oratione vero non sit: quod hominibus magis est proprium,quam vsus corporis. Sed quòd magna inferat incommoda qui vi hac orationis iniuste vtitur,id certe omnium bonorũ, præterquam virtutis, & maxime præstantissimorum, vt virium, sanitatis, diuitiarum, imperii commune est,nam his omnibus maxime C

Rhetoricæ vtilitas.

quiſpiam prodierit,cum iuſte vtatur:& ledet,cùm iniuſte. Qđ igitur non ſit vnius cuiuſdam ac determinati generis Rhetorica, ſed ſicut Dialectica, & quod vtilis, expoſitum eſt:quodq; opus eius non eſt perſuadere; ſed poſſe quæ in ſingulis credibilia ſunt perſpicere, vt luti etiam in cæteris artibus vniuerſis. Nec enim medicinæ eſt ſanitatem inducere,ſed quoadusq; poſsibile ſit, ad hoc vſq; perducere: cũ poſsibile ſit etiã eos qui nullo poſſunt pacto ſanari, bene tamẽ curare. Præterea ꝙ eiuſdem ſit tam quod credibile eſt quam quod credibile videtur, perſpicere, vt Dialecticæ tam ſyllogiſmum, quam apparentem ſyllogiſmum. Cauillator enim non viribus,ſed electione, hic vero tam ſcientia quam electione orator erit. ibi electione quidẽ cauillator, Dialecticus autem non electione,ſed viribus. Sed iam de ratione ipſa dicẽdi conabimur exponere, quo pacto,& ex quibus propoſitum aſſequi poterimus. Rurſus igitur,ceu ab initio definientes ipſam quid ſit,reliqua dicamus. D

Quid ſit Rhetoricæ opus.

Differentia inter cauillatorem et dialecticum.

E

Quid ſit Rethorica,quod eius ſubiectum,quomodo ſe ad Dialecticam habeat, & ex quibus rebus principalibus oratio conficiatur. *Cap. II.*



It ergo Rethorica, vis,qua quod in vnaquaque re probabile eſt,perſpicitur. nullius enim alterius artis id officium eſt. Nam ſingulæ artes circa id quod eis ſubiectum eſt,doctrinales perſuadentesque ſunt: veluti Medicina circa id qđ ſanari, ægrotareq; poſsit Geometrica circa paſsiones quę magnitudinibus accidunt:Arithmetica circa numerum:& ſimiliter reliquæ artes & ſcientiæ, Rhetorica vero, quæ de re data(vt ita dicam)credibilia ſunt,perſpicere poſſe videtur.quo circa ẽt dicimus nõ in genere quodam determinato hanc artẽ verſari. Perſuaſionum vero aliæ ſine arte, aliæ artificioſæ.Sine arte illas appello, quæ non a nobis ex cogitantur: ſed cũ extra ſint, aſſumuntur,vt teſtes,cruciatus,ſcripta, Artificioſas vero,quæ ratione ac via a nobis excogitari poſſunt.itaque ipſarum aliis vti oportet, alias inuenire. Harum igitur quæ ratione parantur, perſuaſionũ genera ſunt tria.Nã alia ſunc in moribus eius q dicit:alia in auditore modo quodã afficiẽdo:alia in rõne ipſa,cum demonſtremus, aut demõſtrare videamur,Propter mores igiẽ credũt, cũ ſic dr̃ oratio, vt fide dignus q̃ dicit videatur.nã probis& magis & facilius de omnibus ſimpliciter credimus.In quibus vero certitudo non eſt,in iis, quoniam diuerſis agimur opinionibus, etiam omnino. verum id etiam non quoniam præopinatus quis fuerit talẽ quendam eum eſſe qui dicit,ſed vi orationis oportet euenire.Nam probitas dicentis,non (vt quidam eorũ reliquerunt qui artes ſcripſerunt) nihil affert ad probandum, ſed fere (vt breui abſoluam) præcipuam mores faciunt fidem.Propter F

Perſuaſiões alię ſine arte alię artificioſę

Artificioſarum genera tria.

A seipsos autem auditores credunt, cum orationem in affectum impelluntur. non enim similiter iudicium reddimus cum dolemus, & cum lętamur, & cum diligimus, & cum odimus. Qua de re sola qui nunc artes scribunt, pręcipere conantur. de quibus singulis, explanabimus cum de affectibus dicemus. Rationibus autem in fidem auditores inducimus, cum verum aut verisimile ex probabilibus quę in vnoquoque sunt, esse demonstramus. Verum quoniam fides his fit, patet hęc tria esse capiunda: vt scilicet facultatem ratiocinandi habeamus: vt mores ac virtutes consideremus: & tertium, vt de affectibus quid vnusquisq; sit, & quale quid, & ex quibus nascitur, & quo pacto: Itaq; efficitur, Rhetoricā quasi propaginem esse Dialecticæ, & eius negotii quod circa mores est: quod cum de affectibus sit, æquū est vt ciuile appeletur. Quapropter & Rethorica ipsa sub Ciuilis figura cōditur. & qui eam adepti sunt: vel ignorantia, vel arrogantia, vel aliis causis, quibus homines perturbantur, ipsius quoque Ciuilis potestatem consecuros se arbitrantur. Particula enim Dialecticę quædā

Rethorica ē quasi propago Dialecticę, et Ciuilis

B est ac simulachrum, vt principio diximus. neutra enim earum de re determinata quomodo se habeat scientia est: sed facultates quædam sunt inueniendarū rationum. De ipsarum igitur vi, & quo pacto altera sed alteram habeat, satis fere dictum est.

Eorum autem quibus probamus (vt & in dialecticis) aliud inductio est, aliud syllogismus. Nam enthymema quidem syllogismū rhetoricum, exemplum vero rhetoricam inductionem appello. Omnes autem fidem faciunt demonstrando, vel exempla dicendo, vel enthymemata, & præter hæc pene nihil. Quare si omnino necesse est syllogismo, uel inductione quodcunque ostendere, vt a nobis in Resolutiuis expositum est, necessario alterum ipsorum alteri idem erit. Quid autem inter enthymema & exemplum inter sit, ex Topicis patet. nam ibidem de syllogismo & inductione dictum est prius: quia si in multis ac similibus sic se habere ostendas,

De Enthymemate aē exēplo rhetorices argumentandi generibus.

C ibi quidem inductio, hic autem exemplum est. Sin vero cum quędā sint, aliud quid horum causa eueniat propter hæc, quoniam hæc sūt aut vt vniuersaliter, aut vt plurimum, ibi quidem syllogismus, hic autem enthymema vocatur. Nec latet ꝙ vtrunq; Rhetoricæ genus laudatur. nam vt & in methodicis dictum est, ita & in his se habet. Vt enim orationum quædam sunt exemplares, quædam enthymematicæ: sic oratorū quoq; alii exemplares, alii enthymematici. Neq; minus credibilis oratio est quæ per exempla est: turbatur autem magis enthymematica. cuius rei causam, & quo pacto vtendum vtraque sit, postea dicemus. nunc vero de his ipsis explanatius determinabimus.

Duplex genus oratorū.

Nam cum credibile, cuidam credibile sit, & aliud quidē ꝑ seipsum illico sit credibile atque probabile, aliud quoniam probari per talia videatur: cūq; ars nulla consideret singularia, vt Medicina quid So

Quę Rhetorica conside ret.

crati aut Calliæ salubre sit, sed qd talia, vel talibus: id enim artificio D sum est: singularia aũt infinita sunt, & scientia nequeunt cõtineri: nec Rhethorica vtiq; quod cuique credibile est cõsiderabit, vtputa quid Socrati aut Hippiæ, sed quid talibus, veluti & Dialectica. Vtitur.n.& ipsa syllogismo, non ex quibuscunq;, cũ deliris quoq; nonnulla videãtur: sed Dialectica ex iis quæ illis videtur, quibus cũ fit disputatio: Rhetorica ex iis quæ illis videtur, qui hæc in cõsilio quærere consuerunt. Huius enim officium de iis est de quibus consultamus, & artem non habemus: & apud huiusmodi auditores qui nequeant per plura intelligere, nec ex remotis ratiocinari. Cõsultamus autem de iis quæ videtur vtroq; posse pacto fieri. Nã de iis quæ aliter fieri, aut fore, aut se habere non possunt, nemo velit sic existimare, cum non aliter quam sic consultari possit. Est aũt possibile ratiocinari atq; colligere, alia quidẽ ex iis quæ prius syllogismo collecta sunt, alia vero ex iis quæ syllogismo quidem collecta non sunt: syllogismo aũt indigent, eo ꝙ non sint probabilia. quorum necessario quædam huiusmo E di sunt, vt ea iudex propter prolixitatem (simplex enim esse supponitur) non bene consequatur: quædam non credibilia, quoniam nec sunt ex concessis, nec ex probabilibus. Quare necesse est tam enthymema quã exemplũ de iis esse, quæ vt plurimũ aliter quoq; possunt se habere: exemplum quidem, inductionẽ: enthymema vero, syllogismum, & ex paucis, ac sæpe paucioribus quã ea sunt, ex quibus cõstat primus syllogismus. Nã siquid eorũ perspicuũ est, id dicendũ nõ est. Ipse nanq; auditor id ex seipso affert: vt Lacedæmonius eo certamine vicit, quo coronam meruit, sufficit dicere Olympia. qđ aũt q Olympia vincit, coronetur, non est opus apponere: cũ qui id ignoret, sit ne mo. Verũ quoniam pauca eorum ex quibus rhetorici constant syllogismi, necessaria sunt, cum plurima de quibus iudicia & deliberationes sunt, aliter quoq; possint se habere: quæ nanq; agunt, de iis cõsulunt atque deliberant, quorum nihil (vt vno verbo dicam) necessariũ est: ea vero, quæ vt plurimũ accidũt, queq; possibilia sunt, necesse est vt ex aliis huiusmodi per syllogismum comprobentur, necessaria quoq; ex necessariis, qđ in Resolutiuis apeite a nobis explanatũ est: patet ea ex quibus ea enthymemata fluunt quædam fore necessaria, plurima vero huiusmodi, vt fere semper soleant fieri. Fluunt autem enthymemata ex probabilibus & signis: quare horũ alterum alteri idem esse necesse est. Probabile nanque est quod fere semp solet fieri: verum non simpliciter (vt quidam definiunt) sed quod, cum de iis sit quę aliter se possunt habere, sic se habet ad illud ad quod est probabile, sicut vniuersale ad particulare. Signorum autem, aliud ita se habet vt singulare quiddã ad vniuersale: aliud est vniuersale quiddam ad particulare. Horum quoddam necessarium est argumentũ: quod autem non necessarium, id secundum hanc differentiam innominatum est. Necessaria verro appello ex quibus syllogismus con-

Ex q̃bus cõstent enthymemata.

Probabile quid.

Signorũ diuisio.

A ftitaitur. quocirca & argumentum dicitur. nam cum non possint soluere quod dictum est, tunc putant argumentum esse allatum, quasi demonstratum sit, atque conclusum. Signum enim & conclusio idem est secundum veterem linguam. Signum igitur quod est tāquā singulare ad vniuersale, huiusce modi est: vt si quis signum diceret esse omnes, sapientes iustos esse, quoniam Socrates cū esset sapiens, iustus erat. Id igitur signum est, quod soluitur, etiam si verū sit. nō enim potest syllogismo colligi. Sin autem dixeris quempiā ægrotare, quoniam febricitet: aut peperisse, quoniam lac habeat: id iam necessariū & solum ex signis argumentum est, cum solum (si verum est) insolubile sit. Qđ vero quasi vniuersale se habet ad particulare, huiusmodi est: vt si quis febricitare hominem dicat, & eius signum esse, ꝙ crebro respiret: solubile autem & hoc est, etiam si verum sit. posibile nanq; est etiam si febre non agitetur, crebro tamen anhelare. Quid igitur probabile, quid signū, quid argumentum sit, quidq; inter se differāt,
B & nūc dictum est: & in Resolutiuis de iis, & quemadmodum alia eorum syllogismo colligantur, alia non, explanatius demonstratū est.

Exemplum autem quid sit, & quid inductio sit, & in quibus versetur inductio, dictum est. Est enim neq; vt pars ad totum, neq; vt totum ad partem, neq; vt totum ad totum: sed vt pars ad partem, simile ad simile, quando vtraque sub eodem genere sunt, sed alterū altero magis perspicuū, hoc pacto. Per insidias Dionysius ad tyrānidē præsidium petit. Nā & Pisistratus ad tyrannidem per insidias petiit præsidium. quod cum impetrasset, tyrannide ciuitatem oppressit. Et theagenes in Megaris. Alii etiā, quos id fecisse sciunt, omnes exēplum Dionysii fiunt, quem nondum sciunt idcirco petere. quæ omnia sub eodem sunt vniuersali: qui præsidium petit, insidiose tyrānidem affectat. Ex quibus ergo fiūt quæ demonstratiuam fidem facere videantur, dictum est.

De exēplo nonnulla.

Huiusq; leges Auer. in hoc volumine in fine librorū, Rhetoricęs.

C Inter enthymemata vero non mediocris illa est differentia, maximeq; omnibus pene ignota, quæ est etiam in Dialectica syllogismorum via & ratione. Nam quædam eorum secundum Rhetoricam sunt, vt & syllogismorum secundum Dialecticam via ac rationem, quædam secundum alias artes atque facultates, quarū aliæ sunt, aliæ nondum comprehensæ sunt: quapropter auditores quoq; latent, magisq; possunt aliquo modo tangentes commodius elabi. Verū qđ dicimus, apertius erit, si pluribus explanabitur. Voco igitur dialecticos & rhetoricos syllogismos, eos quorum locos dicimus. Hi autē sunt, qui côitet de iustis physicis, ciuilibus, & de multis specie differētibus sunt: veluti maioris & minoris locus. nō. n. ex hoc magis ratiocinari vel enthymema inferre poterimus de iustis aut physicis, quam de quocunq; alio, quamuis hęc specie differant. Propria vero, quæcunque ex iis sunt quæ circa vnamquanq; speciem ac genus propositionum sunt. Sunt enim propositiones de physicis, ex quibus nec

Enthymemarū nō mediocris differentia.

enthymema nec syllogismus de moralibus est: & de his aliæ, ex qui- D
bus non erit syllogismus de physicis: eodemq; modo de cæteris. Et illa quidem nullo in genere facient prudentem, cum non sint circa subiectum vllum. ex iis vero si diligentius quisquam propositiones deligat, faciet ignorans aliam quam Dialecticã ac Rhetoricam sciẽtiam. nam si principia forte habebit, nõ amplius Rhetorica, vel Dialectica, sed illa erit cuius principia possidebit. Enthymematum autẽ plura ex his generibus emanant, quæ particularium sunt aq; propriorum, ex communibus vero pauciora. Quemadmodum ergo in Topicis, sic etiam hic enthymematum species ac loci, ex quibus sumẽdum est, distribuendi sunt. Voco autem species, proprias vniuscuiusque generis propositiones: locos vero, qui similiter omniũ ex æquo communes sunt. Primum igitur de speciebus dicemus, si prius genera Rhetoricę cognouerimus: vt cum distribuerimus quot sint, eorũ elementa propositionesq; seorsum inuestigemus.

E

De tribus Rhetoricæ, seu Causarum generibus, & finibus ipsorum. Cap. III.



Voniam igitur tria sunt auditorum genera: tria quoque numero Rhetoricæ genera sunt. Nam cum ex tribus oratio constituatur, ex eo qui dicit, de quo dicit, & ad quem, idest auditorem, penes quem etiam finis est: quem necesse est aut spectatorem esse, aut iudicem: & iudicem aut præteritorum aut futurorum, qui de futuris iudicat, senator: qui de præteritis, Iudex: qui vero de facultate, spectator est. Quare necessario tria sunt dicendi genera: deliberatiuum, iudiciale, demonstratiuum. Est autem deliberatiuæ orationis, aliud suasio, aliud dissuasio. nam semper & qui priuatim consulunt, & qui publice concionantur, horum alterum aggrediuntur. Iudicialis, aliud accusatio, aliud defensio. horum enim alterutrum occupant litigantes. Demonstratiuæ, aliud laus, aliud vituperatio. Horum autem vnicuiq; tempus accommodatur. Consulenti, futurum: de futuris enim consulit, aut suadens, aut dissuadens. Litiganti, pręteritũ: nam de præteritis semper alius accusat, alius defendit. Demõstranti autem præcipue tempus præsens: nam omnes, secundum ea quæ præsentia sunt, laudant, aut vituperant: sed vtuntur etiam ad hæc plerunque præteritis, in memoriam illa reducentes: futura quoque de eis coniicientes. Vnicuique etiam horum finis aliud est. Cumque tres sint, fines etiam tres sunt. Consulenti vtile, aut contrarium qui suadet, quasi ad melius hortatur: qui autem dissuadet, quasi a peiore dehortatur. Cætera vero, aut iustum, aut iniustum, aut honestum, vel turpe ad hęc assumant. Litiganti iustum & iniustũ: cætera vero etiam hi ad hæc assumunt. Laudanti & vituperanti ho- F

De finium diuersitate.

A destum & turpe: sed hi quoque ad hæc cætera referunt. Quòd vero dictus vnicuique finis est, signo illud est, quòd de cæteris interdum quidam non ambigunt: vtputa qui causam dicit, quòd factum non sit, aut quòd nō obfuerit, quandoq; nullam facit quęstionem. Quòd vero iniuriatus fuerit, nunquam confitebitur: non enim esset opus lite. Similiter etiam qui consulunt, cætera sæpe concedunt: ꝙ vero ad inutilia hortentur, aut ab vtilibus dehortentur, nunquam concedunt. sed vtrum non iniustum sit, finitimos, ac eos qui non iniuriētur, seruitute premere, sæpe non curant. Eodem modo & qui laudāt, aut vituperant, non animaduertunt vtrum vtilia gesserit, an contra: sed sæpius etiam laudi dant, quoniam vt præclare gereret, parui propriam duxit vtilitatem. Laudant enim Achillem, ꝙ Patrocli sodalis vltionem susceperit: cum sciret parum se hac de causa victurū, cui mors huiuscemodi pulchrior, vita vero vtilis fuit. Ex dictis ergo patet necessarium esse de iis prius propositiones habere. Argumenta
B nanq;, & probabilia, & similiter signa, rhetoricę propositiones sunt. nam syllogismus vniuersaliter ex propositionibus est: enthymeme vero syllogismus ex dictis constans propositionibus. Verum quoniam impossibile est, vt quę impossibilia factu sunt, ac item quæ nō fuerunt, aut futura non sunt, ea vel facta iam, vel facienda sint: necesse est tam consulenti quā litiganti & demonstranti habere propositiones de possibili & impossibili, & vtrum factum sit an non, & si erit vel nō. Præterea cum omnes siue laudent aut vituperent, siue suadeant aut dissuadeant, siue accusent aut defendant, non solum quæ diximus verumetiam quod conferens aut nocens sit, quod honestum vel turpe, quod iustum vel iniustum: & hæc omnia magna vel parua sint, aut per seipsa, aut adinuicem comparata, ostēdere conentur: perspicuum est ꝙ opus sit de magnitudine quoq; ac paruitate, & de maiore & minore, tam de vniuersali quā de vnoquoq; propositiones habere: vt puta quid maius aut minus bonū, & quæ maior aut minor
C iniuria, & iure factum: eodemq; modo de cæteris. De quibus igitur propositiones accipiendæ sunt, diximus. Nunc vero seorsum de vnoquoq; istorum distribuendum est. & primum de quibus deliberatio est, deinde de quibus demonstrationes, tertio de quibus iudicia.

Quę debet accipere Rhetor.

De quibus Deliberatio esse soleat. Cap. IIII.



Rimum igitur tenendum est, nō de omnibus bonis aut malis consiliantium consulere, sed de iis quę possunt fieri & non fieri: de iis autem quæ necessario sunt aut eruut, aut quæ impossibile est esse vel fieri, nulla deliberatio est. Sed neque de cunctis contingentibus. sunt enim quædam a natura, quædam a fortuna bona: quæ quāuis contingentia sint, possintque fieri & non fieri, nihil tamen ad ea cōfert

liberatio. Hinc patet de iis esse consultationem, quæcunque referri D
ad nos nata sunt, quorumq; origo et causa in nobis est. nam ad hoc
vsq; deliberamus, quousq; possimus ne an non possimus agere, in
uenerimus. Verum certius singula enumerare, ac in species ea oĩa
redigere, secundunque veritatem, inquãtum possibile est, determina
re, de quibus consilia fieri consueuerunt, non est præsentis tẽporis:
non est enim artis Rhetoricæ, sed altioris ac verioris. Sed tñ multo
plura nunc ipsi propria theoremata cõcedãtur. Nam quod iam dixi
mus, verum est, Rhetoricã scilicet ex resolutiua scientia, & ea ciuili
quæ de moribus est, cõpositam esse, simlemq; esse partim Dialecti-
cæ, partim orationi Sophisticæ. Si quis autem aut hanc, aut Diale
cticã non vt facultates, sed vt scientias instruere ac docere conatur,
is naturam earum hoc transitu interimere videtur cum non solũ in
orationis, sed in quarũdam subiectarum rerũ scientias redigat. Atta
men quęcunq; distribuere operæ pretium est, & ciuili scientiæ con
sideratione relinquunt, etiam nũc dicamus. Nam maxima de quibus B
omnes consultant, & quæ deliberãtes aggrediuntur, quinq; fere nu
mero sunt: de opibus, de bello ac pace, de regionis locorũ custodia,
de iis quæ inferũtur vel efferũtur, de legumlatione. Qui ergo de opi
bus consulere constituit, eũ oportet ciuitatis reditus, qui sint & quot
sint, percepisse: vt si quis neglectus sit restituatur: & si quis tenuior
sit, amplificetur. Prętere a expensas ciuitatis omnes: vt quæ inutilis
sit, dematur: & quæ profusior, cogatur ad modicum. nõ enim so-
lum rerũ accessiones, verũetiã expensarũ attenuationes reddũr ditio
res. quæ non vsu solum, quem de nostris habemus rebus, cõspicere
possumus, sed necessariũ est ad dicendum de iis sententiam, eorum
etiã quæ alii adinueneriit, historiã retinere. De bello autem & pace
qui dicit, is ciuitatis copias nõ ignorabit, quantæ in præsentia sunt,
& quã magnæ fore possunt, & ad hæc quales quædam sunt quas mo
do habemus, & quales quas habituri sumus. Præterea quõ, & quæ
bella ciuitas gessit. Hæc igitur scire oportet, nec solum suę ciuita- F
tis, sed finitimorum etiã, ac eorum maxime, aduersus quos bellũ su-
scipiendum opinaris: vt pax cum melioribus habeatur, & in ipsis sit
cum minoribus belligerare. Copias etiam, similes ne, an dissimiles
sint. nã hac quoq; parte meliores quidã aut imbecilliores esse pos-
sunt. Sed maxime ad hęc pertinet bellorum euentus, non modo ciui
tatis suæ, verumetiam aliarum, quomodo exierint perspexisse. si-
milia.n.a similibus fieri consueuerunt. Præterea non oportet igno-
rare quo pacto regio custodiatur, sed tam multitudinis custodũ, quã
qualitatis non esse nesciũ. locorum quoq;, vbi sint præsidia collo
cãda: qđ impossibile est, nisi regionẽ oprime noueris vt si minora
sint presidia, augeãtur sin vero superuacua, omnino tollãtur, & loca
opportuna magis custodiãtur. Ad hęc quã magna impensa ciuitati
ad victũ sufficiat, & quæ a propriis agris colligatur, & quæ afferatur

Quinq; esse de qbus cõsultatio sit, et deliberatio.

A aliunde. Item quas res efferre, quas inferre opus sit, vt ad huiusmodi homines fœdera sint atque côuentus. ad duo enim genera hominũ sine crimine conseruanda ciuitas est: ad meliores, & ad eos qui ad prædicta côducunt. Sed cum horum omnium cognitio multum ad ciuitatem tutandam pertineat, cum vero non minimum est legumla tionis esse sagacem. nam salus ciuitatis in legibus sita est. Quare ne cessarium est scire quot rerum publicarum genera sunt, quæq; vnicuiq; conferũt, & quibus extingui solẽt tam cõtrariis, quã secundis. Dico autem secundis extingui, quoniam præter optimam rempublicam cæteræ omnes & intentione & remissione corrũpuntur: vt popularis status non modo cum remittitur, imbecillior ita redditur, vt tandem ad potentiam paucorum deueniat: sed etiam cum vehemẽter intenditur, veluti aquilinum vel simum non solum ad mediocritatem perueniunt cum remittuntur, sed valde huiusmodi facta sima aut aquilina sic nasum afficiũt, vt ne nasus quidẽ esse videatur.

B Verum ad legumlationem vtile maxime est, tum ex præteritis, qui Reip. status conducat perspicere, tũ aliorum quoque scire conditionem, & quæ quibus conueniant, non ignorare. Ita patet, ad ferendas quidem leges, peregrinationes, quibus multarum gentium leges cognoscere poteris esse perutiles: ad publica vero consilia, diligenter per scriptam rerum gestarũ historiam. quæ omnia Ciuilis scientiæ, non Rhetoricæ officia sunt. De iis igitur quæ oporteat eum habere quide rebus maximis dicturus sententiam est, tot dicta sint. Verum ex quibus tam de iis quam de aliis suadere aut dissuadere conueniat, rursum dicamus.

C

De deliberantium fine, Fœlicitate scilicet: de iis, in quibus ipsa consistat: ac de ipsorum vnoquoque singillatim. Cap. V.



Ere autem & unicuique priuatim, & publice omnibus finis quidam est, quem côiicientes, alia persequuntur, alia fugiunt. Is vero est (vt vno verbo dicam) fœlicitas, aut eius pars aliqua. quare exempli gratia exponamus quid sit (vt simpliciter dicam) fœlicitas, & quæ sint eius particulæ. De hac enim, & de iis quæ ad hanc conferunt, de eius quoq; contrariis suasiones dissuasionesq; ab omnibus suscipiũtur. nam quæ aut ipsam, aut particularũ eius quampiam efficiunt, aut maiorem reddunt, facienda: quæ vero interimũt vel impediũt, vel contraria faciunt, ea minime faciũda sunt. Sit ergo fœlicitas, fortuna secunda cum virtute: vel per se sufficientia vitæ vel vita tuta & iucundissima: vel possessionum facultas, & corporis vires, cum facti ua, conseruatiua, amplificatiuaq; horũ virtute. omnes enim fere vnũ quiddam istorũ, aut plura, fœlicitatem esse fatentur. Quòd si huius-

Fœlicitas, quid & quæ sunt eius partes.

modi quid fecilitas sit, necesse est partes ipsius esse nobilitatem, mul D
torum atque bonorum gratiam, diuitias, bonorũ & liberorũ & multorum procreationem, commodam senectutem: præterea corporis commoda, veluti sanitatem, formã, vires proceritatem, robur ad certandum, gloriam, honorem, prosperitatem, virtutem, ac partes eius, prudentiam, fortitudinem, iustitiam, temperantiam. sic n. sufficientissimus quispiã erit, si sibi assint quæq; in ipso, & quę extra sunt bona, cum præter hæc alia non sint. Sunt aũt in ipso, quæ in anima, & quæ in corpore sunt: extra vero, nobilitas, amici, pecuniæ, honores. Ad hæc oportere arbitramur potentiam & fortunam non deesse: hoc nanq; pacto vita erit tutissima Sed dicamus similiter quid sit horum vnumquodq;.

Quid nobilitas.

Nobilitas igitur gentis ac ciuitatis est, indigenas aut vetustissimos esse, & primos duces illustres, multos quoq; ea ex gente in rebus quæ expetuntur, præclaros extitisse. Priuata vero nobilitas, aut a viris, aut a mulieribus est, legitimaq; ab eis procreatio & vtin ciuitatẽ. sic in priuata quoq; nobilitate, aut virtute, aut diuitiis, aut alia re laudata primos claros fuisse. multos quoq; famosos ex ea gente viros & mulieres, iuniores ac seniores fuisse. E

Liberorum probitas, ac multitudo.

Probitas vero liberorum ac multitudo quæ sit, perspicuum est. Publice id ita accipitur, si multa sit iuuentus, ac bona. & bonarum commodis corporis, vt proceritate, forma, viribus certãdi robore: tũ animi virtutibus, vt temperantia, & fortidudine. hæ nanq; iuuenum virtutes sunt. Priuatim vero, si proprii liberi tam mares quã fœminæ, & multi & probi sunt. Est autem fœminarũ virtus, corporis quidem forma, & proceritas: animi vero, pudicitia, & operandi studium absq; illiberalitate. Oportet igitur & priuatim & publice tam viris quã fœminis singula horum adesse. Nam quibuscunq; haud bonę sunt mulieres (sicuti Lacedæmonis) ii media pene fecilitatis parte priuantur.

Diuitię.

Diuitiarũ vero partes sũt nummi agri, prædia, supellex, animalia bruta, mãcipia multitudine, magnitudine, pulchritudineq; excellentia. quæ omnia firma, amœna, vtilia esse nimirum debent. Sunt igitur vtilia, F
quæ magis frugifera sunt: amœna, quibus fruiqueas. & frugifera sunt, ex quibus reditus capimus. quibus vero fruimur, ex his nihil magni præter vsum consequimur. Firmorum autem ita definitio, vt hic & possideas, vt & vsus eius, & retinendæ alienandæque proprietatis potestas in te ipso sit.

Alienatio.

Alienationem porro dico, cum donate atque vendere possis. In summa, diuitem esse, in vtendo magis quam in possidendo consistit. vtentis enim operatio est, possessio vero ipsæ diuitiæ sunt.

Gloria.

Gloria vero est cum virtuosus a cunctis existimatur, aut id habere putatur, quod omnes, vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt.

Honor.

Honor autem est existimationis benefactiuæ iudicium. Honorantur ergo maxime, atque merito, qui beneficia cõtulerunt: deinde qui conferre queant. Beneficientia vero illa primas partes habet, quæ salutis est causa, & vt sumus: secundas, vero,

A quæ diuitiarum, vel alterius boni, quod vel omnino vel hic vel aliquando non facile acquiritur. nam multi honorem assequuti sunt, quamuis parua præberint: sed modus profuit, atque occasio. Honoris vero partes sunt, sacra, memorationes, decantationes carminum, aut solutæ orationis ad laudem recitatio, luci, vel plurimi consessus, sepulchra, imagines, publici victus. ad hæc etiam barbara, vt inclinari, loco cedere: munera quoque sed alia apud alios honoratiora. Est autem munus rei alicuius donatio, ac honori signum. quapropter tam æris auidi quam ambitiosi donari cupiunt: cum id donatio habeat quod vtrique appetunt. nam & res est, quam auari desiderant, & honorem affert, quem ambitiosi expetunt. Corporis vero virtus est sanitas, vt scilicet corpore pene inægrotabili ad labores vtaris. Nam qui sic sani sunt, vt Herodicus fertur: eos nemo sanitatis gratia felices putabit. nam ille vt sanus esset, quibus homines vtũtur, his omnibus aut plurimis abstinebat. Pulchriudo autem alia in B alia ætate est. Nam iuuenis pulcher est, cui commodum ad subeundos & cursus, & violentiæ labores corpus est, aspectuque insuper iucundum. quocirca pentathli formosissimi sunt cum & ad vim, & ad velocitatem simul præstantissimi sunt. Vir vero pulcher est, qui & labores bellicos sustinere queat: & ita iucundus aspectu est, vt simul quoque dum videatur, terreat. Senex autem, cuius ad necessarios labores corpus satisfacit: cumque nihil eorum habeat quæ senectus infert incommoda, facile sine dolore conseruatur. Vires autem sunt, quibus possis quod mouere cupias, ita mouere vt velis. mouemus aũt trahentes, aut pellẽtes, aut eleuantes, aut deiiciẽtes, aut cõprimẽtes. quare robustus, vel cunctis vel quibusdam horum robustus est. Magnitudinis vero ea virtus est, qua in longum, vel in profundũ, vel in latum plurimis ita præstas, vt propter magnitudinẽ motiones corporis non retardentur. Corporis autem certatiua virtus ex magnitudine, robore, velocitateq; constat. velox nãq; robustus est. Qui.n. C potest pedes quodam proiicere modo, citoq; ac longe mouere, cursor est. qui premere ac retinere, luctator. qui pulsando pellere, is pugil. qui vtrisque, is pancratiasta. qui omnibus is pẽtathlus. Senectus vero bona est, quæ cum tarde inuadit, etiam dolores non infert. nam tam qui cito consenuit, quã qui tarde, sed non absq; dolore, incõmoda vtitur senectute. Verum id & corporis est, & fortunę. nam & qui valetudinarius est & non robustus, cum facile patiatur ac doleat, vitæq; breuioris sit, non est felix. Est autem etiam sine robore ac sanitate vis quædam alia vitæ longioris: multi enim absq; virtutibus corporis diu viuunt. sed imprę sentiarum exacta horum inquisitio inutilis est. Quid aũt multorum ac proborum amicitia sit, amici definitione ostendetur. Est igitur amicus, qui quæ amico bona fore putat, ea propter ipsum agit amicum. cui ergo multi huiusmodi, is multorum: cui etiam viri probi is proborum amicus est. Secunda vero for-

Donum. Sanitas. Pulchritudo. Vires. Magnitudo. Certatiua virtus. Amicitia.

Secunda fortuna. tuna est, cum omnia vel plurima vel maxima bona eorum quorum, ipsa fortuna causa est, forte eueniant, atq; permaneant. Est autem fortuna causa quorundam artificialium, & multorum in artificialium: quænquam a natura sint, possunt etiam præter naturam esse, vt sanitatis ars est causa, pulchritudinis, ac proceritatis natura. & omnino ea bona sunt a fortuna, in quibus inuidia est. Verum eorum quoque bonorum quæ præter rationem accidunt, fortuna causa est. vt si cum cæteri fratres deformes sint, solus formosus sit. vel si cum cæteri thesaurũ non viderint, solus aspexerit. vel si cum proximus sagitta interierierit, is ne tactus quidem sit. vel si solus nõ venerit, cum semper solitus: & qui non solebant, semel tunc venerint, & occisi sint. nam hæc omnia fortunatorum esse videntur. De virtute vero animi, quoniam ad laudes is locus maxime accommodatur, cum de demonstratiuo dicemus, tunc determinabimus. De quibus igitur nobis, vel vt futuris, vel præsentibus coniiciẽdum est, siue suadentibus, siue dissuadentibus, iam aperuimus. contraria enim suadentibus, dissuadentes habent.

De Vtili, ac Bono. *Cap. VI.*



Erum quoniam dicenti sententiam, finis vtilitatis propositus est, nec de fine, sed de iis quæ ad finem sunt, consulit, quę sunt quæ in rebus gerendis conducunt, quoniamq; vtile bonum est: quasi elementa quædam de bono ac vtili simpliciter sumenda sunt. Sit ergo

Boni ac vtilis elementa bonum, quod sui ipsius gratia est expetendum, & id cuius gratia aliud quiddam appetimus, & quod omnia appetunt, vel quæ sensum habent omnia, vel quæ intellectum habent, aut si haberent. Et quicquid intellectus vnicuiq; tribuerit, & quicquid qui de singulis est intellectus tribuit, id vnicuiq; bonũ est: & id quod cum adsit, bene afficitur cui adest, satisq; habet, & sufficiens per seipsum. Præterea quod hæc efficit aut cõseruat, & id quo hæc consequuntur, & quo horum arceantur contraria, & quę corrumpunt. Consequuntur autem dupliciter: aut simul, aut postea vt ad discẽdum scire. sed postea: sanitatẽ vero vita simul. Efficientia vero triplicuter: vt sanitatis quædã, vt sanum esse: quædã vt cibus; quædam vt exercitatio. nanq; plerũq; sanitatem efficit. His ita determinatis, acquisitiones bonorũ & malorum abiectiones necessario bonę sunt. has enim, ne malum habeas, simul consequitur: illas vero, vt bonum adipiscaris, postea. Maioris quoq, boni pro minore, & minoris mali pro maiore acceptio. nam quo minus exceditur a maiore, id illius acquisitio, huius abiectio est. Virtutes etiam necesse est bonum esse, cum bene iis afficiantur qui habent: & effectiuę atq; actiuę bonorum sunt. verum de singulis, & quæ, & quales, separatim tractandũ. Voluptatem

A quoq; esse bonum constat, cum animalia ipsam scdm naturā appetant. quare iucunda ac speciosa bona esse necessariū est. nam & illa uoluptatis efficientia sunt,&ex speciosis quędam delectāt,quædam expetibilia per seipsa sunt. Vt vero sigilatim dicamus,hæc bona esse necesse est: felicitatem quidē,cū per se ipsam expetibilis sit, atq; sufficiēs: multaq; gratia huius appetimus: iustitiam, fortitudinem, modestiam,magnanimitatē,magnificentiam, cæterosq; huiusce modi habitus, qui animi virtutes sunt. Præterea sanitatem, formam, & huiusmodi. corporis nanq; virtutes hæc sunt, & effectiua multorum: veluti sanitas, & viuēdi, & voluptatis. Idcirco multis quoq; optimū esse videtur,cum horū duorum,quæ præcipua sunt,causa sit, viuendi.s.ac voluptatis. Ad hęc diuitias. posidendi enim hæc virtus est,& multorū affectiua. Amicū quoq; ac amicitiā. nam amicus expetibile per se, ac multorū effectiuū est. Item honorē ac gloriā. iucunda.n.sunt,& effectiua multorum,ac vt plurimum ea vere inesse ostendunt, propter quæ fiunt. Dicēdi etiam atq; agendi virtutē. nam oīa hæc bonorum effectiua sunt. Similiter ingenium, memoriam discendi facilitatem,mētis præstantiā, & que huiusmodi sunt. bonorum enim effectiuæ omnes hæ virtutes sunt. Eodemque modo scientias omnes, ac artes, & viuere ipsum. nam etiam si nihil aliud bonū inde sequeretur,per seipsum tamen expetendum est.Ad hæc iustum ipsum, quoniam publice cōducit. Hæc fereme sunt quæ apud omnes bona esse constat. Ea vero de quibus dubitatur, ex iis bonū esse ratiocinabimur. Cuius contrarium malum est,& cuius contrarium inimicis conducit: id bonum est. Verbi gratia, si timidos nos esse, hostibus maxime conducit, fortitudo nobis vtilisima est. & omnino quod inimici optant, aut quo gaudent, huius contrarium nobis vtile est. vnde illud excogitatum Homero est: Profecto Priamus lætabitur. Sunt autem non semper hæc, sed plerunque bona; cum nihil obstet interdum vnum ac idem aduersariis & nobis conferre.Vnde & cum eadem res vtrisq; incommoda sit,dici solet,mala cunctis similiter hominibus obesse. Item quod modicum est, id bonum. nam quod maius est quā oporteat, id malum est. Et cuius gratia multos pertulerūt labores, aut multa consumpserunt. iam enim bonum id apparet, ac vt finis & quidem multorū existimatur. finis vero bonus est. Hinc illud Homero dictū est: Ast Priamo gloriam. & illud: Turpeq; diu trahere moram. Prouerbium quoq; hinc, In ianua vrceum. Ad hęc, quod multi expetunt,cuiusq; causa bella suscipi videntur.nam qđ omnes expetunt, id bonum.multi vero,quasi omnes apparent. Item laudabile. nemo enim laudat quod bonum non est. Et quod inimici ac praui laudant. quasi enim omnes iam laudāt,cum vel illi de quibus male meritus est, laudant. Quoniam n.perspicue bonum est, idcirco plures laudare videntur:veluti etiā si praui, quos amici vituperant: & si boni,quos inimici laudibus ornāt.

Quę apud omnes sint bona

Bona,de quibus dubitamus.

Quapropter conuitiatum Simonidem Corinthii sibi putarunt, q. D cecinerit non conqueri de Corinthiis Ilium. Item quòd prudentiss ac bonorũ virorum quispiam vel fęminarum prætulit, vt Vlyxē Minerua, Helenam Theseus, Alexandrum Deę, Achillem Homerus. Ac vniuersaliter quacunque eligibilia sunt. eligunt enim ac agunt quæ dicta sunt. Et quæ inimicis obsunt, ac amicis prosunt. Item possibilia, quæ duplicia sunt, quę vix fierēt, & q̃ facile. Facilia vero sunt, quæ vel sine dolore, vel tēpore breui fiunt. difficile enim aut dolore, aut magnitudine temporis definitur. Item si vt optant fit. optant autem vt nihil mali, aut bono minus: quod erit, si aut celare possunt, ne puniantur, aut pœna parua sit. Item quæ sui, & quæ nemo, & quę vltra necessarium vsum sunt. sic nanq; honorem magis consequuntur. Item quæ sibi coaptantur, cuiusmodi sunt, quæ sibi ex genere pertinere, aut viribus suis conuenire, at quamuis parua sint, tamen sibi deesse arbitrantur. nec enim minus hæc agere optant. Item quæ E ad exitum facile perducere putāt. possibilia enim hęc, sicuti facilia. Ad exitũ aũt commode perduci putantur, quę omnes, aut plures, aut pares, aut minores gesserunt. Item quæ amicis grata, & inimicis molesta. Item quæcunq; ii eligunt, quos singulares ducũt. Item ea quorum usum habent, & ad quæ apti natura sunt. hæc enim facilius se gesturos omnes arbitrātur. Item quæ nemo improbus. hęc enim laudantur magis. Item quæ cupiunt. nam hęc & iucunda & meliora videntur. Item ea vnusquisq; quibus maximæ afficitur: vt bellicosus victoria, ambitiosus honore, auarus pecunia: eodemque modo cęteri. De bono igitur ac vtili ex iis faciunda fides est.

Quę bona possibilia.

De maiore, ac minore Bono. *Cap. VII.*



Erum quoniam sæpenumero quid vtile sit concedentes, quid magis conferat quærunt: de maiore nunc bono F ac magis vtili dicendum videtur. Sit igitur excedens quidem, quod tantum, & amplius. Excessum vero, qđ inest. Et maius quidem, & plus semper ad minus, Magnum vero, ac paruum, & multum ac paucum, ad multorum magnitudinem. Magnum igitur excedens est. cui autem deficit, id paruum. Multum quoq; ac paucum, eodem modo. Quoniam ergo bonum dicimus, quod nõ alterius, sed sui ipsius gratia est expetibile, & quod appetunt omnes, & quod quæcunq; mentem aut prudentiā habēt, expeterent, & efficiens, ac conseruans, vel id ad quod hæc cōsequuntur: id vero cuius gratia, finis est: is nãq; est, gratia cuius cætera: quoniam etiam id ipsi bonũ, quod sic ad ipsum dispositũ est: necesse est plura vno ac paucioribus connumeratis, maius esse bonum; excedit enim. quod vero inest, exceditur. Item si maximum a maximo exceditur, ipsa quoq; ab ipsis. q. si ipsa ab ipsis, maximum quoq; a maximo

A a maximo: vt si vir maximus maior est quã fœmina maxima, omnino quoque viri fœminis maiores:& si omnino maiores sunt fœminis viri, vir quoque maximus maxima fęmina maior. Excessus enim generum,& eorum quæ in generibus maxima sunt proportionabiliter se habent. Item cum quippiam ex aliquo sequitur,& hoc ex illo non sequitur:sequitur autem aut simul,aut postea, aut potestate. nam vsus eius quod sequitur, in altero est: Sequitur autem simul quòd si sanus est, viuat: ex hoc vero illud non sequitur. scire vero ex discere postea sequitur. Sed potestate ad sacrilegium furtũ sequitur.nã qui rem sacram abstulit, priuatam quoque abstulisset. Præterea illa maiora sunt, quæ eandem rem maiore excedunt:cum necesse sit ipsum quoq; maius excedi. Ad hæc quæ maioris boni efficientia sunt, ipsa quoque maiora sunt. id enim erat effectiuum esse maioris. Illud quoq; cuius efficiens maius, eodem modo.nam si salubre iucundo eligibilius maiusque bonum,sanitas voluptate quoq; maior. Itẽ quod per se expetibile est, eo eligibilius est quod non per se: vt vires

B salubribus rebus,cum hę non sui gratia,illę sui gratia, quæ boni ratio erat,expetantur. Item si alterum finis sit,alterum non.hoc enim alterius gratia est,illud sui:vt exerceri ad sanitatem se habet. Item quod minus alio aut aliis indiget: est enim sufficientius. indiget autem minus,quod paucioribus aut facilioribus indiget: & cum hoc absq; illo aut non sit,aut fieri non possit,illud vero absq; hoc fieri possit. nam cũ sufficientius sit qđ non indiget,maius bonũ videtur. Item si vnũ principium est,alterum non est:Et si causa vnum,alterum nõ, ꝓpter eandem causam.nam sine principio aut causa impossibile est esse aut fieri. Cumque duo principia diuersorum sint: quod a maiore principio est,maius est,& quod a maiore causa similiter:& e cõuerso,duorum principiorum aut causarum quod maioris principium, aut causa,maius est.ex dictis itaq; patet vtrunque maius esse. Quod si al

C terũ principium est,alterum non:illud maius videbitur. Et hoc etiã, quod principium non est.nam finis maius est, & tamen principium non est. vt accusando Leodamas ad Callistratum dixit: eum qui cõsuluit,magis peccasse quam qui fecerit: quoniam non esset factũ, nisi consultum fuisset. Chabrias vero,eum qui gessit,peccasse magis quã qui consuluit.non.n.factum esset,nisi fuisset qui faceret.huius.n. gratia consulunt, vt agant scilicet. Præterea quod rarius est, eo magis,quod abundantius,vt aurum ferro.inutilius enim ferrum. aurinamq; maior possessio,quoniam difficilius inuenitur. Alia vero consideratione,quod abũdat magis,id maius est: quoniam eo in pluribus vtimur.rarum namque a frequenti exceditur; vnde dicitur aquã esse optimam. Et summatim difficiliora facilioribus,quoniam rariora sunt.Et faciliora difficilioribus consideratione alia, quoniam habeantur cum volumus. Præterea cuius contrarium maius. Item cuius priuatio maior.Itẽ virtus non virtute,& vitium non vitio maius;

cum illa fines sint, hæc non sint. Item quorum opera pulchriora vel deformiora, ipsa quoq; maiora. Item quorum vitia & virtutes maiores sunt, eorũ quoq; opera maiora sunt. siquidem sicut causæ principiaq; se habent, sic & effectus: sicut effectus, sic & causæ & principia. Præterea quorum excessus eligibilior aut pulchrior, veluti bona oculorum acie vti, eligibilius, quã olfactu bono. nam & visus olfactu eligibilior. Et similiter amicorum esse studiosum, pulchrius quam pecuniarum. quare studia quoq; in amicos, pecuniarũ studio: & cõtra terũ meliorũ excessus meliores sunt, & pulchriorũ pulchriores. Præterea quorum cupiditas melior, aut laudabilior. maiorũ nanq; rerũ maior appetitio est: & propter id ipsum meliorum laudabiliorũ q; cupiditates laudabiliores melioresq; sunt. Præterea quorũ sciæ pulchriores sunt, magisq; expetuntur, ipsæ quoq; res pulchriores sunt, & magis expetuntur: nam sicut scientia, sic & ipsa veritas. vnaqueq; aũt quod suum est, præcipit. Eadem etiã de causa rerũ quę magis expetũtur, ac pulchriorũ scientię, ꝓportionaliter se habent. Præterea quod E censerent, aut quod iam decreuerunt prudentes, vel omnes, vel multi, vel plures, vel præstantes maius esse bonum: id necessarium est aut simpliciter ita se habere, aut in quantũ secundũ prudentiã iudicarũt. Id aũt etiam cum aliis cõmune est. nam & quid, & quantũ, & quale sic se habet, vt scientia prudentiaq; iudicaret. verum id ad bona retulimus: quoniam bonum id definitum est, quod vnaquæq; res expeteret, si haberet prudentiam. quare patet id esse maius, quod ita prudentia iudicat. Item qđ melioribus aut simpliciter inest, aut quatenus meliores: vt fortitudo viribus corporis. Pręterea qđ melior aut simpliciter eligeret, aut qua melior, vt iniuriã potius pati, quã inferre. nam illud iustior profecto eligeret. Pręterea iucundius, quam minus iucundũ. voluptatem. n. omnia insequuntur, & ipsius iucũdi, gratia appetunt. his enim bonum ac finis definitur. Iucundius autem, quod a dolore magis abest, & quod longiori tempore iucundũ est, & quod melius est minus bono. bonum enim ipsum vel iucudum est, F vel qđ per se expetibile est. Præterea quorum aut sibi, aut amicis causa esse mallent, ea maiora bona. quæcunq; vero minime, ea maiora sunt mala. Præterea diuturniora iis quæ minus diuturna sunt, & stabiliora instabilioribus. nam vsus illorum quidem tempore, horũ vero volũtate superat. nã rei stabilis vsus præsto magis est cũ volueris. Prætetea quæcũq; a similibus casibus atq; cõiugatis consequuntur. veluti si qđ fortiter fit, pulchrius ac deligibilius fit, quam qđ modeste: fortitudo quoq; pulchrior quã modestia. fortem enim esse melius, quã modestũ. Item quod omnes expetũt, eo qđ non omnes: & quod plures, eo quod pauciores. bonum enim id erat, quod omnes appetunt: quare maius etiam, quod magis appetunt. Et quod inimici litigio expetunt, aut qui iudicant, aut qui iudicum sententiã subeunt. nam illud ita est, vt omnes dicerent: hoc, vt qui potiũtur, & qui

A ſciunt. Et interdũ etiam quo participant omnes, id maius. vituperabile nãque eſt, ſi non participes. Interdum vero, quo aut nemo, aut pauci. idem. n. rarius. Præterea quæ laudabiliora ſunt: pulchriora. n. Et quorum maiora ſunt pretia, ipſa quoq; ſimiliter. nam pretium ve luti dignitas quędam eſt. Et quorum iactura maior. Præterea quæ iis maiora ſunt, quæ aut certe maiora ſunt, aut videntur, hæc cum in par tes diuiduntur, multo maiora videntur. plurium enim apparet exceſ ſus. Quare poeta quoq; perſuaſiſſe Meleagro ait, vxorẽ vt in prœliũ exiret, enumerantem quot accidant vrbe capta hominibus mala. ſter nũtur populi, ignis concremat vrbẽ hoſtilis, trahuntur ab hoſtibus li beri, & arctius ſuccinctæ mulieres. Præterea ſuperpoſitio & exaggera tio. vt apud Epicharmum partim eadem de cauſa qua diuiſio: magnũ enim oſtendit exceſſum exaggeratio. partim quoniã principiũ atq; cauſa, rerum magnarum videtur. Verum quoniã id maius eſt, quod rarius eſt atque difficilius: occaſiones quoq;, ac ætates, loca, tẽpora,

B vires, maiores res reddunt. nam ſi vltra vires, ſi pręter ætatẽ, ſi præter cæteros, ſi ſic, vel hic, vel tunc: pulchritudinis, aut bonitatis, aut iuſtitiæ, vel oppoſitorum magnitudinẽ habebit. V nde elogiũ quoq; in eum qui Olympia vincit: Habẽs prius in humeris aſperam aſillã, ex Argis piſces adferebam. Hinc Iphicrates quoque ſeipſum laudabat dicẽs, ex quibus ea fuerũt. Pręterea quod ex ſeipſo eſt, vt Epicte tus ait: difficilius enim. quare poeta quoq; dicit per ſeipſum didiciſ ſe. Præterea rei magnæ pars maxima, veluti Pericles in funebri ait oratione: Ita ciuitatem iuuẽtute ablata deformẽ, vt annus, ſi ver ab eo remoueretur: Præterea quæ in maiore inopia neceſsitateq; requi rũtur, veluti quæ in ſenectute, ac morbo. Præterea de duobus, qď fini ꝓprius eſt. Præterea qď ipſum, et ſimpliciter. Pręterea poſsibile me lius quã impoſsibile, cũ illud in ipſo ſit, hoc non ſit. Præterea quę in fine vitæ. finis nãque magis ſunt ea quæ ꝓpe finẽ. Præterea quæ ad

C veritatem pertinent, magis quæ ad opinionem. Definitur autem id quod ad opinionem ſit, hoc pacto: quod ab eo non eligeretur, qui id occultum fore putarent. vnde accipere quã facere beneficium, eligi bilius eſſe videtur. illud. n. vel ſi nemo ſciat te accepiſſe, profecto eli ges hoc, ſi occultum futurum eſt te contuliſſe, non videris electurus. Præterea ea q̃ magis eſſe quã videri volunt: ad veritatẽ. n. magis. qua propter iuſtitiam quoq; aiunt paruum quid eſſe, quoniam eligibilius videri, quam eſſe: at ſanum eſſe, nõ ita. Inſuper quod ad plura vtile, veluti ad viuendũ, & ad bene uidendum, & ad egendum honeſta, & ad voluptatem, quapropter diuitiæ ac bona ualetudo maxima eſſe uidentur: cum omnia hæc poſsideant. Ad hæc quod cum ſit abſque dolore, voluptatem etiam affert. vno enim plura meliora. quare cum & voluptas & indolentia bona ſint, duo in vnum compoſita to tum maius efficiunt. Item quæ cum aſsint non latent, quam q̃ latẽt. ad veritatem enim illa tendunt. ita maius eſt bonum diuitem eſſe,

quam videri. Prætereaquod charum eſt, & aliis ſolum, aliis non ſolum. quo circa non pari iactura luſci quis oculum eruet, & eius qui duos habet. charum enim & vnicum luſcus amiſit. Ex quibus igitur tam ſuadendo quam diſſuadendo fidem facimus, fere dictum eſt. 6

Pernoſcendas eſſe rerum publicarum ſpecies, ac ciuitatum mores ad bene conſulendum. Quot, & quæ ſint ciuitatum ſpecies. *Cap. VIII.*



Aeterum ad perſuadendum beneque conſulendum illud eſt omnium maximum atque firmiſsimum, vt rerumpublicarum ſpecies omnes pernoſcamus, & qui mores, quæ leges, quæ commoda vnicuiq; ſint, diſtinguamus. Cunctis enim vtilitas perſuadet: vtile autem eſt, quod ciuitatem conſeruat & tuetur. Ad hæc principantium ſententia rata eſt: principantes vero diſtinctione ciuitatum diſtribuuntur. tot enim ſunt principantes, quot ciuitates. Quare cum quatuor ciuitates ſint, populi, paucorum, optimatum, vnius: quod principatur ac iudicat, vel pars aliqua horum, vel vniuerſum erit. Populus igitur eſt ciuitas, in qua ſorte magiſtratus declaratur. Paucorum vero poteſtas, in qua cenſu. Optimatum autem, in qua qui diſciplina excellunt, ii principantur. Appello autem diſciplinam, quæ legibus poſita eſt. nam qui legibus ſemper obtemperarunt, ii optimi videntur, ac in huiuſmodi ciuitate gerendarum rerum principatu potiuntur: a quibus & nomen ciuitas ſortita eſt. Monarchia vero eſt (vt vel nomẽ ipſum oſtendit) in qua vnus omnium dominus eſt. hæc ordine quodam conſtituta, regnum: inordinata vero, tyrannis appellatur. Cum igitur ea eligantur quæ ad finem ſunt, non oportet vniuſcuiuſque finem ignorare. Popularis ergo ſtatus finis eſt libertas: Paucorum vero, diuitiæ: Optimatum autem, quæ ad diſciplinam & ad leges pertinent: Thyrannidis vero, cuſtodia. Quare patet ad hos fines vniuſcuiuſque mores & commoda, & quæ legibus cõſtituta ſunt, eſſe diuidenda. ſiquidem ad hos referentes eligunt. Verum quoniã non ſolum rationibus, ſed etiam oratione affecta & morata fidem facimus (credimus enim eo facilius, quo qualis quidam orator videtur, id eſt ſi vir bonus, ſi beneuolus, aut vtrunque) non oportebit ciuitatum nos ignorare mores. Probantur enim vniuſcuiusq; mores, ſi ad ciuitatis mores accommodantur. ii autem reperientur ex iiſdem. Ex voluntate enim ac electione mores aperiuntur: voluntas vero ac electio ad finem refertur. Quæcunque igitur vel futura, vel præſentia ſuadentibus expetenda ſunt, & ex quibus de vtili fidem facimus, ad hæc de ciuitatum moribus ac inſtitutis, itemque quibus, & quo pacto inueniemus, quantum ad præſens opus eſt, dictum eſt, diligentius vero de his in Politicis explanauimus.

Quatuor ciuitatum ſpecies.

B

F

De Honesto ac Laudabili: quæ ad Demonstratiuum genus pertinent. Cap. IX.



Vnc autem de virtute ac vitio, honesto ac turpi dicamus. laudantes enim ac vituperantes hæc intendunt. Continget etiam si de iis dicemus, illa simul aperire, quibus quales quidem moribus putabimur: quod secundo loco fidem facere diximus. ex eisdem enim & de nobis, & de aliis virtutis opinionem facere poterimus. Verum quoniam accidit loco vel serio laudare sæpe non solũ hominem aut Deum, sed etiam inanimata, aliorumque animalium quodlibet: de iis quoq; propositiones eodem modo accipiendę. Quare veluti exẽpli gratia hæc etiam percurramus. Honestum igitur est, quod cum ꝓpter se eligibile sit, laudabile est: aut quod cum bonum sit, idcirco iucundum est, quoniam bonum. Quod sic est necesse est virtutem honestum esse. nam cum sit bonum laudabilis quoque est. Est autem virtus, vt videtur, vis quędam, productiua, aut conseruatiua rerũ bonarum. itẽ vis benefaciendi multa ac magna, & omnia in omnibus. Huius partes iustitia, fortitudo, modestia, magnificentia, magnanimitas, liberalitas, mansuetudo, prudentia sapiẽtia. Necesse autẽ est, si quidem vnius benefaciendi vis est, maximas eas esse virtutes, quę plurimum aliis conferunt. Quapropter iustos ac fortes maxĩe laudant: cum alii bello, alii etiam in pace vtiles hominibus sint. deinde liberales. nõ enim cõtendunt de pecuniis: sed largiũtur eas, quas sum mopere cæteri cupiũt. Iustitia igitur est virtus, qua singuli, sua secũdum leges possident. iniustitia est, ꝑ quam aliena cõtra leges retinẽt. Fortitudo est, per quam actiui bonarum rerum, vt leges iubent, in periculis sumus. estque legibus administratiua obtẽperatiuaq;. huius contrarium timor est. Liberalitas est pecuniis benefactiua. illiberalitas cõtrarium. Magnanimitas est magnorum beneficiorum effectiua virtus. Magnificentia est virtus magnitudinis sumptuum effectiua. harum contraria modicitas, & pusillanimitas. Prudẽtia est mẽtis virtus, qua de malis ac bonis quę ad fecilitatem pertinent, bene possumus consulere. De virtute igitur ac vitio vniuersaliter, & de partibus satis impræsentiarum dictum est. De cæteris aũt non est difficile perspicere. Perspicuum enim est & virtutis effectiua, quoniã ad virtutem, & quę a virtute fiunt, laudabilia esse. huiusmodi aũt sunt indicia virtutis & opera. Quoniam ergo indicia & similia, quæcunque sunt boni viri opera vel passiones, laudabilia sunt, necesse est quæcũque fortitudinis opera vel indicia sunt, aut fortiter gesta sunt hæc omnia laudabilia esse. Iusta quoq; similiter, & quæ iuste facta sunt: sed passiones nequaquam. Nam in hac vna virtute non semper qđ iuste fit, honestum est cum enim damnantur, turpe magis est si iuste fit, quam si iniuste, eodemque modo in reliquis virtutibus. Itẽ eã quorũ

Marginalia: Honestum. Virtus. Virtutis partes.

B 3

præmiũ honor est, omnia laudabilia sunt. Et ea magis quorum honor, quam eã quorũ pecunia. Item quæcunque eligibilium non sui quispiam gratia gerit. Et quæ simpliciter bona sunt, vt quæcunque pro patria quispiam facit, sua cõtemnens. Et quæ natura bona sunt, & quæ bona, sed non sibi. nam quæ sibi, sui gratia facit. Et quæcũq; mortuum magis consequũtur, quã viuum. nam quæ viuos consequũtur, ea sui gratia facere magis vidẽtur. Itẽ quæcunque opera laudis fiũt gratia. nã hæc minus sui gratia sunt. Itẽ quę nõ sibi sed aliis vtilitati sunt, & benefactoribus magis. iustum enim & beneficia, quoniã in alios. Itẽ his opposita, quibus aut dicẽtes aut facientes, aut dicturi aut facturi erubescunt. turpia enim verecundantur & dicentes & faciẽtes & facturi, quemadmodum Alcæo dicenti, Vellem tibi aliquid dicere, sed pudor impedit: Sappho respondit, Si bona laudabiliaq; cuperes, nec lingua aliquid turpe dicere meditareris: nullus oculos pudor retineret. Itẽ ea de quibus trepidant, etiam si non timeant. sic enim his bonis maxime afficiuntur, quæ ad gloriam ducunt. Item virtutes ac opera eorum qui natura excellunt, laudabiliores: veluti viri magis quã mulieris. & quibus alii magis fruuntur quã ipsi. quamobrem iustũ & iustitia laudantur. Item inimicos vlcisci potius, quã reconciliari. nam malũ pro malo reddere, iustũ est. & iustum omne laudabile. Et ad hæc fortis est inuictũ esse. quare victoria & honor laudabilium sunt. nam etiã si inutilia sint, eligibilia tamen sunt, & virtutem eximiam ostendunt. Item memorationes, ac monumenta: & quæ magis, magis. magis aũt quæ ad defunctum consequuntur, & quibus honos maior connectitur. Item quæ superuacanea sunt, & soli insunt, laudabiliora. digniora.n.memoratu. Item non frugifera prædia. liberius nãq; id magis. Singulorum quoq; propria, laudabilia sunt: & quæcũq; indicia eorũ sunt, quæ apud eos quibus cum viuis, laudantur. veluti apud Laconas comam nutrire, laudabile est. nam, quoniam non est facile seruile aliquod opus facere crinitũ hominẽ: libertatis id apud eos indicium ẽ. Item nulla vti arte fabrili. liberum nãque non viuere ad alium. Ea quoque accipienda sunt, quæ honestis propinqua sunt, tanquam ad laudẽ vel vituperationem conferentia: vt si moderatum ac mitioris animi, tumidum & insidiatorem appelles, & insensatum fugi: & mansuetum, eum qui dolorem animi non sentit. Et hoc modo a consequentibus ad optimũ semper: vt puta iracundum ac furiosum, simplicem & arrogantem, magnificum atq; honestum. Eos quoque qui excedunt, quasi virtuosi essent: vt ferocem fortem esse, prodigũ liberalẽ. nam & pluribus ita videtur: & apparentem ex causa potest habere rationem. Nam si vbi necesse non est, pericula suscipit: multo magis videbitur in re honesta ac laudabili. & si in quoslibet profusus quanto magis in amicos. virtutis enim eximiæ est cũctis benefacere. Oportet etiam apud quos laudamus considerare:

A ficut Socrates dicere folebat,nõ effe difficile Athenienfes apud Athenienfes laudare. Et quod apud fingulos honori eft, id oporret affirmare. vt apud Scythas,apud Laconas,apud Philofophos: ac vniuerfaliter honorabile afferere oportet quod honeftũ fit. propinqua enim effe videnrur. Item quæcunq; vt conueniens eft, veluti fi maioribus digna, fi incœptis. ad honeftatem nanque, ac felicitaẽ pertiner honoris accefsio. Aut etiam fi præter id quod conueniens eft, ad melius atque honeftius: vt fi quis vtitur fecumda fortuna, is moderatus fit: & qui aduerfa, is magnanimus. Aut fi cũ ad maiora cõfcendit, frugi tamẽ magis,ac facilior fit: quale illud eft Iphicratis: O quæ funt ex quibus. & illius qui deuicit Olympia: Qui prius duram ferebam in humeris. Et illud Simonidis,Cuius mulieris pater ac maritus tyrannorũ fratres fuerunt. Verum quoniam laus ex operationibus eft, virtuofiq; proprium electione agere: ita dicendũ,vt oftendatur electione ipfum gefsiffe quæ gefferit. quã adrem cõfert,
B vt fæpius feciffe demõftretur.Quare quę cafu aut fortuna facta funt, confilio ac iudicio attribuenda. Nam fi multa fimiliaque connectũtur,virtutis atq; iudicii videbuntur effe indiciũ.cum vero laus fit,magnitudinem virtutis oftendens oratio, oportet operationes extollere. laus igitur operum eft. Ea vero quæ afferuntur extra,vt fidem faciant ducuntur, vt nobilitas, doctrina. verifimile nanq; eft bonum effe ex bonis, & fic educarum eiufmodi effe. Laudamus ergo eos qui fecerunt: quonian facta figna funt habitus. nam erim eum qui non fecit,laudaremus,fi talem effe crederemus. Beatio vero & felicitatio ipfis quidem eadem, his autem nõ eadem: fed vt felicitas virtutem,fic cõtinet hæc felicitatio. Habent aũt cõmunem fpeciẽ laudis cum deliberatione. nam quæ in admonẽdo diceres, ea dictione otationis commurata laudem conftituũt. Cum ergo habeas quæ agenda fint, & qualem quẽdam effe oporteat: hæc quafi admonendo di-
C cta,verbis cõmutanda trãfponendaque funt.vt in admonitione confilioque fic: non oportet fecunda fortuna confidere nimium, fed iis quæ a feipfo funt.in laude fic: non fecunda fortuna,fed feipfo plurimum confidebat. Quas ob res laudando quid admoneas, & confulẽdo quid laudes confidera: & oppofita neceffario dictione vraris, cum tam prohibens, quã non prohibens commutaueris, Vraris aũt & eorum quæ amplificant pluribus, vt fi folus, fi primus, aut cum paucis, aut quod maxime factum eft. laudabilia enim hęc omnia. Præterea, quod ex tempore atque occafione eft,quæ funt præterquã conuenit. Ad hæc, fi fæpius eandem rem gefsit. magnum nãque id, nec a forruna, fed ab eo ipfo profectũ videtur. Si quibus ad virtutẽ inflãmamur, & quibus honoramur: hæc ab eo inuenta conftituraq; funt. Si primus omnium laudarus eft, ficut Hippolocho, & Harmodio, ac Ariftogitoni in foro ftatuæ primum pofitæ: & in cõtrariis fimiliter. Quòd fi ex eo ipfo non facile adinuenire potes,aliis cõpa-

De amplificatione.

ra : quod Isocrates ex consuetudine declamandi faciebat. Sed oportet illustribus comparare. amplificat.n.id, maximeq; laudabile est, cum virtuosis melior ostendatur. Cæterum amplificatio merito in laudes incidit. excellentia enim est, & excellere laudabile, quapropter cum excessus ipse virtutem ostendere videatur: & si non illustribus, attamen aliis comparandum. E generibus igitur omni orationi communibus amplificatio demonstrationi accommodatior. Nam cum res gestas quasi certas accipiant: reliquum est vt magnitudinem eis ac ornamentum afferant. Exempla vero deliberatiuis aptiora sunt. ex præteritis enim futura coniicientes iudicamus. Enthymemata autem iudicialibus magis conueniunt. nam quod factũ est, & causam quare factum est suscipit, & probationem patitur, quoniã incertum est. Ex quibus igitur laus ac vituperatio ferme omnis, & ad quænam respicientes laudare ac vituperare oporteat, & ex quibus commendationes & opprobria fluant, hæc sunt. Nam horum contraria non latent: vituperatio enim ex contrariis est. D E

De Accusatione & Defensione, quæ ad Iudiciale genus pertinent: ac primum de eo quod est iniuriam afferre. Cap. X.



Vnc de accusatione ac defensione, ex quibus & quot ratiocinationes faciũdæ sunt, dicendum videtur. Tria igitur sumenda sunt. Primum, quot et quorum gratia iniuriam inferunt. Deinde, quomodo affecti. Tertium, quales, & quomodo se habentes. Si ergo iniuriam primum definierimus, de reliquis deinceps explicabimus. Sit ergo iniuriari, sponte prætet leges officere. Legum autem alia propria, alia communis. Propriam dicimus, qua ciues scripta vtũtur: communem vero, qua nonnulla etiam si scripta non sunt, apud omnes tamen valere videntur. Sponte autem facimus quæcumq; scientes & non coacti facimus. Quæ igitur sponte facimus, nõ omnia eligimus: quæ autẽ eligimus, omnia cognoscimus. nemo enim ignorat quæ eligit. Ea vero quibus officere, ac praua præter leges committere statuũt, improbitas sunt, & intemperantia. Si.n. vitium habeant vnum, aut plura: quo improbi sunt, in eo etiam iniusti: veluti prodigus in pecuniis, intẽperatus in voluptatibus corporis, mollis in desidia, timidus in periculis. deserit enim periculorum socios propter timorem. Ambitiosus etiam propter honores iniustus est, iracundus propter iram, contentiosus cupiditate victoriæ, acerbus propter vltionem, stultus, quoniã circa bonum & iustum decipitur: eodemq; modo cæteri vnusquisque in suo subiecto. Verum hæc partim ex iis quæ de virtutibus dicta sunt, perspicua sunt: partim ex iis, quæ de affectibus dicentur, patebunt. quare reliquum est, vt cuius F

Quid sit iniuriari.

A gratia, quomódoq; se habentes, & quibus iniuriantur, tractemus. Primũ ergo diuidētes dicimus quę sunt quę appetimus, & qualia sunt quæ vt fugiamus, iniuriā facere conamur. Perspicuum enim est, cō siderandum esse accusatori quot & quæ reo insunt ex iis quæ omnes appetunt, qui iniuria cæteros afficiũt. defensori aũt, quæ & quot eo rum non insunt. Quæ igitur agunt, alia oēs propter seipsos agũt, alia non propter seipsos: & istorũ alia casu, alia necessitate. horũ ēt quędā vi, quædam natura. Quare quæcunq; non propter seipsos faciunt, aut casu, aut natura, aut vi faciunt, quæcunque autem propter seipsos, quorum scilicet ipsi causa sunt, alia propter consuetudinem agunt, alia propter appetitum. & horum quædam appetitu rationali, quædam irrationali. nam voluntas appetitus est boni cũ ratione. nullus enim aliquid vult, nisi cum bonũ esse putauerit. appetitiones vero irrationabiles, ira & cupiditas. Quare quæcunque homines agunt, septem eos de causis agere oportet: fortuna, vi, natura, consuetudine, ratione, ira, cupiditate. Neque oportet scdm ætates aut habitus, aut talia quædam ea quæ aguntur distinguere. Nam si accidit vt iracundi aut cupidi iuuenes sint, non tamen propter ætatem agunt quæ agunt: sed propter cupiditatem, ac iram. Neque diuites ac pauperes propter diuitias & paupertatem: sed accidit vt pauperes propter egestatem pecunias cupiant, diuites vero propter licētiam voluptates non necessarias. itaque ii etiam non propter diuitias aut egestatem agunt, sed propter cupiditatem. Eodemq; modo iusti & iniusti, cæteriq; qui scdm habitus agere dicuntur, propter hæc omnia agent. nam aut propter rationē, aut pp affectum. sed quidā moribus & affectibus bonis, quidam contra. Accidit aũt, vt ad hos quidē habitus alia, ad illos vero alia consequantur. forsan enim statim modestum pp modestiā ipsam tā opiniones quā cupiditates pro bę circa voluptates consequuntur. at immodestum circa easdem ipsas contrariæ. Quapropter huiusmodi diuisionibus supersedendum est, & considerandum quæ quos sequi soleāt. Nam si albus, aut niger, aut magnus, aut paruus, nihil ex eis consequitur. Sin autem iuuenis, aut senex, aut iustus, aut iniustus, iā inter se differunt: & omnino quæcunq; accidentiũ mores hominum differētes efficiunt. vt si quis diuitem se aut inopem putat, & felicē aut infelicem, idipsum vero nonnullam faciet differentiā. sed de his postea: nunc de aliis dicamus. Fortuna igitur fiunt, quæcunque ita fiunt, vt cum eorũ causa indeterminabilis sit, nec huius gratia, nec semper, nec vt plurimũ, nec ordine fiunt. quæ omnia fortunæ ipsius definitione patent. Natura fiunt, quæ causam & ordinē in se ipsis habent. nam aut semper, aut vt plurimũ sic eueniunt. nam quæ præter naturam fiunt, ea vtrũ scdm quādam naturam, an alia causa fiant, non oportet inquirere: quāuis etiam fortuna causa horum esse videatur. Vi autem, quæcũque per cupiditatē ac rationem p ipsos agentes fiunt. Cōsuetudine

Quot, & q̄ sint actionũ nostrarum causę.

B (margin letter at "tura, consuetudine")

C (margin letter at "tim modestum")

Quę natura

Quę vi.

Quę consuetudine. vero, quæcunq; ideo faciunt, quoniã sæpe fecerunt. Ratione autẽ, quæ cùm sint ex bonis iam dictis, cõferreq; videãtur, vel vt finis, vel vt ad finem, propter vtilitatem agũtur. nam quædam intemperantes etiam agũt vtilia, verum nõ propter vtilitatem, sed propter voluptatẽ. Ira vero fiũt, quibus vlciscimur. Differunt aũt pœna, & vltio, nam pœna, eius qui patitur gratia fit: vltio vero eius qui facit, vt explearur. verum ex quibus ira fit, ex iis quæ de affectibus dicemus patebit. Cupiditate autem aguntur quæcũq; iucunda videntur. Verum & consuetudo, & ea in quibus assueti sumus iucunda sunt. nam multa etiam eorum quæ natura iucũda nõ sunt, cum voluptate faciũt qui assueti sunt. Quare, vt breuiter dicã, quæcunq; propter seipsos agunt, omnia vel bona sunt, vel bona esse videntur: & aut iucũda, aut videntur iucũda. Verum quoniam quæ propter seipsos agũt, hæc sponte agunt: nõ spõte autem, quæ non propter seipsos: omnia quæ volentes agunt, bona erunt, vel apparẽtia bona: & aut iucũda, aut apparentia iucũda. Ponimus autem malorum etiam vel apparentium malorum reiectionem, aut minoris pro maiore assumptionem in bonorum numero, cum eligibilia quodammodo sint. & similiter doloris vel apparentis doloris reiectionem, aut minoris pro maiore assumptionem in iucundis numeramus. Quare quot & qualia vtilia sint, aut iucunda, sumẽdum est. Sed cum de vtilibus, quando de deliberatione tractabamus, satis dictum sit, de iucundis imprǽsentiarũ agamus. Oportet autem definitiones has sufficientes putare, si ita se habẽt, vt de vnoquoq; neq; obscuræ sint, neque exactæ. Supponatur igitur nobis voluptatem esse motum animi quẽdam & affectionem, totam simul & sensibiliter in naturam proficiscentem, dolorem vero contrarium.

Marginalia: Quę rõne. — Quę ira. — Quę cupiditate. — Voluptas quid.

Marginal letters: B

De Iucundis. *Cap.* XI.



Vare si hoc voluptas sit: patet id iucundum esse, quod dictam affectionem efficit: triste vero, ac dolorosum, vel eius corruptiuum, vel cõtrarię affectionis effectiuũ. Ita iucundũ necessario est tam quod secundũ naturã vt plurimum proficiscitur, ac maxime cum quæ natura fiunt, iam naturam suam & consuetudinem consequuta sunt. Quod enim vsitatum est, quasi iam innatum esset, gignitur. nam cum sæpe ipsum ipsi semper propinquum sit, & ipsius quidem semper natura sit, ipsius vero sæpe consuetudo: naturæ consuetudo similis est. Et quod violentum non est. vis enim præter naturam est itaque tristis necessitas est, recteque dicitur violentum omne natura dolorem efficere. Quare curæ, seria, conatus, tristia sunt. necessitudine enim ac ui fiunt, nisi qui faciunt, assueti sint. Horũ vero contraria iucunda sunt. idcirco desidia, iocus quies, accubationes, som-

A nus,in iucundis sunt:cũ nihil eorũ vi fiat.Præterea cuius cupiditas in est,omne iucundũ.nam cupiditas iucũdi appetitio est.Cupiditatum autem aliæ sine ratione sunt, aliæ cum ratione, Irrationales dico, quas ex nulla cogitatione cupiũt: quales sunt quæ natura esse dicuntur:vt que sunt per corpus,veluti alimenti sitis & fames.est autem in singulis etiam alimenti speciebus cupiditas, & in gustabilibus atque veneriis,& vniuersaliter in tangibilibus, & in olfactu odoris,& in auditu,atq; visu.Rationales vero,cum quædam persuasi cupiũt.nã multa & expetere,& possidere cupiunt cum audiuerint, persuasique fuerint. Verum quoniam voluptate frui tum est,cum aliquo sensu affici mur,imaginatioq; sensus quidam est debilis, & recordantem ac sperantem eius rei sequitur imaginatio,quam recordatur ac sperat: quoniam igitur hæc ita sunt,patet voluptates inesse recordantibus valde, atq; sperantibus,siquidem & sensus. Quare necessarium est iucunda omnia vel in sentiẽdo præsentia esse,vel in recolẽdo præterita,vel in

B sperãdo futura:siquidem præsentia sentimus,præterita meminimus, futura speramus.Quæ igitur meminimus, iucũda sunt:nec solũ quæ cum aderant, voluptatem afferebant:verum ẽt nonnulla eorũ quæ dolorem,si post illa bonum ac laudabile quid habeamus. Hinc illud dictum est:Iucundũ est seruato meminisse periculi.Et illud. Lætatur enim vir post labores,cum multa tulisse, multaque gessisse recordetur.Cuius causa est, quoniam malum ẽr non habere,iucundum est. Eorum aũt quæ in spe sunt,quæcunq; delectationem aut vtilitatẽ afferre non paruam cum assunt,aut sine dolore iuuare vidẽtur: & omnino quæcunq; cum assunt, delectationi sunt:ea inquam omnia sperantibus quoq; ac recordantibus,vt plurimũ iucunda sunt. Idcirco irasci quoq; iucundũ.Vnde Homerus etiam dixit de ira,ꝙ defluẽte melle multo sit dulcior. nemo.n.illis irascitur, quos vlcisci putat impossibile. illis etiam qui potentia excedunt,aut non irascuntur, aut

C minus irascuntur. Ad hæc ingentes quoque cupiditates voluptas quædã consequitur. nam cum se assequutos meminerint, aut sperent assequuturos, voluptate quadam afficiuntur. Veluti qui febricitant,siti oppressi,memoriæ habentes ꝙ biberint,sperantesq; se bibituros,gaudent. Similiter amantes cum alloquantur,aut scribant, aut quicquam aliud faciant ad eum,quem absentẽ amant,gaudent. in oĩbus nãq; his quasi sentire putant eum quẽ amant, cum eius recordentur. Idque amoris initium omnibus est, si non solum cum adest lætantur, sed absentis etiam memoriam tenentes amant. Id circo etiam cum mœsti sunt quoniam non adest, & in luctu ac fletu inest quædam voluptas. mœror enim in eo est,quod non adest:voluptas autem,quod recordẽtur,ac illum quodammodo videãt, & quæ agebat, & qualis erat.Vnde illud dictum est, Sic fatus,flendi cũctis immisit amorem. Vlcisci etiam iucundum est.nam quod si non assequeris,triste:si assequeris,id iucundum est. Et punire delectabile est,

id.n.adipisci iucundũ, cuius frustratio est tristis.qui vero irascũtur, D magnopere dolẽt non vlci: sperãtes aũt gaudẽt. Vincere quoq; iucũdum est, nec contẽtiosis solũ, sed omnibus. excessus nãq; imaginatio fit: cuius rei omnes aut moderate aut magis ẽt quã oporteat cupidi sunt. Verum quoniã iucundũ vincere est, ludos etiam omnes qui pugnæ aut contentionis speciem habẽt, iucundos esse necesse est (sępe nanq; in ipsis victoria inest) vt tesseras, aleã, pilã, tabulã, ludos quoque liberos similiter. nam eorum alii iucundi fiunt, si quis assuescit: alii statim iucundi, vt venatio, & omnis bestiarum persequutio. Vbi enim certatio est, ibi victoria quoq; est. quapropter forum disputationesq; assuetis atq; potentibus iucunda. Honor etiam, atq; gloria iucundissimorũ est. Fit enim vnicuiq; imaginatio talem se esse, ac virtuosum, pręsertim cũ ii afferant quos non existimant mentiri, quales domestici potius sũt quã alieni, deinde familiares ac noti, & ciues potius quã pegrini: & qui sunt, potius quã futuri: prudẽtes potius quã fatui, & multi quã pauci. hos.n. veraciter pręedicare verisimilius est. E quã oppositos. Nulla.n. cura est, vt ab iis quos quispiam nimiũ despicit, veluti a pueris, aut a bestiis honor, aut gloria conquiratur: non inquã ipsius gloriæ, sed forsan cuiusdã alterius gratia. Amicus quoque iucundum est: nã & amare, iucundũ. nullus.n. vinum amat, qui vino non lętatur. Amari etiam iucundum. imaginatio.n. hic quoque fit bonum sibi inesse, quod qui sentiũt, omnes cupiunt. Admirationi etiam esse, iucundũ: quoniam & honorari. Assentationibus quoq; aures præbere. ideo ẽt adulator iucundũ. nam & admirari & amare videtur. Idem etiam sæpius agere, iucundum. consuetudo nãq; iucunda erat. Varietas quoq; ac vicissitudo iucunda. in naturam.n. mutatio fit. Quodcunq; autem vno modo semper se habet, cõstituti atq; fixi habitus satietatem generat. vnde dictum est, vicissitudinem rerum omnium iucundã esse. Idcirco etiam quæ interuallo tẽporis magno videntur, iucunda sunt, tam res, qua homines. mutatio.n. præsentium fit. Et simile etiam est, quod magno temporis interuallo inter- F posito fit. Discere quoq; & admirari iucundum vt plurimũ est in admirando.n. discendi cupiditas inest: quare admirabile desiderabile est. in discendo autem reditus inest in naturam. Beneficium etiã tam conferre, quã accipere, ex iucundis est. nã qui recipit, quod cupit adipiscitur: qui autem confert, habet abũdatq; iis quæ vterque appetit. Verum quoniam bene mereri iucundũ est, idcirco subuenire quoq; propinquis, & manca supplere, suaue hominibus est. Et quoniã discere, atq; admirari iucundum. necesse est vt quæ imitatione assequuti sumus, iucunda sint: vt pingendi atq; fingendi artes, & Poetica similiter, omneq; quod imitatione, fit etiam si iucundum id non sit, quod imitantur. non enim illo lætantur, sed quoniam ratiocinationem faciunt, quòd hoc illud est. quare aliquid discere accidit. Euadere quoq; a periculis, tanto iucundius, quanto proprius periculo. admirabilia

A enim omnia hæc sunt. Et quoniã quod secundũ naturã est, iucundum est, omniaq; genere inter se cõiuncta, secundũ naturã cõiuncta sunt: idcirco vt plurimũ quæ similia sunt, ac genere coniũcta, iucũda sunt, vt homo homini, equus equo, adolescens adolescenti. Hinc & prouerbia celebrata sunt, ꝙ æqualis æqualem delectat: quodq; semper a simili simile amatur: & quòd belua beluã cognoscit: & ꝙ semper merula ad merulam: & quæcunq; huiusmodi. Verum quoniam quod simile & eiusdẽ generis est, sibi ipsi iucundũ est, idq; maxime vnusquisque ad seipsum habet: necesse est omnes, alios plus, alios minus seipsos amare. nam omnia illa vnicuiq; ad seipsum maxime insunt. Quòd si omnes se ipsos amant, sua quoq; vnicuiq; iucunda esse necesse est: vt opera, orationes. Quare assentatorum vt plurimũ atq; amatorum amici sunt. ambitiosi quoque, ac liberorum amore victi: nam liberi opera sua sunt. Manca quoq; supplere iucũdum: quoniam opus iam suum fit. Et quoniam principari iucundissimum est, ideo

B sapientem esse iucundũ videtur. nam sapere principantis est. sapientia autem multarum ac mirabilium rerũ scientia est. Præterea quoniam vt plurimum ambitiosi sunt, necesse est increpare quoq; alios iucundum esse. Item in quo vnusquisq; sibi optimus esse videtur, in eo versari: vt Euripides ait, in id adducitur magnã diei partem ei attribuẽs: vt ipse se ipso fruatur, cum sit optimus. Insuper cum ludus ac iocus ex iucundis sint: otium quoque omne, ac risus, & ridicula iucunda necessario sunt, & homines, & verba, & opera. Sed de ridiculis in iis quæ de arte Poetica dicta sunt, determinatum est. Verũ de iucundis hæc dicta sint. Dolorem autem inferentia, ex contrariis horum patent. Quorum igitur Gratia iniuriantur, hæc sunt.

Quomodo se habentes, & quibus iniuriantur. Cap. XII.

C



Nunc autem quomodo se habentes, & quibus exponamus. Ipsi erga tum rem geri posibilem arbitrantur, & sibi posibilem, siue celare sperent, siue deprehensos non daturos pœnas: aut daturos quidem, sed minus sibi vel suis futurum supplicium quam emolumentum. Verum quæ posibilia, quæq; imposibilia videantur, posterius explanabitur: communia enim sunt omnibus Rhetoricæ partibus. Ipsi autem posse se absq; damno iniuriari arbitrantur, si orationis copiam habeant: si actiui sint: si multis in certaminibus experti: si amicis abundãt: si diuites sunt, aut ipsi maxime, aut saltem si huiuscemodi sibi amici, aut ministri, aut socii sint. nã hæc propter & celare, & facere, & non dare pœnas possunt. Præterea, si amici sunt iis qui iniuriam perpetiuntur, aut iudicibus. nam & amici nec obseruant iniuriantes amicos, & reconciliari malunt, quã accusare: & iudices iis

gratificantur quos amant,& aut omnino absoluunt,aut parui condé nant. Celare autem facilius possunt,partim qui ad ipsa crimina incōmodi sunt:vt si imbecillus pulsasse hominem accusetur,aut inops, aut deformis adulteri. Et quæ in apetto & ante oculos posita sunt, nam quæ nemo putat,nemo seruat:& quę tot & tanta sunt,vt ea nullus.nam & hæc minime obseruantur.omnes enim homines, quibus vsitatissimæ iniurię sunt,ab eis cauent:veluti etiam a morbis qui solent inuadere.quo autem nondum aliquis laborauit,ab eo nemo cauet. Partim ii quibus inimicus nullus est,aut plurimi. alii enim cęlaturos se putant,quòd non obseruentur:alii q non videantur aggressuri fuisse,cum obseruentur:habentque defensionem hanc,quòd non fuissent aggressuri. Partim quos vel mores,vel affectio, vel locus commode celant. Partim ii qui si celare non potuerint,propellere oīno iudicium possunt, aut in longius prorogare, aut iudices corrumpere.Partim ii qui si pecunia damnabūtur,vel solutioni sufficere possunt,aut in longius producere, vel ob inopiā nihil habeant quod perdant.Partim quibus emolumenta quidem apte,adueniunt, vel magna,vel de propinquo: dāna vero ecōtra,vel occulta,vel parua,vel de longe.Partim,quibus maior est vtilitas,qua vt par supliciū excogitari queat:quod tyrannis cōsequutū videtur. Partim quibuscunque iniurię lucra quidem sunt, cōdemnationes aūt opprobria solū. Et contra quibus iniuriæ quidem laudi quoddāmodo sunt: vt si alicui simul contingerit parentem vlcisci,velut Zenoni. Condemnationes vero,aut exilii,aut pecuniæ,aut alterius huiusmodi.iniuriantur enim vtriq; ii,siue hoc siue illo se pacto habeāt.sed nō vt iidem ipsi sunt,verum vt oppositi in moribus.Partim qui sępe aut celarūt, aut condemnati non sunt.Item quibus sæpius aggressis parum successit.sunt enim nonnulli tales iniuriando, quales in rę bellica, qui iterum atque iterū pugnas inceptant.Præterea qui voluptatem aut lucrū statim assequuntur:dolorem aut dānū postea:quales incontinentes sunt.in est.n.incontinentia circa oīa quæ appetuntur. Et contra qui dolorem aut damnum statim perpetiuntur, voluptatem vero aut emolumentum postea,& tardius.continentes.n.ac solertiores hæc p̄sequunrur. Partim qui videri possunt vel fortuna,vel necessitudine, vel natura,vel consuetudine fecisse:& in summa errasse,sed non iniuriatos fuisse.Partim qui ius suum haud aliter obtinere possunt. Partim qui eguerint, sunt aūt egentes dupliciter,nam aut necessariis,vt inopes:aut superuacaneis,vt diuities. Partim qui præclari aut infames sunt:alii quoniam non videbuntur.alii quoniam non magis videbuntur.Ac ipsi quidem sic se habentes aggrediuntur. Iniuria vero

Quib' iniuria fiat. afficiunt hos,& in his.Primum habentes ea quibus ipsi egeant, vel vt necessitatem expleant,vel vt abundent, vel fruantur.Deinde tam longe absentes,quam prope.ab aliis nanque cito auferūt, ab aliis tardius puniūtur: veluti q Carthaginensibus furātur.Præterea nō obser

A uantes, neq; cauentes, sed credulos. nã omnes hos celare facile. Ad hæc negligentes. nã vlcisci diligentis est. Verecũdos etiã. nõ. n. pugnãt de lucro. Eos quoque qui affecti a multis iniuria, non curarunt de vltione. nã (vt trito prouerbio dicitur) Mysorũ sũ prçda sunt. Insup eos quos nunquam, & quos sæpius. vtrique enim incauti: illi quòd nunquam, ii quòd non amplius. Item eos qui aduersis tumoribus vel opprimuntur, vel facile possunt opprimi. nam ii nec volunt, cum timeant iudices: nec persuadere queunt: cuiusmodi sunt & quos mul ti oderunt, & quibus multi inuident. Item aduersus quos causam habuerunt vel ex ipsis, vel ex parentibus, vel ex amicis: qui male aut fecerunt, aut facturi erant vel sibi, vel parentibus, vel iis qui sibi curæ sunt, sicuti prouerbio fertur: Improbitas causam quærit. Item amicos, atque inimicos. alios nanq; facile, alios iucunde. Item eos qui amicos non habent. Item eos qui nec ad dicendum, nec ad faciendũ multum valent. nam ii aut vlcisci negligunt, aut reconciliantur, aut

B non ad finem vsque persequuntur. Præterea quibus inutile est, dũ iudicia & compensationem expectant, tempus consumere: quales sunt aduenæ ac opifices, qui iniuriantes sibi paruo absoluunt, & facile cessant. Præterea eos qui aut ipsi aliis sæpe iniuriam intulerũt, aut iniuria talia fecerunt qualia patiuntur. nam id non videtur fere iniuria, cum tale quid perpessus quispiam sit, quale ipse est solitus facere: vt si quis contumeliari solitum verberauerit: vel eos qui male aut fecerunt, aut voluerunt, aut facturi sunt. nam & voluptatem id & laudem habet: nec fere iniuria esse videtur. Item eos quorum iniuriã vel amicis vel dominis, vel in summa quibus ipsi viuunt, grata videatur. Item eos a quibus sperant veniam se consecuturos. Præterea eos de quibus conquesti sunt. vt Calippus in Dionem fecit: hæc enim ad iniuriandũ accedere videntur. Præterea eos quos etiam si ipsi dimitterrent, ab aliis tamen opprimeretur: quasi non sit amplius possi

C bile cõsilium adhiberi: vt Aenesidemus ad Gelonem, cum ab eo Cotabia oppidum depopulatum fuisset, scripsisse fertur: quòd scilicet eum vrbem illam depopulaturum paulo præuenisset. Præterea eos quibus iniuriari potuerunt, iuste agere multa, quasi facile resarturi: vt Iason Thessalus dixit opus esse in quibusdam iniuriari, vt iure quoque multa facere posfis. Item ea facilius committunt, quæ multi factitant. veniam enim se consecuturos in his putat. Item ea quæ celari vbiq; cõmodius possunt: qualia sunt quæ vel cito consumuntur, vt edulia: vel facile figura, colore, complexionẽ immutantur. Vel quę celari vbiq; possunt. Et quæ facile portantur, & paruis in locis recõdũtur. Item ea quorum similia multa iniurias possidebat: & quæ per pessum dicere pudet: vt quorum adulteria, contumeliasque sui, vel liberorũ. Et in quibus qui accusat, litiũ studiosus videtur: qualia sunt parua, & in quibus venia dari solet. Ac quomodo se habentes iniuriantur, & quibus, & quomodo, & cur, hæc fere sunt.

De Iniuria, iureque factis. Cap. XIII.



Ed iniuria, iureq; facta oïa distinguamus: hinc primũ incipientes. Determinantur iusta itaque iniusta primum duabus legibus: deinde quibus sunt, dupliciter Legem autem dico, alteram propriam esse alteram communem. Et propriam quidem, quæ singulis inter seipsis determinata est. & hanc aliam scriptam, aliam non. Communem vero quæ secundum naturam est. est enim quoddam natura iustum, & iniustum, quod omnes vaticinantur, etiam si nulla inter se societas aut pactio sit: quale Antigone apud Sophoclem dicere videtur, cum iustum esse asserat, sepulturæ, Polynicem tradere, non enim, inquit, nunc aut nudiustertius, verum semper id viget, nemoque scit ex quo ita constitutum est. Et vt Empedocles dicit de non interficiendis animatis. non enim id apud quosdam iustum, apud quosdam vero iniustum: sed apud omnes, inquit, legitimum, ac per æthera latum, terrasque iacentes constitutum est. Et vt Alcidamas etiam in Meseniaco dicit. Quibus autem determinata sunt, dupliciter determinata sunt. nam aut ad communem societatem, aut ad vnum supremum societatis agenda, aut non agenda spectãt. idcirco dupliciter etiam iure ac iniuria facere possumus. nã aut vnũ ac certum, aut ciuitatem lædimus. qui enim adulteratur, aut hominem cædit, certũ quendam lędit, qui vero militiã deserit, ciuitatẽ. Cum igitur quæ iniuste fiunt, omnia ita bipartito distribuantur, si prius quid sit iniuriam pati repetierimus, cætera dicemus. Iniuriã pati ergo est, cum a volentibus iniusta inferuntur iniuriari enim, voluntariũ esse iam definitum est. Verum quoniam necesse est eum qui iniuste patitur, lædi, neque sponte lædi: læsionesque ex iis quæ iam diximus patent (bona enim & mala prius diuisa sunt, voluntaria etiam dictum est ea esse quæ scientes faciunt) necesse est peccata omnia vel ad ciuitatem, vel ad priuatos spectare: & hæc aut a nesciente, aut a nolente, aut a volente atque sciente fieri. & horum quædam electione, quędam affectu. Ac de his quidem in tractatu de affectibus explanabitur. quæ vero eligunt, & quomodo se habentes, iam explanatũ est. Verum quoniã sæpe concedentes fecisse, aut intentionem accusatoris negant, aut id de quo est intentio, vt cepisse, sed non furatũ fuisse: verberatum, sed nõ contumeliatum esse: fuisse vna, sed nõ adulteratum fuisse: aut furatum esse, sed non cõmisisse sacrilegium: non.n.rem diuinã attigisse, aut sustulisse, sed non publica: aut colloquutum cum hostibus fuisse, sed non prodidisse: propterea oportebit etiã quid furtum sit, quid cõtumelia, quid adulteriũ, determinare: vt siue esse, siue non esse iustum velimus ostendere, facere queamus. nam de oĩbus his quæstio est, vtrum iniustus sit, & improbus, an non. Est enim in electione imbrobitas, atque

Iniuriã pati quid.

A iniuria:& huiusmodi nomina elegisse ostendunt, veluti contumelia, furtum. Nec enim si verberauit, statim contumelia affecit: sed si alicuius gratia, vt si aut vituperandi alium aut volûptatis suæ. Nec si clã accepit, statim furatus est: sed si vt alteri damnum, sibi vtilitatem afferret, similiterque de aliis. Quoniam vero duæ iustorum atque iniustorum partes erant (quædam enim scripta, quædam nõ scripta) de iis quidem de quibus leges scribunt, dictum est: ea vero quæ scripta non sunt, bipartito distribuimus, Nam alia sunt per excessum virtutis, aut vitii: in quibus vituperationes honores, infamiæ. donationesque sunt: veluti gratiam habere benemerito, paratum esse amicis, cæteraque huiusmodi. Alia legum scriptarum defectus nam æquum & bonum iustum esse videtur. Aequum autem & bonum est, quod præter legem scriptam iustum est. idque accidit partim volentibus, partim inuitis legumlatoribus. inuitis quidem, cum se effugerit: violentibus autem & cum nequeant determinare, sed necesse sit
B vniuersaliter dicere quod non ita, sed vt plurimum. Et cum determinatio ꝓpter infinitatem facilis non sit, vt ferro percussit, quanto & quali quoddam tempus enim deerit enumeranti. Si ergo de quo determinari non potest, de eo lex ferenda est, necessario simpliciter dicendum. Quare, si cum annulatus sit, manum extollat vel percutiat: lege quidem scripta reus est, & iniuriatus est: vere autem non est iniuriatus: & id est æquum ac bonum. Si ergo quod dictum est, æquum ac bonum est, & patet æquum etiam esse ne tanti errores fiant, quanti iniuria: nec quę aduersa fortuna eueniunt, tanti, quanti errores. Dicuntur autem aduersa fieri fortuna, quęcuuque cum pręter opinionem fiant, non fiunt ex prauitate. Errore autem, cũ nec pręter opinionem, nec ex prauitate. Iniuria vero, cum non præter opinionem, & ex prauitate: nam quæ cupiditate fiunt, ex prauitate fiunt. Aequum etiam est rebus humanis ad ignoscendum commoueri, & non legẽ, sed legis scriptorem: ac non verba, sed sententiam spectare: nec fa-
C ctum, sed voluntatem: nec partem, sed totum: nec quis nunc, sed quis semper, aut fere semper fuerit, considerare, & meminisse bonorũ magis quæ in se collata sunt, quã malorũ, & eorum bonorum magis quę recipit, quam quæ fecit & non iniquo animo iniuriam ferre: & oratione disceptare potius vellæ, quam re: & in arbitriũ magis, quam in forum velle descendere. nam arbiter ad æquum & bonum, iudex ad legem spectat. Et hac de causa arbiter eligitur, vt æquum & bonum præualeat. Ac de æquo & bono sic determinatum sit.

Duę iustorũ atq; iniusto. rum partes.

De maiore ac minore Iniuria. *Cap.* XIIII.


Iniuria vero maior, quæ a maiore proficiscitur iniquitate. Quocirca quæ minima sunt crimina, maxima interdum videntur: vt Menaloppum Callistratus accusabat, ꝙ templi custodes decepisset, triaq; vascula e sacris minimi pon

deris sustulisset. Contra vero est in ipsa iustitia. Hæc aūt ita sunt, quoniam viribus excedunt. nam qui sacra vascula parui ponderis furatus est, is quauis in re peccabit. Interdū igitur sic magna iniuria, interdū ex magnitudine dāni æstimatur, vt illa cui nullum pōt supplicium exæquari, sed oīs pœna minor inuenitur, & cui remedium afferri nō potest. acerbum enim, atq; inauditum. Et in qua non potest qui passus est, pœnam sumere: cum res nullum remediū patiatur. nam vltio atq; pœna remediū est. Et si qui perpessus est, turpitudinem ferre nō potuit: maiore nāq; supplicio, qui fecit, dignus est. vt Sophocles cum Euctemonis causam ageret, ac ille nō ferens contumeliam, se ipsum interemisset: non æstimare se cōtumeliam minoris inquit, quā quanti qui passus est æstimauit. Et si solus, aut primus fecit, aut si pauci admodū eo crimine contaminati sunt. Idem etiam sæpius peccare, per magnum. Similiter maxime is peccat, cuius causā quærātur ac excogitentur quæ prohibeant, vt supplicia, & cruciatus: sicut ii, propter quos carcer exædificatus ē. Et apud Argiuos pecunia is multatur, propter quem lex posita est. Maius est, quod beluarum magis est: & quod ex præmeditatione magis: & quod qui audiunt, timent magis quā misereantur. Amplificātia vero illa sunt, ꝙ multa iusta euertit, aut contempsit iusiurandum datam dexteram, hospitiū, fidem, affinitates. multorum nanque criminum exaggeratio fit. Ad hæc nō parum ibi peccare, vbi puniuntur iniusti. quod falsi testes faciūt. vbi.n. non peccabūt, qui vel apud iudices peccant? Præterea ea maiora, in quibus turpitudo maior. Sūma ēt iniuria, si eū lædit, qui de se bene meritus est. plura nāq; peccat, ꝙ non bene facit, & ꝙ male. Is etiam vituperandus, qui iustitiam secundum leges scriptas solummodo seruat. melior enim qui non coactus iustus est. scripta vero coacti seruant, sed non coacti minime. Alio ēt modo qui præter scripta facit. nam qui ea committit, quæ leges prohibent, & de quibus suplicia sunt, is ea multo magis committet, de quibus nullum supplicium est. De iniuria igitur maiore vel minore dictum sit.

De inartificiali Fide. Cap. XV.



DE fide autem quæ inartificialis dicitur, deinceps dicendum: propria enim iudicialium causarum. Sunt igitur quæ fidem huiusmodi faciunt, quinque numero: leges, testes, pacta, quæstiones, iusiurandum. Primum autem de legibus, quo pacto suadenti & dissuadenti, & accusanti & defendenti vtendum sit, dicamus. Patet ergo, si lex scripta aduersus nos sit, communi tunc lege vtendum esse, & æquo ac bono tanquam iustioribus: & quòd optima sententia vti hoc est, ne vtatis scriptis in omnibus: & quòd æquum & bonum idem perma-

De Legibus

A neat semper, & nunquam immutetur, sed nec communis lex, cum se cundum naturam sit: ius vero scriptum sæpius. Vnde dictum est in Antigone Sophoclis, fecisse se præter Creontis legem: sed non præter illam non scriptam. non enim nunc, aut nudius tertius, sed sem per: hanc ergo ego non curabam hominis, verum nullius legem. Et quod iustum, verum quid est atque vtile: sed non id quod videtur. quare quæ scripta est, lex non est, cum legis opus non faciat. Et quòd iudex quasi argenti atque auri cognitor est, vt vere iustum ab adulterato discernat. Et quòd melioris est viri, non scriptis potius quã scriptis vti, & in eis permanere. Et si alii, quæ probetur legi, aut si bi ipsi contraria est: veluti si altera esse iubeat firma quæcunque inter se pacti sunt, cum altera vetet, ne aduersus leges pangant. Et si ambigua, vt vertere, inspicereque liceat, quam ad partem iustum, ad quam vtile accommodabitur: ac ita demũ ipsa vti. Et si res de qui bus lex lata est, non similiter se habeant, lex autem ita: tunc vero
B id ipsum significandum est, ostendendumque sibiipsi eam repugnare. Sin vero lex scripta rebus cõueniat, tũc optima sententia dicendum nõ esse legem positam, vt præter leges iudices, sed ne ignorando quæ leges volunt, peieres. Et quod nemo eligit quod simpliciter bonum est, sed omnes quod sibi. Et quòd non differat, vel nullas esse leges, vel non vti. Et quòd etiam in morbis non conferat aduersus medicum cauillati, quamuis non tantum medici error officiat, quantum si obaudire principibus assuescimus. Et quòd probatæ leges id maxime vetant, ne quis se legibus prudentiorem velit ostendere. Ac de legibus quidem sic determinatum sit.

Testes autem, alii veteres, alii iuniores. Et horum cum aliis periculum cõmune est, alii omnino extra periculum sunt. Veteres igitur dico poetas, cæterosque claros, quorũ sententiæ approbantur, sicuti Homero teste de Salamine Athenienses vsi sunt. Tenedii quoque nu De Testib'
C per ad versus Sigienses Periãdro Corinthio, & Leophron in Critiã Solonis vsus est elegiis, vt ostenderet iam ex priscis temporibus domum eius impudicam fuisse. Non enim scripsisset Solon, Flauo Critiæ dicendũ mihi est, vt patri auscultet. Hi ergo testes de præteritis sunt, de futuris vero oraculorum etiam interpretes: vt Themistocles, quod muri lignei nauali vtendum esse pugna moneant. Præterea prouerbiũ quoque (vt dictum est) testimonium quoddam est: veluti si quis cum consulat senem non esse in amicitia suscipiendum, prouerbium huic attestari dicat, quo fertur, Nunquam beneficium in senem collocãdum. Cum vero liberos cum parentibus interficiendos, Fatuus, qui patre cæso, liberis pepercit. Iuniorũ et qui clari sunt, sententiæ litigantibus conferunt, sicuti Eubulus in iudicio Platonicum quiddam aduersus Chareta protulit, quod Plato in Archibium dixit, increuisse iam propter illum in ciuitate, vt prauos se omnes esse fateãtur. Et quibuscũque commune periculum est, si mentiri

viderentur. Verum ii de huiusmodi solummodo testes sunt, factum ne sit, an non, & utrum sit, an non. de qualitate uero minime: utputa, si iustum, si iniustum: utile, an inutile. Prisci autem etiam de qualitate. nam cum corrumpi non possint, fide dignissimi sunt. Qui ergo testes non habet, iis præsidiis vtetur, quod ex probabilius iudicandum sit. Id.n.est optima sententia iudicare, quod pecunia corrumpi probabilia non possint, quod falsi nunquam testimonii crimine accusentur. Qui autem habet, aduersus non habentem his vtetur, quod ad ferendam sententiam probabilia nō sufficiant: quod testibus nunquā opus esset, si ratione res satis cognosci posset. Sunt autem testimonia vel de nobis, uel de aduersariis: & alia de re, alia de moribus. Quare patet testimoniis conferentis inopiam nunquam futuram. erit nanque de re quidem vel pro nobis, vel contra aduersarios: de moribus aūt, de bonitate nostra, vel de aduersariorum nequitia. Cætera vero de testibus, amicis, aut inimicis, aut neutris, vel probis, vel improbis, vel neutris, ac de quibuscunq; aliis huiusmodi testium differentiis, ex iis locis quærendum, ex quibus enthymemata etiam ipsa manant.

De pactis. De pactis autē is orationis vsus est, vt augeas, aut extenues, & vel credibilia vel incredibilia ostendas. nam si pro nobis sunt credibilia & vera: sin pro aduersariis, cōtra. Qui ergo probabilia vel contra ostēdere uult, ea considerabit, quę de testibus diximus. nam ex qualitate eorū qui in pactis conscripti sunt, aut qui seruare ea debēt, credibilia, vel cōtra sunt. Cum uero conceditur pactum sic intercessisse: si pro nobis est, amplificatione utendum. Pactum enim lex quædam de particulari est. ac leges quidem non approbantur a pactis: pacta uero cum legitima sint, a legibus comprobantur. Et omnino lex ipsa pactum quoddam est quare qui non credit, euertitq; pactū, leges euertit. Præterea commutationes rerum vltro ac citro. similiter quę uoluntaria sunt, pactis ut plurimum facimus. quare si quis pacta infirmat, is usum hominum inter se penitus euertit. Cætera uero hāc ad rem accomodata, facilia intellectu sunt. Sin autem pro aduersariis sint: primum omnia quę in legem contrariam quispiam dicet, accommodari possunt. Est enim absurdum, si legibus, cum non recte, sed iniuste, ac dolo malo latoris positas cognouerimus, non stabimus: & pactis necessario stabimus. Deinde si iudex iusti distributor est, non est considerandum quod iustum est, sed quod iustius. Et iustum quidem nec deceptione, nec necessitate uerti potest, quoniā in natum sit: pacta uero & a deceptis, & a coactis fiunt. Ad hæc perspiciēdū si pacta alicui legum vel scriptarum, uel non scriptarum, si iustis, si honestis, ac demum si alii pacto priori uel posteriori contradicūt. nam aut priora uera sunt, & posteriora falsa: aut recte se habent posteriora, sed priora fefellerunt. itaque altero istorum ex re nostra utemur. Denique altius inspiciendum, si aliquo modo iudicibus inutilia sunt: cæteraque huiusmodi. facilia nanque iuuentu similiter sunt.

A Quæstiones autem testimonia quædam sunt, videnturque fidem facere, quoniam cogunt: quas non est difficile percipere, ac ea quæ hinc inueniri dicique possunt, conspicere. Nam si pro nobis sunt, amplificatione vtendum est, quòd ex testimoniis sola hæc vera sint. Sin vero aduersus nos, & pro aduersariis, dissoluemus, quæ vera sunt, de vniuerso genere quæstionum differentes. nam qui coguntur, nô minus falsa dicunt quam vera: & rum tolerantes vera occultanr, tum falsa dicentes credunt se cirius euasuros. Sed oportet hæc exemplis comprobare, quæ ipsis iudicibus non ignorentur. De quæstionibus.

De iureiurando autem quadripartito distribuere possumus. Nam aut offert, & suscipit, aut neutrum, aut alterutrum: idest, aut offert, sed non suscipit: aut suscipit, sed non offert. Præterea de iis ipsis aliter si iam iuratum est, & sic vel ab hoc, vel ab illo. Non offerre igitur se dicet, quoniam homines cum ab eis pecunia petitur, facile peierant: & quoniam qui iurauit non reddit: qui non iurauit, B cum facilius condemnari putant: & quoniam minus periculum iudicibus causam committere, cum his credat, illi minime. Nô suscipit vero, quoniam pro pecunia iusiurandum est. Et cum sit melius aliqua de causa prauum esse, quam de nulla: iurasset profecto si prauus esset. nam iurando habebit non iurando non habebit: quare non ne peieret, sed propter virtutem non suscipit. His consentaneum illud Xenophanis, non parem esse hanc prouocationem impio ad pium, sed similem, ac si robustis ad inferendum suscipiendumq; ictum, imbecillem prouocaret. qui suscipit, non aduersariis, sed sibi ipsi affeuerabit. Illud quoque Xenophanis conuertendo, dicet par esse si impius offerat, & prius suscipiat. Graue esse repellere iuratos, cum iudices eadem dere velit sententiam ferre. Qui offert, pium affirma-C bit esse, vt Diis velis commitere: præterea non esse opus aduersario aliis iudicibus, cum sibi ipsi iudicium permittatur. Ad hæc iniquum esse iusiurandum reppellere, cum eadê de re alios velit iurare. Quoniam igitur per singula quid dicendum sit aperuimus, patet etiam in coniunctis: vt si suscipit, & nolit offerre: aut si offert, & non suscipit: aut si offert simul & suscipit: aut neutrum. nam cum hæc ex illis coniungantur, horum etiam rationes ex rationibus illorum coniungi necesse est. Quod si ab aduersario quispiam deceptus est, patet id periurium non esse. iniuria enim ex voluntariis est: & periurium iniuria est: cuncta vero quæ vi, vel deceptione fiunt, inuoluntaria. Hinc colligitur quid peierare sit. est. n. mente, sed non ore. Quòd si iam ab aduersario iuratum sit, omnia dicemus eum conuertere, qui non seruat quæ iurauit. nam idcirco legibus etiam vtimur prius iurantes. Et cum, iudices, dignum putemus, vt vos iudicando ea seruetis quę iurastis, ipsi non seruabimus? cæteraq; hiusmodi quæ amplificando quispiam dicet. Verum de comprobatione inartificiali tot dicta sint. De iureiurando. Peierare quid

ARISTOTELIS

ARTIS RHETORICAE.

LIBER SECVNDVS.

Cum Auerrois Cordub. Paraphrasi.

SVMMA LIBRI.

De hominum Affectibus: etatum, ac fortunę Motibus. De possibili ac Impossibili, Amplificatione & Attenuatione, cũctis orationibus communibus. De probationum generibus, Exemplo scilicet ac Enthymemate: eoq; tum vero, tum apparenti: ac eiusdem solutionibus. De sententia item, tanquã ipsius parte.

Quòd auditores afficiendi sunt. *Cap. I.*



EX quibus igitur suadere ac dissuadere, vituperare ac laudare, accusare ac defendere oporteat, & quę ad faciendam in eis fidem opiniones & propositiones conducunt, hæc sunt. de his enim & ex his, vt seorsum de vnoquoque genere orationis tractemus, enthymemata ducuntur. Verum quoniam iudicii causa Rhetorica est: nã et ĩ deliberationibus iudicãt, et in foro iudicium est: necesse est non solum dare operam vt oratio fide digna, demonstratiuaque fit: sed vt ipse quoque, ac iudex, qualis quidam efficiatur. Nam id in consiliis præcipue, deinde & in iudiciis ad fidem faciendam plurimum pertinet, vt qualis quidam videatur qui dicit, puteturque ab auditoribus affectus quodammodo erga ipsos esse. ad hæc, vt & ipsi auditores affecti quodammodo sint. Verum consulenti magis confert, vt ipse qualis quidam esse videatur. Auditoris autem affectus litiganti vtilior. non enim eadem iudicibus videntur, cum diligant & cum oderint, nec iratis & quietis: sed vel omnia diuersa, vel magnitudine diuersa. Nam reus aut nullam aut paruam fecisse iniuriam amanti videtur: contra vero ei qui oderit cupienti autem, sperantique, si quod dicitur futurum, iucundũ sit, & fore, & bonum fore videtur. contra vero ei videtur qui asperna tur atq; desperat. Vt igitur dicentes ipsi fide digni videantur, tres causę sunt. Tria enim sunt, quæ præter demonstrationem fidem faciunt, prudentia, virtus, beneuolentia. Nam qui dicunt aut consulunt, vel propter hæc omnia, vel propter aliquid horum fallunt. Aut enim propter stultitiam non recte opinantur: aut recte sentientes, propter improbitatem non dicunt vt sentiunt: aut quamuis recte sentiant, virtuosique sint, tamen cum beneuoli non sint, facile creduntur

Tria esse, quę pter demõstrationẽ fidem faciũt

A sponte non optime consulere. Hęc igitur sunt quare fallunt, & præterea nihil. quare necesse est, si quis omnia hæc videtur habere, fide dignũ esse apud audientes. Verum vnde prudentes ac virtuosi videri poterunt, ex iis quæ de virtutibus dicta sunt, sumendũ est. nam ex eisdem tam aliũ quã seipsum huiusmodi quispiam efficiet. De beneuolẽtia vero & amore, ac vniuersaliter de affectibus nũc dicendũ. Affectus igitur sunt, quibus homines cõmoti differenter iudicant: quos quidem affectus voluptas, aut dolor consequitur: vt ira, misericordia, timor, cæteraq; huiusmodi, & his opposita. Sed oportet quæ circa vnumquéq; sunt, in tria distribuere: veluti quæ circa iram, quo modo affecti irascuntur, quibus irasci soleant, qualibus in rebus. nam si vnum horum aut duo, & non omnia habeamus, non erit nobis possibile in iram audientes impellere. Similiterq; in aliis. Ac sicut in superioribus propositiones ipsas conscripsimus, sic in his quoque faciemus distribuentes, vt diximus.

B

De Ira. Cap. II.



Sit ergo ira apparentis vltionis appetitus cum dolore propter apparentem immerito vel in suos contemptũ. Quoniam igitur id ira est, necesse est cũ quis irascitur, cuidam semper ex singulis irasci, vt Cleoni, sed non homini: & quoniam ei vel suorum alicui aliquid fecit, vel facturus erat. Et ad omnem iram quãdam sequi voluptatem propter spem vltionis: iucundum enim est si quis putat ea se consequuturum, quæ expetit. nemo. n. quæ sibi videntur impossibilia, expetit. quare iratus possibilia sibi expetit. Itaque recte illud de ira dictũ est, quòd defluente melle dulcior in virorum pectoribus gliscit. Consequitur enim voluptas etiam quædam & propter hæc quæ di-
C ximus, & quoniam in vlciscendi cogitatione immorantur, quæ imaginatio voluptatem similem ei efficit, quæ in somniis accidit. Quoniam vero contemptus est actus opinionis in id quod nihil dignum æstimatur (mala enim & bona, quæq; ad ea tendunt, non paruifacimus, sed ea nihilipendimus, quæ aut nulla sunt aut minima) tres contemptus partes erunt, despectus, detractio, contumelia. Nam & despiciens contemnit. quæ enim nihil ducunt, hæc despiciunt. contemnunt autem rei digna nullius. Et qui detrahit, contẽnere videtur. est. n. detractio, cũ alicuius volũtati quispiã impedimẽto est, nõ vt sibi quicquam, sed ne illi. Quoniã ergo nihil sibi quærit, ideo contẽnit. qđ in de patet, qđ sibi nec obfuturũ existimat: (nã si putaret, timeret, & nõ contemneret:) nec in re de qua curandum sit, profuturum. daret enim operam, vt ab eo diligeretur. Et qui contumeliatur, similiter contemnit. Contumelia enim est damno atq; dolore in iis afficere, in quibus turpe patienti est: non vt aliud quoddam sibi fiat, quam

Ira quid.

quod factum est: sed vt voluptate afficiatur. qui enim par pari reddunt, non contumeliantur, sed vlciscuntur. Est autem voluptatis contumeliantibus causa, ꝙ arbitrentur malefaciendo eis, magis excellere. quapropter iuuenes & diuites contumeliatores sunt longe nanq; putant contumeliando excellere. Contumeliæ autem vituperatio propria. contemnit enim qui vituperat. nam quod nullius rei dignum est, nullius est pretii, neque boni, neque mali. Propterea iratus Achiles dicit: Nullius existimarunt: meũ nanq; honorem abstulit ipse: ac me priuauit, vt quendam nullius prætii exulem. quasi hæc propter irascatur. Multi enim fieri se oportere arbitrantur a minoribus genere, potentia, virtute, ac omnino in qua multũ excellũt, vt diues in pecuniis pauperem superat, & orator in oratione verborũ inopem, & princeps subditum, & qui se principatu dignum putat, dignum seruire, Vnde dictum est: Animus autem magnus est in regibus diuis. Et illud: Sed iram etiam postea seruat, vt vlciscatur. moleste nanque ferunt, quoniam excedunt. Ad hæc a quibus oportebat gratiam referri. hi autem sunt, quibus aut benefecit ipse, vel suorum aliquis, vel propter ipsum, & aut vult, aut iã voluit. Ex his igitur patet, quomodo se habentes irascuntur, & quibus, & quas ob res. Nam ipsi quidem, quando dolent. nã qui dolet aliquid expetit, siue in oppositũ quis se obiiciat: veluti sitienti ne bibat, siue non. Ex opposito idem videtur facere: & siue cõtra faciat quispiam, siue non adiuuet, siue aliud quoddam perturbet omnibus, cum sic se habeat, irascatur. Quapropter ægrotantes, pauperes, amantes, sitientes, ac vniuersaliter cupientes & non assequentes iracundi sunt, ac facile incenduntur, primum quidem ac maxime aduersus eos qui propter præsentem fortunam se contemnunt: veluti ægrotus eos qui propter morbum, pauper eos qui propter pecuniam, militans eos qui propter militiam, amans eos qui propter amores, ac in cæteris similiter. Præparatur enim quilibet, vt vnicuiq; irascatur, a turbatione quæ in ipso est. deinde si forte opposita expectabat. maiorem enim infert dolorem, quod magnum est, & præter opinionem: quæmadmodum etiam delectat, si præter opinionem factum sit quod optant. Hinc tempora quoque, ac dispositiones, & ætates patent, quænam aptiores ad iram sint, & qui facile mobiles ad iram, & quando, & vbi. Et quo in his magis sunt, eo ẽt magis mobiles sunt. Ipsi ergo sic se habentes, facile mobiles ad iram sunt.

Quo pacto sint dispositi qui irascuntur.

Quibus irascimur, & quare.

Irascuntur autem deridentibus primum, & subsannantibus, atque conuitiantibus: omnes enim contemnunt. Deinde iis qui ita officiunt, vt contumeliæ causa facere videantur. Huiusmodi autem facta sunt, quæ neque alicuius rei gratia, & inutilia sunt facientibus. hæc enim contumeliæ causa fieri videntur. Præterea maledicentibus aut vilipendentibus ea quibus ipsi maxime student: vt qui philosophia glorientur, philosophiam: qui forma, formam con-

A temnentibus: ac in cęteris similiter Long e vero magis in his irascũtur, si suspicati fuerint non esse in eis vel penitus, vel non valde, vel opinione hominum ea in quibus increpantur. cum vero vehementer sibi ea in esse putant, non perturbantur. Ad hæc amicis magis quam inimicis. putant enim oportere magis ab illis sibi benefieri, quam non. Et assuetis honorare ac multifacere, si non similiter erga ipsos se habeant. paruipendi enim ab his arbitrantur. Idem faciunt etiam, si qui non remunerant, nec æqualia reddunt. Et opposita facientibus, si minores sunt. nam ii omnes contemnere videntur, hi quidẽ quasi minores, illi vero quasi a minoribus. Et iis maxime, qui nullius opinionis sunt, si contemnunt. nam & suppositum est iram esse, cum quis immerito contemnitur. Et par est ne a minoribus maiores contemnantur. Amicis autem si non benedicunt, aut faciũt. ac multo magis si contra vel dicunt, vel faciunt: & si non animaduertunt egere ipsos: sicutti & Plexippus Antiphontis Meleagro. nam
B cum quæ nobis curæ sunt, non latent, contemptus signum est non animaduertere. Et iis qui in aduersa sua fortuna gestiant, aut omnino contenti esse videantur. nam vel inimicitiarum vel contemptus id signum est. Et iis qui non curant, si dolorem intullerunt. quare malorum nunciis etiam irascuntur. Et iis qui vel audiunt, vel oculis mala eorum cernunt: quippe cum aut contemnentibus, aut inimicis simillimi videantur. amici enim condolent, ac omnes qui sua mala considerant, dolent. Præterea iis qui apud hos quandoque contemnunt, apud quos honorari cupiunt, quos admirantur, quibus mirabiles videri cupiunt, quos verentur. & demum apud illos qui eos verentur, apud hos homines, si quis contemnat, ei valde irascũt. Et iis qui eos cõtemnũt, quibus nisi succurrãt turpe est: vt parentes, liberos, vxores, subditos. Et ingratis. contemnunt enim qui non agũt vt par est. Et illudentibus studia sua apud studiosos. nempe illusio ex contemptu proficiscitur. Et iis qui in cæteros liberales sint, erga
C se non sunt. contemni enim videtur, cum solus indignus iudicatus sit. Ad hæc omnia, obliuio quoque iram efficit, veluti & nominum, quamuis res minima sit: quippe cum ipsa quoque signum esse contemptus videatur. proficiscitur enim ex negligentia: negligentia vero contemptus est. Quibus igitur irascuntur, qualiterq; se habentes, & quas ob res, dictum est. Patet autem opus esse, vt oratione tales orator præparando efficiat, quales sunt qui ad irascendum sunt apti: aduersariosq; iis rebus reos, propter quas irascuntur, ac tales, quales quibus irascuntur.

De Mansuetudine. *Cap. III.*

VErum quoniam irasci & mansuetum esse, contraria sunt, & ira mansuetudini contrarium: dicendum nunc est quomodo se

Mansuetudo quid. habentes mansueti sunt,& quibus,& quas ob res. Sit igitur mansuetudo,depressio iræ,atq; sedatio. Si ergo contemnentibus irascitur, contemptusq; voluntarius est:manifestum est iis qui nihil horum faciūt,aut inuiti faciunt,aut huiusmodi uidentur,mansuetos ac mites esse, & iis qui contra vellent,quā fecerint:& omnibus qui in seipsos etiā huiusmodi sunt: cū nemo seipsum cōtēnere videatur: & iis quos pœnitet , & fatentur . nam quasi pœnas sumpserint,quòd dolent factū,cessant ab ira. Huius signum in punitione seruorum sumere possumus.negantes enim atque contradicentes multo magis punimus: cum vero iure se puniri fateantur cessamus ab ira . Cuius causa est , quoniam manifesta negare, impudentia est:impudentia uero contēptio est atque despectus.quare quos ualde despicimus, eos non ueremur . Præterea iis qui humiliter se gerunt,neque contradicunt iratis.uidentur enim minores se fateri:minores uero metuūt:& metuēs nullus contemnit. Quòd autem humilitate ira sedatur, canes quoq; ostendunt , qui sedentes non mordent. Et iis qui studiosi erga studiosos non sunt.non enim contemni, sed multifieri uidentur. Et iis qui maiora largiti sunt & rogantibus atq; deprecantibus.humiliores.n. Et iis qui nec contumeliatores , nec subsannatores , nec contemptores,aut nullius,aut non bonorum, aut non talium quales ipsi . Vniuersaliter uero ex contrariis mitigantia consideranda sunt.Præterea iis quos timent , & quos verentur . nam quandiu sic se habent , non irascuntur . impossibile enim est timere simul atque irasci . Ad hæc iis qui ira concitati fecerunt,aut non irascuntur , aut minus irascuntur.non enim videntur contemptu fecisse: quippe cū nullus iratus contemnat.est enim contemptus absq; dolore : ira vero non sine dolore . His etiam qui ipsos verentur. Præterea qui modo se contrario habent,quā qui irascuntur,eos patet mites esse,ueluti in ludo, in ioco,in die festo,in felicitate,in successu,in consummatione,ac in totum in non dolendo,& in laudabili uoluptate,ac spe honesta.Insuper eos,qui iam diu est ex quo perturbati fuerunt. sedat enim iram tempus.sedat autem etiam maiorē hominis irā, sumptum ab alio prius supplicium.Quocirca rectè Philocrates cum ei quidam dixisset, Cur te iratę plebi nō purgas? nondum,inquit,opportunum.Quādo igitur?cum alium,inquit,condemnatum uidero. Mansuescunt enim cum iram in alium effuderint: quod Ergophilo contingit: quem, quamuis magis in eum furerent, quā in Callisthenem, quoniam tamen pridie Callisthenem morte damnarant,facile absoluerunt. Si pręterea maiora incōmmoda passi sunt qui deliquerunt,quā irati eos affecissent Quasi enim supplicium sumpsisse arbitrantur.Ad hæc si intulisse ipsi putant iniuriam,ac ideo non iniuria vexari . non enim ex iure facto aut dicto ira pficiscitur. Cū ergo immerito vexari arbitrātur(quod ira erat) oratione castigandi sunt,quare vel serui sic castigati minus moleste ferunt,cum puniantur. Item si ignoraturos pu-

B tant ꝙ propter ipsos, atque pro iis quæ passi sunt, vt.n.ex definitione patet, ira in singulos est. Quare rectè dictum est a poeta, Vlyssem dic vrbium expugnatorem. quasi non vltus, nisi & a quo, & quam ob rem cognouisset. Quare nec cæteris qui non sentiunt, irascuntur: nec defunctis, quasi iam extrema passi, nec dolituri, nec cognituri sint, quod irati cupiunt. Quapropter probe poeta cum Achillis iram sedare vellet, quam in Hectorem iam mortuum gerebat dixit:

Surdam enim terram iratus vexas.

Iam ergo patet, si sedare iram volumus, ex his locis ira dicendum esse, vt & auditores hiusmodi faciamus: & quibus irascuntur, eos aut timendos, aut verendos, aut gratos, aut inuitos fecisse, aut factũ dolentes ostendamus.

De Amicitia, & Amore, & eorum contrariis. Cap. IIII.



B Vos autem amant, aut oderunt, amicitiam, & amare ipsum prius definientes dicamus; Sit igitur amare, velle alicui quæ bona putat, illius, non sui. gratia: eorumque actiuum esse inquantum potest. Amicus autem est, qui amat, & redamatur. itaque amicos se putant, qui sic se adinuicem habere putant. His ita suppositis, eum qui & in bonis congratulatur, & in dolore condolet, non alia de causa nisi illius, amicum esse necesse est. omnes enim gaudent, si vt volunt fit: si contra, dolent. quare dolores ac voluptates, voluntatis signum sunt. Præterea quibus iam eadem bona ac mala sunt, & qui eisdem amici, & qui eisdem inimici: nã his eadẽ velle necesse est. qui vero eadem sibi ac alii vult, hac ipsa de causa illi amicus esse videtur. amant etiã eos, qui vel benefecerunt aut ipsis, aut iis qui sibi cari sunt præsertim si magna, si libenter, si temporibus huiusmodi suique gratia: vel quoscunq; benefaciendi voluntatẽ habere opinãtur. Amare quid.

C Insuper amicorum amicos, & amantes quos ipsi amant, & amatos ab iis qui a seipsis amãtur, & eisdem inimicos, & eos qui oderũt quos ipsi odio habent, & inimicos inimicorum. nam his omnibus eadem esse bona & sibi videntur: quare bona ipsis volunt, quod erat amici. Ad hæc beneficos in pecunia & salute. quocirca liberales ac fortes colunt: iustos quoq;. tales autem esse putant eos qui non aliunde viuũt, quales qui ab operando, horumque qui ab agricultura aliorum vero opifices maxime. Modestos etiam, quoniam non iniusti. Et propterea etiam non curiosos. Et eos quibus amici esse volunt, si velle videntur: quales sunt ꝗ virtute excellũt, & clari vel apud oẽs, vel apud optimos, vel apud eos quos ipsi admirantur, & in iis in quibus ipsos admirantur. Præterea iucundos in consuetudine diurna, quales sunt faciles, & neque peccata redarguentes, neq; contentiosi, neq; pertinaces. omnes enim hi pugnaces sunt: pugnantes vero non eadem, sed

opposita velle videntur. Ad hæc tam illudere quam sufferre apri. ad eadem enim vtriq; tendunt amici, cum & illudi & illudere apte pos sint. Item eos qui præsentia bona laudant,& ea maxime, quæ ipsi ti ment amittere. Mundos quoque facie, veste, tota vita, & non exprobrâtes nec errores,nec beneficia: vtriq;.n.arguendi cupidi. Item eos qui maleficia obliuiscuntur, quoniam crimina memoria non te neant, sed facile recôciliantur. nam quales erga cæteros esse putamus,tales etiam in nos futuros arbitramur. Item nō maledicos, & tam aliorum quā sua mala ignorantes: sed non bona, id enim agere,boni est. Pręterea nō cōtradicentes irascētibus, aut studiose quie quā agentibus. pugnaces enim qui sic faciūt. Et eos qui erga nos ita affecti sunt, vt nos admirentur, virtuososq; putent, nobisq; gaudent, ac ita maxime iis in rebus affecti sunt, in quibus magnopere volumus studiosi, admiratioueque digni, ac iucundi videri. Præterea si miles, eadēque profitentes, nisi turbent, & nisi eadē ex re vitæ subsidia consequantur. hoc enim pacto illud fieret, Figulus figulo. Eadem ēt cupientes, si possibilia sint, simul ipsos pticipare.quod si nō, idē Hesiodicū similiter sequitur. Eos præterea,erga quos ita se habent, vt non vereantur, si non ea contemnât quæ ad gloriam pertinent. Et eos,apud quos ea verentur,quæ ad veritatem. Et eos,apud quos iactabundi sūt. Et eos, quos æmulatores sed non inuidos habere vellent. aut amāt, aut illis amici esse vellent. Et quibus bona cooperantur, ne sibi ipsis maiora eueniant mala. Item eos qui absentes, similiter atq; præsentes diligunt, quocirca qui in defunctos huiusmodi sunt, hos cuncti amant. Et vniuersaliter studiosos nimium in amicos,neque derelinquentes. nam ex omnibus bonis boni amici summopere diliguntur. Et eos qui nihil eis fingunt, neque dissimulāt, cuiusmodi sunt qui vel mala sua nobis aperiūt: dictum.n.est non vereri homines, si apud amicos,quæ ad gloriam. Si ergo qui veretur,non amat: qui non veretur, amanti similis est. Pręterea non timendos, & quibus confidimus. nullus.n.amat quem metuit. Sūt aūt amicitiæ species, sodalitium, familiaritas, propinquitas,& quæcunque huiusmodi. Amicitiam vero efficiūt gratia, & si feceris nō rogatus,& non significaris cum feceris. sic enim ipsius causa videris, & nō ob aliud fecisse. De inimicitia autem & odisse patet ex contrariis esse perspiciendum. Huius efficiētia sunt, ira, detractio calumnia. Sed ira ex iis est quæ ad se ipsum pertinēt: inimicitia vero etiam sine illis. nam si talem esse suspicabimur, odimus. Præterea ira semper in singulos, vt Socratem, Calliam: odium vero etiam in genera. omnes nāq; calumniātem atq; furem oderunt, & alterum tempore sanabile, alterum non. Ad hæc ira dolorem inferre cupit: odium vero affligere potius. nā qui irascitur, cognosci vult: hic vero nō curat. Sunt autē cuncta quę dolorem faciunt, sensibilia. quæ vero maxime vitia sunt,ea minime sunt sensibilia, veluti iniustitia,& amen

De inimicitia, & odisse

Differre inimicitiam, & odiū ab ira.

A tia. nō enim infert dolorem præsentia vitii. Itaq; alterum cum dolore est, alterū absque dolore dolet.n.qui irascitur: qui odit, nō dolet.& ille multis modis miserebitur, hic nullo pacto. nā ille inuicem dolere ipsum vult, cui irascitur: hic vero nō esse, quem odit. Ex his igitur patet, quód sit possibile inimicos atq; amicos & cum sint ostendere, & cum non sint facere, & cum se esse significāt, dissoluere. & vel propter iram, vel propter inimicitiam dubios, vtram in partem velis impellere. Quare autem timeant, & quæ, quomodoque habentes, nunc erit manifestum.

De Timore, & eius contrario. *Cap. V.*



It ergo timor, ex imaginatione futuri mali corruptiui, aut dolorem inferentis, perturbatio quædam, aut dolor. Non enim cuncta timemus mala: vt si erit iniustus, aut tardus: sed quæcunq; vel magnos dolores vel corruptiones adducunt. Et ea quæ non longe absunt, B sed prope videntur, vt iam impendeant. remota nanq; nimium, nō timent. omnes enim sciunt se morituros: verum quoniam non prope, idcirco non curant. Si ergo id timor est, necesse est ea terribilia timendaque esse, quæcunque ingentes videntur habere vires corrūpendi, aut ita nocendi, vt nocumentum ad ingentem tendat dolorem. Quare signa quoq; istorum timenda. prope nanq; ostendunt esse quod timetur. id vero periculum est. est enim periculum, timendæ rei appropinquatio. Talia vero sunt inimicitia & ira potentium quippiam facere. nam cum non lateat velle ac posse ipsos, prope iam ad faciendum sunt. Item iniustitia vires habens. eo enim q̄ velit iniustus, iniustus est. Virtus quoq; si contumeliis afficitur, viresq; habeat. patet enim quód vult, cum semper improperetur. *Timor quid*

C Potest.n.nunc & timor potentium quicquā facere. nam in præparatione quoq; huiusmodi homines esse necesse est. At quoniā plures lucro seruiunt, timendiq; in periculis sunt, idcirco in potestate alterius esse timorem inferre vt plurimum natum est. quare conscii quempiam perperam fecisse, timentur, ne aut dicant, aut deferant. Præterea potentes semper iniuriari, illis terribiles qui possunt. iniuriis affici. homines nanq; vt plurimum cū possint, iniuriātur. Ad hæc qui passi iniuriam sunt, aut pati se putant. semper enim opportunitatē expectant. Qui etiam iniuriam intulerunt, si vires habeant, terribiles, timentes ne contra referatur: quod terribile ac timendus esse suppositum erat. Et qui de eisdem certant, cum vtrisque simul eadem esse nō possunt. hi enim semper pugnāt. Et qui a maioribus timentur, ii ētā minoribus, cū possint minoribus magis quam maioribus obesse. Et quos maiores timent: & qui maiores interemunt: & qui minores quam ipsi sunt aggrediuntur, eadem de causa. nam aut iam ter-

ribiles, aut cum creuerint. Præterea ex affectis iniuria, & inimicis, ac aduersariis, non qui acutæ iræ sunt, atq; minaces, sed tranquilli, dissimulatores, versuti. latent enim qui prope. quare nunquam timendū quod procul. Cūcta vero quæ timorem inferre possunt terribiliora sunt, si cum errauerint, non possint corrigi: verum aut omnino impossibilius sit correctio, aut non in se ipsis, sed in aduersariis. Item ea in quibus auxilia non sunt, aut non facile sunt. Ac (vt simpliciter dicam) terribilia timendaq; sunt, quæ cū in alios fiant, aut immineant, miserabilia sunt. Terribilia igitur, & quæ timemus, hæc fere maxima sunt. Quomodo vero affecti timemus, nunc dicamus. Si ergo timor est cum expectatione corruptiuæ passionis, manifestum est neminē timere cum arbitretur nihil se passurum: nec ea quę nō putat pati: nec eos a quibus nō putat: nec tūc qn̄ nō putat. Quare necessariū est eos timere, qui se aliquid passuros arbitrant, & ab iis & hæc, & tunc. Non putant autem quicquam posse pati nec qui ampla in fortuna sunt: qui idcirco contumeliatores, contemptores ac audaces sunt. tales vero efficiunt diuitiæ, vires, potentia, amicorum multitudo. Nec qui iam perpessos omnia se grauia putant, quorum spes extincta: veluti qui iam in supplicio sunt. sed opus est salutis subesse spem, pro quo per horrescunt. cuius signum, quòd timor ad consulendum inducit. nemo enim de re consulit, de qua nulla spes apparet. Quare opus est, quando melius sit auditores in timorem inducere, tales ipsos reddere, vt credant se pati posse, cum & alii maiores passi: similes quoque aut pati, aut passos ostendemus, & ab his a quibus non putabant: & hæc, & tunc, cum non putabant.

Quomodo affecti timeamus.

De cōfidentia.

Ac quoniā patet quid timor sit, & quid timēdū, & quo modo se habentes singuli timeant, ex his etiam manifestū est quid cōfidere sit, & in quibus homines cōfidant, & quo pacto fidentes affecti sunt. Vt enim fiducia timori contrarium est, sic id quo cōfidimus, ei quod timemus. Quare spes est simul cum imaginatione rerum salutarium, quòd prope adsint, cum terribilia vel nō sint, vel longe absint. Sunt autem in quibus confidendum est, & pericula, cum longe absunt: & secunda, cum ꝓpe adsunt. Correctiones quoq; si sunt, & præsidia vel multa, vel magna, vel vtrunq;. Itē si neq; affecerint, neq; affecti iniuriis sint, si aduersarii omnino non sint, aut nō habeant potentiam: aut si habeant, amici sint, vel benemeriti de nobis, vel de quibus nos benemeriti. Item confert si plures in eisdē sunt, aut meliores, aut vtrūque. Ipsi vero fidētes sunt, si ita se habeāt, vt multa gessisse se putēt: & nō periclitasse, si sæpius in pericula deuenerint, & euaserint. Dupliciter enim impassibiles homines solent fieri, aut ꝙ experti non sunt, aut quod auxilium habeant, veluti in periculis marinis. & qui inexperti tempestatem sunt, confidunt de futuris: & qui opitulari sibi possunt, quoniam experti. Præterea si non terribile paribus sit, aut minoribus, & quibus meliores, se putant. Putant autem iis se meliores,

Qui sint fidētes.

quos ipsos vel eorum pares, aut etiam meliores superarunt. Si plura & maiora sibi inesse arbitrantur, quibus cũ excedant, timẽdi sunt. ea sunt pecuniæ magnitudo, corporum vires, opes regionis & amicorum, apparatus quoque bellici, aut omnes, aut maximi. Si neminem iniuriis affecerunt, aut non multos, aut non tales quales metuerent. Et vniuersaliter si pii in Deos sunt: & tam ad cætera quæ Diis attribuuntur, bene se habeant, quam ad omnia & oracula. nam ira eiusmodi est, vt ea confidere possint. non afficere autem iniuriis: sed afficí, irę effectiuũ est. Porro Deus iniuria vexatis opitulari creditur. Ad hæc cum præuenientes, vel nihil se passuros, vel perfecturos arbitrantur. Vnde de terribilibus, & de iis quibus confidunt, dictũ est.

De Verecundia, & Inuerecundia. *Cap. VI.*



B Quæ autem verecundentur, & quæ non, & quos, & quomodo se habentes, hinc planum erit. Sit igitur verecundia, dolor quidam atque perturbatio ex malis aut præsentibus, aut præteritis, aut futuris, quæ infamiam inferant. Inuerecundia vero, contemptus quidam eorum, atque impassibilitas. Si ergo id verecundia est, necesse est in iis malis erubescere, quæ vel ipsis, vel iis qui sibi curæ sunt, dedecori esse videntur: qualia sunt, quæ à vitio proficiscũtur, vt scutum amittere, aut fugere quoniã e metu. negare depositum, quoniam ex iniustitia. Commisceri quibus nõ oportet, vel vbi nõ oportet, vel quando non oportet: quoniam ex libidine. Præterea lucra ex paruis assequi, aut a turpibus, aut ab impotentibus, veluti a pauperibus, vel defunctis. Vnde prouerbiũ quoq; illud est: Vel mortuo auferre, quoniã ab auaritia & illiberalitate. Ad hæc nõ opitulari pecunia cum possis, aut minus quam possis, & iuuari ab iis quibus minor facultas est. Et mutuo accipere, cum petere videaris, & petere cum

C exigere, & exigere cum petere, & laudare vt petas. nec minus his, petere, & non consequi. hæc enim omnia illiberalitatis indicia sunt præsentem autem laudare adulationis. Item si bona nimis laudes, & praua delenias. Ad hæc si vehementius dolenti condoles, cæteraque huiusmodi. cuncta.n. adulationis sunt signa. Ad hæc si labores non feras, quos aut seniores, aut qui in deliciis viuunt, aut qui maiore sunt in potestate, ac vniuersaliter imbecilliores. omnia.n. molliciei hæc signa. Præterea ab alio beneficia suscipere, & sæpius quæ tu beneficeris, exprobare. hæc enim omnia pusillanimitatis deiectionisq; signa sunt. De se quoq; multa dicere ac polliceri, & aliena sua esse prædicare. arrogantis enim. Eodemque modo in cæteris morum vitiis, opera, signa, comparia. turpia enim sunt, & effectiua verecundię. Ad hæc eorum esse bonorum expertem, de quibus omnes, aut pares omnes, aut plurimi participant. Pares vero dico eiusdem gentis,

Verecundia quid.

Quę verecũdentur.

ciuitatis,ætatis,propinquitatis, & vniuersaliter in æqualitate consti tutos. turpe nanq; si non participes, veluti de disciplina,& in tantū, similiterq; aliis.quæ omnia maiorem inferunt ignominiam, si eorum in causa sis,siue præteritorum,siue præsentium, siue futurorum Patientes autem, aut pasfi, aut passuri quæcunque in ignominiam atq; opprobria ducunt,verecundantur: quæ sunt quæ ad ministeria pertinent vel corporis, vel operum turpium, quæ vituperationem pariunt:& quæ quidem ad libidinem pertinent,& volentes,& inuiti, quæ vero ad vim,inuiti. ignauiæ enim timiditatisque,sufferre ac per peti,& non se defendere. Quæ igitur verecūdantur, hæc atque alia talia sunt. Verum quoniam verecundia imaginatio est de ignominia,& de hac sui gratia, sed non propter euentus, nemoq; de opinione curat, nisi ꝓpter opinantes:eos verecundari necesse est,quos multi faciunt. Multi autem faciunt admirantes, & quos admirantur, & quos de se admirari vellent,& a quibus honorari cupiūt,& quorum opinionem non contemnunt,mirari de se hos uolunt, Mirantur autem eos qui aut bonorum honorabilium quicquam habent,aut earū rerum domini sunt, quas ipsi vehementer cupiunt.vt amantes ad pares quidem gloriantur: prudentes vero tanquam veraces magni faciunt,quales sunt senes,aut docti. Verecundantur præterea tam quæ oculis cernunt,quam quæ patent. Vnde prouerbium quoq; fertur: Verecundia est in oculis. Idcirco semper affuturos magi verecūdantur,& obseruantes ipsos: quoniam vtrique præ oculis. Et eos qui eidem turpitudini nō sunt obnoxii. persuadent enim sibi errantes contraria illis videri. Et eos qui non facile ignoscunt. non enim indignamur,cum alii ea faciunt quæ nos ipsi. quare si non faciūt, patet quòd indignamur. Et eos qui ad multos libenter efferre solent quæ perceperunt. nihil enim interest inter non videri,& nō efferri. Huiusmodi autem sunt & iniuriis oppressi, quoniam obseruant: & maledici. nam si etiam innocentibus, multo magis nocentibus. Et eos qui vitam in peccatis aliorum agere videntur: quales sunt qui omnia irridere solent, vt Satyrici,& Comœdi. maledici enim, ac libenter efferentes. Ad hæc, quos nihil vnquam frustra rogarunt. quasi enim admiratione sui affectos illos putāt. Idcirco eos quoq; qui nunc primū aliquid rogarunt, verecundantur: quoniam nondum quicquam ab ipsis petierunt: quales sunt & qui modo volunt amorem alicuius sibi conciliare. quæ enim optima sunt, perspexerunt. Ideo probe Syra causanis respondit Erupides: Et veteres familiares, † si nullius rei conscii sunt. Pudet igitur homines non dictarum solummodo rerū, sed etiam signorum: vt non solum rem veneream agentes, verum etiam venerea signa: nec solū turpiter facientes, sed dicentes quoq;. Similiter nōn solum prædictos verecundantur, sed eis etiam significaturos, vt seruos atq; amicos eorum. Omnino aūt non pudet nec eorum, de quibus cōmunis opinio est, quòd vere non dicant. Vnde

Quos verecundentur.

† al. qui.

neminem

A neminem bestiarum puerorumq; pudet, nec notorum hominum nec ignotorum, quamuis non in eisdem. Sed notorum in iis quę ad veritatem pertinere videntur, ignotorum vero in iis quæ ad legem. Ipsi autem sic affecti erubescunt. Primū siquidem tales ad eos sunt, quales esse diximus, quos verecundantur. Erant autem ii, aut quos admirantur, aut qui de seipsis admirantur, aut quos vellent de se admirari, aut quorum in re aliqua egent, quam non assequentur si erūt infames, aut illi vel oculis videntes: sicuti Cydia de Samiorum diuisione agrorum ad populum dixit. Rogabat enim Athenienses, vt circunstare Græcos omnes fingerent, nec quasi audituros solum, vt rumetiam iam videntes decretum suum. Vel si prope illi sunt, vel si sensuri sunt. Idcirco cum in aduersa fortuna sunt, nunquam vellēt ab æmulis videri. admirari enim de æmulis solent. Præterea cum res gestas habeant quas contaminare videntur, aut suas, aut maiorum, ac aliorum quibus cū non nulla sit ipsis necessitudo, & omnino pro quibus ipsos puderet: quales sunt, quos iam significauimus, & qui B ab eis instituti sunt, quorum doctores aut consiliarii fuerūt, & si qui alii huiusmodi sunt, quos sibi honorificos putant. multa enim cum propter illos pudeat, & faciunt, & non faciunt. Item cū visum iri necesse sit, in apertoq; versari, verecundi magis propter conscientiā sunt. Hinc poeta quoq; Antipho ad supplicium a Dionysio missus, cum eos vidisset, qui secum morituri erant, capita velasse per portas exeuntes, quid ita faciem, inquit, occultatis? an ne cras quispiam horum vos videat? Ac de pudore quidem hæc. De impudentia vero patæt ex contrariis esse inueniendum.

Qui vereca deniur.

De Gratia. Cap. VII.

C Gratiam autem, quibus habent, et de quibus, & qualiter se habentes, si gratiam quid sit definierimus, manifestum erit. Sit igitur gratia, per quam dicuntur roganti gratis aliquid facere: non pro re aliqua, nec vt sibi quicquam qui faciunt subueniant, sed vt cui faciūt. Magna vero erit, aut quia rogantes egeant nimiū, aut quia magna & difficilia rogāt, aut quia in temporibus huiusmodi, aut quia solus, aut quia primus, aut quia maxime. Rogationes aūt appetitiones sūt: harūq; maxime, quæ sunt cum dolore aliter facti, quales sunt cupiditates, vt amores, & in afflictionibus corporis, & in periculis. periclitans enim cupit, similiter et dolens. Quas ob res qui in paupertate ac in exilio affuerunt, etiam si parua fecerunt, tamen propter petitionis magnitudinem atq; tempora grati sunt vt ille qui in Lycio fiscellam dedit. oportet igitur in iis maxime subuenisse. q si nōn, at in æqualibus, vel maioribus. Quare si manifestum est quā do, & in quibus gratia fit, & qualiter habentibus: patet hinc esse demōstrandum

Gratia quid

alios vel esse vel fuisse in huiusmodi inopia & dolore, alios in ea inopia succurrisse, tale quid facientes. Patet etiam hinc quibus locis tollere gratiam possumus, ac nō gratificatos ostendere. Nam aut quoniā sui causa faciunt, aut fecerunt quod gratia non erat. aut quoniam forte incidit vt facerēt, aut quoniam coacti fecerunt. aut quoniā reddiderunt, non dederunt, siue sciuerunt, siue nō. vtraq; enim modo quid pro quo. quare nec sic vlla erit gratia. Considerandum aūt p prædicamenta omnia. gratia.n.est vel quia hoc, vel quia tantū, vel tale, vel quando, vel vbi. Signum vero, si minus non fecit, & si inimicis, vel hæc, vel æqualia, vel maiora. patet enim nec ista nostri causa facta esse. Aut si praua cognouerit. nemo.n.rogare de prauis fatetur. Ac de gratia quidē quo pacto facta, vel nō facta est, dictū sit. D

De Commiseratione. *Cap. VIII.*



Commiseratio quid.

Quæ vero miserabilia sint, & quorum misereantur, & qualiter ipsi se habentes modo dicamus. Sit ergo commiseratio dolor quidam ex apparente malo corruptiuo, ac dolorem inferente in non dignum pati: quod ipse putabit, vel suorum aliquem: idq; sic, vt propinquū videatur. Palam enim si miseraturus sit, eum huiusmodi esse oportet, vt putare posit aut se, aut suorum aliquem mali quicquam habiturum, malumque huiusmodi, quale definiendo, diximus, aut idem, aut simile. Quapropter nec omnino perditi miserentur. nihil enim se amplius passuros arbitrantur, vltima iam passi. Nec qui se felices esse credunt, sed contumeliantur. nam si omnia sibi bona adesse opinentur, nihil se mali pati posse profecto existimant: cum id quoque ex bonis sit. Sic auem se habent, vt se posse pati putent, qui iam pertulerunt, ac euaserunt. Senes etiam, tum quia prudentes sunt, tum quia experti, & imbecilliores, ac timidiores. Docti quoq;, nā recte ratiocinantur. Præterea qui parentes habent aut liberos, aut vxores. sua enim hæc, & posibilia pati ptopter illa quæ dicta sunt. Item qui non sunt in fortitudinis affectu, vtputa in ira, vel fiducia. non enim faciunt hi de futuro rationem. Similiter qui in contūmeliandi affectu non sunt. nam & hi nihil se passuros arbitrātur. semper ergo inter hos medii. Sed nec rursus qui valde timent. non.n.miserentur qui perterriti sunt, cū perturbatiōe propria moueantur. Præterea qui putāt probos quosdam esse. nam qui neminem probū esse ducit, omnes malo dignos existimabit. Ac vniuersaliter cum sic se habet, vt posit talia vel recordari aut sibi aut suis accidisse, vel timere futura sibi, aut suis. qualiter igitur se habētes miserentur, dictū est. Miserabilia vero quæ sint, patet ex definitione. Sunt.n.quæcūq; ex iis quę dolorē inferūt, corruptiua sunt, & quæcunq; possunt interimere. Similiter omnia mala, quorū fortuna est causa, si ma- E F

Qui misereantur.

Miserabilia quę sint.

A gnitudinem habeant. Sunt aũt corruptiua, dolorisq; effectiua, mortes, verbera, corporis afflictiones, senectus, morbi, cibi inopia. Mala vero, quorum fortuna est causa, hæc sunt: si nemine habeas amicum, aut quã paucissimos: quare diuelli quoq; a socijs atque amicis miserabile est. Præterea turpitudo, imbecillitas, mancum esse, & si vnde oportebat bonũ quippiam contigisse, inde malum acciderit, & si sæpius tale: & si cum iam passus sit, bonum quoddam collatũ est, vt quæ Diopithi a rege missa sunt, quæ ipso iam mortuo delata sũt. Et si nullum bonum contigerit: aut si contigerit nulla eius fruitio quod affuit. Miserabilia igitur hæc atque huiusmodi sunt. Miserantur aũt notos, nisi valde propinqui atq; sui sint. nam erga hos sic se habent, quemadmodum & in se ipsos. Quare Amasis quoque cum ad mortem filius duceretur, non effudit lachrymas, vt fertur: at cum amicũ mendicare aspexisset, effudit. est .n. hoc miserabile, illud terribile. Terribile enim aliud a miserabili est, & ipsius cõmiserationis

Quorum misereantur.

B expulsiuum, ac ideo aduersario sæpius vtile. Præterea miserantur cum terribile appropinquat. Similium quoq; miserentur secundum ætates, & morum secundum habitus, & dignitatum secundum genera. In omnibus enim his sibi quoq; futurum maxime videtur. illud enim oportet vniuersaliter sumere, quod quæcunq; sibi ipsis timẽt, his, cum in alios fiant, in miseratione impelluntur. Quoniam vero afflictiones tunc miserabiles sunt, cum oculis cernũtur: quæ autem mille annis antea fuerunt, vel futuræ sunt, etiã si timeant, aut memoriæ habeant, vel omnino non miserantur, vel nõ similiter: necesse est, qui motu corporis, voce, veste, ac vniuersim actione simulata talia cõsequuntur, eos esse miserabiliores. efficiunt enim hi, vt ante oculos esse malum videatur, siue quasi futurum, siue quasi præteritum. Ad hæc quæ nuper facta sunt aut cito futura, hæc eadem de causa miserabilia sunt. Signa quoq; ac facta, vt vestes eorũ qui passi sunt, cæteraq; huiusmodi, & veba cum iam morerentur, ac maxime si ma-

C gno in his temporibus animo fuerunt. Nam hæc omnia quoniam propinquiora videntur, ac ante oculos calamitates ponunt, simulq; indignos fuisse ostendunt, miserationem mouent.

De Indignatione. *Cap. IX.*



Iserationi autem maxime id opponitur, quod indignari nuncupant. Dolere nanque propter res aduersas quę indigne illatæ sint, illi quodammodo est oppositum, ab eisdemq; proficiscitur moribus, quod est rebus secundis indigne collatis dolere. suntque perturbationes hæ bonorum ambæ morum. Oportet enim condolere, cum quis indigne vexetur, similiterque propter illos indignari, nam quod præter dignitatẽ fit, iniustum est. Ac idcirco Diis quoq;

ipsis indignatio attribuitur. Sed inuidia etiam eodem miserationi op poni modo videri poterit, quasi proximum idemq; sit cum indignatione. Sed aliud est. nam & inuidia dolor perturbans est propter res secundas, sed non indigni, verum ęqualis atq; similis. Oportet autem ne quid ipsi accidat aliud, sed propter ipsum proximum æqualiter omnibus inesse. Nam si propterea dolor atq; perturbatio inest, quoniam ab alterius felicitate mali quicquam sibi futurum sit, non erit amplius hoc indignatio, illud inuidia, sed timor. Perspicuum aũt est contrarias ad hæc sequi affectiones. Nã qui dolet, quoniã nõ digni vexentur, is voluptate afficietur, aut certe non dolebit, cum illis contrarii vexentur: veluti cũ parricidæ ac scelesti puniũtur, nemo probus dolebit: cum oporteat eorum gaudere supplicio. Similiter quoque si secunda ei contingunt qui dignus est. iusta enim vtraq; ac probis gaudium afferunt, cum necesse sit vt sperent sibi quoque posse contingere, quæ similibus. Proficiscuntur igitur omnia hæc ex eadem animi constitutione: horum vero contraria ex contrariis. idem enim est qui peruerse gaudet, atque inuidus. nam quo quispiam dolet cum fiat & sit, hunc necesse est priuatione eius atq; corruptione gaudere. Quapropter omnia hæc miserationis prohibitiua sunt, quæ quamuis propter expositas iam causas inter se differant, eodem tamen omnia modo ad eiiciendam miserationem conferunt. Primum igitur de indignatione, quibus indignantur, & in quibus, & qualiter ipsi se habentes, deinde de reliquis dicamus. Patet autem ex dictis.

Quas ob res fiat indignatio, & quib'

Nam si indignari est dolere, q̃ cuidam secunda indigne cõtingãt, primo perspicuũ est non esse posibile de oĩbus indignari. nemo. n. indignatur, si iusti, si fortes, vel si omnino virtutem aliquam habeant. Miserationes enim nõ sunt in horum contrariis, sed indignãtur diuitiis potentia, & huiusmodi, quibus (vt simpliciter dicam) bonis indigni sunt. Deinde si quæ secundum naturam bona sunt, habeant veluti nobilitatem, formam, cæteraque huiusmodi. Et quoniam vetus, iis quæ secundum naturam sunt propinquum videtur, necessariũ est, si qui bonum id habeant, nuperq; adepti sint, ac ideo beati putentur, illis magis indignari. magis enim perturbant qui modo diuitias asse quuti sunt, quam qui olim & a genere receperunt. Similiter principes, potentes, gratiosi, bonos habẽtes liberos, ac huiusmodi alia. Et si propter hæc aliud quoddam bonum ipsis contingat, similiter. nam his indignãtur magis qui nuper ditati sunt, cũ propter diuitias principentur, quam qui diuites ex maioribus fuerunt. Eodemque pacto in aliis. Eius causa est, quoniam alii sua possidere videntur, alii minime. nam quod semper sic se habere uidetur, verum esse videtur. Quã obrem non videntur illi sua possidere: ac quoniam non quilibet vnoquoque bono dignus est, sed proportio quædam, atque quid idoneum consideratur: vt arma pulcherima non iusto sed forti consentanea, & excellentes nuptię non nuper ditatis, sed nobilibus.

A Si ergo cum probus sit, quæ congruunt, non consequitur, indigna res est: & si peior cum meliore contendat: ac maxime si in eodem. Vnde id quoque dictum est: sed Aiacis Telamoniadæ vitabat cōgressum: Iupiter nanque ei, quòd viro cum fortiore pugnaret, indignatus est. Si vero non, etiam si qualitercunq; peior cum meliore, veluti si musicus cum iusto. nam iustitia melior quam musica est. Quibus igitur indignentur, & quas ob res, ex his adapertum est. hæc. n. & huiusmodi sunt. Ipsi autem indignatiui sunt primum, si maximis digni sunt bonis, eaque possidentes. non enim iustum est vt non similes similia consequantur. Deinde si cum boni sint, studiosi quoque sunt iudicant nanq; probe, oderuntq; quod iniustum est. Præterea si ambitiosi, quarundamq; operationum appetentes, ac maxime si in iis ambitiosi sunt, quæ & alii cum sint indigni, tamen assequuntur. Et vniuersim qui seipsos quibusdā rebus dignos putant, quibus alios putāt indignos, illis indignantur, & horum causa. Quocirca seruiles, praui B & honorem contemnentes, indignatiui non sunt, cum nihil huiusmodi sit, vt eo se dignos arbitrentur. Ex his patet quibus in rebus si aduersa vtuntur fortuna, & affliguntur, aut non consequuntur, gaudere, aut absque dolore esse congruit. nam ex dictis, quæ sint opposita, patet. Quare si & iudices ita oratio præparabit, & petentes vt sui misereatur, & quibus in rebus indignos quod volunt assequi ostendet, quia condigni vt nihil consequantur, impossibile erit misereri.

Qui indignētur.

De Inuidia. Cap. X.



Patet etiam quibus inuident, & quibus in rebus, & quomodo se habentes. Siquidem inuidia est dolor quidam, quoniam similes boni aliquid adepti videantur, non vt quicquam sibi, sed propter illos. hi enim inuidebunt quibus aut sunt quidam aut videntur similes. Si C miles vero dico genere, propinquitate, ætate habitu, gloria, diuitiis. Itē ii quibus parū deest, ne omnia teneant. quocirca maxima gerentes, & feliciter, inuidi sunt: cum putent sua ab omnibus auferri. Et qui valde in aliqua re honorantur, ac maxime in sapientia & felicitate. Et ambitiosi magis inuident, quam non ambitiosi, Et qui se sapientes videri putant. ambitiosi nanq; in sapientia. Et vniuersaliter qui ex reliqua gloriā quęrunt, de illa sunt inuidi: & pusillanimi, quoniam eis magna omnia videantur. De quibus igitur inuident bonis, iam dictum est. De quibuscunq; enim operibus honorem atque gloriam quærunt, & quarum rerum gloriam concupiscunt, ac de quibuscunque feliciter actis, nam de omnibus fere inuidia est, præsertim si, aut appetunt ipsi, aut putant ea se habere oportere, aut si earum rerum possessione ipsi parum superent, vel parum deficiant. Patet autē & quibus inuident. simul enim dictum est. Nam qui proximi sunt

Inuidia quid

Qui inuidentur, et de quibus.

Quibus homines inuideant. tempore, loco, ætate, gloria, iis inuident. vnde illud dictum est: Propinquitas inuidere solet. Et quibuscunq; de honore contendunt. contendunt autem quibus cum diximus. cum iis vero qui antea mille annis fuerunt, & cum mortuis nemo contendit, nec cū iis qui apud Herculis columnas habitant. nec cum iis a quibus vel aliorum iudicio multum putant deficere. nec cum iis quos non parum excedere. similiter nec cum iis, & de talibus. Verum quoniam cum aduersariis & riualibus, ac vniuersaliter cum iis qui eadem cupiunt, contendunt, necesse est iis maxime inuidere. vnde dictū est: Figulus figulo inuidet, faberq; fabro. Et iis qui cito obtinuerunt, qui aut vix, aut nequaquam consecuti sunt, inuident. Præterea iis qui si possideant, aut si perficiant, ipsis opprobrium est. nam & hi prope similes sunt. pater enim eorum causa bonum ipsos non consequi: quæ res cum dolorem inferat, inuidiam mouet. Iis etiam qui ea possident, aut habent quæ ipsos oportuit, vel quæ ipsi aliquādo possidebant. quapropter iunioribus seniores inuident. Ad hæc qui multa, iis pauca eadem pro re consumpserunt. Perspicuum etiam est quibus isti rebus gaudeant, & quibus hominibus, qualiterque se habentes: nam quemadmodum non habentes dolent in contrariis: si sic se habeant, voluptate afficientur. Quare si & ipsi vt ita se habeant, præparentur, & qui vt sui misereantur, vel vt boni aliquid consequantur, rogant, tales sint quales iam dicti, palam est quòd non consequentur.

De Aemulatione. Cap. XI.

Aemulatio quid.



Quomodo autem se habeant æmulantes, & in quibus, & quibus, hinc erit manifestum. Nam æmulatio est dolor quidam, quoniam bona & honorabilia quæ ipse quoque assequi possit, natura similibus ad esse videantur, non quoniam aliis sunt, sed quoniam non ipsi quoque. Ideo & probum quiddam æmulatio est, & proborum: inuidia vero improborum, & improbum. alteri enim vt ad consequenda bona se præparent, æmulatione concitantur: alteri propter inuidiam proximis impedimento sunt. Necesse est ergo eos esse æmulatiuos, qui se iis bonis dignos arbitrantur, quæ non habeant. nullus autem se dignum putat impossibilibus, si sic apparent. Id circo iuuenes atque magnanimi huiusmodi sunt: & qui ea bona possident, quibus præclari viri digni sunt, quæ sunt diuitiæ, multorum gratia, principatus, & huiuscemodi. quasi enim suum sit bonos esse, quoniam hęc bona, bonorum sunt, æmulantur in ipsis. Præterea ii quos cæteri dignos arbitrantur, & quorum maiores, aut cognati, aut domestici, aut gens, aut patria, præclara: hi de iis emulatiui sunt. sua enim hæc putant, & se iis esse dignos. Quòd si honorabilia bona æmulabilia sunt, necesse est virtutes huiusmodi esse, ac quæcūq; aliis

(Margin notes: Aemulatiui qui. — Quas ob res æmulentur.)

A vtilia,& ad benefaciendum apta.benefaciente enim atque probos similiter honorant. Insuper ea bona quibus fruuntur, vt diuitiæ ac forma,magis quam sanitas. Hinc etiam patet,qui sunt apti vt eos æmulentur.sunt enim qui hæc aliaq; possident,veluti fortitudinē,sapientiam,principatum.nam principes multis benefacere possunt, vt duces,rectores,omnesq; qui talia possunt.Præterea ii quibus multi velent similes esse,aut quibus sunt noti aut amici multi,aut quos multi admirantur, aut quos ipsi. Ad hæc, quorum laudes vel a poetis vel a scriptoribus decantantur. Hos igitur æmulantur, contrarios vero contemnunt. Contemptus enim æmulationi contrarium est. Aemulari quoque atque contrarium cōtraria sunt. Est autem necessarium qui sic se habent, vt nonnullos æmulentur,aut ipsos alii, hos aptos esse ad eos contemnendos,qui ea mala habeant,quæ bonorum æmulabilium contraria sunt. quapropter sæpenumero contemnunt fortunatos,cum absque honorabilibus bonis ad est eis fortuna. Quibus gemu leutur.

B Quibus igitur rebus affectus mouentur,& quibus dissoluuntur,& vnde sit fides dictum est.Quales vero quidam moribus, affectibus, habitibus,ætatibus,ac denique fortunis sint,deinceps scribamus.Affectus autem dico,iram,cupiditatem,cæteraq; huiusmodi,de quibus iam diximus. Habitus vero, virtutes ac vitia, de quibus etiam dictū est.Et ad hæc, quæ singuli eligunt, quorumque actiui sunt Aetates vero sunt,iuuentus,virilitas,senectus.Fortunā autem appello, nobilitatem,diuitias,potentiam,& horum contraria, & vniuersaliter secundam & aduersam fortunam. Affectus. Habitus. Aetas. Fortuna.

De moribus Iuuenum. Cap. XII.



C Vuenes ergo huiusmodi moribus sunt, vt aptissimi ad cupiendū sint, potentesque facere quæcunq; cupiant. Maxime autem ex cupiditatibus eius sequaces sunt, quæ ex rebus venereis est,& in hac incontinentes. Mutabiles vero sunt in cupiditatibus, citoque fastidientes. Et vehementer quidem cupiunt, cessant autem cito. voluntates enim acutas habent,& non magnas,veluti ægrotantium sitis aut fames. Ad hæc, irascendum apti sunt, & acutæ iræ, potentesque appetitiones sequi. vincuntur autem ira, quoniam ex ambitione contemni non patiuntur,sed moleste ferunt,cum putant iniuriam sibi fieri.Ambitiosi etiam sunt,imo contentiosi.excedere nanq; iuuentus cupit:& victoria excessus quidam est. Sunt autem horum duorū magis quam pecuniarum studiosi: pecuniarum studiosi minime. non enim adhuc inopiæ periculum fecerunt, sicut elogium Pittaci in Amphiaraum continet.Nec malitiosi,sed simplices.nondum enim versutias multas inspexerunt. Creduli etiam sunt,quoniam nondum in multis decepti.Spei quoq; bonæ.sic enim a natura percalidi iuue-

nes ſunt,quemadmodum qui vino pleni ſunt.& ſimul quoniam non dum in multis aberrarunt. viuunt igitur maxime ſpe. Spes enim futuri eſt,memoria vero præteriti.ac iuuenibus futurum quidem multum reſtat, præteritum autem breue eſt.nam primo die nihil meminiſſe putant,ſperare vero cuncta. Qua de cauſa vt facile quoq; decipiantur,idonei ſunt,quoniam facile ſperāt.Fortiores etiam,quoniam facile iraſcuntur,& bene ſperant: quorum alterum ne timeant, alterum vt confidant facit. nam neq; cum iraſcitur quiſpiam,timet: & cum boni aliquid ſperat,confidit.Prętere a verecundi.nondum enim alia eſſe honeſtā exiſtimant, ſed legibus ſolum caſtigati. Magnanimi quoq;.nam nec vnquam vita ipſos deiecit, ſed periculorum expertes ſunt.& dignum ſe magnis putare, magnanimitatis eſt,id vero bene ſperantis. In agendo autem honeſta potius eligunt quam vtilia.moribus enim viuunt magis quā ratiocinatione. ratiocinatio aūt vtilium eſt, virtus vero honeſti. Amicorum quoq; ſtudioſi ſunt atq; ſodalium,multo magis quam cæteræ ætates.gaudent nanque in conuiuendo,nondumq; ad vtilitatem aliquid iudicant: quare nec amicos. Omnia etiam nimis,vehementiusq; peccant,cōtra Chilonis dictum.nimis enim agunt in omnibus, nimis amant,nimis oderunt. cætera omnia ſimiliter. Scire quoq; omnia putāt,atq; affirmant: qđ etiam cauſa eſt vt omnia nimis. Iniurias etiam in contumeliam faciunt,nō in malignitatem.Ad cōmiſerationem quoq; parati,quoniā probos ac bonos omnes arbitrantur. ſua enim ſimplicitate cæteros metiuntur. itaq; indigna ipſos pati facile credunt. Riſui etiam ſtudent: idcirco & dicaces ſunt.dicacitas enim caſtigata cōtumelia eſt. Iuuenum igitur mores tales ſunt.

De moribus Senum. Cap. XIII.



Eniores autem, ac ætate prouecti horum fere contrarios mores, vt plurimum habent. Nam quoniam multos iam annos vixerunt, & errauerunt in pluribus, deceptique fuerunt, ac inſuper quoniam rerum plurimæ vitioſæ ſunt:neq; affirmant quicquam, & multo minoris cuncta exiſtimant, quam oporteat.Sciunt aūt nihil, ſed ambigentes,ſemper forſan ac fortaſsis addunt,& ſic omnia dicunt: firmiter vero nihil. Malitioſi quoq; ſunt. malitia vero eſt, in peiorem cuncta partem ſuſpicari.Suſpicioſi nanq; ſunt,quoniam increduli.increduli vero,quoniam experti.Quapropter neq; amant, neq; oderunt nimium,ſed ſecundum Biantis præceptū,& amant vt oſuri, & oderunt vt amaturi.Præterea puſillanimi ſunt, vitæq; ductu deiecti. nullum enim magnum,neq; ſuperuacaneū, ſed quæ ad vitam neceſſaria ſunt,cupiunt.Illiberales etiam ſunt; quoniā ſubſtātia vnum ex neceſſariis eſt,ſimulq; quoniam experti non ignorāt difficilem qui

A dem esse acquisitionem, iacturam vero facilem. Ad hæc timidi sunt, & ad pertimescendum cũcta parati. cõtrario enim modo quam iuuenes dispositi sunt. sunt enim frigidi: cum illi calidi sint. itaq; senectus viam timori præparauit. timor enim frigiditas quædam est. Vitæ quoque cupidi sunt, ac maxime in extremo die. cupiditas.n. rei absentis est. & cuius egent, id summopere cupiunt. Accusandi quoque studiosi magis quam oporteat: nam id etiam pusillanimitas quædam est. Viuuntq; ad vtile, nõ ad honestum, magis quam oporteat, quoniam seipsos maxime amant. vtile nanq; sibi, honestum vero simpliciter bonum est: Inuerecundi quoque magis quam verecundi. nam quoniam nõ similiter de honesto atq; vtili curant, existimatione contemnunt. Malæ quoq; spei sunt, tum propter experientiam, quoniã plurimæ rerum vitiosæ sunt, multæq; ad peius tandem deueniũt, tũ propter timiditatem. Viuuntq; memoria magis quam spe. nam futurum vitæ breue sibi est, præteritum multum. spes aũt futurorum
B est, memoria vero præteritorum. Quod causam etiam loquacitatis sibi affert perseuerant enim præterita narrantes: quoniam recordantes voluptate afficiuntur. Ira vero acuta quidem est, sed infirma. Cupiditates quoq; aliæ defecerunt, aliæ infirmæ: sunt. quare neq; cupidi sunt, neq; secundum cupiditates, sed secundũ lucrum actiui. idcirco ad modestiam quoque apti grandes natu videntur. nam & cupiditates deferbuerunt, & ipsi lucro seruiunt. Viuuntq; magis ratiocinatione, quam moribus. nam ratiocinatio vtilitatis est, mores autem virtutis. Iniurias vero nõ in contumeliam, sed ad iniuriandũ faciũt. Ad commiseratione prçterea parati sunt, sed non ea de causa qua iuuenes. nam iuuenes ex humanitate, senes autem ex imbecillitate. omnia enim impendere sibi putant, propeq; esse vt patiantur. id vero aptitudo ad commiserationem erat. Vnde queruli sunt, non dicaces, ne
C que faceti. contrarii.n. sunt querulus atq; facetus. Iuuenum igitur ac senum mores huiusmodi sunt. Quare cum omnes orationem probent quæ moribus suis accommodetur, atque eis similis sit, non latet quomodo vsus oratione tam ipse quam oratio huiusmodi videbitur.

De moribus ætatis mediæ. *Cap.* XIIII.



Onstantis vero mores ætatis inter hos versabuntur, vtrorumque fugientes excessum, & neque ualde confidentes, quod ferocitatis est: neque timentes valde, sed bene se habentes ad vtrunque. Nec increduli omnibus sunt, sed secundum solummodo veritatem iudicant. Nec parci, nec prodigi: sed accommodati rebus sunt. Similiter se ad iram quoq; ac cupiditatem habẽt. Suntque modesti cũ fortitudine, & fortes cum modestia. nam hæc in iuuenibus atq; senibus disiuncta sunt. Iuuenes.n. fortes ac immodesti sunt, senes vero mo-

desti ac timidi. Verum (vt vniuersaliter dicam) quæcunq; iuuentus atq; senectus seorsum ex vtilibus habent, hæc & viri habent. In quibuscunq; vero illi excedant, aut deficiunt, hęc in viris commode ac medioctirer sunt. Viget autem corpus quidem a trigesimo ætatis ãno ad trigesimum quintum: anima vero vsque ad vndequinquaginta. De iuuentute igitur, & senectute, ac virili ætate, quotum morum vna quæque sit, hæc dicta sint.

De moribus Nobilium. Cap. XV.

DE motibus autem qui fortunæ bonis quales quidam efficiantur, de inceps dicamus. Nobilitatis igitur mores sunt, vt ambitiosior sit qui nobilior est. nam omnes cum quid adsit, ad id solent coaceruare. Nobilitas vero quædam maiorum claritas est. Præterea nobiles ad contemnendos maiorum suorum similes parati sunt. nam ea quæ iam diu gesta sunt, honorabiliora sunt, ad iactationẽ que aptiora, quam quæ nuper facta. Est autem nobile secundum virtutem generis. Generosum vero secundum quod non recedit a natura: quod non contingit vt plurimum nobilibus, sed multi humiles atque deiecti sunt. Est autem etiam in virorum generibus fertilitas quedam, sicut in agris aliquando: ac interdum si genus bonum fuerit, viri præstantes generantur. Rursumque genus deiicitur, deueniunt autem ingeniosa quidem genera in mores furiosos magis, vt qui ab Alcibiade, quique a superiore Dionysio sunt. quieta vero in segnitiem, veluti qui a Cimone, Pericle, ac Socrate sunt.

Nobile qd. Generosum

De moribus Diuitum. Cap. XVI.

MOres autem qui diuitias committantur, facile omnes perspicere possunt. Contumeliatores nanque sunt ac superbi, qui possessione opum perturbantur. nam quasi omnia bona possideant, sic afficiuntur. Sunt enim quasi pretium aliorum, diuitiæ, quibus eorum dignitas æstimatur: ac idcirco cuncta videntur emi posse diuitiis. Delicati etiam sunt, sibique plurimum arrogantes. illud propter delicias, ac felicitatis ostentationem: hoc quoniam omnes in eo versari soliti sunt, quod ipsi amant ac admirantur: & quoniã quæ ipsi, ea cæteros quoq; putẽt æmulari. Nec iniuria sic affecti sunt, cũ multi sint qui habentium auxilio egeant. Vnde a Simonide quoq; de diuitibus ac sapiẽtibus ad Hieronis vxorem dictum est, cum interrogasset vtrum melius, esse diuitem, an sapientem. Sapientes enim, inquit, in diuitum ianuis video. Ad hæc quoniam dignos se arbitrantur principatu. ea enim habent, quorum gratia dignum putant se cæteris dominari. Ac

A (vt in summa dicam) diuitiarum mores, amantis simul atq; felicis mores sunt. Sed interest inter locupletatorũ nuper mores, & iamdiu diuitum. magis enim mala omnia insunt nuper locupletatis peioraque in ipsis sunt. nam nuper ditatus, veluti nõ castigatas habet diuitias. Praeterea iniurias non ex malignitate, sed alias ex contumelia, alias ex intemperantia faciunt, veluti virgis caedere, & adulterari.

De Moribus Potentium & Fortunatorum. Cap. XVII.



Imiliter autem potentiae quoque omnes pene mores in aperto sunt: partim enim eosdem habẽt quos diuitiae, partim etiam meliores. Sunt enim potentes secundum mores ambitiosi, ac viriliores quam diuites, eõ ꝙ operationes eas expectant, quas ipsis propter potentiam gerere licet. B Diligentes quoq; magis. nam coacti quae potentiae sunt considerate, in cura sunt. Honestiores etiam quã morosiores. moderantur. n. sibi, cum propter honores coram aliis viuant. est autem honestas mollis compositaque morositas. Et si iniuriãtur, non in paruis sed in magnis iniuriantur. Secunda vero fortuna dictorum morum habent secundum partes. ad hanc enim tendunt, quae secunda videntur fortuna contingere. & ad haec ad proborum liberorum procreationem, corporis quoque bona secunda contingunt fortuna. Superbi ergo magis & minus rationales propter secundã fortunam sunt: quãuis mos melior hãc fortunã vnus sequit. sunt. n. erga Deũ pii, afficiũturq; quodãmodo ad ipsum, ꝑpter bona quę sibi a fortuna prebẽtur, credẽtes. De moribus igitur aetatũ, & fortunę dictũ est. Contraria. n. horũ ex contrariis manifesta sunt, veluti pauperis, infortunati, ac impotentis mores.

C *Quòd sunt quaedam omnibus generibus communia.* Cap. XVIII.



Erum qm̃ probabilis orationis vsus ad iudicium spectat (nam quae iam sciuimus ac indicauimus, nulla egent amplius oratione) ac qm̃ etsi quis cum suadeat ad vnũ oratione vtatur, vt admonentes aut hortantes faciunt, nihilominus ille vnus iudex est: Nam cui persuadendum est, is (vt simpliciter dicam) iudex est, & siue ad litigantes, siue ad causam quispiam dicat, similiter: vti nanque oratione necesse est, & contraria euertere, ad quae tanquam in aduersariũ orationem facit. Eodemq; modo in demonstratiuis: nam ad spectantem quasi ad iudicem oratio componitur, ac vniuersaliter solus est vt simpliciter iudex, qui in ciuili certamine quaesita iudicat. uã &

de quibus litigant, & de quibus consultant, omnia quomodo se habeant, inquiritur. Quoniamq; de ciuitatum moribus dictum iam prius est in deliberatiuo: sit vt determinatũ iam sit quo pacto & quibus moratam orationem faciemus. Et quoniã alius quidem in vnoquoq; orationis genere finis erat, ac de omnibus opiniones propositionesq; sumptæ sunt, ex quibus deliberantes, demonstrantes, litigantes fidem faciunt, & ad hæc quoniã ex quibus moratam, affectamq; orationem facere possibile sit, determinatum est: restat iam vt de communibus tractemus. In oratiõe igitur omnibus necessarium est, vt possibili atq; impossibili vtãtur, aliisq; quod fuit, aliisq; qd'erit, conentũr ostendere. Magnitudo quoq; omni orationi cõmunis est. Omnes.n. siue suadeant aut dissuadeant, siue laudent aut vituperent, siue accusent aut defendant: amplificatione atq; attenuatione vtuntur. Quibus determinatis de enthymematibus communiter atque exemplis conabimur dicere: vt quæ restant apponentes, quod ab initio intendimus, consequamur. Est autem ex communibus amplificatio demonstratiuo accommodatissima, præteritum vero iudiciali, possibile autem & futurum deliberatiuo: vt dictum est. D E

De Possibili & Impossibili. Cap. XIX.



Rimum igitur de possibilibus & impossibilibus dicamus. Si ergo contrarium vel fieri possibile sit, contrarium quoq; possibile profecto esse videbitur: vt si sanari hominem possibile est, erit etiam ægrotare. ea enim contrariorũ potentia est, quæ est contraria. Itẽ si simile possibile est, erit & dissimile. Præterea si qd' difficilius est, possibile est, & qd' facilius etiam. Insuper si studiosum aut pulchrũ fieri possibile, omnino quoq; fieri possibile. nam difficilius est pulchram fieri domũ, quã domum. Item cuius principiũ fieri possibile, huius & finis possibilis. nihil enim eorum fit, neq; incipit fieri, quę impossibilia sunt: vt commensurabilem esse diametrum, nec fieri vnquam incipiet, nec iam fit. Et conuersum: cuius finis, huius etiam principium. cuncta enim ex principio sunt. Ad hæc, si quod substãtia posterius est, aut generatione, id fieri possibile, et prius quoq; velut si virum fieri possibile, et puerum quoq;. hoc nanq; fit prius. quod si puerum, & virum etiam: principium enim illud. Præterea quorum amor aut cupido secundum naturam est. nemo enim amat impossibilia, nec ea cupit vt plurimum. Insuper ea quorum est ars aut scientia, & esse & fieri possibile est. Item ea quorum generationis principium in iis est, quos vel cogere possumus, vel persuadere. ii vero sunt quibus aut meliores sumus, aut domini, aut amici. Ad hæc quorum partes possibiles, & totum. Et quorum totum, partes quoq; vt plurimũ. nam si lacinia & manicæ, cæteræque partes fieri F

A possunt, & vestis quoq; tota. & si tota vestis, lacinia quoq; atq; manicæ. Præterea si vniuersum genus ex possibilibus, species quoq; fieri possibilis. Et si species, genus quoq;. vt si nauē fieri possibile, triremem etiam. & si triremem nauem quoq;. Præterea si alterum eorū quæ nata sunt adinuicē referri, alterū quoq;, vt si duplū, medium etiā: & si mediū, duplū quoq;. Præterea si absq; arte ac præparatione possibile quippiam fieri, id multo magis arte ac cura fieri possibile. Hinc apud Agathonē dictum est: Atqui quæ vos fortuna facitis, hæc nobis arte necessitateq; sunt. Et quod peioribus aut minoribus aut imprudentioribus possibile, id contrariis horū multo magis. vt Isocrates dixit graue esse, si quod Euthymius didicit, ipse non poterit inuenire. De impossibilibus aūt palam, quòd ex cōtrariis istorum sūt. Si vero factum sit, aut non, ex his considerandum primum, si quod minus fieri natum est, id factum est: & quòd magis natum, id quoq; factum. Deinde si quod posterius fieri solet, factum est, & qđ prius: B vt si oblitus est, didicit aliquando. Præterea si & volebat, & poterat, fecit. nam omnes si possunt, cum voluerint, agunt. nihil enim impedimento est. Si volebat etiam, & extraneorum nihil impediebat. Et si poterat, & cupiebat. Et si poterat, & delectabatur. nam quibus delectantur, ea vt plurimum si possunt efficiūt: improbi quidem ex intemperantia, probi vero quoniam proba desiderant. Et si facturus erat, & fecit. probabile nanque fecisse ipsum quod facturus erat. Et si facta sunt quæcunque nata sunt ante aliquid fieri, aut illius gratia: vt si coruscauit, tonuit. Et si tentauit, etiam fecit. Ad hæc si facta sunt quæcunque posterius nata sunt, vel id cuius gratia fuerit prius quoq;, & hoc huius gratia ante hoc factum est. vt si tonuit, etiam coruscauit. & si fecit, etiam tentauit. Horum autem omnium alia necessaria sunt, alia vt plurimum ita se habent. Ex contrariis autem istorum patet si factum non sit. De futuro quoq; manifestum ex eisdem est. Nam & quod in potestate & voluntate est, erit. C Et quod in cupiditate, ira, cogitationeq; est simul cum potestate. Propter hæc similiter præterea si est in appetitione faciendi, vel cura. nā vt plurimum sæpius fiunt quæ curæ sunt, quā quæ non sunt. Et si iam facta sunt quæ prius fieri nata sunt: vt si nubibus cœlum obtegitur, verisimile est vt pluat. Et si quod huius gratia factum est, verisimile vt hoc quoq; fiat: vt si fundamenta iacta sunt, fiet domus.

Quę facta ostendant.

Quę futura comprobēt.

De Amplificatione ac Attenuatione. Cap. XX.



E amplificatione autem, ac attenuatione rerū, maiorisque atq; minoris, & omnino magnarum atque paruarū, ex iis quæ iam diximus, manifestum. Dictū est.n. in deliberatiuo et de bonorum magnitudine, et de maiore simpliciter atq; minore. quare si in vno quoque

causarum genere bonum est finis, vt pura vtile, honestum, ac iustum: D perspicuum est horum omnibus amplificationes esse sumendas. Quæ rere vero præter hæc quicquam de magnitudine simpliciter ac excessu, idest verba incassum effundere. singularia enim ad vsum præstantiora vniuersalibus sunt. Ac de possibili quidem ac impossibili, & factum ne sit, an non, & erit, an non erit, præterea de amplificatione & attenuatione rerum hæc dicta sint.

De exemplo. *Cap.* XXI.



Estat autem de fide communiter dicere quoniam de propriis iam dictum est. Est autem communis fides genere duplex exemplum, & enthymema. nam sententia pars enthymematis est. Primum igitur de exemplo dicamus: quoniam inductioni simile est. inductio autem principium. Exemplorum ergo species duę sunt. Altera, si res præteritas dicis, altera si ipse fingis. Et huius aliud similitudo, aliud apologi, sicut AEsopij, & Libyci. Exemplum igitur tale quid est, vt si quispiam ducat oportere apparatum aduersus regē fieri, qui faciat ne potiatur AEgypto. Nam si Darius non prius traiecit, quā AEgyptū cepit, & cū cepisset, statim traiecit: is quoq; si ceperit, traiiciet. quare non est ipsi permittenda Aegyptus. Similitudo vero Socratica est, vt si quis dicat nō oportere magistratus sortiri. simile nanq; esse si quis athletas sortiatur, nō eos qui certare possint, sed qui forte euenerint: aut si e nautis forte gubernatorem cōstituat. Quasi vero forte potius quam scientia constituendus sit. Apologus talis est Stesichori ad Phalarim, & Aesopi pro Demegoro. Nam Stesichorus, cum Himeræi Phalarim Imperatorem constituissent, custodesq; corporis daturi essent, postquā alia disseruit, apologum eis dixit. Equus, inquit, prata solus obtinebat: quorum cum ceruus adueniens, pascua deuastasset, de vltione cerui equus hominem cōsuluit, si vna secū pœnas posset ex ceruo sumere. At ille, facile, inquit, si frænum patieris, & ego in te hastā tenens ascendero. Accipit equus conditionē: ascēdit ad ipsum homo. ita pro vltione homini equus seruiuit. Quamobrem & vos (inquit) cauete ne cum velitis hostem vlcisci, idem quod equus patiamini. frænum iam recepistis, ꝙ imperatorem dictatorem cōstituistis. Si vero custodiam quoque dederitis, ac ascendere permiseritis, seruietis profecto Phalaridi. Aesopus autem cum in Samo primatem quendam populi capitis accersitum defenderet, dixit vulpem, cum fluuiū transiret, in foueam decidisse, eiq; longo ibi tempore, cum exire non posset, afflictæ multas caninas muscas insedisse. eā transiens aspexit, hericius, misertusq; rogauit si vellet vt ab ea caninas muscas euelleret. cumq; ipsa negasset, causam miratus quærebat. tūc illa, iā, inquit hæ saturatæ parum sanguinis trahunt. ꝙ si has tu excuties, famelcen

A tes venient aliæ:quæ qđ mihi sanguinis restat,totum ebibent. Sic igi tur,dixit, vobis quoq; viri Samii nihil iam iste locupletatus officit.si vero hũc interimetis, paupetes alii locum eius occupabũt,qui ciuitatis pecuniam facile furando consument. Huiusmodi ergo apologi ad populum maxime accomodati sunt, habentq; hanc præstantiam, cum difficile sit res præteritas similes inuenire,apologos facillimum est fingere.nanque opus est hoc modo inuenire, vt & similitudines, mõ possis qđ simile est perspicere. qđ Philosophia facile prestat. Non est igitur difficile apologos inuenire. Verum ad consultationem res gestæ multo vtiliores sunt.nam vt plurimum futura preteritis similia sunt. Exemplis igitur,si quidem non habeas enthymemata,quasi demonstrationibus vtendum.si vero habeas quasi testimoniis post enthymemata in perorationibus.Cum enim præponuntur, similia inductionibus sunt inductio autem orationi oratoriæ,præterquam in paucis, non est idonea,Postposita vero,testimoniis assimilantur.te-
B stis aũt vbiq; ad fidem vtilis. Præterea preponenti multa dicere necesse est:postponẽti aũt Vnum etiã sufficit.nã testis probes Vel vnus satisfacit. Quot igitur species exemplorum sint,& quo pacto,& quã do ipsis vtendum,dictum est.

De Sententia. Cap. XXII.



E sententiis autem adhibendis, si quid sententia sit dixerimus, facile patebit quibus de rebus, & quando, & quibus consentaneum est in oratione sententiis vti. Sentẽtia qđ Sententia igitur est non de singularibus,Vt qualis quidem Iphicrates sit, sed de vniuersali enuntiatio. nec de omnibus Vniuersalibus, vt rectum obliquo contrarium esse, sed de quibuscunque operationes sunt, quæ ad agendum eligenda vel
C fugienda sunt. Quare quoniam enthymemata syllogismi de istis sunt,tam conclusiones enthymematum quam principia, syllogismo semoto, sententiæ fere sunt: vt illud, Oportet prudentem virũ nõ nimium in sapientia liberos erudire.id igitur sententia est,cui si cã quã obrem accesserit,totum enthymema erit.nam ad otium quod habẽt perniciosam etiam sibi hominum inuidiam attrahunt. Et illud, Non est qui felix omnibus in rebus sit.& , Nullus hominum liber est.nam aut pecuniæ,aut fortunæ seruit. Si ergo sententia est quod diximus: Sentẽtię species quatuor quatuor sententiæ species esse necesse est.Nam aut cum ratione erit, aut sine ratione. Quæ igitur egent demonstratione,cũ ratione sunt. quecunq; vero nihil mirum continent, absq; ratione. Quarum aliæ necessario,quoniam ratione præstantur, non egent : vt illud : Bene valere præstantissimum hominibus est, vt nobis videtur.id enim ita iam multis videtur. Aliç simul, cum dicantur,patent perspiciẽti:vt illud, Nemo amator est, qui non semper amet. Earum vero quæ cum

ratione sunt, aliæ par enthymematis sunt: vt, Oportet prudentem D
virum esse. Aliç enthymematicæ quidem sunt, enthymematis autem pars non sunt: quæ maxime probantur. Huiusmodi autem sunt, in quibuscunq; causa inest, vt in illo, Iram immortalem, cum sis mortalis, non serua. nam ꝙ ira seruanda semper non sit, sententia est: adiectum vero, cum sis mortalis, quam ob rem significat. cui simile est, Mortalia mortalem, non immortalia curare oportet. Perspicuum igitur est, quot sint sententiæ species, & quibus vnaquæque rebus accōmodetur: Rebus enim ambiguis, aut nouis, & præter opinionem accommmodabitur. sed aut ratione præposita sententia vtemur concludendo: vt si quis dicat, Ego igitur, quoniam nec inuidiosum nec otiosum esse conducit, non oportere doceri affero. aut hoc præposito reliqua postponemus. Quæ vero etsi præter opinionem non videantur, sunt tamen incerta, ea rotundissime dicentur: si quam ob rem præposueris: quibus etiam Laconica dicta accomodantur, & ænigmata: vt si quis dicat, quod Stesichorus apud Locros dixit, Non oportere contumeliatores esse, ne cicadæ humi canant. Sententias autem E
dicere ætate prouectis maxime congruit, de rebus inquam, quarum quis vsum habet. nam qui tantus non est, eum dedecet sententias dicere, sicuti fabulas. qui autem de iis quorum vsum non habet, is ineptus atque indoctus est, signum huius sufficiens, ꝙ agrestes maxime sententiarum fictores sunt, facileq; enunciāt. Vniuersaliter autem proferre quod vniuersale non est, conquæstioni ac amplificationi conuenit, & in his aut cum incipias, aut cum iam demonstraueris. Verum peruulgatis etiam sententiis atq; communibus vtendū est, si vtiles sunt. Nam quoniā communes sunt, quasi omnes ita concedunt, recte se habere videntur vt hortanti ad subeunda pericula, inauspicato, Vna est auis optima, pro patria pugnare. eumq; pauciores sint, Martem esse communem. Et ad occidendos inimicorum liberos nihilminus iniuriātes. Stolidus, qui cum patrem occiderit, liberis pepercit. F
propterea prouerbiorum nōnullæ sententiæ quoq; sunt, & quasi testimonia, sicut, Atticus aduena. Oportet autem sententias tunc vel cōtra peruulgata dicere. Peruulgata vero dico, vt, Cognosce te ipsum. &; Nihil nimis. Cum aut meliores poterunt mores videri, aut ex perturbatione dicetur. Ex perturbatione quidem, si quis iratus dicat falsum esse ꝙ oporteat seipsum cognoscere. na hic si seipsum cognouisset, nunquam magistratum petiisset. Mores vero meliores, ꝙ nō oporteat sic amare, vt fertur, quasi osurus sis: sed potius odisse quasi amaturus. Opus est autem, vt cum habitu voluntatem ostendas. Si vero non, ratio statim afferenda est, vt si aut hoc pacto dicas, ꝙ amare oporteat non vt fertur sed quasi semper amatorum. insidiatoris enim illud est. Aut sic: Non.n. probatur mihi quod fertur. nam amicū verum sic oportet amare, quasi semper amaturus sis. Sed neq; illud, Nihil nimis: cum oporteat nimis odisse saltem improbos. Afferunt

Quibus sententię accomodētur, & quā vtilitatē afferant.

A ferunt autem orationi vires magnas sententiæ, partim quia maxime per eas auditores capiuntur. gaudent enim si quis vniuersaliter dicens, in eas opiniones forte deueniat, quas illi particulariter habent. Quod autem dico, hinc erit manifestum, & simul quo pacto ip sas venari conueniat. nam sententia, vt dictum est, vniuersalis enunciatio est. Gaudent aũt cum id vniuersaliter dicitur, quod particulariter ipsi opinantur: vt si quis vicinos aut liberos prauos habeat, gratum profecto illud sibi videbitur, Nihil vicino molestius: vel, Nihil procreatione liberorũ stultius. Quare coniectura primum sequendũ est qđ præopinẽtur, deinde in vniuersum de ipso dicendũ. Hic igitur vnus sentẽtię vsus est. Alter, et melior, ꝙ moratam facit orationẽ. Affecta enim oratio est, qua dicẽtis volũtas apparet. quod omnis sententia ideo facit, quoniã qui eam dicit, vniuersaliter de eligibilibus enũtiat. Quare si sententiæ probæ sunt, faciũt, vt proborũ qui dicit morũ videatur. Verum de sententia, & quid est, & quot eius species,
B & quando his vtendum, quamq; vtilitatem afferat, hæc dicta sint.

De Enthymemate. *Cap.* XXIII.



Nunc vero de enthymematibus primũ vniuersaliter quo pacto quærendum sit dicamus: deinde locos exponemus. alia enim vtriusq; horum species est. Quod igitur enthymema syllogismus quidã sit, dictũ est prius, & quomodo syllogismus, & in quo a dialecticis differat. Non enim de longe, nec omnia sumentẽ oportet colligere. nam alterum propter prolixitatem obscuritatis est: alterum quoniam manifesta dicuntur, nugationis. Et hæc causa est vt apud vulgus probabiliores indocti sint: veluti etiam poetæ aiunt, concinnius rudes in vulgo dicere. cõmunia enim afferunt atque vniuersalia. illi vero ex quibus sciunt, & proxima. Non ergo ex omnibus quæ videntur, di-
C cendum, sed ex certis aut ipsis iudicibus, aut iis quos multifaciunt. idque quoniam sic aut omnibus aut plurimis perspicuum esse videatur. Nec solum ex necessariis colligendum, sed etiam ex iis quæ vt plurimũ sunt. Primũ ergo id nobis sumendum est, ꝙ de quo geretur, dicere atq; ratiocinari oportet, siue syllogismo ciuili, siue quocunque alio necessarium est, quę in eo sunt vel cũcta, vel saltẽ aliqua tenere. nam si nihil habes, vnde colligas non habebis. Quo enim pacto, bellandum ne sit an non, Atheniensibus consulere poteris, nisi quæ sint ipsorum copiæ teneas, vtrum nauales, an pedestres, an vtrũque, & quantæ: vectigalia etiam quæ sint, aut socii, aut hostes, & ad hæc quæ bella gesserunt, & quomodo, cæteraque huiusmodi? Laudare quoque quomodo poteris, nisi habeas naualem apud Salaminam pugnam, & prælium apud Marathona, vel quę pro Herculis nepotibus gesta sunt, vel alia huiusmodi? Oẽs .n. ex iis bonis quæ alicui.

adſunt, vel adeſſe videntur, laudant. ſimiliter & vituperant ex cõtra D riis, perſpicientes ſi quid tale in ipſis eſt aut eſſe videatur. Vt puta, quoniam Græcos in ſeruitutẽ redegerũt, & Aeginetas & Potideatas, qui cum eis aduerſus Barbarum pugnarunt, præclareq; geſſerunt, ſibi ſubiecerunt, & ſi quid huiuſmodi erratum in ipſius eſt. Eodem modo accuſantes quoq; ac defendẽtes, ex iis quæ ſunt & accuſant, & defẽdunt. Nihil autem differt de Athenienſibus, aut de Lacedemoniis, & vel de homine vel de Deo idipſum agere. Nam ſi Achilli conſuleres, aut ſi eum laudares, vel vituperares vel defenderes, quæ ſunt, aut quæ videntur eſſe ſumeres, vt ex eis diceres laudans aut vituperans, ſi quid honeſtum aut turpe ſibi guſtum eſt: accuſans vero aut defendens, ſi quid iuſtum aut iniuſtũ: conſulens autem, ſi quid vtile ineſt aut noxium. Similiter iis de quacunq; re alia, vt de iuſtitia, vtrũ bonum an non, ex his quæ in iuſtitia ſunt, aut in bono. verum quoniam & ita omnes oſtendere videmus, ſiue recte ſiue minus recte ſyllogiſmo vtantur: non.n. ex omnibus, ſed ex iis quæ in vnoquoque ſunt ſumunt: & ratione perſpicuum, ꝙ impoſsibile ſit aliter demonſtrare. E Patet igitur neceſſarium eſſe, ſicut in Topicis primũ, vt electa de poſſibilibus atque opportuniſsimis circa vnumquodq; habeantur, proxime facta eodem pacto quæramus, reſpicientes non in indefinita, ſed in ea quę in illis ſunt, de quibus habetur oratio: vt præterea plurima & proxima rebus circunſcribenda ſint. Nam quãto plura eorum quæ in re ſunt teneas, tanto facilius demõſtrabis. Et quanto propinquiora, tanto ꝓpria magis, ac minus communia. Communia vero dicimus, vt ſi Achillem laudes, quoniam homo, quoniam ſemideus, quoniam in Troianos traiecit. hæc enim aliis multis inſunt. quare nõ Achillẽ magis quã Diomedẽ laudas. Propria vero, quę nemini quã Achilli contigerũt. Vt quoniã Hectora, qui Troianorũ erat fortiſsimus, interfecit. & Cygnũ, qui cum eſſet inuulnerabilis oẽs ne deſcenderent inhibebat. & quoniã adoleſcẽs, nec iureiurãdo adſtrictus militauit, cęteraq; huiuſmodi. Vnus igitͬ eligẽdus modus: primusq; F is locus eſt. Nunc vero enthymematũ elementa dicamus, elementum aũt enthymematũ atq; locũ idẽ dico. Sed prius de iis dicamus, de quibus neceſſe eſt prius dicere. Sunt.n. enthymematũ ſpecies duę. Nam

Enthymematum ſpecies duę.

ꝗdã ꝙ ſit, vel nõ ſit, approbatiua ſunt: quædã ἐλεγκτικὰ Græce appellãtur: id Latine dicere poſſumus redarguẽdi poteſtatẽ habẽtia: differũt que ſicut in dialecticis ſyllogiſmus & elẽchus. Eſt aũt. approbatiuũ quidem enthymema, cum ex conceſsis colligitur. Elencticum vero, cum repugnantia colliguntur. Fere igitur nobis in vnoquoq; genere vtili atque neceſſario loci dicti ſunt. Quare quibus enthymemata ex locis elicienda ſunt, de bono aut malo, honeſto, aut turpi, iuſto aut iniuſto, de propriis etiam affectibus, eodem modo ſumpti ſunt nobis iam prius loci, ex quibus. Verum nũc alio modo de omnibus cõmuniter ſumamus, atque dicamus qui approbatiui, quiq; elenctici

A sunt, annotantes eos etiam qui sunt apparentium enthymematum, quæ tamen non sunt enthymemata, quoniam nec syllogismi. quibus explicatis, de obiectionibus solutionibusque dicemus, Vnde enthymemata elicienda sunt.

De locis Enthymematum. *Cap. XXIIII.*



Nus igitur approbatiuorum locus ex contrariis est. Nam inspicere oportet si contratio contrarium confirmanti quidem inest, confutanti autem si non inest: vt temperantiam bonum esse, quoniam intemperantia malum: vt in Messeniaca. nam si bellum horum malorum causa est, per pacem hæc emendabimus. Itē quòd si non iis qui inuit ob fuerunt, irasci par est: nec iis qui coacti proferunt, gra- Loc' ex cōtrariis.
B tia est habenda. Item quòd si multa etsi hominibus credibilia sint, falsa tamen sunt: contrarium quoq; credendum est, multa quamuis mortalibus incredibilia sint, vera tamen esse.

Alius ex similibus casibus. Similiter nanq; esse & non esse oportet: vt si dicas non omne iustum bonum esse. nam quicquid est iuste, id bene esset: nunc vero iuste mori, non est appetibile. Ex similib'

Alius ex iis quæ adinuicem. nam si alteri iuste ac bene agere inest, alteri pati inerit. & si imperasse, etiam fecisse: vt de publicanis Diomedon Publicanorum princeps. Nam si vobis locare turpe non est, nec nobis conducere. Nam si qui passus est, iuste ac bene id passus est, ergo & qui fecit. & si qui fecit, ergo & qui passus est. Sed pōt in hoc cauillatio fieri. Nā si iuste occisus est, iuste passus est, sed forte non abs te. Quare seorsum perspiciendum si pati dignus fuit qui passus est, & facere qui fecit. deinde vtendum quomodocunque cō- Ex iis, quę adinuicem.
C guit. nam interdum id dissonat, nihilque prohibet: veluti & Alcmęoni apud Theodectem, Matrem vero tuam nemo mortalium oderat. Ait autem respondens, Sed distinguentes considerare oportet. Interrogante vero Alphesibœa cur illam quidem morte dignam iudicarunt, se vero iniuria interfecisse. Et veluti iudicium de Demosthene, & eorum qui Nicanora interemerūt, nam quoniam iure inter fecisse iudicati sunt, iure cæsus iudicatus est. Et vt de interfecto Thebis, de quo iudicium fieri volebat, si occidi dignus erat, quasi non sit contra ius eum occidere, qui iure cæsus est.

Alius ex eo qđ magis & minus. vt Ne dii quidem oēs sciūt, quo nā pacto hoīes? id enim est, si cui magis inesse deberet nō inest: nec cui minus. Illud vero, vicinos ab eo verberari, a quo vel pater ipse, ex eo qđ si minus est, & maius est, vtrūq; ostendere opus sit, siue qđ sit, siue qđ non. Præterea si neq; magis, neq; minus. Vnde dictū est, tuus pater cum liberos amiserit, miserabilis est. Oeneus vero nō est, Ex eo q̄ magis & minus

qui filium amisit totius Græciæ præclarissimum. Et si Theseus iniuriatus nō est, neq; Alexāder. & si nec Tidaridæ, nec Alexāder. & Patroclum Hector, & Achillem Alexāder. & si cæteri artifices praui nō sunt, nec Philosophi. Et si duces praui non sunt, quia sæpe superātur, nec sophistæ. Et si oportet priuatos existimationis vestræ curam habere, & vos Grecorum existimationis.

A tempore. Alius a temporis consideratione, vt Iphicrates pro Harmodio. Et si statuam petenti antequam faceret dedissetis, nunc cum fecerit, non dabitis? Num igitur accepturi quidem pollicemini: cum vero acceperitis, tunc aufertis? Et rursus ad illud, ant Thebani Philippum in Atticam patientur pertransire, si antequam auxilium eis aduersus Phocenses tulerit, petiisset, sponderent profecto. Incredibile igitur, si quia prodidit ac credidit, iccirco transitum ei esse negaturos.

Ex dictis ab aliquo in se reiectis. Alius ex iis quę quispiam dixit in seipsum reiectis. Sed modus differt. vt Iphicrates in Teucro aduersus Aristophonta fecit. nā cū Aristophon, si proderet naues pecunia, rogatus, negasset, intulit deinde. Tu qui Aristophon es, non prodidisses: ego vero, qui sum Iphicrates, prodidissem? Oportet autem vt magis ille facturus videatur, nam aliter ridiculum videbitur: vt si aduersus Aristidem accusantē id quispiam dixerit. Verum ad detrahēdum accusatori fidē omnino. n. accusator defensore melior esse. vult. Ad id igitur vniuersaliter reprobandum is locus est, ꝙ alius quispiam facete reprehendat quæ ipse vel non facit, vel non faceret: aut facere hortetur quæ vel non facit ipse, vel non faceret.

Ex definitione. Alius ex definitione. vt si dicas, dæmonium nihil est aliud, nisi Deus, aut Dei opus. atqui si quis putat Dei opus esse, hunc putare necesse est Deos quoq; esse. & sicut Iphicrates dixit generosissimū eū esse, qui optimus est. nihil. n. Harmodio & Aristogitoni generosum erat, antequā generose gesserant. Et quod propinquior ipse, nā gesta mea Harmodii atq; Aristogitonis gestis ꝓpinquiora sunt, quā tua. Et vt in Alexandro, omnes profecto concedemus nō vnius fruitionem corporis impuros cupere. Id etiam quod Socrates dixit, nolle ad Archelaum proficisci. turpe nanque similiter aiebat esse, si beneficio affectus non possis referre, quemadmodum si maleficio. omnes enim isti cum definierint, acceperintq; quid sit, tunc de quo dicunt, ratiocinantur.

Ex eo quod multipliciter. Alius ex eo quod multipliciter: vt in Topicis de eo quod recte.

Ex partitione. Alius ex partitione. vt puta si omnes trium causa iniuriantur, aut huius, aut istius, aut illius rei gratia: & propter hæc quidem impossibile, propter tertium autem neq; ipsi dicunt.

Ex inductione. Alius ex inductione, vt ex Peparethia, ꝙ mulieres vbique de liberis vere discernunt. Nam tum Athenis Mantiæ oratori ambigenti de filio mater asseruit: tum Thebis Ismenia & Stilbone ambigentibus, Ismeniæ filium esse Dodonis confirmauit, ac idcirco Thessali

A eum Ismeniæ filium putarũt. Rursus ex Theodectis lege. Qui de alienis equis paruam curam habuerunt, iis suos non tradunt. neque iis qui naues alienas euerterunt, aliquis tradit suas. Si ergo id ita in omnibus sit, iis etiam qui aliorum salutem neglexerunt, in custodiā sui vtendum non est. Et vt Alcidamas: Omnes, inquit, quomodocunq; sapiẽtes honorant. Nā Parii Archilocum, quanquam eos vituperasset, honorarunt. Et Chii Homerum, quanquam ciuis suus non esset. Et mitylenæi Sappho, quãuis fœmina fuerit. Et Lacedæmonii, quanquā minime Philosophorũ studiosi sunt, Chilonem tamen e senibus fecerunt. Itali quoq; Phythagoram. Lampsaceni vero Anaxagoram, & si peregrinus esset, magnifice tamen sepelierunt, & ad hunc vsque diem venerantur. Athenienses etiam quousque Solonis legibus vtetur, beati fuerunt. & Lacedemonii Lycurgi legibus vsi. Thebis quoq; qui præfuerunt, Philosophi erant, & ciuitas erat in felicitate.

B Alius ex iudicato, aut eodem, aut simili, aut contrario, præsertim si omnes & semper, aut si saltem plurimi, aut sapiẽtes, & ii vel omnes, vel clariores, aut etiam si ipsi iudices, vel qui ipsi grati sunt, vel ii aduersus quos iudicare non possunt, vt domini: vel aduersus quos iudicare turpe sit vt dii pater, doctor. veluti Autocles dixit in Mixidemidā: Si furiis, quæ sunt Deæ, suffecit pœnas in Ariopago dare, Mixidemidæ vero minime. Aut sicuti Sappho, Malum esse mortem. Dii nāque, nisi sic iudicassent, morerentur. Aut sicut Aristippus ad Platonē acerbius, vt putabat: Atqui sodalis noster, inquit, nihil tale, de Socrate dicẽs. Hegesippus quoq; oraculo prius in Olympo vsus, Delphis postea quærebat ab Appoline, si quæ patri, eadem quoque sibi videātur, quasi turpe sit contradicere. Isocrates etiam de Helena scribit pulcherrimam fuisse: siquidem Theseus ita iudicauit. Et de Alexandro, quem Dii prepofuerunt. Euagoram quoque virtute præclarũ fuisse, q; Conon cum in calamitatem incidisset, relictis cæteris, Euagoram solum petiit. Ex iudicato

C Alius a partibus, sicut in Topicis, quæ mouet anima. nam hæc, aut illa. Exemplumque hoc sit ex Socrate Theodectis, Quod ille sacrũ nõ pie coluit, quos Deos despexit, quos ciuitas deos esse arbitretur? Alius quoniam in pluribus accidat vt bonum quid, aut malum inde consequatur, a consequentibus suadere vel dissuadere, accusare vel defendere, laudare vel vituperare, vt eruditionem inuidia malũ consequitur, sapientia bonum. Quare non oportet erudiri, ne habeamus inuidos. aut oportet. sapientem enim esse oportet. Hic locus totum Calippi artificium est, si possibile, cæteraque, vt dictum est, addideris. A partibus.

Alius, cum de duobus oppositis suadendum vel dissuadendum sit, hoc modo de vtrisq; dicere, quomodo exposuimus. Differt aũt, quoniam ibi quæ forte oblata sunt, opponuntur, hic vero cõtraria. Vt sacerdos quædam filium vetabat ad populum orationē habere: nam si Ab oppositis.

iniusta suades (inquit) dii: si uero iusta, homines te odio habebunt. D
Imo vero habenda est ad populum oratio. nam si iniusta, homines: sin vero iusta dicam, Dii me amabunt. Hoc aūt idem est illi prouerbio, quo fertur, oleū ac salem emi oportere, Et commutatio quidem est, cum ad vtrinque duorum contrariorum bonum ac malum consequantur, alterum alteri contrarium.

Ex duplici opinione. Alius quoniam non eadem occulte atque aperte laudant, sed aperte quidem quæ iusta sunt, atq; honesta maxime, occulte autem malunt, quæ conferunt, dare operam, vt ex his alterum colligatur. nam hic locus, eorum quæ præter opinionem sunt, principalissimus est.

Ex proportione. Alius quoniam ita ex proportione conueniat: vt Iphicrates cū cēsores filium eius puerum adhuc ætate, quoniam statura longus erat, ciuitatis onera ferre cogerent: si longos ex pueris, inquit viros putabunt, breues ex viris pueros esse profecto censebunt. Et Theodectes in lege, cum tributa pendentes, veluti Strabaca & Charidemum, propter probitatem ciues faciatis, non expelletis eos ex ciuitate, qui in E tributarios nefanda commiserunt?

A cōsequēti Alius a consequenti, si idem sit, quod & a quibus consequitur, eadem sint Xenophanes dicebat similiter eos impios esse, qui Deos asserant factos, quemadmodum eos qui morituros affirmant, cum vtrinque accidat Deos aliquando non esse. omnino autē quod ex vtroque accidit, quasi semper idem capiatur. Iudicaturi autem estis, non de Socrate, sed de professione, an philosophandum sit. Et quod dare terram, & aquam, id seruire sit. Et communis esse participem pacis, id est iussa facere. Sumendum autem alterutrum quod accomodatius est.

Ex electiōe non eiusdem semper. Alius ex eo quod non idem ab eisdem semper eligitur, sed oppositū prius aut posterius, veluti hoc enthymema. Si exulantes pugnabamus, vt reduceremur: reducti sponte exulabimus, ne pugnemus. Aliquando enim pugnare, vt domi essent eligebant: aliquando non esse F domi, ne pugnarent.

A causa nō vera. Alius si cuius gratia id factum non sit, huius gratia esse, aut factū fuisse dicere. vt si quis afferat cuipiam aliquid, vt cum abstulerit doleat. Vnde illud dictum est: Multis non ex beneuolentia Deus ingentes præstat prosperitates, verum vt nobiliores suæ fiant calamitates. Et illud Antiphontis ex Meleagro: Non vt feram occiderent, sed vt de virtute testes Mheleagro ad Græciā essent vniuersam. Et Theodectis ex Aiace ꝙ Diomedes non vt honoraret elegit Vlyssem, sed vt minor esset, ac sequeretur possibile nāq; est huius gratia fecisse.

Ex suasoriis & dissuasoriis. Alius litigantibus & consulentibus communis, vt suasoria & dissuasoria consideres, & ea quorum gratia vel agunt, vel fugiunt. hæc enim sunt quæ si insunt, agendum est: vt puta si possibile, si vtile, si facile, aut sibi, aut amicis, vel si nocuum damniq; illatiuum inimicis aut si iactura minor est emolumento. ex his enim suadent, ex contra-

A riis autem dissuadent. ex his etiam ipsis & accusant & defendunt: & defendunt quidem ex dissuasoriis, accusant vero ex suasoriis. Est autem hic locus Pamphili atq; Calippi ars vniuersa.

Alius ex iis quæ fieri quidem videntur, incredibilia vero sunt, quoniam non crederentur nisi aut essent, aut prope essent,& quã maxime. nam aut quæ sunt,aut quæ porbabilia sunt, credunt. Si ergo credibilia,& non probabilia,vera profecto sunt.non enim quoniam probabilia, ideo credibilia sic videntur. Vt Androcli Pytheo leges reprehẽdenti exibilarunt, quoniam dixit lege opus esse legibus, quæ ipsas corrigat nam & sale piscibus. non enim probabile nec credibile videtur, cum in mari enutriantur, salis egere. oliuaceis quoque oleo: quamuis nõ credibile oleo ea egere, ex quibus oleũ gignitur. | Ex iis quæ fiũt, at incredibilibus.

Alius elenćticus, quo repugnantia considerantur, partim in aduersario, si quid tempore, factis, oratione repugnat, hoc pacto: Dein de dicit vos mare, qui cum triginta viris cõiurauit. Partim in seipso, B sic: Deinde litigiosum me ait, litem vero vllam me vnquã suscepisse non potest ostendere. Partim & in seipso & in aduersario, hoc modo: Et iste quidem nihil vnquam mutuo dedit: ego autem pro multis etiam vestum solui. | Elenćticus. De repugnãtibus.

Alius cum res aut homines suspecti sunt, vel videantur causam eius afferre, quod suspitionem facit. est enim aliquid, quare ita videtur. Vt cum reprehenderetur quædam de filio. nam quoniam osculabatur adolescentem, impudica esse videbatur. causa dicta soluit suspicionem. Et vt in Aiace apud Theodecten aduersus Aiacem Vlysses dicit, ꝙ cum sit Aiace fortior, tamen non videatur. | Ex eluenda suspitione.

Alius a causa si est quod fit, si non est quod non fit. simul enim causa, & id cuius causa, & absq; causa nihil est. vt Leodamas se defendens accusante Thrasybulo dixit ꝙ in arce quidem constitutus fet, sed erumpere triginta virorum tempore inutile fuisset. sibi .n. C magis propter odium in plebem susceptum triginta viri crederent. | A causa effećtũ inferẽte

Alius considerare si possibile erat, aut est melius, quod consulit, aut facit, aut fecit. perspicuum nanq; si sic se habent, ꝙ non facit: cũ nemo volens ac sciens mala eligat. Quod quidem falsum nonnunquam est. nam sæpe manifestatur postea melius aliter fuisse, quod prius non erat manifestum. | Ex meliori.

Alius cõsiderare si quid factis contrariũ facturi sint, vt Xenophanes lugẽtibus Eleatis, ac rogantibus an Maturę sacrificarent, consulebat, si Deam putabant, ne lugerent: sin hominẽ, ne ipsi sacrificarẽt. | Ex iis quæ fieri contrariis factis.

Alius a perperam factis accusare vel defendere. vt in Medea Carcini, hi quidem accusant, quòd filios Medea interemerit, quoniam non apparent. errauit enim Medea emissione filiorum. hæc autem se defendit, quòd non filios sed Iasonem interfecerit. id nanque nisi fecisset, peccasset. siquidem & alterum fecisset. Hic autem locus ac enthymematis species tota Theodori prior ars est. | A perperã factis.

A nomine. Alius a nomine. Vt Sophocles, aparte Sidero nomenque ipsum ferens. Et vt in Deorum consueuerunt laudibus dicere. Et vt Conon Thrasybulũ appellabat. Herodicus quoque in Thrasymachũ dicit. Semper tu Thrasymachus es. Et in Polum: Semper Polus es. Et de Dracone legumlatore, quòd leges illæ non hominis essent, sed Draconis. erant enim duræ. Et apud Euripidem Hecuba in Venerem: Nomen quoque tibi rectè inditum, Dea enim es amentiæ præfecta Et Chæremon Pẽtheus a futura calamitate appellatus. Laudãtur autem ex enthymematibus elẽctica magis quã demonstratiua. Nam & breuis contrariorum collectio est enthymema elencticum, & auditori quæ inter se conferuntur, lucidiora sunt. Ex omnibus vero enthymematibus tam ad demonstrandum quam ad redarguendum accommodatis, iis maxime plaudunt, quæ & acuta sunt, & audientes statim cum incœperis percipiunt. ipsi enim secum gaudent quòd præuiderint, & quæ ita consequuntur, vt non nisi postea quam dicta sunt intelligantur. B

Entymemata quę maxime laudata.

De apparentium Enthymematum locis. Cap. XXV.



Erum quoniam posibile est alium esse syllogismum, alium non esse, sed videri: necesse est vt enthymema quoque, aliud enthymema sit, aliud non sit, sed videatur: siquidem enthymema syllogismus quidam est, loci autem enthymematum quæ non sunt, sed videntur, hi sunt. Primus penes dictionem. & huius quidem vna pars, vt & in dialecticis, est, cum non ratiocinatus conclusionem tandem infert. Non est hoc, & hoc: est ergo necesse hoc, atque hoc esse. nam quod in enthymematibus conuolutim atque per opposita dictum est, id videtur enthymema. dictio enim huiusmodi capax enthymematis est, videturq; id esse penes figuram dictionis. Est aũt vtile ad dicendum dictione syllogistica, multorum syllogismorum capita dicere, hoc pacto: Qui illos seruauit, qui nostros vltus est, qui Græcos liberauit. quorum vnumquodque ex aliis demonstratum est, sed simul collecta aliquid facere videntur. Alter vero penes æquiuocationem. vt si μῦς laudandus diceretur, quoniam mysteria inde dicantur, quæ sacrorum omnium maxime sunt veneranda. vel initium optimum esse, vnde initiati appellantur. Aut si quis cum canem laudet, de cœlesti simul dicat: aut de Pane: quoniam Pindarus ait, O felix quoniam magnum Dei canem atque varium cœlestes appellant. Aut si nullum esse canem decori est, canem esse dedecori est. Et si dicas Mercurium omnium Deorum esse liberalissimum, cum solus communis Mercurius vocitetur. Et si existimatione optimum esse dicas, quia viri probi non pecunia digni, sed existimatione digni sunt. nam existimatione digni sunt. nam existimatione dignum non sim-

Penes dictionis figurã. F

Penes ęquiuocationẽ.

plicitér dicitur. *Alius* si quæ seiūcta sunt, cōiunctim: aut quæ coniun ctá, seiunctim dicis. nam quoniam idem esse videtur, cum sæpe idem non sit: verum vtilius id faciendum est. Est autem hæc Euthydemi præceptio: vt scire quia triremis in Pyreo sit. quilibet enim id nouit. Et ꝙ qui elementa scit, carmen quoque sciat. idem enim est. Et quoniam si duplum valetudinarium, nec simplex salubre. nam si duo bona sunt, quomodo eorum alterum malum? Quod ita dictum eleucticum est, sic vero demonstratiuum. Non enim posibile est duo esse bona, quorum vnum malum sit. omnino autem hic locus cauillatorius est. Rursum quod in Thrasibulum Polycrates dixit, quod triginta tyrannos deposuit. coniungit enim. Vel quod in Oreste Theodectis est ex seiunctione, iustum, eam quæ maritum occiderit, mori: & patris vltionem a filio fieri par est: ergo hæc facta sunt: quæ si coniunxeris, non forte amplius iustum. id autem etiam ex defectu esse potest. non enim dixit a quo. *Alius* amplificatione confirma Ex amplificatione.

B re aut refutare: Quod fit, si antequam demonstraueris quod feceris, rem amplifices. efficit enim vt videatur, vel quod non fecerit, quando qui causam dicit, amplificat: vel quod fecerit, quando accusator indignatur. Quare enthymema non est. falso enim colligit auditor factum ab eo esse, aut non esse, cum demonstratum non sit. *Alius* ex Ex signo. signo. nam id nihil colligit. Vt si quis dicit amores ciuitatibus conducere. nam Harmodii & Aristogitonis amores Hipparchi destruxerunt tyrannidem. *Aut* sic: furatur Dionysius. prauus enim est. nihil enim colligit, cum non sit omnis prauus fur, sed omnis fur prauus. *Alius* per accidens. sicuti Polycrates de muribus dicit ꝙ auxiliū Ex accidenti. tulissent arcuum chordas rodentes, *Aut* si quis dicat optimum esse in cœnam vocari. nam Achilles cum apud Tenedum vocatus non esset, fuit iratus Achiuis. Constat autem illum quasi neglectum concitatum fuisse: quod inde accidit, ꝙ vocatus nō fuit. *Alius* penes conse Penes consequens.

C quens, hoc pacto. Alexander magnanimus fuit. despexit enim multorum consuetudinem, & apud Idam secum conuersabatur. nā quia tales magnanimi sunt, magnanimus etiā is videbitur. Item exornat se delicate, noctuque circūerrat: adulter ergo. His simile, ꝙ in templis inopes & cantant, & saliunt, & ꝙ exulibus licet, vbicunque volūt habitare. nam cum iis qui felices esse vidētur, hæc assint, & ii quibus assunt, felices putabuntur. Sed in modo differūt: quapropter etiam in defectum incidunt. *Alius* penes nō causam, vt causam, hoc pacto. Quia simul aut post hoc factum est. capiunt enim post hoc, quasi propter hoc, & maxime qui rempub. gerunt. Vt Demades Demosthenis administrationem omnium malorum causam esse dicebat, quoniam post illam bellum euenerit. *Alius* penes defectum eius, quod est quando, & quomodo, hoc pacto. Non iniuria Helenam abstulit Alexander, cum eligenti a patre daretur. non enim semper, sed semel. ad hoc enim vsque in potestate patris erat. Vel sic, In

Penes non causam vt causam.

Ex defectus ipsius quando & quō.

Penes simpliciter & non simpliciter. gens cõtumelia est liberos homines pulsare. non enim omnino, sed cum non incœperint, manus inferre. Ad hæc, sicut in contentiosis D penes simpliciter, & non simpliciter, sed quoddam fit apparens syllogismus. Vt in dialecticis, q non ens, ens est: nam non ens, est non ens, Et q scitur ignotum, scitur enim ignotũ q ignotum sit. Sic etiã in rhetoricis apparens est enthymema penes probabile, non simpliciter, sed probabile quoddam. Id vero est non vniuersaliter, vt Agathon quoque dicit: Forte quis illud probabile putet, multa mortalibus esse non probabilia. fit.n. hoc præter probabile: quare id etiã probabile, quod est præter probabile, si vero sic, erit probabile, quod est non probabile. Verum vt in contentiosis secundum quid, aut ad aliquid, aut quomodo, non additum deceptionem facit, ita & hic, quoniam probabile sit nõ simpliciter, sed quoddam: quo ex loco ars Coracis composita est. Nam siue suspectus non sit, vt si pulsationis imbellis homo accusetur, non enim probabile id: siue suspectus, quoniã robustus: nec id etiam probabile, quoniam probabile videri poterat. & similiter in aliis. nam vel suspectus, vel non suspectus erit necessario, vtraque profecto probabilia videntur. sed alterum probabile E est, alterum non simpliciter, sed vt dictum est. Inferiorem quoque rationem superiorem facere hoc ipsum est. Hinc iure homines Protagoræ professionem non ferebant. falsum enim profitebatur, non verum. Sed apparens probabile, nec in arte vlla, sed in Rhetorica, & cõtentiosa. Sed de enthymematibus tam de iis quæ sunt, quam de apparentibus, dictum est. Nunc de solutionibus dicendum videtur.

De Enthymematum solutionibus. Cap. XXVI.



Oluimus autem vel aliud euthymema contra opponentes, vel obiectionem inferentes. Cum igitur aliud opponimus, patet q ex eisdem possumus dicere locis. Syllogismi enim ex probabilibus sunt: probabilia vero multa inter se contraria sunt. Obiectiones autem, sicut in Topicis, quatuor ex locis inueniuntur. Sunt enim aut ex eodem, aut ex simili, aut ex contrario, aut ex iudicatis. Ex eodem, vt si enthymema esset de amore, quoniam bonus: obiectio duplex est. nam vel vniuersaliter dices omnem indigentiam malum esse, vel secundũ partem, q neque optimi, neque pessimi amores dicerentur, nisi etiã mali essent amores. Ex contrario autem obiectio ducitur: vt si cũ enthymema esset, probum virum amicis benefacere: at nec improbos male, responderes. Ex simili vero hoc pacto fit enthymema, Malefacio affecti semper oderunt. At, inquies, beneficio affecti non semper F

Ex eodem obiectio.

Ex contrario.

Ex simili.

A amant. Iudicata vero ea dicimus, quæ clarissimorum virorum iudicio cõprobata sunt. Sit enthymema, quòd oporteat ebriis ignoscere, cum ignorantes peccent. Obiectio: Non ergo Pittacus laude dignus esset, qui maiores pœnas in legibus sumi de illis scripsit, qui vino peccent. Verum quoniam ex iis quatuor omnia enthymemata fluunt, probabili, exemplo, argumento, signo: & sunt ex Probabilibus quidem, quæ colliguntur ex iis quæ vt plurimum aut sunt, aut esse videntur: ab Exemplo autem, quæ per inductionem ex vno vel pluribus similibus, cum vniuersale ceperis, & particularia ratiocinatione collegeris: ex Argumento autem, sunt quæ ex iis inferuntur, quæ necessario indicio sunt: ex Signo vero, cum per vniuersale aut singulare, siue sit, siue non, collegeris: quoniam igitur probabile non semper, sed vt plurimum verum est perspicuum est posibile semper esse huiusmodi enthymemata soluere obiectione allata. Quæ quidem non semper vera, sed apparens solutio est. nam qui obiicit,

Ex iudicatis

Ex quatuor omnia fluere enthymemata.

B non dissoluit verisimilitudinem, sed non esse necessariam probat. Quare semper contingit defendentem magis quam accusantem abundare propter hanc deceptionem. Nam cum accusator per probabilia confirmet, semperq; quod vt plurimum est obiectionem habeat: non enim esser probabile, sed semper ac necessarium: non est eadem solutio, quòd non sit probabile, & quòd non sit necessarium. Itaque iudex deceptus putat, si ita solutum est, aut probabile non esse, aut sibi non iudicandum, vt dicebamus. Sed non ex necessariis tantum iudicandum est, verumetiam ex probabilibus. id enim est optima sententia iudicare. Quare non satisfacit cum soluat, probetq; non esse necessariũ: sed soluendum est, quod nõ probabile: quod eueniet, si obiectio magis vt plurimum est. Dupliciter aũt potest hmõi esse: aut tempore, aut rebus ipsis. firmissima vero est si

C vtrisq;. nam quod sæpius fit, id magis probabile est. Refutãtur aũt & signa, & quæ ex signis sunt enthymemata, et si vera sunt, vt prius dictũ est. nullũ.n. signũ syllogismo colligit, vt nobis ex Analyticis patuit. cõtra exẽpla vero eadem quæ cõtra probabilia est dissolutio. nã si quid habemus, nec si solutum est, sed quòd nõ sit necessariũ, & aut plura, aut sæpius, aliter. sin vero & plura & sæpius, sic pugnandum, aut non esse simile id de quo agitur, aut nõ similiter, quãdamque inesse differentiam. Argumẽta vero, & quæ ex argumentis sunt enthymemata, nõ possunt, solui, quod syllogismo nõ colligãt: quod etiam ex Resolutiuis patuit. quare restat probare ꝙ ita sit vt dicitur. Quòd si patet ita esse, & argumentum esse, insolubile iam id redditur, cum omnia per demonstrationem facta sint certiora.

Amplificationem & Attenuationem non esse enthymematis locum. nec refutatiua & affirmatiua enthymemata diuersas esse species. Cap. XXVII.

D



Mplificatio autem & attenuatio non est enthymematis elementum. idem enim elementum dico, & locum. Nam elementum ac locus est, in quem multa incidunt enthymemata. amplificatio autem & attenuatio enthymemata sunt, ad ostendendum magnum esse vel paruum, quemadmodum bonum quoque ac malum, iustum ac iniustum, & aliorum quodlibet. hæc vero sunt omnia, de quibus syllogismi aut enthymemata fiunt. quare si nihil horum locus enthymematis est, nec amplificatio, ac attenuatio. Verum nec refutatiua enthymemata species quædam est alia, quã affirmatiua sunt. patet námque quòd refutat aut obiectionem inferens, aut probans. Probant E autem quod oppositum est. vt si factum vnus esse ostendit, alter factum non esse. quòd si factum non esse ille, factum esse hic ostendet. quamobrem non erit hæc differentia, cum eisdem vtrique vtantur. enthymemata autem afferunt quòd sit, aut non sit. Obiectio etiam non est enthymema, sed, sicut in Topicis opinionem quandam dicere, vnde perspicuum fiat, vel quòd non colligit syllogismo, vel ꝙ falsum quiddam assumpsit. Sed de exemplo, de sententia, de enthymematibus, ac omnino de rebus vnde inueniemus, & quomodo inuentas dissoluemus, hæc nobis dicta sint.

ARISTOTELIS

ARTIS RHETORICAE.

LIBER TERTIVS.

Cum Auerrois Cordub. Paraphrasi.

SVMMA LIBRI.

De ijs quę ad Dictionem, Eloquutionem ve pertinent.
De partium ordine in ipsa Oratione.

De partibus Rhetoricæ. *Cap.* I.



Erum quoniam tria in oratione requiruntur: primũ vnde fiat fides, alterum de eloquutione, tertium de ordine partium orationis: ac de fide iam dictum est, ex quibus, & ex quot, quòd ex tribus, & cur tot solum: nam aut quia ipsi qui iudicant, quodammodo affecti sunt, aut quia quales quosdam eos qui dicunt arbitrantur, aut quia quod demonstratum est, omnibus persuadetur: & ad hæc explanatum vnde enthymemata inueniantur: sunt enim species enthymematum & loci: sequitur nunc vt de eloquutione dicamus. Non enim sufficit si habeas quæ dicenda sint, sed necesse est ea, vt oportet dicere: quod plurimum confert vt oratio qualis quædam esse videatvr. Primum igitur quæsitum est, quod natura primũ est, vnde res ipsæ credibilitatem habeant. deinde quo pacto in di
C ctione ponendæ sunt. tertio, quòd vires quidem habet ingentes, sed nondum explicatum, quomodo pronuciandum. nam vel in tragœdiam atque comœdiam tardius accessit. ipsi enim poetæ tragœdias olim pronunciabant. quare manifestum est id etiam in Rhetorica ita esse, quemadmodum in re Poetica: quod & alii quidam tractarunt, & Glaucus Teius. Est autem pronunciatio in voce, quo pacto ipsa in singulis affectibus vtendum sit, veluti quando magna, quã do parua, quando mediocri, & accentibus quomodo, sicut acuto, graui, mediocri. Et quibus in vnoquoque numeris. tria enim sunt quæ considerant, magnitudo, harmonia, numerus. Præmia ergo ex certaminibus ii pene ferunt. Verum sicut in poeticis certaminibus plusquam ipsi poetæ possunt qui agunt, sic & in ciuilibus propter ciuitatum deprauationem. Sed nondum de ipsa ars cõposita est. nam & de eloquutione tardius acceptum: videturque parum honestum esse, si bene examines: sed tamen cum Rhetorica, eiusq; præceptio ad opinionem spectat, non ꝙ recte se habeat, sed quia necessarium,

non est negligendum. Iustum enim est nihil plus in oratione quære D
re, quam ne aut dolore aut voluptate afficias: ita cũ pars sit ipsis rebus certare, cætera præter demonstrationes superuacanea sunt. verũ tamen nimium faciunt vt dictum est, propter auditorum prauitatẽ. Verum eloquutio ipsa habet parum quid in dicendo semper necessarium. refert.n. ad significandum sic aut sic dicere, quamuis non tã tum. Verum hæc omnia imaginationis sunt, & ad auditorem: quapropter nemo Geometriam sic docet. illa igitur cum accesserit, id facit, quod & pronunciatio. Cœperunt autem parum de ipsa quidam dicere, veluti Thrasymachus de commiserationis pronũciatione: sed est naturæ aptum esse & ad agendum & minus artificiosum quã cætera, eloquutio autem artificiosa. quocirca qui id facere possũt rhetores, iis quoq; fit ut & pronunciantibus præmia posita sunt. nam orationes scriptæ vehementiores propter eloquutionem videntur, quã propter sententias. Cœperunt igitur, sicuti natura postulat, id primo poetæ mouere. nam ipsa nomina imitationes sunt. Est autem & E
vox nobis ad imitandum omnium particularum aptissima. quapropter artes quoque constitutæ sunt, rapsodia, & histrionica, & aliæ huiusmodi. Ac quoniam poetę res friuolas dicentes, propter dictionẽ videbantur gloriam consequuti, idcirco poetica primo suscepta est dictio, qualis est Gorgiæ. & ad præsens vsq; multi minus docti hos optime dicere arbitrantur. id vero ita non est, sed alia orationis, alia poetis dictio est. Quod inde etiam ostenditur, ꝙ nec ipsi qui tragœdias faciunt, illo modo amplius vtuntur. verum sicut ex tetrametris ad iambicum transgressi sunt, quoniam metrorum omnium id orationi simillimum est: sic quæcunque nominum præter consuetudinem sunt, ea neglexerunt: & quibus prisci exornabant, & in præsentiarum etiam qui hexametra componunt, prætermiserunt. Quam obrem risu dignum est eos imitari, qui non amplius illo modo vtuntur. Quare perspicuum est, non omnia quæ de dictione dici possunt, F
nobis esse examinanda, sed de ea qua dicimus. De illa vero dictũ est in iis quæ de arte Poetica tractauimus. ibi ergo perspiciatur.

Vox nobis ad imitandũ aptissima.

De Eloquutionis virtute. Cap. II.



Loquutionis igitur huius virtus diluciditate definiatur: quod ita esse illud signi est, quoniam nisi oratio significet, non habebit opus suum. Et nec defectam & humilem, nec rerum dignitatem excedere, sed accommodatam esse oportet. poetica enim forte non humilis, sed orationi non accommodata est. Dilucidam autem reddunt orationem, quæ propria sunt, siue nomina, siue verba; non deiectam vero, sed ornatam reliqua, de quibus in arte Poetica diximus. nam inusitata grauiorem reddunt orationem. quod enim ad peregrinos

A atque aduenas patimur, id etiam ipsum ad dictionem sustinemus. Quocirca insitatioria sunt adhibenda. hæc enim ex omnibus admiramur. mirabile autem omne iucundum est. In metro igitur multa id faciūt, cōmodeq; ibi dicuntur. nam tam res quā personę, de quibus habetur oratio, excellentiores sunt. in oratione vero soluta, cū cā minor sit, multo paucioribus vtendum. nam ibi quoq; si seruus aut adolescens ornatiora diceret, aut de paruis, indecorum esset. Sed est etiam in his imminutio & incrementum decori. quare oportet id facientes latere, nec ficte dicere videantur, sed innate. hoc enim verisimilem facit orationem, illud autem contrariū. nā tanquam insidiantia vituperantur, quemadmodum & vina mixta. Quod Theodori vox ad aliorum habet histrionum. illa enim eius ipsius qui dicit esse videtur, hæ alienæ. Celantur autem facile, si quis ex consuetis eligēs componat: quod Euripides facit, & primus monstrauit. Cum au-
B tem nominibus atque verbis constet oratio, cumq; nominum tot sint genera, quot in arte Poetica dicta sunt, ex iis priscis quædam, & compositis atque iteratis nominibus & fictitiis raro & paucis in locis vtendum. sed vbi, dicemus postea. causa quoque dicta est. ad maius enim quā decorum est, orationem extollunt. Propria vero, & cōgrua & translatio solutæ orationis eloquutioni conueniūt. cuius signum est, ꝙ solum his omnes vtuntur. omnes enim translationibus, & congruis, atque propriis colloquuntur. Quare patet, si quis hęc recte cōponat, ꝙ oratio & clara, & prisca videbitur: & cur prisca, latebit. quę orationis oratoriæ virtus erat. Nominum vero quæ sunt ęquiuoca, cauillatoriæ conferunt. æquiuocationibus enim fraudem parat. quæ vero synonyma sunt, poetis. Dico autem propria & synonyma, vt proficisci ac ire. nam hæc ambo & propria & synonyma sunt adinuicem. Quid autem vnumquodq; horum sit, & quot translationis genera sint, & ꝙ plurimū rā in re poetica, quā in soluta oratione trāsla-
C tiones possint, in arte Poetica, vt diximus, dictum est. Tanto autem magis in ipsis oratori est elaborandum, quanto pauciora præsidia soluta oratio habet, quam metrica. Sed dilucidum quoq; iucundum ac priscum maxime affert translatio: neque est accipere ipsum ab aliquo. Sunt autem epitheta, & translationes accōmodatæ adinuicē dicenda. quod ex proportione fiet, aliter indecorum videbitur. nam cō traria simul collata maxime apparent. Considerandum igitur, vt iuueni purpureum, sic senim quid conuenit. non enim eadem vtrisque decora est vestis. Ad hæc, cum laudare velis a melioribus: cum vituperare, a peioribus, eorum quæ in genere sunt, ducēda translatio est: veluti si quoniam in eodem genere contraria sunt, mendicantē vouere dicere, & vouentem mendicare. nam quoniam petitiones ambo sunt, licet quod diximus facere. sicut etiam Iphicrates dixit Calliam *mitragyrtem, sed nōdaduchum. dixit autem non fuisse ipsum initiatum. non enim mitragyrtem ipsum appelasset, sed *daduchum

De ꝓpriis, congruo, ac translatione

*mitratum

*ie diferum

nam cum vtraque in diurnis sint, alterum laudabile, alterum illaudabile est. Sic etiam Dionysii adulatores, magistros seipsos appellabant. Hæc autem ambo metaphora, hęc quidem sordidantium, hæc autem contrarium. Et prædones quidem sei psos acquisitores vocant nunc. quapropter licebit etiam dicere iniuriatum errasse, & errantē iniuriari. furatum quoque & accepisse, & rapuisse. Quod vero Telephus apud Euripidem dicit, regnare capulos, & in Mysiam delatus, indecorum est. nam regnare cum dignitatem rerum excedat, nō celatur. Fit autem in syllabis quoque error, cum suauem vocem nō faciant, veluti Dionysius Chalceus in elegiis Poesim clamorem Calliopes appellat. nam vtraq; voces sunt. translatio autem per non significantes voces friuola est. Præterea non longe repetenda, sed a propinquis, & iis quæ eiusdem generis sunt: & innominata per translationem ita nominare oportet, vt cum dicta sint, pateat esse propinqua. vt in illo comprobato ænigmate, Aereum vidi virum ignitum, viro cōglutinatum. res enim innominata est: sed ambo additio quędam sunt. conglutinationem igitur ipsius cucurbitæ adhæsionem dixit. Et profecto in comprobatis ænigmatibus commodas possumus inuenire translationes. nam cum ænigmaticæ orationi translationes congruant, manifestum est probe, ac ex probis esse translatum. Pulchritudo autem nominis (vt Lycimnius ait) in sono, aut in significato. turpitudo quoque similiter. & ad hæc tertium, quod cauillatoriam soluit rationem. non enim (vt dixit Bryson) nemo turpiter loquitur, cum hocce dixit, si quid dicit, hocce significat. nam id falsum est, cum aliud alio magis proprium sit, & similius, & aptius, vt rem ante oculos ponat. Præterea non similiter se habens hoc, & hoc significat. quare vel sic aliud alio pulchrius & turpius existimandum. nam vtraque honestum ac turpe significant, sed non inquantum honestum, aut inquantum turpe: aut hæc quidem sic, sed magis & minus. Translationes vero a pulchris transferendæ aut voce, aut potestate, aut visu, aut alio quodam sensu. differt autem, & melius dicitur aurora rosea, quam phœnicia, vel multo ineptius rubea. In epithetis etiam adiectiones tam a malo vel turpi facere possumus, vt matricida, quam a meliore, vt vltor parentis. & Simonides cum sibi non multum afferebat qui mulabus vicit, nolebat carmen componere, quasi moleste ferret in laudem mularum id facere. cum vero multum attulit, componebat, Equorum saluete ventipedum filiæ. atqui asinorum etiam filiæ erant. Ad hæc, id ipsum diminuere. est autem diminutio quæ tam bonum quam malum minus ostendit, vt in Babyloniis Aristophanes mordaciter dicit pro auro aurulum, pro veste vestīcula, pro conuitio conuitiolum, pro ægrotatione ægrotatiuncula. Cautum autem esse oportet, & in vtrisque seruare mediocritatem.

D

E

F

De

De Frigidis. Cap. III.



Frigida vero in dictione fiunt quadrupliciter. In nominibus compositis, vt Lycophrō multifacies cęlos, magni ceruicis terrę, littus angusto portum. Et, vt Gorgias appellabat, mendici musum adulatorem, & periuros, atque probiiuros. Et vt Alcidamas, referta animū viribus, & faciem facta ignicolor. & promptitudinem ipsorum putauit forem finifetam, & orationis vim finiferam constituit, & purpuro color Thessali pauimentum. nam omnia hæc propter compositionem poetica videntur. Hæc quidem vna causa est. Altera priscis nimium vti, vt Lycophron, Xerxes dico vir montis instar, & Schirō vir vastus. Et alcidamas ludicrum Poesi, & ipsam naturæ stoliditatem, & ardenti mentis ira exacerbatum. Tertium in epithetis, cum aut longis, aut alienis, aut frequentioribus vtimur. in Poesi enim decet album lac dicere: in Oratione vero soluta nonnulla indecora

B sunt, nonnulla si crebrius ponantur, arguūt ac patefaciunt modum poeticum. Sed quoniā opus est ipsis vti (tollunt.n. quod vsitatissimū est, & faciunt vt eloquutio grauior videatur) habenda est medioeritatis cura, ne peius efficiant, quam si frustra dicerentur. nam male dicere illi efficitur, iis non bene. Idcirco quæ scripsit Alcidamas, frigida videntur. non enim quasi bellariis, sed quasi cibariis vtitur epithetis, valde crebris ac patentibus, & amplioribus quā res postulat. non enim sudorem dicit, sed sudorem humidum: nec Isthmia, sed in Isthmiorum solennitatem: nec leges, sed ciuitatū leges: nec curribundus, sed impetu animi curribundum: nec auditoriū, sed naturæ auditorium, & tristem solicitudinem animi: nec gratię, sed plebeiæ gratiæ conditor, & gubernator audientium voluptatis, nec ramis, sed syluæ ramis occuluit: nec corpus tegebat, sed pudenda corporis: & honorabilem animi cupiditatem: quod simul. & compositum & epi-

C theton est. Sic igitur poema, & sic prauitatis adinuenerunt excessum. Nam poetæ propter indecorum ridicula & frigida confingunt atque componunt: & ad hæc obscura propter nugationem. qui.n. quamuis auditor intelligat, tamen interponit, diluciditatem obscuritate dissoluit. Vtimur autem compositis, cum & res innominata sit, & dictio ad compositionem apta, vt immorari, parricida. quod etiam si crebrius fit, omnino poeticum est. Quare composita dictio dithyrambicis est perutilis, inflati namq; isti sunt. Prisca vero heroicis. dignitatem enim ac magnitudinem affert. Translatio autem iambicis, qui bus nunc vtuntur, vt dictum est. Ad hæc in translationibus quarto frigiditas fit, cum non conueniat, aut quoniam ridicule, quibus Comici vtuntur, aut quoniam inflate nimis ac tragice, aut quoniam obscure, quia remotiores, vt Gorgias. Virides res atque exangues, quas turpiter seminasti, & perperam messuisti. hoc enim valde poeticum

Frigida ī cōpositis nominibus.

In nimium priscis.

In Epithetis

In trāslationibus.

est. Et vt etiam Alcidamas philosophia vallum legum atque fossam appellat. Odysseam vero pulcherrimum humanæ vitæ speculum, nihilque tale poesi ludicrum afferens. Cuncta enim hæc parum credibilia, propter ea quæ dicta sunt. Illud autem Gorgiæ in hirundinem, cũ super eum volans stercus emiserit, optime ac tragice dictum est, dixit enim, Aui quidem philomenæ, si id fecerit, turpe non est, virgini autem turpissimum. Recte igitur obiurgauit, quoniam non qđ est dixit, sed quod fuit.

De imagine. *Cap. IIII.*



Mago etiam translatio est: parum enim a translatione differt. Nam cum Achillem vt leonem irruisse poeta dicit, Imago est: cum vero leonem, Translatio. nam quoniam vterq; viribus excellit, Achillem traducẽdo leonem appellauit. Accommodantur autem imagines orationi etiam solutæ, sed rarius: poeticum enim id est. ducũtur vero sicut translationes, non enim ab eis differunt, vt dictum est. Sunt igitur imagines in soluta oratione, vt apud Androtiona in Idriea, similem ipsum esse canibus modo solutis. nam illæ procidentes mordent & Idriea ex vinculis solutum infestum esse. Et vt Theodamas Archidamum Euxeno Geometriam ignoranti conferebat, & ex proportione. Erit enim Euxenus Archidamus geometricus. Et in Republica Platonis. Qui mortuos spoliant, eos canibus similes esse, quæ lapides mordent, & proiicientes non tangunt. Et vt Demosthenes in plebem, gubernatori similem ipsam esse, robusto quidem, sed surdo. Illud quoq; in carmina poetarum, formosis absq; pulchritudine similia esse. nam & illi cum defloruerint, & hæc soluto numero longe alia quã fuerint esse videntur. Et Pericles in Samios, similes ipsos esse pueris, qui panem acipiũt, sed plorantes. Et Bœotios, ꝙ ilicibus similes essent, nam ilices inter seipsas frangi atq; dirumpi, & Bœotios aduersus seipsos pugnantes. Item Demosthenes in plebem, ꝙ similis nausea laborantibus sit. Et Democrates oratores nutricibus conferebat, quæ deglutientes, cibum, saliua pueros iniũgũt. Antisthenes enim Cephisodorum tenuem thuri parem esse dixit, quoniam contritum delectet. Nam hec omnia & vt imagines, & vt trãslationes dicere licet. Quare quæcunque vt translationes dicta probantur, omnia etiam imagines erunt, & imagines translationes erũt ratione indigentes. Verum oportet translationem quæ ex proportione ducitur, & ad vtranq; partem, & in iis quæ sunt eiusdem generis, reddere: vt si phiala Liberi patris scutum est commode quoque scutum ipsum Martis phiala dicetur. Oratio igitur ex iis componitur.

A *De Latinitate. Cap. V.*

INitium autem eloquutionis Latinitas est, quæ in quinque fundatur. Primum in coniunctionibus, cum sicuti flagitant prius aut posterius alteram reddi ad alteram, sic collocantur: veluti ad ipsum Quidem, Vero, vel Autem consequitur. Oportet autem ita eas collocare, vt facile memoria teneantur, & neque longo interuallo reddire, neque coniunctionẽ aliam prius quã necessariã reddere: quod tamen, quamuis ratius, commode fit, hoc pacto. Ego vero postea quã mihi nunciatũ est (venit n. Cleorogás atq; orans), pfectus sum, mecũ eos accipiens. nam hic multæ ante redditionẽ interiectæ sunt cõiunctiones. Quòd si longior interpositio fiat, obscura erit oratio. Primum igitur coniunctiones bene disponantur. Deinde, propriis dicendum
B vocabulis, & non per circuitiones. Tertio, non ambigue, nisi consulto ita quispiam faciat: quod faciunt, qui cum nihil habent dicere, aliquid tamen se dicere simulant: vt in Poesi fit, & Empedocles facit. Decipit enim circuitio, cum crebra sit, ac ita auditores afficiuntur: sicut multi cum ambigua oracula audiant, annunt. Cræsus cũ Halyn traiecerit, magnum delebit principatum. & omnino quoniam minor committitur error, idcirco rem in genere, qui vaticinantur, dicunt. Dicet enim forte aliquis verum magis in ludo paria, vel imparia dicens, quã quot: & magis ꝙ hoc erit, quã quãdo. quocirca aruspices nõ determinant quando. Hæc ergo omnia hisq; similia fugiẽda, nisi quis studio faciat. Quarto, vt Protagoras nomina generum distribuebat, masculina, fœminina, vascula. nam hæc quoque recte oportet reddere. sic progressa, collocutaq; præcessit. Quinto, vt multa & pauca, & vnum recte dicantur, vt, illi profecti hominem pulsarunt. Vni-
C uersaliter autem oportet legibile esse quod scriptum est, & dictu facile. quod idem est. Id autem multæ coniunctiones non habet, nec ea quæ non facile distinguuntur: veluti quæ Heraclitus, scripsit, quę quoniam non patet priorine an posteriori quicquam accõmodetur, distinguere arduũ est, veluti statim in ipso initio libri. ait. n. verbi qđ est semper, imprudentes homines sunt. dubium enim est vtri semper attribuendum sit. Præterea incõgrua fit oratio, cum non reddideris, nisi coniunxeris vtrique congruentia, vt sonum aut colorem videre quidem cõmune non est, sentire vero. Obscurum autem etiam cũ dicis non apponendo, sed multa interferendo, hoc pacto. Constitui enim, cum tecum hæc atque hæc & sic collocutus essem, proficisci, sed non hoc pacto. constitui enim proficisci, si hæc & sic collocutus essem.

De Amplitudine ac Breuitate eloquutionis. *Cap. VI.*



Eloquutionis vero amplitudinem hæc faciunt, si ratione nominis loco vtaris, veluti si non circulum, sed superficiem dicas, in qua medium ab extremis equaliter vndique distat. cuius contrarium ad breuitatem confert, si pro ratione nomen. Similiter si turpe, aut indecorum, nam si rationi turpitudo inest, nomen: si uero nomini, rationem dices. Si translationibus & epithetis significes, modo ne vt poeticum genus incidas. Si multa pro vno ponas, vt poetæ faciunt. nam & si vnum velint significare portum, dicūt tamē portus in Achiuos. Si non connectendo dicis, vxoris nostræ, vxoris tuæ. econtra vero breuiter, nostræ tuæq; vxoris. Item si cum coniunctione dicis. Sin vero breuiter absq; coiunctione, sed non inconnexa, hoc pacto. & profectus, & alloquutus illū sum: profectus, alloquutus illū sum. Præterea si quæ non sunt, ea dicis. Quod de Teumesso facit Antimachus, Modicus quidam ventosus collis. in infinitum enim sic amplificatio fit tam in bonis, quā in malis. Est igitur in vtroq; conducibile, si quomodo non habet dicis. Qua ex re verba etiam poetæ deducunt, vt illud, harmoniam infidem, & alyram. priuatiuæ enim inferūt quod maxime in translationibus quæ ex proportione sumuntur, probari solent: vt si quis tubam esse dicat cantum infidem.

De Decoro in eloquutione. *Cap. VII.*

Accōmodata oratio.



Decorum autem erit in eloquutione, si affecta erit, & morata, & rebus accomodata. Accommodata vero erit, si non sit humilis in rebus magnis, nec in paruis ampla, neque humili verbo insit ornatus. comica enim videtur, vt apud Cleophontem, venerabilis tu. Affecta vero, vt cum contumeliamur iratorum dicto. cum impia turpia que dicuntur, moleste quasi & caute dicere. cum laudabilia, cum admiratione: cum miserabilia, humiliter, & in aliis similiter. hęc enim accommodata dictio rem verisimilem reddit. nam cum auditores sic se habere homines in huiusmodi rebus considerent, decipiūtur. qua re quanquā nō ita sit vt orator dicit, putant tamen sic esse. Similiter que semper audiētes afficiuntur, ac ille qui affectus dicit, ēt si non vere dicat. quocirca multi clamantes terrent auditores. Verum comprobatio quoq; a signis, morata est. sequitur enim si accommodata est, genera singula atque habitus. Dico autem genus, ætate, sexu, natione, vt puer, vir, senex, fęmina, Lacædemonius, Thessalus. Habitum autem, secundum quem qualis quidam in viuendo est. non.n. secundum omnem habitum vita qualis quędam est. Si igitur habitui

Affecta.

Morata.

A verba accomodantur, moratum dicendi faciet genus. non enim eadem, nec eodem modo indoctus & doctus dicet, Verum auditores ea quoque re afficiuntur, qua scriptores nimium vtuntur. quis nescit quæ nemo ignorat? nam cum sic dicitur, quasi vercatur auditor ne solus ignarus eius rei sit quam omnes sciunt, annuit. Opportune vero, aut econtra his vti omnium generum commune est. Verum in omni excessu illud remedio est quod vulgo fertur. oportet enim vt quisque seipsum castiget. sic enim fit, vt quod dicitur, verum esse videatur. nec tamen dicentem latebit quid sit quod hoc faciat. Præterea si omnibus simul congruentibus vtaris. sic. n. audiror decipitur, Dico autē veluti si aspera verba sint, voce ac vultu, ac cæteris sic vtē dum, vt congruant. nam aliter vnumquodq; quale sit apparet. Si ergo aspere dicuntur lenia, & aspera leniter, nullam habent verisimilitudinem. Composita vero verba, si plura sunt, & epitheta, & inusitata, ex affectu dicenti congruūt. Ignoscimus enim irato, si malū qd B inauditum, incredibile, montisq; instar dicat, & tunc maxime quan do iam commouit auditores laude ac vituperatione, odio aut amore: quod Isocrates in Panegyrico facit circa finem. Fama vero, atque sententia, & si qui passi sunt. similia enim dicunt omnes cōmoti: quare similiter dispositi hæc libenter audiunt. idcirco Poesi quoq; cōgruunt. cōmoti enim poetæ, quoniam furore agūtur. Aut ergo sic oportet, aut illudendo, sicuti Gorgias faciebat, & sicut se habent, quæ in Phædro sunt.

De Numero. *Cap. VIII.*

Figura igitur orationis illa maxime probatur, quæ nec metrica est, nec sine numero. Alterum enim non verisimile fit, cum factum esse videatur, & simul distrahit au C ditorem, cum attendere faciat, quando rursus simile dicetur. sicut etiam præcones pueri præueniunt, illud quē præoccupant, quem procuratorem eligat, qui Cleonem manumittit. Alterum, quod sine numero est, interminatum est. Verum terminari quidem oportet orationem: sed non metro. infinitū enim nec iucundū nec cognoscibile est. omnia vero numero terminātur. Numerus autem figuræ eloquutionis rhythmus est, cuius mensuræ decisiones sunt. quare numerum quidem habebit oratio, metrum vero non habebit, ne poema sit, numerum quoque non omnīno exquisitum: quod erit si ad aliquid vsque insit. Numerorū autem heroicus, amplus, elegans, & egens harmoniæ. Iambicus vero ipsa oratio multorum est. idcirco ex omnibus metris iambica. ex tempore maxime dicunt. sed opus est ampliorem orationem facere, ac vulgo alienam. Trochaicus autem tripudiis aptior. quod ita esse tetrametra ostendunt. Restat etiam pęna, quo quasi secreto a

Thrasymacho incipientes vtebantur, sed nesciebant dicere quis esset. Tertius autem est pæan, qui & ex prædictis constat. sunt enim tria ad duo, cum alter illorum vnum ad vnum sit, alter duo ad vnū. his igitur ꝓportionibus sesquitertia constat:& hæc est pæna. Reliqui igitur & propter ea quæ dicta sunt quoniam metrici, omittantur. Pęan vero sumendus, in quo solo ex dictis numeris metrum non constat. quare maxime latet. Impræsentiarum itaq; vno pęane incipientes etiam vtuntur. Sed oportet exitum a principio differre. nam cum sint duo inter se opposita pæanis genera, vnum in quo prima producta est, quam tres breues sequuntur, Delogena Diana filia Iouis, principiis congruit, sicut & vtuntur. alterum econtra, in quo tres pręcedunt breues, vltima vero producitur: Post terras & aquas Oceanunq; rapit atrañox. Is igitur exitum facit incommodum. nam breuis cum imperfecta sit, manchum facit, si vltima est. Oportet igitur producta disseparare, vt finis manifestus sit, non propter scriptorem, nec propter compositionem ꝓpter numerum. Quod igitur non sine numero, sed numerosam oportet esse orationem, & qui. sonorum faciunt numerum, & quo pacto dispositi, dictum est.

De Pendente oratione, ac eius contraria. *Cap. IX.*



Necessarium autem est vel pendentem esse orationem, ipsaque coniunctione vnam, vt qui in dithyrambicis ambitus sunt; vel conuolutam, & priscorum poetarum antistrophis similem. Pendens igitur compositio ac prisca Herodoti est Thurii: qua priores quidem omnes, nunc vero non multi vtuntur. Dico autem pendentem, quæ nullum per se habet exitum: nisi res quæ dicitur, in exitum peruenerit. quæ insuauis est, quoniam infinita. omnes n. finem conspicere volunt quocirca etiam in calce expirant, ac resoluuntur. non enim fatigantur, cum calcem prospiciant. Pendens igitur talis compositio est. Conuoluta vero, quæ circuitibus effertur. Circuitum autem, id est Græce περίοδον, appello compositionem quæ ipsa per seipsam principium habeat & finem, magnitudinemque mediocrem. Quæ cõpositio suauis atque dilucida est. Suauis quidem, quoniam in terminato contraria est, & quoniam semper aliquid se habere auditor putat, cum sibi aliquid semper terminatum sit. nam cum nihil prę uideatur nec expediatur iniucūda compositio est. Dilucida vero, quoniam memoria facile retineatur, quod habet, quoniā circuitus cōpositio numerosa est: quæ res omnium aptissima est, vt facile memoria teneatur. Quapropter carmina omnes melius recordantur, quam solutam orationem. numerum nanq; habent, quo mensurantur. Oportet autem vt sensus quoq; in circuitu concludatur, nec incidatur, si-

Pēdens oratio quę.

Conuoluta. Circuitus quid, & eius species.

A cut Iambici Sophoclis versus, Calidon hæc est terra Pelopontesiacæ telluris. contrarium nãq; contingit suspicari: vt in eo quod modo diximus, Calidonem in Peloponeso esse. Circuitus autẽ alius ex membris cõstat, alius supinus est. Ex mẽbris constare dicitur, cũ oratio absoluta fit & distincta, facilisq; respirationis, nõ in ipso interuallo vt qui modo dictus est circuitus, sed totus: membrũ vero est altera eius particula. Supinum autem dicimus, qui vno membro constat. Verũ oportet ne tam mẽbra, quã circuitus ipsi aut mãci sint, aut longi. parua.n. quasi cespitare auditorem faciũt. nã necesse est, qñ ad longius & mediocritatẽ prospiciat, nec sibi terminũ præfixerit, cum subito interuallo retrahatur, quasi cespitationẽ ex repulsione fieri. Longiora vero sic auditorem relinquunt, sicut qui calcem prætereunt, deambulantes relinquunt. Circuitus igitur longus omnino fit, quod Chius Democritus in Melãpodem qui pro antistrophis suspensionẽ fecit, mordaciter dixit: is vero malum alii struens, sibiipsi malum fa
B bricatus est. longa.n. suspensio facienti pessima. quod cõmode in lõgi membris quoq; dicere possumus. Qui vero breuimembres nimium sunt, circuitus nõ sunt. præcipitem enim agunt auditorem. Dictio autem quæ in membro est, alia opposita est, alia nõ opposita: Nõ opposita quidem, hoc pacto. Sæpenumero eos miratus sum, qui festos dies celebrant, & agones gymnicos instituerũt. Opposita vero, cum in vtroque membro aut contrarium ad contrarium refertur, aut idem contrariis adiũgitur, hoc pacto: Vtrisque vtilitatem attulerũt, & iis qui remanserunt, & iis qui sequuti sunt. nam illis plura quam domi habebant, conquisierunt, his sufficientia domi reliquerunt. Cõtraria vero est ramansio sequutioni, sufficiens pluribus. quare pecunia indigentibus, & absumere volentibus, absumptio acquisitioni opponitur. Item accidit etiam sæpius vt stolidi feliciter, prudentes infeliciter agant: quia illi mox quidem virtuosis dignificati sunt: non multo autem posterius principatum maris acceperunt. Item nauiga-
C uit per terras, pedibus iuit per maria. Helespontum enim coniunxit, Atho montem effodit. Item natura ciues, lege ciuitates priuatur, nam ipsorum alii misere interierunt, alii turpiter exularunt. Item turpe est cum priuatim Barbaris in famulatu vtamur, multos sociorum ipsis publice seruientes negligere. Item aut viuos amplifices, aut mortuos derelinquas. Item quod ad Pitholaum aliquis dixit, & ad Lycophronem in prætorio: Isti nos domi quidẽ seruientes vendebant, postea autem quam venerũt ad vnos, empti sunt. in his enim omnibus quod diximus fit. Estque suauis huiusmodi dictio, vel quoniã contraria patent aperte, multoq; magis cum ad se ipsa breui referuntur: vel quoniam oratio syllogismo similis videtur. Elenchus enim oppositorum collectio est: huiusmodi autem oratio contentio dicitur. Compar vero, cum membra æqualia sunt. Assimulatio autem est, cum vltima vtrisq; membris similia sunt. idq; neces-

fatio,vel incipiendo,vel desinendo.& inci piendo quidem in nominibus semper sic:ager erat, qui agere sse dicebatur. desinendo vero in vltimis syllabis vel verbi, vel nominis,aut etiā in integra dictione. Ac in verbi quidem vltima syllaba quod.similiter desinens dicitur, sic:Putarunt eum benefecisse, & eum ipsum causam fuisse.In nominis autem quod similiter cadens appellatur, hoc modo:Erat in cogitatione maxima,& in spe minima.In verbo autem integro,quā conuersionem appellamus,hoc pacto:Actu & viuo dicebas male,& nūc in mortuum scribis male. Concurrunt autem in idem nonnum quam contentio,cōpar, & similiter desinēs. Circuituum vero principia in Theodecticis enumerata fere sunt.Sed contentiones falsę quoq; inueniuntur, vt apud Epicharmum: Interdum quidem ego illorum eram,interdum vero apud illos ego.

De Vrbanis. Cap. X.



Erum quoniam de his iam demonstratum est,nunc vnde vrbana ducantur,& ea maxime quæ probantur, dicendum est. Nam posse facete dicere,aut ingeniosi est, aut exercitati: docere autem, doctrinæ huius. Quare nobis dicenda enumerandaque sunt, id initium sumentibus. Faciliter discere ac intelligere, natura omnibus est suaue: verba vero aliquid significant.quare quæcunque ex verbis facile nobis ingerunt disciplinam, hæc suauissima sunt. Prisca igitur ac aliarum gentium non intelliguntur: propria vero ac nostrana scimus. Translatio autem id maxime facit. Nam cum senectutem quis stipulam dixerit,disciplinam per senectutem cognitionemque fecit:quoniam vtraque defloruerunt.Verum poetarum etiam imagines idipsum faciunt. Vnde illis vti vrbanum esse videtur, cum sit imago,vt iam dictum est, translatio additione differēs. quare minus suauis,quoniam longior: & non dicit hoc illud esse, quare nec animus id quærit. Necesse igitur est eam dictionem quam enthymemata ea vrbana esse,quę velocem nobis cognitionem faciunt. Idcirco nec quæ superficialia sunt,ex enthymematibus comprobantur.dicimus autem superficialia, quæ cuilibet patent,nec quicquam habent quod in eis quærere oporteat. Nec quæcunque dicta ignorantur, sed quorumcunq; cognitio vel simul dum dicantur fit, etiā si prius non erat,vel non multo post mens ea consequitur.sic enim quasi disciplinatio fit, illo autem modo neutrum. Verum hæc atque huiusmodi enthymemata propter sententiam comprobantur, propter dictionem autem dicendi quidem figura, si per oppositionem dicuntur,hoc modo: Quam communem aliis pacem,eam suis bellum putabant. opponitur enim bellum paci. Verbis vero si translatio inest orationi,nec aliena.difficilis enim hæc intellectu est,nec superfi

A cialis.nō enim mouet.Præterea si præ oculis rem ponit quasi agatur. cernere enim magis possumus quæ agūtur,quā futura.Et ad hæc tria cōsiderāda sunt,translatio, oppositio, principiū. Cū aūt quatuor trāslationes sint,maxime quę secūdū proportionē sunt,cōprobantur: vt Pericles de iuuenibus qui in bello perierunt, dixit sic iuuentutem e ciuitate amissam,veluti si quis ver tollat ex anno. Et Leptines de Lacedęmoniis,nō permissuros vt Gręcia lusca fiat. Et Cephisodotus cū Chares Olyntiaci belli rationē reddere festinaret,grauiter ferebat, dicens in laqueo ab eo plebē teneri,cui rō reddēda est.Idē ī Eubœā Athenieñses exhortans, sumptis necessariis dixit oportere Miltiadæ iniam exire. Et Iphicrates cū inducias cū Epidaurēsibus,& regionē maritimā Athenieñses fecissent, moleste tulit, dixitq; neruos belli ab ipsis esse incisos.Et Pericles Æginam dixit tollendam Piræi pestē.Et Esion,Græciam in Siciliam effuderunt. translatio.n.id,& ante oculos.

B Item vt Græcia clamet.nam & id modo quodam ante oculos trāslatio est. Et Cephisodotus cauēdum esse,ne consilia concursus fiāt. Et Isocrates in diē festum concurrētes.Et in funebri, quod dignum esset in sepultura eorum qui apud Salamina ceciderunt,Græciā crines incidere, quoniam vna cum virtute ipsorū libertas quoq; sepulta esset.Nam si dixisset,dignū esse lacrymas effundere,cum vna virtus quoq; sepeliatur, translatio esset, & ante oculos. sed quoniam vna cum virtute libertatem dixit,quandā habet oppositionē.Et Iphicrates.Via enim est mihi orationis per medias res gestas Charetis: translatio enim ex proportione est. Et illud,per medias, ante oculos ponit. Et qui dicit pericula ipsa exhortari vt in periculis succurramus,ante oculos transfert.Et quod Deus in anima lumen intellectus accendit.vtraque enim significanter dicta sunt. Nec bella dissoluimus,sed in posterum reiicimus. vtrunque enim futurum, & reiectio,& huiusmodi pax. Item conditiones pacis trophæa sunt multo clariora, quam quæ in præliis constituuntur, cum hæc pro vno prælio feliciter gesto,illæ pro totius belli dispositione. nam vtraque signa victoriæ sunt. Item magnas vituperatione hominum pœnas

C dant ciuitates.pœna.n. iustum quoddam damnum est. Dictum igitur est vrbanitates ex translatione per proportionem dici,cum ante oculos ponant.

Translationes quę maxime cōprobentur.

Quid sit ante oculos ponere. Cap. XI.



Ed nunc dicendum est quid est quod dicimus ante oculos,& quid facientibus emergit. Præ oculis igitur ponunt, quæcunque significanter geri aliquid ostendūt. nam si quis bonum virum quadratum dicit, translatione vsus est. vtrunque enim perfectum est. Sed

hæc translatio nihil gerentem significat. Illa vero significat in florentissimorum statu, vt illud: At Græci pedibus liberis irruerunt. nam irruere, & translatio & actio est. velocitatem enim ostendit. Et veluti Homerus sæpius facit, dum inanimata vt animata gerere dicat per translationem. In omnibus igitur si significanter aliquid geri ostendas, comprobatur, vt in istis: Ac rursus in campos lapis impudens ferebatur. Item, hastaque volabat. Item, volare ardebat. Item, fixoque in terra corpore, saturari cupiebant. Item, at mucro per pectus ruens traiecit. nam in his omnibus quasi animata gerere aliquid videntur. Impudentia enim, & ruere, & cætera actiones sunt, quæ omnia per translationem ex proportione poeta coniuxit. Sic enim lapis se habet ad Sisyphum, vt impudens ad eum, quem impudenter vexat. Verum hæc in imaginibus etiam comprobatis de rebus inanimatis facit, Suspensus fluctus. moueri enim ac viuere cuncta ostendit, actio autem hæc mutatio est. Oportet autem vt iam dictum est, a propinquis & apertis transferre: quale in philosophia quoque simile est, quod vel in multo diuersis perspicere ingeniosi est atque solertis. vt Archytas dixit idem esse prætorem, ac aram: quoniam ad vtrunque refugit qui iniuriam patitur. Aut si quis dicat anchoram & suspensorium idem esse. sunt enim quid ambo, sed differunt in eo quod inferius atque desuper. Aut *exæquatas esse ciuitates. eadem enim in longe diuersis superficie ac viribus dicta æqualitas est. Sunt autem vrbanitates etiam per translationem ex deceptione: Manifestius autem fit quod didicit, quoniam contra opinabatur, videturque animus dicere: Ita vere est, ego vero errabam. *Dicta etiam commoda ex eo quod non dicit, Vrbana sunt. vt illud Stesichori, quod ei cicadæ humi canent. Eadem que de causa quæ comprobantur ænigmata, iucunda sunt. disciplinatio enim inest. Dicitur etiam translatio, vt Theodorus dicit, cum noua dicuntur. quod fit cum præter opinionem sit, nec vt ille dicit, si ad priorem opinionem conferas: verum quemadmodum in ridiculis quæ deprauata sunt, & in salibus, qui ex literarum quadam fiunt deprauatione. decipitur enim auditor, & in metris, cum non consequatur oratio, vt auditor putabat. Ibat autem in pedibus habens vlcera. auditor autem opinabatur calceos dicturum. simul enim hæc dum dicuntur, aperiri oportet. Quod vero deprauatione fit, aliud facit quam dicit. vt illud Theodori aduersus citharœdum Niconem, Turbat te. dissimulauit enim velle dicere, quod te decipiat. id enim turbat significat. at ille quoniã ex Thracia ipsum esse sciebat, aliud dicebat. quo circa discenti iucundum. Sic & in vrbanis atque facetis, veluti apud Isocratem principatum ciuitatis principium esse malorum. quod enim non putabatur dicturus, id dixit. Quæ omnia tunc probantur, cum per æquiuocationem vel translationem nomen affertur, & commode si semper bis. Nec oportet peregri-

B

C

* inęqualis.

De vrbanitatibus per translationẽ ex deceptione.

* ἀποφθέγματα.

A num peregrinum semper esse. Et illud Anaxandridæ, quod in primis fertur. Bonum est mori ante quã morte dignũ quid facias. Idẽ est enim ac si dicas: Dignum est mori, ante quã sis dignus mori. Genus igitur dictionis in istis est: verùm quanto breuius, & per oppositionem dicta sunt, tanto magis probantur. Cuius rei causa est, quoniam maior disciplinatio, faciliusque propter oppositionem fit: & quoniam paucis, ideo citius. Oportet autem semper aut ad quẽ dicitur, aut quod rectè dicitur, significari, si quod dicitur, & verum est, & non superficiale. Separantur. n. hæc nonnunquam hoc pacto: Mori oportet nihil peccantem. nam id non est vrbane dictum. nec id: Dignum oportet dignam vxorem ducere. sed si vtraque simul habebit, hoc modo: Dignum enim tunc mori, cùm non sis dignus mori. quanto autem plura contineat, tanto vrbanius videtur: vt si & verba per translationem sint, & translatio huiusmodi, & si compositio comparitasq; insit, & si geri videatur. Imagines quoque, sicut & in supe- Imagines in vrbanis laudati.

B rioribus dictum est, trãslationes quodãmodo sunt, & laudantur. Nã aut ex duobus constant, sicut & translatio per proportionem: veluti dicimus clypeum Martis phialam, & arcum lyram insidem. sic igitur tum dicimus, non simplex fit: cum vero dicimus arcum lyram, aut clypeum phialam, simplex. Fingunt etiam imaginem sic veluti simię pulsanti, aut lupo ad calcar madefacto: vtraq; enim colliguntur. Probe vero dicitur, cum translatio insit. possumus n. clypeũ phialæ Martis assimilare: & Niceratus, Philoctetem esse a pratyros morsu laceratum. ita enim contulit Trasymachus cum a Pratye victum vidisset Niceratũ, versus barbatũ adhuc atq; squalidum decantãtem. In quibus maxime poetæ errant, cum non recte reddiderint. veluti Philamon cum Coryco contendens dixit, Veluti apium tortuosa crurã gerit. Et sunt omnia hæc imagines, quas translationes esse iam sæpe

C dictum est. Prouerbia quoq; translationes ex specie in speciem sunt: vt si quis vt boni aliquid consequatur, id adducat vnde damnum illatum sit: vt Carpathius inquit leporem. vtrisq; enim quod dictum est accidit. Verum vnde vrbana dicuntur, & cur, causa fere dicta est. Sunt autem probatæ quoq; causæ superlationes per translationem, vt in vlceribus plenum quidam dixit. Putaui enim ipsum plenam moris fiscellam esse. nam vlcus rubrum quidam est, imo valde rubrũ. Cũ vero dicitur sicuti hoc atq; hoc, superlatio est, modo quodã dicendi differens, vt illud, Philamon Coryco pugnat. putaui aũt ipsum Philamonem esse Coryco pugnãtẽ. Veluti apiũ crura esse tortuosa. putaui enim nõ crura, sed apia eum gerere sic tortuosa. Sũt aũt etiam superlationes pueris es, quoniam vehementia significant. quo circa irati maxime ita dicunt: Nec si mihi tot daret, quot arena & puluis. Item, Atridæ vero Agamẽnonis filiam non ducam, etiam si aurea cum Venere de pulchritudine certaret. Vtũtur autem hoc modo maxime Attici oratores: sed seni sic dicere indecorum est.

Prouerbia.

Superlationes.

De diuersis dicendi generibus. Cap. XII.



Portet autem non ignorare, non eandem vnicuiq; generi eloquutionem congruere. Non enim eadem est historica, & concertatiua: nec deliberatiua, & iudicialis. Vtrunque autem necesse est scire, alterum vt Latine dicere scias, alterum ne cum aliis significare velis, tacere cogaris: quod patiuntur qui scribere nesciunt. Historca igitur dictio est, quæ maxime propria est. Concertatiua vero, quæ maxime simulata est. Cuius duo genera sunt. nam altera morata est, altera affecta. Quapropter & histriones huiusmodi fabulas eligunt, poetæ quoq; hos, & tales. Sustinentur vero legibiles, vt Chæremon, (est enim exquisitus vt historicus) & Lycimnius ex dithyrambicis. Cumq; conferuntur, historici quidem in certaminibus angusti, oratores autem boni, cum legantur, agrestes videntur. causa vero est, quoniam certamini congruũt. Quam ob causam simulata hęc cum actione remota suum non reddant officium, stolidiora videntur: veluti articuli, & ea quibus sæpius idem dicitur, recte in historia reprobantur. At vero in demonstratione oratores vtuntur. simulata enim sunt. Est autem necessarium commutare cum idem dicis. nam id viam præbet actioni, hoc modo: Is est qui vestra furatus est, is qui vos decepit, is qui denique vos prodere conatus est, quod Philemon histrio faciebat in Anaxandridæ gerontomania, quandocunque Rhadamanthus, aut Palamedes introducitur. Et in præfatione Piorum, ego ac ego sæpius repetit. nam si quis hæc non recte pronunciat, fit qui trabem portat. Et articulos similiter: Veni, offendi, supplicaui. opus enim est actione, nec vt vnum dicere, nec eodem modo, & eadem figura vocis dicere. Præterea articuli breuiaque dissoluta propriũ quiddam habent. in eodem enim tẽpore multa dicere videntur. nam cum coniunctio multa faciat vnum, patet econtra quã vnũ erit multa, si tolletur. Quare amplificant: Veni, dixi, supplicaui: sed despexit quæ dixi, quæ approbaui. Id Homerus quoq; facit in illo: Nireus ab Syme, Nireus Aglaiæ, Nireus qui formosissimus. Nam cum de aliquo multa dicuntur, necesse est quoque multoties dici. quare si multoties, multa quoq; videntur. Amplificauit igitur semel eius recordatus propter deceptionẽ, mentionemq; nullibi amplius fecit, cum & in enumeratione postremo eius meminerit. Deliberatiua vero elocutio adũbrationi atque picturæ omnino similis est. nam quanto maior populus fit, tanto longius spectant. quapropter quæ exquisita sunt, superuacua magis, peioraq; in vtrisq; videntur. Iudicialis aũt exquisitior, multoq; magis si apud vnũ iudicem. minimum nãq; idest in rhetoricis. Nam qđ ad rem pertinet, breuis est: aliena vero & concertatio absunt. quare iudicium purũ est. Quapropter nec iidem in omnibus his comprobantur ora-

Historica eloquutio.

Concertatiua.


Deliberatiua.

Iudicialis.

A tores: sed vbi actionis plurimũ, ibi minimum est exquisitæ eloquutionis. id vero vbi voce, ac maxime vbi magna opus est. Demonstratiua vero dictio, historica maxime, cuius opus lectio. post hanc iudicialis. Superuacuũ vero est eloquutionem in iucundam et in magnificam diuidere. nam cur id magis quã in liberalem, & modestã, & in alias motum virtutes? Quæ enim dicta sunt, ea iucundam faciunt, si quidem eloquutionis virtus recte definita est. Cuius.n. gratia non humilem, sed dilucidam atque decentem oportet esse. nã si prolixa est, non est dilucida. sed nec etiam si breuis. patet igitur mediocritatẽ cõmodã esse. Iucundã quoq; facient quæ dicta sunt, si mita & prisca bene collocẽtur, & numerus, & verisimilitudo ita vt decet. Ac de dictione quidem, ac eloquutione, & cõmuniter de omni, & seorsum de singulorum generum dictum est: restat modo de ordine dicere.

Mala quoiundam eloquutionis diuisio.

B *De partibus Orationis.* *Cap. XII.*



SVnt igitur duæ orationis partes. Necesse enim est primo rem exponere, de qua, deinde demonstrare. Idcirco non demonstrare cum exposueris, vel demonstrare antequam exposueris, impossibile. nam & qui demõstrat, aliquid demonstrat: & qui exponit, demonstrandi gratia exponit. Horum autem alterum propositio est, alterum fides, veluti si quis diuidat, ac dicat alterum esse problema, alterum demonstrationem. Nunc autem ridiculose diuidunt. Nam narratio iuridicialis solum orationis est. demonstratiuæ autem & deliberatiuæ quomodo potest esse narratio, qualis ab his dicitur? aut quæ in aduersarium feruntur, aut demonstrationum enumeratio? Procemium vero & collatio & replicatio tunc in concionibus sunt, cum controuersia insit. nam accusatio atq; defensio sæpe, verum non ita C deliberatio, Sed epilogus adhuc neque iudiciali omni: veluti si breuis oratio est, aut si res memoratu facilis. accidit enim ei vt prolixitatem imminuat. Quare partes necessariæ, propositio & fides. Propriæ itaque hæ: quæ autem communes, proœmium, propositio, persuasio, & epilogus. Nam quæ in aduersarium feruntur, ad fidem faciundam dicuntur. Collatio vero, suorum amplificatio est. quare pats quędam est eorum quæ fidem faciunt. demonstrat enim aliquid qui confert: sed exordium nequaquam, nec enumeratio, sed in memoriam reducit. Quare si quis hæc ita diuidit, vt Theodori auditores faciebant, erit aliud narratio, & aliud præ narratio, et aliud supernarratio, elenchus quoque ac superelenchus. Sed oportet cum speciem quandam dicas ac differentiam, tunc nomen imponere. aliter inane ac nugatorium est: veluti Lycimnius in arte facit, corroborationem appellans, & aberrationem, & ramos.

De Exordio. *Cap. XIII.* B



Demonstratiuum exordium.

Xordium igitur est orationis initiũ, sicuti in poesi præfatio, & in lyræ pulsatione præludium. omnia.n. hæc initia sunt, & quasi viæ ad sequentia præparatio. Pulsationis igitur præludium demonstratiuo exordio simile est. Nam quemadmodum qui fistula canunt, quod cantaturi sunt, id præcantatum coniunxerunt: sic in demonstratiua oratione scribendum est. quicquid enim velis, oportet cum statim prædixeris, producere atque coniungere. idq; omnes ita faciunt. Cuius exemplum Isocraticæ in Helenam orationis exordium, nihil enim contentiosis sermonibus & Helenæ commune est. & simul digredietur, par est ne tota oratio eiusdem sit speciei. Fluunt autem demonstratiuorum exordia ex laude aut vituperatione: vt Gorgias in Olympiaca oratione: Admiratione dignum apud multos est ô Græci, laudat enim eos qui celebres solennitates constitue B runt. Isocrates vero vituperat, quoniam virtutem corporis muneribus honorarunt, prudentiæ autem nullum certamen posuerunt. Et a consilio, vt si quis diceret probos viros colendos esse, ac ideo Aristidem laudare non eos qui nec probantur, nec improbantur, sed eos qui cum probi sint, latent, vt Alexander Priami. hic enim consulit. Præterea ex iudicialibus exordiis. id autem est ex iis quæ ad auditorem sunt, si aut de re noua, præterq; opinionem habeatur oratio, aut de difficili, aut de peruulgata, vt ignoscendum sit, vt Chœrilus dicit; Nunc vero cum omnia forte distributa sint. Demonstratiuæ igitur orationis exordia ex his sunt: ex laude, ex vituperatione, ex adhortatione, ex dehortatione, & iis quæ ad auditorem sunt: necesseq; est vel aliena, vel propria esse, quæ viam orationi faciunt.

Iudicialia exordia.

Iudicialia vero exordia idem possunt quod fabularum præfationes, & Poesis exordia. Sed dithyrambicorũ demonstratiuis similia sunt. vt illud, Propter te, atque munera tua, imò prædas. In orationibus F aũt atque poesi futuræ orationis monstratio sunt, vt audientes non sint suspensi, sed præsciãt qua de re habetur oratio. nam qđ indeterminatũ est, in errorem adducit Qui ergo principiũ quasi in manum dedit, is facit vt auditor retẽtus orationẽ sequatur. Propterea poeta dixit: Iram pande mihi. Dic mihi Musa virũ. &, Dux mihi Musa sis, quonã pacto ex Asiatica tellure bellum in Europam ingens irrupit. Tragici quoq; fabulam significat, quamuis non statim, vt Euripides. in præfatione tamen ipsa significant sicur & Sophocles, Mihi pater Polypus erat. Comœdia etiam eodem modo. Exordii ergo id propriũ opus est, maximeq; necessariũ, finem ostendere ipsum, cuius gratia oratio habetur. Quare si patet, et res parua sit. non est vtẽdum exordio. Cætera vero genera quibus vtũtur, cõmunia & media sunt, quæ vel ab ipso dicente ducũtur, vel ab auditore, vel a rebus, vel

A ab aduersariis. A nobis igitur & ab aduersario quæcunq; ad calumniam pertinent, ita ducuntur, vt vel soluātur, vel confirmentur, sed non in eodē loco. Nam qui defendit, primum ad calumniā respondit. qui vero accusat, in peroratione inuehitur. nec causa latet. necesse nanq; est defendenti, quæ impedimento sunt, primū dissoluere; calumnianti vero in peroratione id facere, vt audientes melius meminerint. Auditor autem disponitur, si ad beneuolentiam vel ad irā prouocatur, & interdum si attentus sit, aut contra contemnens. Non tamen semper conducit attentum facere. multi nanq; conantur ad risum deducere. Ad docilitatem igitur omnia refert, & si quis ita vult etiam vt probus videatur. his enim magis attendunt. Attenti ergo si sunt rebus magnis, suis, nouis, iucundis. quare faciendum, vt de his oratio esse videatur. Ad contemnendum vero aptos faciemus, si rem dicemus paruam, si doloris effectiuam, si nihil ad eos pertinere. Non oportet autem ignorare extra orationem hęc esse omnia. ad

B prauum enim dicuntur auditorem, qui quæ sunt extra rem, libenter audit. nam si talis non est, non est opus exordio, nisi vt res summatim dicatur. Est aūt oīum partium communis attentio. vbique enim magis remittuntur quā in principiis. Quare ridiculus qui solum in principio collocat, quando maxime omnes attente audiunt. Vbicunq; igitur opus erit, dicendum, Animaduertite quæso: nam hæc res non est magis mea quam vestra. vel, Dicam enim vobis nouū atq; inauditū crimen. vel, rem ita mirabilē. Id vero est, vt Prodicus dixit, cū ad somnū auditores deferūtur, pecuniā inter ipsos spargere, Quòd vero ad auditorē non inquantum auditor, patet. nam oēs vel calumniantur, vel a timore se in exordiis dissoluūt. Dicā, o rex. Qui vero rē turpem habent, aut habere videntur, his vbiuis immorari confert magis quā in re. Quapropter etiā serui non respondent ad interrogata: sed quæ circa illa sunt, ea dicunt & exordiuntur. Vnde aūt beneuoli fiant, & de huiusmodi cæteris dictum est. Verum quoniā probe

C dicitur, Ad Phæacas mihi præsta Pallas amicum miserabilemq; venire: hæc duo summope spectanda sunt. In demonstratiuis aūt faciū dum vt auditor collaudari, aut seipsum, aut genus, aut studia sua putet, vel alio quodā modo. Nam quod Socrates in funebri dixit, nō esse difficile laudare Athenienses apud Athenienses, sed apud Lacedæmonios: id verū est. Deliberatiuę aūt orationis exordia ex iudicialibus rationibus fluūt. nam propria minime habet. nam cum de quo sciūt dicatur, non eget res exordio, nisi aut propter seipsum, aut propter aduersarios, aut si nō tantum quantū vult, sed vel maius vel minus arbitrantur. quas ob res vel calumniandum, vel dissoluendū est, & aut amplificandum, aut attenuandū. Horum igitur causa, exordio in deliberatiuis opus est, aut etiam ornatus causa, quoniā manca videntur nisi habeant: qualis Gorgiæ laudatio in Elios. nam cum nihil prædixerit, neque commouerit, illico erupit. Elis ciuitas felix. Deliberatiuæ exordia.

Loci ad dissoluendum Calumniam, *Cap. XV.*



AD dissoluendam vero calumniam vnus quidem locus, vnde quispiam turpem existimationẽ propulsaret. Nihil enim differt, siue quis inuectus est,siue non: quare id vniuersale. Alius locus, vt illata crimina depellas, aut quòd non sunt, aut ꝙ nocua non sunt, aut non huic,aut non tanta, aut non iniusta,aut non magna,aut non turpia, aut non habentia magnitudinem.De his.n.quæstio.vt Iphicrates aduersus Nausicratem dixit, fecisse se quod ille dicebat,& nocuisse,sed non fecisse iniuriã.Aut aliud alii opponendum,hoc pacto: nocuum, sed honestũ:dolorem inferens,sed vtile: cæteraq; huiusmodi. Alius locus,ꝙ error,vel aduersa fortuna,vel necessitudo fuit:sicut Sophocles dixit, timere se nõ vt accusator dixit vt senex videatur, sed inuitus.non.n.vellet se annos octoginta natũ.Præterea finem pro fine opponere.noluit nocere, sed hoc voluit.Et fecisse quidem id,de quo accusatur,nocumentum vero accidisse:par aũt odio me haberi, si vt sic eueniret fecissem.Alius,si deprehẽsus in eo crimine calumniator vel nunc,vel alias, & aut ipse, aut propinquorum aliquis. Alius, si alii quoq; cõprehenduntur, quos aduersarii non esse reos cõcedunt, vtputa, si adulter mundus est: & hic ergo. Alius,si alios quoque calũniatus est,aut si alius ipsum,aut si absque calũnia credebãtur, veluti & ipse nũc,qui tamen extra id crimen erant.Alius,calũniari calũniã tem.cur enim cum ipse parum credat,huius verba credentur?Alius, si iudicium factũ est,veluti Euripides aduersus Hygiænontem in Antidosi accusantem impietatis,ꝙ scripserit peierandum esse, cum dicat:Lingua iurauit,mens vero minime respondit,iniuriam facere Hygiænontem, cum iudicia Dyonysiaci certaminis in forũ ducat. ibi enim causam dixisse, dicturumque si accusare voluerit.Alius,accusatorem accusando: vtputa ꝙ alia iudicia quærit, ꝙ rebus non credit. Communis aũt vtrisq; e signis est,veluti Vlysses in Teucrum,ꝙ propinquus esset Priamo. Soror enim Hesionẽ.ille vero:at pater Telamon,Priami hostis.tu aũt etiam exploratores non prodidisti. Alius accusatoris proprius,cum parũ laudat,vt magis vituperet: magnum breuiter.aut cum multa bona præposuit, vt vnum quod ad rem pertineat, vituperet, quales sunt qui artificiosissimi atque iniustissimi sunt.nã per res bonas nocere conantur,cum malis eas permiscentes. Commune autem dissoluenti cum calumniatore, quoniam contingit idem multorum gratia factum esse, vt hic deprauando ad peius accipiat,dissoluens autem ad melius,hoc pacto. Diomedes Vlyssem elegit.alter dicet: quoniam virum fortem putabat. alter non ideo, sed solum ne concertatorem haberet tanquam ignauum. Ac de calumnia hæc dicta sint.

De

De Narratione. Cap XVI.

A Arratio autem in demonstratiuis continua non est, sed in partes diuisa. nam oportet exponere res gestas, ex quibus oratio constituitur. Constituitur autem oratio partim ex eo quod artificiale non est: non enim est rerum gestarum orator causa: partim ex eo quod est artificiosum. id vero est, cum ostendunt quod sit præsertim si incredibile videretur, aut quale, aut quantum, aut hæc omnia. Quas ob res nō semper oportet continue cuncta enarrare. difficile enim est memoria tenere quæ sic demonstrantur. sed ex his fortis, ex his prudēs, aut iustu: ostendetur, nam hæc oratio explicatior est, illa vero implicatior, atque multiplex, & minime plana. Oportet autem cum res notæ sint, in memoriam eas solummodo breuiter reducere. nam multis narratione opus non est. veluti si Achillem laudes, cuius res gestas omnes
B percepetunt: cognitis rebus tantum vti oportebit. verum si Critiam laudaturus sis, cum non multi res eius teneant, narrare necesse est. Cū igitur laus sit, magnitudinē virtutis ostendēs oratio, tales res gestas fuisse demonstrandū. laus igitur rerū gestarum est. Quæ vero extra sunt, sicut nobilitas ac educatio, ad faciundam fidem adhibentur. verisimile nanq; est probum ex probis, & bene educatum in bonum virum euasisse. Quapropter & qui gesserunt, eos laudamus, & operationes ipsius actionis signa esse dicimus. Verū quoniā laudaremus, etiam si non gesserit, si talem esse nobis persuaserimus: beatio & felicitatio ipsis quidem eadem, his vero non eadem, sed sicut virtutem felicitas, sic hæc felicitatio continet. Habet autem laus nonnihil cū consilio commune. nā quę consulendo admoneres, hęc commutata oratione laudem conficiunt. Quare cum habeas quę agere, qualēque esse oporteat, admonendoq; id explicaueris, mutanda versandaque
C oratio est, vt laudem efficiat. veluti cū dicas: Non oportet a fortuna neq; extrinsecus, sed intrinsecus atq; a seipso pendere hanc compositione orationis admonitionem sic in laudem vertes. non enim a fortuna neq; extrinsecus, sed intrinsecus atque a seipso ille pendebat. Quare laudaturus, quid consuleres, & consulturus, quid laudares considera: orationēq; ita versa, vt nunc quidem quod prohibet, nunc vero quod non prohibet, commutes. Qui vero breuem esse asserunt narrationem oportere, ridiculi sunt. veluti qui interroganti pistori, qui durum ne an mollem pinset? quid, inquit, est ne impossibile bene pinsere? Oportet. n. nō esse longā narrationem, nec exordiū, nec quæ fidem faciunt: bene dicere tamen, quod est oratoris propriū, nec in lōgo, nec in breui est, sed in mediocri. Id vero est ea dicas, quę rē significanter exponant, id est, quæ possint efficere, vt vel factum esse, vel iniuria factum esse, vel damno fuisse, vel tantam rem esse quātū velis, credat auditor. Aduersatiis autem horum contraria. Annecten- *Quanta debeat esse narratio.*

da vero narrationi ſunt, quęcũq; vel virtutes tuas, vel aduerſarii vi D
tia ſuboſtendunt, vel auditoribus iucũda ſuut. vt ſi diceres: At ego
ſemper conſulebam, quod iuſtũ ac pium eſt, non eſſe deſerendos libe
ros: hic autem reclamabat, vbicunq; ipſe eſſet, ibi facile alios ſibi libe
ros futuros. cæteraq; huiuſmodi q̃ dicit Herodotus transfugas Ae-
gyptiis reſpõdiſſe. Defenſori igitur breuior ſemper narratio, & per
quæſtionem, aut factum non eſſe, aut non iniuria, aut non damno
fuiſſe, aut non tantum. non enim a qu eſtione recededum, niſi quid
ad illã conducat: vt ſi factũ eſſet, non eſſet, tamen iniuria factum.
Ad hæc, quæ geſta nõ ſunt, ſi commiſerationem aut indignationem
faciunt, perinde vt geſta narranda. Huius exemplum Alcinoi apolo
v.l. carminibus. gus, quod ad Penelopen in ſexaginta eſſet* annis factus. Et Phaylli
circulus, & in Oeneum præfatio. Oportet autem narrationem maxi
me moratam atq; affectam eſſe. quod facile faciemus, ſi non ignora
Moratã eſſe narratiõem oportere. bimus quid ſit quod moratam orationem efficiat. Primum igitur
eſt, ſi ita dicas, vt qualis ſit animus hominis, ſubappareat. Morata aũt E
oratio, qualis quædam ideo eſt, ꝙ voluntas atque electio qualis
quædam eſt. huic vero ineſt qualitas propter finem. Idcirco mathe-
matica oratio affecta eſſe non poteſt: quoniã cum cuius gratia nõ ha-
beat. nulla ea ſubapparet electio. Socratica vero quoniã de talibus ẽ,
morata eſt. Moratam igitur orationem efficiunt, quæ mores homi-
nis conſequuntur. vt ſi dicas, Hæc ambulando vociferabatur. Oſten
dit enim audacem hominem, atq; agreſtem. Item ſi non ita vt ratio-
ne perſuaſus, quod multi nunc faciunt, ſed vt appetitione. Elegiſti,
ego vero malui quod vtiliſſimũ erat, aut quod optimum. eſt enim il-
lud prudẽtis, vtilia perſequi: hoc viri boni, honeſtũ pręponere. Quòd
ſi parum credibile qđ dicis videretur, ratio afferenda. Vt Antigone
apud Sophoclem facit, cum perſuadere velit fratrem ſe viro atque
filiis anteponere. Viro enim ac filiis amiſſis, alios facile forſan habe
bis: frater vero ſi parentes obierunt, nunquam tibi naſciturus eſt.
Verum ſi nulla ſuccurrit ratio, illud dicere poteris, non ignorare te F
parum credibilia hæc videri, & tamen audacius dicere, quoniã natu
ra huiuſmodi ſis. Minus autem auditori credibile videtur, ſi aliud
præter vtile nos agere oſtendimus. Præterea ſi ea narrando expones,
quæ affectus mouẽt, eorumque conſequentia, & præcipue quæ au-
ditores nõ ignorant, & aut tibi, aut illi inſuut, hoc modo: Hic autem
cum me illuſiſſet, abiit. Et vt de Cratylo Aeſchines, ꝙ ore perſonans
manusq; quaſſans, & intonuit, manuq; minatus eſt. Veriſimilem. n.
hæc orationem faciunt: quoniam quæ non ignorantur ab audito-
ribus, hæc eorum ſigna fiunt quæ neſciunt. Huiuſmodi vero plurima
Homerus nobis ſuppeditabit. Aſt anus, inquit, faciem manibus reti-
nebat. nam qui lacrymas effundere inceptant, manibus oculos attin-
gunt. Poſt hæc illico te qualem quendã videri latenter facias. Quod
facile fieri poſſe inde patet, ꝙ de nouarum rerum nunciis, quamuis

tos minime cognoscamus, vt tamen orationis quales nam sint suspicantur. Est autem opus multis in locis narrare, & nonnunquam in ip so principio. In deliberatione vero idcirco narratio nō incidit, quoniam de futuris rebus narrandū non est. & cum incidit, rerum iam gestarum est, quibus, aut deprimendo, aut efferendo, auditores concitantur, vt illarum memoria de futuris melius consulant. Verum tunc officium consiliarii non adhibetur. Quòd si quid minus credibi le narratur, dicere statim causam, aut polliceri oportet. Vt in Oedipode Carcini locastæ cum iis interrogare, qui filium quærebat, sem per promittit. Similiter apud Sophoclem Aemon. In delibera tione nō incidere narrationem.

De confirmatione. *Cap. XVII.*

Quæ vero fidem faciunt, ea vim demonstrandi, quod eius fieri potest, contineant. Et cum quatuor quæstiones sint, si factum est si obfuit, si tantum, si iure: semper ad id quod in iudicio quæritur, accommodanda demonstratio est: eodemque modo etiam si de faciun-
B
do aut non faciundo quæstio. Neque nos fugiat quod in hac vna quæstione alterum esse prauum necesse est. non enim vt si qui de iure aut iniuria quærent, ignoratio causa est: quare in hoc, non in cæteris immorandum est. In demonstratione vero quòd honeste, aut vtiliter gesserit, vt plurimum amplificatio fiet. nam res quidem ipsæ cum credi debeant, raro neque nisi cum vel incredibiles videantur, vel causam habeat, solent demonstrari. In deliberatione autem aut non futura quæ dicis, respondebit quispiam, aut si futura concedet, tamen vel non iusta, vel non vtilia, vel non tanta fore asseuerabit. eritq; illud maxime perspiciendū, si quid præter rem falso dicat id. n. signo erit cætera quoq; ipsum mentiri. Præterea scire oportet:
C sic exempla deliberationibus maxime accommodari, vt iudicialibus enthymemata. nam cum sit omnis deliberatio de futuris, a præteritis per exempla de ipsis necesse est dicere. iudicia vero iam factis aut non factis sunt: quæ demonstrationem idcirco habent, quoniam & necessitatem habent. preterita enim necessitatem iam habēt. Non oportet aūt enthymemata cōtinue dicere, sed aliis p̄miscere, ne aliud alii officiat. Est etiam quantitatis terminus quidam, vt Homerus quo que ostendit. Amice qm̄ tot dixisti, quod sapiens vir attulisset, tot inquit, non eiusmodi. Nec enthymematis cuncta tibi probanda ne ti bi necesse sit ex ignotioribus notiora confirmare: quod philosophan tium nonnullis accidit. Nec cū affectus mouēdi sunt, enthymemate vtaris: ne quoniā motus q̄ simul fiunt, alter alterū excutiat, vel ambo concidāt, vel remissiores reddantur, aut affectus excutiantur, aut fru stra sit allatum enthymema. Nec cum moratam orationē efficere ve lis, enthymema quæras. nam demonstratio nec animos mouet,

nec electionem habet. Sententiis autem tam in narratione, quam in D
cõcertatione vtendum est. Plurimum enim afficiunt, moratamq; orationem reddunt, hoc modo. Commisi ego hæc illi, quamuis scirem omnibus credendum non esse. Et cum affectu sic. Nec tamẽ, etiã si vexatus iniuria sum, me pœnitet, præsertim cum videam huic lucrum, mihi ius superesse. Verum deliberatio iudiciali causa multo difficilior est: primum quia illa futurorum, hæc præteritorum est, quæ vaticinantibus saltẽ (vt Epimenides Cretensis dicere solebat) certiora sunt. is enim diuinationem futurorum respuebat, præteritorum quæ occulta erant, solum amplexabatur. Deinde quia cũ leges iudicialibus supponantur, principium afferunt, vnde inueniendi facultas præbetur. Ad hæc, quia non habet multa diuersoria, vt puta in aduersarium, aut de seipso, auditoris in affectum impellẽdi. quod minime adhibendum est, nisi digrediatur. Idque per dubitationem faciendũ: vt Athenienses oratores factitant & Isocrates. accusat enim in con-

Deliberatio iudiciali causa multo difficilior.

sulendo vt Lacedæmonios in panegyrica, & Chareta in sociali oratione. In demonstrationibus autem exterioribus laudibus amplior E
efficienda oratio est. quod Isocrates facit, aliquid extra semper adducens. Id vero est, quod Gorgias dicere solitus erat, ꝙ videlicet nunquam sibi deesset oratio. Nam sic de Achille dicẽdum est, inquit, Peleum laudabo, deinde Aeacum, postremo Iouem. Eodemq; modo si fortitudinem: aut quoniam hæc atque hæc faciat, quod tale quid est: aut quoniam talis quædam est: Cum igitur demonstrationibus non eges, tunc & morate, & demonstrando tibi erit dicendum. tum vero enthymemata nõ succurunt, tunc morata maxime tibi erit oratio. Quæ res idcirco bonum virum magis decet, quòd malit ipse probus videri, quam demonstrationes sibi esse certiores. Ex enthymematibus vero quæ redarguunt, magis probantur, quam quæ demonstrant. nam quoniam contria ex collatione magis cognoscuntur, F
idcirco quæ redarguunt, acrius inferuntur. Cum vero iam aduersarii locos aggredimur, non in alia parte, sed in faciunda fide adhuc versamur, ac alios obiiciendo, alios argumentando dissoluimus. Sunt autem tam in consilio, quã in iudicio nostra primũ collocãda, deinde aduersariorum cum contemptione quadam refutãda. Quod si multiplex & varia est aduersariorum oratio, primum cõfutabimus vt Callistratus in consultatione Messeniaca fecit, qui primo, quæ dicere aduerarii possent, confortatis, sua deinde posuit. Si vero secundus dices, refutandnm tibi prius erit soluendo, ac contra arguẽdo, & maxime si aduersarius persuasisse videretur. nam quemadmodum infamem hominem animus aspernatur, sic orationem quoque contemnit, si bene dixisse aduersarius videatur. Quare auditor vel omnium, vel plurium, vel firmissimorum, vel saltem confutatu facilium infirmatione pręparatas aures nostris dabit, credibiliora-que putabit: vt illud, Primum Diis propugnabo. nam ego Iuno-

In demõstrationib' quomõ amplior efficienda oratio.

A nem. primum enim quod honestissimum erat, aggressus est. Verum hæc de fide dicta sint. Cum aũt morata vtimur oratione, quoniam quę nobis dicimus, aut inuidiam prouocanr, aut longam orationē efficiunt, aut obiectionem patiuntur: quę vero de aliis, vel contume liosa vel agrestia videntur: quoniam ergo hæc incommoda consequuntur, alium oportet dicẽtem introducere. Quod Isocrates in Philippo & in Antidosi facit. Et vt Archilochus vituperat, cum pa trem de filia fingat in iambo dicere. Quid nō mortales pro pecuniis factuos credimus? aut quid non deieraturos? Sophocles quoque sic Aemona pro Antigone aduersus patrem introducit, vt alii dicere videantur. Varia etiam oratione vtendum, vt nunc enthymemata in sententias, nunc sententiæ in enthymemata commode immutentur hoc pacto. Conciliari maxime tunc oportet, cum felix sis. sic enim ex sententia rem tuā conficias. Hanc sententiā sic in enthymema vertemus. nam si oportet, cum tibi maxime confert, tunc conci-
B liari: nunc id agendum, cum secunda nobis cuncta procedāt. Sed de his satis. Nunc de occasione interrogandi dicendum videtur.

Quo pacto in morata oratiõe digrediendum.

De occasione interrogandi Cap. XVIII.



Rimum igitur tunc maxime interrogandum, cum ex duobus alterum iam ipse aduersarius protulit, vt alte ro per interrogationem adducto, absurdum quid consequatur: vt a Pericle de salutis sacrificiis interrogatũ Lamponem ferunt respondisse, nefas esse non initiatum audire. Periclemque percontatum si ipse sciret. cumq; annueret, & quomodo, dixisse, cum initiatus non sis. Deinde cum propositionum alia manifesta sit, aliam daturos aduersarios non ambigis: tum etiam necesse non est eam propositionem quæ mani festa est, interrogando proponere, sed conclusionem inferre: velut
C Socrates cum Melitus diceret non arbitrari ipsum Deos esse. Atqui, inquit, dęmonia esse quędam fateor. Quod ille cum affirmasset inter rogauit an dæmones Deorum filii essent, vel saltem diuinū quiddā. Quo dato, Est igitur, intulit, qui Deorum quidē filios esse, Deos vero non esse arbitretur? Præterea cum vel contraria, vel præter opi nionem dicere aduersarium demonstraturi sumus. Quarto cum non possit soluere, nisi cauillatorio modo respōdeat. nã si sic respōdebit, esse quodāmodo, & quodāmodo nō esse: aut hęc quidē sic, illa vero nō: aut aliquādo sic, aliquando nō: turbantur dubitantes. Aliter igitur nec conandū quidē est. nam si instabit, victus iam videbitur. non enim poterit propter auditoris imbecillitatem de multis simul interrogare. Quapropter enthymemata quoq; ipsa quā maxime cõuolẽda sunt. In respondendo autem si ambigua sunt, non statim soluere, sed prius ratione distinguere oportet. Sin vero contraria videtur, sta

cim propenſione inferenda ſolutio, antequam conſequenter aliud D interroget aut ratiocinetur.nec enim difficile eſt in quo ratió ſit perſpicere. Cæterum ex Topicis iam hoc, quã ſolutiones nobis patebunt. Præterea ſi concludendo concluſionem inter rogationem facit, cauſa dicendi eſt: vt Sophocles a Piſandro interrogatus, ſi ſibi quoq; vt cæteris conſiliaris viſum fuit quadringentos viros conſtituere, reſpõdit: An hæc improbatibi non videbantur? Ar ille:Tu ergo hæc improba comprobaſti? Ita, dixit. nec enim erant melioia. Et vt Lacedæmonius quidam cenſuræ rationem reddens, interrogatusq; ſi iure ſibi cæteri perempti viderentur, dixit: Ergo tu eadem iſtis cenſuiſti? At ille: Ergo tu quoque iure perlbis. Minime, inquit. nam illi corrupti pecunia hæc iudicarunt, ego vero nequaquam, ſed ſentẽtia. Quapter nec rurſus poſt concluſionem interrogandum eſt, nec iterato cõcluſionem ipſam, ſi non multum veritatis habet. Quoniam vero ridiculorum quoque vſus in certaminibus eſt, oportereq; Gorgias recte dicebat aduerſariorum ſeria riſu præuertere, & riſum ſeriis: explana- E tumque in iis quæ de re Poetica dicta ſunt, quot ridiculorum genera ſint, quorum alia liberis congruunt, alia non: inde quæ rei conueniẽt, orator aſſumet. Eſt autem illuſio ſcurrilitate libero magis idonea. nam qui illa vtitur, ſui, ſcurra vero alterius gratia loquitur.

De Peroratione. Cap. XIX.



Eroratio autem ex quatuor conſtat: ex iis quæ faciunt vt bene de nobis, male de aduerſariis auditor ſentiat. Quæ amplificant, aut extenuant. Quibus in affectus auditor impellitur. Quibus in memoriã dictorum reducitur. Natura enim ſit, vt cum te quidem veracem, aduerſarium vero mendacem oſtenderis: tunc vel laudes, vel vitupe- res, & omnino ſupermoliaris. Eſt autem horum duorum alterum cõſiderandum, aut quod is ſemper bonus, aut ſimpliciter: ille vero quod his infeſtus, aut ſimpliciter. vnde vero tales boni aut infeſti F fiant, iam dicti ſunt loci. Poſt hęc autem natura duce, quod iam demonſtratum eſt, aut amplificandum, aut attenuandum eſt. opus enim eſt, vt quæ facta ſunt pateant, priuſquam ipſorum quantitas explicetur. nam & corporum incrementum ex præexiſtentibus eſt. Vnde autem amplificandum attenuandumq; ſit, iam pridẽ expoſiti loci nobis ſunt Poſtea vero cum iam & qualia ſint, & quanta ſint, pate factum eſt, in affectus auditor impellẽdus eſt: qui ſunt commiſeratio, indignatio, ira, odium, inuidia, æmulatio, contentio: quorum etiam loci iam dicti ſunt. Quare illud iam reſtat, vt prędicta in memoriam reducantur. quod ſic conuenit facere, ſicut in exordiis nõ recte præcipiunt faciundum. nam vt facilia intellectu ſint, ſæpius idem dicere iubent. Verum ibi quidem res ſummatim dicenda, ne auditores de quo ſit iudicium ignorent: hic uero ea quibus demonſtratum eſt, per capita repetenda. Initium autem repetitionis, quando perſoluit iã

A quæ pollicitus est, quare & quæ dicenda erant, & de quo dicendum. repetuntur autem per collationem eorum quæ ab aduersario dicta sunt. Conferuntur igitur aut quæ de eodem ambo, aut quę opposita dixerunt. sed hic quidem hęc de hoc, ego vero hæc, & propter hæc. Aut per illusionem: vtputa, Et hæc quidem hic: ego vero hæc, atque hæc. Et sic, quid iste nunc faceret, si hæc atq; hęc demõstrasset, & nõ illa? Aut per interrogationem, quid non demonstratum est? Et econtra, quid ab isto demonstratum est? Aut igitur sic aut per collationẽ, aut ordine quo dicta sunt prius tua. Et rursum, si ita vis, quę aduersarii dixerunt, seorsum. Fini vero dissoluta maxime, atq; per articulũ oro idonea ẽ, vt poratio nõ oro sit: Dixi Audistis, Habetis, Iudicate.

AVERROIS CORDVBENSIS IN LIBROS RHETHORICORVM ARISTOTELIS PARAPHRASES, *Abramo de Balmes interprete.*

LIBER PRIMVS.

B

Præfatio diuiditur in duo capita.

Caput Primum. De libri necessitate, & cui scientiarum attineat.



Rs quidẽ Rhetoricę affinis est artis Topicę: quoniã ambę vnum finẽ intendunt, qui est eloqui cũ alio ex quo neutra istarum artium hõ secum ipse vtitur, sicut est dispositio artis Demonstrationis: sed vtitur eis cum alio. & quodãmõ cõueniunt in vno subiecto; ex quo ambę largiunt speculationem in omnibus rebus. & earum vsus est cõis omnibus: hoc est, ꝙ vnusquisq; boĩum naturaliter vtitur orationibus topicis, & orationibus rhetoricis. Hoc ãt ita fuit: qa neutra earũ est scĩa determinata in se inter sciẽtias, & hoc, qa sciẽ hñt subiecta propria, & singuli hoĩes vtũtur eis particulariter. Ex quo ãt ambę istę speculantur ambitũ entiũ, & ambitus scientiarũ speculatur ambitum entium: ambitus itaq; entium est quodam modo cõmunis ambabus. Quando autem istę scientię sunt communicantes, iam sequitur ꝙ speculatio de eis sit vnius artis, quę est ars Logicę. Reperitur autem vnusquisq; bo

Rhetoricam affiniẽ esse artis Topicę.

C minum vtens aliquo modo rhetorica, & perueniens in aliquam eius mensurã. & hoc secundum duas species orationum, quarum vna est cõtentio, & scda doctrina & directio & magis fit hęc in propriis subiectis huius artis, quę sunt sicut accusatio, & defensio, & reliquę orationes, quę sunt ex rebus particularibus. plures aũt eorũ reperiuntur, qui perueniant in eorũ intentum hoc opere. Quidã vero homines sunt, qui hoc agunt cõtingenter: & quidam sunt, qui hoc agunt consuetudine & habitu firmo. Notum aũt est ꝙ qui ageret hanc artẽ habitu firmo. pręstantior sit, q̃ illę, qui id ageret contingenter. qñ aũt hoc ita fuerit, qui ageret illud habitu firmo & sciret causam, qua ageret suam actionẽ, esset perfectior & dignior. Hæc autem est res, quam scit vulgus, & eo magis singulares egregii. & ideo debuerũt partes huius artes describi in aliquo libro. Nõ sufficit aũt id qđ reperitur ex hoc naturaliter solũ, neq; cõsuetudine: sicut est dispositio plurium artium syllogisticarum. Quilibet aũt nostrorum maiorum, qui locutus est de hac arte, de nulla re, quę sit conformis parti necessarię fuit locutus, neq: de re, quę magis digna est, ꝙ sit artificialis. & illę sunt res, quę faciunt cadere veritatẽ oratoriã, & pręcipue rationes q̃ vocantur in hac arte enthymemata, quę sunt basis verificationis, quę inuenitur in hac arte, hoc est quę fit ex ea per se. Hi autẽ nõ loquuntur de rebus, quę faciũt cadere veritatẽ oratoriá omnino, nisi de enthymematibus quę sunt digniora ad hoc, Veruntamen qui

Aduersus eos, qui ante Aristotelem de arte Rhetorica scripserunt.

loquuti sunt, multiplicarunt verba, quę sunt extra verificationem : sed concur- D
runt vt res adminiculantes casui verificationis : sicut est sermo de terrore, &
misericordia, & ira, & passionibus animalibus his similibus, quę nõ disponunt
modũ rei, cujus expolitio intenditur primo & p se : sed disponunt modũ boni
judicantiũ & contendentiũ: immo dirigunt ad veritatem, non efficiũt ipsam. Et
si inuenirentur ea res partiũ Rhetoricę in quibusdã ciuitatibus, q̃ reperitur nũc,
nõ esset vtilitas ei de quo loquuti sunt isti de Rhetorica : licet jam loquuti sint
de eo sermone expedienti. Et sunt ciuitates, in quibus nõ discernit statutũ earũ
coram iudicibus res, quę inclinant iudices & cogunt eos ad alteram duarum re
rũ: sed discernit res, quę faciunt cadere veritatẽ solum. Et hoc, quia hominũ ci
uitatũ hoc tempore reperiuntur duę sectę. Quędam enim earum est, quę sibi vi
detur ꝙ conueniat ꝙ confirmentur statuta, quibus homines ciuitates corrigan-
tur secundũ animas ciuiũ omnibus rebus, quę impressionẽ habent ad verifica-
tionẽ: siue fuerint res facientes cadere verificationẽ, seu res extrinsecę. Et quę
dam earum est, quę prohibet meminisse alicuius rerum, quę sunt extrinsecus, et
pręcipue corã iudicibus : sicut res est in loco incolatus Philosophorũ, & Athe
narũ, & aliarũ ciuitatũ Gręcorum. Quidam aũt visi sunt sibi, ꝙ vsus omnium
rerum habentiũ impressionẽ ad verificationẽ confirmationis rerũ, quarũ confir
matio intenditur modo rhetorico, est maxime cõueniens. & si hac regula vtere
tur aliquis homo, conuenit ꝙ eius vsu sit peritus huius artis, animosus, morige- E
ratus. Significat aũt ꝙ rebus quę extrinsecus sunt, non sit magna vtilitas ad
hanc artem: quia qui intendit confirmare aliquam rem coram iudicibus, aut cõ
firmaret rem quę est, aut quę non est solum, hoc est ꝙ ipsa fuerit, aut nõ fuerit,
& hoc qñ legislator decreuerit, ꝙ illa res, de qua ẽ accusatio sit magna aut par
ua, & ꝙ sit iustitia vel iniquitas. aut confirmaret ambas res, & hoc, quando
lex non decreuerit illã rem, de qua est sermo. Vsus vero passionũ ad confirma
tionẽ, ꝙ in re sit iniquitas, vel iustitia, est impossibilis. & hoc, quia passio per
amorẽ vel odiũ sit rei particularis: iustitia aũt, & iniquitas sũt res vniuersales.
Per vsum vero earum qñ res fuerit, aut non fuerit, est eis impressio quędã, sed
non inferunt ipsam rem esse aut non esse p se: sed inclinarent iudicẽ, ꝙ dicat ꝙ
sit veridicus de ea re, de qua argumentatus est: aut non fuerit veridicus, absque
eo ꝙ nouiter facta sit iudici aut aduersario verificatio ad hoc de re, de qua est
sermo. Iam aũt oportet ꝙ ipsa statuta sint decernentia, ꝙ res sint iniquitas aut
iustitia: iudicium aũt ꝙ res sit huius singularis aut non sit, est iudicum. & harũ
ex causa ipsi iudicãt paucas res. Et hoc duabus rebus. Primo, quia raro est ꝙ
reperiatur iudex, qui possit discernere res scd̃m suam veritatẽ, & ponat hãc
rem esse iniquitatẽ, & hanc iustitiã, nisi per pausillum tẽporis : plurimi aũt iu-
dices qui reperiuntur in ciuitatibus, pro maiori parte temporis non habẽt hãc
potestatem. Secundo autem, quia ad constituẽdum ꝙ res sit iustitia aut iniqui- F
tas, indiget ipse constituens illa statuta tempore prolixo. hoc autem nõ cõtinge-
ret pauco tempore, quo cadit controuersia de re coram iudice. Per locũ autem
istarum duarũ rerũ difficile esset iudicibus iudicare, ꝙ hęc res sit iustitia aut
iniquitas, & vtilis aut noxia: sed iudicãt, ꝙ ceciderit res ab hoc homine, aut nõ
inciderit. & hoc propter eius manifestationem, & quia est res, quã impossibile
est ꝙ instituens imposuerit eam. Quando autem res ita fuerit, notum est ꝙ isti,
qui loquuti sunt de Rhetorica ex rebus quę sunt extrinsecę, hoc est de exordi
is & narrationibus & affectibus, & illis quę talis cõditionis sunt, nõ sunt loqu-
uti de aliqua re quę concurrat in oratione concursu partis: sed sunt loquuti de
rebus quę concurrunt consursu passionum, sed nõ sunt loquuti de aliqua rerũ. q
bus fiũt verificationes artificiales, quę primo, sunt ipsa enthymemata. Quia aũt
nos videmur nobis, ꝙ enthymemata sint basis huius artis, credimus ꝙ oratio,
quę fit scd̃m modũ iudicii & controuersię coram iudicibus, & oratio quę fit se
cundũ modũ directionis & doctrinę, sint vnius artis, quę est hęc ars. his vero, q
loquuti sunt de hac parte Rhetoricę, oportet ꝙ non attribuant huic arti ex ser
monibus huius artis nisi illũ qui fuerit scd̃m modũ controuersię, et iudicij: neq;
de oĩbus speciebus quibus fit iudicium; sed de viliori specie, q̃ sunt res noxiorũ,

de quibus fit iudicium coram iudicibus . De iudicio vero quod fit in impositio-
A ne institutorum,non habet vtilitas in eam partem Rhetoricę,de qua hi loquu
ti sunt : ex quo isti non loquuntur de aliqua re ipsorum enthymematū,sed ipsi
putant ꝙ ex quo loquuti fuerint de rebus,quibus vituperatur res.aut commen
datur,ꝙ iam loquuti sint de omnibus rebus, quibus vtitur sermones oratorii .
Vti aūt in oratione rebus quę sunt extrinsecę absq; vsu rerū,quę sunt corporis
sermonum oratoriorum,est opus vile.Non est autem cuiuspiam dicere,ꝙ oratio
nes, que sunt in iudicio , non indigeant cū rebus,quę sunt extrinsecę aliqua re ,
quę sit corporis rei,ex quo in maiori parte ciuitatū instituta sunt,quę describūt
quid sit iniquitas,& quid iustitia,& magnum aut paruum, & non indigetur in
hac specie orationis,nisi eo quod inclinat iudices solū.& hoc diuerso modo a di
spositione orationū,quę fiūt in rebus deliberatiuis:quia orationes deliberatiuę,
quatenus vtuntur eis in peccatores,ex eo quod est vtile aut noxium,sunt magis
conuenientes orationi quā orationes iudicatiuę,hoc est,quibus cōfirmetur,ꝙ il
li fecerint iniquitatem,aut fecerint iustitiā,Et non est hoc in peccatoribus solū,
quia hęc est dispositio sermonis de rebus deliberatiuis cum sermone de rebus iu
dicatiuis.& hoc,quia iudices iudicant res,de quibus fuit deliberatio apud vul-
gus,quod est,ꝙ hęc res,de qua fuit deliberatio, sit vtilis aut noxia:& nō est ei
mendum ne iudices paruipendant eam. Quando aūt res ita fuerit, loquēs coram
B illis non indiget,ꝙ confirmet vltra ꝗ̄ res sit vtilis,aut noxia.& in hoc cōuenit
secum ipse iudex.& impossibile est ꝙ contendant propter coęquationē notitię
plebis,& iudicis de vtili & noxio.Loquens vero coram iudice de rebus iudi
cialibus,indiget ꝙ caueant iudices, quando definiunt sermonem , ꝙ hoc sit iu-
stū,aut hoc sit iniquū.quoniam notitia iustitię , & iniquitatis est res extranea
apud plebē,homines vero sciunt illud per legem. & ideo possibile est ꝙ iudex
admittat loquētī rem,ꝗ̄ intenderet cōfirmare,& nō perueniat ei id iniquitatis
aut iustitię,qđ est in ea,& ideo indiget loquens coram eis,ꝙ cognoscat res,quę
sunt iniquitas,& quę sunt iustitia,& res quibus constituitur, ꝙ sint iustitia aut
iniustitia.Et propter hunc locū inhibet statutum pluriū ciuitatum loqui corā iu
dice de rebus quę inclinarēt & cogerent eos cōtra alterutram partium,sed per
missum est eis loqui corā illis de rebus terminatis,ex his quas descripserat im-
ponens statutum. Loquēs vero de rebus deliberatiuis non indiget tali cautela.
iudices enim vltra modū cauent dicere de vtili ꝙ non sit vtilis:aut de noxia ꝙ
non sit noxia:ex quo hoc est ex his , quę deprimerent eorū gradum apud ple-
bem propter coęquationem,suę notitię,& notitię iudicum de illa. Quando aūt
res ita fuerit,igitur in rebus iudiciarijs Rhetor magis indiget notitia rerum,quę
incidere faciunt in verificationem, ꝗ̄ indigeat ipse Rhetor in rebus deliberati
uis.Quoniam autem notum est ꝙ ille,ad quem fit sermocinatio de re,circa quā
C est controuersia,intendit verificationem & accessionem de rebus, quę attribuū
tur huic arti:hoc aūt non fit nisi constitutione rei apud ipsummet ꝗ̄ scit ipsemet
viens : & hoc quia nos concedimus rem,quando videmus ꝙ iam constituta sit
apud nos.res autem illa,qua constituuntur res modo oratorio,est ipsum enthy-
mema,quoniam hoc est fundamentum verificationis:& eius basis de rebus,qui
bus ponitur hic modus verificationis,hoc est verificatio oratoria:enthymema
autem est quędam species syllogismi : notitia autem syllogismi est pars artis
Logicę.licq; tā sequitur ꝙ Logicus sit,qui speculetur hāc artē,aut totā ipsam,
aut quasdā eius partes.Manifestum autem est,ꝙ qui nouerit ex quot rebus com
ponatur ratio,& qualiter fit,& quando fit, magis potest facere ipsum enthyme
ma ꝗ̄ qui nouerit ipsum enthymema solū absq; ꝙ cognoscat syllogismū, qui
est eius genus,At illa q̄ excederet vltra hoc,& cognosceret quare fiāt ipsa en-
thymemata & differentias quę sunt inter enthymemata,& inter reliquos syllo-
gismos,quibus vtuntur alię artes,habet maiorem potestatem ꝗ̄ illi.Notitia aūt
istorū est artis Logicę:quoniā eiusdē potentię hoc est artis vnius & eiusdē est
ꝙ cognoscat rem quę est veritas,& eā quę est similis veritati . rhetoricæ autē
verificationes,& si non sint ipsa veritas,sunt similes veritati. Rursus quia ho-
mines secundum suam naturā sunt dispositi omni dispositione ad consistendū in

pra ipsam veritatẽ,& vt plurimum inclinatur ad ipsam, & assequũtur ea: illę
aũt,quę nobiliores sunt,ex quibus sunt ipsa enthymemata,sunt similes veritati: D
quoniam oriuntur plebi ortu veritatis.id autem quod est simile veritati ingredi
tur scientiam veritatis,quę est scientia Logicę.quando autem res ita fuerit,iam
declaratum ẽ ꝙ imminutio illorum ab eo i quo loquuti sunt de re ipsius Rhe
toricę,fuit,quia non erat apud eos notitia Logicę:& ꝙ reliqui qui loquuti sunt
in Rhetorica,& qui vtũtur orationibus rhetoricis solũ,pręter ꝙ pręmittãt sci
re has res quę sunt basis Rhetoricę,ipsi loquũtur de rebus,quę cõcurrũt in ora
toria cõcursu ornantenti & decoris.quod fit in patulo rei & eius extrinseco,nõ
de rebus quę graduantur in ea gradu eius,quo est cõsistentia rei & suũ esse:&
si iam puteiur ꝙ in his quę fecerint,iam peruenerint ad vltimum orationũ rhe
toricarum, & processerint in hoc processu rectitudinis & veritatis.

Caput Secundum. De Vtilitate artis Oratoriæ.

ORatorię autem sunt duę vtilitates. quarum vna est,ꝙ ea inducantur
politici ad opera studiosa.& hoc,quia homines naturaliter declinant E
in cõtrarium virtutum rectarum.& quando nõ cogunt eos sermones
oratorii,pręualent eis contraria operum rectorum. hęc autem est res
turpis,cuius author dignus est correctione, & inhibitione,hoc est in.
le,qui declinaret ad contrarium rectorum operum: aut rector qui non cogeret
politicos sermonibus oratoriis ad rectas virtutes. Intendo autem per rectas vir
tutes,eas quę sunt virtutes inter alterutros homines,hoc est inter ipsum & eius
sociũ,quęcunq; res fuerit illa societas nõ quo ad semetipsum.Scda aũt vtilitas
est,quia non contingeret,ꝙ vtatur demõstratione cum quolibet singulari hoie
de rebus speculabilibus quas voluerimus verificare.& hoc,aut qui homo iam
adoleuit in famosis diuersis a veritate. quãdo aũt ,pcesserit contra res in qbus
adoleuit,vilescit eius persuasio:aut quia eius natura inepta sit ad receptionẽ de.
mõstrationis omnino,aut quia impossibilis est eius manifestatio per illam exil
lo pausillo,ex quo intẽdit casum verificationis p eã. Et ,ppterea iã indigemus
vt faciamus eãdem verificationẽ per pręmissas cõmunes nobis & illi, ad quẽ
est sermocinatio, hoc est per probabiles. Et in hac vtilitate cõmunicat hęc ars
cum arte Topicę:sicut meminimus de hoc in libro Topicę:iuxta verba nostra
de rebus,qbus possibile est nobis ꝙ declaremus diuersa quęsita, Arti aũt isti
possibilis est persuasio duorum cõtrariorum simul , sicut est possibile hoc per
rationẽ Topicã.& hoc,quia iã nos persuaderemus in adulterum,ꝙ faciat ma- F
lum & ꝙ nõ faciat malum.Nõ intẽdo aũt ꝙ nos faciamus ambas res simul vno
tẽpore,sed hoc faciamus vno tẽpore & hoc alio tẽpore,secundum ꝙ magis ex
pedierit.Et hoc,qa valde fit ꝙ rei qđ expedit vno tẽpore illius,cõtrarium ex
pediat alio tẽpore. Ac etiã,quia quando res quę constituunt rẽ , & suũ cõtrariũ
fuerint apud nos consuetę.& audiremus aliquem loquentem,qui iam tradide.
rit persuasionẽ cõtrarii qđ non est iustũ,possibile esset nobis hac virtute ꝙ de
struamus eius sermonem. Hę itaq; duę vtilitates sunt in ipsa potestate , quę est
huius artis ad persuasionẽ rei,& eius cõtrarii:& non reperitur hæc positio ali
cui rei artiũ rationaliũ in his duabus artibus,hoc est Rhetorica & Topica. Et
ambę istę artes sunt ęqualiter dispositę ad persuasionem duorum oppositorum,
hoc est,ꝙ neutra earum reperiatur vehementioris aptitudinis ad persuasionem
vnius duorũ oppositorũ ꝙ̃ ipsa sit ad alterum:sed aptitudo quę reperitur in am
babus ad persuasionem duorum oppositorum est ęqualiter. Rerum vero sub.
ditarum his duabus artibus,hoc rerum,cum quibus persuadetur, & p quas per
suadetur aptitudo ad receptionem persuasionis non est ęqualiter,neq; bonitas p
suasionis in eis est æqualiter . Sed quando res,quibus persuadetur, fuerint veri
sermones oratorii,& topici,quibus vtitur,sunt magis vtiles & magis admira.

A biles, Non cõuenit autem ꝙ opinemur ꝙ turpis sit homini fatigatio nocẽdi suis
manibus, & nõ opinemur ꝙ sit turpis fatigatio nocẽdi sua ligua: cuius damnũ
est damnũ ,pprium hominis, hoc est ꝙ fatigetur homo a nocẽdo per suã linguã
damno vehementi , non solum damno quod est ipsius iustitię , sed etiã damno
quod est ipsius iniquitatis. quoniam iam putatur, ꝙ hęc res reperiatur cõmunis
omnibus virtutibus, quarũ hęc ars est pręter artem theoricam & moralem: &
eo fortius in rebus magnis expedientibus, sicut est robur , & sanitas, & diuitię,
& imperium, & similes istarũ rerum ex expedientibus: hoc est, ꝙ singula horũ
bonorum apta sint, vt possidens ea iuuet altũ a se vtilitate vehemẽti, quando vte
retur iustitia , & noceret per ea damno vehementi , quando vteretur iniquita
te: quoniã sanitate, & robore, & imperio homo vtitur ad damnũ & ad vtilita-
tem. & sic est res Oratorię. Sicq; iam declaratũ est, ꝙ hęc ars non speculetur
alterũ duorum oppositorum, sed speculatur ambo ęqualiter , sicut est dispositio
Topicę, & ꝙ illa valde expediat ad hoc. Non est autem huius artis tradere
persuasionem omnino, hoc est, ꝙ non sequatur ad eius actionem persuasio neces
sario, sicut actionem carpentarii sequitur esse sedis necessario, quando non fue
rit ibi aliquod extrinsecus impediens: sed eius operis est ꝙ notificet oĩa q̃ tra
derent persuasionem rei, & conducat ea in illa rem, licet nõ ceciderit persuasio.

Quod sit Rhetoricę odus.

Dispositio autem huius est sicut dispositio plurium artium: sicut est ars Medici-
B nę, quia eius actionis non est sanatio omnino, sed eius operis est, ꝙ ex hoc pro-
ueniat vltimũ rei, qd' possibile est fieri in illa re, quę intẽditur sanari. Et ideo
iam conuenit operibus harum artium, qui non fuerit suorum virorum, sicut sa-
nat qui nõ fuerit medicus, & persuadet qui non fuerit orator. sed verum opus
est ipsius artificis. & hoc quia finis sequitur hoc opus vt plurimum: illud aũ vt
in paucioribus. & sicut in Topica est syllogismus, & est, qui putatur esse syllo
gismus, sed non est syllogismus, qui est syllogismus falsigraphus: sic est in ser-
monibus persuasiuis, qui fiunt in hac arte, est q tradit ꝑsuasionẽ, & est qui puta
tur esse ꝑsuasiuis absq; ꝙ ita sit. Sed ex quo falsigraphus nõ fit falsigraphus ꝓp
vim & habitũ, quo efficit orationes falsigraphus: sed est falsigraphus, ꝓpea q̃
intendit intuitu illarum orationum gloriam, & ipsa bona extrinseca: & hoc vt
conducat ad putandum ꝙ ipse sit sapiens. Topicus autem est Topicus ꝑ habitũ
prouenientẽ ei ex ipsa arte . Sicq; consequẽter sermones falsigraphi non sunt
pars artis. Topicę, hoc est, ꝙ putetur de eis ꝙ sint syllogismi Topici, quãdo fa
cti sunt vi huius finis . qñ vero facti sunt ad modum tentationis, tunc sunt eius
pars. Rhetor autẽ, ex quo est Rhetor ꝓp res quę sunt extrinsecę, sicut gloria et
alia reliqua bona, & est Rhetor ꝓp habitum huius artis: ideo orationes traden
C tes persuasionem, cum non sint persuasiuę, sunt pars huius artis. quoniã qd' intẽ
tum est per has orationes in hac arte est idem quod est intentum Sophisticę.
Hoc autẽ ita fuit: quoniam intentum huius artis ex eo cuius ꝑsuasionem intẽdit
est ipsa passio, vel ipsa passibilis qualitas. quando autem prouenerit hoc ab eo
nõ est differẽtia, siue eius ꝓuentus sit ex orationibus ꝑsuasiuis vere, aut ex ora-
tionibus, quę putantur esse persuasiue, sed non sunt persuasiuę. Et si hoc opus in
tentum sit species eius, ad quẽ est sermocinatio: aut affectus est quoddam bonum
illius, non Rhetoris, orationes, quę putantur esse persuasiuę, & non sunt persuasi
uę, ingrediuntur hanc artem, modo quo orationes, quę putantur esse Topicę &
non sunt Topicę, ingrediuntur artem Topicæ, ex quo non intenditur per illas
deceptio. Si autem intentum Oratoris est, ꝙ proueniat ei aliquod bonorum q̃ in
tendunt Sophistæ, oratio quę putatur esse persuasiua, cum non sit persuasiua, qua
tenus est falsigrapha est, pars huius artis, & nõ ingreditur artẽ Topicæ. Licet
aũt sit aliqs q loquutus est de hac arte: cuius vtiluatum meminimus, attamẽ nõ
fuit locutus quatenus sufficeret de suis rebus , de quibus intenderamus habere
sermonem ab initio rei. & hoc, quando referemus ex quibus rebus compona-
tur hęc ars. & qualiter componatur . Id autem, de quo loquuti sumus ante hoc,
est ac si non esset nobis primum intentum: ideo conuenit ꝙ feramus hic sermo
nem de illis, Redeamus autem ad nostrum intentum , ac si nos incęperimus ab
hoc loco,

TRACTATVS. D

Caput Primum. De definitione Rhetoricæ, & eius diuisione.



Ncipiamus aūt primo, & definiamus hanc artem, & enunciemus quid ipsa sit, & circa quę sit. & hoc quādo nouerimus suū genus proximū & suam differentiā ei propriam. deinde ꝓcedemus hinc ad narrationē suarum partium ad modū resolutionis definitionis. Rhetorica aūt est vis amplectens in se onus persuasionis possibilis de qualibet rerum separatarū. Intēdo aūt per vim artē, quę agit in duo opposita, & eius finis nō sequitur suā actionē necessario. Intendo aūt per amplectēs in se onus, ꝙ ponat suū scrutiniū ad apprime perscrutandū actū pſuasionis possibilis. Intendo aūt per possē pſuasionē, possē ad hanc rem, de qua est sermo, hoc aūt fit ad vltimū eius qđ posse fuerit de illa. Et qn̄ dico de qualibet rerū separatarū, intendo ac si diceretur de singulis singularibus, quę sunt singulorū decem predicamentorum. Et hęc est dr̄ia qua hęc ars differt a reliquis artibus, de quibus putatur ꝙ tradant persuasionē de rebus, quę speculantur. & hoc, quia E ois ars docet, hoc est demonstratione declarat, & largitur persuasionem de genere quod speculatur, non de oībus generibus. exempli gratia, quia Medicina docet Demonstratiuam, & persuadet de sanitate & ęgritudine & suis speciebus: sic & Geometria Demōstratiuā docet, & Persuasiuam de magnitudinibus & figuris, quę insunt corporibus. Rhetorica vero laborat ad tradendā persuasionem de omnibus rebus cuiusq; ꝓsenti fuerint, & quodcunq; fuerit illud genus. & ideo nō attribuitur generi appropriato. Res vero, quę efficiunt fidem huius artis, quędā sunt, quę sunt artificiales, & illę sunt quarū esse est nostri arbitrij & animaduertentię: & nos efficimus eas. Et quędā earū sunt nō artificiales: & sunt illę, quarū esse non est nostri arbitrij & animaduertentię. sicut sunt testimonium, coactio, & statuta & coassimilia eorum, de quibus infra fiet mētio.

Rerū fidē facientiū alię artificiales alię non artificiales.

Artificialium vero rerū, quarū nos sumus efficientes, quędā sunt res, de quibus iam precessit & vsus est ipsis in arte alius a nobis: sicut est acceptio cōtrouersię per exempla consueta, quę posita sunt & famosa. Quędā aūt sunt, quas nos nouiter inuenimus ad orationē, in qua est persuasio, & acquisiuimus eas. Verificationes vero, quas nos facimus & nouiter inuenimus, sunt triū specierū. Quarum vna est cōstitutio loquentis, qua constituit virtutē suę aīę qua cōuenit vt sit veridicus, & ꝙ apud locutionē sit secundum dispōnem sui vultus & membrorum, cuius moris sit, ꝙ faciat occurrere in verificationē rei de qua est sermo. sicut est raritas, & pondus verborū, & alia preter hęc. Virtus aūt, cuius hic est mos, est illa, quā Arist. vocat conuertibilē predicationē. Dispositio aūt, cuius hic est mos, est illa, quā vocat nobilitatē directionis versus ipsum intentū. Iā aūtem significatur ꝙ virtuti sit nomē ad verificationē, quia Iusti studiosi veridici habentur cito absq; sermone, quē onere amplectantur de illa re, hoc autē fit de rebus manifestis sensui, quas putāt ꝙ senserint eas: sicut ꝙ religiosus aliquis biberit vinum, aut interfecerit quēquā. Narrationes vero eorū de rebus latentibus sensum, & sunt illę de quibus putatur ꝙ illud quod senserant de talibus, aut cogitauerunt de eis, quando illę res possibiles fuerint, ꝙ sensus suspicaretur de eis, nō verificantur de rebus, quę argumentantur de talibus rebus, absq; ꝙ vtantur oratione ad constitutionē huius rei. Et ita est sicut putauerunt id, de quo mentionē fecimus, ꝙ ipsi dixerunt de Rhetorica, ꝙ grauitas & vultus expediat ad capitulū affectionis solum. Secunda vero spēs verificationum est species, quę facit acquirere audienti affectū quendā de oratione, quem sequatur verificatio rei, de qua est oratio: qm̄ nostra verificatio rei, et noster assensus illi nobis existentibus sub dispōne lętitię & mœstitię nō est vna verificatio. & sic, qn̄ essemus sub dispōne irę de aliqua re, aut sub dispōne cōplacendi nobis

Artificialiū genera tria.

B de ea. Hę aūt fuist res, de quibus loquuti sunt isti, de quibus mentionē fecimus, φ loquuti fuerint de hac arte. Tertia vero spēs verificationum est constitutio rei per sermonem tradentem persuasionem, aut qui putatur φ tradat persuasionē. & hoc de rebus particularibus, de quibus persuadet hęc ars, Quando autē verificationes huius artis fuerint his modis, manifestum est φ ille, qui valet persuadere persuasione possibili de vnaquaq; re, est qui nouerit tres res. quarum prima est ipsa notitia orationū tradentium persuasionē. secunda aūt est notitia morum & virtutum loquētis, tertia aūt est notitia affectuum audientis. & hoc, quādo nouerit vnumquemq; affectum quid sit, & ex qua re fiat, & quando fiat, & qualiter fiat. Hęc itaque ars est composita ex arte eloquentię, & ex arte morali, hoc est Politica. Non reperitur autem pręcedentibus tractatus perfectus de illius partibus, aut propter suam ignorantiā, aut quia iactantur pręalijs: & fierent sibi auari de eo quod illis constiterit de hac re per locū honorū, quę sunt extrinsecus. Hęc ergo ars est pars artis Logicę, quę similis est Topicę ex eo, φ ipsa speculatur duo opposita, & neutra earum speculatur rem determinatam speculatione, qua tradatur prouētus veritatis. sed tradunt ex speculatione prouentum eius, quod est infra veritatem, Iam autem dictum est de hoc in pręmissis sermone sufficienti.

B *Cap. Secundum. De instrumentis Rhetoricis.*

Conuenit aūt φ incipiamus notificationem orationum persuasiuarum, et eius quod appareat esse tradens persuasionē. Et dicamus φ orationum, quibus fit confirmatio et cōfutatio, sicut in arte Topicę, sunt duę species, quarū vna est inductio, & id quod putatur esse inductio: secūda aūt species est syllogismus, & id quod putatur esse syllus. Sic orationes confirmantes & confutantes in hac arte sunt duarū specierum: quarum vna est similis inductioni, quod est exēplū: altera aūt est, quę similis est syllo, quod est enthymema. Enthymema autē, quod putatur φ sit enthymema, & nō est enthymema, assimilatur illi syllo, qui putatur φ syllus, cum non sit syllus. Et sic exēplum quod putatur φ sit exēplum, & non est exēplum, simile est illi inductioni, quę putatur φ sit inductio, cū nō sit inductio. Igitur enthymema est sylls rhetoricus, & exēplum est inductio rhetorica. Oratores aūt (quando aiaduertitur suum negocium) manifestatur φ faciant summam verificationum, quę fiunt in oratione scdm has duas species, hoc est, aut exemplo aut enthymemate. & hoc, quia ipsi intendunt hoc suo oprre assimilationem inductionis & C sylli, Id aūt quod agit ex hoc, agit illud in quantū est verum exēplum, & verū enthymema: aut inquantum putatur de eo φ ita sit. Iam aūt declaratum est in libro Priorum, φ oīs verificatio fiat per syllm, & φ inductio & exemplum faciant acquirere verificationem, quatenus in eis est de vi sylli. Quid vero sit syllus, & quę sit dria inter eū et inter demōstrationem, iam dictum est in libro Topicorum: & iam declarata est ibi etiam dria inter syllm & inductionē. Inductio aūt & exemplum conueniūt in eo, φ ambo constituunt, φ hæc res sit ita, aut nō sit ita, propter esse huius rei aut non esse eius in suo simili. Enthymema aūt & sylls conueniunt in eo, φ ambo sunt oratio, in qua ponitur aliqua res, & infert ex ea alia res. Quādo aūt res ita fuerit, manifestum est φ in vno quoq; istorum generum orationis sit spēs rhetorica, spēs topica, & spēs demōstratiua, & species sophistica: quia sicut reperiuntur in his artibus inductio & syllus, sic in rhetorica reperiuntur exemplum & enthymema. Sed differunt in his artibus per modum faciendi, hoc est in arte Demonstrationis, & in arte Topicę. Sylls aūt topicus est tutior quā inductio: exēplum vero in rhetorica est magis persuasiuum quā enthymema, quia magis procedit contradictio in enthymema quā procedat in exēplū. Causam aūt huius nos referemus in medium post hęc, ac etiā qualiter faciamus has res. hic vero conuenit φ determinemus hos duos modos persuasionis, hoc est enthymema & exemplum. Et dicamus φ oratio persuasiua aut largitur persuasionem uni homini, aut vniuersitati hominum, aut

Quę argumentādi species.

pluribus hominibus . Ac ēt quędam est, cuius persuasio fit de re vniuersali, & D
quędam est, quę fit de re particulari. & vtriusq; istarū, quędam est cuius persua
sio est nota per se, & quędam est cuius persuasio est per aliud. Eius aūt, cuius
persuasio est per aliud in particularibus, sunt duę species. Quarum vna est ꝙ
diceret quispiam, quia ita est generi, est ita p talem locū : sicut est sermo dn̄is,
ꝙ potus oxymellis expediat tali, quia est febricitans : hoc aūt est, quod dici
tur enthymema. Secunda aūt species est, ꝙ dicatur talis ita sit, quia ipse est si
cut talis, sicut ꝙ talis diceret, ꝙ talis recipiat vtilitatē potus oxymellis, quia
recepit vtilitatē de eo. & hoc est, quod vocatur exemplū. Ars aūt ista nō vtit
orationibus persuasiuis, quę sunt persuasiuę vni hoī : quia hoc est infinitum &
ignotū vtenti eis. & ideo hęc ars nō fit ex pręmissis laudatis, hoc est creditis,
q̄ creditę sunt vni hoium, quę sunt opiniones, quę nouiter fiunt hoībus apud de
syderium & appetitū: sed vtitur laudatis apud plures aut oēs, sicut modo, quo
vteretur ars Topica. Quando aūt res ita fuerit, id quo differt syllſ, qui fit in ar
te Topicę, & in arte Demōstrationis ab enthymemate qd' fit in hac arte, est,
quia syllſ regulatur regula, qua oratio concludit necessario : enthymema vero
regulat suas pręmissas regula consueta, ꝙ ei assentiatur a plebe. Hoc aūt est cō
uerso regulę artificialis. & videntur sibi, ꝙ hoc sequatur ex parte artis, non ex
parte re. in se. Ac etiā quia regula artificialis determinat ꝙ declarentur in il
lo oēs eius p̄missę necessarię ad declarationē illius quęsiti ; plebs aūt nō valet E
intelligere illationē cōclusionis, quę infertur ex pluribus p̄missis. Ac re⟨?⟩ quia
ipsi nō ponūt distantiā inter conclusionē, et rē ex qua sequitur conclusio, hoc ē
ꝙ ipsi nō declarent syllōs per duas pręmissas simul cum conclusinoe, sed indu
cunt vnā pręmissam, deinde connectunt eā cōclusioni. Sicut dn̄s, hic deābulat
nocte : ergo est latro, & non dn̄i, ꝙ oīs qui deambulat nocte sit latro, est p̄mis
sa maior. Ac etiā quia enthymemata vt plurimū fiūt de rebus contingētibus,
quod manifestum est de rebus deliberatiuis: quia non consuleret vnus alteri de
re necessaria ī esse, neq; de impoſſi in esse. & pręmissa maior in talibus materijs
est falsa scdm partem, quam non declarant homines in syllſis, qui fiunt in hac
arte, vt non intelligatur falsitas quę in ea est. Ac etiam ex quo syllſi boni vti
les in hac arte sunt duarū spērum : aut syllſi qui componuntur ex p̄missis, qua
rum persuasio est manifesta per se: aut ex p̄missis, quarum p̄missę declarantur
per alias pręmissas secum permistas: et si nō, non declararetur earum laus. Sic
que iam aduenit necessario in hac secunda spē, ꝙ difficilis fiat compositio p̄mis
sarū, quas regularet regula artificialis loco multitudinis p̄missarū, et protractio
morę temporis quo oēs illę declarantur, & regulantur regula artificiali. & hęc
est res, qua nō fiunt prospera opera iudicum, immo defatigant loquētem corā
eis, ꝙ eius sermo sit simplex non amplectēs onus: sicut est cōsuetudo plebis in
hoc . quia qn̄ fit sermo, qui nō est talis dispositionis, non traderet persuasionē, F
hoc est, ꝙ res sit, aut non sit, & ꝙ qn̄ est, sit laudabilis aut nō laudabilis, Sicq;
etiam, qn̄ faceremus verificationē per modum acceptionis similitudinis, & per
scrutatum & positum fuerit secundum modum inductionis, accidit difficultas,
quā descripsimus de protractione morę & multiplicatione. Quando autē hoc
ita fuerit, igitur syllogismi rethorici, qui sunt enthymema & exēplum, fiunt de
rebus, de quibus fit syllſ & inductio simpliciter. Res autem illę accepię sunt
scdm aliam descriptionē, quā sit descriptio, qua accipiebantur in syllō & indu
ctione. Quādo autem fiunt illę res scdm descriptionē, quę declarata est in libro
Priorum, exemplum redderetur inductio, & enthymema syllſ, Illa autem de
scriptio est acceptio syllogismi, & discretio pręmissarum paucarum breuium :
quia persuasio vt plurimum fit pręmissis paucis breuibus, aut pręmissis, quę
sunt in vltimo manifestationis & cautelę ab eo quod earum latuerit. Ac etiā
ꝙ illud, quod est laudabile in hac arte, sit hypothesis, cuius spēs inferens fera
in id quod infertur . quia quando exprimeret homo inferens, & illatum esset,
ac si mentionem fecisset bis de re, & esset nugatio apparens, & secundum hoc
non declararetur medio termino per syllogismum nisi semel, & non experimen
to, sed per vnum simile , & esset ipse syllogismus necessario enthymema , hoc

est imminutus altera suarum pręmissarum. & ideo vocatur enthymema, ex quo altera earum est insinuata: & inductio necessario est exemplum.

Caput Tertium. De generibus præmissarum huius artis.

PRemissę autem rhetoricę syllogismi sunt necessarię, & hoc in paucioribus. & fiunt contingentes, & hoc vt plurimum: qm̃ plurimum perscrutationis vulgaris est eius, quod contingens est esse cuiusdam dispositionis: & contingens est ꝙ non sit illius dispositionis. hoc autem manifestum est de rebus, de quibus est deliberatio. & hoc, quia oẽs illę sunt res factę ab hoie. impoẽe autem est ꝙ res factę ab homine sint neque necessarię scdm esse, neq; impoẽes scdm esse: cōclusiones autẽ necessarię sunt per se ex p̃missis necessarijs, cōtingentes autẽ ex pręmissis cōtingentibus. Enthymematum autem quędam sunt, quę fiunt ex pręmissis laudatis seu icotibus, & quędam sunt ex signis. Intendo autẽ per p̃missas laudatas seu icota, eas quę non sunt signa: sicut ꝙ expediat bñfacere bonis, & malefacere malis. Per signa aũt inten
B do res quę significant esse rei in aliqua re. Et ambę istę spẽs pręmissarum repe riuntur in materijs necessarijs, & contingentibus, hoc est icotibus & signis: & nō repetiuntur solum in contingentibus vt in pluribus. Sed in contingentibus equaliter, & sunt illę, quarum proportio ad premissas contingentes vt in pluribus, est proportio earum, quę sunt vt in pluribus ad necessarias, & est proportio totius & partis, quia veritas necessariarum est magis vlis qua veritas contingentiũ vt in pluribus: ex quo necessarię sunt totius subiecti. Contingentes aũt vt in pluribus nō sunt totius; & sic etiã proportio contingentiũ ęqualiter ad contingentes vt in pluribus est talis proportio: hoc est, ꝙ contingẽtes vt in pluribus verificantur de maiori parte suorum subiectorum quã verificentur cō tingentes ęqualiter. Signorum autẽ, quę accipiuntur terminus medius, quędam sunt, quorũ terminus medius est vniuersalior minori extremitate, & proprior maiori. Et q̃dam eorum sunt, quorum est vniuersalior ambabus extremitatibus. Et q̃dam eorum sunt, quorum est proprior illi. Illud aũt, cuius est vĩor extremo minori & propior maiori, componitur necessario in prima figura. qñ aut fit in materia contingenti vt in pluribus, est illud quod antiqui vocant sife. Exemplũ autẽ eius in materia necessaria est: hęc mulier hẽt *lac*, ergo iam peperit. in contingenti autẽ vt pluribus est; talis accingit sibi gladium et cōgregat
C hoies, & non habet inimicum, ergo vult deficere a rege. Exẽplum aũt contingẽtis ęqualiter est: talis fatigatus est: et qui fatigatur febricitat: ergo talis est febricitans. & hoc est quod vocatur sife. Illud autem, cuius est cōmunior ambabus extremitatibus cōponitur in secunda figura: sed nō concludit nisi scdm apparẽtiam. exẽpli gratia in materia cōtingenti vt in pluribus, est sermo dicentis: Socrates anhelat frequẽter: anhelãs aũt frequẽter febricitat: ergo Socrates febricitat. quia contigeret ꝙ ambę hę premissę sunt verę: & conclusio falsa, ex quo cōtingit, ꝙ Socra. anhelet frequenter propter eius cursum. Quia autẽ hoc latuit plures hoies: qñ ipsi aspiciunt has p̃missas veras, ꝙ concludant falsum, putant propterea ꝙ iam depẽdeat falsum ex illis, & intẽdũt destruere p̃missas. hoc autem difficile fit eis occasione veritatis illarum, & propterea hñt perplexi. Illa vero, cuius medius terminus fuerit vniuersalior ambabus extremitatibus, cōcludit in tertia figura particulare non vniuersale: sed in hac arte accipitur eius cōclusio vniuersalis. Exẽpli gratia, in materia necessaria est sermo dicentis: cunctę res sunt ĩ mundi sphęra, res aũt oẽs sunt ĩ tpe: tẽpus ergo est mundi sphęra. In cōtingẽti aũt est sermo dicẽtis: philosophi sũt iusti, q̃a So. est philosophus & iustus. Actiones autẽ, q̃ sunt in tertia figura & scd̃a, appropriãtur noĩe signi. Illę autẽ, quę fiunt in prima figura, appropriantur noĩe p̃bationum. Illa autẽ, quę est secundę figuræ, est proprior noĩe signi, quã ea quę est tertię: sicut ea, quę fue

rit in contingenti vt in pluribus, appropriatur nomine similis. Si autem fuerit contingentis equaliter, appropriatur nomine enthymematis similis, sicque ex D hoc sermone declaratum est, quid sint laudatę seu icota, & probationes, & signa: & quę sit differentia inter ea. Id autem, quod declaratum est de orationibus syllogisticis secundum veritatem est in libro Priorum: quia ibi declaratum est quid sit syllogismus, & quot sint genera orationũ syllogisticarũ, & de singulis eorũ declaratum est quis illorũ sit syllogismus, & qui non sit syllogismus,

Caput Quartum. De Exemplo.

Quo pacto differant, ac conueniant exemplum, & iductio.

EXemplum vero iam declarauimus in his quę premissa sunt, ꝙ sit inductio quędam. Sed differt ab inductione, quia non procedimus in eo ex particulari ad declarationem rei vniuersalis, sicut procedimus in quibusdam speciebus inductionis: neq; ex vniuersali ad particulare, sicut procedimus in aliquibus speciebus inductionis. & hoc, quando declarauimus in vniuersali, quod constituimus per inductionem aliud particulare preter particularia, quorum inductione constituimus ipsum vniuersale. Et conuenit secum, quia procedit ex particulari ad particulare propter connexionem eorum in re vniuersali. Quando autem coniunxerimus ambas res simul in inductione, hoc est, ꝙ procedamus in ea ex particulari ad vniuersale, & vlterius B ex vniuersali ad aliud particulare: hoc quidem opere processimus ex particulari ad particulare mediante ipso vniuersali, sicut est dispositio exempli. quoniã in exemplo procedimus ex particulari ad particulare propter eorum conuenientiam in re vniuersali, quando enunciatio translata ab vno illorum duorum ad alterum reperitur in particulari notiori propter illud vniuersale: aut putatur ꝙ reperiatur in eo propter illud. Si autem non verificaretur translatio ex particulari ad particulare: nisi esset ibi vniuersale, propter quod esset esse illius enunciationis in particulari notiori. Exemplum autem eius, quod inductione accidit ex hoc, hoc est: quando trãslatio fuerit ex particulari ad particulare media translatione ad vle, est, vt sermo eius, qui dixerit: Heus rex, ille talis quęrit esse de numero repositorũ vasorũ tui vsus, qui iã fuerat de numero tuorũ inimicorũ: ideo non tradas ea illi, quia ille versutia vtitur, vt extẽdat manũ in regẽ: qm̃ talis petierat hoc ex tali rege, & talis ex tali rege, & noluerũt assentire illis timore ne dolo interficiat suũ regẽ. Ille. n. qui dixerat hunc sermonẽ. iã posuerat trãslationẽ ex particulari ad particulare mediãte vli, quod est, ꝙ quicunq; fuerat de numero inimicorũ regis querens ingredi repositionẽ vasorũ vsus regis, intẽdit ipsum dolo interficere. Nisi quia, licet non sit manifestum in hoc vniuersali, qđ de scriptũ est in aĩa in potentia ipsum opus translationis ex particulari ad particulare; qñ tñ translatio eius secundum cogitationẽ fuerit ex maiori parte particu- E lariũ esset inductio. si aũt ex vno illorũ aut ex minori parte, esset exemplũ. Sufficiat aũt hic oratio de his rebus, quibus dicantur ipsa exempla.

Caput Quintum. De Enthymemate.

SErmo vero de dñia enthymematum ex parte rerum, ex quibus fiunt est ꝓfundus & latens: & est maxime necessitatis, vt declarabimus hic. Cã aũt eius ꝓfunditatis est qa enthymemata fiunt in oĩbus decẽ p̃dicamẽtis, sicut fiunt syllogismi topici. Sed quædã enthymemata sunt, q̃ fiunt in materiis artiũ: sicut sunt enthymemata, quę fiũt de rebus vlibus. & particularibus in arte medicinę, et in aliis artibus. Hęc aũt cõuenit ꝙ fiant in his artibus scđm modũ faciẽdi demonstrationes in illa arte, nõ scđm modũ, quo facit ea Rhetor in materia, cui appropriatur Rhetorica: sicut ꝙ ferret in illa eã partẽ Rhetoricę, & reliquas res, quibus fiunt orationes rhetoricę. Et ex his rebus, cõuenit ꝙ numerẽtur in hac arte res, quę sunt dñiæ enthymematũ: nõ ex illis rebus, quas cõtineret ars. Quanto aũt maioris cõitatis fuerit oratio, tanto maioris conueniẽtię fuerit: vt ea vtatur in pluribus rebus, quãto aũt minoris cõitatis fuerit, cõue-

nientior

A nientior fuerit vt sit pars artis appropriatę & ideo loca magis cõia sunt ꝗ̃ syl
logismi rhetorici, & syllogismi topici. Et hęc loca repiũtur cõia rebus logicis,
& naturalibus, & moralibus: hoc est arbitrarjis. & hoc sicut sunt loca a maiori,
& a minori: quę numerãtur in secũdo libro Topicę. & hoc, quia ex his locis nõ
fiunt syllogismi in reliqua harũ trium artiũ quarũ meminimus. sed in cũctis, ex
quo non fiunt ipsamet, sed earũ vis est ea quę sit. Spẽs vero sunt ipse ꝑmissę, ꝓ
prię singulis artibus ꝑticularius, sicut sũt premissę ex qbus fiũt syllogismi de re
bus naturalibus: & nõ fiunt ex eis syllogismi de rebus moralibus, neq; ex his,
quę sunt moraliũ, fiunt syllogismi de rebus naturalibus. Quãdo aũt res ita fue
rit, igit ex ipsis locis nõ construitur syllogismus in aliqua determinata arte: ex
quo illud qd' formatʼ, est cõmune pluribus, ꝗ̃ sit vna ars. Species vero sunt, ex
quibus construũtur syllogismi, ex quibus cõponitur ars, quę species sunt illi ꝓ
prię. Sed species, quarũ intentio nostra meminisse in hoc libro, nõ sunt ipsę prę
missę verę. quia si ita esset, tunc syllogismi rhetorici essent veri syllogismi, &
nõ essẽt syllogismi topici, & eo fortius rhetorici. Enthymemata aũt, quę fiũt in
hac arte, vt plurimũ construuntur ex his speciebus quę appropriatę fuerint sin
gulis tribus generibus oratorię: & ei quod vl'e fuerit ipsis tribus generibus, quę
postea definictur. Iã aũt expedit, vt fiat de his rebus, sicut factũ est in libro To
B picę. & sicut facta est tibi mentio de materiis rerũ topicarũ diuisis per loca &
spẽs, sic expedit ꝙ diuidamus hic res, ex quibus fiunt enthymemata in loca &
spẽs. Species aũt sunt ipsę premissę vl'es, quę fiunt in singulis artibus. Loca aũt
sunt premissę vniuersales, quarũ particulares fiũt in singulis artibus. Expedit
aũt, ꝙ primo loquamur de his speciebus: deĩde vlterius de ipsis locis. & hoc, qñ
primo inceperimus, & definiemus genera rerũ appropriatarum huic arti, hoc
est, generi subiectorũ huius artis sibi appropriatorũ, qñ aũt ea definierimus, tũc
incipiemus numerationem fundamentorum singulorum ipsorum per se.

Caput Sextum. De triplici genere Causarum.

Reperta autem sunt genera rerum, quas speculatur Rhetorica ex rebus
arbitrariis, esse tria genera: sicut tres reperiuntur species audientium
orationem rhetoricam. & hoc, quia locutio ex tribus connectitur: ex
loquente qui est orator: & ex eo, cui fit sermo: & ex eis, quibus ex-
pedit oratio, qui sunt audientes. Finis autem orationis flectitur ex
omnibus his ad audientes. Audientium autem indubitanter est aut ipse litigans,
aut iudex, aut ille, cui intenditur tradi persuasio. Iudex autem aut iudicat de re
bus futuris. quę sunt ipsę vtiles & noxie: aut ex his quę iam sunt. quarum quę-
dam insunt hoĩ suo arbitrio, illę autem sunt virtutes & vitia: & quędam insunt
C homini sine suo arbitrio, sed ex alio hoĩe, quę sunt sicut iniquitas & iustitia. Iu
dex aũt rerum futurarũ est princeps. iudex vero rerum pręsentium est ille, quẽ
pręposuerit ipse princeps: sicut est iudex harum nostrarum regionũ. Litigator,
vero litẽ habet vi rei rhetoricę. Sicq; ergo tria sunt genera orationis rhetoricę
videlicet, Deliberatiuum, & Iudiciale & Demonstratiuum. Enthymema vero
deliberatiuum quoddã est permissio, & quoddã est ipsa prohibitio. & hoc, quia
omnis consulens siue consulat vni homini ciuitatis de eo quod sibi proprium
fuerit, aut communitate hominum ciuitatis de eo, quod sibi fuerit commune, sem
per consulit oratione, quę est persuasio & dissuasio. Persuasio autẽ est oratio de
liberatiua. qua intenditur persuasio, ꝙ res expediat ꝙ fiat. Dissuasio vero est
oratio, qua intenditur persuasio, ꝙ res expediret ꝙ non fiat. Et iam sub his in-
grediuntur pręceptum, & inhibitio. & increpatio, & reconciliatio. hęc autem non
differunt nisi descriptione loquentis, & eius cui fit sermo. Quia pręceptum est,
ꝙ oratio fiat a principe ad inferiorem. Si autem fieret ab inferiori ad princi-
pem, esset supplicatio. Iudicialis vero orationis sunt etiam duę spẽs: accusatio,
& defensio criminis. Defensio aũt criminis est qlibet oratio, qua intẽditur ꝙ
aliud, qd' quispiam fecisset, esset bonum expediẽs cuidã, aut ꝙ ꝓueniẽs nõ fue-
rit malum, aut ꝙ non prouenerit ab illo neq; bonum neque malum, per accusa

tionem vero intelligitur oratio, qua intenditur ꝙ quidam fecerit contrario illarum rerum prędictarũ. Increpatio aũt ingreditur sub accusatione. Demonstratiuę vero orationis sunt duę speices, aut laus, aut vituperium. Laus autem est oratio, qua fit persuasio, ꝙ res arbitrarię hominis, de quoloquitur, sint bonę, de quibus fit perfectio suę animę, Vituperium autem est oratio, qua traditur persuasio ꝙ res arbitrarię. hoĩs, de quo loquitur sint malę: de quibus est defectus aĩę suę: & tempus appropriatũ rebus de quibus est consiliũ sit tẽpus futurũ: qm̃ homo cõsulit homini de rebus priuatis, Tẽpus aũt ꝓpriũ rebus iudicialibus, est tẽpus pręteritũ: qm̃ homo cõqueritur de rebus, quę iã ꝑuenerũt. Si aũt cõqueritur de rebus, quę timet ne ꝑueniãt ab eo, de quo cõqueritᷣ, hęc querela ad modũ cõsilij de eo, qđ ad id expediret. sicq; ẽi accidit, ꝙ sit cõsiliũ de rebus q̃ iam fuerint, sed ex pte qua timeret eas. qñ aũt accusatio fit de vna re nõ ꝑp aliã, semp fit de re quę iam accidisset. Rerũ vero demõstratiuarum cõuenientissimũ tẽporum est ipsum tẽpus pręsens: hoc est ꝓximum huic instãti, qm̃ hoĩes laudãt & vituperãt res, quę insunt tpe laudis & vituperij ipsi laudato & vituprato, Aliqñ aũt laudaret quasdã earũ per modũ ex industria ad augẽdũ virtutes laudati, & eius vitã ꝑiũ de rebus, quarũ innouationẽ timet inde euenire, aut quarũ innouationẽ sperateret, & permisceret laudi cõsilium ad laudatũ ꝑ operationem illatum rerum. D

·*Caput Septimum, De fine singulorum generum causarum*. E

FInes autem harum orationum sunt tres, trium orationum. Orationis quidem deliberatiuę finis est ipsum expediens & noxium. quoniam qui consulit, persuadet expediens, & id quod expedientius est: & dissuadet noxium aut nocentius. Orationis vero iudicialis finis est iustitia & iniquitas. Finis autem orationis demonstratiuę est virtus & vitium. & si vnus istorum vteretur fine alterius, hoc non esset secundum primam intentionem, sed propter finem ei proprium. exẽpli gratia, qm̃ consulẽs seu deliberans tradit persuasionem ꝙ hęc sit iustitia aut iniquitas, vt persuasione consulat vtilitatẽ illi, quę est iustitia, & dissuasione id qđ fit ibique, per id damni, qđ inest iniquitati qđ timet. Et sic etiam vteretur virtute & vitio. hoc est ex parte eius vtilis aut noxii, qđ ei adueniret. Quãdo aũt horũ trium finium singuli appropriãt singulas harum orationum, hoc est ex parte, qua sunt fines scdm primã intentionẽ, definitiones distinguẽtes singulas harũ trium orationum sunt differẽtię, quę traduntur de eis ꝑ hos fines. significat autẽ ꝙ hi fines sint proprii singulis horum trium generũ orationũ, quia qñ ꝑsuadetur de eis per finẽ alterius gñis, aliqñ non fit aduersario obiectio & destructio per hoc, sed plurimum ꝙ assentiretur ei hoc non assentiretur ei finis illius orationis, qui eam appropriaret, Exẽpli gratia, qa qñ argumentans argumentaretur, ꝙ quispiã accepisset bona cuiusdam, ille autẽ nocuerat ei aliquando aduersarius assentiret huic ꝙ fuerit, sed non assentiret ei, ꝙ acceptio suorum bonorum fuisset iniquitate. Deliberatiuus autem assentiret ei. ꝙ agens illud contingens sit iniquus: sed non assentiret ꝙ fit nocens. Occasione autem ingressus horum finium in se inuicem multotiens accidit consulibus ꝙ consulant de rebus noxiis sophisticæ r ex eo ꝙ sint iustitię, aut ꝙ nõ sint iniquitatis: sed non concederent ꝙ sint noxię: sed aliquando vtuntur versutia in argumentatione ad esse ipsarum actionum in illis. Exempli gratia quia consulunt ferre mortem in bello, & non fugere: ex quo fuga iure est iniquitatis. Et sic quando aliqui viri cogerent quosdam homines, & dominarentur eis, consulens aliquando consuleret eis, ne doleant ea vi, quia non esset iniquitas: & aliquando putatur de ea, ꝙ non sit illis noxia. Sicq; etiam qui laudat, assentiret ꝙ res noceat. sed argumentatur ꝙ si virtus, sicut qui eriperet hoĩem a morte, & cognosceret ꝙ ipse moreretur eripiens illũ hominẽ, iam aduersarius assentiret, ꝙ mors noceat: sed ostẽderet ꝙ sit virtus. Et sic aliqñ sophistice laudaret vitium, ex eo quod sit vtile, sed non concederet, ꝙ sit vitium: immo argumentaretur de eo, ꝙ sit quędã virtus, occasione vtilitatis quę esset ei, Sicq; ergo

A singule harum orationum vtuntur fine reliquę earum per accidēs. & ideo hęc nō esset obiecto in ipsam: sed absq; dubio esset obiecto in finē illius. quando aūt vna vtitur fine alterius, est sophistica. Ex quo autē hęc ars est syllogistica; notum est φ oporteat φ in ea sint premissę Suę autē pręmissę sunt tres, quas nar rauimus, icota, & probationes, & signa. & hoc, quia syllogismus simpliciter fit ex premissis absolutis: syllogismus autem .pprius singulis a rebus fit ex premissis .ppriis. & ideo enthymema est syllogismus cōpositus ex his pręmissis, qua rum meminimus. Quoniam autē primo expedit scire de dispositione rei, de qua est consilium φ sit contingens, qm̄ res impossibiles nō possunt fieri, neq; in pręsenti, neq; in futuro: & ideo nō caderet in ipsam cōsilium. Sicq; etiā indiget duobus reliquis generibus huius artis, hoc est, φ primo dignoscatur φ res iam fuerit, & accidisset, hoc est de genere demōstratiuo, & genere iudiciali. Sicq; igitur impossibile est huic artifici, quin sint apud ipsum pręmissę, qbus traderet delibe ratiuo psuasionem, φ res sit possibilis vel impossibilis, & φ fuerit aut non fuerit in iudiciali aut demonstratiuo, vltra pręmissas, quibus declarēt tres fines illos, iterum ex quo non sufficeret rhetoricis adhuc eo φ rhetoricę sunt laus in demonstratiuo, & persuasio & dissuasio in deliberatiuo, & accusatio & defensio in iudiciali, sed intēdunt φ cōstituant cum hoc, φ res, quę expediat aut si mala, sit magna aut parua, vilis aut nobilis, decus aut dedecus, & hoc aut simpliciter, B vel in comparatione. hoc est, φ sit maior & nobilior, aut econtra. Notum itaq; est, φ expediat φ apud oratores sint pręmissę, quibus constituant φ bonum aut malum sit, magnum aut paruum, vile aut nobile, decorum ei cui attribuitur aut dedecus. Hę itaque sunt omnes specierum præmissarum quibus vtitur hęc ars.

Caput Octauum. De præmissis propriis vnicuiq; generi causarum, & primo de propriis deliberatiuo.

POstquam autem iam declaratum est hoc, conuenit φ incipiamus numerationem pręmissarum, quibus appropriantur singulę tres intentiones. Feramus autem primo sermonem de numeratione pręmissarum deliberatiuarum. deinde scdo de demonstratiuis, rursus tertio de iudicialibus. Primum autem, quod expedit φ speculemur de dispositione rerum, de quibus datur consilium, est quid sit bonum de quo consulitur: quia nō est consiliū de omni bono, sed de bonis, quę possunt esse aut non esse. de bonis autem, quorum esse et non esse est ex necessitate non fit consilium. Neq; etiam C fit consilium de oibus bonis contingentibus: quia sunt hic quædam bona possibilia, quorum esse est ex natura: sed de bonis quę nostra est φ sint aut nō sint. et illę, sunt res, quarum principium essendi est p arbitrium & voluntatē, & ex his etiā de ea cuius esse sit nō esse sit consequens nostram opinionē & operationem vt in pluribus. illę autē, quę accidunt ex opinione fortuitu & in paucioribus, non sunt in pluribus, ex quibus consulitur: nisi quando non esset aliud genus. Significatur autem, φ cōsilium fit de his rebus: quia hō primo speculatur rem, q̄ intendit operari, an sit possibilis vel impossibilis. D. si fuerit possibilis, p q̄ rem fuerit possibilis, & qualiter sit possibilis. Quādo aūt fuerit hoc declaratum ei, incipit perscrutari de illa. Si aūt declaratum esset ei φ illa sit impossibilis, dimitteret eā. res aūt, de qbus cōsulimus, sunt hę, de qhus est opinio. Sicq; iam declaratum ē ex hoc sermone, qđ sit bonum de quo cōsulimus, & φ q̄ rem sit: & illę sunt res voluntariæ: quarū initiū essendi est a nobis non res necessarię, quarū esse nō est nostra: et largitio differētię psectæ inter res volūtarias et nō voluntarias. Verificationis aūt numeri suarum specierum & notitię quiditatis singularū earū scdm vltimū eius, qđ suę naturæ est, φ cognoscatur, nō est huius artis tradere ipsius adeptionē ex notitia rerū volūtariarū: sed hoc interest. Philosophiæ, q̄ ecedit hāc et formatione et verificatione. et pmissę, quibus vtitur, sūt magis veridicę, et veriores q̄ istę, et hoc qa nō itēdimus hic scire ex istis rebus res essentiales eis .pportionatas, sed res famosas Q ū aūt, dispositio ha-

rum rerum fuerit ficut narrauimus, iam declaratũ eſt ex hoc ſermone, ꝙ quicquid diximus de partibus huius artis, ſit verum: hoc eſt, ꝙ ipſa ſit compoſita eſt ſcientia Logicę, & ſcientia Morali. & ꝙ in ea ſint res topicę, aut ſſtes rebus topicis: ac ẽt ſophiſticę, aut ſimiles ſophiſticis. Res aũt. quę ſunt plurium artium, ſi fiant partes vnius artis, ſit qñ accipiuntur omnes ſcdm modum & diſpoſitionẽ, qua iuuent & expediant ad intentionem illius vnius artis, & deiiciuntur ab eis diſpoſitionibus quibus differunt, hoc eſt res, de quibus non eſt adiumentũ ad intentionem illius vnius artis. Quando aũt hoc ita fuerit, res morales redeunt, vt procedatur circa eas in hac arte, qua intendere faciunt modum locutionis & orationis. Sunt aũt artis moralis, qua ſunt vnum entium, quorum ſcientiam intendimus. Ex rebus aũt topicis & ſophiſticis proceditur in hac arte: qua id quo vtitur hæc ars, eſt id quod eſt prius in prima notitia hominis; non quod eſt remotum a notitia plebis: ſicut vtitur notitia ſylli per ſyllm aptum volgo. quod eſt exemplum & enthymema. Sicq; ẽt eſt diſpoſitio rerum ſophiſticarum. vtitur. n. eis quatenus conſuetus eſt vſus earum apud vulgus: ſicut ſunt loca ſimpliciter eſt ſcdm quid, & cętera, quibus ex ſe vulgus vtitur. illa aũt differt ab his, quo ad menſuram ſpeculationis ſimiliter differt ẽt quo ad menſuram ſpeculationis huius artis de rebus voluntariis a ſpeculatione, quę fit de eis in ſcia Morali, hoc eſt, quia illa ſpeculatur res voluntarias ſpeculatione, quę fit homini ſecũdum ipſam notitiam: & dimittit perfectionem ſpeculationis huiuſmodi ſcientię Morali. Res aũt, dr quibus conſulit Orator, quędam ſunt, de quibus cõſulit hominibus ciuitatis ſcdm eorum cõitatem: & quędam ſunt, de quibus conſulit vni homini illius ciuitatis, aut cuidam particulari cõitati eorum. Res vero, ex quibus fit conſilium de rebus magnis rerum ciuitatum, ſunt prope numerũ quinarium, Quarum vna eſt traditio conſilii ad agreggationem diuitiarum, quę theſaurizantur ciuitati. Secunda aũt eſt conſilii ad bellum aut pacem, Tertia aũt eſt traditio conſilii ad cuſtodiam ciuitatis ab his quę extrinſecus in ipſam deſcenderent. Quarta aũt eſt traditio conſilii de eo, quod ingreditur ciuitatem, & exit abea Quinta aũt eſt traditio conſilii ad expeditionem legum. Illa quidem, quę conſulit de aggregatione diuitiarum, indiget ſcire tres res. Quarum vna eſt, ꝙ cognoſcat fruges ciuitatis quę ſint: hoc eſt, an ſint plantę. aut aĩalia, aut mineralia, aut oẽs hæ, aut duę earum: vt ſi deficeret aliquid ex nobiliori earum ad aggregationem diuitiarum, conſuleret ad augendum illam. Secunda eſt, vt ſciat cũ hoc oẽs exitus illius ciuitatis. Tertia aũt eſt, ꝙ cognoſcat ſpecies hominũ, qui ſunt illius ciuitatis. Vt ſi ſit ex eis aliquis hõ futilis: & eſt ille cui non ineſt virtus; aut ocioſus, cui non eſt ars, conſulat expellere illum ex ciuitate, & ſi eſſet ibi aliquis magnarum expenſarum vltra ſtatutum modeſti, aut vltra neceſſarium, conſulat excerpere ab eo exceſſum illorum bonorum qm̃ non fiunt diuitię per ſolum augmentum bonorum, ſed ẽt per iminutionem expẽſarum. propterea prouerbio dicitur imminutio expenſę eſt fortuna ditans, Ex neceſſariis aũt eſt quiditas iſtarum rerum & menſura indigentię earum conſtaret Oratori id quo indigeret, ꝙ conſuleret de ſingulis harum rerum, & non indigeret traditione conſilii ad augendum plantas, ꝙ ſit agricola, neq; aĩalia ꝙ eſſet armentarius, ſed ſufficeret ei eius notitia ſecundum menſuram indigentię earum: ſed indigeret & ipſe cum hoc, ꝙ cognoſcat conſuetudinem pręcedẽtem de his rebus, & quid ſit de eis apud homines. Conſulens vero ad bellum aut ad pacem, indiget ꝙ ſciat vim eius qui propugnat, & vim eius quem propugnaret, & menſuram rei prouenientis per bellum, ſit ne parua vel magna. & quę ſit diſpõ ciuitatis, ſit ne aperta aut accincta fortibus mœniis. & plebs inhabitans eam, ſit ne debilis aut robuſta, pauca vel multa: hoc eſt an menſura illorum ſit, qua poſſet eos debellare, aut ſua menſura non. ſit talis menſura. Et an ſit ſecundum deſcriptionem, qua bellum ſit poſſibile eis nec ne. Et ꝙ ſciat cum hoc parum bellorum pręcedentium, vt deſcribat illis qualiter pugnarent, ſi eis conſuleret bellũ, & paruifaceret in eorum conſpectu diſpõnem bellorũ; aut notificaret eis quid perditionis & mortis ſit in bello, ſi conſuleret eis obmittere bellum. Indigeret ẽt, vt cognoſceret non ſolum diſpoſitionem hominum ſuę ciuitatis, ſed etiam

D

g

F

Conſultatio de aggregatione diuitiarum.

De bello & pace.

A dispositionem snarum circunstantiarum suorum mercatorum & negociatorum:
hoc est qualis sit sua dispõ de his rebus . & sua dispositio cum suis inimicis ex
victoria & depressione ab eis:quia hinc acciperet pręmissas expediẽtes ad tra
ditionem consilij de illis ad bellum vel pacem. Indigeret etiam cum hoc ꝙ co
gnosceret bella notanda ex exactis bellis , & quod sciat dispositionem copia-
rum, sint ne similes robore,& fortitudine,& opinione,& bono decreto , singu
lis earum specierum,ex costantia singularum partium belli,hoc est,ꝙ sint con
similes ad hoc.quia aliquando essent multi & excedentes sed non esset in eis
idoneis ad bellum aut ad partem belli qua positum est ꝙ constet . Et cum hoc
visi sunt sibi ꝙ non speculetur id ad quod conduxerit suum bellum, sed etiã in
quod conduxerint bella reliquiorum hominum pręcedentium , qui fuerunt eis
consimiles.quia ex simili accipitur iudicium de consimili:hoc est,quia si bella
consimilia suo bello conpuxissent ad perditionem & mortem,consulatpacem,si De ciuitatũ
vero conduxissent ad victoriam ,consulat bellum. Ad custodiam vero ciuitatũ custodia.
indigeret consulens de custodia,ꝙ sciat qualis sit custodia ciuitatum,& quę sit
mensura cautelæ necessarię ad cautelam singulorum eorum,quę nouiter fierẽt:
& quot sint species custodię. Et cum hoc cognoscat loca quorum custodia fit
potentium,qui vocantur ipsi seniores.& si custodia illorum locorom fuerit pau
ca,adderet ei:& si esset in ciuitatibus aliquis qui indignus esset ad custodiam.
B qua non intenderet intentionem custodię ciuitatis, sed intentionem proprię per
sonę,expellat illum . Et expedit ei,ꝙ valde custodiat loca latentia,hoc est in
quorum custodia est magna vtilitas.Et si nouerit hęc,pote est ei ꝙ consulat cu
stodiam,modo perius sit in ciuitatibus quarum custodiam consuleret. Ad tradi Da alimẽtis
tionem vero consilii de alimentis domus,& reliquarum rerum necessariarum,
quibus indiget ciuitas. Consulens itaq; indigeret scire suam mensuram , & ex
quot illarum aleretur ciuitas,& quot earum sint quę reperiuntur in ciuitate tem
pore pręsenti,& an introiuerit ciuitatem quod sufficiat ei, & seruatum sit, aũt
non introiuerit eam.Et quę sint res, de quibus consuleret ꝙ extrahantur a ciui
tate,& est id quod superaret hominibus ciuitatis: & quę sint res quas expedit
ingredi eam, & sunt quę defecerint a necessariis , vt eis consilium quo vtere-
tur,esset tale.qm̃ iã indigeret qui custodiret suos conciues duabus rebus: qua-
rum vna est locus studiosorum;& secunda est locus diuitum,qui sunt ꝑꝑ studio
sos.Et vniuersaliter custos ciuitatum indigeret,ꝙ cognoscat omnes has quinq; De imposi-
species ad suam illarum custodiam. Speculatio vero de impositione legum & tione legũ.
traditio consilij de is,non est parua ad rem ciuitatum:qm̃ ciuitates legibus per
manẽt pacificę,& ordinãtur in suo esse. Et ideo expedit agricolę,vt sciat,quot
sint species regiminum seu politiarum , & quę lex expediat ad singulas poli-
tias.& quę lex sit inutilis,& quibus hominibus deceant singulę leges,& singu
lę politię.& quibus hominibus non deceat. Et ꝙ sciat res quibus est timẽdum,
C ne proueniat corruptio ciuitatis.& hoc,aut ex contrarijs ab extra, aut ex ho
minibus ciuitatis:qm̃ relique ciuitates vltra ciuitates laudandas,timent leges si
bi impositas,et hoc,qñ lex esset excessiuę debilitatis & imbecillitatis,aut ex-
cessiuę vehementię,siue fuerint per opinionem,aut per vsum aut per actionem
& hoc,quia de politię dispositione,quę libertas seu nobilitas dicitur , manife-
stum est,ꝙ ꝑꝑ hanc dispositionem multos trãsferat ad primatum viciorum,hoc
est primatum voluptatũ,aut priuatum diuitiarnm.Id aũt quod dixerunt,manife
stũ est apud nos ex dispõne politiarum:quarũ historię peruenerunt aduos.Nõ
perueniret aũt dispõ huius politię,hoc est politię nobilitatis ad politiã vilitũ ꝑꝑ
imbecillitatẽ legũ & earum debilitatẽ solum,& si hęc sit maiorpars:sed ꝓꝑ ex
cessum,aq plures res,qñ excederẽt,destrueretur suũ esse;sicut destrueret suũ eẽ
ꝑ debilitatẽ & iminutionem . exẽpli gratia; quia simitas quando excederet &
profundaretur prope esse,ꝙ putaretur,ꝙ nõ esset ibi naris:quando aũt non esset
excessiua,propinqua esset ęqualitati.Et indigeret cum hoc,ꝙ sciret leges,quas
imposuissent plures hoĩes:& profecerint eis in singulis politijs famosis,& sin-
gulis nationibus,vt vteretur ea,quę ex illis proprie expediret, & nationi cui
propria esset.Et ideo notũ est,ꝙ notitia legũlatoris de cõplexionibus hoĩum,

& eorum moribus & cõsuetudinibus fit ex his, quę expediunt ad regimẽ legũ. D
quia hinc posse esset, ꝙ imponat leges vtiles singulis nationibus diuersarum
naturarũ. Corruptio vero quę extrinsecus aggreditur ciuitates, hoc est ex ini-
micis, est res per se manifesta. Iã aũt plures hoĩes scripserunt modos, quibus si
gnificatur victoria inimicorũ: & modos, quibus caueamus eos. & ex his rebus
assumerentur premissę, quibus consuleret hoĩbus suę ciuitatis de custodia ab
inimicis. Id aũt, quod diximus de legũ impõne, & quibus carũ lator indigeat,
est sciẽ Moralis, non sciẽ Rhetoricę. hic aũt meminimus de eis, quantum suffi
cit huic arti. Hę itaq: sunt maxime res, de quibus consules consulere solent ho
minibus ciuitatum: & ex eis est significatio rerum, de quibus consulerent singu
lis hoĩbus. Nos autem loquamur modo de rebus, ex quibus fit persuasio & dis
suasio singulis hoĩbus. & primo incipiamus de enuntiatione rerum, ꝑ quas cõ
sules consulerent & eis persuaderent, aut eorum contrariis dissuaderẽt. Et pu
tatur ꝙ singulis hoĩbus sit quidam affectus & desyderium naturaliter ad bo-
num, quo oẽs ꝑ se ipsum appetunt: & de eo consulunt alios, absq; ꝙ vllus eo
rum sciat quid sit hoc bonũ: & preeligunt ipsum, & cupiunt ipsum prę aliis. qñ
aũt aliquis homo interrogaretur de illo, responderet responso extollente eius
naturã: sed apud singulos eorum est suum esse solũ. Quãdo aũt singuli eorũ in
terrogarentur, quid significat suũ nomẽ: rñderet alio rñso ab eo, quo responde
ret alius oẽs aũt eligunt ipsum occasione huius affectus, ei naturaliter inexistẽ E
tis apud oẽs. hoc aũt bonum vlter est ipsa bonitas dispõnis. & partes bonitatis
dispõnis. Et ideo conuenit, ꝙ primo distinguamus quid sit bonitas dispõnis vel
oratione: deinde distinguamus suas partes, & numeremus sua contraria, & ter.
de quibus fit persuasio & dissuasio: & sunt res vtiles bonitati dispositionis aut
vtiliores, & noxię seu magis noxię. His. n. perficitur nobis sermo de rebus, ex
quibus componuntur orationes deliberatiuę, quę fiunt cum omnibus hoĩbus.
Qui aũt loquuti sunt de hac arte, non fuerunt loquuti de his rebus, nisi de his,
quę currunt ad modum rerum vtium: sicut est quod ipsi dixerunt ꝙ expediat
Oratori ꝙ magnificet rem paruam, quando vellet extollere illam: & paruiface
re rem magnam, quando vellet vilipendere eam: & ꝙ non expediat ei, ꝙ per-
suadeat de rebus quę corrumperent bonitatem dispositionis, & de rebus quę
impedirent bonitatem dispositionis, aut transferrent bonitatem dispositionis ad
suum contrarium: & non dicunt quę sint res quę inferrent corruptionem boni
tatis dispositionis, aut ipsam impedirent, aut eam transferrent in suum contra-
rium. Bonitas vero dispositionis est conuenientia actionis cum dignitate & lõ
geua ętate, & vita decora & delectabili, cum sanitate, & amplitudine diuitia-
rum, & decore dispositionis apud hoĩes cum adeptione earum tuẽtium has res,
& efficientium eas. Testatur aũt ꝙ hęc sit descriptio bonitatis dispositionis, id
quod famosum est: quia oẽs homines sibi videntur ꝙ bonitas dispositionis sit F
huiusmodi, aut aliqua res. quę sit quasi hoc. Quando autem bonitas dispositio-
nis hęc fuerit, partes eius sunt gloria genologię seu prosapię, & multitudo fra
trum & filiorum, & diuitiarum, & decus actionum & honorum, & decens se-
nectus. Dignitas autem corporis in diuitiis est, ꝙ sit eius negotiatio circa bo-
na venditione & emptione. Decus vero diuitiarum est earum vsus, qua dele-
ctaretur eo. Apposui autem diuitiis hanc clausulam: quoniam magis expedit
homini vsus diuitiarum ꝙ̃ eius acquisitio: quoniam acquisitio est efficiens di
uitias, vsus vero est ipsarum met diuitiarum in se. Decus vero actionis secũ-
dum decentem opinionem, est id, quod omnes putant laudabile: & est illa, qua
acquiritur res, quam appetunt plures indubitanter, aut meliores homines, & di
sputatiui, & dispositiui. Honor vero in hac nostra ętate est ꝓuidẽtis decus actio
nis. Hominum autem, quibus est bona prudentia, ille est ipsum premium recte
& uere: ex quo non est aurum premium talium actionum, nec preciosa esset lo
co earum, nec honorantur solum illi, quibus est bona prouidẽtia de hominibus
Sed qñ possunt vt sit eis illa bona prouidẽtia, hoc est illi, quibus est potẽtia ad
hoc licet non operentur tpe honoris. Prouidentia aũt de hoĩbus, quę inferret
honorem, est illorum prouidẽtia ad ereptionem eorũ ab illis malis, ex quibus

De quibus rebus ꝑsuasio fiat, & dissuasio.

Bonitas dispositionis quid.

Bonitatis dispositiõis partes.

A adeptio non est facilis: aut adipisci eis illa bona quorum adeptio non est faci-
lis. Hę autem pulchrę actiones, sunt illę quę fiunt ex diuitijs, aut imperio,
aut his similibus ex his, quibus homo valet ad tales actinoes. Pręterea hono
rantur plures homines pp multa bona: sed ipsa sunt bona in respectu huius tē
poris, & huius horę. Fit autē honor propter res paucas per accidens, hoc est
qua accidit illis rebus, ꝙ sint plures in respectu illius horę, vel illius tempo-
ris. Rerum vero, quibus fit honor, quędam sunt cōmunes oībus nationibus,
& quędā sunt proprię. Proprię aūt sunt, sicut sacrificia & oblationes, quibus
moris Gręcorum fuit honorare suos defunctos. Communes aūt sunt gradus
pręsidentię & optemperantię verbis alicuius hoīs & cessio litis cum eo, &
dona quę inferunt amicitiam & conformitatē: quoniā donum amplectitur am
bas res, distributionem diuitiarū & honorem. & ideo placet cūctis hoībus &
omnis homo reperit eo quod appetit. & hoc quia tres sunt species hoium,
aut species amans honorem vel species amans diuitias, seu species amplectēs
ambas res simul. Donū aūt amplectitur optatum istarū triū specierū. Virtus
vero corporis est ipsa sanitas: & hoc ꝙ hoies sint simpliciter exempla mor-
bis, & componant sua corpora. quia eius qui non componeret eius sanitatē,
sua anima non gauderet sanitate: hoc est ꝙ ipse non sit decorę dispositionis
scdm eam, quod est remotū ab omnibus humanis actionibus, aut ex pluribus
B earum. Pulchritudo vero & decus variātur scdm hoium varietatem. Decus
enim puerorum & sua pulchritudo, qua pueri sunt, est ꝙ sua corpora et forma-
tiones eorū sint dispositione, qua difficile sit eos recipere angustiam & passio
nem: hoc est, ꝙ non ferant damnum, & ꝙ sint iocūdi aspectus in cursu & vi
ctoria. & propterea est, ꝙ appareant hominibus pueri, qui prōpti sunt ad quin
que exercitia, & ludos valde decoros. Intendo aūt per exercitia & ludos res,
quibus Gręci exercere faciebant suos adolescentes, qui sunt cursus, equitatio,
& luctę, & saltus, & chorę. Visi autem sunt sibi hoies, ꝙ ille qui promptus
fuerit his actionibus, ꝙ sit pulcher: quia est eis promptus propter agilitatem
& victoriam. Quando aūt tales adolescentuli redderentur iuuenes, esset iocun
di aspectus in opere belli: & hoc scdm dispositionem, qua prompti fuerunt ad
bellum. Senum vero pulchritudo est fruitio suarum actionum operibus, quę
sunt ipsa beatitudo: & illę sunt propter quas adolescentuli exercentur his lu-
dis, quę sunt ipsa bella, & ꝙ cum hoc sint sani non mœsti neq; tristes & hoc
quia mœstitia & tristitia qn̄ videntur in sene, putatur ꝙ insint ei propter ali-
quid nouiter ei aduenIens, quod noceat suę senectuti: sicut egestas, & vilipen-
sio, & cętera talia. Solertia vero est vis, qua homo moueret alium qualitercū-
C q; ei libuerit. Quia ille est solers, qn̄ attraxerit alium, aut propelleret ipsum,
aut ipsum eleuauerit, vel expelleret eum, aut prēmeret illum, & fieret ab eo hęc
actio in omnes, qui ei obtemperarent aut pluribus eorum. Roboris aūt virtus
est ꝙ excedat plures homines, & superet eos longitudine & latitudine, & pro
funditate, & cum eius grossitie eius motus non sint defatigantes occasione bo
nitatis huius virtutis: grossitie aūt eius non sit pinguedo neq; res acquisita.
Dispositio vero, quę vocatur fortitudo, est composita ex grossitie, & robore,
& agilitate, & hoc, ꝙ qn̄ agilitas connecteretur viribus, possibile esset ꝙ cito
perueniret ad rem distantē. quia si esset agilis sine robore, non perueniret cito
ad rem distantem. & hoc, quia qui amplectitur grossitiem & robur fit lucta-
tor, ille aūt, qui amplecteretur grossitiem, & robur, & agilitatem, est fortis.
Qui vero amplexus fuerit luctam & agilitatem simul, nūcupatur apud eos no
mine deriuato a peritia vsus roboris & agilitatis: qui aūt amplexus fuerit om-
nes hos mores, est qui vocatur apud eos dn̄s quinq; ludorū. Laudāda vero se-
nectus est perseuerantia magnitudinis eū puritate ex tristitia. quia si propina
rent homini labores ante eius aduentum ad vltimū senectutis, non haberet se-
nectutē laudandā. Si aūt rediret, vt sit mūdus a tristitia: & si non acquieuerit
vsq; ad vltimū senectutis, & fuisset in tristitia & angustia, fieret habens decē-
tem seu modestā senectutē. fieret aūt exemptus ex angustijs, qn̄ haberet bonā
portionē beatitudinis & virtutum corporis, hoc est, ꝙ esset sanus, & non oc-

euparent ipsum impedimenta turbantia sua senectutem. & hoc, quia quando ip- b se esset morbosus, aut eius fortuna esset aduersa, qui iam ipsum occupassent impedimenta, nõ esset decentis senectutis: & si esset longeuus & morbosus similiter. Iam aũt dubitetur quo modo esset longitudo vitę cum morbis: sed putatur ꝙ vis longitudinis vitę non sit vis sanitatis qm̃ nos aspicimus plures hoĩes, quorum vita prolongatur, cum sint morbosi. Huius aũt verificatio est scie Naturalis: nostrę aũt verificationis huic scię non esset vtilitas. Rhetor aũt persuadet p eam rem huius, quę manifesta est. Copia vero amicitię & certitudo motus hominis ad frates non lateret, quando diffiniretur quid sit amicus & socius: quorũ vterque est qui ageret bonum, quod putaret ꝙ iuuaret alterutrum non bonum, ex quo ipsemet solum adipisceretur iuuamen. Quando aũt amicitia & societas sunt hęc, manifestum est ꝙ homo habeat aptitudinem dispositionis per multos fratres. Aptitudo vero fortunę beatitudinis est, ꝙ casus hoĩs sit cã essendi ei ipsum bonũ: & hoc aut ex bonis, quæ sunt ei per se, aut ex bonis quę sunt ei extrinsecus. Causa vero casus esset ispa ars, aut esset ipsa natura, quę est vt plurimum. Exemplum aũt eius quod sit ex casu naturali, est ꝙ oriatur homo habẽs vires & dispositionem qua difficilis & esset susceptio rerũ venientium ei extrinsecus. Veruntamen ꝙ homo sit sanus, causa est ipse casus naturalis: sicut ꝙ oriatur sanus. Fit autem casus artificialis sicut si hausisset venenum, & curaret eum ab aliquo morbo, qui eum oppresserat. Causa vero pulchritudinis & grossitiei, est casus artificialis & naturalis. Et summa rei est: ꝙ bona, quorum cã est bona fortuna: quę est ipsa bonitas casus, sunt illa bona, quibus homo gauderet possidẽs ea. Preterea bonitas fortunę fit cã bonorũ, q̃ nõ sunt vere bona, sed apparent bona in habitudine & comparatione ad alium, sicut turpitudo alicuius hoĩs esset quoddã bonum, qñ aspiceretur alius turpior eo. Et sicut si duos hoĩes existerent in vno loco belli, quorũ vni illorũ duorũ offẽderet sagitta: & non offẽderet alteri, qa appareret, ꝙ maximũ bonũ ꝓuenisset ei. cui nõ offẽdit illa sagitta in habitudine ad alterũ: & ꝑcipue si moris illius, cui non offendit sagitta fuisset ꝙ in pluribus bellis militatus esset: aliter aũt non militatus esset penitus nisi in illo bello solum. Sicq; ẽt, qñ vnus reperiret prędam quã quęsiuerat, appareret ꝙ esset quoddam bonum in habitudine ad illum, qui eam non inuenisset, licet fuisset parua pręda. Hęc itaq; & consimilia sunt ex, q̃bus cõsuleret Orator prosperitatem bonę fortunę. Notificatio vero virtutis magis expedit ꝙ habebatur sermo de ea circa sermonẽ de rebus, ex quibus fit laus: qm̃ virtus ꝓpria est laudantis. & ideo oportet ꝙ qui laudaret distincte, sciat virtutes. & licet earũ q̃dã sint futurę, & q̃dã pñtes, laudãs cõsuleret de eis qua essent pñtes, deliberatiuus aũt qua esset futurę, hoc est iuuãtes. Hi itaq; sunt fines, q̃bus consuleret deliberatiuus. Ex his aũt manifesta sunt sua contraria, q̃bus deliberatiuus, dissuaderet, & sunt illi, ex quibus fiunt orationes dissuasionis, cũ numerus illorum F sit ille idẽ numerus, & situs illorũ ad orationes deliberatiuas est ille idẽ situs.

Nota de finibus.

Quoniam aũt prima intentio cogitationis cõsulentis est, ꝙ cõsulat de re iuuãte ex qua sequerentur singuli fines istorũ, & hoc, quia hi fines sunt initiũ cogitationis, & vltimũ opis. res aũt iuuãtes sunt vltimũ cogitationis, & initiũ opis. Intẽdo aũt ꝑ initiũ cogitationes conclusionẽ: & ꝑ vltimũ cogitatiõis ipsas ꝑmissas.

Caput Nonum. De locis inferentibus Iuuantia, & Noxia.

Oportet itaq; ꝙ Rhector habeat bases & regulas quibus cognoscat ipsas res iuuantes per fines: quę sunt accidẽtia temporanea, ex quo ipsa sunt initium operis. Ea autem quę iuuant, & si non fuerint bonũ simpliciter, sunt bonum, quia sunt via ad bonum simpliciter. Bonum autem simpliciter est illud, quod est eligibile propter seipsum, & alia eliguntur propter ipsum, quod omnes appetunt, Intendo aũt hic per omnes homines, qui habent prudentiam decoram & claritudinem, & hoc, quia bonum

A aut esset vere bonum, aut esset bonum extimatione. & hoc secundum verificationem istius boni apud singulos homines, quando ergo reliquam homo crederet, inueniretur hęc fides, iam sufficeret, & completam esset eius quęsitū, & nō relinqueretur ei desyderiū alicuius rei penitus. Res aūt iuuātes scdm hoc bonū vniuersalius, sunt quatuor generum, res efficientes, & res conseruantes, & cōnexę efficientibus, & cōnexę cōseruantibus. Et hoc quia connexum rei numeratę cū ipsa re: sicq; etiā connexum corrumpenti rei numeraretur cū ipso corrūpente: & connexum contrarii efficientis cum contrario efficientis in rebus, ex quibus dissuaderetur. Connexio autem finis ad efficiens aliqñ fit simul, sicut connectitur laus acquisitioni rerum laudabilium: & aliquando fit posterius, sicut est scia quę vltimo sequitur doctrinam. Res aūt efficientes sunt trium specierum, per se, aut per accidens. quę aūt sunt per se, sunt duę, aut proxima, sicut alimētū est efficiens sanitatem. aut remota, sicut est ipse medicus: ea aūt, quę est per accidens, est sicut actio exercitii defatigationis ad sanitatem. qñ aūt oportet ꝙ species efficientium ipsum bonum, sint hę tres species. Necessario itaq; res iuuantes ad bonum, quędā sunt bonę per se, sicut est collatio alimenti ad sanitatem et quędam malę per se, & bonum quoddam, qua iuuatur ad bonum, sicut est potus veneni ad sanitē. Mala autem, quę ferunt ad bonum, sunt duobus modis; quorū vnus est, ꝙ ex eis acquiratur maius bonum quā sit malū, pueniēs ex eorū ope

B re: sicut est acquisitio sanitatis ex potu veneni: & sicut est pauca angustia ad acquisitionem multarum diuitiarum. & quędam eorum sunt ex quibus prouenit tutela a maiori malo ꝙ sit illud, qd ex eis prouenit sicut est tuitio quę aduenit nauigātibus, quando proiiciunt suas merces: qm̄ proiecto merciū est mala: sed ex ea acquiritur tuitio a maiore malo, quę est submersio in mari. Illa aūt bona ꝙ acquiruntur ex bonis, vocat Aristo. vtilitates simpliciter; illas vero vocat bona transumptiue. & intendit per hoc transumptionem a malo in minus malum, aut transumptionem a malo ad bonum. Virtutes autē, licet sint fines, sunt ēt bonę per se, & iuuant propter bonum: quia earum possessores sunt decorarum dispositionum: & cum hoc ipse efficiunt bonum, & vtuntur eo. Conuenit itaq; ꝙ narremus de singulis harum, quo modo sint, quid bonum per se, & quo modo sint efficientes ipsum bonum, & distinguemus ipsam rem per hoc. Voluptates autem sunt bonę per se: qm̄ omnia animantia expetunt eas. Res aūt iocunde sunt quid bonum, qñ ille qui delectatur eis, fuerit decorę dispositionis. Inductione autem declaratur, ꝙ ipse sint quid bonum, & ꝙ iā expediant ēt ad idsum bonū. Pares autē vniuersalius aptitudinis dispositionis, quędā sunt, qui sunt fines solum: & quędam sunt, qui numerantur fines, sed etiam expediunt ad ipsos fines: & hoc, quia quibusdam est ordo ad aliquas earum: hoc est, ꝙ quędam earum sint ex entitatis aliquarum earum, & precedentes illas. exempli gratia: quia: fortitu

C do, & sapientia, & temperantia & magnanimitas, & liberalitas, & consimiles virtutes animę eliguntur per earum vniuersitatē plures res partium aptitudinis dispositionis. Sicq; per vniuersitatem sanitatis & pulchritudinis ex virtutibus corporis eliguntur plures res, quę sunt aptitudinis dispositionis: ille aūt efficiunt illas. Sicq; ēt eliguntur efficiētes alias res ex aptitudine dispositionis: sicut sunt efficientes voluptatē, & efficiētes decorum regimē. Hinc est, quod putatur de diuitiis, ꝙ sint bonę, quia sunt cā harum ambarum rerum nobilium, quarum vna est voluptas, & altera decus regiminis, Et aptitudo dispositionis p fratrum multitudinē reperitur efficiens plures res bonas, & hoc quando amicitia inter eos esset propter ipsam amicitiam in se, non ꝙ sit amicitia inter eos propter aliā rē qm̄ fratres, qui sunt talis descriptionis, faciunt vtile & honorem, & gloriam, & alia preter hęc, quę eodem bonorum cursitant. Hoc autem fit in effectu & orōne, quia orōnes & actiōes quę fiūt ad honorē & gloriam & alia preter hęc, quę causa harum cursitant, sunt bona & vtilia. Vtiles autem per se sunt habitus naturales, quibus homo fit aptus ad res decoras: sicut est claritudo, & memoria & disciplina, & agilitas motus, sicq; etiam sunt pesfectiones scientię & artes. Sicq; & laudabiles consuetudines, que omnes cum sint iuuantes ad alia ab eis, ipsę sunt in se bonę per se eligibiles. Et ipsa sanitas etiam est quid bonum vel

le. Hęc itaque sunt bona quę omnes concedunt, & conueniunt in eis, ꝙ sint bo-
na & vtilia. & quando declaratur de aliqua illarum rerum ꝙ sit bona, illa de- D
claratio non est modo falligrapho & sophistico, quę fit in hac arte. qñ vero de-
clararetur de aliqua re contrariorum istarum, ꝙ illa sit bona, & de his ꝙ sint
quid malũ, hoc fit in hac arte sophistice, hoc est per declarationem fallentem et
hoc: quia malum iuuat per accidens, sicut declararet vir orator ciuibus alicuius
ciuitatis: ꝙ pusillanimitas sit eis bona. quia efficerentur fortes. exirent ab ipsa
ciuitate, & adhęreret eis inimicus; sed pusillanimitas non est bona simpliciter,
sed esset bona hominibus ciuitatis, quibus hoc acciderit. vtile vero, & vt pluri-
mum, & per se est ipsum bonum, sicut ipsum malum contrariũ illi bono est vti-
le inimicis, & hoc, quia ipsa pusillanimitas est vtilis inimicis: quia est mala per
accidens hominibus ciuitatis. Sed iam contingeret, ꝙ aliquid quod esset quod-
dam malum alicui homini, ꝙ noceret suo inimico. & id quod ei esset quoddã
dam bonum, iuuaret suum inimicum: sicut est pusillanimitas hominum ciuitatis,
qñ exeunt a ciuitate, non habent vires, vt resistant suis. decet aũt oratori, vt se-
pe apprime consyderet vtilem harum rerum. hęc autem enunciatio nõ est vni-
uersalis: hoc est, quę asserit ꝙ omne nocens inimico & dolere faciens eum, id
sit vtile: & ꝙ omne iuuans inimicum & lętificans ipsum, sit noxium: quia mul-
totiens fit ꝙ vna res noceat alicui homini & suo inimico, & iuuet aliquẽ ho-
minẽ & suum inimicum. Exemplum autem illius quod iuuaret ambos, & vter-
q; gauderet eo, est recessus inimicorũ a se inuicem, qñ fuerit inter eos magnã cla- E
des. & iam satur sit vterque eorum perditione & morte suorũ, absq; ꝙ vter eo-
rũ ꝑualuerit alterutri. quia qñ illico post hanc rem gestã recesserint a se inuicẽ,
vterq; eorum gauderet illo recessu, & ideo illud vtile esset etiam vtile ipsis ini-
micis. Noxium vero ambobus est id, quod multotiens cogit ad amicitiã inimici
& hoc, quando coęquarentur ad peruentionem mali incidentis in ipsos absque
excessu alterutrius eorum: & tollerantia plurium nationum diuersarum fit hac
de cã. & ideo dicitur ꝙ malum aggregat hoĩes. Et hoc ẽt est vnum horum, quo
malum fit vtile: hoc est, ꝙ noxium cadens in aliquem hoĩem cadat in eius ini-
micum. hoc.n. cogeret amicitiam inimici; & tunc ille inimicus, qui extrinsecus
descenderet, appeteret contrarium eius, quod appeteret vterque duorum inimi-
corum in quos descenderet et exterior inimicus. & hoc quia vterq; duorũ ini-
micorum appeteret amicitiã alterius occasione auxiliãdi se cõtra inimicũ descẽ-
dentem in eos extrinsecus. Ille aũt inimicus, qui descenderet, appetit reditũ suę
inimicitię ad suũ robur, aut illã augeri. Arist. aũt. d. ꝙ ideo fit vt plurimũ eius
qđ faciunt excessiua dispẽdia, & operantur vehemẽtes actiones ad tale bonũ,
quo repelleretur vehemens malum. Bonificatur aũt aĩa dispẽdiis ad tales res,
ꝑꝑ manifestationem illius, qui connexus est eis ex finibus illius quęsiti, & eius
ꝓpinquitatis: adeo ꝙ qñ repetiretur hęc res, reperiretur & ille finis. ac ẽt ex- F
cessiuum malũ cadens in inimicum esset cã admissionis pauci boni, qđ illi prius
ꝓuenisset. & nisi esset illud, non admitteretur, quia sicut refert Ari. vt illud idẽ
scribit ipse poeta Homerus accidit cuidam regi, qui inimicus erat Gręcorum,
qui hora conflictus captus fuit quem posuerunt augustis carceribus mancipatũ
per plures annos, in quibus carceribus interfecerunt eius filiũ, & ille petiit ab
is. vt darent ei eius cadauer, vt conquereretur, & deploraret ipsum, vt sui mo-
ris est in suos mortuos. & fecerunt vt petierat, tribueruntq; ipsum illis: qui gra-
tulatus est eis ꝑꝑ hanc paruam rem, quam ei concesserunt. Vtile aũt bonum &
opus, qđ magnificaret eius modum apud illos, ad quos talia fiũt et eius agẽti ꝓ-
ueniret maximũ bonum ab illis, ad quos illud fieret ẽ ꝙ hõ eligeret aliquẽ ho-
minẽ excelsi modi cuiusdã generis hoium: cui ẽt esset inimicus excelsi modi al-
terius generis hoĩum, & ageret malum in inimicos illius hoĩs, et bonum amicis
suis. Sicut accidit Homero cum Gręcis & suis inimicis. ipse enim intendẽs de
quodã magnatę antiquæ prosapię Gręcorum, ꝑrogatiua laudis determinauit il-
lum, & Gręcos eius amicos. quendam autem extremum eius inimicum determi-
nauit vituperatione, & suos etiam. qui erant inimici Gręcorum in quibusdã bel-
lis, quę intensa fuerunt inter eos, Fuit autem illę magni decoris & excellentię.

A ſimus apud Grecos, & magnificauit illum omni magnificentia: adeo ꝙ putaue-
runt de eo ꝙ ipſe eſſet vir diuinus: & primus doctorum cunctorum Grecorũ.
Et vniuerſaliter inimicis malefacere & amicis benefacere eſt ex rebus expe-
dientioribus, conditionis autem huius operis, qua laudetne ſuus caſus eſt ꝙ ſiat
ex eo id quo appareat, ꝙ vires ſui agentis non ſint vigoratæ, ab alio ab eo:
neq; alius adaptauit eum ad illud, ſiue agens fuerit magnum in ſe, aut paruum:
& ꝙ pateretur ꝙ eius operatio non ſit occaſione timoris, neq; rei quam ſpera-
ret, ſed ſecundum ꝙ eius appetitus et deſiderium fecer ipſum ad hoc. quoniam
per hoc actus perſeueraret ab agente, et eſſent ei faciles noſtrę operationes, quę
fiunt propter timorem, et per aliquod paucum temporis non moleſtarent ipſũ.
quando autem prolongaretur eis tempus, redderentur moleſtę, & pauſarent.
quando aũt ceſſarẽt ex hoc fieret odium agenti ab eis in quem actę fuiſſent, &
ideo annexum eſt actui, ꝙ ſit facilis agẽti. Hęc itaq; ſunt cõditiones principii
ſtionis bonorum quorum caſus eſt laudabilis, & vtilitas eſt inuenta. Pręmiũ
vero cuius caſus non eſt laudabilis, eſt illud pręmium, quod ſit ſcd'm id quod cu
peret naturaliter ille, de quo meretur ab oĩbus hoĩbus: quod eſt ꝙ careat bene
ficentia, quę peruenerit ei aut quantitate, aut vtilitate: aut quia id quod eſt ip-
ſum pręmium eſſet ſuperfluum merenti. & non indigeret eo. Illud autem pręmiũ
eſt, quo ſophiſtice fallitur. Ille autẽ, de quo naturaliter meretur, eſt ille, qui ex
B petit ꝙ eius pręmium ſit ſcdm reliquam harum trium intentionum: qm̃ ille, de
quo meretur eſt, ac ſi eſſet auarus ad largiendum, illę autẽ cuperet, aut ꝙ non
cõtingeret inde ei defectus boni, quod peruenerat ei, aut ꝙ defectus ſit paucior
quam bonum quod ei peruenerit. Quando autem ipſum pręmium fuerit talis de
ſcriptionis: immo conueniret beneficentię, aut genere ſicut de aureis per dra-
chmas: aut virtute, ſicut ſit pręmium diuitiarum per honorem, quo acquirerent
aliquid tale, quales ſunt illę diuitię: idq; eſt iuſtum pręmium, immo eſt ęqualiter
conuertibile. Quando autem ipſum pręmium non fuerit conuertibile æquali-
ter, neq; fieret eo fraus, ſed putaretur de illo de quo meretur, ꝙ omnino ſit eius
arbitrii pręmium deficiens, neq; excedens eius arbitrium ad id quod eſſet ma-
tus, ſiue eius pręmium ceciderit ad id quod eſſet minus, aut ad ęquale, aut ip-
ſum ſimile. Illud itaq; eſſet, pręmium decens: qm̃ eius pręmium per minus nõ
fuit tale ex arbitrio, ſed quia non fuit ei aptum aliud vltra hoc qñ autem cõti
gerit cum hoc, ꝙ ille actus ſit ex his, quibus gaudent amici, hoc eſt amici il-
lius, de quo bene meretur ꝑ illum actum, & male ſit ſuis inimicis, & cum hoc
eſſet res excellens apud plebem: & hoc in habitudine eius ex quo prouenit, &
maxime quando beneficentia fuerit ex his quę decent appetitiui eius, ad quem
fieret ſicut mereretur: aut amator honoris beneficaret honore, & amator diui-
tiarum diuitiis, & amator victorię victoria. Hæc itaq; beneficentia non ſolum
C eſt iocunda recipienti beneficentiã ſeu ſuſcipienti præmium, ſed ẽt ſibi eſt val-
de laudabilis, & ſic eſt diſpoſitio reliquarum ſpecierum bonorum. Actiones ve
ro beneficentiarum et pręmiorum incipienti et ei de quo bene meretur, ſunt fa
ciles: & deceret ꝙ perſeueraret agẽs in ipſis, qñ eſſet ſcd'm ſuã naturalẽ diſpoſi
tionẽ aptus ad illas actiones, et iã peruenerit ei habitus, quo ꝓueniãt ex eis illæ
operationes. De numero autẽ bonorum aptorum, quæ nõ putat ꝙ imminuãt be
nefactorẽ penitus, ſunt directio ad viã vitę. et increpationes morales. Ex his ita
que modis orator ſuſciperet premiſſas, ex quibus traderet perſuaſionem, ꝙ res
ſit vtilis vel inutilis.

Caput Decimum. De locis inferentibus magis
Iuuatiuum, vel magis Noxium.

QVoniam autem aliquando orator ſignificat ꝙ ipſa res ſit vtilis, ſed argu
mentaretur. ꝙ hic ſit aliqua res, quę ſit magis vtilis, ideo oportet ꝙ
ſint ei loca, quibus valeat declarare, ꝙ res ſit magis. vtilis, et magis lau
dabilis, Quorũ quidã ẽ ꝙ id qḋ oĩbus rebus fuerit vtile, ſit magis vtile q̃ id qḋ

est vtile quibusdam rebus. Et ꝙ id cuius vtilitas est durabilior, sit vtilius eo D
cuius vtilitas est breuioe. Et maius est vtilius minori:& quod plus est vtilius
pauco,& quod amplectitur plures descriptiones ipsius boni, aut quod ambiret
cunctas illas, id esset vtilius. Descriptio aūt perfecti boni est, ꝙ res sint eligibi
les propter se non propter aliud, & quod abomnibus expectatur, & studiosi
animo sapientes eligant illam. Id autem, quod amplecteretur omnia hęc attri-
buta, aut plura eorum est summe bonum & vtile, quod est finis aliarum rerum,
quę bonę denominantoe. Res autem denominatę bonę dependentes ex hoc bo
no, quod amplectitur hęc attributa, dicitur de eis ꝙ sint vtiles, quando vnt il-
larum reciperetur vnum horum attributorum aut plura vno attributo:& quęli
bet harum rerum, cui insunt plura attributorum ipsius boni, illa est vtilior, ex
quo vnum attributum non est vtilius duobus aut tribus. Ac etiam quando no
bilissimnm vnius geneeis est pręstantius nobilissimo alterius generis, genus cu
lus est illud nobilius est pręstantius altero genere. Illius autem generis quod
est pręstantius altero, nobilissimum pręstantioris generis est pręstantius nobi
bilissimo alterius generis, id autem est conuersum primi. exempli gratia: quia
si mares sunt pręstantiores fœminis. vie pręstantio est munere,& si vir est prę
stantior muliere: mares pręstantiores sunt fœminis. Hoc autem ita fuit: quia pro
portio nobilissimi ad suum genus, est sicut propoetio alterius nobilissimi ad
suum genus: & sit proportio generis ad genus eadem proportioni nobilissimi E
ad nobilissimnm. Pręterea, quando res infert aliquam rem quę non infert eam,
illa ex qua infertur res, est eligibilior, quam illa ex qua non infertur illa res,
exempli gratia, principatus & diuitię. quoniam diuitię annectuntue principa-
tui. principatus aūt non annectitur diuitijs: ideo principatus est eligibilior diui-
tijs. Sicq; etiam est dispō noxiorum: quia egestati annectitur auaritia: ideo ege
stas deterior est q̄ꝫ auaritia. Inferens autem triuio partitur: aut ꝙ simul sint prę
cedens & annexum: sicut est esse albi & albedinis simul, & sicut est nexus ho
minis & aīalis: aut ꝙ reperiatur ipsum annexum posteemo succedens: sicut est
nexus sapientię ipsi disciplinę, aut suus nexus sit in potentia, hoc est, ꝙ alteri
eorum operetur actione alterius, sed non conuertatur, hoc est, ꝙ illud alterum
non operetur actione primi. exempli gratia, de egestate & auaritia: quia egest
ti annectitur ꝙ homo operetur actione auaritię, sed nō annectitur auaritię actio
egestatis: quoniam egestas impedit maiores res q̄ꝫ sit priuatio vsos diuitiarū,
quę est auaritia. Rursus id, quod agit vtilius bonum, est vtilius: gratia exem-
pli, solertia & pulchritudo, ambę sunt vtiles,& bonę, sed secundum solertiam
maius bonū fit q̄ꝫ fiat pulchritudine: illa itaq; est vtilior. Sicq; etiam sanitas
est maioris vtilitatis q̄ꝫ voluptas: qm̄ plura bona fiunt sanitate q̄ꝫ fiant volu-
ptatibus. Ad hęc quod est eligibile, ipsum simplex maioris extimationis vtili-
tatis est, q̄ꝫ id quod non est eligibile, nisi appositum cum altero; ideo quia pul-
chritudo non est eligibilis, nisi composita cum sanitate: sanitas autem est eligi-
bilis sine pulchritudine: ideireo sanitas est maioris extimationis vtilitate q̄ꝫ
pulchritudo. Ac etiam quando fuerint duę res, quarum vna est ipsa perfectio,
& altera via ad perfectionem: illa quę est ipsa perfectio, est pręstantior, sicut
sunt sanitas & voluptas: quia sanitas est perfectio,& voluptas est eius genera
tio est via ad perfectionem. Pręterea qm̄ fuerint duę res, quaeum vna est eligibi
lis ꝑꝑ se ipsam,& altera est eligibilis ꝑꝑ aliam, illam, quę est eligibis ꝑꝑ se, est
prestantior eligibili propter aliam. excēpli gratia, sicut sunt scīa & diuitię: quia
scīa est eligibilis propter se, diuitię autem sunt eligibiles propter aliud. Adhuc
illa res, quę constitoit eius possessorem minus indigentię amicis aut vllo viro,
est pręstantior, q̄ꝫ illa quę ipsum constitueret indigentiorem, quia qui sufficien-
tior sibi est,& non indigēs hominibus, est illę qui indigeret paucioribus rebus
numero,& inuentu facilioribus. Pręterea qm̄ fuerint duę res. quarum vna ad
eius acquisitionem indiget secunda, secunda autem non indiget prima ad eius
acquisitionem, illa quę non indiget altera ad eius acquisitionem est eligibilior.
Cuius exemplum est de diuitijs & filijs. quia filij indigent acquisitione diuiti-
rum: diuitię aūt non indigent acquisitione filiorum; sicq; diuitię sunt pręstantio-

ris vtilitatis. Postea aūt declarabitur ꝙ res q̃ rst principiō, nō oportet ꝙ sit maior re, cuius illa fuerit principium: & hoc qa volūtas est ipsius boni principiū boni aūt opus maius est q̃ boni voluntas: sicq; ēt est de, disciplina & sciā. Quādo aūt fuerint duę res duoprincipia duarū rerū, quorū principiorū vnū est vehementius scđo illa cuius fuerit vehementius principium, est vehementior. At cōuersa huius et, quia qn̄ duę res fuerint principia duarum rerum, quarū vtraq; esset efficiens, vna aūt illarum vehementior fuerit secunda: illa quę fuerit principium vehementioris est vehementior. Sicq; ēt qn̄ essent principia. quę essent fines. Quando aūt compararetur principium efficiens ad finem, possibile esset, ꝙ putaretur ꝙ efficiens esset vehementius fine. & hoc, quia efficiens est quod esset finem: & nisi esset ipsum, non reperiretur finis. Possibile aūt esset ēt, ꝙ putaretur ꝙ finis esset vehementior q̃ ipsum principium. & hoc, quia nisi esset finis efficiēs, esset superfluum. Exēplum itaq; eius quo constituitur finis vehemētior efficiente, est sermo eius, qui narraret turpitudinem alicuius, & diceret, ꝙ expediat, ꝙ referatur ad iniquitatem, qn̄ magis hoc effecerit q̃ aliquis alius, qui cōsularet ei hoc. quia nisi venisset ad illū, non prouentret ab eo illud opus, ex quo nisi ipse non effecisset illud opus, non accidisset illud damnū. Exēplō aūt illius, quo agens constituitur vehementior fine, est sermo dicentis, ꝙ quidam sit magis laudabilis hoc opere q̃ aliquis alius. quia ille talis consuluisset ei illud opus: &
B nisi consuluisset ei illud: non egisset illud opus laudabile. vtrobiq; aūt vltimum eo quod est ante finem occasione finis. Rursus cuius esse est rarius est excellētius. sicut est de auro & ferro, nisi quia si aurum esset rarioris esse, nō esset vtilius. Amplius ēt est oppositum huius quod est, cuius sępius est excellētius eo, cuius esse est rarius pp multitudinem suarū vtilitatum. & hinc dicitur ꝙ aqua sit bona pp frequentiam sui esse, & cōitatem suę vtilitatis. Ac ēt id quod est difficilius inuentu, est excellentius, quia id cuius difficile est esse, īminuitur inuentio: id aūt quod est difficile inuentu, est extraneum, & homines gloriantur eo. Oppositum aōt huius est, ꝙ id cuius esse est facile, sit excellentius, quia illud reperiretur quotiens expeteremus ipsum. Item res, cuius contrarium est vehemētius, ipsa est excellentior. Ac ēt cuius cōtrarium est fortioris damni, illa est vilior. Non conuenit aōt ꝙ per vehementius & rarius hic intelligatur vehementia cōparationis scđm bonum solum, sed ēt scđm malum, & scđm id quod non est bonum neq; malum. Sicq; ēt est de finibus & rebus, pp quas fiunt hęc opera: quando quidā fines fuerint intensioris boni q̃ aliqui alij intensioris mali q̃ aliqui alij, res pręcedentes hos potiores fines sunt potiores. Pręterea illi habitus, & virtutes, & vniuersalius res efficientes, quę vehementiores sunt, opera prouenientia ex eis sunt vehementiora. qm̄ proportio operum ad principia est
C eadem proportioni principiorum inter se. quia si visus esset eligibilior olfactu, aspicere est eligibilius q̃ olfacere. Sicq; est dispositio omnium operationum ad suas causas efficientes non essentialium solum, sed ēt earum quę casu accidunt ex re: quia excellentis rei casus, quo accidit, est excellens. Et accidentium ēt, quę inexistunt rei, hoc est ꝙ rei excellentioris accidens ei inexistens sit excellentius. Ac ēt quando amatur homo diues, excellentius est q̃ ꝙ amentur diuitię: quia amicitia hominis excellentior est q̃ amicitia diuitiarum. Pręterea ipsę virtutes excellentiores sunt q̃ habentes virtutes. Et res, quarum appetitus est studiosus, pręstantiores sunt q̃ illę quarum appetitus non est studiosus. exēpli gratia, quia appetitus scientiarum est studiosus: appetitus aūt cibi & potus non est studiosus: quia sciē sunt pręstantiores cibo & potu, Sicq; & econuerso, videlicet ꝙ pręstantioris appetitus est magis studiosus. sicut quia sciā est pręstantior coitu, ideo eius appetitus est magis studiosus q̃ apetitus coitus. Rursus scientiarum quę sunt magis decorę, & studiosę, operationes sunt meliores & magis studiosę exempli gratia, quia ex quo scientię speculatiuę sunt magis studiosę quā practicę, earum operatio quę est ipsa veritas, est magis studiosa reliquis, quarum operatio est ipsa praxis. Et econuerso illę scientię, quarum operatio est pręstantior, sunt pręstantiores. & hoc, quia ex quo constituere secundū veritatem est pręstantius q̃ ipsa praxis scientię speculatiuę sunt pręstantiores

practicis. Hęc aūt duo loca sunt cōnexa, quia proportio artis ad artem est pro- D
portio opationis ad opationem. Et id quod iudicāt oēs vulgares aut plures, aut
prudentiores, & meliores iustę mentis ꝙ sit bonū & pręstantius, est pstantius
simpliciter & ꝑ se: qñ illorum iudiciū fuerit scdm suam naturā, & qua pruden
tes sunt, non scd'm ꝙ extrinsecus illud acquisiuerint ex opinionibus, qm̄ homi
nes prudentes scdm suam naturam dicūt virtutes, & bona quę sint, & quot sint,
& circa q̄ rē sint: licet id quod constituerint suam naturā, sit aliud ab eo, qd'
cōstitueretur scdm sciam. Id aūt quod dictū est in definitione ipsius boni, ꝙ id
quod oēs expetunt, intendimus illud bonum, ꝙ oēs expetunt scdm suam natu-
ralem creationē, hoc est prudētē. quia quod expetit creatio prudēs, qua est crea
tio prudens, est bonū simplr, aut pręstantius bonū: sicut notitia eius ꝙ fortitudo,
& modestia, & solertia sint bona, & eorū appetitus illarum, Id aūt, quod est bo
num in habitudine alicuius hoīs, est, sicut qd' apparet hoībus studiosis, ꝙ ferre
iniuriā sit pręstantius q̄ iniuriā inferre. nam hoc bonum non comprehendunt
hoīes scdm suā naturā, sed hęc opinio apparet illi homini, qui fuerit in vltimo
iustitię & studiositatis. Et rursus bonum, cui connectitur voluptas. eligibilius
est, q̄ illud, cum quo nō est voluptas. Et id bonū qd̄ est maioris voluptatis, est
eligibilibus, hoc aūt ita fuit, quia cōitas vulgi propinatur ad voluptatē. & quę-
rūt eam: & illorū inquisitio voluptatis est ꝑꝑ ipsammet voluptatē, non ꝑꝑ aliā
rē ab ea. Id aūt quod fuerit talis descriptionis, hoc est oībus existimatur, dicitur
ꝙ sit ipsum bonū & finis: igitur voluptas est bona. ea aūt, quę sunt intensiore E
voluptatis, sunt delectabilia, quę magis depurata fuerint a damno & mœstitia,
& magis perseuerantis permanentię. Voluptas ēt pulchri iocundior est volu-
ptate turpis: qm̄ ipsum pulchrum est per se eligibile, & si non esset iocundū. Et
illa est ex rebus quas expetit hō, ꝙ esset causa sui esse, aut sibi, aut suis amicis,
& vtius quęlibet res delectabilis, quę est pręstantior, est magis iocunda q̄ vi-
lior. Et illa quę durabilioris tpis fuerit, est magis iocunda q̄ illę, quę fuerint
breuioris tpis. & illud bonū. qd' firmius fuerit nobis est iocundius. q̄ quod in-
firmius fuerit. & hoc, quia ex quo sanitas est firmior nobis pulchritudine, esse
sanitatis est iocundius nobis q̄ esse pulchritudinis. res aūt nobis iocundę aut io
cundiores, sunt illę, quarum causa essendi nobis talis dispōnis est altera duarum
rerū, aut prolixitas vsus rei, adeo ꝙ delectemur ea ꝑꝑ vsū, sicut est dispō volu
ptatis prouenientis ex scla: aut quia illę sunt nobis iocundę, & expetimus eas
naturaliter. Sicq; ergo res sunt maioris voluptatis, aut lōgitudine tpis, aut appe
titu & naturali conuenientia. oēs aūt res, quę facile expediunt maiori conuenē
tia, conferunt nobis sua stabilitate & firmitate. Sumuntur quoq; pręmissæ ex-
pedientiores & magis studiosi ex locis similium & coniugatorum. & hoc, quia
si fortitudo est eligibilior q̄ tēperantia, uir fortis est eligibilior viro tēperato:
id ēt quod eligunt oēs est eligibilius eo, quod non eligunt oēs vulgares. Ac ēt F
id quod eligunt plures hoīes, est eligibilius quā id quod eligunt pauciores: quia
bonum, vt dictū est. illud quod oēs expetunt. Atq; ēt illud quod elegerunt pri
mi iudices, hoc est illi, qui non assumpserunt iura ab aliis, qui sunt legumlatores,
præstantius est eo, ꝙ illi non elegerunt. Illud ēt, quod eligerent illi, qui ordiren
tur iura ex horum verbis, pręstantius est, quā id quod illi nō eligerent. Illi aūt
qui ordiuntur iura ex verbis primorum iudicum, ex quibus sumuntur bases iu
rium, sunt duarum specierum, aut solum audientes eloquentes ad alios: aut au-
dientes scientes, hoc est valentes acquirere ex illis basibus quędam iura, quę
non exposuissent primi iudices. hi aūt sunt ēt duarum specierum, aut cōmissi pri
morum iudicum, aut non cōmissi qui sunt legales. hęc autem sunt res omnium
specierum ordinantium dicta primorum iudicium, quibus eloquantur quod au
diuerint, aut oculatim viderint a primo iudice. Quędam vero sunt, quę pecula-
riter attribuūtur sapientibus eorū: & est oratio rerum quę argumentatur ex
primis iuribus, quę elegerat primus iudex; & audientes non haberent sapien-
tiam, qua possent loqui de his rebus. Ea vero quē peculiaria sunt primis iudici
bus, vt de illis loquantur, sunt bases, quę graduantur gradu principiorum. Re-
liqua aūt quę iudicarent audientes habentes sapiam hoc est cōmissi & legales,

A que Aristo. vocat res excellentes. Iudicium aūt excellentium hoīum purę mē
tis, quorum moris est, ꝙ sumantur omnes, aut plures, est pręstantius: quia priua
tio assumptionis putaretur vitupertum: & defectus hominis studiosi nobilis, &
pauca acceptatio suę orationis. Aliquando aūt putatur res econuerso huius. &
hoc, quia aliquando hi, qui sunt purę mentis, studiosi sunt acceptę orationis: &
si nemo plebis assumeret aliquid ex eis, aut assumpsisset parum ex eis. & hoc,
quia horum orationes putatur ꝙ aliter sint acceptę q̄m quod placet plebi est,
quod per se non est acceptum. paucitatem ex plebe sunt discernentes. Ac etiā
studiosi, qui celauerint suas virtutes a plebe sunt magis laudabiles, licet sint ra
ri scdm esse. magis aūt ostenditur, q̄m illi celauerant suas virtutes a plebe: ex
quo timuerunt, ne ab illis adueniret eis ignauia. Principale aūt quod perfice
ret hoīem, quando ei adueniret, est, ꝙ esset causa essendi has res aduenientes
suis virtutibus, quę intenduntur ab illis ad virtutes. Hinc itaq; sunt huius spe
ciei orōnes acceptę: sicut fuerunt acceptę orationes primę speciei huic cōtrarię,
quę acceptę sunt. illę aūt sunt illę, ex quibus acceperat plebs. Oratio aūt speciei
valde acceptę ab hominibus est illorum, quorum honor est maior. q̄m ex quo
honor est pręmium virtutis, putatur ꝙ quanto honorabilior fuerit homo, tanto
esset maioris virtutis. hoīs autem illius speciei, quos offendisset maximum da
mnum & plurima pœna virtutum occasione, illi sunt pręstantiores & maiores.
B hiq; sunt hoīes, qui quando elegerint aliquā rē, alij aūt elegerint aliam rem
pręter illam, illa quam hi elegerent esset pręstantior & eligibilior. Diuisio au
tem rei in suas partes conduceret putaret de re ꝙ sit magna & pręstans. & tō
Homerus, q̄n voluit magnificare malum quod contigit cuidā ciuitati, loco eius
assumpsit suas partes, & meminit de interfectu infantium, & vlulatu pp eos, &
combustione ciuitatis, & alijs speciebus malorum quę contigerant illi. Sicq; ēt
compositio conducit ad putandū de re ꝙ sit pręstantior, & est econtrario hu
ius: hoc est, ꝙ acciperetur loco particularium ipsum vniuersale, quod contine
ret illa. Causa autem prouentionis ipsius persuasionis in his duabus speciebus
est transmutatio & cōmutatio. Ex quo autem res difficilioris esse scdm se & ra
rioris esse putatur ꝙ sint pręstantiores, res quę sunt frequentioris esse scdm se,
& facilioris esse videntur excellentes, quando reperiuntur in locis, quibus suū
esse est raro, aut temporibus quibus raro sunt, & ętatibus hominum ēt quibus
raro reperiūtur. sicut esse hominem oratorem ętate pueritię, aut ea, quorum mo
ris non est ꝙ reperiantur in eo in successu sui temporis: sicut est ille, qui ageret
breui id, quod eius conditionis est ꝙ agat longiori tēpore. aut illę res prouent
tent ex potentiis, ex quibus raro proueniunt. Sicut si imbecillis ageret opus
sanis: & ęger opus sani. Oīa aūt hęc, & eis similia sunt ex his, quę constituunt
excellentem & admirandum hoiem, qui non est excellēs. Ac ēt pars excellēs
C vnius rei est excellentioribus rebus, sicut est cor animalium aut cerebrum, aut
uer ex anno, & iuuenis ex ciuitate. Pręterea id quod expedit pręstantiori, est
maioris vtilitatis q̄ id quod magis noceret imbecilliori, sicut est sanitas in se
nectute & morbus in ea: quia sanitas in ea est eligibilior q̄ in puero: ęgritudo
vero est nocibilior in ea. Iterū id quod fit in vltimo vitę, est pręstantius: quia
res quę solent fieri hoībus in vltimo suę vitę sunt pręstātiores: sicut ēst scia, &
sapientia, & cęterę virtutes, quę perficiuntur longitudine vitę. Item res, quę q̄n
fiunt aut accipiuntur, earum actio esset sua veritas, sunt excellentiores q̄ illę q̄
q̄n fierēt, nō eēt sua actio veritas suę pfectionis. Ari. aūt vocat illas. q̄ q̄n fiūt,
earū actio fuerit sua veritas: eas de qbus intēdit veritas: alias vero vocat illas,
de quibus intēditur laudabilitas, hoc est, quarū actio nō est sua veritas. Et defi
niuit res de quibus intenditur laudabilitas, ꝙ sint illę, q̄ q̄n ignorāter, aut errore
fieret, nō laudarētur olno. Illę aūt, de quibus intēditur veritas, sunt res, quę qua
litercūq; fierent attigissent perfectionē. & ideo bonitas receptionis decentis est
pręstantior actione rei decentis. quia quādo fieret errore aut ignorāter actio de
cens, nō acceptaretur neq; laudaretur eius agēs. ex bonitate vero passionis &
receptionis ipsius qualitercunq; cōtingeret, eius recipiēs iā acquisiuisset inde ip
si bonū. Ac ēt id cuius actio ē eligibilis pp se, etsi nemo cognosceret illud ē, eli

gibilius eo, qđ nō est eligibile: nisi qua cognosceretur, sicut est dispositio sanitatis & pulchritudinis, qm̄ sanitas est eligibilis pp se, pulchritudo aūt est eligibilis propter aliud. Ac etiam quę expediunt pluribus rebus sunt pręstantiores: sicut quę expediunt longitudini vitę & decori victus, hoc est victui delectabili, & voluptatibus hominum & largitioni bonorum. Et hinc est quod putatur de sanitate & diuitiis, ꝙ ipsæ sint excellentes, quia amplectuntur dimissionem miserię, & actionem iocundam: hoc est quia sanitas est causa actionis iocundę, diuitię vero sunt causa omissionis miserię. vtraq; autem istarum per se est pręstans, & per se eligibilis: hoc est demissio miserię & actiones iocundę. quando autem coniunguntur in homine, constituunt ipsum magnum & pręstantissimum quorumcunq;, siue nouerit hoc quicunque nouerit illud, siue ignorauerit illud, quoniam hęc sunt bona, quæ vere acquiruntur nō ex his bonis, de quibus intenditur laus. Existentibus autem ipsis diuitiis causa cessationis miserię putant quidam viri, ꝙ ipsæ sint ipsa felicitas. Aliis autem apparet, ꝙ felicitas sit, cum illis connectitur alia res, quod est necessarium. quia conuenientius est, ꝙ beatitudo sit constans & tuta, quam ꝙ periclitetur. quia dannum adueniens illi, qui habet duos oculos, & defecerit vnus eorum, non est sicut illius, qui haberet vnum oculum, & deficeret ei, quia ab ipso monoculo auferretur magis amandares quam auferretur ab illo qui haberet duos oculos. Et sic si felicitas esset diuitiis & alia re, damnum adueniens ex ablatione diuitiarum non esset sicut ex ipsarum ablatione, si ipsę solę essent ipsa felicitas. Sermo autem de omnibus his rebus hic non est secundum modum verificationis, sed locutio de eis est secundum modum, quo indiget eis orator. Expedit autem semper oratori, quando intulerit conclusiones ex talibus pręmissis, ꝙ eas confirmet exēplis sumptis ex viris, qui operati fuerint illas operationes, & aduenerint eis vtilitas, aut dannum. Hic est ꝙ expedit oratori, ꝙ obseruet narrationes & historias. Hę itaq; sunt res, quibus constituitur ꝙ res sit vtilior, aut magis noxia. A B

Caput vndecimum. De rebus, quibus fit bona persuasio, aut dissuasio statutorum.

De rebus vero, quibus fit persuasio & dissuasio, iam prius dictum est sufficienter. Pręstantior vero & excellentior earum est sermo de rebus, quibus valemus ad bonitatem suasionis statutorū, & largitionis cōsilii de ipsis statutis, quibus non est quid pręstātius. ideo expedit ꝙ perficiamus hic sermonem de eis. Et dicimus ꝙ largitio consilii statutorū iuuantium, & perfecta suasio de eis contingit per notitiā specierum politiarum & morum & statuorum, quę peculiaria sunt singulis politiis. & hoc, quia in vnaquaq; politia sunt statuta iuuantia ipsam, quę sunt statuta, quibus fit euasio illius ciuitatis & eius stabilitas. Nobilia autem statuta iuuantia sunt ipsa iusta, hoc est, quę iuste sunt imposita: quę descripserit primus princeps ciuitatis, aut commissus super eam a primo principe. Differunt illa statuta nobilia, hoc est iusta statuta politiarum secundum varietatem sui finis, & numerabimus ea numero politiarum Exempli gratia, quia in politia victorię iustitię, est, ꝙ non sit existimandum, quando imperator verberasset illum, qui esset sub imperatore. In politia autem nobilitatis iustitia est, ꝙ ille, qui est sub imperatore, verberet imperatorem: sicut sunt verbera, quibus verberauerit ipsum maxillā. Politię aūt vniuersalius sunt quatuor: videlicet politia popularis, & politia tiranitidis, & politia regia, & politia vnitatis, quę est ipsæ honor. In singulis autē his politiis intentum statutorum impositorum in eis est ipsa ciuitas, & commune, non priuatum. Cuius itaq; popularis est, cuius principatus est casu & fortuna non conuenienti decreto: ex quo in hac ciuitate non est pręlatura vnius ad alterum, Tyrannidis vero principatus est, in quo proponuntur magistratus super politicos ad omissionem ociorum & ocasionum, non modo quo expensa sit ad cautelam et fortificationem, neq; ad componendum thesaurum ad ciuitatem, sicut res se habet in aliis politiis; sed modo quo collectio diuitiarum perueniat primo principi: & C

dpi:& si gratis distribueret illis portionem aliquam ex collectione illarum di-
uitiarum principatus esset collectio diuitiarum. Si autem non gratificaretur il-
lis aliqua portione illius collectionis diuitiarum esset principatus victoriæ.
ut esset potentum, & esset in gradu serui ad primum principem: & eius cautela ab
eo esset secundum gradum cautelę hominis a suo seruo. Bonum autem regium
est dominium, quod fit modo morigerationis & educationis ad id, qđ expedit se
cundū legē, qm̄ qui cōsulunt qđ pręcipit lex, dominātur bono regio. hoc aūt est
imperiū, quo peruenit directio dispositionis hōium ciuitatis & humana felicitas,
& ideo hi sunt studiosi, & valentes ad opera, quę largiuntur felicitatē ciuitati,
& facit solertes & cautos ab his, quorū cōditionis esset corrūpere ciuitatē inte
rius vel exterius. & ideo vocatur hęc politia hoc noīe. Hoc aūt imperiū, de quo
meminimus est duarum specierū: videlicet principatus regius: & est illa politia
cuius opiniones & actiones sunt sicut inferrēt sciē speculatiuę. Secundus aūt est
principatus optimatum, cuius actiones sunt studiosæ tantum. hoc aūt vocatur sa
cerdotium, & fertur ꝙ inuentū fuerit in primis a Persicis, vt narrat Abuma-
zar. Vnitatis aūt est principatus, quo amat rex, ꝙ peculiariter discernatur hono
re principali, & nō deficiat ei aliqua res; quę communicatur alteri: hęc aūt est
contraria politię optimatū. Statuta aūt harum ciuitatū aliqū sunt imposita de-
terminata eis impermutabilis perpetuo vnæ: sicut est dispositio legum nautarū.
& aliqū nō habent statuta determinata, sed dimittūtur imperatoribus earū, se-
B cundū qđ magis expedierit ꝓ singulis tēporibus: sicut hodiernis tēporibus est
dispositio plurimū legū romanorū. Non cōuenit aūt, ꝙ lateat nos ex quibus de
scripsimus has politias, finis singularū earū. qm̄ qū nos nouerimus finē, cogno-
scetemus res, quę eliguntur pp finem. Finis aūt politię popularis est libertas.
finis vero tyrannidis est collectio diuitiarū. finis aūt boni imperij est virtus &
corroboratio legis, finis autem vnitatis est honor. Finis autem imponentis poli-
tias, in quibus non instituuntur leges impermutabiles est cautela & tuitio ab
errore occurente legibus mutatione tēporum, & locorum. Cōuenit aūt ꝙ scias
ꝙ hę politiæ, de quibus meminit Arist. non reperiuntur simplices, sed vt pluri-
mum inueniūtur complexę: sicut est dispositio politię, quę nunc reperitur. quia
quando perspiceremus eam, inuentremus ipsam amplectentem virtutem & ho-
norem, libertatem & victoriam. Quando autem sunt notę nobis species politia
rum, & manifestum est ꝙ nos possumus cognoscere mores & leges, quę condu-
cunt ad finem vniuscuiusque harum politiarum, hoc est qui expedirent eis. et in
tendamus habitum illorum motum nostrę, aīę, & possessionem speciei illarum
legum, quibus intendimus suasionem. quoniam orationes, quibus dissuademus,
secundum leges suadent, quando hi qui consulunt sunt iusti & decori operis:
adeo ꝙ hę res hic prędictę sint nobis notę. & existant in nobis, ꝙ quando no-
C bis inexistat mos, quem suademus, nostra oratio de illa suasione est vehemen-
tioris suasionis. Et ideo expedit, ꝙ non consulamus, nisi de his quę reperiuntur
in nobis, & perciperemus, ꝙ nobis inexistarent. Notum aūt est ꝙ constantia
legum iuuantium finem acquiritur modo resolutionis & speculationis ad finē.
Iam itaque expositum est ex hoc sermone vnde summantur ea, quę suasionem
vtilis largiuntur ex ipsis legibus singularum politiarum, & quot sint modi poli
tiarum, & legum, versus quas versantur: hoc autem fit secundum quod satis est
huic arti. Sermo vere de his rebus secundum verificationem habetur in libris
Politicorum.

Cap. Duodecimum. Sermo de laude & vituperatione.

POst hęc vero loquamur de virtute & vitio, honesto & turpi, quia hęc
sunt, quibus aliqua res laudatur & vituperatur. & contingit ex nostra
notificatione harum rerum, ꝙ notificemus res, quibus homo constitue-
ret prestantiam suiipsius. ex quo hic est secundus trium modorum, qui-
bus occurit suasio, sicut ex nostro sermone pręmissum est. & hoc, quia
est species laudis, hoc est, ꝙ rebus, quibus possumus laudare alios valeamus lau

dare nos ipsos; licet non conueniat oībus rebus, quibus laudaretur alius. Sed
hoc solum fit secundum virtutes, quę sunt res, quę vertuntur ad arbitrium. Quo D
niam autē sępe accidit, q̄ hoīes & spirituales laudētur virtutibus & rebus aliis
vltra virtutes, & nō solum laudibus horum hoc accidit, sed ēt laudibus rerum
animatarum, & inanimatarum hoc est, q̄ ipsi laudentur aliis rebus, exceptis
virtutibus. Cōuenit itaq;, q̄ loquamur hic de rebus, ex quibus sumerētur p̄misse
ad laudandū per virtutes, & per alias res a virtutibus, vt sermo de his sit vniu.

Honestum. Dicimus aūt q̄ honestum sit, quod est eligibile propter se, qd est laudabile,
& bonum, & iocundum, qua est bonum, qn̄ aūt ipsum honestum hoc fuerit, ma
nifestum est, q̄ virtus sine dubio sit honesta, quia est bona & laudabilis. Virtus

Virtus. aūt est habitus, qui metitur omnē actionē; quę bona est rōne illius mēsurę, aut
putatur sit bona, hoc est conseruans hanc mensurā, & efficiēs ipsam. & ideo
est qui facit esse oēm actionē, qua intenditur versus aliquē finē nobilis mēsurę
excellentis modi ad prosecutionē finis ab illa. Partes vero virtutis sunt iustitia,

Virtutis partes. hoc est vniuersalis ęquitas, & fortitudo, & magnificentia, & tēperātia ēt, ma
gnanimitas, & humanitas, & liberalitas, & prudētia, & scīa. Quędā aūt harum
virtutum sunt, quę sunt virtutes solum in essentia studiosi: & quędā earū sunt,
quę sunt virtutes, quibus agunt in alios hoīes. Hę aūt, quę agunt in alios hoīes,
praestantiores sunt apud quosdam hoīes q̄ apud alios. & aliquo tpe magis q̄
alio tpe, Exēpli gratia, quia virtus fortitudinis est eligibilior tēpore belli q̄
tempore pacis: sed virtus iustitię est eligibilis in pace & bello simul. virtus au E
tem liberalitatis & magnificentię est eligibilior indigentibus quā non indigen
tibus. Differt autem virtus magnificentię a liberalitate scdm magis & minus;
quia vtriusq; actio est diuitiis: sed magnificentia est maior actio quā opus libe
ralitatis. Iustitia vero est virtus ęqualis, qua studiosus tarditur singulis homi
nibus portionem illis expedientem: & hoc scdm mensuram, quā pręcipit lex.

Iniquitas. Iniquitas autem est mors, qua homo accipit aliena, quę lege non essent sumen

Fortitudo. da. Fortitudo vera est virtus, qua homo agit operationes decentes expedientes

Tēperātia. ad solertiam, vt pręcipit lex: adeo q̄ hac eius actione dirigat ad legem. Pusilla

Liberalitas. nimitas vero est contrarium huius. Temperantia vero est virtus, qua homo ope

Magnanimitas. ratur circa voluptates corporis secundum mensuram, quam pręcipit lex. In
temperatia autem est contrarium huius. Liberalitas vero est virtus agens ho

Prudentia. nestum circa diuitias, quod famosum fuerit. Auaritia autem est huius contra
rium. Magnanimitas vero est virtus, qua fit decus excellentium actionum. Pu
sillanimitas autem & insensabilitas est eius contrarium. Prudētia vero est vir
tus intellectus, qua fit decus animaduertētię, & consilii, cum esse virtutum mo
ralium illi, quę sunt ex rectitudine dispositionis. Hic itaq; est sermo de virtute
& suis partibus, quatenus indigemus eo in hac arte. Constituere vero reliquas
res vltra virtutes quibus homo laudatur non est difficile, & hoc, quia notum F
est, q̄ agentia virtutum sicut sunt intelligentia, & vsus rerum, quibus attingun
tur virtutes, sunt res decorę & laudabiles: res vero, quę insunt ipsimet virtuti
bus, hoc est accidētia quę insunt eis; & res, quę cōnexę sunt virtuti bus, sunt il
lę, de quibus nūc loquemur, quę sunt signa virtutū, & accidētia cōnexa virtuti
bus. Laudatur aūt homo suis actibus, qn̄ fuerint decori & laudabiles, quia plu
res actiones virtutū sunt res, quibus non laudatur. Sunt ēt sunt plura accn̄tium,
Exēplū actionū & accidentiū, quę sunt laudabiles, sunt actiones fortitudinis in
bello, aut illius qui actionem virtutis egerit in bello. & si non fuerit ex illis,
quibus est habitus fortitudinis, Sicq; etiam sunt accidentia, quę adueniunt for
titudini, quibus laudatur aliquis. Exemplum vero actionum, quibus aliquando
non laudatur, est sicut distributio diuitiarum: quia est de numero actionum libe
ralitatis, sed hic esset actus modi prodigalitatis. Exemplum autem accidētium,
quibus non laudatur homo, est passio hominis ab ęquitate, & eius receptio. &
hoc, quia actus ęquitatis est laudabilis: passio vero ab ea non est laudabilis:
quoniam putatur de ea q̄ sit depressio & dedecus. Et vniuersalius actiones
virtutum sunt laudabiles, quando iuste metiuntur: operationes autem magnę
difficiles factu, quibus homo laudatur, quarum pręmium est honor, sunt lau-

A bilitiores ꝙ operationes, quarum premium sunt diuitię, Ideo quando esset hic
actio amplectens ambas res simul, & suus agens qui operatur, esset tantum pro
pter honorem, laudaretur ex illa. Et quanto homo non operaretur virtutes pro
pter se, magis laudaretur. & si actus esset rerum, quę sunt bonę simpliciter, simi
liter laudaretur suus agens. Ac etiam laudatur ipsis rebus, quę sua natura sunt
bonæ, & si sint noxię agenti: sicut est de actione iustitię: quoniam sępe iustus
agit sibi noxium. Operationes autem quę proprię sunt rebus defunctorum, sunt
laudabiles, quoniam ex actionibus, quę sunt viuentium, homo sępe intendit vti
litatem suiipsius. & vniuersalius quilibet actus, quo intenditur alienum, & non
recipit eo vtile suus agens, aut inde adueniret ei damnum illo, ipse laudaretur.
Et actus etiam ipse est laudabilis benefacientibus hominibus, quia ipse est iu
stitia, ex quo suus agens non recipit ex eo vtilitatem, & ex his quæ significat
hominem studiosum, est, quia ipse non operaretur actiones, quas tribuerent ei vi
ri intemperati; immo increparet eos sermone & opere. Sicq; etiam cautio stu
diosorum, & eorum commendatio ex his, quibus laudaretur aliquis homo, &
pudere ex commemoratione turpitudinum est ex his, quę significant virtutem
quia putatur de illo viro, ꝙ verecundia prohiberet ei conducere illud vitiū.
Ac etiam inuerecundia ad commemorationem turpitudinum est signum, quo
homo laudetur. & hoc, quia putatur ꝙ pudore comprehendatur homo, quando
commemorantur turpitudines quas egerit, aut ei peruenisset valere ad illas, aut
B eas percuperet. Sicut retulit Arist. ꝙ accidisset cuidam mulieri noię sapientię
apud eos, cui quidam certus homo obloquutus fuerat turpia: quando dixit ei
vellem tibi dicere orationem quam ferre impedit pudor. Illa autem transiuit,
nec dedit responsum illi turpi orationi, neque adepta fuit inde tristitiam, neque
passionem aliquam. Nam ipsa sibi visa fuit, ꝙ occasione suarum virtutum ne
mo obloqueretur ei, neque nutu, neque communi sermone, quę sunt duę spe
cies locutionis; immo tunc illa constituit narrare virtutes, & laudare eas ha
bentes, contristata eis exclamans ad illas. Nec viri etiam, qui secum erant, ira
ti sunt verbis illius viri, nec suo obloquio: cum noscerent ꝙ talis matrona non
suspicaretur tale. Et ideo exclamatio ad res, quę adipisci facerent laudem, &
inflammetur ad illas, constitueret & clamantem ad illas, & eis inflammatum
inter viros habentes virtutes, quę non perueniunt hominibus, nisi vehementi
inclinatione naturę, sicut est temperantia, & fortitudo. & cęterę. & hoc quan
do illi esset habitus ad reductionem suę operationis, & exclamare ad illas &
excalescere eis: sicut acciderat huic mulieri, de cuius mentionem fecimus cum
illo viro, & hoc, quia talibus operationibus redditur vir de numero virorum
habentium virtutes, quę non peruenirent homini nisi maxima aduertentia. De
cus autem boni, quando ipse decorus non acquireret ex eo aliquam rem, est
C ex his quibus laudaretur. & ideo laudatur homo ęquitate & iustitia, qua sunt
vtiles, sicut laudaretur eis, qua sunt honestæ. Vendicari etiam hominem ex
inimicis & non parcere eis, est res, qua meretur laudem. quia vendicari ex eis
est meritum: meritū aūt est iustitia honesta. Amor ēt victorię ac amor honoris
est ex his, quibus laudatur homo: quia ambo sunt signa, quę significant electio
nem virtutum, non occasione acquisitionis diuitiarum per eas. Amor autem vi
ctorię significat electionem fortitudinis. Amor vero honoris significat electio
nem cunctarum virtutum. Et ideo optatę electę virtutes, sunt illę quibus acqui
rens eas non intenderet acquisitionem diuitiarum. hoc enim significat excel
lentiam virtutis. Illis autem actionibus laudatur homo, quarum moris est,
quod permaneat sua memoria perpetuo obseruata hominibus. Res autem, qui
bus laudaretur homo, sunt laudabiles dispositiones apud homines, quas con
stituerent signum excellentium; sicut hominem esse decorum versibus, poema
tibus, & hymnis apud Gręcos. hoc enim significat nobilitatem & excellētiā t
ex quo non cuique hominum facile est decus versuū & poematum. Nam
decori poetę non facerent opus illius, qui non fuerit poeta decorus, neque
acciperet pro sua arte, quamcunque artem quę contingeret. Nobilitatis au
tem conditionis est, quod homo non indigeat alijs, sed sibiipsi sufficiat. Expe

dit autem ꝙ accipiamus in laude,& vituperatione res proximas vitiis & vir
tutibus. Illa aūt sunt vitia,ex quibus reperiuntur opera virtutis, aut virtutes, D
ex quibus inueniuntur opera vitiorū. Laudatur aūt hō vitiis, ex quibus inue
niuntur opera virtutis, qn̄ putatur ꝙ illę sint virtutes, quia illa opa sunt opa
virtutum: et sic putaretur ꝙ virtutes sint vitia,quia accidit ꝙ ex eis inueniūtur
opa vitiorū. Exēplū quidē vitiorū,ex quibus inueniūtur opera virtutū,& puta
tur ꝙ sint virtutes, est vt desatigatus,a quo fiunt opera patiēter tolerātis,& pu
tatur ꝙ sit tollerans. Et torpens,ex quo reperiuntur opa et circunspectu & pp
ea putatur ꝙ sit circunspectus. Et similiter insensatus,qui putatur ꝙ sit tempe
ratus: cum sit ab eo opus temperanti per accidens.& sic pręceps audax puta
tur ꝙ sit fortis: & corruptus mentis, ꝙ sit venerandus. Exemplum autem
huius quod putatur ꝙ sit vitium & non est vitium,est,ꝙ accidit, magnanimo,
ꝙ timeat res paruas: & putatur ꝙ sit errans,& subdolus, Magnanimus autem
faceret,hoc in rebus,ex quibus non aduenirет ei magnus timor: neq; vehemēs
dannum.& hoc etiam vbi decet ei ꝙ negligat. Ac ēt putatur hic locus econ
uerso huius,ꝙ dicatur de timido,ꝙ sit magnanimus. Et ex eo, quod laudamus
hominem distribuentem sua amicis & alijs quā amicis cognitis, & incognitis.
nam putatur ꝙ excellentia virtutis liberalitatis sit distributio diuitiarum om
nibus. Expedit autem,ꝙ laus sit coram amicis illius,qui laudatur: sicut dixit
Socrates,ꝙ facile sit laudare athenienses athenis: & expediat laudare singulos E
homines,qua sunt laudabiles suę nationi: & viris ei conciuibus,ex quo hoc est
varium. Ex laudibus autem rerum,quę sunt extra, est laus patrum & comme
moratio gestorum Antiquorum. Et hominis laudis est, qua sua cogitatio ascē
dit virtutibus: & non satisfit his,qui ei prouenerunt. Vir autem magnanimus,
qui non satisfit suo animo his gradibus dignitatum, quę ei peruenerant,lauda
tur ambabus his rebus extrinsecis: hoc est, virtutibus suorum maiorum, &
quibus ipse acquisiuerit conuertendo se ad illas. sicut diceretur de quodam ex
cellenti opere,quod incœpisset ex parte suorum maiorum, & ad quod opus fi
niretur ex parte sui animi. Ille vero,qui non animaduerteret ad adipiscendum
maiorem gradum dignitatis, q̄ꝫ peruenisset ei, laudaretur tantummodo ex re
bus, quę sunt exterius ex parte suorum maiorum. ac si putaretur hic ꝙ non
conueniat,ꝙ satis sit homini,ꝙ laus glorię, maiorum suorum absque eo ꝙ cum
hac laudetur propria virtute. sicut veteri prouerbio dicitur: non est nostra in
prosapijs sustentari: & si nobiles extiterint nostri,primi maiores equites. sa
tis vero nobis est laus proprię virtutis absque mentione maiorum. Vera aūt
laus fit operibus,quę sunt ex voluntate & arbitrio. quoniam actus qui volun
tate & arbitrio fit,est actus studiosus: laus autem per res, quę fortuna & casu
fiunt,est,quia quando illę annectuntur virtutibus,esset eis decus & gloria: si
cut est dignitas generis, quando connectitur virtuti: & infortunium quod con F
nexum est actibus virtutum. Tunc autem actus qui fiunt fortuna,& acciden
tia quę per accidens,coniunguntur actibus qui voluntate fiunt, ingrediuntur
laudem,quando pluries secundum vnam descriptionem redierint: adeo ꝙ pute
tur ꝙ sint per se. & hoc, quia quando eis acciderit hoc, putatur ꝙ sint signum
virtutis, sicut multotiens puderet hominem casus in locis, quibus laudatur pu
dor. Ingrediuntur autem hę res laudem,quia laus est oratio describens magni
ficentiam virtutis. hę autem res sunt, quibus magnificaretur virtus. Quando
aūt vtimur his rebus ad laudem,expedit ꝙ vtamur eis,qua factę sunt ex anim ad
uertentia. Quędam aūt sunt rerū quę casu fiunt,quarum homo non est causa ne
que per se neque per accidens,sicut prosapia,& educatio studiosa. Et quędam
earum sunt res,quę accidunt ex opibus,quę cōtingunt ex animaduertentia. bo
na aūt casu facta,quę accidunt ex actionibus,sumuntur vt signū virtutū. Ea au
tem,quę casu fiunt, quę hominem pręcedunt,sumuntur ad consistentiam & fir
mitatem virtutis. sicut ꝙ dicatur in laude,ꝙ ex bonis creantur boni: & in vitu
perio ꝙ ipsum turpe gignit̄ turpe: & vniuersalius ipsę operationes sunt,quibus
laudat̄ agēs. Electiones vero actionum sunt signa actus, hō aūt eis laudatur,qū
ex illis constituerimus actum. Bona aūt fortuna,quā diximus in præmissis ꝙ

ipsa beatitudo, vt sibi videtur vulgus, & reliquę res casuales, quibus lauda
A tur homo, sunt vna scdm genus: sed ipsa & virtutes non sunt vna scdm genus.
sed sicut directio dispositionis nō est supior, hoc est continens eam: sicut illud, qd
fit casu, est quoddam genus continens beatitudinē. Et vtraq; hęc genera, hoc est
ipsę virtutes, & id qd fit casu simul ingrediuntur capitulū laudis, & capitulū cō
silii: sed duobus variis modis. Res autem ita fuit: quia qñ nos sciuerimus res, q
expedit fieri, iā sciuerimus res, qbus hō laudabit, qñ factę fuerint. Et ideo, qñ
de his rebus fuerit facta mentio simpliciter, possibile est ꝙ ingrediantur consi-
lii & laudem. & hoc cum additione modi quo ingrediuntur consilium, aut mo
di quo ingrediuntur laudem, Et hoc, sicut quispiam diceret ꝙ non expediat, ꝙ
debeantur magnificentia & extollerantia rebus, quę fiunt homini per accidens,
sed rebus, quę fiunt ex rebus animaduertentia & arbitrio. quod qñ superadditur,
non conuenit, ꝙ laudentur eo illi, quorum beatitudo est a fortuna: sed expedit ꝙ
laudentur illi, quorū beatitudo est ex aīaduertentia & arbitrio, sicut quidā q in
grediebatur capitulum laudis. Quādo aūt huic addidisset dicens, ideo non expe
dit ꝙ expetātur res quę casu fiunt: sed illę res, quę fiunt ex aīaduertētia ingres
sę fuerunt consilium: rebus autem casualibus possibile est ꝙ vtatur quis aliqñ
ad laudem, & nonnunꝗ ad vituperiū. Nā opiniones hoīum variātur. quidā.n. ho
B mines sibi videntur, ꝙ bonis, quę casu fiunt, non expedit ꝙ ipsis hō laudetur:
ex quo sunt res, non obiecta, neq; firmiter acquisita ipsi homini. Alii aūt aiūt,
ꝙ expediat, ꝙ eis homo laudetur, & ꝙ ipse significant diuitiam prouidentiam
ad illum, cui accidunt. Ille autem, qui laudatur rebus, quę arbitrio fiūt, semp eis
laudatur, & qui illis vituperatur, semper eis vituperatur, Cōuenit ꝙ vtatur ad
laudē illis rebus, quibus res magnificatur, & extollitur, qd est ꝙ cōducat ad pu
tādū de ipsa re, ꝙ potestate sit plures res. & hoc, qñ diceretur ꝙ ille fuisset pri-
mus, qui hoc egisset: sicut fertur de historia Habel & Kain: aut ꝙ paulillo tpis
fecisset id, cuius conditionis est fieri magno tpis spatio, & ꝙ mirabilia fecerit.
nā oīa hęc cōstituunt excellentiā agētis. Et sic similiter, qñ diceretur ꝙ ageret
tēpore, quo sua actio esset difficilis. & hoc, qñ fuerit, sicut expediret singulis ho-
minibus. Preterea, si agēs esset illorū, ex qbus actiones & orationes sępius suc-
cederēt, eius actio esset excellēs: & operationes, quas homo ex eis cōtraheret,
nō essent actiones, quę fierent casu: sed illę operationes, quę volūtate & aīad-
uertētia fierēt, Has aūt res possibile est ingredi cōsiliū: hoc est res, quę magnifi-
carēt illā rem: sicut cōsuleremus hōi, ꝙ cōformet primo laudabili illius generis:
aut similis ei fiat secūdū illā laudē, aut ei cōsuleremus ꝙ esset vniuersitatis lau
dabiliū, in quorū laudem nemo cōtendit: sicut sunt homines, qui foro & publice
laudantur, aut illis fiat similis. Et ex eis, quibus magnificātur laudabiles, est ip
sorum cōparatio ad illos qui faciunt contraria suorū operū: & hoc mentionem
C faciendo suorum laudabiliū operum. Expedit autem ꝙ his assimilentur illi, quo
rum conditionis est, ꝙ similes fiant maxime laudabilibus, & continuo se com
parent illis, & suis consuetudinibus vtātur ad laudem: & si non peruenerint ad
eorū gradum dignitatis, nam illorū virtutes sunt in cōtinuo augmēto. Compara
tio autem ipsiusmet hominis cū alio non cōuenit, nisi fiat ex studioso viro occa
sione affectus proprii amoris hominis ad se, Nam ille videret sua vitia esse pau
ciora vitiis alienis, & si essēt maiora. suas aūt virtutes faceret maiores, et si sint
minores. iccirco non cuiuscunq; est vis cōparationis, Valerent autem ad illam
studiosi homines, vt Arist. refert de Socrate, ꝙ ipse cōparasset inter semetip-
sum, & inter alios ab eo: & ferebat iudicium de ꝓpriis moribus circa dispositio
nē, q̄ animaduertebat inter se & inter alios, & si eam inuenisset virtutē, cōmē-
dabat se de ea: si autem eam reperisset vitium, puniebat se pro eo. Comparatio
autem expediens illi, qui vellet adolescere virtutibus, conuenit ꝙ fiat ad val-
de laudabiles. Significatur autem ꝙ tales sint laudabiles, hoc est illi, quorum
virtutes sunt in continuo augmento, quando coegerint suos animos, vt attin-
gant adeptionem studiosorum. Si autem, defatigarentur ex hoc, esset lauda-
bile apud plebem. Manifestum autem est ꝙ magnificatio rei ingrediatur lau-
dem, quia magnificatio rei est eius excellentia, excellentia autem est ex ea-

De amplificatione.

bus, quibus aliqua res laudatur, Expedit autem, quando velles magnificare per similitudinem, ꝙ conformares pluribus laudabilibus. nam hic actus est D excellentię laudabilis, & ostensio suę virtutis ad plebem. Et vniuersalius sua oratio est specierum communium tribus generibus orationum. quia resti magnificatio sit communis tribus generibus rhetoricarum orationum, propior tamen est laudi & vituperio, Nam homo laudatur aut vituperatur rebus existentibus: quarum esse omnes consitentur. magnificatio autem rei propior est enti, quam sit ei quod est priuatum. & ideo expedit ei, qui laudat aliquid ꝙ describat nobilitatem rei, & eius honorem & gloriam. Vsus autem signorum & exemplorum proprior est ipsi consilio, quoniam quando ex rebus adeptis, quę iam exactę sunt, fit opinio de his, quę futurę sunt, quę largiatur causam & occasionem rerum, quę prędicatę fuerunt, nos aptiores sumus ad acceptandum & magnificandum suam enunciationem & iudicium. Notitia vero iustitię, & iniquitatis propria est iudicialibus. & vniuersalius omnis laus & vituperium fit comparatione laudabilium & vituperabiliũ, qui pręcesserunt. Expedit etiam ei, qui laudaret & vituperaret, ꝙ sciat coram quibus fiat ipsa laus aut vituperium, hoc est, ꝙ laudet coram amicis, & vituperet coram inimicis: sicut ei conuenit, ꝙ sciat loca, vnde sumat laudem & vituperium: de quibus in pręmissis iam facta est mentio, quę sunt virtutes & earum agentes, & signa, & sua accidentia. Manifestum autem est ex his, de quibus meminimus, ꝙ ex harũ rerum diffinitionibus sciantur definitiones suorum cõtrariorum: ex quo contrarium scitur per suum contrarium. Quando autem hęc nobis cognoscũtur ex suis contrariis, & vituperium est contrarium illis, manifestum itaq; est, ꝙ ex hoc sermone nos non solum cognoscimus res, quibus fit laus, sed etiam res, quibus fit vituperium. E

Caput Tertiumdecimum. Sermo de Accusatione & Defensione.

POstquam autem loquuti sumus de rebus deliberatiuis, & laude & vituperio, iam expedit ꝙ loquamur de tertio genere subiectorum huius artis, quę est accusatio & defensio. hoc autem fieret, quando narraremus ex quot speciebus pręmissarũ connectuntur syllogismi, qui fiunt secundum modum accusationis, & secundum viam defensionis, & notificaremus singulas illas species, Species autem pręmissarum, ex quibus fiunt orationes accusationis, vniuersalius sunt tres species. Quarum vna est pręmissarum sumptarum ex efficiente, hoc est in iuriante. Secunda autem species est pręmissarum sumptarum ex patiente, hoc est ex illo in quem infertur iniuria. Tertia F autem est pręmissarum sumptarum ex ipsomet actu. Acceptarum autem ex efficiente notitia fit, quando numerantur res, quę quando fuerint alicui homini, putatur ꝙ iam fecisset iniuriam, & ꝙ in medium feramus, quę sint illę res. Sumptarum autem ex patiente est, quando numerantur res, quę quando fuerint alicui homini, erit ipse aptus, vt recipiat Iniuriam. Sumptarum vero ex actibus est, quãdo narraremus quibus actibus fit iniquitas, & in qua dispositione actuũ intelligatur iniquitas, & quo pacto hoc eis contingat. Expedit autem ante hoc ꝙ narremus quid sit iniquitas: deinde procedamus ad sermonem de singulis his tribus rebus. Dicimus autem ꝙ iniquitas sit voluntarium nocumentũ propter peccatum in statuti legem, Statuti autem sunt duę species. quia quoddam est proprium, & quoddam est commune. propria autem statuta sunt statuta scripta, quorum timemus ne obliuiscatur, nisi scriberentur, quę propria sunt singulis populis, & singulis nationibus. Communia vero statuta sunt statuta non scripta, quę omnes concedunt, sicut est honor parentum, & benefico gratulatio. Actus autem voluntarie fit, quando efficiens ageret ipsum eius cognitione non coactus simplici vi, aut secundum aliquem alium modorum, de quibus infra fiet mentio; & cum hoc ille actus esset ex illis, quos ille cuperet

& optaret. Quidā autem actus voluntarius est, qui fit animaduertentia & ar-
bitrio precedenti: quidā vero est, qui fit ex animaduertentia precedenti, sed
ex imbecillitate animaduertentię occasione malorum morum, aut abusus. Ma-
nifestum autem est ꝙ qui ex animaduertentia faceret aliquam rem ꝙ ipse co-
gnitione eam faceret. Quando autem res ita fuerit, manifestum est ꝙ qui illā
facerent ex animaduertentia, aut imbecillitate opinionis noxiis actibus aut la-
tentibus, hoc est mixtis ex dāno & profectu, illi sint iniqui: & ꝙ hoc sit aut eo
rum malitia aut imbecillitate opinionis. Et ꝙ ille, cui fuerit vna rerum, quę
sunt causa imbecillitatis opinionis, & ille fuerit causa essendi illam rem, ꝙ ille
tulerit malum, & esset iniquus, sicut est iniquitas diuitiarum: cuius causa est il-
larum appetitus & iniquitas voluptatum: cuius causa est vehementia submer
sionis in venerem & ingluuiem, & ocium: quod est causa iniquitatis circa plu
res res. Sicq; & pusillanimitas, & ideo timidus & pusillanimis recepit ab eius
sociis, & deficit eis propter pusillum pœnę, quod ei inferretur. Sicq; & philo
timus, qñ recedit a suis sociis propter honoris amorem: & sic amatores victo-
rię recedent a suis sociis propter victorię amorem: & vir preceps ira furibū-
dus & iracundus nocet suis amicis occasione cuiusdam iniurię, quā apprehen
deret. Stultus vero amens operatur iniquitatem, quia complicatur in eo iusti-
tia & iniquitas. Preceps vero est iniquus propter paucitatem eius appetitus.
B laudis. & sic sunt illę, quę his similes sunt rerum, quę sunt causa iniquitatis nō
ex animaduertentia. Res vero, quę notificantur propter ea quę premissa sunt
ex commemoratione virtutum, & ex commemoratione affectuum, quę postea
scribetur, & ꝙ vniuersaliter sunt aut ex malo more, aut malo affectu. Mali
autem mores notificantur ex his quę premissa sunt, hoc est ex notitia suorum
contrariorum, quę sunt virtutes & affectus, qui notificabuntur in secūdo libro.
Postquam autem hoc constiterit, iam peruenit nobis sermo, ꝙ narremus pro-
pter quid inferant iniuriam iniqui, & quo pacto sit iniquorum ꝙ inferant iniu-
riam: & quibus rebus inferant iniuriam, vltra ꝙ necessarium sit: ꝙ incipia-
mus & exponamus, quę sint illę res, quibus iniqui inferūt iniuriam, hoc est res,
quas quando cupierint, inferrent iniuriam, & quando easdem adissent, intulis-
sent etiam iniuriam. Manifestum aūt est ꝙ tractatus accusationis expedit, ꝙ
precedat tractatum defensionis. qm̄ quando aliquis vult accusare quępiam,
oportet ꝙ ei notæ sint res, de quibus accuset, & quot sint, & quę sint. Loca ve
ro defensionis non sunt determinata, sicut sunt loca accusationis: sed determinā
tur loca defensionis scḋm loca accusationis. Accusatio autem est quędā vehe-
mens res ad politiam humanam: ideo nos aspicimus plures, qui quando non ac
cusant, nocēt suis affinibus & cōsanguineis. Omnis autē qui efficit aliquā rem
C inique, aut illam agit ex se suo voto, & eius arbitrio solum, aut non ageret illā
ex se & suo arbitrio. & hoc, aut ageret ipsum contingenter, qui vocatur casus:
aut illud efficeret necessario. Is autē qui ageret necessario, quidam est qui age
ret illud per eius naturam, sicut si esset malorum morum naturaliter: & quidā
est qui ageret ipsum aliquo exteriori cogēte, hoc est, ꝙ nō sit volūtas principiū
illius operis, qđ ageret, sed aliquod exterius latibulū, aut inimicitia & cōsimilia.
Id aūt, quod ex se agit, est illa res, quę ipsamet sola est causa suę generationis,
non alia res secū extrinsecus connexa. Ille aūt, qui agit, quidā est qui agit per
abusum, aut malos mores. Et aliquis est qui est scḋm appetitum & desyderium.
Ille aūt qui desyderio est, quidā est desyderio premeditato rationali, & aliquis
est desyderio phantastico. Ille aūt, qui desyderio phantastico est, quidā est qui
est iracundo desyderio, & aliquis est ratione appetitus. Quando aūt hoc fuerit,
iniqui sine dubio inferunt iniuriā ratione septē causarū: quarū vna est occasione
casus: scḋa occasione naturę: tertia vi: quarta abusu & malis moribus: quinta ra
tiocinatione: sexta ex ira: septima autem ratione appetitus, oēs aūt excepta
illa, quę fit ratiocinatione, sunt partes imbecillitatis opinionis, de qua facta est
mentio in premissis. Diuisio autem iniquarum operationum ex parte ętatum
& imaginationum, & eorum quę nouiter fiunt, non est diuisio essentialis.
qua & si iniquitas puerorum sit maior, hoc non est primo & per se, qua sunt

pueri, sed qua pueri sunt iracundi aut voluptuosi. Similiter aût accidit pauperi D
bus, ꝙ aueant plusquã diuites ꝓpter eorũ indigentiã, sicut accidit diuitibus ꝙ
apperãt diuitias occasione oblectamentorũ non necessariorũ, plusquã pauperes.
qñ autem referentur diuites aut pauperes ad iniquitatẽ alicuius generis,
propinquitatis nõ essent diuitię & paupertas, sed appetitus & mali mores, quos
anima ex paupertate & diuitiis acquirit. Sicq; ẽt est res imaginationũ, hoc est
ꝙ si referentur aliquę res earũ ad iniquitatẽ, hoc non esset per se primo, sed quia
imaginationes sunt causa vnius aut plurimũ illarum septẽ causarũ, quę sunt pri
mo & per se causa iniquitatis. Et ideo abstinentes, & intemperati, & reliqui,
qbus dicitur ꝙ agant secundũ suas imaginationes, operãtur per vnã illarũ sep
tem causarũ pręmissarũ, aut ꝑ plures ꝙ̃ per vnã, aut ex suis contrariis. illi
sunt habẽtes imaginationes pulchras, hoc est intẽperati operãtur illis causis. ab
stinentes aût ex suis contrariis. exempli gratia, qa tẽperato annectuntur vol
tates iucundę laudabiles: intemperatos aût consequuntur malę voluptates. ideo
expedit ꝙ hic obmittamus hũc diuisionis modũ vltimo aũt feremus sermonem
de his rebus, qua sunt causę harũ septem causarum: nõ qaa ipse essent primę
causę operationis iniquitatis. Mentio vero causarũ, quę sunt per accidens, expe
dit ꝙ auferatur hinc oĩno: sicut ꝙ homo sit niger aut albus, pinguis aut macer:
qm̃ per accidẽs aduenitet his varietas morũ & voluptatũ. Sed cõuenit, ꝙ facia- E
mus hic mẽtionẽ de causis, quas numerauimus ante accidẽtia, quę variãt mores
per se, siue fuerint aĩantiũ, siue corporeę, aut extrinsecus: sicut sunt senectus &
pueritia, paupertas & opulẽtia. qm̃ quãdo aliquis homo fit pauper, putat diminu
tam meta sui animi, & pudet cum quęcunq; res ꝙ̃ faceret. qñ autem ditatur,
ęstimat magnitudinem metę sui animi, nec vlla res pudet eũ. Sed de his nos loq-
mur postea. hic vero redeamus ad illud in quo fueramus. Et dicamus ꝙ iam ex
positę sunt causę effectiuę iniquitatis, & iã declaratę sunt singularum causę fina

Quę casu fiant.

les. Illis vero qui casu agunt, nõ est aliquis determinatus finis: ideo illorũ iniqui
tas non est ꝑmanens neq; vt plurimũ, neq; fit habitu & meditatione stabili. hoc
autem notũ est per naturam eius quod fit casu, & hoc, quia casus est causa rerũ

Quę natura

vt in paucioribus, sicut dictũ est in libro Posteriorũ. Iniquitas vero, quę fit ex
natura ipsius iniqui & suis elementis, fit ex dispõne stabili firma: & operationes,
quę ab illa natura ꝓueniũt, semꝑ sunt vnius descriptionis. & hoc, aut semꝑ, aut
plurimũ. Suus aũt finis malorũ affectuũ. de qbus postea loquemur, ea vero, quę
ab illo fiunt ex dispositione praeter naturam, sicut est dementia, & reliqua

Quę vi.

offendentia, quę non currunt processu naturę, putatur ꝙ referantur ad casum,
& non attribuantur alicui rei per se. Operationum vero, quę vi fiunt, hoc
est, quę arbitrio sunt, sed suum initium est vis illata, finis est finis iniqua-

Quę pręmeditatione.

rum operationum, quę arbitrio fiunt. ex quo vis accidit cunctis operationi-
bus, quę arbitrio fiunt. Finis vero iniquitatis. quę fit animaduertentia & prę F
meditatione, est aut illę res quę putantur ꝙ sint vtiles, quę sunt illę res, de
quibus mentionem fecimus in capitulo largitionis consilii, seu deliberatio-
nis. hęc autem est res, de qua putatur, ꝙ sit aliquid bonum, qua putatur

Quę ira.

de ea, ꝙ illa sit finis proficiens, immo ꝙ sit maxime vtile. aut sunt res iu-
cundę. & ideo ipsi intemperati sępe agunt iniqua ratione voluptatis. Finis
vero iniquitatis, quę ira fit, est expetitio vlciscendi sanguinem. sanguis aũt
vindictę expetitio, est aliqua res vltra pœnam. Nam pœna recipitur pro con-
denoato. & hoc, aut conuenientiori ei, aut expedientiori ipsi ciuitati, aut occa-
sione delectationis ob essentiam dationis suę pœnę. hęc autem est hypocri-
tica, seu ficta condemnatio. Ille autem, qui sumit sanguinis vindictam, inten-
dit coęquationem delicti ipsi delinquenti, hoc est ꝙ sumatur ab eo quantum
dederit. & hic est finis sanguinis vindictę, quam in suo animo constituit ille,
qui eam intendit. De notitia vero definitionis irę, ꝙ ipsa sit, & notitia sua-

Quæ voluptate.

rum passionum, postea loquemur, mentionem faciendo de ipsis affectibus.
Illius vero, quę fit moribus aut abusu, est occasione voluptatis. & similiter il-
lius qui auidus est. & ideo omnes res, de qbus putatur ꝙ iucundę sint, fiunt vna
istarũ quatuor causarũ: qbus homo ex se operatur, hoc est aĩaduertẽtia serio, &

A ira,& moribus,& vsu.Cupido autem & voluptates,quę moribus & vsu fiunt, sunt pluribus modis,hoc est , quia quędam earum est naturalis, & quędam non naturalis.sed ea delectatur ratione vsus,Et vniuersalius omnes,qui iniquitatem ex se operantur,hanc faciunt propter res , quę vere sunt bonę, aut de quibus putatur ꝙ sint bonę: seu propter res,quę vere sunt iucundę,aut propter res, de quibus putatur ꝙ sint iucundę : quoniam qui ex se operantur , agunt occasione prętentanei boni aut futuri, Ideo aliquando agunt occasione mali quod eis prouenit,quando putant ꝙ eo adispicantur maius bonum,quam sit illud bonum,quod eis auferitur aduentu illius mali,aut putant ꝙ per hoc propellatur ab eis maius malum , postea autem inde proueniens esset parum.Ideo etiam aliquando eligimus celeres angustias & noxias voluptas, quando eis speramus ꝙ in futurum perueniamus ad aliquod maximum bonum , aut ad minus malum , eo maximo malo quod fieri timemus,nisi illa res fieret.Hęc itaq; est maneries iniquitatis secundi modi.Ex quo aūt iam declaratū est,ꝙ illud qđ iniquus optaret,aut est vtile vel iucundum,expedit ꝙ hic feramus vtilia & iucunda,quot, & quę sint,de rebus vtilibus iam pręmissus est sermo in capitulo deliberationis. Sermo aūt,qui singulariter est tractandus,est tractatus iucundorum.Sermo autem de eis hic,& perfectio suarum definitionem fiet,quod satis sit huic arti,quę sunt famosę definitiones .

B

Capitulum Quartum decimum . De Iocundis,& Tristibus .

Dicamus itaq; ꝙ oblectamentum est transmutatio ad dispositionem subito factam ex naturali sensatione rei, quę sentitur,hoc est,quando sensatum fuerit naturali ipsi sentienti . Tristitia autem & angustia sunt huius contrarium , hoc est , quia sunt transmutatio ad dispositionem subito factam ex non naturali sensatione . Quando autem hęc fuerit descriptio oblectamenti, manifestum est ꝙ iocundum sit sensatum, quod agere hanc animę dispositionem , Contristantia autem sunt huius contrarium , hoc est , ipsa corrumpentia , quę agerent contrarium huius dispositionis animam sensitiuam.Quando autem ipsa iocunda fuerint hęc , necessarium est ꝙ id quod naturaliter fuerit talis descriptionis , sit maioris voluptatis: & pręsertim quando hæc dispositio esset passibilis qualitas , non passio , Id vero quod moribus aut vsu fuerit , fit iocundum: quia res , quę moris est aut vsus , redditur sicut res , quę naturaliter est continuo iocunda : quoniam vsus similis est naturę . & hoc,quia id quod est pluries , est prope rem naturalem : res autem naturalis fit penitus sine vi . Ideo vis est habitus , quo dolet contristans animam : sicut in poematibus Græcorum scribitur , ꝙ omnis res , quę vi fit , est C mentis dolor , & animę tristitia . Cur autem rei, & astutia.& labor sunt quędam res contristantes,quia vi fiunt , & coactione fiunt, nisi homo eis assuescerent.eorum vero contraria sunt iocunda,sicut est ociositas , & obmissio mentiendi actiones secundum legem:quies autem & somnus sunt res,quę placent,quia nulla res earum fit vi.quando autem appetitus est nomen oblectamenti,fit quia appetitus est oblectamentorum desyderium . Appetituum autem quidam sunt rationales , quidam vero irrationales . Intendo autem per irrationales , quicquid appetitur non per animaduertentiam & meditationem : & hi sunt , de quibus dicitur ꝙ sint naturaliter optati : sicut sunt appetitus relati corpori : quemadmodum est appetitus nutrimenti , quę famis vocatur : & aquę appetitus , quę sitis nuncupatur . & appetitiuum species proprię singulis saporum speciebus . & vniuersalius quicquid refertur sensui tactus , & sensui olfactus.sicut est coitus , & cibus & potus, & boni odores . Appetitius vero auditus & visus rationalitate quadam appetunt,hoc est ꝙ ortus suorum appetituum nō denudatur a quadā principii rationalitate, sicut est dispositio appetitus coitus & cibi.huius aūt causa est.nā hi duo sensus sunt maioris conuenientię ipsi ratiocinalitati ꝙ̄ alii . & hoc ,quia auditus conuenit rationalitati ex parte di-

ctionum visus autem communicatur rationalitati ex parte radiorum & insinua
rionis, quę fit in commerciis. Auditus aũt est vehementioris conuenientię ratio D
nalitati quam visus; & ideo visus valde appetit, ꝙ videat id quod auditur, &
non appetit ꝙ audiat id quod vidit. nam sensitiua passio est potior secundũ spe
ciem quam passio corporea. Phantasia vero est imbecillis sensatio, quę semper
agit aut memoriam aut spem; quando aũt priuatur reminiscentia priuatur spe,
& hoc quia spes est connexio possibilis futuri ad res, quę in pręterito fuerant
sensatę: & illa est ipsa memoria. quãdo aũt phantasia, est quędam sensatio. Ma
nifestum itaq; est ꝙ oblectamentum reperiatur in memoria & spe. nam ambę
ipsę sunt quędam res sensationis: adeo ꝙ omnia oblectamenta necessario repe-
riuntur secundum sensationem: adeo ꝙ, quando sensata fuerint in actu, oblecta-
mentum fit per suam obiectionem & sensationem: & q̃n illa fuerint in pręteri
to oblectamentum est illorum reminiscentia. quãdo aũt illa fuerint de futuris ob
lectamẽtum est per spem. & hoc quia sensatio est propria rerũ pręsentiũ, et me
moria pręteritorum, & spes futurorum. Iocunda aũt obiecta non sunt ea, quę
olim sunt tẽpori pręsenti proxima, immo reperiuntur quędã res quę quãto suũ
tempus fuerit propius, tanto erunt iniocundiores: & q̃n sunt remotę, sunt iocũ
dę. Et reminiscentia hominis defatigationis & laboris, qui iam veluti fumus
consumpti sunt, & ab eis euasit, est ipsa valde iocunda. hoc, quia vir laborans
egrotus oblectatur memoria defatigationis & laboris, quando in his sua nego E
cia prospera successerunt, & quia in illis euasit a malo. nam euasio a malo etiam est
causa oblectamenti. Res vero delectantes, quę sperantur, sunt illę, quę, quando
fuerint proximę faciunt gaudere, aut adiuuant. & hoc, quando existimatę fue-
rint nobiles vel viles cum sua nobilitate, quando suę vtilitati nõ aduenit
damnum, et vniuersaliter speranda iocunda sunt proxima tempori pręsenti suis
inuentionis. & ideo ira fit iocunda. & hoc, quia ira fit, quando homo sperat re
casum mali irę, quem irascitur de illo. & cũ hoc illud est possibile casu. et ideo
dixit Homerus, ꝙ illa sit melle dulcior. Ht ex quo ira fit, quando vindicta pos-
sibilis fuerit, neque pręsens neq; impossibilis, nemo irascitur in imbecillem, in
quem cecidit malum: neq; in nimium excellentem, in quem desperatur ꝙ cadat
in ipsum malum. & ille est, cuius gradus ad gradum irascentis in illum, non est
aliqua proportio: sicut sunt dęmones & angeli. & sic nemo irascitur in admo-
dum minimum, ad quem non habet proportionem. Et plures voluptates sunt,
quas non sequitur oblectamentum: & illę sunt in actu, hoc est, sensatę: sed se-
quitur eas oblectamentum, quando sunt imaginatę. Et ideo illis qui reminiscũ
tur rei desyderatę quomodocunque recordentur eius; aduenit quoddam oblecta
mentum. & sic qui sperant vincere aliquam rem, aduenit eis quoddam oblecta-
mentum de illa victoria. Et ideo febrientes, quibus Medici prohibent potum
aquę, oblectantur propter reminiscentiam sui potus, & eorum spe ꝙ conuale- F
scat & potent illam. Et illi qui petunt ab hominibus id quod est eis bonum, aut
scribunt de illo literas, aut negociantur ad illud. Inquisitione itaq; & negocia
tione oblectantur. nã illi sperant, ꝙ eis perueniant sui cordis expeditiones, adeo
ꝙ ipsę adsint eis, & oblectentur illarum sensatione in actu. Res aũt, quas oẽs
amant vero amore, sunt tres res, quarũ vna est. ꝙ res iocunda sit pręsens. & se-
cunda est, ꝙ illam imaginetur q̃n non est pręsens: & hoc aut sui reminiscentia,
vel sui spe. & tertia est citum solatium angustiarum & tristitiarũ. & ideo hoĩes
odiunt lugubrium visitationes, & non comparent in locis vlulatus & suspiriũ;
nam illi augent męstitiam. Et in quibusdam voluptatibus inest tristitia & ob-
lectamentum simul, & hoc est, sicut reminiscentia amici absentis & mortui, quã
do recordaretur quis, & cogitaret qualis vir ille fuerit, & qualia opera fuerint
illius gesta. Et ideo illis qui constituunt elegiam, inest oblectamentũ, & contri-
statio simul. nam Arist. ait, ꝙ in elegia sit reminiscentia laudũ ipsius mortui vo
ce ploratus seu querula. Quam ob rem optime dixit Homerus de hac re: q̃n
ait, ꝙ ex quo elegus elegia conquestus est laudũ ipsius mortui voce deploratus
amaritudinum, quę est ipsa elegia, auditores vociferauerunt voce amara dele-
ctante. Et expetitio redemptionis sanguinis putatur ꝙ numeretur esse huius ca

pitoli,nam expetitio redemptionis sanguinis delectat & contristat simul: & pos
set putari ꝙ numeretur inter res delectantes solum. Et ipsarum rerum delectā-
rium est, ꝙ non succedant prosperę res inimici. Et irascens, quando non perue
nit ad id quod sperat de exactione pęnę simul delectatur & contristatur. contri
statur quidem quia non peruenerit quod volebat de pęnę exactione: sed dele-
ctatur qua est ei spes ad offensionem. Victoria aũt placet, non tantum victorię
amatoribus, sed etiam omnibus. Nam victoria est quędam superationis volu-
ptas, hoc est, ꝙ vbi ipsis vincenti sit quiddam certus excessus apud hoĩes. Supe
rationem autem omnes appetunt: & si in hoc differant secundum magis & mi-
nus. Quando aũt victoria est iocunda: traditiones etiam & exercitia, quę sunt lo
co victorię, sunt iocundę: ex quo expedtunt vt eis perueniat oblectamentũ ex
illis. nam victoria de illis est vt plurimum: & hęc sunt sicut ludus pilę & luctę,
& trochorum, & tassilorum, & peritia omnium consuetarum traditionum, hoc
est, scilitiarum, quibus intenditur adeptio cuiusdam habitus. Harum autem soli
tarum traditionum sunt duę species, quędam sunt, quę non delectant illico, donec
homo assuescat eas & propter vsum erunt iocundæ, & sunt traditiones, quas nõ
sequitur oblectamentum, quod sequitur habitum vltimo prouenientem ex illis
traditionibus: sed ab initio sequitur eas solus labor, sicut est scientię adeptio.
Et quędam sunt. quę illic delectant, sicut est venatio & scachorum ludus. nam
B initians illa res, communicat cum perito in illis fine quem intendunt, quę est vi
ctoria: & delectatur solo intuitu. & ab initio rei, sicut delectatur perfectus in
eis, & recta victoria est iocunda. Victoria aũt, quę fit deceptione & errore, pla
cet Sophistis, qui vsi sunt, vt illis perueniat quis in sua intenta, suasque cogita-
tiones ex exterioribus bonis: sicut sunt diuitię, & honor. Et ex iocundis rebus
sunt honor & magnificentia. nam honores conducunt honoratum, ꝙ suo animo
putet ꝙ sit studiosus: aut ex his qui diligenter procurant virtutes, q̃ñ honores
fuerint ab illis, ex quorum venerationibus accideret honorato talis imaginatio,
& alię meditatio, hoc est, ꝙ conducant ad putandum ꝙ ille sit studiosus. Patefa
cere aũt virtutes ipsis honorantibus, dignius est huius operis quã eas obsconde-
re: cum illarum euidentia testetur de illius dispositione, quod non testaretur ip
sarum latentia, Et ideo quando homines venerantur aliquem virum ille homo
honoratus putat: ꝙ illi ipsum honorauerint propter aliquam virtutem, quã no-
uerint in ipso. Venerationes autem cognoscentis digniores sunt ad hoc q̃ꝑ vene
rationes illius, qui non nouerit ipsum honoratum, propter ipsam eandem rem.
Et hoĩes suę ciuitatis digniores sunt ad hoc q̃ꝑ remotiores: & pręsentes etiam
digniores sunt quam successuri postea: hoc est, ꝙ illi qui ipsum viuẽtem venerã
tur, digniores sunt huius rei q̃ꝑ qui eũ venerantur post eius obitum. Et venera
C tiones maioris partis hominum digniores sunt huius rei q̃ꝑ minoris. Et expe-
dientius est ꝙ verificetur sermo harum specierum hominũ, quando fuerint ha-
bentes intellectum, & maior pars hominum, & eorum testimonium est maioris
persuasionis, quam species quę stabiliuntur ab hominibus, qui sunt gradus pue
rorum & bestiarum. & illi sunt ignari & plebs. Et amici etiam sunt ex rebus
iocundis, quoniam amicitia est iocunda, & quicunque amat aliquam rem, illa
delectatur. Et ideo vinum non delectat eum, qui non adamat ipsum. Huius
autem causa est. nam amatum est apud amantem ex numero boni, quod om-
nes cupiunt: per omnes autem intendo illos, qui sentiunt & imaginantur. Quod
autem homo amet creaturas, est propter ipsummet proximum non propter
aliud delectans apud hominem amatum, hoc est, quod sit amatus propter se.
Et similiter ꝙ homo sit admirabilis apud alios, hoc est quod admirentur ip-
sum: & sic etiam aliud a iocundo propter hanc causam, hoc est, propter bo
num, quod omnes appetunt. nam alii admirantur ipsum, quando ignoratur
bonum suæ conditionis, quod non insit maiori hominum parti. & hoc,
quia res, qua homo excedit maiorem partem, est iocunda. Et quando in-
tendunt ꝙ alii admirentur ipsum, illi sunt sicut viri, qui congregant homi-
nes ad ostendendum eis, quo faceret ex assumptione rerum excellentium &
laudabilium. Assentatio etiam est iocunda; q̃m assentator conducit ad decipiẽdũ

hominem, ꝙ ipse sit ab eo admirãdus, & ꝙ sit ex his quos amat. igitur assen
tator est fictus amator, vel falsus exaltator. Et repetitio eiusdem rei est iocũ D
da, quia eius repititione prędominatur animę. consuetum aũt est iocundum. p
mutatio aũt & translatio ab vna re in aliam est naturaliter iocunda: quia iam
acquiritur per eam sensatio rei, quę nouiter fit. Et ideo res, quę naturaliter suc
cessiuę fiunt in mũdo, sunt iocundę, sicut est translatio castrorũ, ciuitatũ, & re
gni permutatio, & vniuersalius permutationes, quę fiunt in hominibus, & ipso
rum hominum permutatio. Huius aũt causa est. quia res, quę reperitur, est in
termino illius, de quo aĩa adimpleuit suam indigentiam, & non remansit ei ali
qua res, qua illud acquirat, & eo magis qñ diu durauerit suum esse, & aĩa expe
teret inuenire quietem in rem nouam, ex qua acquireret quod non est apud ip
sam, & id cuius generatio est rarioris temporis ipsum est iocundius. Et discipli
na ẽt vt plurimum placet: appetitus autẽ disciplinę ipsius plebis fit propter ho
minum voluptates, vt scdm suam aĩam sint admirandi, vel ꝙ homines admiren
tur: ex quo ambę hę res sunt per se iocundę. Ac ẽt disciplina, ex quo est ip
sius generis cõprehẽsionis, qua naturaliter proceditur a potentia ad actum, est
ẽt iocunda. Et vniuersalius decus actionis & decus passionis sunt de numero
rerũ iocundarum. decus aũt passionis delectat non propter se, sed occasione cu
pidinis perfectionis prouenientis, quę putatur ꝙ proueniat inde. operis vero de
cus delectat hominẽ propter se, & propter alium, in quẽ cadit operis decus. Et E
rectitudo affinium est iocunda, & esse contentum & sufficientia opportunorum
sunt iocundę. Quando aũt doctrina est iocunda, & similiter hominem esse ad
mirandum, aut ꝙ ipsum admirentur homines: Assimilatio itaq;, & confictio
ẽt assimilationis doctrinę sunt iocundę. Et hęc est sicut confictio picturarũ &
sculpturarum & reliquorum operũ, quibus intenditur confictio primorum exẽ
plarium, hoc est ipsarum rerũ, quę sunt prętr opera, quibus confinguntur res,
quę non sunt. nam ea, quibus confingimus res, quę non sunt, non delectant, qñ
illę imaginatę formę fuerint decorę seu turpes. sed ex quo illis est quędã ratio
cinationis species & notificationis latentis, quod absconsum est imaginatur p
id, quod magis patet, quod est ipsum exẽplar, quod suo loco est stabilitum. Sicq;
ergo illius loco quodã modo est quędam doctrinę species, quę fit per syllogis
mum. & hoc, quia assimilatio constituitur in illis in gradu pręmissę. & res cu
ius assimilatio intenditur suiq; intellectus largitio constituitur in gradu conclu
sionis. & propter hanc similitudinem, quę est inter assimilationẽ & doctrinã,
assimilatio est iocunda. Astutia ẽt, & euasio a violentię illatione est iocunda.
Confictio vero & doctrina sunt iocundę. nam hę fiunt per assumptionẽ vnio
nis, quę est inter res: notitia autem vnionis, quę est inter entia, naturaliter est
ab hoĩe concupiscibili: & ideo assimilationes & exẽpla placent. nam homo
delectatur hoĩe ei consimili, & equus equo, & puer puero. Et hinc oriũtur p F
uerbia, quę dicunt, ꝙ puer gaudet puero; & grassator docet grassatorẽ: & auis
aue venatur: & rapax non odit rapacẽ: & consimilia. & vniuersalius vnia &
consimilia omnia sunt sibi iocunda. ꝙ autem vnusquisq; reperiat delectamen
tũ in suo simili, est res famosa. Non aduenit autem consimilibus odium nisi p
accidens: oblectamẽtum aũt est per adeptionem vnionis, quę est inter duas illa
rum rerũ, quę sunt in mundo. Et vnusquisq; hoĩum amat se: sed in hoc exce
dunt se inuicem. & cuiuscunq; cui magis in est amor sui, suum oblectamentũ
& amor consimilis est amator. Ex quo aũt homo amat seipsum, suę dispositio
nis sunt indubitanter sibiipsi iocundę, hoc est sua opera, suiq; sermones. & ideo
inuenimus multitudinem hoĩum, hoc est ipsam plebẽ, ꝙ ament opera decora, et
honorem, & filios propter amorẽ propriũ. & hoc quia filij sunt quędã ipsorũ
substantia. Et opportunorũ sufficientia ex hac parte est iocunda. nam ipsa est
quędam sua operatio, sicq; similiter & imperium. Et qñ homo reputatur ꝙ sit
sapiens, est quid iocundum propter hominis amorẽ sui: sicq; & amor honoris
est iocundus ex hac re. Et ex hac parte ẽt adiuuare affines est quędam res io
cunda. & illis prędominiũ est quid iocundum. Et hoĩem vti rebus, quibus adi
piscitur virtus seu excellentia, est iocundum, & nobile, nam opinatur ꝙ iam

A adeplus fuerit illas virtutes, quibus vtitur. Et ideo laudauit * Homerus quē- * Euripides
dam hominē, qui diuiserat suū diem in plures partes, in quarū vnaquaq; parte
operaretur aliquod opus, quo acquireret aliquā speciem virtutis, ꝙ ille iā ade-
ptus esset illas virtutes, qua diuiserat suum diem in illas partes, & ꝙ ille esset
perfecte studiosus illarum. Et iocosę ēt res sunt iocundę: & lętificantes blandi
tię sine dubio sunt iocundę apud homines & operibus & sermonibus. Sicque
definiuimus res, ex quibus fiant acyrologię nimiū excessiuę: (seu sermones
modū excedētes, ad laudem vel vituperiū:) & exhortationes seu dehortatio
nes in libro Poeticę, & quo modo fiant. Postquā aūt ex hoc sermone declara-
tum est quid sint ipsæ res iocundę, iā hinc declaratum est quid sint res doloro-
sæ contristantes. nam sunt illarom rerū contrarię. qm̄ autem cognoscitur vnū
contrariorum, cognoscitur & alterum. Postqnam aūt ex hoc sermone declara
tę sunt res, propter quas, & quibus iniuriā facit iniquus, iā expedit ꝙ proceda
mus ad sermonem qualitatum & dispositionum, per quas facilis est iniuria, &
promoueretur ad illam. & quę dispositio sit illa dispositio, ex qua fit iniuria
hominibus.

Capitulum Quintumdecimum. De rebus quibus fit Iniuria.

B

ET dicimus, ꝙ fiat ex illis iniuria, qm̄ putant illud opus esse ex his, quę
sunt in sua potestate, & illis possibile fuerit. Et ꝙ sit ex his, quę latēt
& non sciuntur, vel fuerit ex his, quę pausillo temporis mandantur
obliuioni, si non fuerit ex his quę latent. Et si fuerit ex his quę neq;
latent neq; obliuioni mandantur, fuerint tamē illa ex quibus non prouenit ipsi
iniurio suo opere malū aliquod penitus, neq; sibi nec vlli cui faueat. nam ille
esset apud eū, sicut propria persona. Aut malum inde proueniens esset minus
quā vtile, vel oblectamentum, quod ei proueniret ex illa iniuria. & hoc vel
ipsi iniurio, aut illi qui ei faueret. De rebus vero, quibus fiat opus possibile in
vltimo, hoc est in secundo libro, fiet mentio. nam sermo huius amplectitur om-
nes tres orationes. Verūtamē de dispositionibus, quibus nūquā adipiscitur oīno
aliquod damnum, vel adipiscitur de illo infra ipsum bonū, qd̄ inde speratur,
vel opus ipsum fuerit ex his quę latent, vel pausillo temporis mandantur obli-
uioni, loquemur hic, ex quo hoc est huic loco proprium.

Putatur aūt ꝙ hominibus sit vis ad iniuriam vltra alios ab eorū specie: cū
ipsi putent, ꝙ eis sit pręualitudo alijs. Et ꝙ ipsi tuti sint, ne eis aducturum sit
malum, qm̄ iniuriā fecerint, & hoc sibi, & suis fautoribus. Hi aūt sunt dua-
C rum specierum, aut speciei, quę faceret iniuriam virium pre valetudine, vel
speciei, quę efficit illam arbitrio & circūspectione: adeo ꝙ meditetur in se mo
dum & manerιem, quibus euaderet a malo: & hoc sua lōga experientia & vsu
pręcedenti. Iniurij aūt vltimo sui negocij euadunt ab iniuria, qm̄ habuerint
plures confratres, vel fuerint singulares diuites: & tanto magis si manus fra-
trū secum fuerit in re, hoc est, ꝙ ex iniuria sequatur illis vtile vel oblectamen
tum: quia tunc major esset suus valor ad iniuriā. Et similiter si illi, quibus tan-
gu res sua cū illis qui eis associantur, fuerint fratrū fratres, vel fratrū ministri
aut stipendio conducti a fratribus, vel partē secum habentes, seu sui socij. Nā
quando iniurij tales fuerint, haberent vigorem ad iniuriam faciendam, & ad
cauendum a dando pœnas vel talionē. Et aliqn̄ accidit eis, ꝙ lateant sua gesta,
& obliuioni mandentur. nā ipsi non inciperent primo iniuria afficere aliquem
virum iniurium. Ex his autem, quibus facilis est iniuria, est, ꝙ iniurij sint ami
ci illorū, quos affecerint ea, vel sint amici ipsorum iudicū. ex eorum esse ami-
cos eorum, quos iniuria afficiūt, fit quidem duabus ex rebus, quarum vna est,
nam amicus non cauet suos amicos: & ideo facile ab eis afficitur iniuria. alte-
ra autem est, quia quando ei fecerint iniuriam, minima re ipsum placarent ante
aduentum ad iudicij tribunale: nam amici est obtemperare amico, propter in-

dices autem esse suos amicos fit, quia iudices suis amicis iniquum proferunt sue,
& ex parte voluptatis, & hoc, aut ꝙ illum liberent omnino a pœna, aut ipsum D
condonent in rem paruam. Hic autem adsunt quędam res, quę sunt contrarię il
larum rerum, quę attributę sunt potestate: quę quando insunt iniurio, sunt causa
illius obmissionis iniurię, & hęc sunt sicut morbus imbecillitas & egestas. nã
imbecillis & ęger reputantur, ꝙ non faciant iniuriam, quia non ferrent pœnam
suis corporibus. egenus vero, quia non habet, vnde soluat pœnas. Iniurij autẽ
opus, qñ fuerit in summo euidentię, paruifacit ipsum, & putat ꝙ non sit iniuria.
& hoc, quia qñ iniurij opus simile est operi errantis vel iocatoris, fallit hoĩes,
& reputant ipsum non esse iniurium. Et rursus quia nemo est, qui caueat se ab
iniuria, quę publice fit, propter sui casus raritatem: sed cauet ab iniuria, modo
quo consueuit esse, quę est ipsa latentia. nemo vero cauet modum inusitatum,
& ideo homines non cauent eos, qui non habent vigorẽ contra ipsos, neq; fra-
tres, neque filios. Et quidam homo est, qui non cauet suis operibus, vt ex hoc
putetur, ꝙ ipse ignoret quod agit, aut obliuiscatur eius. & aliquando fingũt eos
latere quasdam res illis accidentes, adeo ꝙ putetur de eis, ꝙ ipsi inijcient penitus
iniuriari quẽquam. Et adiuuat iniuriam potestas ipsa celandi. & hoc, aut qua
apud eum sunt loca latentia, vel quia ei insunt quędam dispositiones, quarum
conditionis est ꝙ abscondant sua gesta, vt id quod de eo pateat sit, quod liquet
de eo, cuius non reputaretur aliquod turpe opus. Et nonnunquam quidam homi
nes, quorum iniuria non latet, possident ipsam iniuriam, quando iudices sunt ini E
qui secundum alterum duarum rerum, aut extorquendo ipsum ius, vel moram
trahendo ad veritatis sententiam, adeo ꝙ deficiat facultas actoris & obmittat
suam actionem, & ideo quando iniurius habuerit vim euadendi a pœna, aut a
talione, vel ille fuerit egenus, facilis est ei iniuria. Ac etiam illius, quibus vtilia,
quę ex iniuria acquirant, fuerint manifesta, nota vel magna, aut proxima prę-
sentanea. & dãna inde prouentura fuerint pauca, vel latentia, vel remota tem
pore tarda, facilis est ipsis iniuria. & hoc, quia illi non obmitterent verum
vtile propter noxium, cuius casus sit ignotus. & Ideo non obmitterent vtile cito
venturum, propter noxium tardum, neq; vtilia multa propter noxium paucũ.
Et ex his, quę iniuriam facilitant, est, quando ipsa est operatio, qua laudaretur
iniurius, & memoria de eo haberetur: sicut accidit illi, qui expetit nonnunquã
ab illo, qui culpam commiserit contra ipsum & suum patrem suamq; matrem,
sanguinis redemptione, cum sit vnus virorum cuiusdam ciuitatis. At ille inter
ficeret cunctos ciuitatis viros: & pręcipue: quando damnum illis prouueniens
esset in opibus & vilipensione. nam hęc esset maior pars illarum rerum, quibus
laudaretur. hi autem iniuriam faciunt subtractione & detentione: subtractione
inquam eorum, quę non sunt sua, & detentione illorum, quę sua sunt. Hę itaque
sunt res, quę constituunt iniuriam facilem habentibus cogitatum & animaduer F
tentia: harum vero contrarię sunt scdm mores & opinionem, quę sunt deiectę
opinionis & morum. Iam.n. promoueret eos ad iniuriam casus paucę vtilita-
tis ignotę, hoc est non vere, ꝙ sit prouentura, vel non sit futura prouenite. Et
aliquando promouet eos ad iniuriam timor pauci dãni, quod casurum est in eos,
non ꝙ per suam iniuriam acquirant aliquam rem, quã adipiscantur, sed ne per
dant paruam rem ex pluribus, quas haberent. Et aliqñ hanc hominum speciem
promoueret ad iniuriam, quia ipsi iniuriam fecissent, & fefellisset suum intẽtum,
nec prospere successisset quod exquisiuerat ex iniuria. & hoc ferret, eo ꝙ mul
totiens successiue inferrent iniuriam, sicut pluribus illorum, qui in bello vincun
tur, accidit, qui redeunt ad interitus, locum rebellando, postquam bis & ter su-
perati fuerint. Ac illi etiam, qui promouent ad iniuriã, quibus est initij rei ob-
lectamentũ cum dolore in vltimo, aut pręcipites ad vtile primo cũ casu damni
in vltimo, ipsi etiam sunt huius speciei. nam tales inueniuntur imbecilles inge
nio ad quicquid appetunt: horum autem contrarij sunt illi, quos moueret ad in
iuriam. quia contristans nocens esset eis prius, & iocundum vtile posterius,
aut post multũ ipis. & hi sunt, qui habent intelligentiam & aĩositatẽ in summo,
& illi sunt viri maximę malitię. nã putaretur ꝙ illa vtilia & oblectamẽta po

A fleriora non prouenlunt eis ex parte suę iniuriæ, & ꝙ id quod eos peruenire fe
cerat in casum iniurię, est dãnum, quod subito pręcessit, aut tristitia illa, & non
reputaretur eis penitus iniuria. Et aliquando habentes astutiam & versutiam,
ipsos promouet ad iniuriam, quia ipsi illam educunt dispositione, qua non repu
tatur ꝙ sit iniuria. Hoc autẽ fit pluribus modis. quorum vnus est ꝙ reputetur,
ꝙ illud opus fuisset cõtingenter, aut reputaretur fuisse vi, aut reputaretur ꝙ fue
rit propter quandam naturam, & ꝙ fuerit errore vel ignorantia non ex inten.
tione deliberantis, & ꝙ fuerit ex parte cõsuetudinis, quę pręcesserit, aut ꝙ opus
sit modo, quo non acquiratur ex eo aliqua res, qua conferatur vtilitas in pręsen
ti vel futuro. nam id, quo non acquiritur aliqua res in pręsenti, reputatur ꝙ nõ
sit hominis intentũ, & ꝙ non indigeat eo, & ꝙ non expediat nisi qua illi qui
eo indigent, altera duarũ specierum, vel necessitate sicut pauperes, vel lasciuia
velut diuites. Et magis excusationem habet iniuria, quę fit necessitate, quã in-
iuria, quę fit lasciuia. Et ideo hi cauent nimium: & si nimium secundarentur,
& animosis cautis quando prospere sibi successerit res, propter quã fecerint in
iuriam, videtur ac si non placuisset eis res illa, neq; ea lętarentur. habentes ve
ro imbecille ingenium videntur gaudentes illo, quod eis per iniuriam peruene
rit. Et iam verificatę essent coniecturę illorum, qui iniurij sunt propter vllam
harum causarum facilitantium iniuriam, quando prospere eis successisset, quod
hinc sperassent. Hęc itaque est summa eorum, quę dicta sunt de rebus, quę fa-
B cilem reddunt iniuriam ipsi iniurio, & ipsum promouent ad illam.

Viri vero quibus iniurij nocẽt, qui sunt illi, quibus naturaliter infertur iniu
ria, hoc est, quos habentes malitiam sperant iniuriari, sunt illi, qui ignorant quã
fit contra eos, & nõ videtur eis ꝙ sit iniuria: aut qui cito obliuiscũtur illorũ,
quę ex iniuria fuerit contra ipsos: & si illud nõ ignorarent, aut aliquid huic cõ
simile esset illi, qui nõ haberẽt fratres, aut haberent egenos fratres. Iniuria aũt,
q̃ fit in opes, cadit in illũ qui habet opes, qñ in illis opibus fuerit aliqua res, qua
indigeat iniurius. & hoc aut loco necessitatis, si esset egenus: aut loco lasciuię,
si esset diues, cuius intentio esset opum congregatio tm̃: aut loco voluptatis, si
eius intentio fuisset opũ dispendium, & oblectamẽti in illis. Et in illis, qui vtũ
tur propter expeditionem sui iuris, cadit nimiũ iniuria. Et similiter in affini
bus & fratribus. & hoc, quia hõ non cauet suũ amicũ: & qñ fecerit iniuriã, igno
raret ꝙ esset iniuria. & oẽs hę species impediunt illos vendicari ab iniurio. aut
ex redemptoris priuatio, sicut est egestas & fratrũ priuatio, aut vendicationis ipsa
tarditas, & ipsum esse morosum. & ideo plurimũ ꝙ secũdæ res prędatorũ suorũ
affinitiũ succedunt, est qñ ignorãt suam iniuriã ab initio rei, adeo ꝙ lateat & obiẽ
ctioni mutatur. Et illa hominum spẽs, qui cauent malũ remouentes se ab eo, qui
se nimiũ tutantur ab ignominia contentionum, est illorum, quibus nimium infer
C tur iniuria. Et similiter accidit viris, qui non cauent sua negocia ab his, qui ha
bent veram malitiam, & confidunt in eis, & reputantur apud eos recti: hoc ẽ,
quia illi semper sperent, & iam possibile esset ꝙ hi ignorarent has res, & non
multũ obstaret inferre eis iniuriã. Et piger & vecors acquirit omnem iniuriã,
& similiter ignorãtes quid sit iniuria & æquitas. & vniuersalius ea, q̃ sunt a iu
dice decernenda. nam debiti eductio est iudicũ. Et ex illis, quibus infertur iniu-
ria, sunt holes illius spẽi, quibus pręualet pudor, nam nõ habẽt versutiã, neque
deceptionem ad sua vtilia expetẽda, Ac ẽt illi, quibus plures viri intulerũt iniu
rias, fit iniuria. nam illis iam deiecti sunt animi, & tutum esset eis malum infer-
re. Et illis, quorũ iura nunquã venerũt in lucẽ, quãdo in iudicum & imperato-
rum tribunalibus comparuerint, ex quo non valent, fit ipsis iniuria. nam vt di-
ctum est, horum potestas perpetuo imminuta est. Et illis etiã, qui diligenter mul
totiens procurauerãt trahere aliquid, & nullam rem traxerint, ipsis fiẽda est in
iuria. nam ambę hę duę species sunt deiectę: nec sunt cauendi nec simpliciter
neq; aliqñ, ex quo sunt homines, viles, viles aũt nos oportet homines cauere,
quia non habent tutorem. hoc aũt ita fit, nã hi non absoluunt suam mentem nec
suum habitũ, nam timent loqui, neque valent permittere vel inhibere. & hoc,
quia nemo horum euaderet, quin repetiret aliquẽ hoiem pręsidem ei, aut ipsum

vilipendentem, aut facientem ipsum fugere. Illi autem, inter quos & aliquot
viros esset antiqua inimicitia, aut propter suos maiores, vel propter suos patres D
aut ꝓpter seipsos, aut propter suos patres, sunt apti, vt illi homines inferāt eis
iniuriam maiorem iniuria pręcedenti. & similiter si vilipendissent eos vel suos
parentes, aut suam familiā, & ideo. d. verus prouerbiū, ꝙ paruū malum excitat
maius. Illis autem, quibus pręcesserit vetus aduersitas, si fuerint amici, & ad-
uersitas fuerit parua, excusationis auscultatio esset eis facilis: nec eius casus es-
set abominabilis illis, quibus excusatio fieret. Si autē aduersitas fuerit magna,
eius auditus esset iocundus apud illum, ad quem fuisset aduersitas. Et si essent
inimici, suus auditus esset cum vilipensione, & non appareret illis stabilitas eo
rū, quę audire facerēt suos auditores, nisi dicerēt aliquā rē, vel ꝙ oppugnēt dicē
tibus, aut mittant sermonē vel augeant. Hic aūt non sunt homines, qui affician-
tur iniuria, & eis perueniat damnum & tristitia, non ad vtilitatē, sed loco oble
ctamenti. hi autem sunt alieni a ciuitate, vel familia, aut moribus, vel idioma-
te, aut lege. nam homo delectaretur iniuria in alienos aliquo horum quinq; mo
dorum. Et iniuria cadens in istos est ipsa vilipensio. nam iniuria fit opibus, et ho
nore, & pace: & negligentes etiam ipsi afficiuntur iniuria. Placet autem iniuria
alienis. nā ipsi nesciunt quid sit paruifactio & vilipensio apud viros illius ci-
uitatis, aut apud illam familiam, & sic res se habet de illis negligentibus. Et ex
illis, in quos iniuria est iocunda, est species hominum qui paucis rebus cōtristā- E
tur, & illis tremunt. hoc autem clarum est ex operibus locatorum in hanc spe-
ciem hominum. Ex illis qui pluribus iniuriis affecerint homines, placet iniuria
illorum, non propter aliquid vtile: & reputatur de eis ꝙ quasi iniuria in illos
non sit iniuria. Et hoc, sicut ꝙ vilus homo percutiat illū, qui obloqueretur ho-
minum vituperia, & defectus percutiens et vulnerans. Et in illos etiam, qui in
iuria inducunt aliquam rem turpem, & vituperosam apud homines, siue serio-
sę seu inaduertenter, ipsa est iocunda decens apud homines: & huius opus non
apparet iniquum. Et viri delectantur iniuria facta in illos, qui gaudent ho-
rum gestibus aut suis amicis, aut in illos, qui gloriantur horum operibus: & vni
uersalius opere malum operantis, et sic vniuersalius in imitatores malum faciē
tes, aut secum degentes. sed delectantur homines eo, qui inferret iniuriam in il-
los: qui affecissent iniuria homines patientes in veritate firmos. Et iniuria ca-
dens in illos qui iniuriari cęperint, verisimile est ꝙ non sit iniuria. et ideo pro-
uerbiis vtentes, dicunt initians est magis iniurius, hoc autem est si interficeret
hominem, qui veniret ad ipsum interimendum. Hę itaq; sunt res, quę quādo ali-
cui homini insunt, promouent iniuriam ad inferendum illi iniuriam. & illi sunt
naturaliter iniuriandi. Res vero, quibus facilis fit iniuria, & quibus omnes aut
plures homines iniuriam inferunt, sunt illę res, quarum est indultus, et quę celā F
tur et latent. Res autem, quarum fit indultus, sunt res paucę vtiles. Et res, quę
celantur et sunt res, quarum substantię cito corrumpuntur, sicut sapores: et res,
quarum figurę aut colorum permutatio, aut quę complexione, et permistione
mutentur, sunt quid facile. Et vniuersalius res, quarum figuræ possibile est ꝙ
in pluribus suis locis varientur, sunt faciliores & latentiores: et eo fortius, quan
do illarum variatio fuerit in locis paruis. quia quanto rei variatio fuerit maior
& facilior, tūc etiam latentia esset facilior. Et similiter latent res, quarum simi
les notum est fuisse apud ipsum iniurium, aut etiam dissimile: sed eas introducit
in summam consimilium illis, aut eas permutaret ad dissimiles illas, ex quibus
notum fiet ꝙ sint apud illum. Et ideo plures illorum, qui furari intendunt, pręe-
mittunt emere de specie rei, quam furari intendunt: aut de specie illius rei, ad
quam illam permutare intendunt. Et quanto ille, in quē iniuria est commissa,
erubescit iniurię ipsius fieri mentionem, illa est magis latenda; sicut est de iniu
ria patrata in mulieres, cuius manifestatio est verecundię: & vituperium illa-
rum, in quas facta est iniuria & suorum filiorum. Hæ itaq; res sibiq; consimi-
les sunt res, quibus facilis est iniuria, ex quo earum est indultus & latentia. Sic
que iam declaratę sunt ex hoc sermones, quibus iniurius iniuriam infert: & dis
positiones, quę qū alicui homini insunt, facile in ipsum infertur iniuria; & dis-
positiones,

A positiones, quę quando cuidam homini inexistunt, viri iniurij sperant in ipsum.
Reliqua autem est tertia species trium rerum, ex quibus sumantur pręmisse, ꝙ
iniustus intulisset ipsam iniuriam, & est notitia operum, quę quando insunt, de-
claratum est, ꝙ illi quibus insunt, iam patrarent iniuriam, & dispositiones: quę
quando non fuerint, sit ipsi iniurta. Expedit aũt prius pręponere iniurię spe-
cies, & spẽs expedientis: hoc est, quod non est iniuria. Iam autem dictum est
in pręmissis, ꝙ iniurię species sint circa duas res, quę sunt ipsum iocũdum,
& ipsum vtile. & ꝙ quando eis sunt, reperiuntur altero duorum modorum,
vel ad fugandum damnum, aut ad tuendum vtile aliquod.
Statuta aũt, quę constituũt quid sit iniuria & quid non sit iniuria, quędã sunt
propria cuidam sectę ciuiũ, & quędã sunt cõmunia cunctis ciuibus. & vtriusq; speciei horum statutorum, quędã sunt scripta, & quędã non scripta, Intendo
aũt per non scripta, illa quę sunt naturę cunctorum, aut quae dicuntur naturę om
nium, ꝙ sint æquitatis vel iniquitatis: & si non esset inter singulos illorũ con
veniẽtia ad hoc, neq; fœderis stabilitas: & hęc etiã vocantur cõia hoc modo.
hęc aũt statuta nescitur, qñ fuerint constituta, neq; quis ea constituisset: imo vt
plurimũ illa sunt contraria scriptis, & cadit in eis sufficientia seu persuasio ꝙ
non sint iniqua ea, quę scdm scripta reputatur ꝙ sint iniqua: sicut Aristoteles
retulit de quodã viro noto apud illos, de quo relatũ fuerat, ꝙ sepultus esset pręter
B ter sepulturę statutum proprium suę ciuitati: qui excusatur ꝙ ille sit sepultus se
cundum cõmune statutũ, qđ naturaliter, & ꝙ eius sepultura esset ęqua non ini
qua. Statuta vero scripta propria singulis gentibus sunt sicut illud, quo vide-
tur, ꝙ non expediat interficere aĩata, hoc est ipsa animalia, & ꝙ illud sit iniu-
ria. nam hoc non est necessarium apud omnes neq; naturaliter. Quando aũt
statuta constituentia ęquitatem et iniquitatem, quędam sunt, quę sunt versus
multitudinem et omnes ciues: & quędam sunt versus singulos, hoc est, ꝙ quę-
dam eorum sint, quę constituuntur quid expediat fieri, & non fieri de re multi
tudinis: & quędam statuta constituunt hanc rem de re singulorũ. Manifestum
itaq; est, ꝙ species iniurię & opportuni, hoc est, quod nõ est iniuria, continẽtur
his duabus speciebus, hoc est, ꝙ iniuria & opportuni opus aut fiunt respectu
vnius terminati, aut fiunt respectu oĩum. Exempli gratia, qui furatur aut vulne
rat, patrat iniuriã respectu vnius terminati. ille autem, qui separatur a cõmuni-
tatis modis, qui apud Arist. sunt ciues mutuo se tueri, iam patraret cõmunem
iniuriam. Et similiter qui se abstineret a custodia, hoc est a custodia ciuitatis ab
ijs, qui eam grassarentur ab extra, & non transiret ad suam custodiam, ciuitatis
terminos: aut ille qui tergiuersatur regimini exercitus, & separatur a militibus
ciuitatis: quorũ animus ardet in viros alienos ad superandum suos prępositos,
C aut seipsos vel suam ciuitatẽ. nam qñ vnusquisque horum non operatur suum
opus, ciuitas ex hoc adipiscitur cõmunem iniuriam & maximum dãnum. Hęc
itaq; diuisio cadit de cunctis iniurię speciebus, hoc est, ꝙ quędam earum sint
cõmunes, & quędam respectu vniuscuiusq;. Postquam autem retulimus species
iniurię, iam expedit itaq; ꝙ referamus quid sit iniuria, hoc est res, quę qñ ceci
disset in aliquẽ hoĩem, & pateretur ab illa, vocaretur iniuriatus. Et dicamus ꝙ
iniuria sit, ꝙ homo tollat aliquid ab alio homine inique, sua sponte eiusq; arbi
trio. & hoc, quia iniquitas, vt iam dictum est in pręhabitis, est dãnum, qđ spõ
te fit. Iniuria itaq; ergo est, ꝙ noceatur homini volũtate iniuriãtis. Et oporte
ret hic numerare species rerum noxiarũ. sed iam numeratę sunt in pręmissis,
& hoc in capitulo deliberationis. nã ex quo ibi dicta sunt expedientia, fuerũt
declarata sua contraria. & similiter ẽt relatę sunt in capitulo vituperationis.
sicq; ẽt iã pręcessit sermo de speciebus rerũ, quę sponte fiunt. Accusationes au
tem vtium cõmunes & proprię continetur quatuor. speciebus Quarum vna est,
quę fit sine pręcognitione agentis, & est illa, quę casu fit. Scđa autem est, quę
fit cum cognitione sine voluntate, & illa est violenta. Tertia aũt est, quę fit ele
ctione & animaduertentia. Et quarta, quę est ex aliqua passionũ. et plurimũ, ꝙ
hęc fit, est ex ira. De ipsa ira vero et his quę ex ipsa fiunt, dicetur postea. de ti
bis vero, quę fiunt electione, & aĩaduertentia, iam dictũ est in pręhabitis. Et nõ

Quę statuta cõstituãt qd sit iniuria, et quid non.

Quid sit quo aliqs vocat iniuriatus.

ſolum accuſans indiget cognitione ſpecierũ iniuriarũ & operationum, quę ſunt D
iniquę, aut notitia conditionũ, quibus opus eſt iniuria, & iniquitas: ſed ẽt excu
ſans. nam multotiens concederet accuſanti eſſe rei quam argumentaretur cõtra
ipſum, ſed negaret conditiones, quibus illud opus eſſet iniuria. & hoc, quia ipſe
concederet ꝙ accepiſſet, ſed nõ ꝙ furtũ commiſerit & ꝙ inter dixerit, ſed non
ꝙ blaſphemauerit: ꝙ concubuiſſet legitimo concubitu, nõ ꝙ patraſſet adulte-
rium. Et ideo expedit accuſanti & excuſanti, ꝙ ſciant quid ſit furtum, & quid
ſit blaſphemia, & quid ſit adulterium. & hoc ſcdm legẽ cõem & ꝓpriam illius
viris, quorum ille eſt. Nã ex notitia harum rerum poſsibile eſſet accuſanti ꝙ
conſtitueret, ꝙ opus ſit iniuria & iniquitas: & excuſanti ꝙ illud non ſit iniuria
nam his eſt, an ille ſit iniurius vel non iniurius. Vera aũt iniuria, quę nõ ſuſcipit
excuſationem, eſt iniuria, quę ſit ex pręexiſtenti animaduertentia, & electione.
Sunt aũt hic quędam iniurię, quarum nomina ipſa ſignificantia ſufficiunt ad cõ
ceſsionem, ꝙ ſint ſummę iniurię & pręexiſtentię electionis, & animaduerten-
tię, abſque ꝙ ad hoc indigeamus ſua definitione: ſicut eſt furtum & adulteriũ,
nam non concipitur ꝙ aliquis furetur, aut adulteretur abſque pręelectione
ideo quando conceſſerit hęc nomina, quibus ipſe arguitur, non relinquitur ei
excuſationis locus. Expedit ergo ſemper excuſanti, ꝙ caueat conceſsionẽ ho-
rum nominum. & ſic concederet non concedat illa niſi ſecundum genus: ſicut ꝙ
concederet ꝙ inter dixerit, non ꝙ blaſphemauerit: & diceret ꝙ blaſphemia ſit E
hominis vilipenſio, vel ſui patris vilipenſio per adulterium, & hoc, quia vitu-
ria per vitia excedunt ſe inuicem. nam hic ſunt quędam vitia, quibus homo nõ
aſſiceretur verecundia, ſi eis ſtabilirentur, ſicut eſt auaritia, & ſunt hic quędam
vitia, quę quando ſtabilirentur homini, aſſiceretur illis maxima verecundia ſi
cut eſt adulterium. De quibuſdam autem iniuriis, & de quibuſdam, quę non
ſunt iniuria, ſunt ſtatuta; ſed de quibuſdam non ſunt ſtatuta. & illarum, de qui-
bus ſunt ſtatuta, de quibuſdam ſunt ſtatuta ſcripta, & de quibuſdam ſunt non
ſcripta. & quodlibet horum deſcribit ęquitatem & iniquitatem, & bonum &
malum. Bonum autem ſecundum ſtatuta non ſcripta ſunt in ipſa opera, quibus
quanto homo magis accreſceret in infinitum, tanto augeretur ſua laus eiuſq; cõ
mendatio, ſuusque honor, & exaltatio, ſicut eſt amicorum auxilium & gratitu-
do beneſici. Malum autem ſecundum ſtatuta non ſcripta eſt opus. quod quanto
homo augeret tanto magis aſſiceretur in deturpatione, vel vilipenſione. & hoc
etiam in infinitum, ſicut eſt reimproperatio beneficentię & maleficentię ipſis
amicis. Bonum vero & malum ſecundum ſtatuta ſcripta eſt menſuratum, vltra
quod non eſt addendum, nec ab eo eſt minuendum. Ex quo aũt res ita fuit, &
ſtatutum menſuratum non conueniret cuiq; viro, neque omni tempore, nec
omni loco, nec ſufficeret de bono & malo, quod menſuraretur negociis ſingulo
rum hominum: opportunitas ergo additionis & minutionis eſt ſecundum ꝙ de- F
cerneret ſtatutũ non ſcriptum. Oportet ergo, ꝙ horum ſtatutorum non ſcriptorũ
ſit directio & magnificatio ad ſcripta: & illud aut eſt additio ad ſtatuta ſcripta,
aut diminutio ab illis. & ſi aditio eſſet vltra bonũ ſcriptũ, vocatur beneficẽtia:
& ſi additio eſſet ad malũ ſcriptũ vocatur pęna: & ſi eſſet minutio a malo ſcrip
to, vocatur indultus, & tollerantia, & ſimilibus nominibus. Hoc aũt accidit ſta
tutis ſcriptis ſuis conſtituentibus, vel neceſſario, aut per ſe. ſunt vero per ſe, quã-
do ipſi errant & ponunt terminationem communem, & non eſt communis, ſed
propter ipſam rem in ſe eſt. quia nemo poteſt conſtituere ſtatutum commune ſe
cundum omnes homines omnibus temporibus & omnibus locis: quia hoc eſt
infinitum: hoc eſt permutatio vtilis & noxii. Finis autem experti ad conſtitu-
tionem ſtatutorum eſt, ꝙ conſtituat ex his quod, fuerit vt plurimum, hoc eſt
pluribus hominibus, pluribus temporibus, & pluribus locis. Quanto autem ip
ſe conſtituens diligenter procurauerit, ꝙ ſtatutum quod conſtitueret, fuerit vti
litatis longioris temporis & pluribus hominibus, tanto ſtatutum eſſet pręſtan-
tius. Quando aũt res ita fuerit, neceſſe eſt ꝙ ſtatuta coniectata non ſint ſemp &
perpetuo vera hoc eſt, de omni homine & omni tẽpore. & ideo indigebimus ad
ditione & minutione eorum. Tibi aũt declararetur hoc ex legibus ſcriptis hoc

A hoc nostro tempore, additio autem & minutio prestat, quando afficeretur hoc laude vel honore. Tollerantia autem vniuersaliter est excusatio diminutionis rei scriptę, aut illius ablatio in loco quo aduenit huic laus vel honor, cuius exẽplum est, quod retulit Arist. ꝙ statutum erat apud eos, ꝙ nemo ferret annulum: qui autem hoc ageret, mulctaretur, & ꝙ ille habeatur iniquus. Non scriptum autem statutum decernit ꝙ tali indulgeatur. talis ergo indultus est ęquitas. Et q̃n hęc est tolletanti, manifestum itaque est, quę res sunt ipsius tollerantię, & q̃ res non sint eius: & qui homines sint tollerantes, qui non sint ita. nam homo est tollerans res, quarum indultus est decorus. Licet autem species maleficentię & iniurię non sint vna species, sed plures species, non conuenit coęquare inter illã earũ, quę accidit ex parte erroris, & est quę fit errore & deceptione: & inter illam, quę non accidit errore, quę fit dolo & malitia. Maleficentia aũt potest esse ex ignorantia non ex malitia. Iniuria vero fit ex malitia non ex ignorantia. Premissę autem, quibus oraret qui peteret indultum peccati, cuius agentem lex scripta mulctauerit pęna, hoc est illę, quas retulit Ari. in hoc libro, sunt vndecim. Quarum prima est, quod ipse culpans dicat mulctatori ꝙ expediat ꝙ in hoc non imitetur merum statutum de ea pœna, qua ipsum mulctauerit, sed ꝙ in duas habitum constituent is illud venia & pietate. Secunda pręmissa est, ꝙ non expediat, ꝙ speculetur literale orationis legislatoris in hac pœna, quam stabili

Vndecim p̃missis peccati idultũ oramus.

B liuit sed suum intẽtum: & hoc in eo loco quo intellectus textus esset contrarius illi, quod decerneret sua litera quo ad pœnam. Tertia est, ꝙ dicat ꝙ non expediat ꝙ constituatur pœna secundum euidens ipsius operis, sed secundum meditationem & electionem. & hoc, quando putaretur, ꝙ illud opus non fuerit ab eo electione factum. Quarta est, quod dicat ꝙ non expediat ꝙ mulctetur de eo quod factum sit ab eo raro & in paucioribus, sed de eo quod reperitur ab eo qui deliquerit. & hoc, quando non processerit prius ab eo hoc opus. Quinta est ꝙ dicat ꝙ non expediat ꝙ homo mulctetur secundum prẽsentem suam dispositionem, donec speculentur suę dispositiones pręcedentes & suę futurę dispositiones. & hoc apud illum, per quem illę dispositiones tunc inciperent imitari. Sexta est, ꝙ reminiscatur bonorum, quę prouenerint ab ipso delinquente ad illũ, in quem patratum fuerat delictum. nam hoc ipsum promoueret, vt consequeretur indultũ ab illo ex summa illorum beneficiorum, Septima est, ꝙ reminiscatur vir tutum delinquentis suęque nobilitatis, suorumque maiorum generositatis nobilitatisque, quia hoc ipsum promoueret, ꝙ non consideret malum perpetratum. Octaua est, ꝙ exhortetur ipsum ad maturitatem ad iniuriam puniendum. q̃n diceret ei ꝙ non expediat homini festinare, quando in eum illata fuerit iniuria ab aliquo homine, vt reddat illi suum talionem, sed expectandum est. nam forte in huius vltimo perueniet ei bonũ aliqđ. Nona est, ꝙ dicat ꝙ expediat homini ꝙ leniter se gerendum sit cum hoĩbus. ex quibus solum verbum deberet suffi-

C cere absq; effectu, & ꝙ nõ sit vehemẽtis inq̃sitionis. Decima est, ꝙ dicat ꝙ expediat hoĩ expeditũ esset a litibus & pœnis. Vndecima ẽ, ꝙ dicat, ꝙ tollerãtia & indultus seu venia huius sit qđ studiosũ, Et audaces et vim inferẽtes cõcedũt hoc pp eorũ assimilationẽ tollerãtibus tãto fortius alii. Hinc itaq; declaratũ est quid sit virtus et tollerantia et venia, et quid sit tollerans et indulgens, et ex quibus modis pręmissarum sumitur ratiocinatio tollerantię et indultus.

Et quia ille, in quem est delictum, magnificat iniuriam cadentem in ipsum, delinquens autem minorat ipsum, expedit itaq; hic, ꝙ loquamur de speciebus magnę iniurię, et iniurię paruę. Ex magis autem iniuriis est, quę fit a potenti homine in imbecillem: & illius est, quę fit a diuite in pauperem. et ideo iniuria, quę fit de rebus paruis, est magna, aut propter ipsum malum in se quod repetitur in hac re parua: aut ex vehementia damni. magnitudo quidem damni in parua re est, sicut illius, qui expoliat aliquẽ hominem a suppellectili suę domus, quando est paucus, sed non habet ꝙ emat alium. Malum vero, quod est in se vehemens, et si opus sit paruum, est, sicut relatum est de homine quodam, qui iniurius fuit officialibus, qui apud illos vocabantur offerentes, et illi sunt peculiares officiis sacrorum, qui proprii sunt diuino cultui in tribus

De maiore ac minore iniuria.

drachmis sacris ex bonis propriis templi. Tres itaq; drachmę sunt parua res secundum conditionē iniurię opum: sed tollere illas eo modo, quo sunt ex bonis D
sacris ab officialibus offerentibus est maximum malum, & hoc, quia hoc significat vim mali, quod est in illorum acceptione, ex quo iam patrauit sacrilegiū in Dei dono, & sacris eius bonorum. & ideo qui hoc facit, non videtur cauens penitus ab iniuria, sed attinxit illius summum. quando vero consideramus mensuram damni surreptionis trium drachmarum, non est ibi iniuria sensibilis. Talium autem iniuriarum, in quę offenduntur ad templa Dei, suorumq; prophetarum, non est venia neq; tollerantia. nam illarum venia & tollerantia nō iudicatur ęquitas: immo oportet ꝙ iudex in talibus decernat sententiam mulctę omnino. aut propter vendicationem a delinquente solum, aut qua paruifecit communem ęquitatem. & propter hunc locum dixerunt legistę apud nos, ꝙ qui dixerit de legistis ꝙ fimbria suę clamidis sit coinquinata, teneatur mori. Et maximę iniurię est, ꝙ aggregetur contra aliquem hominem subreptio suarum opum, & illius afflictio. Et maximę iniurię etiam est, ꝙ ęqui & iusti & studiosi conterantur propter suas virtutes. Et ideo iniuria cadens in istos est eis gloria. & non paucus honor. Et ideo nos videmus multos tyrannos, qui intendunt vilipendere sapientes verberibus & reliquis malis. Hoc aūt fit illis ad gloriam ipsis viuentibus & post eorum obitum: sicut accidit ipsi Mallei, & reliquis legistis. Et similiter illis istorum, qui interficiuntur a regibus ex hoc, quia post- E
mortē accidit ipsis maximus honor: sicut peruenit sociis Hiesu Nazareni post eorum mortem honora suis sequacibus. Et vniuersalius ille, cuicunque nocetur propter aliquam rem, qua homo honoraretur, per illud damnum acquirit summum honorem. Et summę iniuriæ est, ꝙ illius iniurię species sit noua. quam non fecerit alius præter ipsum, nec ante, neq; post illum. Et ex his quę magnificant iniuriam, est, ꝙ ille sit primus eorum, qui fecerint illam, & omnes successores qui illud opus egerint, imitati essent illum: sicut de Abel & Cayn. Et maximę iniurię est conducere vltimam perditionem illorum, quorum intētum est conducere bona ipsis hominibus: sicut est iniuria, quę cadit in legumlatorem. Et summę iniuriæ est mulctandi excessiuis pœnis secundum leges scriptas, sicut apud quasdam nationes est tradi feris. Ex maximę iniurię est illa iniuria, quę infertur ab aliquo hominem in suum affinem eiusq; socium, nam hęc fit propter suum odium & cordis liuorem, damnum autem affinium, suumq; odiū infert eis excessum malitię. Et maximę iniurię est dolo vti in confidentes. Et periurium, & fœderis violatio, & consimilia his ex rebus, quę narrantur scriptis historijs. & ideo horum pœna non est sicut pœna reliquorum iniuriorum, immo pxpedit vilipendere illos in capitibus tribunalium vna cum ipsa pœna, sicut est pœna falsorum testium, nam non est satis habendum per suam pœnā,
nisi fiant erubescere in tribunalibus iudicum, & vilipendantur, & induant vi- F
tuperii indumentum, Et turpior esset dolus, & iniuria, quando fierent illi a quo precesserit beneficentia illi, qui dolum commiserit & iniurius fuerit. & quādo apparet ei benefaciendum, & eius intentionis esset ipsum malum, illud est huiusmodi. Et iniuria in leges non scriptas, hoc est illarum transgressus est vehementior ꝙ̄ iniuria in leges scriptas, & hoc quia statuta non scripta sunt ac si esset quędam res, ad quam homo cogeretur, ex quo sunt sicut res naturalis illi sicut est honor parentum & gratificare benefico, Statuta vero scripta non sunt homini necessario. & si trasgredereretur statutum scriptum, iniuria esset abominabilis iniuria, & illa est, sicut interfectio infantium & mulierum. Et illos mulctari de rebus, quibus non est pœna in statuto scripto, est maximę iniurię. & ideo est potissima causa corruptionis principatus, Iam itaq; ex hoc declaratum est ipsa iniuria summa & parua, ex quo paruum est contrarium maximi: res autem cognoscitur per suum contrarium, Modo autem expedit, ꝙ loquamur de constitutionibus, quę vocantur inartificiales, hoc est, quę non fiunt penitus ex syllogismo rhetorico, nam conuenientissimus locorum, de quibus facienda est mentio, est hic locus: ex quo illę sunt magis proprię iudicialibus, ꝙ̄ sint duobus reliquis generibus rerum rhetoricarum, hoc est, deliberatiuo,

A & demonstratiuis, Hę autem inartificiales constitutiones sunt quinque numero, quarum vna est ipsa statuta, & secunda testes, & tertia constitutiones, & quarta tormenta, & quinta ipsa iuramenta, Sermo autem de illis hic est, quomodo vnaquęq; earum fiat in accusatione, & excusatione.

Capitulum Decimumsextum. De Statutis.

PRimo itaq; loquemur de statutis. & dicamus ꝙ ex quo quędam statuta sunt communia, & quędam scripta, expediat itaq; ꝙ si statutum scriptū esset contrarium rei, quam intēderet declarare accusans vel excusans, ꝙ ratiocinandum sit per statutum commune secum conueniens hoc est contrarium statuto scripto ipsumq; confirmet: & tunc inhabilitaretur statutum scriptum, Vnus autem locorum, quibus meminit ꝙ inhabilitandum sit statutum scriptum. est ꝙ dicatur, ꝙ expediens sit assumptio statutorum non scriptorum. Nam quando homini satis esset quod affirmat statutum scriptum, non esset benefaciens, neq; tollerans, neq; indulgens: ex quo hō denominatur his rebus, quando imitatus fuerit statuum cōe, sicut declaratum est. & vniuersalius laus & honor dirigitur per statuta non scripta. nā qui facit debitum non laudatur. & ideo qui largitur mensurā opum debitā scdm statutum scriptum,
B non vocatur liberalis. Secundus aōr locus est, ꝙ dicatur ꝙ statuta sufficiunt multitudini hoīum, apud quos non est aiaduertentia, & hoc, quia illę sunt tes perfectę apud illos. Imitatio vero statutorum non scriptorū illorumq; con iectura, est aiaduertētibus & egregiorum hoīum. Tertius aūt locus est, quia statura scripta contristant. ex quo cogunt hoīem ad determinatas res: statuta aōt cōia conueniunt naturis hoīum: & hoc prętantius. Quartus aūt locus est, quia multo excellentius, & vtilius, & prętantioris boni est relinquere statuta scripta: ex quo res determinata non conuenit cuiq; homini, neq; omni tēpore. statuta vero non scripta coniectantur modo conuenienti cuiq; hoīum, omniq; tpr. Quintus aūt locus est, quia statutum non scriptum est perpetuum inuariabile nam est secūdum naturam hoīum, statutum aūt scriptum est permutabile & variabile. Et fertur de quadā muliere nota apud illos, quę excusata est de quo dā viro, qui sepultus fuerat prętęr statutum scriptum, dicens, non sepeli illum scdm statutum hodiernum, quod erit cras, sed secundum statutum, quod nunꝗ̄ perditur. Sextus locus est, quia statutum scriptum acquiritur meditatione: ex quo fuit rrerptum auditu ab alio, statutum aūt non scriptum non est receptum ab alio, sed est naturaliter notum. Et oratio expediens ad hoc esset, ꝙ diceretꝙ statutum cōe est, quo iudex agit operationes diuersas scdm expedites singulis viris & temporibus. & ille iudex est ad modum depurantis argētum a scoria.
C Et idro oportet excellentem iudicem, ꝙ non satis ei sit solum statutum scriptum, sed vtatur ambobus statutis simul: adeo ꝙ sic ei declaretur veritas, & mittetur apud illum oratio propria decreto quo iudicaret, & ideo, quando iudicaret de aliqua re, & statutum scriptum esset contrarium nō scripto, vel essent duo statuta contraria, expediret ipsi iudici, ꝙ faciat statutum perpetuum tpe, hoc est, non scriptum quodā loco, & renuat ipsum alio loco. & sic est dispō statuti scripti. hac. n. dispositione aufertur ipsa contradictio, quę est illis iuxta literam, & verificaretur aggregatum. Hoc aūt quod dicitur, manifestum est in actu legistarum, & hoc est apud nos de statutis scriptis contrariis. Quando autem ei dubius esset aggregationis modus, expediret illum sistere pedem, & non transgredi alterum duorum statutorum: sed moram contrahet in iudicio, donec ei declaretur locus dubii & ambiguitatis inter duo statuta, & transeat cum cōi vti. li, & cum scripto debito. Hęc itaq; est summa eorum, quę dicta sunt ad redarguitionem statutorum scriptorum, quando essent contraria alicui rei, cuius constitutio intenditur, Quando vero statutum scriptum conueniret rei, cuius stabilitas intenditur, commune autem contrariatur, vnus itaq; illorum quibus inhabilitatur statutum non scriptum contrarium, est ꝙ dicatur, ꝙ statutum commune si sermo subiecti & sermo temporum, & vniuersaliter ipsum est indetermina-

tum,sed indiget limitatione & terminatione:scriptum vero est completum. Et D
quando statutum contrarium non scriptum esset dubium & ignotum,tunc etiā
nobis conueniret statutum scriptum notum,iam expediret credere, ꝙ non de-
beatur ꝙ iudicium transgrediatur ipsum statutum scriptum. Alius autem lo-
cus,quo inhabilitatur statutum non scriptum,est,ꝙ statutum non scriptum de-
cernat vniuersali sententia,sicut benefacere tuo benefico:scriptum aũt decerne-
ret terminato iudicio,quę est mensura illius beneficii,suumq; tempus, Vniuer-
sali aũt cõi nullus vtitur,sed bene vtuntur particulari.illud ergo, quo vtendũ
est.expedit constituere, Alius aũt locus roborat statutum scriptum.nam si consti-
tutio statuti scripti debeat,suus itaq; vsus debetur. & nisi sic esset,quid cõferret
vtilitatis reiconstitutio.si nõ vteremur illa. Et alius locus est fortis ad statuti cõ-
stitutionem, qui est, quia illa constituentis proportio scd̃m sui prioritatem con-
grue mentis ad vulgus est proportio medici ad illas,quibus medetur,& vniuer-
salius habitudo artificũ ad illum, qui non esset illius artis, & sicut non expe-
dit hoi,ꝙ negligat medicum,aut tergiuersetur in recipiẽdo suum dictum seu suã
opinionem,sic res se habet in receptione dicti constituentis statutum scriptum,
imo damno oppugnationis medici. Et hoc, quia ex oppugnatione medici con
sequitur damnum vnius hominis,ex oppugnatione aũt statutorum imponentis
prouenit deperditio ciuium omnino. Et alius locus est,quia stabiliuntur ciuita
tum iudices illi,qui noscunt statuta scripta,non statuta non scripta. nam in il-
lorum comprehensione tota multitudo est ęqualis. Quando aũt hoc ita fuerit, B
expedit itaq; ꝙ constituantur statuta scripta:& nisi sic esset, fuisset iudicũ con
stitutio vana & incassum, Hęc itaq; est summa eorũ,quę dicimus de statutis,

Caput decimum septimum De Testibus.

TEstes vero quidam sunt viri priores tempore, & quidam sunt noui &
pręsentes. Et ex nouis quidam sunt,qui cõicant illis in eo bono, quod
sperant aut in malo,quod timetur. Intẽdo autem per testes priores prę
cedentes tempore notos acceptos apud multitudinem hoĩum, quorũ
dignitas est famosa. nam testimonium horũ reciperetur de rebus prę
teritis,siue retulerint,ꝙ ipsi vidissent illas,siue non retulissent hoc. quia iam su
sciperetur sua intentio vniuersaliter de eo,quod narrauerunt de illis scd̃m veri
ficationem. Testimonia sunt rerum pręteritarum:& sunt illa,quæ non compre-
henduntur eo tempore a maiori parte entium. vel testimonia de re pręsenti, aut
de rebus futuris. Testes vero de rebus potestatis sine dubio sunt tempore prio-
res. Rerum vero pręsentium nostro tempore testes sunt ex illis, qui prę-
sentes sunt nostro tempore. De rebus vero futuris quidam testes sunt viri
pręcedentes, & quidam sunt viri nostro tempore pręsentes. Testes au- F
tem rerum futurarum sunt duarum specierum, habentes experientiam, si-
ue sua experientia fuerit per artem, siue sine arte. Et homines vtentes solitis
exemplis,quę prohibent vel permittunt illud opus: sicut quod dicitur honora
parentes. nam iam dixit legislator,ꝙ parentum honor addit vitam, & consi-
milia. Accepti vero, & quorum testimonio vtimur, pręsentes testes sunt illi,
quos experti sunt viri sibi affines,hoc est,sui vicini,vel sui consanguinei, aut
sui conscii: & eos repererunt constantes super rebus,de quibus recipitur suũ
testimonium,inuariabiles in illis. Potestorum vero testium dispositionem per-
scrutandam habemus apud acceptationem: & ideo non indigent experientia.
Per acceptationem autem intendo autem testimonium quod testati fuerint de
rebus potestatis:aut veritatem inexistentię habituum illis, de quibus referun-
tur res futurę,si sua testimonia fuerint de rebus futuris. Conditio vero, quę de
bet esse ad acceptionem testimonii nouorum testium,est, ꝙ non communicent
illis,ad quos testati fuerint in bono quod speraret, neq; in malo cuius casum ti
merent:sicut partes illorum,pro quibus testantur aut filii, vel affines. & hoc,
quia si illi rebellent de eis,ꝙ mentiantur nonnunquam, vt Arist. ait, mentiren
tur, De tempore vero prioribus non est imaginandum hoc,ex quo iam priuati

fant. Nonotum vero testium testimonium acciperetur, quando testati fuerint,
A φ res ita fuerit, aut non fuerit. non acceptatur autem suum testimonium, φ res
fuerit iniqua vel æqua. Priori vero tempore testimonium iam accipitur de hoc
cum ipsi non sint suspecti, quia non communicant cum illis, pro quibus testantur,
quia suus sermo ferret, φ iudicium ita fuisset antiquo tempore. Verifi
cationes autem iam accidunt propter testimonia: & aliquando accidunt propter
ipsas res comprobantes res dubias, & stabiliuntur loco testimoniorum.
Iudicium aūt rerum comprobantium res dubias est operationum iudicū habentium
prudentiam & peritiam, Et ideo expedit iudici, ne erret in rebus dubiis
falsigraphis: sicut non decipitur cambitator de argento sophistico. Quando
autem hę res constituunt iudicem super rem ipsam veram, aut si esset falsum
testimonium eis contrarium, digniores sunt constituere super ipsam, quando nō
esset ibi testimonium, aut quando testimonium secum conueniret. Et ideo apud
iudices hę res existunt loco testium. nam nihil refert, siue iudicent per testes,
aut iudicent per has res dubias, quas loquentes comprobarent. Hę autē res sunt
alię a signis, & ideo numeratę sunt cum testimoniis. Quoddam autem testimonium
fit de re, circa quam est lis, & quoddam est de ipsis testibus, & quoddam
est de duobus contendentibus. Testimonium autem de ipsis testibus, quoddam
est ad eos corroborandum, & quoddam est ad eos falsificandum. Testimonium
vero de duobus contendentibus est iustificando vnum, & culpando alterum.
B Testimonium autem de testibus erit, aut φ sit ille amicus vel inimicus: aut me
diocris inter actorem & reum, qui non est amicus neque inimicus alteri illorū.
Hic autem sunt alię differentię testium pręter has differentias: & rursus infra
dicetur de illis, quando loquemur de locis vniuersalibus, ex quibus fiunt enthy
memata. & hoc in secundo libro huius libri. Hęc itaq; est summa eorum, quæ
dicta sunt de testimoniis,

Cap. Decimum octauum. De constitutionibus.

Constitutiones autem sunt conditiones, in quibus conueniunt quidam homines. Conditiones autem, in quibus conueniunt, sunt vtiles duabus rebus, quarum vna est paruifaciendo se operans quando illas cognouerit, & ipsius vituperium, quādo non stabiliret illas: & eius laus, quando vere proferret de illis. Secunda autem vtilitas est in verificatione actoris & falsificatione rei, quando illam propositam actione negaret. Et in hoc loco non est differentia inter eos & inter testes. Et quando conditio
C nes fuerint scriptę, aut attestati essent eis testes, ipsę habentur loco testium in dispositione rei de qua est lis, & in declaratione dispositionis litigantium: hoc est, quo modo sint suę dispositiones per virtutem & vitium. & hoc, quia conditionis nexus significat virtutem, & illius obmissio significat vitium. Quando autem contendens concederet ipsam conditionem, & allegaret φ ille non conueniretur illi, indigeret itaque loquens tradere persuasionem necessitatis ne xus ipsius conditionis, quando diceret φ conditio sit proprium & particulare statutum: & expediret illius stabilitas, sicut expedit stabilitas statutorum. Quando autem statutum fuerit differens a conditione, dixit itaque φ statutum non iudicet ipsam conditionem, neque ei prędominetur. nam statutum decet esse vniuersalem constitutionem. Conditio autem est particularis constitutio: particulare autem iudicat ipsum vniuersale. sic igitur conditio est caput statuti, & statutum non est caput conditionis. Si autem non differret ipsa conditio, diceretur φ ipsa conditio sit ex statuto, si statutum apud ipsos esset impositum per constitutiones: aut quod ipsum statutum conducat stabilitati conditionum, si statutum esset apud illos per Dei prophetiam. Alter autem locus est, quod dicatur, quod conditiones sint, quę decernunt constitutiones proprias singulis viris & temporibus conuenientes: & si conditionis stabilitas non esset, destruerentur constitutiones, &. quod conditio

ut, cui homo vniretur per suam electionem & animaduertentiam. Id aũt, quod D
est talis dispositionis, non habet excusationem, nisi ipsum constituat. Et prætet
hunc sunt loca ei similia, in quorum relatione protraheretur longus sermo: si in
tenderemus illorum perscrutationem in hoc loco. Hoc itaq; est, quod dixerunt
de rebus, quibus constituuntur ipsę conditiones. Res vero, quibus falsificantur
conditiones, qñ oratori videretur, ꝙ decentissimum & conuenientissimum sit,
ꝙ conditio falsificetur, sunt ipsa statuta scripta, & statuta communia: sicut dici-
tur ꝙ ipsa statuta scripta sint fortioris assimilationis & habitudinis ad ipsas
constitutiones. nam statutum scriptum est commune: ipsum autē commune est
vniuersalior constitutio quã ipsum proprium, quę est ipsa conditio. cõis autem
constitutio pluris facienda est quã constitutio propria. Alius autem locus est,
ꝙ dicatur ꝙ iudex sit æquitatē perscrutans & ipsam patefaciēs: hoc est ipsam
ęquitatem, quę est scd'm ipsam ciuitatē. Et ideo ei expedit, ꝙ perscrutetur ęqui
tatē, quã suis animis conditionauerũt constitutionũ institutores, & si in ciuitate
ęquitas esset, permitteretur conditio: si autem nõ esset ęquitas, destrueretur ipsa
conditio. Ac ẽt statuta non imponuntur vi neq; ex errore. in conditionibus aũt
hoc esset possibile. & vniuersalius expedit, ꝙ contraria conditionum sequan-
tur ipsa statua: & si non inueniremus illam in statuto antiquitus scripto, inueni-
remus illam in ipso statuto vniuersali; & per hoc falsificaremus ipsam. Si autẽ
illam inueniremus inscripto, indigeremus destructione illius: siue illud statutũ B
fuerit statutum illius ciuitatis, aut statutum ciuitatis, quę esset metropolis ad il
lam ciuitatem, Et ex his, quę ipsas constitutiones destruunt, est ꝙ sint ibi cõ
trarię constitutiones, vel illis priores aut eis posteriores. Et vt plurimum poste
riores iudicant priores; & nonnunquam priores iudicant ipsas posteriores, qñ
priores fuerint verę, & posteriores deceptorię & subdolę. Similiter ẽt expe
dit illi, qui falsificaret ipsam cõditionē, ꝙ consyderet suas dictiones, & si eis in-
sit aliquid, quod posset diuertere, illud diuertat & educat ab intellectu, quod de
cerneret enunciationis dictio. Hoc autem posset facere, qui haberet euidentiam
ęquiuocarum dictionum, & similium rerum, Hoc itaque est vltimum, quod Phi
losophus dixit de constitutionibus.

Capitulum Decimum nonum.
De Torturis.

CONfessio vero per torturas est dicti illius, qui torquetur testimoniũ quod- E
dam, quo sit ei credulitas quędam. nam homo timeret, ne si negaret, re
diret in ipsum pœna. Et quatenus etiam putaret ille, ꝙ prolationis veri
tatis esset euasio ab illo malo, quod inde accideret, nisi quia est quędam
veritas quę illi remittitur. & ideo difficile est comprehendere res, qui-
bus posset stabiliri confessio, quę fieret sub tortura, quando illa esset conueniens
preponenti eam, & ꝙ falsificetur, quando conueniret aduersario: non ꝙ eius
falsificatio & astutia sit ipsamet veritas. nam non esset confessio falsi per tor-
turas loco contristationis paucior quam confessio veritatis. sed illi confitentur
quicquid ipsi interrogantur loco euasionis a torturis, & si esset falsum. Ac
etiam, quando illi tulerint torturam, & non dicerent verum, propinant ad fal-
sum: vt de illo putetur, ꝙ sit ipsum verum, & per hoc cito quiescere illos faci-
ant ab ipsis torturis, Et ideo iudicibus expedit, ne vtantur hac specie sumptio-
nis significationis: sed vtantur & faciant alias significationes. Nam plures ho
mines propter suorum corporum robur, & suorum animorum experientiam
vehementi tolerantia, ferrent pœnam, & non confiterentur veritatem. Pu-
sillanimes vero, & imbecilles homines confitentur de se ipsis falsum, antequã
videant tormenta; ideo non est ipsarum torturarum aliqua res, in qua expe-
diat confidere.

Caput Vigesimum nonum, De Iuramentis.

A IVramenta vero sunt propter locum quatuor rerum, & hoc, quia qui iurat, aut iurat dare aliquam rem, & assumere aliquam rem, sicut fit in emptione & venditione: aut nõ sumere aliquam rem neque dare rem aliquã: aut sumere & non dare: aut dare & non sumere. Si autem hominis iuramentum fuerit dare, sit de alijs rebus ei nocentibus, hoc est, si eas renuerit, & non tradiderit. Iuramentum autem fit ab actore, aut a reo in quem agitur. Nulla res autem verificationis est iuramento, quando scitur ꝙ iurans sit vir transgressor. Quando autem iudex præciperet iuramentum alteri litigantium, ille autem ipsum renueret, iam de illo confirmaretur actionis argumentatio. Iam per iuramentum expetere determinat veritatem. Quando autem renueret iurare, confirmatur de eo actionis argumentatio. Ex quo autem per iuramentum expetitio vertitur inter duas necessitatas res, quarum vna est id, quod pro uenit propter iuramentum, quando periurus esset, quę est Dei vilipensio, suiq; honoris paruifactio. Secunda autem est coactio, quę ad eum peruenit sumendum aut dandum, nam homo semper agit minus noxium duorum ei necessariorum. Et ideo quidam, hoĩes quando iurant, verum proferunt: & quidam falsum pronunciant. Et hoc est vnum eorum, quę significant, ꝙ fallatur commu B nitas per iuramenta: sed studiosus vir verum profert, & videtur ꝙ verum ipse proferat, & si non iuret: sed illius veritatis assertio non est, quia non iuret, sed propter eius dignitatem. & quia ille non est talis, ꝙ sit transgressor, & non in uenıretur in eius ore mendactum sine iuramento: & tanto fortius cum iuramẽto. Fuga vero sustentandi quęsitum per iuramentum est necessaria, illa quidẽ quę sit a viro transgressore, est ad vincendum ipsos fide tutos. Nam eductio cõfidentię a iuramento, est ex his, quę inducunt verificationem dictis transgressoris. Et hoc est, sicut ꝙ audax vinceret timidum, aut sit ei obuiam vt illum vincat, & diuerteret ab eo: quia ipse timidus fugeret ipsũ: sed si res ita fuerit apud fide tutum, non fieret ꝙ sumat sine iuramento, quando aduersarius non videret ipsum tutum: immo non sumeret nisi iuraret. Quando autem vehemẽs fieret iuramenti inductio in fide tutũ, in quẽ esset actio, si ille vellet tribuere Deo gloriam, & non ferre eius nomen in vnũ, oporteret ipsum non negare falsam actionem, qñ daret quod peteretur. nã si negaret & daret, ferret ad putandum, ꝙ actor protulisset veritatẽ, & ꝙ ipse dedisset occasionem iuramenti in vanũ, qđ ei opportunũ esset. Et ideo non expedit, ꝙ se inducat ad hoc, ꝙ ab eo petatur iuramentum, quia qñ quęreretur iuramentum, & non iuraret, putaretur de eo ꝙ sit mendax. Notum aũt est in proprio, & cõi iudicio, quo pacto homo excusetur, qñ suum iuramẽtum permutatum fuerit: & qualis sit increpatio rebellis iu C ramenti suaq; castigatio. nã rebus, quibus cõmutat iuramentũ, sunt illę quatuor res, quibus iuraretur: & illę sunt, quas singuli hoĩes cupiũt, & hoc ꝙ sumat & tradat, aut non sumat & nõ tradat, aut sumat & non tradat, aut det & nõ sumat. Quando autem homo iurauerit pro aliqua harũ quatuor rerũ, non euadit itaq; quin sermo, quẽ fert ad illius rei constitutionẽ, sit conformis illi, de quo iurauerit, aut sit difformis, & hoc, qñ iuramento negaret. Si aũt esset difformis, vnũ eorũ, quibus assereretur mẽtitũ fuisse iuramẽto, difforme est, ꝙ dicat ꝙ iuramẽtũ sit quędã lex. qñ aũt sponte hõ ipsum permutaret, & eo mẽtitus esset, iam fecisset iniquitatem. nã iniquitas est permutatio legis sponte. Ille vero, qui excusatur ex iuramenti difformitate, ipse excusaretur ꝙ eius iuramentũ fuisset vi, aut dolo, aut latẽter seu ignorãtia. quia qñ ille iurauerat, nõ cogitabat eam rem, de qua iurauerat: sed sua cogitatio ipsum deuiauerat in aliud. Aut ꝙ illud, quod illũ subduxerat ad ipsum iuramentũ, sit debellatio, & oppugnatio, liuor, & impatientia, & nimia paruipensio, & ira contra aduersariũ: & vsius vsus, qui ei inest ad iuramentũ, & peruenire in ipsum subito: & prõpta velocitas in ipsum, & ad abnegationem & mendaciũ. Ex his aũt, quę fiunt ad cõstitutionẽ statutorũ, & iuramentorũ, & corroborationẽ illorum est, ꝙ dicatur ꝙ iã expedit vobis virorum vniuersitas, ꝙ stabilitis vestra iuramenta, & non varietis

ipsa.nam iuramentum & legale ius,quod homo asserit ex se sponte, & cognitione,expedit ergo ei ne ipsum variet.Illi vero,qui dolo aut ignorãtia,vel prouentu ad abnegationem,& veloci prõptitudine ad iuramentum iurant,nõ stabiliunt sua iuramenta , & aliȩ res prȩter has his consimiles sunt huius tractatus, quibus magnificaretur & exaltaretur.Hic itaq; est sermo de verificationibus, seu approbationibusquȩ fiunt sine ratiocinatione:& modis illarũ vsus in hac arte . Hic itaq; cõpletȩ sunt res,quas cõtinet hic liber,qui est primus.Laus sit soli Deo,cuiusnomen exaltetur,& eius commemorationi benedicatur. Amen. D

AVERROIS PARAPHRASES IN SECVNDVM LIBRVM RHETORICORVM.

Cap. Primum. De necessariis generi Iudiciali.



X quibus vero orationum speciebus fiat persuasio , & dissuasio,& laus & vituperatio, & accusatio & excusatio seu defensio:& ex quibus prȩmissis & enunciationibus sumantur harum orationum partes quȩ faciunt fidem,seu quȩ veritatem inferunt in hac arte,iam dictum est in primo libro,ꝙ orationes de rebus particularibus fiant propter has sex intentiones,quas diximus, & syllogismis & prȩmissis , quas numerauimus in prȩhabitis. E
Ex quo autem impossibile est in oratione sine iudice, qui determinet alteram duarum orationum Rhetorum:ex quo orationes,quȩ in illa fiunt, non sunt verȩ.& ideo indigentia iudicum inconcionatiuis, seu deliberatiuis est maior , ex quo sunt de rebus possibilibus:sicq; indigemus illis in iudiciali,& laude & vituperio. sicq; hic expedit ꝙ speculemur non solum orationes constituentes & destruentes seu confutantes , sed etiam secundum orationes quȩ acquirere faciunt iudicibus passiones,quȩ ipsos cogunt iudicia inclinare secundum varietatem fidei prȩstationis ipsius iudicis proponentis verbis . Proponentis aũt fidei prȩstatio iudicis iudicio esset, quando proponens cognosceret quis vir sit ipse iudex sc͂dm suam amicitiam aut inimicitiam erga ipsum;& iudex cognosceret quis vir sit ipse proponens secundum eius virtutem suamq; sapientiam.Cognitio autem iudicis de proponente confert vt plurimum in rebus deliberatiuis receptio aũt vtilitatis cognitionis proponentis de dispositione iudicis vt plurimum est in litibus.nam non est vnum iudicis iudicium de eo quem amat,& de eo quem odit,neq; de his qui contra eum irati sunt aut non irati , aut ipsum timentes vel non timentes ipsum: sed iudicum iudicia sunt diuersa secundũ hoc differentia magnȩ mensurȩ & prouentus. Quando aũt iudicium proferrent de eo quem amant,nisi illi minuaut aliquam rem,vel paruum minuant ab eo.iudicium vero de eo quem odiunt,est huius contrarium. Et similiter est differentia ꝙ iudex iudicet contra proponẽtem,qui esset nobilis meditationis, aut iudicet, quando ille esset pauci momenti,& tollerantiȩ & contristans se de illo . Loquentes autem sunt suis orationibus veridici vt plurimum propter tres causas . nam aliquando homo fit veridicus his tribus absque oratione corfimante, Hȩ autem tres sunt, scientia , & dignitas , & sumptio consilii societatis ; hoc est,ne se separet ab illo qui ei consulit, aut occasione suȩ ignorantiȩ illius , aut propter ipsum esse distinctum ab illo , genere , vel loco , aut idiomate . Consules autem sunt non veridici sed mentientes aut propter priuationem , seu defectum harum trium rerum , vel defectu quarundam earum . nam aut ipsi non consulerent conuenienti opinione propter suam ignorantiam suamq; F

A errorem : hoc est, quia ipsi consulerent id, de quo non recipitur aliqua vtilitas propter suę mentis imbecillitatē: aut ꝙ sint sapientes studiosi oportet dissormes esse illis, quibus consulunt. & hoc : quia quādo ipsi fuerint huius dispositionis, possibile esset eis, ꝙ cognoscant rem magis studiosam & nō consulāt ipsam. Manifestum autem est, ꝙ pręter hos tres habitus non est aliquis habitus, qui quando in est loquenti, posset eo esse veridicus apud audientes. Vnde vero sciatur, ꝙ loquens sit talis dispositionis, aut confirmetur apud illum, qui nō nouerit eum, ꝙ sit talis dispositionis, illud est ex rebus, de quibus facta est mentio in capitulo laudis, hoc est, quia ipse est habēs sapiētiam & virtutem. ꝙ vero ille sit socialis creaturis & amicus, sermo de his est pars sermonis de pręmissis, ex quibus constituuntur passiones, propter quas differunt iudicia iudicum : & illę sunt quę eis inferūt voluptatem aut dolorem: sicut sunt ira, & timor, & eius cōtrarium, & his similia. Iam autem expedit ꝙ loquamur hic de illis. hoc autem fiet, quando speculabimur vnamquāq; harum passionum tribus rebus : hoc est, rebus agentibus illam passionem, & viris aptis ad illam passionem, & cui hęc passio sit incidens pręualens.

Caput Secundum. Sermo de Ira.

B HVius autem exemplū de speculatione irę est, ꝙ dicatur qua dispositione homo sit iracūdus : & quę sint res agētes iram: & qui hoīes sunt, in quos est naturaliter ira. nam oīno reperitur ira, quando congregātur hęc tria, & quando quędam eorum inueniuntur, & quædam non inueniuntur, sine dubio nec ira inuenitur. Et vniuersalius nos faciemus in hoc genere, sicut fecimus in pręcedentibus capitulis, hoc est in capitulo litigatorum seu iudicialis, & in capitulo consilij, seu deliberatiui, quando definiuimus res quarum constitutio intenditur: & rursus res, quibus ordinaretur suum esse : hoc est vtile vel noxium, ęquitas vel iniuria. Duę autem harum trium rerū sunt, ex quibus componuntur pręmissę, quę quando homo procederet in eis, conducerent ipsum ad illam passionem : hoc est, in illos, qui illam agerēt, & in quos caderet illa passio. Reperiuntur vero ex dispositionibus illorum, qui coacti sunt ad illam passionem quędam, quibus illi apti sunt affici, & eis promoueri ad illam passionem, exempli gratia, quia promoueres hominem ad iram, quando ei annunciares esse rerum cooperantiū ad iram : & hominē in quem deberet irasci, dispositionibus vero, quibus homo aptus est irasci, cōstitueretur ꝙ ille irasceretur. Sed harum dispositionū notitia expedit illi, qui vult irasci. nam ille sciret tempus, quo homo sit aptus ad receptionem orationis,
C quę ipsum promoueret ad illam passionem. Ira autem est dispositio, vel impressio animalis, ex qua fit animę appetitus pœnę, quę videatur opportuna illi, in quem est ira propter eius vilipensionem in virum irascentem, aut in eum qui sit eius pedissequa, & ei continuus. Vilipensio autem est, quam Aristot. vocat pusillanimitatem. nam anima recipit vilipensionem: ac si ipsa minueretur rebus paruis, quę in ea imaginantur, et quando hęc fuerit irę definitio. Ira itaque fit ex aliquo homine demonstrato, aut aliquibus hominibus demonstratis, in aliquem hominem demonstratum, vel aliquos homines demonstratos, non in ipsum hominem vniuersalem. et hoc propter aliquam rem qua irascens fuerit iratus, vel in aliquem illius pedissequam. Omnem autem iram semper sequitur aliqua pauca res voluptatis, nam irascens sperat vendicari ab illo, in quem fuerit iratus. quando autem sperat, acquirit voluptatem. nam spes illa est quędam eius imaginatio, quando futurus est vincere virum, in quem irascitur, qua illud est quasi impossibile in alium. & illa est pœna, quam anima sperat, et ideo irascens magnificatur in sua anima, qua ipse reputat in ea vigorem ad illam pœnam. et ideo homo non irascitur in illum qui nimium est supra suum gradum, neque in hominem qui est infra se nimis. Et quam pulchrum est, quod dixit poeta de ira, ꝙ id, quod inde anima mouetur & tremit, sit res dulcior

melle;& ꝙ illę qui tegit mentem eius,est similis fornacis fumo. Et ideo iracũ D
di nõ intelligunt neq; animaduertunt.Dicũr aũt de ea,ꝙ sit dulcior melle,occa
sione voluptatis,quę in ea est ex imaginatione vindictę.nam imaginatio opta-
tę rei ipsamq; agitari in anima est quid iocundũ.qñ ibi nõ fuerit meditatio,quę
secum intendat abhominabilem rem connexã optatę reí:neq; res,quę impediat
aduentũ suę possibilitatis;sicut est dispositio phantasmatum, quibus hoĩes dele-
ctãtur in somniis.Rei aũt vtilitas,& vilipensio fit pp res,ad quas nõ habet vi
gorẽ,neq; conuenit ꝙ homo proueniat de eis:hoc est,ꝙ illas acqrat, si fuerint
qd bonũ,aut ad earum expulsionem ingenietur,si fuerint malũ alıqd. Et ideo
putatur de bonis & malis simul,ꝙ ipsa oportuna sint ꝙ prouideatur de eis: &
similiter res cõsequẽtes bonũ & malũ,sicut mali timor,& boni spes sunt cõla
dabiles.Illi rei aũt vidẽt hoĩes,ꝙ nõ cõuentat aliquas res ,puidẽtię: quia putãt
ꝙ nõ insit illi bonum,de quo sit sperandum:neque malum,cuius sit timor:et ꝙ
illa sit obmissa & nimiũ parua. Vilipẽsionis aũt species,quã Ari.pusillanimita
tẽ vocat sunt tres,delusio,& iocatio,& derisio. Delusio aũt est vituperiorũ me
moratio.& hoc,quia vilis,in quẽ fiũt cõtraria operationũ magnitudinis,est ple
bis vilipensus,Deludit aũt hõ illũ,quę videt,ꝙ nõ sit dignus vt ei loquatur:&
sic ille,quẽ homines derident,est etiam vilipensus.Quando autem derisio fuerit
rei,impedit suum appetitum,suamque voluntatem.Derisio autem,quę est talis, E
est qua eam agens non intendit aliquam rem , quam acquirat pręter damnum
illius,quem deridet. Et hoc,quia ex quo ille,quem deridet, est vtilis, notum
est,ꝙ ipse non timeat,ꝙ ab eo sibi proueniat damnum, nam si hoc putasset,ti-
meret,& non vilipenderet eum.Illi vero,qui deludunt,vt illa delusione eis p
ueniat aliquid vtilitatis,conuenit ꝙ vocentur iocatores, & astuti:sicut sunt mi
mi,quos reges voluptatis causa sumont:& non introducun illos ad hoc ge-
nus,sed ingrediũtur genus astutorum.Et similiter blasphemia. hoc est defectuũ
commemoratio est etiam blasphemati vilipensio.Blasphemia autem,quę est hu
iusmodi,est deceptio & versutia,qua intẽditur contristatio blasphemati deir,
quę quando de eo declarata fuerit,puderet inde ipsum blasphematum. & non
est blasphemia defectuum commemorationis , quę est huiusmodi : nisi quando
res,quia homo blasphemat, inesset blasphemato in pręterito non in futuro: &
ꝙ blasphemia sit turpis,qua puderet blasphematum:& ꝙ non intendatur per
illam aliquid vtilitatis ipsi blasphemato,sicut est blasphemia,qua intenditur ip
sa correctio,nam hęc non est vilipensio,sed est pęna. Blasphemia autem dele
ctat,quia blasphemantes putant de se ꝙ ipsi sint studiosiores ipsis blasphema
tis.Et ideo blasphemantes & deturpentes sunt ipsi diuites & iuuenes, nam il
li putant sibi excellentiam vltra alios.Hoc autem manifestum est de cogitatio
ne blasphemantium:quia blasphemia est vilipensio, Vilipenditur autem ille
qui non est dignus alicuius rei et est ille,cui non est aliqua res honoris: neque F
propter aliquod bonum,quod ab eo speretur:neque propter aliquod malum, qđ
ab eo timeatur. Illi autem,de quibus putatur ꝙ eis insit quędam conditio op-
portuna vltra plures homines generositate & vigore & virtute:& vniuersa-
lius omnibus his , quibus aliquis homo alium superat, sicut est excessus diuitis
ad pauperem,& tranquilli ad laboriosum , & architectonici ad principalitatem
susceptiuum,vel cuius anima videtur apta ad principalitatem , & si non sit pri-
mus.hi omnes apti sunt irasci in homines ex pauca re,quam putarent vilipen
sionem eorum . Et ideo fertur , ꝙ vehementia iracundię & furoris & insit fi-
liis regum,& his qui regibus annectuntur,qui soliti sunt oblectamentis,& non
offenderunt penitus nisi ea,quibus gauderent ex hominum honoribus , & de-
coris operibus.Et huic speciei cum iracundię vehementia insunt quędam res,
quę conducerent iracundię ipsius vehementiam , sicut est nimia vendicatio:
& ꝙ non sint contenti in illos,puniendo parua re,sed excessiua pęna. & hoc,
quia incenditur sua ira contra illos propter suæ excellentię magnitudinem in
se ipsis.Ex rebus autem,qua quando inessent alicui homini, redditur illis ap
tus.vt in eum perueniat ira,est ꝙ ille homo vsus sit,ꝙ ab ipso bonum ipsum
proueniat,& nõ operaretur hoc in homine,ad quem vsus fuerat hoc agere, aut

A ad eſ connexum aliquem.& hoc,quando ille hõ ſciret, ꝙ hęc eius obmiſsio ſit
ad eius voluptates:vel ꝙ ſciat ꝙ ipſe cupiat tale , & ſi non obmitteret . nam
iam numeraretur ſolitę voluptatis obmiſsio in iracundis . Quando autem hoc
ita fuerit ,irę opus vniuerſaliter eſt ipſa vilipenſio , aut id quod putaretur eſſe
vilipenſio. Viri autem apti ad iram,ſunt illi,quibus inſunt quędam diſpoſitio-
nes facientes illos putare de plurimo eius,quod in ipſum deſcenderet,ꝙ ſit vi-
lipenſio.Ea autem,quę apta ſunt vt eis iraſcatur,ſunt quibus alii putant,ꝙ ma
ior pars operum , quę ex illis proueniunt,ſint vilipẽſionis. Quãdo aũt vniuer
ſaliter declaratum eſt qua de re fiat ira,& qui ſint Iracundi , & qui ſint in quos
cadat ira:iam expedit itaq: ꝙ numeremus hic has diſpoſitiones .

Capitulum Tertium. De rebus Iram promouentibus.

SIcq; ex diſpoſitionibus , quibus homo fiat iracundus eſt, ꝙ homo cupiat
aliquam rem,& eius appetitus ſit cum triſtitia & anguſtia.nam iu his ſe
ſtimatur ira,ſiue facta fuerit vlli eorũ aliqua res,quę expediret & ad irã
ſiue non fuerit facta:quia ille propter eius paucam tolleranitam putaret
B ꝙ hęc iã facta fuerit in eũ . Et horũ quidã ſunt,quibus ſunt aliquę res,quę ip-
ſos contriſtant,& cupiunt remotionem illius contriſtantis. nam hi iraſcũtur de
omni re,& ex omni re:ſicut ſunt quibus occurreret aliquis morbus vel pauper
tas.nam hi cupiunt ſanitatẽ,& res quę fiunt ad ſanitatem,& diuitiarum cõgre
gationẽ,& res aduenientes congregationi diuitiarum. Et ideo non dicitur pro
pter id huius deſyderii.quod firmatur in horũ animis,ꝙ ſit cã,ꝙ de eis dicaẽ,
ꝙ ipſi ſint concupiſcentes:immo hoc eſt cã,ꝙ de ejs dicatur ꝙ ipſi abhoreant
ſuã vitã.& plurimũ ꝙ hi iraſcuntur eſt,quo vilipendunt rem eis occurrentẽ, ſi-
cut ſunt vilipendentes dolorem,qui occurrit patienti.qñ ei occurit,& ſic de his
qui vilipendunt indigentiam & egeſtatem , quę occurit alicui homini tpe ſuę
paupertatis.& ſic de eo,qai vilipendit iniuriam occurentem alicui homini. Et
huius generis eſt qui vilipendit hominis amicum.Et vl'ius quicunq; vilipẽdit
id,quo homo contriſtatur, & dolet,aut quo delectatur & gaudet.Et in hominẽ,
cuius ſpes fallit, feſtinat ira.nam ille cogitatus eſt cogitatione , & ceſſauit eius
cogitatio . Iam aũt declaratum eſt ex his rebus, qua diſpoſitione ex hominis
diſpoſitionibus,& quibus accidentibus ex ſuę animæ accidentibus, & quibus
annis,& ſpacio fiat vehemẽtis aptitudinis ad iraſcendũ: & in quẽ homines ira
ſcuntur,& quẽ derident,& quẽ vituperant, qñ in aliqua re fuerit aliqua harũ
rerum diſpoſitionibus quidem , ſicut eſt ira habentium principalitatem in quẽ
C non habet principalitatem:accidentibus vero,ſicut eſt ira dolentium in gaudẽ
tes:ſpacio vero,ſicut eſt ira potentum in puſillanimes : & annis,ſicut eſt ira ſe
num in iuuenes. Ira vero,& vilipenſio eſt,quando res ſuorum operũ, ſuorũq;
ſermonum & ſuarum diſpoſitionum eſt res illius,in cuius operum & ſermonũ
& diſpoſitionũ aliqua re nõ recipiatur vlla vtilitas,vel putareẽ hoc de eis . nã
quando experiremur res blaſphemię,& vilipenſionis,inueniretur ꝙ non tranſ
grederentur hanc ſpeciem.& ideo putatur,ꝙ id vilipenſionis & deriſionis,qđ
caderet in ſtudioſos & ſapientes , ſit res neceſſaria.nam vulgo videtur, ꝙ ipſi
non vilipendat aliquã rẽ ſuarum diſpoſitionem.& ſimiliter de reliquis virtutũ
bus,quę non ſunt vtiles:& pręcipue quod ex illis peruenit poſt maximum la-
borem , & poſt eius aduentũ conſeruaretur ẽt maximo labore.& hoc, qa vul-
gus,ex quo putant de talibus, quod non ſit eis aliqua vtilitas de eo,qđ ex hoc
acquirunt,neq; res in qua ſit vis actiua , expediret ꝙ putaretur ꝙ nõ reciperet
ex illis vtilitas de illis rebus.nam ex quo non conferunt ſibi ipſis,dignius eſt ꝙ
non conferant aliis. qñ aũt vulgus putat de pluribus harũ rerũ,ꝙ in eis ſit vti
litas,licet ipſas habentes non reciperent de eis vtilitatem,aliqñ ipſos reducũt
ad bonum, & redeunt ad miſerendum eorum,poſt vituperationem.& hoc quan
do eis indigent,& eis excuſantur de eo quod ptũm eſt,De hoc autem reciperẽt

vtililatem, quando precedens vituperatio non fuerit excessiua, neq; preter cō
suetudinem, nam quando esset excessiua, putaretur de eis, ꝙ ipsos deriderent D
tempore conuersionis ad bonum. Et qui benefaciunt, deinde cessant suę benefi
centię, & qui non gratificant homini de suo opere, his quę expediunt ad illud
opus, aut agunt cum illo contrarium eius operis: & quibus benefici videntur
vilis dispositionis, et hoc, quando recipiens beneficium, putaret ꝙ illud bene
ficium sit vile, aut ꝙ eius vigor esset ad maiora quā ad hoc, in illos caderet ira.
Omnia autem hęc opera sunt prouocantia iram. nam de eis putatur ꝙ sint vi
lipensores. Sunt autem hic quidam homines, qui irascuntur ex vilipensione ca
dente in eos ex vilibus rebus; aut quādo ipsi sunt inter viles vilissimi: & sem
illi, quos nemo reputat alicuius momenti: neque est eis res, qua exaltentur pe
nitus, & nemo expeteret eorum magnificationem. Non conuenit autē, ꝙ res
ita fiat, hoc est, ꝙ homo irascatur in eū, qui vilipenderet eius minimas res, sed
expediret ꝙ caderet ira in illū, qui vilipenderet res alicuius hominis, quę sunt
alicuius momēti. Et in amicos cadit ira, quando nō dicūt de suis amicis conue
nientem sermonem adueniente eis aliqua vi: vel tristantur, quando recordantur
eorū in malū: et amplius, qn̄ non benefaciunt eis, cogente eos necessitate: nec:
fallunt in eo ipsorū, quod eis descendit. Et ideo dicit antiquum prouerbium.
Amicus te nutriret, aut tibi mutuabit, aut contristabitur tua angustia. Cadit aūt
in hos ira, quia priuatio contristationis de vi, quę in eos cadit, significat illorū
vilipensionem. Et hoc, quia manifestum est, ꝙ homo irascatur, quando nocetur
illi, quem ipse curat: & similiter irasceretur in amicum, qui malum suspicare
tur in suum amicum & malam cogitationem habet de illo: & in illū qui vilipē
dit id sui sermonis qui ei peruenerit, nam his rebus illi similes essent suis inimi
cis. Et hoc, quia inimici sunt, qui non contristantur de vi, quæ descendit in suos
inimicos: neq̄ eis apparet malū illud malū, qđ eis prouenit. Amici vere con
tristantur malo occurrēte suis socijs, & cōtristātur ex hoc, & dolent. Et aliquā
do cadit ira in illum, quem vilipendūt, ex rebus homini extrinsecis. Tales aūt
sunt quinq; specierū. Quarū vnius est ille, qui vilipēdit te, qn̄ tu ipsum honora
res. tu enim irasceris in ipsum. Secundę aūt est, qui vilipendit illud, quod est
apud te admirandū, sed non esset admirandū apud ipsum. Tertię aūt est, quando
non admiraretur illius, quod velles esse admirandum apud homines, licet non
ita sit. Quartę aūt est, ꝙ vilipēdat hoīes, de quibus admirarentur, simul qui ad
mirarentur de te. Quintę aūt est, ꝙ ille homo non erubesceret de rebus, quibus
tu erubesceres, & eas abhorreres. Et rebellio auget iram in vilipendentes his
quinq; speciebus. nam illi viri putāt de eis, ꝙ illi nō auxiliarentur eis ad actio
nem honesti, & nō darent eis congruū consiliū, & irascerentur in eos. Hęc aūt
ira est sicut ira patrū in filios: hoc est, quia illi irascuntur in eos, qui ipsi nō au
xiliantur eis ad honesta. Fit aūt ira in illos, de quibus putatur, ꝙ vilipēdāt vna
harū quinq; spērum: licet res nō ita sit. Hoc autem accidit multotiens viris pri
maribus cū illis, quibus dominantur propter paucitatē suę cognitionis. Et ex irā
ēt agentibus est obliuio rerū, quarū obseruantia erat pluris faciēda apud illos,
sicut sępe accidit homini, ꝙ irascatur in illum, qui oblitus esset sui nominis: &
sicut accidit ex obliuione rerū, quę sūt facilis obseruātię, quę essent eximādę,
obliuio aūt facit hominē irasci, nā ipse putat, ꝙ eius causa sit vilipensio obliti.
Et qui incipiūt beneficiū, & non perficiunt ipsum, qua irascūtur ēt in illos, qui
eis non gratulātur, scđm qđ oporteret. nam defectus ab opportuno induceret
vilipensionē. Et in illos tu irasceris, qui deridēt rē, qua tu verificares opinionē.
Et quando quidam homo, quē tu cognosceres, beneficaret alijs & nō benefica
ret tibi, tu irascereris in eum. Iam itaq; declaratū est ex hoc sermone, qui sint
homines apti ad iram, vt in eos irascantur, & nō irascantur, & quę sint res agē
tes iram. Et illę sunt res, quę quando repetiuntur homini, eis stabiliretur ꝙ ho
mo iratus sit. Et ex his eisdem tribus rebus sumuntur iram placantes seu recō
ciliationē agentes. Nam quando stabiliuntur alicui viro contraria rerum iram
agentium, aut linitur eius ira, aut expedit ꝙ ei placetur: & similiter, quando
alicui homini repetiūtur contraria dispositionū, quibus sit aptus vt in eum cadat

A ita, Iruis esset lenitio irę ab eo, aut ei inesset placatio. Et similiter, quādo homi ni insunt contraria dispositionū, quibus fit iracundus, facilis fit eius placationis receptio, aut eius irę lenitio. nam irę sunt duo contraria: quorū vnum est eius priuatio: & alterum est eius contrarium, quę est ipsa placatio. Sed Arist. cum eius notificatione harū rerum hic tulit trs iram lenientes scdm vsus modum.

Caput Quartum. *Sermo de Iram lenientibus*.

Quia ire cōtrariū est irę lenitio, expedit itaq;, ꝙ speculemur intentionem irę lenitionis per contraria illarum trium rerum, quas prędiximus: hoc est, qua dispositione sint homines quorū irę lenitio fiat facilis, & cuius dispositionis sint homines, in quos irę lenitio facilis fiat, & que sint res iram lenientes. Et lenitio seu reconciliatio est irę priuatio, aut eius obmissio. Quando autem ire causa fit vilipensio, quę fit toto corde & libenti animo, manifestum est, ꝙ qui non vilipendunt, aut si vilipenderent, hoc agunt vi, aut inaduertenter, aut de quibus putatur, ꝙ sint talis dispositionis, ꝙ in illos non cadat ira: & ex illis fieret irę lenitio facilis. & aliquā do fit irę lenitio, qn̄ in irascenti fiūt tormenta & martyria, quę omittere eum faciat vilipensionem factam in eum: qn̄ fuę irę causa fuerit ex intentione & vo

B luntaris ad hoc. hoc aūt facerēt versuti habentes summas malitias. Et ex his, quę irā leniūt, est ꝙ ille vir in seipso faciat eas res, quas putauerat irascens in eius vilipensionē. nam hoc ferret ad putandū de eo, ꝙ non putet de illis ꝙ sint vilipensio: ex quo nemo putat ꝙ ipse vilipēdat se ipsum. Et ex his, quę recōciliationē agunt, est peccati confessio, aut ꝙ voto polliceatur, ꝙ non redeat in illā, quę apud nos vocatur penitentia: & ꝙ cōuertatur in vilipensionis contrariū, quę est ipsa magnificatio. Confessio autem lenit irā: quia cōfirmat ipsam pœnam. Pœnę aūt confirmatio est ex his, quę leniunt dolorem eorum, quę gesserat, & eorū contristationem. Hoc autem manifestum est apud testimonium sen tētiarum mulctarum: quoniam nos pluries cōdemnamus seuere, & vehementius, sicut viros hereticos, & in se arguentes. Ex illis vero, qui confitentur & cognoscunt pœnam eis illatam esse iure, deficit omnis ira: & vlterius quia cau sa negationis rei patētis est presumptio & ostentatio. Presumens autem est vili pensor deridens. Et rursus, quia confessio est humilitatio & defectus cognitio, et secundum hoc imponitur gradus pœnę cadētis in illos. Illi vero, qui non cō fitentur, videtur nō timentes, neq; se humiliātes irato in eos. Hoc autem est ex his, quę conducunt ad imaginandū vilipensionē in eos irascentis. Et aliquando significāt, ꝙ ira lenietur & quiescet ab hoie, qui se constitueret contritum et spi ritu depressum, seu nimis humanū. Quod apparet ex canum opere: quia ipsi nō

C latrant in homines sedentes & tardos, ipsos aūt precipites mordēt. Et aliquādo sunt quidam loci, quorū negationes non putatur ꝙ sint vilipensio, sed veritatis error. & hoc, quando peccatum non esset manifestū. Ex speciebus autem illorū, in quos non irascitur, aut in quos irę conditionis est, ꝙ quiescat, est spēs hominū, qui sunt boni animi, magnę policię, nobilium morum tolletantes: quos Arist. illas vocat. Amplius in illos, qui sunt speciei indigentis, minuitur ira oc casione commiserationis illius: ex quo necessitas cadens in illum est in gradu mulctę. leniur autem ira, quę est in hominū speciem, qui humiliantur ex causa aliqua, & non sunt pertinaces in litigio occasione humilitatis & māsuetudinis, quę eis inexistit. Et non cadit ira in illum, qui nō blasphemat aliū cōmemorando suos defectos, neq; ipsum deridet, nec eum odit, vel illum, qui hęc fecerit in paucioribus, & si cecidisset ita, leniretur ex eis cito. Et vniuersalius iram le nitiua vi plurimū sumuntur ex suis contrarijs, q̄ numerata sunt in capitulo irę. Et in admirandos, aut in illos, ex quibus homines erubescunt nō cadit ira, quamens perseuerauerint in hac dispositione. nam impossibile est, ꝙ aliquis homo irascatur in vllū hoīem, & eum timeat simul vna dispositione. Qui aūt viuntur odio & vilipensione in aliquem hominem quādo irascuntur in ipsum, aut in illos, nō irascitur, aut parū irascitur in eos. Nam qui irascitur in aliquem hominē

non putatur ꝙ illum vilipendat,& in enm irascatur simul.& hoc, quia non est D
damnum spreto per vilipensionem,siue per eam sit oblectamentum,siue nō.Ira
vero est oblectamentum cum damno,sicut in eius definitione dictum est.Leni
tur autem ira ab homine,in quē esset ira,si erubesceret de illis, quę egerit. Res
autem,de quibus si ira esset , esset turpis aut inhonesta , sunt quibus homo aut
non irasceretur ipsis ex rebus iram facientibus,quę in ipsum veniunt : & si ira-
sceretur,eius ira cito leniretur.& hoc est,sicut opus vilipensionis , quo homo
corrigitur & docetur:sicut est docentis increpatio , & sicut est opus vilipensio-
nis,quo intenditur ipse lusus,quando etiam intentum per illud esset iocus . Et
differentia est apud Arist.inter lusum,& iocum. nam lusu intenditur benefica-
re animum illius,in quem est lusus:non ꝙ eo lusus proueniat oblectamentum.
ioco aūt intenditur,ꝙ delectetur iocans cum illo,in quem est iocus. & ideo bo
ni ludunt & non iocantur.& sic etiam est opus vilipensionis,quo intenditur ca-
stigatio,& correctio apud impedimenta,& mala accidentia. Et ex illis etiā est
satisfacere necessariis paucis rebus,quibus indiget abominator.nā non irasce-
tur illis,qñ eis esset eius necessitatis satisfactio licet sit parū imo minimū & abo
minabile.Et vltius oē opus ex vilipensionis aut vilipendentis operibus, quan-
do eo non intenditur damnū spreti,neq; turpe oblectamentū, aut secū connecte
retur spes & expectatio,eo non irasceretur.Exēplum aūt illius, cum quo non
annectitur vilipensionis damnum,est illud,quo hō corrigeretur.Et exemplum E
illius,cum quo non connectitur turpe oblectamentū,est lusus ; qui non perue-
nit ad fornicationem.Et exemplum illius ;cui annectitur bonum spei,est neces
sitatis satisfactio,Quando aūt tēpus prolongaretur,& non sequeretur ab illo,in
quē esset ira,aliquod opus,quod induceret irę nouiter factionem , iam tēporis
prolongatio liniret iram.Ex his aūt,quę lenirent vehementē irā , esset expeti-
tio sanguinis redēptionis,aut primo ab ipso delinquente,vel ab annexis ipsi de
linquenti.Et aliquando non lenitur ex petitione sanguinis redemptionis ab ip
so delinquente primo,donec expectatur ab annexis illi,quando putaret ꝙ pri
mus delinquens non sint eius cōpar,sed putaret ꝙ illius annexus sit suus com
par.& ideo aliquando relinquit ipsum delinquentē, & petit sanguinis redēptio
nē ab illis,qui illius sunt annexi . Et aliquando lenit irā vindicta ab alio ꝙ̄ ab
iniurio,& ab alio ꝙ̄ ab illius connexis,sed a quocunq; homine contigerit. Sic
que ēt leniret iram casus maximorū maiorum in ipsos delinquentes: licet hoc
non fuerit eo quo in ipsum deliquerint.nam illi putant,ac si in illis esset sangui
nis redemptio.Et quando credunt de se,ꝙ ipsi sint iniurii, non irascuntur de acti
bus eis occurrentibus ab illis,in quos iniuriati fuerint.nam ipsi putant,ac si ade
pti,essent sanguinis redemptionem.Et qui de se credunt,ꝙ ipsi sint iniurii , non
irascuntur ex actibus in eos occurrentibus ab his,quibus fuerint iniurii,nam il
li putant ꝙ illi actus sint ęquitatis,de ęquitate aūt non est irascendum.Et ideo F
quod conuenit ꝙ condemnans primo pręponat & sermone declaret, est ꝙ con
demnatus sit iniurius , & tunc eum condemnet . nam quando res ita fuerit,non
proueniret ei damnum a condemnato . Aliquando autem contigit de aliquibus
paucis hominibus,qui sunt praui & robusti diuites,ꝙ sciant ꝙ ipsi sint iniurii
sed cum hoc irascantur & conquerantur,licet mulcta eis prouenītes iuris fuerit.
nam hi non putarent ꝙ eis proueniret damnum . Qui autem non coniectantur
vilipensionem & spretum in eos prouenientem,non irascuntur.Hoc autem ac-
cideret propter ignorantiam : & aliquando accidit propter magnanimitatem.
nam illi putant ꝙ actus,quibus vilipenduntur,non sint ex his, qui eis inferrēt
vilipensionem.Et ideo magnanimi eligunt ꝙ auferantur eis plures actus virtu
tum ,quę eis attribuuntur:vt videatur quo modo ex hoc susciperēt impressionē.
nam quanto opus ablatum ab homine esset maius, & non irasceretur de eo, tan
to magis significaret eius magnanimitatem,& huius occasione,quando quidam
voluit referre magnanimitatem cuiusdam, qui apud eos erat vir magnanimita-
te notus,dixit ei,tu non numeraris in summa ciuitatem regentium;vt nosceret,
an irasceretur ex hoc,nec ne . & vniuersaliter qui non contristatur vilipensio-
ne,aut propter minimum spreti momentum,vel propter spreti, & vilipēsi ma-
gnum

A ... momentum, ille non irascitur. nam iam dictum est in iræ definitione, ꝙ ip
... damnum cum cupidine vindictæ. In corruptos autem non est irascẽdum
... illi iam ceciderant in deterius ꝗ͂ sit malum, qđ de eis speratur. Et hinc est,
... vsus fuit. Homerus hac re ad leniendũ iram cuiusdã in aliquẽ aliũ, qui ha
... viri famosi apud illos, quando dixit de eo, in quem esset ira, sic ex nunc
... sepultus in obscura terra est, ex qua nunꝗ͂ separaretur. Res aũt ita fuit, quia
... misereretur, cui offenderet mortis terror, ex quo est maximũ terribilium.
... iã declaratum est ſꝙ qui volunt lenire irã, aut ipsam sedare, cõueniat ꝙ su
... præmissas lenientes ex his locis, hoc est horum locorum particularibus.
Et ... saltus ira lenitur, & sedatur de sex hoĩum spẽbus sicut dictũ est: qua
... vna est ex admirandis: & scđa species est ex illis, quorum pudet hoĩes: &
... species est ex hominibus iniuriis; & quarta ex agentibus vilipensionem
... electione: & quinta ex illis, quos suppeditaret maius malum ꝗ͂ eis appete
... ille, qui in eos irasceretur. & sexta est. ꝙ iã perditi & corrupti sint. & hoc
... vltimum eorum, quę dixerat de ira, eiusq; contrario.

Caput Quintum. De amicitia, et Amore.

QVi vero homines sint, qui naturaliter amant & amantur, & quę sint
B res amicitiam agentes, iam stabiliemus, quando prę ponemus amici
tię & amabilitatis definitionem. Et dicimus ꝙ amicitia sit, ꝙ homo
cupiat ipsum bonum alii homini ꝑꝑ illius hominis substantiã. non
ꝑꝑ seipsum & ꝙ ei insit vis & habitus, quo agat illi ipsum bonum Amabilitas
autẽ est, ꝙ vterq; illorum ad alterutrũ sit huius dispõnis. quando aũt hoc ita fue
rit, verus amicus est, qui simul amat & amatur. Et putatur ꝙ hic indigeamus
ad perfectum amorem tertia conditione, quę eum, ꝙ cum hoc ꝙ vterq; eorum
amet bonum alterutrius propter sui socii substantiam, sciat vterq; eorum ami
citiam sui comparis ad illum, quando autem hoc suppositũ nobis fuerit de ami
citiæ definitione, manifestum est ꝙ amicus sit, qui delectetur bono alterius, &
illi cõiicet in damnis & doloribus, qui in eum descenderint, non propter se, sed
propter ipsummet eius amicum, quãdo autem amicus fuerit talis dispositionis,
vnusquisque suorum amicorum gaudet & lętatur in eo. Et ideo viri, qui com
municant naturaliter malis & damnis, sunt connexi. Inimici autem sunt horũ
contrarij: hoc est. ꝙ contristantur bonis prouenientibus suis inimicis, & dele
ctantur malis illis cauentibus. Quando autem in amicitia hoc contingit, ut mani
festum est, ꝙ signum quo stabilimus, ꝙ aliquis homo sit amicus & diligens, sit
C ꝙ conqueratur de malo cadente in suum amicum, & gaudeat bono illi proue
niente. Et ex signis etiam amicitię est communicatio in bono & in malo. Et
similiter suorum signorum est, ꝙ actus amici sit cõtrarius actui inimici de vna
& eadem re, quando alterutris comparati fuerint: sicut ꝙ putaret aliquis, ꝙ ei
suffragarentur duo viri, quorum vnus ei opitularetur, alter autem ipsum prode
ret. Nam ille, qui ei suffragaretur, esset amicus, & qui eum proderet, esset inimi
cus. Postquam autem iam declaratum est, ꝙ amicus sit, qui suo amico cuperet
bonum propter ipsummet suum amicum, & ꝙ hi amici sint naturaliter, manife
stum est ꝙ qui benefecerunt alicui homini vel hoĩbus, aut illis, qui pro eis sunt
illi sint horum amici, quibus benefecerunt. Et ꝙ beneficium sit vnus actuum
amicitiæ. Et similiter qui in alios viros egerint maximas res laboriosas & de
fatigantes leoiter & solerter, sunt ẽt dilecti eorum, quibus hęc egerint: siue illę
simpliciter defatigantes res fuerint, aut solo ipe suę factionis sint defatigãtes:
siue ipsimet hęc egerint, siue non egerint hęc ipsimet, sed ipsi esset causa aduen
tus illius excellẽtis reĩ illis. & sed illi, de quibus putatur ꝙ ipsi cogitẽt bene fa
cere, sunt amici. Et amãtes amantẽ sunt amici; & similiter qui amãtur ab ami
cis: & qui odiunt ẽt illũ, quem aliquis hõ odit, sunt illius amici, & sic illi, quos
alicuius hoĩs inimici odiunt, sunt illius amici. Et oẽs hi, hoc est amici, videntur
esse amici, quia illis videtur ꝙ horum bona sint sua. & ideo optãt ꝙ bona, quę

funt fua, fint etiam fuorum amicorum, ficut funt fua propter fuos amicos: hoc eft
quia ipfi benefaciunt eis, & illos venerantur, huius occafione liberales & po- D
tentes venerantur, hoc eft, occafione, qua homines putant ꝙ eis conferatur vti
litas ex illis. Bonum aūt, quod illis prouenit ex hominibus, eft ipfe honor. ftu-
diofi aūt gratifici funt, qui largiuntur vnicuiq; ex bono, ficut ferre poffunt fecū
dum fingulas fuas difpofitiones. Minima autem fuarum difpofitionum eft, quia
illi neminem penitus defatigarent, ficut dicit Arift. Talis aūt difpofitionis funt,
quando non viuunt ex fuis focijs: hoc eft, & fui focij non tradant eis fuum vi-
ctum. fed fuus victus fit ex fuomet exercitio, & fui corporis labore. Horum aūt
ftudiofior eft ille, cuius victus eft ex re nobili; ficut eft victus, qui eft ex mili-
tia, quę fit fecūdum legem non rerum vtenfilium, aut fuus victus fuerit ex venatu
& armentaria. Et vniuerfalius fuus victus eft ex modo, quo non indigent con-
ciuibus, nifi eos ad hoc conduxerit ipfa fenectus. Et de hac fpecie hominum pu
tatur ꝙ fint magis temperati quā alij nemini iniurij perfectę conuenientię. Et
illi etiam funt dilecti, quibus conuenit ꝙ de eis fiant actus, qui de amicis fiunt,
aut hoc elegerint. Hi aūt funt ipfi boni ftudiofi fibimet ipfi de fe fuifq; extra-
riis rebus contenti. Et ideo quando aliquis homo vellet amici beneficium gere
re verfus fuos amicos, hoc eis beneficio vfus effet, ac fęlices fortunati ēt fiut
cunctis bonis, hoc eft animi & corporeis & exterioribus: fiue beneficiis illis
quę folum virtutes funt: fiue rebus, ex quarum prouentu homines admirantur: E
fiue fimpliciter fiue refpectu horum, quibus prouenerint, illi funt amici. Et illi,
qui boni animi funt, & quorum focietas placeret: & fi tota die comitarentur oc-
cafione oblectamenti quod ferrent, abfq; ꝙ fuum colloquium fit faftidio, horū
finguli funt amici: quia eorum mores funt optandi & faciles, & non vertuntur
verfus peccatum & malitiam. & illi, qui non feruant iram, neq; funt verfuti,
neq; valde fenfibiles funt: hoc eft non excitantur ad operandum malū, quando
promouentur. Et ideo quicunq; eis coniunguntur, omnes hę turpes difpofitio-
nes funt vim inferentis, hoc eft vtentis hominibus terrore quodam, & clamori-
bus apud orationem. & fimiliter funt rudes homines. qui robore fuorum corpo
rum ferrent verbera, vel ferrent quamcunque vim, quę io eos inferreretur: vel
in quibus congregantur ambę difpofitiones, funt prompti ad lites & ad corre-
ctionem fuorum affinium, & vicinorum ac amicorum. & hoc fiue quando illi
valerent illos corrigere, vel quando ferrent cogitandum, ꝙ fua correctio fit
quodāmodo cōmiferatio. Et illi qui laudant aliquos, amant ipfos laudatos. nam
fperant, ꝙ cōicent eis bona, quę apud eos funt, propter quę eos laudarint: &
apud illos laudantes habentur amici illorum, quos laudant. & quando laus effet
verbis. non eft laudādus aliquis vllo bono, quod ei non infit. & vita eorum, qui
egregij habentur propter indumenta ornata, & veftes mundas, non eft amāda,
nam videntur ꝙ venerentur hominem ea munditię, quę non faftidiant eos tur- F
pibus afpectibus. Illi aūt, quos non pudet vitiorum, neq; corriguntur ex parta
ta culpa, qui hęc committunt, violenti funt, violenti autem odiendi funt. per vi
tia aūt inteodo maleficia, quę hō cōmittit aduerfus Deum, & per culpas eas,
quas delinquit in focium. Illi autem qui non ferunt odium, nec permanent in
animi rancore & odij obferuantia, fed cito placantur & aufertur fua ira, ipfi ha
bentur amandi. & hoc, quia putatur de eis, ꝙ ficut illi funt talium conditionū
verfus homines, fic funt verfus fuos amicos: immo illi digniores ad hoc cenfen-
tur. Et illi etiam funt amici, qui non obloquuntur, neq; dignofcunt maleficia fuo
rum confanguineorum, & vicinorum atq; cognatorum, & qua illi funt boni,
non eft apud eos malum aliquod, Ac tali funt amandi, qui non feruant iram cō-
tra illos, in quos irafcuntur, vel fuo animo vellent illis ineffe bonum. nam qui
contrarium huius funt, contentiofi cernuntur. Et quos admirantur ab eis fpecie
differentes ac ipfi fe ipfos admirantur, funt amandi. nam nemo admiratur feip-
fum, nifi de re, quę vere virtus fit apud eum, qua fit admirandus. Et congauden
tes hominibus, qui funt apud eos, funt amici illorum quibus congaudent: & eui
dentius quando gaudium fuerit ex noto affectu, quoniam de illo putatur ꝙ di-
gnius fit illud gaudium ftabile effe, & ꝙ ille non fingat illud gaudium. Et ho-

A norati amant honorãtes eos: & honorati habentur amici apud suos honorãtes. Et illi viri sunt amici, quos hõ cuperet, ꝙ ei ęmulentur, emulatione cuius nõ sit excusatio, neq; accusatio in ipsum. quia hõ non cuperet hoc ab alio, nisi ab homine, cui cuperet vt constarent suę virtutes. Appetit autem hoc ab illo, qua est apud ipsum dignus huius rei. & ideo qui apud te esset talis conditionis, aut esset tibi amicus: aut cuperes ipsum esse tuum amicum. quoniam quando est tuus amicus, dignior est, vt ei constent virtutes, quę tibi insunt. Et benefici habentur amici apud illos, versus quos egerint illud bonum, nisi succedere facerent il li bono malũ, quod fit vehemẽtius, & fortius: sicut est magnum stipendium, & graue seruitium. Et illi, qui amant affines, & remotos illos eorum, qui viui, & qui mortui fuit: hoc est. quorum mors est tempore proxima, inter ipsos affines vel consanguineos vel etiam alienos, quia mortui non coniunguntur nisi duabus conditionibus: quarum vna est, ꝙ sua mors sit peoximi temporis: & secunda, ꝙ sint affines vel alieni etiam. quoniam vnusquisq; hominum amat occasione iuris amicitię illorum. nam quando homo amat extraneũ, dignius est ꝙ amet affinem. & quando amat mortuum, dignius est ꝙ amet viuum. & ideo sunt de numero illorum hoĩum, qui nimis amant suos amicós: & non parcunt amare eos. nam hę hominum species sunt honę. homo autem amat bonos qui non sũt sui amici, tanto magis amicos, & quorum amicitia non est ficta, neque sunt ap- B parenter amici. Et illi sunt hominis amici, quorum non pudet eum mentionem facere eorum in turpem partem: quia amicus est ille, quem nõ pudet omittere il las res, quas homo ageret laudis occasione. Et vir inuerecundus amat inuerecundum virum: quia non timet ipsum, & tutus est de eo. Et similiter itaq; homo amat, quem non timet & confidit de eo. nam nemo amat virum, quẽ timet. Species vero actionum amicitię sunt comitatus, & cõuersatio cum hominibus. & consimiles huius speciei ex his, quę mutuo amici alterutris agunt. Amicitiã vero agentes sunt amici sustentatio, & prouidere ei, & ꝙ homo benefaceret alicui, quando non indiget eo viro. & quando egerit aliquod beneficium, non referret illud, & ostenderet ꝙ hoc egisset contemplatione illius, cui illud egerit, non occasione alterius rei. Hęc itaque est summa eorum, quę dixerunt de amicitia. In inimicitia vero, & odio expedit ꝙ sumãtur hę tres res ex dispõnibus harum contrariis: quę notę sunt cognitione harum, quas retulimus. Inimicitiam vero agentia sunt facere, id quo homo irascitur, & vitii attributio, & accusatio. Intendo autem per vitii attributionem vilipensionem vniuersaliter: & per accusationem obsequium inter duas personas. Differentia aũt inter inimicitiam & iram, est quia ira fit rebus, quę fiunt in irascentem, aut in illũ, qui suo loco fuerit: odium aũt & inimicitia fiunt, & si nihil inimicus egerit in suũ ini- C micum. quoniam nos odio habemus vitiis mancipatos; & si nihil in nos delique rint. & vniuersalius quando putaremus de aliquo homine, ꝙ eius odium expedit, semper ipsum odimus. Et alia differentia est. nam ira fit in singulares: sicut sunt Zayad & Aomar. seu contra certos numero. inimicitia vero & odium posset esse contra genus. nam nos odimus Barbaros, & ipsi oderunt nos. & simili ter inimicitia fit contra speciem, quia nos odimus latrones & bilingues, & homines omnes simul oderunt illos. Et tertia differentia est, quia ira temporis curriculo pacatur, absq; ꝙ ille, in quem est ira, aliquid egerit in irascentẽ, quod auferret iram ab eo. odium aũt non pacatur temporis lapsu: quotiens inimicus non egerit in aduersarium, quod inferret ei amicitiam. Ac etiam ira est appetitus, ꝙ occurrat quędam certa res in illum, in quem est ira. odium vero est, ꝙ ab inimico occurrat in suum aduersarium res indeterminata: hoc est, ꝙ quotiens accideret ei malum, adhuc inimicus appeteret, ꝙ ei adueniat aliud malum. & hoc, quia qui irascitur, cupit ꝙ cadat in illum, in quem irascitur quędam certa res, qua le niretur sui cordis ęstus. inimicus vero non cuperet hoc, sed indeterminatũ malum: hoc est semper peius, q̃ꝑ accidisset. Inimicitia itaq: differt ab ira his discriminibus. Pręterea quia noxię res faciunt odium, & magis nociuę magis gignũt odium, sicut est iniuria & ebrietas. & vlterius, quia irascẽti aduenit dolor cũ voluptate vt dictũ est: illi vero qui odit, nõ aduenit voluptas. Rursus quia

De inimicitia, & odio.

ira aufertur paucis rebus, quas homo ageret, hoc est lenibus verbis: odium vero non aufertur per hoc. Preterea quia irascens cupit, ꝙ accidat in illum, in quē est ira, aliqua vis tantum modo cum hoc, ꝙ non priuetur esse. Inimicus vero D optat, ꝙ suus aduersarius omnino priuetur mundo. Non autem est, ꝙ his rebus, quas narrauimus possumus oratione stabilire, qui sint inimici vel amici, aut eos ita constituamus & si ita non sint: hoc est, aut nimici vel amici. Et similiter possibile nobis est per notitiam harum earundarum rerum confutare rationes loquentes de amicitia & amore: hoc est, ꝙ talis sit amicus. Hoc autem fit, vt diximus, per notitiam quid sit amicitia & inimicitia, & ira; & per notitiam illarum trium rerum de singulis illarum, hoc est eas agentia viros aptos, eas operari, & pati ab eis. Confert autem notitia constitutionis inimicitiæ & iræ ad constitutionem iniuriæ. nam vna causarum, quibus iniquus iniuria afficit est inimicitia & ira, vt ꝙ cōstitueremus ꝙ Zayad sit nobis iniurius: ;qa inter nos & ipsum sit inimicitia. Et hoc ē vltimum eorū, q̄ dn̄r de amicitia, & inimicitia.

Caput Sextum. De Timore.

Timor qd.

NOtitiam rerum illius, a quo fit timor, & de quo fiat, hoc est ipsum agētium, & illorum qui timent, nos itaque declarauimus hic, postq; definiuerimus quid sit timor. sicut in precedētibus capitulis fecimus. Est E autem timor dolor. vel titubatio ex mali imaginatione, quem hō timet, ne ipsum corrumpat vel torqueat. Intendo autem per dolorem mœstitiam & angustiam, quę animę aduenit; & per titubationem errorem animaduertentię: per corruptionem ipsam mortem: & per tormentum id, quod est citra ipsam mortem. Adiectum autem est in malo terribili, & corrumpat, vel torqueat nam possibilitas essendi vitia homini sunt mala contingentia, sed hō non timet ea, sicut sunt iniqui & pigri; neq; corruptio omnis, quę fit pauca corruptio vel tormentum perterrens, sed quod sit vehemens. quia nemo timet quod paucum est. Neq; etiam est timendum ea, quorum casus esset futuro & remoto tempore, sed quę successura sunt proximo futuro tpe. quia nemo timet malum futurū quod est remotum. cuius signum est, quia quilibet hō scit ꝙ sit moriturus absq; dubio, sed quia nescit ꝙ citius futura sit de proximo, non timet mortem. Cum autem timoris hęc sit definitio, notum est ꝙ terribilia sunt ea quibus putatur, ꝙ insit vehemens vis ad corruptionem. hoc est perditionem, aut ad inferendū aliquam speciem damni conducentis ad dolorem vel tormentum vehemens, aut corporeum, sicut sunt depressio & vilitas. Quod aūt id quod est talis conditionis sit terribile, est per se notum. Nam terriblie est malum, quod putatur F propinquum, & ideo periculum, & inuasio vehemens est prope rem terribilem, quod agit odium, & iram in ipso timido, & ipsum promoueret ad propulsionē & obiectionem rei terribilis. Quando aūt homo cupit malum. & valet ad illud certum est ꝙ eius malum est actui propinquum, & necessario est terribile. Preterrentis autem dispō est, sicut dispō iniqui: hoc est quia iniquus fit iniquus faciens cadere nequitiam his duabus rebus: hoc est, valore ad nequitiam, & desiderio ipsius nequitię. nam iniquus actu infert nequitiam, quando valet ad nequitiam agere quia iniquus sine dubio semper vult agere nequitiam, & eius appetitus precedit suam actionem. Accidit aūt ipsa nequitia, tpe, quo vim habet ad illius actionem. Sic ergo, quando ambo hęc congregantur in eo, eius nequitia fit propinqua. & similiter timor etiam fit ei in quo coniunguntur hęc duo, hoc est valor, & voluntas. & ideo nemo timet imbecillium malum, licet velint malum inferre: sicut non timentur robusti, quando nolunt facere malum, & plures homines impedit a maleficio ipsorum imbecillitas, vel timor mali perterrens eos, ne eis fiat. Malum autem cadens in aliquem, quod iam factum est, in alium virum, est magis terribile. Et illos. qui habituati sunt facere vehementia excessiua mala, viri naturaliter ipsos timent. Et qui possunt sumere pœnas, sūt terribiles, nisi habeant morē indulgendi, Et vniuersalius qui habent valorem

A ad damnum, semper sunt terribiles apud illum, in quem possibilis est illa spe-
cies damni. exempli causa, qui latrones perterrent diuites, non inopes Hoc au
tem ita sit: quia nequitia vt plurimũ fit hominibus apud potestatem: hoc est,
ꝙ vbi reperitur valor, ibi inuenitur nequitia. & illi, in quos aliquando cadit ne
quitia, & putant ꝙ futuri sint, vt in eos nequitia inferatur, semper timent tales
viros iniquos. Et illi, quibus semper prouenit oppositum eius quod sibi sperãt,
sunt timidi. Et illi, quorum naturę est nequitia, quando habuerunt valorem, sũt
terribiles. Et quicquid est, in quo non possunt duo communicare, id est vehemẽs
& mirum terribile, sicut est principatus, & fugnentes dominio, & imperio, sem
per sunt timendi, & eo magis quando hęc fuerint nocere cupientibus illis, qui
in promptu occurrerint, & aliis dignitatibus fungentibus. Et illi, quos timent
homines studiosi & habentes perfectiones, sunt timendi: siue sint de illis, qui
non sint remoti ab hac dispositione: siue hęc dispositio eis peruenerit, quando
magnificati essent, & auctus esset suus valor. Et amici illorum, in quos facta
sit nequitia, sunt timendi ab inferentibus in eos nequitiam. & similiter amici
inimicorum sunt timendi, sicut est timendus inimicus. Viri autem iracundi, qui
citius promouentur ad iram & cholerę effusionem, non sunt timendi apud irã
& furorem: nam cuius aufertur horum ira, sed stabiles sunt timendi in ira &
odio: & viri tenaces astuti, qui non patefaciunt malitias quas intendunt, an sint
B propinquę, vel distantes. Et illi sunt contrarij iracundorum. & hoc, quia de ira
cundis putatur ꝙ non ostendant aliis vigorem, pręter illum quem habent. Te-
naces autem ostendunt hominibus valorem pręter suam potestatem, Et omnes
hę res timendę magis terribiles sunt, quando corruptio casura ex re timenda
fuerit ex his, quorum corruptio non potest propelli: immo suę corruptiones es-
sent totalitatis corruptiones. & eo fortius, quando suscipiens corruptionem nõ
posset reintegrari de sua corruptione, immo in eum acciderent contraria abhor
renda ab eo. Et illorum, ex quibus non est homini euasio, timor est vehemen-
tior. Et vniuersaliter mala terribilia sunt illa mala, quę fiunt aliis, quando illo
rum fieri in his aliis est ex his, quę conducunt ad imaginandum suum casum in
aliquo homine. & hoc occasione similitudinis, quę esset inter illum, & inter il-
los alios. quibus accidit illud malum. Exẽpli gratia, quia iuuenis pauet a mor-
te, quando videt ꝙ apprehendisset talem iuuenem, qualis est ipse, non quando
accidisset seni, vel decrepito, Hoc autem, quod retulimus de particularitate re-
rum terribilium, & rerum, quę sunt fortioris terroris & vehementioris, proxi
mum est vt sit introductorium ad omnes alias, exceptis paucis, quas homo pos
set ex se ferre. Quę vero sint dispositiones hominum, quę quando eis insunt,
sunt timidi, nunc nos narrabimus eas. Et dicimus ꝙ terror sit hominis timor,
ne ei veniat malum terribile, Hoc autem est per se notum. quia nemo est qui
C putet, ꝙ ei non sit peruenturum aliquando malum, & omnino timeat. neque si
meditatus fuerit mala, quę ei venient, timet illa omnino, neq; etiam timet ho-
mines, de quibus dubitat, ꝙ an illis non proueniret ei malum vllo pacto. neq; ti-
met, quando putat, ꝙ eum non apprehendat malum. Cum autem hoc ita fuerit,
timor ergo necessario fit illis: qui putent ꝙ eis prouentura sint mala; & malo
rum, quę putant ꝙ eis sint prouentura: & hominum, quos putant, ꝙ illaturi sint
aduentum huiusmodi malorum, & quando putant apprehensionem eorum ab
illis malis, & ipsa esse impressa. Cum autem vniuersaliter hi sint timidi, manife
stum est, ꝙ illi, qui putant ꝙ eis non sit futurum malum aliquod, sunt corpori-
bus robusti admodum decoratum dispositionum secundum res. quę extrinsecus
sunt. Et illi etiam, qui putant se habere has duas dispositiones, licet non ita sint
hoc est, & corporis decus, & conuenientiam rerum extrinsecarum, dispositio-
numq; decentiam. Et hinc est, ꝙ huius speciei homines reperiuntur, qui culpãt
homines suis vitiis, & iniurii, & audaces tradentes se periculis. Causa aũt hu
ius imaginationis est valoris quidem ex iuuentute & robore. & hoc, quia iu-
uenis & robustus putat de se, ꝙ bene valeat; & si non ita sit. Decentis autem
dispositionis propter res extrinsecas accidit hęc imaginatio duabus ex rebus,
& nimiis opibus, & amicorum copia, quapropter ęstimant se, vt signum ad sa-

gitlani cuiusq; aduersi . sed imbecilles ad mala , qui timent futurũ casum pro-
pter debilitatẽ, sunt illi, qui actu patiuntur ipsum malũ. Sed est differentia inter D
illos, quia his inest spes euasionis : illi autem procurant suam adeptionem. Si-
gnum aũt hoc ostendens est, quia illi apud timorem indigent consilio. Nemo
aũt timens consulit de eo qđ timet, neq; de eo qđ timet & nõ sperat euasionẽ
ab illo. Et ideo definitio timoris est, quo timidus sperat ex actu, quẽ ab illo intẽ
dit suam ablationẽ, est timor, cum quo coniungitur spes euasionis ab illa te tet-
rẽte eũ. Et ille est timor, qui cõfert huic arti: hoc est, quem expedit oratori, vt
ipsum stabiliat in aĩum illius, quẽ vult terrere : hoc est iudex vel auditor. &
hoc, qñ illis cõstiterit, ꝙ possibile sit, ꝙ illis proueniat malũ ex sua line, aut ꝙ
malum exitũ habebit. vt quãdo diceret eis, ꝙ alijs hoc contigisset ex tibi cõ-
similibus & talibus: & ꝙ multotiens accidunt homini mala, quẽ non putat esse
mala, aut mala, quẽ hõ putat ꝙ ei non succedant : vel ab hominibus, de quibus
nõ putaret hoc, vel tẽpore quo nõ putaret. & cõsimiles orationes his. Hinc ita
q; declaratũ est, qđ sit timor, & res ipsũ agentes, & hoĩes apti ad hũc affectũ.

Caput Septimum. De Fortitudine.

EXpedit etiã ꝙ declaremus quid sit fortitudo, & quẽ sint res ipsam age-
tes : & quẽ sint dispositiones, quẽ cum insunt hominibus, fiunt eis apti B
ad suscipiendum hunc affectum, hoc est fortitudinẽ. Et dicitur, ꝙ forti-
tudo & confidentia sint contrarium timoris. Illẽ autem fiunt apud ima-
ginationem seu cogitationem spei euasionis , quẽ sit quasi proxima: & imagi-
nari timenda esse aut oĩno ablata aut remoti casus: & putare res largiẽtes for-
titudinem esse proximas, ex quibus sequitur fortitudo. Et intendo per largiẽtes
fortitudinem, copiam diuitiarũ, qua propellerent terribilia occurrentia. Ac et
si homo imaginaretur repulsionem, & reuersionem hominis, qui ipsum terrefa-
ceret per rem, qua perterrefaceret, illud est ex his, quas largitur ipsa fortitudo.
Et similiter si putaret, ꝙ habeat plures fautores viros nobiles , qui eum caue-
rent, ne malum ei accidat . Et ex his, quẽ largiũtur fortitudinem ipsi homini ,
& ipsum tutantur, est, ꝙ ipse non sit iniurius propter timorem meritẽ pœnẽ ip-
sius iniuriæ, neq; sit lacessitus iniuria propter timorẽ reditus iniuria in ipsum.
Et ex his quẽ te tutantur ab aliquo homine, est, ꝙ inter vos non sit contentio,
nec liuor alicuius rei omnino: siue putetur de te, ꝙ tibi sit vis ad contentionẽ,
siue non habeas huiuscemodi vim . Et ex his, quẽ largiuntur confidentiam ab
aliquo homine, est amor & intuitus sibi prẽcedẽs scđm effectũ vel affectum :
hoc est, sicut est condonatio bonorũ aut commiseratio eorũ . Et ex his, quẽ lar-
giuntur confidentiã de aliquo homine, qui esset timendus, est, ꝙ ille homo sit of- E
ficiosus gestorum nobilium & excellentium virorũ , & dililigat connumerari
eis, vel operaretur actiones ambarum specierũ simul. Dispositiones vero, quẽ
quando insunt quibusdam viris, fiunt eis fortes, sunt hẽ: quarum vna est, ꝙ pu-
tetur ꝙ parati sint propellere & corrigere mala eis occurrentia, prẽdominãdo
rei quam timẽt collaturam eis illa mala : & ꝙ ipsi nõ dolerent ea, vel nõ pro-
ueniret ex eis perditio : hoc est ex illis malis eis casuris . Et illarũ est, ꝙ iam
sẽpe passi fuerint flagellũ summi mali, & ab eo euaserint . hoc enim est ex his,
quẽ tibi largirentur fortitudinem contra timendum malum. Et aliquando repe-
riuntur homines, qui non timent mala contingentia, neq; dolent eis duobus mo-
dis: quorum vnus est, quando non nouerint illã rem timendam: hoc est, ꝙ illius
sint ignari. & secundus modus est: quia iam experti sint illã, & cognoscant eã.
et hoc est notum ex eo, quod accidit in fluctuatione maris, eiusq; procella na-
uigantibus per ipsum . quia qui non sunt experti maris tempestatẽ , sunt fortes
propter ignorantiam eorũ suẽ submersionis . Et illi, qui eam experti sunt , fiũt
etiã fortes aduersus illam, qua consequuta est eis cõfidentia de illa. Et ex his,
quẽ tutum reddunt a timendo malo , est ꝙ non sit timendum apud consimilem
virum, & ei conformem: vel apud illum, qui esset infra ipsum, licet iam puteus

A ꝙ malū stitu transgrediatur domos viliū, & ingrediatur domos eximiorū: sed
et, quod magis est consuetum est primū. Et illi, qui putant ꝙ sint prestantiores
magistratibus eis imperantibus, non timent illos. Et similiter qui vere sunt pre
stantiores illis, & qui illis equantur dignitate, non timent ipsos. Et similiter
qui putāt, ꝙ abundant rebus, quibus eis conueniret perfectio & magistratus,
sicut est diuitiarum copia, & corporis robur, & custodia fratrum & conciuiū
& valentium militum, vel omnium aut nobiliorum & excellentiorum ex illis
apud illam gentem: quia hoc nihil refert. Et ex illis, quę largiuntur fortitudinē
& tutantur, est, ꝙ homo non sit alteri iniurius, nisi suo inimico iniuria, qua ter
reat suum aduersarium solum. Et vniuersalius homines illius speciei, qui bone
dispositionis sunt circa ea, quę sunt inter ipsos & inter Deum sunt tutiores. Et
similiter qui fuerunt decentis dispositionis circa ea, quę sunt inter eos, & inter
homines. Et similiter qui apud homines fuerint talis dispositionis, constitutū
tur in cōmercijs quodam signorum significantiū decētiam dispositionis. Et illi
etiam, quorum dispositiones sunt conuenientes apud dicaces, hoc est sua lingua
valentes: sicut sunt oratores & poetę: & apud intelligentes non timent. quia
quando tuti sunt de his, tanto tutiores sunt de alijs. Et ira etiam est ex his, quę
fortitudinem largiūtur. Et ex his quę fortitudinem largiuntur homini, & suam
iram extendunt, est, ꝙ sit lacessitus iniuria non iniurijs. Lacessitus vero iniu
B ria fortificatur irę occasione, & ex eo ꝙ credit, ꝙ Deus eripiat lacessitis iniu
ria. Et ex his quę conferunt fortitudinem in opere ipsius mali, est, ꝙ homo pu
tet ꝙ ei non accidat malum: vel si ei accideret ipse illi repugnaret, et destrueret
suas causas. Iam itaque sufficienter dictum est de largientibus fortitudinem
& inferentibus timorem.

Caput Octauum. Sermo De Verecundia, & Vituperio, & Inuerecundia.

QVę vero sint res, quarū hominem pudeat, vel non pudeat, et apud quos
hoīes sit verecūdia, & quę sit dispositio, q̄ quādo homini inest, accidit
ei hic affectus, scietur ex his quę dicemus: quod est, quia vituperij vel
verecundię definitio est dolor, vel perturbatio accidens apud malorū Verecundia
casum, quę hominē constituūt non laudandū, vel tempore pręsenti, vel pręte quid.
rito, aut futuro. Inuerecundia vero est paruipensio, & paucitas doloris & con
testationis defactione harum rerum: hoc est illarū rerū, ex quibus est verecun Vnde fiat vi
dia. Cum autem hęc sit verecundię definitio, manifestum est ꝙ hinc fiat vitu tuperatio ho
peratio hominis: hoc est, ex eo ꝙ ex malitijs reputatur vitijs abhorrendus, quā mini.
do sibi hęc de ipso apparuerint, vel illi qui in ipsum inspiceret. quicquid fuerit,
C huiusmodi est vel opus prauorum, vel scelestorum. Intendo aūt per opus prauo
rum, illud, de quo prouenit alijs ab eo damnum: sicut est commissorum abnega
tio, & detentio iniquitatis causa. Per scelestorum vero opus intelligo vitia, ex
quorum maioris parte nō prouenit damnum alijs, sicut est projcere arma, & fu
gere ratione pusillanimitatis & timoris. Et ex malitijs scelestibus, quibus homo
verecundatur, est societas alicuius, cuius societas non est conueniens, quando
sua societas non deceret illi: aut quorum societas non est conueniens, sunt ha
bentes malitias & habentes viles mores. Et ex rebus abhorrendis etiam, ex
quibus homo recederet propter pudorem, est emptio ex rebus abominabili
bus vel scelestis aut imbecillibus: sicut qui emeret rem mendicorum aut mor
tuorum. Et ex moribus, quibus homo vituperatur, est ꝙ sit diues, & non fuma
tur aliqua vtilitas ex suis diuitijs. & si qua vtilitas ex eo sumeretur esset mini
mum quid. & huiusmodi est, ꝙ petat res mutuo ab eo, qui illis indigeat: & es
set quando pollicitus esset alicui aliquam rem, & ille peteret eam ab eo, si ipse
postularet eam, quasi ea indigeret, vt ille abstineret ab ex petitione rei ab eo
quam promiserat illi. Et huius contrarium, hoc est, ꝙ qn̄ peteretur aliqua res
a petente, ipse peteret qđ ille proposuerat, vt ex seipsa repellatur petitio. Et ex
illis, quibus vituperatur homo, est, ꝙ laudet aliquem virum, qn̄ videret eum

anhelare necessariorum expeditionem, & vltra illud tempus nõ laudare illum: immo quando videret, ꝙ eius spes sit amissa & perdita, aliquando converteretur in illius vituperium. Et ex illis, quibus homo vituperatur, sunt assentationes, q̃ sunt quasi laus. & hoc, sicut si laudarem hominem p. plusquã ei insit, vel proferat scelera & vitia sub forma virtutum, vel ꝙ alicui viro contingeret animi dolor vel angustia, & ostẽderet hominibus, ꝙ ipse sit vehemẽtioris ei doloris quam sit & fortioris moestitię. & ex his consimilibus ex eis, q̃ sunt huiõi ex signis assentationũ. Et ex his, quibus homo vituperatur est parũ ferre dolorem vel tormentõ sicut accidit senibus, qui conducunt putare, ꝙ eis contingat ex senectutis imbecillitate plusquã eis insit: Et sicut accidit delicatis, & fungentibus imperio, qui tremũt ratione sui dominij ex minima cã, quæ eis accidat: cũ putassent ꝙ nulla vis eis inferatur. Et similiter ab his qui fuerint iis imbecilliores: hoc est hi, quibus minima debilitas videtur summa imbecillitas. nam omnes hę dispositiones sunt vituperandę, & sunt signa vilitatis & depressionis. Et ex his, quibus aliquis sit vituperãdus, est, ꝙ sit ille vir vituperãs & deturpãs aliũ de bonis passionibus vel actibus: sicut ꝙ ipsũ vituperaret de actu liberalitatis, vel de cõpassione sui amici, aut de pietate & cõmiseratione eius. Et huiusmodi ẽ i est, ꝙ homo laudet se ipsum, aut narret de sę res decoras, vel tribuat sibi operationes aliorum. nam oĩa hęc sunt signa iactantię. & ex his moribus scelestis, quos dicimus sumitur signum illorum, de quibus mentionem nõ fecimus: quia singularũ simplicium malitiarum & vitiorum sunt quidam actus & signa, quę eos significant. Et ex hominis vituperationibus est, ꝙ eius gesta sint ad modum vituperãdorũ, et si non sint vituperanda: sicut ꝙ quidam vir esset familię aut reipublicę, quę essent scelestę. nam ex his homini accidit vituperiũ, licet ei non insint res, quarum ipsum puderet scdm se. Et ex his, quibus homo vituperetur, est, ꝙ eius consimiles et compares viri agerent decoras operationes, quibus ipse communicaret secũ: hoc est in omnibus illis, aut earum maiori parte. Intendo autem per eius consimiles, genere ęquales, & qui fuerint vnius reipublicę. & per compares intendo illos, qui sunt animis propinqui: & qui vna dispositione fuerint cõnexi, aut societate vel amicitia, aut qui vnum finem intendunt: & vniuersaliter quicunque coęquantur vna re: sicut ꝙ sint homines vnius artis vel vnius exercitij. Hoc autem fuit, quia hominis differentia & diuersitas ab eis, q i ei coęquantur, est illi vituperium, absq; excusatione etiam poenarum eis occurrentium, & malorum, quę eos opprimerent. & hoc, quia quando homo non communicaret cum conciuibus in laboribus eis contingentibus & cum amicis in angustijs eis accidentibus, esset ei vituperium: et similiter in omnibus reliquis bonis & malis. Et omnes actus vituperationũ, quos diximus, aduentunt his hominũ speciebus, quas numerauimus: & hoc scdm plurimum: sicut sunt scelesti animo viles, & cõsimiles. Et hi actus, quos narrauimus, sunt actus prouenientes ex malitia & turpitudine morum: & tanto magis, quado homo ex se esset causa illorum talium actuum. Vituperationes vero, quę homini adueniunt ex hoc ex his, quæ ei prouentũt ab alijs, si fuerint ei ob temperantes, aut secum annexi, quocunq; modo connexionis, sunt quęcunq; sint ex his, quibus intenditur illũ vilipendere apud homines, & ipsum vituperare. & hoc est sicut omnibus dispositionibus vilibus turpibus: sicut ꝙ abraderet suam barbam, aut induere vitum vestem muliebrem, sicq; de omnibus coitibus, qui fiunt cum mulieribus & pueris. & huiusmodi est turpitudo & vilipensio. Et intendo per turpidinem famositatem rei turpis apud homines. Per vilipensionem vero, sicut ꝙ paruipendatur & iniurietur, vel sit solus, neminem saluum facientem habens. Et ex his rebus turpibus sunt illę, quas homo componeret, & eas constitueret ex alijs, occasione malitię & turpitudinis: sicut est actus illorum, qui non animaduertunt quo modo acquisiuerint diuitias ex modis turpis acquisitionis. & ęquum est, si ue hę res aduenerint homini serio vel absque electione: sicut est fornicatio hominis vxorum suorumque natorum. iam enim ex hoc illi aduentret opprobriũ, siue hoc fuerit suo arbitrio, siue fuerit non pręmeditate. Et ex his, quibus homo esset vituperãdus, est ꝙ expetat sui sanguinis vindictã. Hę itaq;, quas diximus

& eis consimiles, sunt dispositiones, quibus, qñ in essent hominibus, vituperarent & opprobrio discernerentur, & ipsę sunt res, quę agunt verecundiam & vituperationem. quoniam vituperatio & verecundia accidunt homini, quãdo imaginatur rem laudabilem, qua laudetur, & iam esset ab eo ablata. Quoniã vituperatio fit propter imaginationem priuationis laudis: laudis autem priuatione homo contristatur, quando esset ex venerandis hominibus: manifestum est, ꝙ ipsum non pudeat cuiuslibet. Quando aũt res ita fuerit, pudet hominem vniuersaliter virorum, quorum laudationis defectum doleret, quorum est species hominum qui te admirantur, & timent magno excessu. & similiter puderet te speciei hominũ, quos tu admiraris, & puderet te ẽt illorum, quos cuperes ꝙ te laudent. Ac illos oportet te admirari, quorum laudes homines non vilipendunt. Homines aũt admirantur quēcunq;, qui habet aliqd bonum excellens nobile: sicut sunt possessiones & scientia: vel homines admirarentur illum, qui habet aliquod bonum, quo admirantes impigerent valde nimium: vel quo indigeret qui esset prior ꝙ̃ sapiens admirãdus: & vt̃ins qui esset altioris partis, ꝙ̃ hõ admirãdus. Illi autem, a quibus homo cupit honorari, sunt homines et consimiles: & hoc aut sui ęquales, vel qui sunt suę gentis, aut eius conciues: ac etiam species hominum, de quibus homo putat ꝙ eorum ęstimationes, & credulitates sint verę credulitates. nam videtur ei ꝙ illi sint habentes ingenium & intellectũ, sicut sunt senes & rectores. nam homo cupit honorari ab his. & res turpes, quę oculatim sunt euidentes, & publice fiunt, sunt quibus homo verecundatur magis quam ab aliis. Quando aũt res ita fuerit, expedit ꝙ pudor sit maior illorũ, qui semper sunt prope hominem: & illorum, qui ipsum apertis oculis inspiciũt. & illi, quos non pudet horum, sunt turpes species hominum. quia certum est, ꝙ inspicientes hominis gesta, aut laudant vel vituperant ipsum. & imaginatio priuationis laudis, est quę operatur pudorem, sicut pręmissum est. Et illius speciei hominum, cum quibus homo non auderet iocari, & caueret eos, iam puderet hominem ipsum. hęc enim species est hominum, de quibus homo putaret, ꝙ non habeat opinionem, iu qua sit confidendum, & in ea sustentandum: sicut est res, in qua ille homo erraret, vel putaret ꝙ erret in ea. Illi autem ipsum digerent, si errasset in illa, vel ostenderet ei suam imaginationem, nam homo extenderet suas actiones aut ipsas publicas faceret singularibus egregiis hominibus. Illi autem sunt illa species hominum, quos putaret ꝙ continerent regimen & directionem eius. & ideo discipulum non pudet sui magistri aut amici, cum quibus homo versatur quiete & humaniter: sed ab his qui sunt alii ab his duabus speciebus homo detineretur sermone absolui, aut in effectu audere coram eis. nam illi ipsum vituperarent de hoc: adeo ꝙ si ipse licitam diceret aliquam rem, quam ipse putaret. & non esset sicut ipse putasset, putaretur de eo, ꝙ iam egerit
C id, quod licitum dixisset, & vilipenderent obloquentes in suum honorem, quo ad hoc, siue ea res esset sicut putauerat, siue non esset. & ideo non reputatur vtilitas in lacessito iniuria malum, quod obloqueretur in eum, qui ei iniurius fuerat: sed tamen alteri harum duarum specierum hominum, hoc est in quibus esset confidendum & eis sustentandum, quando timetur error, aut ipsius amicis. Ac etiam pudet homines illius speciei hominum, qui obseruant hominis scelera & ipsum arguunt de errore. & illi sunt homines vtiles apud omnes. & similiter est species hominum, qui fingunt se męstos propter constitutionem scelerũ ex suis verbis & stabilitas illorum erroris ex per actum vilipensorum derisorũ. Intendo autem per vilipensores paruifacientes hominem; & per derisores fingentes: hoc est, qui fingunt rem admodum vilipensionis illius, & hi homines odiuntur, & eorum pudet homines, & nomen vituperii verius est de his, qui dicti sunt quam nomen pudoris, & hoc, quia pudor est illius, de quo putatur ꝙ bonum: & vituperium fit de illo, de quo putatur malum. & ideo pudor virorum malitiam habentium est mistus timori. Et illi, quorum hominem pudet, sunt homines, qui illum non vituperarent omnino de aliqua re. nam ille putat, ꝙ ipse sit apud illos in gradu illius, quem admirarentur, & illius te puderet, qui aliqua necessitate te indigerit, & tu satisfecisses eius libito, nam ille apud te esset ex

apud te esset ex illis, qui te laudarent, & non vituperarent, Et hi etiam, hoc est,
quorum hominem puderet, sunt, qui vellent hominis amicitiam narrare. nã se- D
cundum hanc dispositionem notificarẽt eius virtutes solum. illum autem pudet,
ne illis constaret aliqua res vituperanda. Et quorum re est pudendum, sunt illi,
qui non inspexissent in homines aliquam rem, cuius sit pudẽdum. Prĕterea, q̃m
homines non pudet horum scelerum, quę diximus solum, sed etiam signorum &
rationum, quę illa significarent. & hoc, quia non puderet eum fornicationis so-
lum, sed rationum, quę significarent ipsam fornicationem: & similiter non pu
deret eum operis ipsorum scelerum, sed etiam locutionis de ipsis: nam locutio
de eis est signum, vel ratio de eorum actione. Hęc itaq; sunt species hominum,
quorum est hominem pudendum. Illi vero, quorum non est pudendum, sunt,
cum quibus homo comiter oblectaretur, & inspiceret sua negotia. Hi autem
sunt duarum specierum, videlicet fratres, & fautores. Fratres quidem sunt, cum
quibus homo fungitur opere decoris, quod decorum est apud multitudinẽ absq;
ꝙ vere ita sit. Fautores vero sunt, cum quibus fungitur opere simpliciter deco
ro quod vere decoris est, vel in imaginationis initio. Et illi, quorum hominem
non puderet, sunt homines viles & abominabiles. nam illi, quorom opinionem
non estimaret, sit ne bona aut mala de eo, neq; ꝙ quispiam eorum laudet vel vi
tuperet ipsum, similiter eum non puderet illorum: sicut nõ puderet hominem be
stiarum & infantium. Et pudor hominis suorum gnatorum & alienorum nõ est E
vnius modi pudor. & hoc, quia pudor qui habetur apud te cognoscẽtes, est vere
vituperandorum. ignotorum vero est cogitatione & secũdum famam turpe. hę
itaque sunt species hominum, quorum hominem puderet. & quorum non pude

Qui verecũdentur.

ret. Speciei vero hominum, quibus maxime inest hęc passio, hoc est pudor qui-
dam, sunt viri, qui credunt se esse vnius specierum, quorum diximus ꝙ sit pu-
dendum: sicut sunt illi, quos homines admirantur: & admirandi, quorum dixi-
mus ꝙ sit pudendum. nam quando homo crederet de se, ꝙ sit vnus istorum,
pauca ex re festinat verecundia in ipsum, ratione sui timoris, ne mirum sit apud
illum, qui ipsum admiraretur, si sibi crederet, ꝙ admiraretur ipsum. Illi vero,
qui alios admiratur, festinat verecundia occasione, quia, qui omnem rem admi-
ratur, omnis res magnificatur apud ipsum: & ipse afficitur minimo turpi, & il-
lud timet quod plures homines non timerent. Et huius speciei hominum, hoc
est, quibus festinat pudor, sunt viri, qui cupiunt esse admirandi apud alios. &
qui hominibus indigent necessitate suorum negotiorum, valde eos pudet. Et
aliquando festinat pudor speciei hominum, qui non sunt summo laudandi, neq;
egeni. nam illi timent ne eis festinet vituperium. Hi autem sunt secundum quã
dam mensuram laudandi. nam non est qudor illi, qui penitus non est laudan-
dus. Et vt plurimum hominem pudet, quando viri, quorum ipsum pudet, inspi
cerent ipsum. Et ideo, quando quidam voluit augere iram cuiusdam propter ve F
recundiam & vituperiũ, quod ei contingeret ex negligentia cautelę a colum
bis, finxit ei columbos esse exercitus inspicientes ipsum, egit autem hoc, vt
augeretur feruor sui cordis ad cautelam. Et ideo, quando iracundi et furiosi su
munt pœnas alicuius hominis, vel quorundam virorum per vilipensionem, qua
ipsos afficiunt, cupiunt cunctis gentibus ostendere pœnam, quam ab illis sumũt
illos afficientes ea vilipensione, vt sua cogitatio vertatur, vt venerentur ab
illis, quos ea vilipensione afficerent, hoc est, ab ipsis vilipensis. Et quam mira
bile est, quod apparet de furiosis & iracundis in affectu, qui eis aduenit, cuius
sit pudendum: & est rerum, quę adueniunt eis, vel aduenerint suis parentibus,
aut aduenerint admirandis ab eis: & vniuersalius in illo, propter quem eos pu
deret. & illi sunt viri, quos prędiximus. & similiter ex illis apparent vehe-
mentes actus cautelæ & feruoris ad illos, quibus attributionem habent: sicut
suis doctoribus, vel suis consulibus, aut suis dominis, & omnibus his simili-
bus ex illis, quorum gloriam & honorem cupiunt, q̃m ꝙ maximũ est qđ agunt
iracundi & magnanimi in talibus excellẽtijs, nec obmittũt aliquam rem in co-
gnitam, quam exposceret ipsa cautela, adeo ꝙ propter hanc suam negligentiã
eis contingeret vituperium, & magis fit ex eis hoc opus, quando putant, ꝙ hi,

quos torquent, inspiciant eos: nam ipsi non desisterent tergiuersari eis. & duplã sit suus pudoc, & verecundia propter id, quod neglexerint, & propter ipsum acciderint in vituperium. Et ideo quando quidam victor rex Græcorũ educere fecisset quosdam viros, vt interficerentur. in quorum cœtu fuerat quidã poeta, quando illi abscõdebant suos vultus, & pudebat eos illius vituperii quod ei contingeret ex sua interfectione, ille dixit eis: audite quæso fratres; expediebat vobis hoc facere, hoc est vultus absconsionem, & huius operis pudoc, si singulis manentibus diebus tergiuersati essetis; adeo φ succesiue sagittatores vos perfequuti essent. vos vero non ita egistis, nec timuistis huc usq; inspicere Græcos: quid ergo nunc vobis inest cuius vos pudeat. Hæc itaq; est summa eorum, quæ dicta sunt de pudore. Inuerecundię vero sermonem, certum est φ nos possumus cognoscere ex rebus, quę dictę sunt in capitulo pudoris, cum sint sibi inuicem contrarij: hoc est, φ nos cognoscentes de inuerecundia tres res contrarias tribus rebus, quas nominus in capitulo pudoris: hoc est cuius hominem pudeat, & cuius non pudeat, & de qua re sit pudor. Inuerecũdia

Caput nonum. De constitutione Gratiæ, & reditu gratiarum.

B Scire vero quid sit gratificans, qui est ille, cui debetur gratiarum actio, & quę sint res, quę sunt gratię, & qui sint viri qui grati fiant, quę sunt tria loca, ex quibus orator constituit ipsam gratiam, nos itaq; illud declarabimus. Et dicimus φ gratia sit id, quo eo fungẽs dicitur gratificus. Res autem, quę quando operatę essent, sunt gratia, illę sunt altera duarum rerum vel officium quod est suffragium corpore, vel beneficium quod est suffragium opibus vel honore. fit autem suffragium corporis & opum propter honorem: officium vel beneficium sunt gratia, quando recipiens illud beneficium vel officium, non reperiret illud officium vel beneficium ab alio homine φ a beneficio. & illa est gratia, quę cum hoc etiam non prouenit ab ea suo efficienti aliqua res, sed tota est propter beneficium suscipientis. Et aliquando gratia fit excellens respectiue, & si secũdum se sit parua ex vna quinq; rerum, quarum vna est, quando fieret apud vehementem eius indigentiam, vel tempore tribulationis, quando nemo villi viro prouideret, sicuti est tempus pauoris, quo homines terrerentur se inuicem adiuuare, vel si solus ipse esset beneficus, vel ipse esset primus beneficus, tunc suum beneficium excederet beneficium aliorum. Res aũt, apud quas est vehemens indigentia, est trium specierum. vna est optatorum ad Gattia quid
C vitam necessariorum. & secunda est illorum ad quę augetur animę cupido, & si non sint necessaria, sicut est fructuum desiderium. tertia autem est, quę esset rerum, quarum defectum doleremus, vel nos torqueret. nam appetibilia optanda sunt, quorum defectum dolemus, vel ipse nos torquet. Appetibilia aũt, quę sunt huius dispositionis, sunt duarum specierum, quędam species est consueta & optata, & sunt ipsa delectat: & aliqua species est illorum, quę homo cuperet, & appeteret, quando in tribulatione & angustia existeret. nam qui cecidit in abyssum angustiarum, appetit exitum ab illo. & sic lugubria agens appetit a lugubribus releuari. & ideo vna, quę magnifica est, quando aliqui sunt in succumbentię dispositione, vel fuge a suis inimicis, & illos cauerint, & absconderint ab inquirentibus suam vitam. nam & si beneficium in se sit paruum, illud tamẽ est magnum pp vehementiam indigentię & temporis duritiem. Iam itaq; ex his patet, φ paruum beneficium magnificatur in talibus, vel in eis ęqualibus: hoc est illis, quorum dispositiones secundum indigentiam, vel apud illos, qui sunt excellentiores his: hoc est, quorum dispositiones sunt vehementiores. Sicque notum est, φ iam declaratum sit ex hoc, quod diximus, qui sit cui concedenda sit gratia, & de qua re fiat gratia, & quis sit gratificus, & φ propterea nos meminerimus eorum, quę diximus, vt stabiliamus has tres res. Exempli causa, quia qui non narrant beneficium quod fecerint, illis

funt gratifici. Et ꝙ illi, quibus peruenit beneficiū ipsis existentibus in tribula D
tionibus & angustijs) sicut iam pręnarratum est) sunt qui grati facti sint, Et
ꝙ opera beneficiorū, quę talibus fiunt et in talibus dispositionibus, ipsę sunt
gratia ipsa. Certum etiam est, vnde sumantur pręmissę, quibus vnum aufera-
tur, & sua abnegatio cōfirmetur. Hoc autem fit octo modis. Quorum primus
est, ꝙ beneficium sit propter beneficum: hoc est, ꝙ eius vtile et, ipsi reuerta-
tur. Et secundus est, ꝙ beneficiū sit minus debito. Tertius est, ꝙ sit tempore,
quo illo non indigeatur, hęc enim non esset gratia. Quartus est, ꝙ beneficium
ceciderit illi, ad quem est beneficium fortuitu, non ex intētionne. Quintus est,
ꝙ beneficium esset vi & necessitate. Sextus est, ꝙ qn̄ per beneficium intendi-
tur pręmium alterius beneficij, quod pręmissum esset benefico ab illo, qui bene
ficium suscipit. Septimus est, quando per beneficiū intenditur ipsum patrface
re, & inde resumere gratiarum actiones. Octauus est, quando beneficus esset
importunus beneficiū suscipienti re, qua ille non indigeret. & hoc, quia per se
notum est, ꝙ beneficium non inferat gratiarum actionem, quando esset secundū
vnam illarum octo dispositionum. Sumitur aūt aliquando vtilitas ex his pre-
missis, in accusatione abnegationis beneficij, & eius interemptione & in excu
satione de illa. & hoc, quia gratia est gratia, quando fuerit, vt dictum est, pro
pter beneficij recipientem, & secundum mēsuram indigentię, tēpore quo nemi
nem saluum facientem haberet, aut loco in quē fugisset. Ex signis aūt gratiā si E
gnificantibus est, ꝙ non imminutum sit ipsum beneficium, nec hoc factū sit ini
micis. Et oratio constitutionis gratię, suęq; abnegationis ex his pręmissis fit.

Caput Decimum. De Dolore.

EX quo vero fiat dolor, et quis doleat, & quid sit dolendū, nos enuncia
bimus. Dolor itaq; est tribulatio quędam cōtingens propter aliquod
malum perterrens vel tribulans, quod hominibus accidit absq; aliquo
termino. & hoc, qn̄ timeret ne malū fiat ei, vel alicui suorum familiari
um, & esset proximi casus. Perterrentia aūt intendo ea, q̄ corpori adueniūt, &
per tribulantia ea, q̄ animi dolore afficiunt. Quando aūt doloris definitio est
hęc, nō est ꝙ nō dolēs sit scd̄m hanc dispōnem quam describam: qui est ille, qui
putant ꝙ non sit ei futurū malum vllum, nec in ipsum neq; in aliū, qui pro eo
esset: hoc est, tale malū descriptum in ipsa definitione, vel illi consimile, vel ei
propinquū. Nam dolor est, qn̄ quis timet casum talis mali in ipsum, cū spe eua
sionis ab eo, illi quos offenderint summa mala, nō dolent ita, sicut qui iam mor-
tui essent, neq; illi qui fortunati putantur. & hoc, quia qui putantur esse fortu- F
nati, putantur etiā, ꝙ eis nulla mala res proueniant, cū considerent hoc esse for
tunę, hoc est ꝙ eis nō proueniat aliquod malū. Et horum etiā sunt illi, de qui-
bus putatur ꝙ nō doleant, neq; suis corporibus nec suis animis. & hoc, aut ex
quo iam illis acciderant mala, ex quibus euaderent: vel quia illi sint senes, quo
rum vsus malorum iam longam traxerat morā: vel ratione multitudinis ex-
perientię: vel occasione cuiusdam consuetudinis, qua soleant frui suis animis ad
modum fruitionis aīorum illorū, qui accepti sunt fortunati: vel occasione suę
famositatis apud homines. & hoc, quia illis quorum fama volat, videtur, ꝙ
mala sint ab eis remota occasione excellentię suę magnitudinis, & quia cunctī
hoīes eos adiuuāt. Et aliqn̄ accidit hęc imaginatio occasione vsus artiū, & rerū,
quę propellerent ipsa mala. Et horū virorū coetus sunt illi, quorum cognatio
nes sunt decorę decētes occasione, qua eis sint parentes, & filij, & vxores de-
centiū dispositionū: hoc est, qui non torqueāt eos, neq; ipsos dolere faciāt tēpo-
ris casus. & vniuersalius sunt illi, quibus accidit infortunium his tribus specie
bus. nam mala his conuenientia constituūt hoīem pusillanimem, dolorosum, et
mentem minimā rerū. Ac horum coetus sunt illi, quibus accidūt et adueniūt pas
siones, quę fortitudinem appropriant, sicut ira, & audacia. hi enim nullū malū
cogitant, quo eos cuncti timent. Et huius speciei etiam sunt viri, quorū moris

est commemoratio vitiorū & vilipensio. nam hi etiam non dolent, quia non
putant ꝙ eis succedat aliquod malum. & hoc propter suę naturę defectū. Viri
autē qui dolent, sunt illi, qui sunt medij inter illos qui omnimode confidūt fortu
nę, & inter illos qui penitus diffidont ab ea. nam qui sunt duarū specierū, quę
sunt scdm extrema, non dolent. & viri qui nimis timent, nō dolent pp alios.
quia qui terrentur pauore, non dolent pp alios cū ipsi sint impediti pp dolorem
eis accidentē. Et qui putant aliquem, ꝙ sit pauper & vilis, non dolent propter
illum. nam illi considerant illum dignum vt ei succedat ipsum malū: vel non
reputant ꝙ successio mali illi sit mala. & ideo, sicut dicit Aristo. qui putat ꝙ in
mundo non sit alius, iam putat itaq; ꝙ hoīes simul sint digni ipsius mali. Et vni
uersalius dolet homo, quando est huius dispositionis, quā narrauimus: hoc est,
quando cogitat & imaginatur, ꝙ ei vel suis familiaribus insit aliqua res cōtra-
ria harum rerum, quas imaginatur, qui non doleret. Hęc itaq; est summa eorum,
quę dicta sunt descriptionis dispositionum hominum, qui dolent. Quę vero sint
res dolorem efficientes notę sunt ex his quę dicta sunt in doloris definitione. Quę dolorē efficiant.
nam quęcunq; sunt ex terrentibus, hoc est, corpus transmutātibus: & quę sunt
ex tribulantibus, hoc est, animum variantibus, omnia ea sunt dolorē efficientia:
& signantur quę sunt terribiliū interficientium, & quę sunt specierum malorū,
quę continet definitio, quando fuerit vehementissimum illorum. Ex terrentibus
autem conducētium ad interitum, sunt corporis dolores, & perturbatio, & alie
B natio, & morbi, & indigentia rerum domesticarum, & fratrum priuatio, vel il
lorum paucitas, quatenus est ex infortunio, est malorum perterrentium dolore
facientium. Et ex efficientibus dolorem sunt illę dispositiones, quę consuetum
est, ꝙ quando insunt hominibus, eis efficiant dolorem: sicut sunt dispositiones,
quę insunt occupatis corruptione, & morbo fixo malitię aspectus, & motus,
ac exercitij cessationis. Et ex his, quę dolorem efficiunt, est, quādo procedit in
malum ea parte, qua esset species adeptionis boni: vel procederet in rem, ad
quam plures procedentes inueniunt bonum, illi autem non inesset aliqua res il-
lius boni omnino: vel ꝙ procedat ad bonum, tempore quo ei deficeret fruitio
illius boni, sicut sunt diuitię decrepita ętate. Hęc itaque est summa rerum dolo
rem efficientiū, pro quibus vere homo doleat: hoc est de alijs, quando timet ne
eis accidat malum, vel commisereatur eorum, quando eis accideret, & allice-
retur pietate pro illis. nam hęc est differentia inter dolorem & commiseratio-
nem. Illi sunt affines, & qui sunt hominis familiares: licet non sint et maxi-
me propinqui: adeo ꝙ malum accidens illis sit malum accidens illi homini, si-
cut sunt pater, & filius. Et hinc fertur de quodam viro, qui apud Gręcos erat
notus, ꝙ quando viderit suum filium passum, periculum mortis, non fleuisset,
nec doluit de eo. cum autem vidisset amicum mendicum, doluit & cōtristatus
est. Est autē dolor de alio, qñ timetur casus mali in illum: commiseratio vero
C illius est, qñ iam ei accidit. nam qñ est timor casus mali in ipsummet hoīem,
vel in illū qui ponitur quasi ipse, tunc illius casus esset impedimentū, ꝙ illi ho-
mini successisset, vel timeret illius successionē. Successio vero impedimēti ipsi
homini, vel timor sui successus ei, vel illi qui sit quasi ipse, est ambigiius de do-
lore de altero vel cōmiseratione illius. & ideo sępe successio impedimentorū
homini conturbat ipsum magis quā dolor alterius, vel illius commiseratio. &
qñ homini succedit aliquod malum, nō dicitur ꝙ ille commisereatur sui ipsius.
& qñ timet suum casum, non dicitur ꝙ doleat, sed ꝙ paueat. Illi vero, qui ma-
gis condolent illis, sunt multitudo hoīum, qui illis sunt consimiles, hoc est, mo
ribus & cogitationibus, & dignitatibus, & prosapijs: qñ impedimēta illa essent
proximi casus in ipsos. Et vniuersalius, cuiuscunque quod timet homo, sibi ipsi
cōdolet, qñ illud timet alteri. & hoc, qñ imaginaretur illos dolores, & mala esse
proximis casus. quia mala imaginaria sunt causę doloris, qñ imaginantur hoc
modo. Mala vero quorum casus imaginatur in prętterito scdm plures annos,
homo non dolet ipsa: neq; ipsum terrēt, qm̄ ipsa non sunt futura, adeo ꝙ timea
mus suū casum. Nec etiam reminiscentia est eorū, quę timorē aut dolorem effi-
ciunt. Et similiter ea, quę sunt impossibilia esse, non terrent penitus, neq; homo

dolet eis, Et aliquando homo condoleret viris, qui suis vocibus & suis sensatis dispositionibus fingunt, ꝙ malum iam illis peruenisset, & ꝙ iam prope lapsum sit vt succedat. D Nam qua illi qua hoc imaginantur constituunt malum eo modo, quo imagineiur ipsum esse propinquum: & stabiliunt ipsum oculatim, vel ꝙ ipsum iam successisset. Nam dolor fit rerum, quę in pręsenti iam acciderant, vel timemus propinquitatem sui casus. & notitia signorum & ratiocinationum, quę significant ipsum malum, sicut sunt ipse dispositiones, quas diximus esse dispositionum timentium, Efficiunt aūt dolorem, quando significant hanc dispositionem; hoc est, ꝙ iam factum sit, vel sua factio sit prope, & pręcipue quando putatur, ꝙ hęc, de quibus petuit signum mali, sint diruta, & eo magis, quando hęc, de quibus cogitatur ruina, sunt venerabilia. & fortius quando sua destructio esset tempore, quo illis indigérent magis, vel de eis spes sit magis possibilis: vt ꝙ interficiantur, vel ꝙ iuuenes pereant. nam omnia hęc efficiūt dolorem plusquam alia: hoc est interitus virtutum ad interitum nobilium, quę non expediebant huic tempore, quo eis indigeretur. quia quando tales res acciderent, vel signa, & ratiocinationes significant suum casum, putaretur ꝙ malum sit proximum, ac si oculatim videretur. Ac etiam reperiuntur passiones contrarię dolori & tremori, hoc est eos destruentes, quarum est liuor, qui est illorum, quibus superuenit in determinatum bonum: quę superbia vocatur. nā dolor est displicentia mali prouenientis ei, qui indignus est illius. sed hęc passio est mos excellentię, hoc est liuor illius, cui prouenit indeterminatum bonum. & E hoc quia nimium est dolendum illorum qui procedunt ad id aliud, vltra quod dignum est eis, siue bonum, siue malum fuerit. Illi aūt, qui in malum labuntur ex causis certis & modis consuetis, quibus homo decerneret, & iudicaret illorū lapsum in illud, iam putant homines, ꝙ digni sint illius. qui vero labuntur in has res modis incertis expedit, ꝙ sint in medio inter has: hoc est ꝙ non credamus malum, qd eis successerit fuisse cōdignū vel indignū eis. sed expedit ꝙ sua dispō remittatur ipsi Deo. qa qd iniquū vel malū ꝓuenit hoī ex suis non modis illius cā est iniquitas & malitia q̃ insunt illi homini. Illud vero tale, quod ei ꝓuenit, aliter quā ex suis modis, nō remittimus ipsi excelso Deo, Inuidia aūt est vehementioris cōtrarietatis dolori quā ipse liuor, q est boni, qd ꝓuenit indigno illius, quā diximus vocari superbiā. Et hæc passio est quasi in medio, hoc ē inter dolorē & inuidiā, quia ipsa est affinis inuidię. & hoc, quia ipsa est contristatio boni, sicut inuidia est contristatio boni, sed differētia inter eas est, quia inuidia est contristatio boni ꝓuenientis illi, qui dignus fuerit eius liuor aūt nō est cōtristatio boni ꝓuenientis illi q dignus fuerit illius, & defecit sibi ipsi. nā nemo euadit ex hoc neq; ē cōtristatio illi prouenit ei ita ipse putaret, ꝙ illud bonū, quod peruenerat condigno illius, vel non prouenisset illi, erat prouenturū ei. & hoc, quia contristatio boni, quod prouenit alteri ab eo, & nō prouenit ei, est cōtristatio, quia illud bonū non prouenit ei, & ipse non est gratificatus illo. & cōtristatio boni quod ipse perdidit, quia ꝓuenit alteri ab eo, & contristatio, qa ei ꝓuenit infortuniū cā infortunii illius viri, Quādo aūt res ita fuit, inuidia itaq; est cōtristatio boni ei ꝓuenientis cōdigni, vt ei ꝓueniat illud bonū. Et certū est ꝙ ex contristatione ꝓuentus boni & mali illi, qui dignus est eorū, & indigno eorum sequantur passiones contrarię. quia qui contristatur propter aduentū boni illi, qui dignus fuerit eius, & illi, qui non fuerit dignus, iā doleret illius, qn̄ accideret: & mederetur ex illo dolore, casu ipsius mali in illum, & hoc dignum est deterioribus, hoc est illis, qui nō sunt digni illius boni. Et ideo qn̄ accidit pęna speciei hominum, qui percutiunt suos parentes, vel coinquināt suas animas homicidio, nemo luget eos imo gaudēt ob illa ēt reputāt ipsam bonū, quia est sicut gaudium, quod ēst qn̄ prouenit bonū condignis eius. & hoc, quia ambę dispositiones sunt iuris, Et ex illis, quibus gaudēt boni & sapientes, est casus boni illi qui dignus est eius, & casus mali et illi qui dignus est illius, & hoc, quia ambę hę dispositiones, qn̄ simul sunt cōuenientes apud sapiētes, simul sunt moris vnius species hoīum. & ambas appetit hęc species hoīum, Contrariū vero huius, qui est liuor boni prouenientis illi, qui dignus fuerit eius, ipsum reperiuus

A his, qui sunt contrarii huius moris. quia qui non gaudent hoc, & contristantur eo, sunt alterius speciei hominũ: & illi sunt viri fungentes malitia & inuidia. quia absq; dubio, quãdo hõ contristatur propter generationẽ rei, & suũ esse gaudet sua corruptione, & sua priuatione. Et ideo ille hõ, qui cõtristatur pp inesse bonum condigno, gaudet priuatione boni ab illo: & propter inesse malũ ẽ r, & econtra: hoc est, quia qui gaudent propter in esse bonũ illi, qui est indignus eius, cõtristãtur sua priuatione, & ppter inesse malũ illi, qui indignus est eius: & illa est, quę dicitur contristatio & deploratio. Omnes aũt hę passiones, quę componuntur ex his rebus, hoc ex bono & malo, & ex condigno & indigno conueniunt, qua eis inest contrarietas. & licet illę differant occasione compositionis, omnes tamen connectuntur, qua conueniunt in ablatione doloris.

Caput Vndecimum. De Superbia.

NVnc itaq; loquamur de superbia. & hoc quando narrabimus, quis homo insuperbiatur, & quo insuperbiatur, & in quos insuperbiatur: deinde postea loquemur de illis aliis, quas numerauimus. s. de inuidia, & deploratione. Dicamus itaq; ꝙ si superbus sit qui contristatur pp bonum alicuius dispositionis, quod inest alicui viro indefinite, notum per se itaq; est ex hac definitione, ꝙ superbia non sit de oĩbus bonis. quia nemo insuperbitur alteri de fortitudine, vel gratificatione, & vniuersalius de singulis virtutibus quę homini insunt ex volũtate: sicut homo non contristatur de esse contrariorum ipsarum virtutum in illo. sed superbia est de diuitiis & potestate. & vniuersalius de bonis homini deforis prouenientibus. vnde apparet, ꝙ boni sint digni illorum: & ꝙ praui nõ sint illorum digni, sicut sunt nummi et diuitię. sed hõ insuperbitur his, qñ nouiter fiunt. quia ea, quę antiqua sunt, putatur ꝙ sint prope dispositionem naturaliter consequentem. & ideo vt plurimũ hoĩes non insuperbiũtur de diuitiis hęreditariis, neq; de antiquis principatibus: sed sine dubio insuperbiuntur de bonis nouiter prouenientibus: sicut sunt noua imperia, & copia opum, & fratres, & cętera bona. Huius aũt causa est, quia homines vehementius irascuntur propter illos qui nouiter ditantur, quam propter illos, quorum diuitię sunt hereditarię. & sic est dispositio reliquorum bonorum, quę de foris sunt. Huius aũt causa sunt duę res, quarum vna est, quia illi putant, ꝙ illius boni ipsi sint digniores illis. & secunda est, quia ipsi putant, ꝙ opportuna eis esset perseuerantia illius secundum antiquam dispositionem: quæ exempli cã esset egestas vel depressio. Et ideo homines non insuperbiuntur de bonis antiquis: quia illa sunt sibi consueta, & quasi sint eis opportuna. Bonũ aũt, cuius ho-

C mo non sit dignus, varium est apud superbũ. & hoc quia bonũ, cuius singuli homines sunt digni, est variũ scdm decentiã & mensurã. & hoc qa non oẽ bonum decet cuiq; homini, neq; mensura decens alteri: immo vniuscuiusq; hoium est quoddam bonum decens, & mensura illi ꝓportionata, quia fere arma, & bellicę dispositiones sunt bonę, sed sunt non decentes eremitis: sed decent viris fungentibus fortitudine. & similiter dispendii excessus nõ decet his, quorum diuitię sunt nouę, sed decet illis, qui habẽt antiquas diuitias, quia ille, cuius diuitię sunt nouę, indiget conseruatione diuitiarum: ille vero, cuius diuitię sunt antiquę est, ac si eius diuitię essent stabilitę, quibus non esset timendum. qñ aũt aliquis hõ non esset cui deceret quoddam bonũ, quod non consequeretur eius caro, ipsum doleret, & eius anima ipsum deploraret. Quãdo aũt alicui hoĩ peruenit bonũ ꝓpriũ superans scdm qualitatẽ vel mẽsurã, hoc est Dei donũ, & gratis datũ, & fancua sors, de qua dicitur, ꝙ ex Deo excelso sit. & hoc qñ prȩualeret paruus magno. qñ ei inimicus esset, vel vilis nobili, & peccator diuino religioso et nisi sic esset, nõ eẽt peccatoris, ꝙ ꝑualeat religioso. nã religiosus ꝑstãtior est peccatore. Et hic declarãtur bona, de qbus dicitur, ꝙ hoĩes ea adipiscãtur diuino decreto. Ac etiã hoĩes, de quibus hoc dicitur. & hoc: quia hęc bona, & tales hoĩes sũt illi, quorum bona eis accidentia attribuuntur diuino decreto. Et illa, quibus in

superbiuntur homines, sunt quorum sunt maxima bona, quorum sunt digni boni viri, insunt ipsis prauis. & ideo deplorat homo & insuperbitur, qñ boni prestantes non possunt pręualere his quorum sunt digni, & illis pręualent illis inferiores Illi vero qui insuperbiuntur, sunt viri amatores honoris, & reliquarũ rerum, quibus pręualeret, qui non sit illarum dignus. Nam hęc hominũ species vľiter deplorat: & insuperbitur de omnibus rebus, quarũ vident se digni: et nõ reputant alios dignos illis, qñ eis deficiunt, & aliis adueniũt. his itaque holum speciebus quas diximus, & de rebus quas diximus, deplorãt & insuperbiũtur superbientes. Et huius speciei quã prędiximus, sunt hoĩes superbiẽtes. Et illi quibus inest industria ad cõducendũ ipsa bona insuperbiuntur: nã sua sorte cõtenti non reputant, ꝙ hic sint aliquę res, quarũ ipsi sint digniores alii. Si autẽ habentes industriam reputarent hoc, nõ reputant ꝙ ipsi nõ priuẽtur illis. Notũ autem est ex his, quę dicta sunt hic, & de his quę ante hęc pręmissa sunt. Quarum rerum quando acciderint, pudeat hominẽ, & ipse nimis verecũdior, quãdo non gauderet illis, quę inferrent gaudium, neq; contristaretur eo quod inferret illorũ contristationem. Ex his aũt rebus, quę dictę sunt, conuenit ꝙ iudicẽ trahamus in superbiam contra ipsum aduersariũ, vel commiserationem eius, aut illius dolorem. & hoc: quia quando hic essent digni, qui sunt quando pręualerint & fortunati fuerint: vel hic essent homines digni boni, & non pręualuerint neq; res sibi bene sucesissent, non essent dignum contristari eis: immo gaudendum esset propter hoc econtra, si hic sint homines digni boni & non pręualent, conuenit ꝙ commisereatur eorum: & contristetur propter suas dispositiones. E

Caput Duodecimum. De Inuidia.

NOtũ aũt est qui sint viri, quibus sit inuidendum, & de quibus fiat inuidia, & qui sint viri qui inuideant: qñ in inuidię definitione constituimus, ꝙ ipsa sit liuor, qui homini accidit propter alterius prosperitatẽ & eius infortunium. & hoc qñ illi insunt illa bona: qualia sunt ea bona, quę in capitulo superbię descripsimus inesse hoĩbus, qui sunt digni illorũ & decẽt illis: & leuior ille inuidẽtis nõ fuerit. quia ipse cuperat, ꝙ illud bonũ esset soli sibi, vel ꝙ auferatur ab inuiso, & sit in eo, sed solum vt auferatur ab inuiso. Quando aũt inuidia fuerit hæc, manifestũ est, ꝙ euidẽs inuideat speciei hominũ, qui sunt ei similes, & sibi ęquales: vel putetur de eis, ꝙ sint sibi similes & ęquales. Intendo aũt per similes illos qui hoĩ conformes sunt genere, & ꝓsapia, & animis, & possessione, & laude & consimilibus: qm̃ hi sunt, quibus inuidetur. Inuidi vero sunt illi viri, qui magnificãt pfectionẽ scdm bona de quibus inuident: sed ipsi non perficiũtur his: neq; eis puenerunt oĩa bona, neq; oĩa simul eis defecerunt, sed pauca ex illis. & ideo qñ non inueniuntur agẽtes magnifica, hoc est, ipsi magnifici & fortunati, qui beantur in rebus pfecta ꝓsperitate inuident. nã illi putãt, ꝙ eis non deficeret aliqua res, & ꝙ quęlibet res sit eorum. Et similiter est species hominum, qui qñ excelluerint aliqua re illius cã honorãtur: & eo fortius ꝑꝑ scientiam, & dispositionis originẽ. Et honoris amatores sunt vehemẽtioris inuidię q̃ illi qui non amant honorem. Et illi, qui sunt sapientes, diligunt ꝙ venerentur honoribus, quibus honorãtur sapiẽtes. & ideo inuident illis, qui his honoribus venerantur. Et vľius quicũq; amatur & laudatur da aliqua re, ille itaq; inuidet aliis de illa eadem re. & ideo qui cupiũt venerari de aliqua re, sunt inuidi de eadem re. Et homines pusillanimes sunt inuidi. nã inuident propter quamcunque rem, quę magnificatur apud illos, licet in se esset parũ; adeo ꝙ illi inuident de pluribus malis accidentibus hominibus. Hæ itaque sunt species hominum inuidorum. Id vero de quo inuident, est quã illi inuident appetentes diadema laudis, vel intendentes illud & diadema boni nominis, & dignitatem diuitiarum & seruorum, & vniuersalius modus prosperitatis & fortunę, quanto maiores fuerint, & omnes res decoras: & eo magis res quas appetunt, aut putant ꝙ deberent habere illas. Et inuidi sunt, qui supe-

gantur

A rantur ab aliquo homine paucis opibus, vel sunt minores illo parumper. Et notum est, vt diximus cui inuideant: iam enim diximus, ꝙ illi inuideant propinquis eis tempore, & laude, & gloria. Et hinc dicitur ꝙ similitudo inter homines beneficet inuidiam. Et inuidia quidem est illius speciei hominum, qui cum aliquo homine quadam mensura sunt propinqui. & hoc est, quando fuerint in vno tempore vel proximo: & in vno loco aut proximo, & ideo senex nõ inuidet puero, neque inuidet illis, qui tempore eis succedent, neque illis qui preteriti & corrupti sunt, & maxime secundum plures annos. Et similiter non est inuidia inter loco distantes ab ipsis bonis, nam optimi Greci, exempli gratia, non inuident bonis, qui sunt in columnis herculis, vel Andalusię apud nostram regionem. Et sic homines non inuident nimis imperfectioribus eis, nec nimis perfectioribus eis: sed inuident illis, inter quos & ipsos est aliqua conuenientia. & hoc de contendentibus in vna re, & amicis in alia re. & vniuersalius quicũq; duo homines, qui appetunt vnam rem, sed vnus cupit ꝙ illa non sit alteri, & ꝙ sit sibi propria, & secernatur per illam. & ideo inuidia dignior est, vt sit in his. & hoc est, sicut de viro glorioso & iactatore. nam hi cupiunt vnam rem, & vterque eorum cupit discerni per illam. Inuidet autem gloriosus iactatori de illis rebus, quę qñ eas acquisiuerit, per illas fieret ei similis. Ex timore autem harum rerum in initio & contristatione de ipsis, qñ radicata fuerit animę fit inui-
B dia illorũ, quibus insunt illa bona, vel cupiunt ea sibi inesse, hoc est in futurum, vel ꝙ iã eis inuenta sunt, hoc est in preterito. & ideo res, quę dictę sunt in capitulo contristationis & superbię, ingrediuntur capitulum inuidię. quia qñ cõtristatio corroborata est, animę reditur inuidia. Et ille puer, qui est maior natu, inuidet illi, qui est minor natu, qñ minor adeptus esset aliquod bonum, quod nõ esset adeptus maior: vel adeptus esset aliquod bonum, quale & ipse adeptus fuisset. Et aliquando ille, qui adeptus est aliquam rem magno exercitio, inuidet illi, qui illam adipiscitur pauco exercitio. Et sic illi, qui adipiscuntur sua quęsita solertia & tarde & labore, inuident illis, qui illa adipiscuntur leuiter, & cito.

Caput Decimum tertium. De Gaudio.

NOtum etiam est, quo gaudeant illi qui gaudent, & propter quos gaudeant, & quarum dispositione sint gaudentes: cum res quibus homo gaudet, sint contrarię rebus quibus dolet, & de illis ei inuideatur, & iam pręmissa est notitia harũ rerum; & ille quas ipse constituit, sunt contrarię constitutis ab inuido. & illę quibus homines gaudent, sunt contrarię illis, de quibus inuident. & ideo inuidia existet in contristatione boni quod adeptus est inuidus, & qui illo sit dignus. Gaudiũ itaq; est letitia boni, qđ adipiscitur, q
C dignus fuerit illius. Notum itaq; est nobis ex his rebus, quo modo nobis conueniant modi iudicum, quando eos constitueremus secundum aliquẽ affectũ, quo expediat ꝙ inde consequatur vnus cliẽtum bonum & alter malum: sicut ꝙ cõstitueremus ipsum iudicem commiserantem vnius, & inuidum alterius.

Caput Decimum quartum. De Compassione & Contristatione.

CVius vero dispositionis siue qui contristantur, & de quibus contristantur & quibus contristantur, notum fit, qñ presupposuerimus, ꝙ cõtristatio & compassio sit quidam dolor, qui aliquo modo videtur propter defectum bonorũ honorũ, quos hõ cupit sibi ipsi, vel illi qui loco sui ipsius ẽ. et hoc, quando illa fuerint bonorum possibilium: & ille homo esset scđm suam naturã, vel suum genus, aut eius antiquos parẽtes illorũ, qui digni sunt illius boni, absque ꝙ cupiat ꝙ illa bona non sint aliis, sed cuperet ꝙ insint ei, & doleat, quia non sunt sibi. Quando aũt res ita fuerit, manifestum est ꝙ contristatio & compassio sint bonę, & ꝙ nõ sint nisi bonę: & ꝙ inuidia sit quid malũ & defectus

& ꝙ ipsa non sit nisi malorum. & hoc, quia compassio constituit hominem D
modo quo aptus sit adipisci bona, & dignus sit illorum, quia hęc passio non ac-
cidit nisi illi, qui reputat suam aĩam aptam bonis ipsis, & dignam illorum. &
hęc esset causa acquisitionis virtutum. Inuidia vero constituit hoĩem modo,
quo sit aptus adipisci aliud bonum. Illi aũt, qui contristantur, sunt illi, qui re-
putant suas animas dignas bonorũ, quę non habent. nam nemo contristatur re-
rum turpiũ pauci boni, vel rerũ, quę turpes sunt: nisi rerum quarũ non reputat
suam animam esse dignam. & ideo qui sunt huius dispositionis, sunt iuuenes, &
magnanimi, et illi, quibus non sunt bona, quorum digni sunt nobiles viri & bo-
ni: sicut sunt diuitię, & fratrum multitudo: contristãtur etiam propter principa-
tum, qui eis deficeret. Et ille etiam, qui habet principatũ sine diuitijs, contrista-
tur propter defectum diuitiarũ, & aliquando hi contristantur ꝑꝑ id, quod eis de-
ficit de augmento & multitudine horũ bonorum, quę insunt alijs. His aũt acci-
dit hic affectus, quia putant suo animo ꝙ ipsi sint boni: non quasi boni, ex quo
habẽt rem, cuius digni sunt boni, Verbi gratia, quia qñ aliquis prosequitur prin
cipatũ & diuitias, putat ꝙ ipse sit bonus, ex quo horũ duorum sunt digni boni
ipsi. & qñ cogitat hoc, inuenit contristationẽ ꝑꝑ id, qđ deficit illi ex hoc. Spe
ciei aũt hoĩum, quorum primi parentes & affines sunt nobiles, sępe accidit hęc
passio circa talia bona, nam reputant, ꝙ illa congruant illis, & ꝙ illi sint di-
gni illorum. Quando autem res, quarum est compassio & contristatio, sunt res
nobiles, hoc est laudabiles & eximię, oportet ꝙ sint virtutes animę, vel res E
laudabiles, hoc est bona corporea, vel bona extrinseca. & hoc, sicut omnes
res, quarum sit alijs aliqua vtilitas, vel decus, & perfectio, aut oblectamentum.
Et ideo aliquando homines honorant viros harum trium specierum beneficos
illis. & illi sunt viri vtiles & boni, & sunt viri iucundi, & iucundorum ope
rum. Et species hominum, de quibus est iucunditas, & illi sunt iocundi ęqua-
liter: siue fuerit beneficatio ex illis & iocunditas illarum sibi ipsis, siue il-
lis qui secum coniunguntur, Et ex quo res, propter quas homo contristatur,
sunt res, quibus aliis fit aliquod bonum iucundum vel vtile aut pulchrum,
dignior est contristatio, ꝙ sit circa diuitias & pulchritudinem, quam circa sa-
nitatem, Iam autem notificatur ex definitione qui sint viri, propter quorum
dispositionem non inesse alicui viro contristatur ille, & hoc, quia compassio
est propter dispositionem hominum, quibus insunt res nobiles, quas prędixi
mus: sicut est decus, & diuitię, & fortitudo, & sapientia, & principatus.
Principatus autem est rerum, propter quarum defectum contristatur homo,
nam homines habentes principatum possunt bene facere pluribus hominibus:
& pręstantissima suarum operationum quibus agunt, hoc regimẽ exercituum,
& Rhetorica, & alij habitus ex principatus habitibus, & suis dispositionibus,
quibus agunt beneficiũ hoĩbus. & sic est quicunq; vtitur vsu principtũ haben F
tium principatus habitum, vel principatus dispositionem, qua proueniat benefi-
cium alteri. Et quidam viri, quibus homo contristatur, non esse sicut sunt illi,
quibus similes esse appetũt alij viri, & ꝙ sint ex viris sibi affinibus. Et horum
etiam sunt illi, quorũ admirant plures hoĩes. Et huius speciei sunt illi, de quo
rum laudibus loquuntur poetę, & oratores, & historici. nam hę tres species
sunt, qui loquũtur de hoĩum laudibus, & sui nominis fama. Ac etiã spẽs hoĩum,
qui non contristantur propter bona, quę sunt aliorum, & nõ contristantur eorũ,
quia eis insunt omnia bona, ꝑꝑ quorum defectum est contristandũ: vel eis insit
nobilissimum bonorum & maximum. & homo cõtristatur, qua non sit talium
dispositionem: quia priuatio tribulationis est contraria contristationis: & qui
non tribulatur, est contrarius illi, qui contristatur. Illi autem, qui contristãtur,
sunt homines, quibus insunt mala contraria bonis, ex quibus est contristatio, &
hinc declarata est priuatio tribulationis, quę est contraria contristationis, &
quis sit qui non contristatur, neq; contristatur aliquis propter ipsum, quia nemo
cõtristatur ꝓpter dispositiones hoĩum desperatorũ. Et ex hoĩbus, ꝓpter quos
non contristantur hoĩes, sunt fortunati, hoc est felices; qñ habent fortunam va-
cuam a virtutibus conuenientibus illi bono, quod fortuitu eis prouenit: quia

A hoies vilipendunt tales, & non contristantur propter suas res. Dispositiones
autem, quę qñ insunt hoibus, accidũt illis earum affectus: & sunt quibus homo
est aptus, & quibus pręparatur ad receptionẽ affectuum: & res ex quibus est af
fectus vel affectus ablatio, & declinatio ab illo: & sunt illę, ex quibus fiunt
fermoni ex affectibus, iam dictę sunt ĩ hoc libro. Res vero, ex quibus fiũt sermo
nes verificatiui singulorũ trium generum, hoc est, deliberatiuorum, & demõstra
tiuorum, & iudicialiũ, iam dicte sunt in primo libro. Restat ergo, ꝙ loquamur
hic de dispõnibus, ad quas sequuntur singuli mores per notitiã, qui mos conse
quatur aliquã dispositionẽ. Possibile nobis est, ꝙ cõstituamus quis sit ad quẽ
oremus, quocunq; modo sua vis declinet in illum morem. & hoc, qñ conduxeri
mus ĩ sua similitudine inesse illius dispõnis illi, vel ꝙ inesset illi. exempli gra
tia, quia ad magnanimitatẽ sequitur liberalitas. Quãdo aũt narramus alicui
hoi, ꝙ sit magnanimus, conduximus ipsum in liberalitatẽ, quia ei constituatur
talis oratio, tu es magnanimus: magnanimus autem est necessario liberalis: tu
ergo es liberalis, & sic de similibus. Hę aũt sunt dispositiones, quarum numera
tio est nostrum intentum. & qui mores sequantur vnamquanq; earum, sunt pri
mo affectus, & secundo cogitationes, & tertio anni, & quarto nouitates, & quin
to animi. Intendo autem per affectus: sicut est ira & commiseratio. nam has se
quitur proprius mos. Et per cogitationes, res quas quęlibet species cuperet,
B & eligeret in sua vita; siue fuerint ars, vel virtus, aut oblectamentum, quo con
sumeret suam ętatem. nam mores etiam differunt harum diuersitate. Per annos
autem intendimus annos iuuentutis, & annos senectutis, & annos decrepitę ęta
tis. & hoc, quia huius anni sunt mores proprij. Et per nouitates intendo res,
quę homini proueniunt in suo corpore, & extra suũ corpus casu. & hoc est, si
cut generositas, & diuitię alteręę, & excessiua solertia. Et per animos intendo
discretam creationem, qua homines sunt creati, & diuersas consuetudines.

Caput Decimumquintum. De moribus Iuuenum.

IVuenum vero, qui sunt illi qui transiuerint duas hebdomadas suorum an
norum versus tres hebdomadas, morum est ꝙ appetant omnem rem, &
sunt festini repentini ad persequendum quod appetunt. Voluptates autem
magis eis prędominantes sunt voluptates corporeę attribuę veneri. Et cũ
hoc ipsi sunt variabiles, & cito diuertuntur, rem cito appetunt, & cito ipsam
abhorrent. Causa autem, qua appetunt rem, est quia sua mens est conturbata,
& nondum stabilita ad aliquam rem illorum, quę eligenda sunt ad hanc mun
C danam vitam. & suę intelligentię non sunt firmę: & illę sunt, quę fiunt ex in
coitu & inspectione & imaginatione illorum, quę eis adueniũt ex inuasione ap
petitur cum velocitate suę ablationis: sicut est sitis, quãdo ęgri sitiunt: quia est
sitis cuę ablationis, sed est nimis vehemens. Et illi cum hoc sunt velocis irę,
prosequentes ipsam: adeo ꝙ illius acuties, & vehemẽtia est violẽtia. nam illi
propter honoris amorem non ferunt, si aliquis eos paruipenderet, sed contristan
tur, qñ cogitant ꝙ spernantur. & amant politiam, & magis ipsam victoriam. &
hoc quia iuuenes amant gloriam. victoria autem est aliqua res glorię. Et illi
sunt vehementioris amoris, honoris, & victorię, ꝙ̃ sint diuitiarum. non diligũt
autem opes, quia non sunt experti ipsum dispendium & cito verificant sermo
nem, quia non multum errant. Et sua cogitatio est decora, & aĩaduertentia est
ampla pp suę naturę calorẽ: sicut accidit illi, qui bibit vinum occasione caloris
accidẽtis ex suo potu. Ac etiam non debilitãtur, immo ferunt tribulationes,
& eas spernunt, & hoc vigore sui caloris. & vt plurimũ ipsi sunt in animaduer
tentia: quia animaduertentia est temporis futuri, & reminiscentia pręteriti. Fu
turũ aũt reperitur magis in adolescentibus quam pręteritum: quia ipsi sunt in
initio sui esse. & ideo nimiũ animaduertunt, & non reminiscũtur. & suus error
& fallacia ẽ pauca: & hoc, quia sui moris est verificatio absq; ratione debili.
quãdo aũt intenditur eos fallere, leuis fit eorũ fallacia. & cum hoc, ꝙ ipsi sunt
aĩaduertẽtes sunt fortes, & hoc, qa fortes sunt iracũdi. Decus vero ipsius aĩad

uertentię facit eos non terreri. & hoc, quia vis, quę speratur in fortificatione,
largitur eis fortitudinem. et vltra quod largitur fortitudinem, est spes ipsius bo
ni. Ira vero gignit eis magnanimitatem: quia nemo timet aliquem holem, & ira
scitur in illum. Et eorum moris est, ꝙ ipse pudor eis præualeat. nã ipsi nondu
discernũt res, quarũ deberet eos pudere, a rebus quarũ non est eis pudendũ. &
ex quo suspicantur in semetipsos in omni re, cuiusq; rei pudet eos, qua timent
ne errauerint. Et sustentant leges quod nimis est, et eas amplectũtur. cuius cau
sa est, quia ipsi non conuertunt se ad illarum perscrutationẽ, adeo ꝙ eis scernã
tur, quæ earum sint secundum rectitudinem, & quę non sint sc͠dm rectitudinẽ.
Et sunt magnanimi, & putant ꝙ nunquã futuri sint pauperes. cuius cã est, quia
ipsi nõ sunt experti varietates fortunę & perditiones, et semper cupiũt eximias
operationes magnanimorũ, hoc aũt est moris amplitudinis. Et sui moris est, ꝙ
ipsi magis appetant iocundum quã vtile pp paucam eorũ cõsiderationẽ damno
rum fortunę. Et sua electio est virtutũ pp eorũ electionem laudis & vituperij.
Et comitantur socios vltra reliquos hoies. nam complementi oblectamenti, &
gaudij est societas & amicorum conuersatio. Ipsi aũt in nulla re expetũt vti
le, neq; ĩ amicis: & suus error in rebus est plurimus, & magis est in rebus vtili
bus, quas decrepiti pręeligũt. suaq; opera nõ sunt determinata neq; mẽsurata,
nã nimis amãt, & nimis odiũt. Et vniuersalius in oĩ re excedũt modũ. & hoc
pp suam prauam dignotionem damnorũ fortunę. & ipsi putant ꝙ sciãt omnes B
res, quia in oibus rebus se inuoluunt. Et componunt iniustitiam cum violentia,
& res ex quibus est vitium & vituperiũ. & hoc etiã est propter suã iactantiã,
& nimiã magnificentiam rerũ. Et sunt misericordes, quia omnes hoies simul
putant esse bonos & iustos: & pp paucam eorũ malitiã ipsi odio hñt viros pra
uos. nam ipsi putant, ꝙ praui viri agant quod non sit condignũ. Et amãt deri
siones & ludos. Et eorũ diuersio a rebus est leuis cita, quoniã diuersionis velo
citas est imbecillitatis mentis. Hi itaq; sunt iuuenum mores.

Caput Decimumsextum. De Decrepitorum moribus.

DEcrepiti vero, qui annos senectutis pręterierunt, sunt contrarij mori
bus iuuenum, hoc est moribus adolescentię & contentionis. Intendo
autem per adolescentiã, mores illos qui tribuuntur excessui mensurę
modestię: sicut est amor derisionis, & luxus, & cupido corporearũ vo
luptatũ, & hominum commiseratio & subductio. Et intendo per contentiosos
mores, attributos potentię: sicut est cita ira, & magnanimitas, honoris & victo
rię amor, & spei protractio, & iniustitię cõpositio, & reliqui huius speciei. De- F
crepiti aũt sunt econuerso horum morum propter suam vitam longi temporis.
& sua spes est pauca: & sępe decepti sunt, & sępe errauerunt. Et sua cogitatio
de hominibus est mala propter ipsos obiter factos esse causis fortitudinis, & de
fecisset eis intentionem experimenti, & propter malitiam operationũ eis occur
rentium, siue omnes fuerint malę, siue conducentes ad malas. Et suorum morũ
est, ꝙ ipsi non decernant aliquam rem de his, quę sunt infra se ipsos, neq; admi
rentur aliquam rem eis succedentem, neq; eam magnificant: quia iam sępe re-
petita est eis. Et cum ipsi iam experti sint omnem rem, nullam rem sperant,
neq; contristantur laudis vel vituperij. nam sua vera intentio est, ꝙ eis nõ sit
penitus potestas alicuius rei. Et eorũ etiam est, ꝙ ipsi non decernant aliquam
rem, neq; determinent de ea omnino: sed semper in sermonibus eligunt forte &
forsitan. et hoc propter plurimam eorum fallentiam, & multitudinem illius, qđ
experti sunt, & sua spes frustrata est. Et ipsi sunt malorum morum propter suę
ęstimationis malitiam de omni re. *Malitia* aũt suę ęstimationis est propter suę
verificationis paucitatem. Et paucitas suę verificationis est propter suę expe-
rientię multitudinẽ. Et suę cõsuetudinis est, ꝙ ipsi nec excessiue amẽt nec ex
cessiue odient: neq; hęc patefaciunt nisi vi et necessitate ducti: hoc est amici-
tiam & odium. & amicus & inimicus apud eos sunt, ac si essent vnius formę

A propter suam notitiam obliuioni missam. & hoc per res, quas diximus, qua est
sua vita longi temporis. & alit eos sępe fefellerint, ac ipsi pluries errauerūt, &
consimiles his. Et sunt pusillanimes, spernētes res eximias, non cupiunt ali-
quā rem nisi eas, in quibus consistit suus victus. Nec sunt gratifici, neq; honori
fici. nam mundanę necessitates sunt rerum, quarum est eis necessitas. & inten
do per mundanas necessitates, res necessarias huic mundanę vitę: Hoc vero eis
inest propter experientię multitudinem & propterea quia ipsi putat, φ inuidia
sit duta, & corruptio est prompta. Et propter has duas res ipsi valent resistere
tentationi: ex quo res vtiles huic vitę sunt necessarię, & pręcipue in ętate de-
crepita, & φ corruptio sit prompta. Ipsi autem pronosticantur & pronunciant
quod est suę nocitię præsens de fortune damnis. & Ideo sunt pusillanimes. Et
in hoc ipsi sunt aliter quā iuuenes: quia ipsi sunt frigidi secundum eorum com
plexiones & quieti, adolescentes autem sunt calidi incēsiui. Et decrepita ducit
ad pusillanimitatem & timorem. pusillanimitas autem consequitur frigus. &
adamant viuere: nec oportet hoc dicere in vltimo suę vitę. Et eos adamare
vitam non est ad fruendum voluptatibus, sed propter suimet amorem tantum:
quoniam iam priuatę sunt ab eis causę voluptatum omnes pręter voluptatem
cibi inter voluptates reliquorum sensuum. illa enim nimtum eis in est, quia ci-
bus est eis necessarius: & cum oblectamento coniungitur eis ipsa necessitas.
Et amant optimates regum et Imperatorum principes propter eorum pusillani
B mitatem, cuius causa est debilitas ipsorummet, & suę societatis hoium. & sua in
tentio est circa vtile, non circa decorum, quia amant seipsos. Vtile autem est
res, quę est bona ipsi viro. decorum aūt est, quod est bonum alteri. Et eorum
pudor est paucus. hoc aūt ita fuit, quia sua electio vtilis est magis, quā eorum ele
ctio decori. pudor autem est timor defectus decori. Et eorum spes est pauca
pp suę experientię multitudinem. nam maior pars rerum vertitur ad malum,
vel ad id, cuius malū est maius quā bonum. Res aūt, quę sunt simpliciter bonę,
vel in quibus bonum pręualeat malo, sunt rarę inuentionis. & indigeretur ad
suę inuentionis excessum longo tempore. id autem quod reliquum est vitę de-
crepitorum, est parum. Et maior pars eorum vitę & oblectamenti est in remini
scentia, non in spe: econtrario illius, qđ est dispositio iuuenum. & hoc, quia me
moria est pręteritorum. Decrepiti autē iam exegerūt maiorem partem suę vitę:
ideo eorū est bonū reminiscentię, & coniecturę eius quod futurum est. Et eorū
ira est velox, acuta, propter suę tollerātię paucitatem: quia ipsa est pauca pro
pter sui caloris debilitatem. Et eorum voluptatum, quędam iam cessauerūt: &
quędam debiles effectę sunt. Et nō mouētur versus voluptates, sed versus vti-
le. & ideo reputatur eis continentia pp cessationem suarum voluptatum. Sunt
autem continentes nomine ęquiuoco, & renuunt inquisitionē laudabilioris. Suū
vero iuuamen, & refugiū est ipsum necessarium. & plurimum suę conuersionis
C est ad res, quę largiuntur adeptionem virtutis & decoris: non ad res, quæ red-
dantur aduersus illum, qui conuertitur ad eas propter ipsum vtile. Et eorū mo-
ris est iniquitas, sed versutia & dolor non vituperij multitudine et mentis cap-
tione occasione magnę diligentię ad opum congregationem: sicut est dispositio
iuuenum Et ipsi sunt misericordes: sed eorū miseratio est propter eorum im-
becillitatem, eorum imaginationem facilitatis casus in ipsos mali quod cecide
rat illis, quorum miserti sunt, non propter ipsos amare hoies: sicut est disposi-
tio commiserationis iuuenum. Et patienter ferunt dolores: non sunt velocis al-
terationis, quia patientia & quieta tollerantia est contra derisionem, seu subsa-
nationem. iuuenis itaq; non amat iustificationem & patientiam, Hic itaq; est
sermo de moribus iuuenum, & decrepitorum.

Capus Decimumseptimum. De moribus Senum.

QVi vero communiter sunt secundum vigorem, qui sunt senes, certū est,
φ ipsorum mores sunt medij inter hos mores. & φ ipsi remoueantur ab
excessu extremorum, & ideo ęquiores sunt, & non sunt audaces neque

pusillanimes: fortes in eo quod expedit, & tempore opportuno, & quantitate condigna. nec verificant omnem rem, neq; falsificant omnem rem, sed imaginantur res secundum suum esse, & verificant eas verificatione consequente suas naturas. nec suus victus, neq; sua inquisitio vertitur circa decorum solum, neque circa vtile solũ, sed circa ambas res simul. neque etiam ipsi sunt virtute perfectę, sed inter has. Et similiter sunt in voluptatibus cum fortitudine, hoc est ꝙ ipsi sunt continentes cum fortitudine. Adolescentes autem sunt fortes virtuosi, & decrepiti sunt pusillanimes continentes. Et sermonis summa est, ꝙ ei peruenit pars vtilis singulorum morum absq; parte noxia, quę reperitur in extremis turpibus aduenientibus decrepitis, & iuuenibus naturaliter. Hęc autem mensura est media, & scd̃m excessum alterutrius extremorum in moribus sectatis vltra alterum, siue fiat illorum declinatio ad malum, vel ad bonum: est, ad extremum laudabile vel vituperabile. & hoc etiam variatur scd̃m ꝙ mos ipse sit, quoniam in pluribus dispositionibus fit augmẽtum fortitudinis, & eius appropinquatio ad expositionem ad pericula eligibilibus quam terribilis dispositionis medium in alia dispositione. & sic homo auget malum, quando eo indiget ad ipso vtendum cum quibusdam hominibus: & auget bonum, quando indiget eo ad vtendum ipso cum alijs hominibus. Anni autem senectutis sunt a tricesimo quinto anno vsque ad annum quinquagesimum. Hic itaque est sermo de moribus iuuenum, & decrepitorum, atque senum. D

E

Caput Decimum octauum. De rebus necessariis & propriis Iudiciali generi.

EX quo autem sermo oratorius fit perfectioris operationis & maioris persuasionis, quando orator putat, ꝙ non remanserint in illo locus persuasionis neq; animaduertẽtię, neq; dubij, sed iam tulerit ea, & fuerint confutata, oportet ꝙ constituat partẽ orationis, & ea ratiocinetur aliam rem, hoc autem perficitur contendente & iudice. Contendentis quidem opus est largitio persuasionis secundum orationẽ, & illius confutatio. Iudicis vero opus est dignotio rationum vtriusque sectę: hoc est, proponentis & contendentis: sicut inuenitur dispositio contentionum ciuitatum. sed quando voluerit, ꝙ oratio sit perfectę persuasionis, oportet ꝙ supponatur iudex, & contendens in omnibus generibus orationum rhetoricarum: hoc est, deliberatiuarum, & iudicialium, & demonstratiuarum. Differentia autem inter iudicem & contendentem est, quia iudex est superior contendenti: & ideo non quęritur ratio de eo de quo iudicatur. contendens vero est ęqualis proponenti: & ideo non sufficit ei ad orationis confutationem, nisi ducat rationem ad hoc. Et aliquando in quibusdam ciuitatibus persuadent sermonibus contẽtiosis in oratione iudicis, absq; sermone proponentis et cõtendentis: sicut est dispositio gentis maurorum, quia vtuntur in contentionibus sermone iudicis cum rebus, quę sunt deforis: sicut sunt testimonia & iuramenta. Differentia autem inter testem & iudicem est: quia testis testatur veritati conclusionis, & iudex testatur veritatis syllogismi eam concludentis, & contendens aduersatur ad suam confutationem. & maior pars orationum moralium & affectuum fiunt cum iudicibus.

Caput Decimum nonum. De rebus communibus constitutionibus propositionum trium generum orationis.

MOres vero proprij singulis politijs quatuor politiarum, quę in permissis numeratę sunt, iam predicti sunt in capitulo deliberationum: & expedit vt sint nobis prompti, vt eis vtamur in moralibus orationibus. ibi enim prędicti sunt vt ex eis fiant enthymemata in tribus dispositionibus, Cum autem hoc stabilitum sit, & iam declaratę sunt tres,

A ex quibus fiunt verificationes & enthymemata in tribus dispositionibus, hoc
est deliberatiuis, & demonstratiuis, & iudicialibus. Res autem, ex quibus
fiunt orationes morales & affectuum, sunt, quando expedit ꝙ procedamus ad
declarationem propositionum communium, quę sunt in tribus generibus, hoc
est in deliberatiuis, & demonstratiuis, & iudicialibus. Res aũt cõmunes, quarũ
constitutio quęritur pręmissis cõibus in tribus gñibus, sunt quatuor spẽrum. Pri
ma, an res sit possibilis vel impossibilis. Sc̃da, an res sit ex his quę sunt omni
no in futuro, nec ne. Differentia autem inter hoc & possibile est: quia pręę
missę, quę fiunt de possibili, fiunt per dictionem possibilẽ, & de eo cuius vnius
duorum possibilium non est excessus secundum esse vltra alterum. pręmissę ve
ro quę fiunt ꝙ res sit presens in futurum, fiunt secundum formam illius, quod
sine dubio est pręsens. & si sint veræ nos non verificamus has, sed eis vti
mur in hac arte hoc modo. Et tertia est, an res fuisset in pręterito vel
non fuerit. & id quod fit huius in hac arte, fit secundum formam illius,
quod iam notum est esse secundum experientiam & sensum: & si nos non verifi
catemus hoc. Quarta est honorificatio rei, & ipsam facere abhorrere, & magni
ficatio & paruificatio, glorificatio & vilipẽlio, & ipsius decoratio & spretus. nã
hęc est res vl̃is, quę fit in tribus generibus. quia qñ hõ consulit de re, hoc est de
ipsius factione, eam magnificat. Quando autem consulit ipsam obmittere, ipsam
B deprimit. Et similiter faciunt homines, si laudant vel vituperant, vel accusant
aut defendunt. Et qñ completus erit sermo de his, deinde loquuti erimus de ma
teriebus specierum enthymematum & specierum exempli, & coniunxerimus
his loca communia orationibus rhetoricis & aliis, iam conduxerimus intẽtio
nem intentam ex hac arte, quia in primo libro iam loquutum est de enthyme
matibus ex parte suę connexionis non ex parte suę materię. & ex parte suę
connexionis possibile est, ꝙ fiant in Rhetorica & in aliis: sed sunt propria Rhe
toricę ex parte suę materiæ. Et dicimus, ꝙ etiam & si hęc quatuor quęsita es
sent communia tribus generibus, quędam eorum sunt magis propria a iquibus,
& magis expedit, ꝙ attribuantur quibusdam. & hoc, quia magnificatio &
habitus sunt magis appropriati demonstratiuis, quę sunt laus & vituperium, et
propriores sunt contentionibus. & similiter quę fiunt sicut pręsens, quia con
tentio fit in talibus rebus. Ipsum autem possibile, & quod timemus, & quod
speramus, magis proprium est deliberatiuis. Cum autem hoc sit stabili
tum, loquemur itaq; de præmissis, quibus homo persuadet, ꝙ res sit possi
bilis vel impossibilis.

Intendimus autem hic per possibile vel impossibile, quod est nobis com- De possibili
mensuratum, & ad quod est potestas magis quam ad id quod est incommensura & ipossibili
tum: & non habemus ad ipsum potestatem, non ipsum possibile quod est pos
C sibile esse ex natura rerum, sed id quod est secundum voluntatem & potesta
tem. & quędam ipsarum est, quoniam si res habet contrarium, & suum con
trarium sit possibile esse, vel ꝙ agatur, res itaque etiam esset possibilis ꝙ aga
tur, sicut ꝙ si homo possibile est ꝙ sit sanus, possibile sit ꝙ ęgrotet: quia potẽ
tia & possibilitas amborum contrariorum est vna. Et secunda pręmissa est,
ꝙ si simile esset possibile, id etiam quod est ei simile, est possibile. Et tertia
est, ꝙ si difficilius est possibile, leuius etiam est possibile. Et si res pręstan
tior & nobilior est possibilis, illa res etiam, quando simpliciter profertur, est
possibilis: hoc est sine hac conditione. quia bene gignere domum est diffici
lius quam gignere domum solum. Et quarta est: quia si quod iam initia
tum est sit possibile, suum vltimum & complementum est possibile. Huius au
tem loci persuasio est: quia ex quo quod impossibile est esse, impossibile est esse
suum initium, sit cui initium est possibile, ipsum esse est possibile. Iam au
tem declaratus est defectus huius loci in secundo Topicæ. Quinta autem
est, ꝙ cuius complementum est possibile, eius initium est possibile, & ille est
contrarius pręcedentis. Et sexta est, ꝙ si posterius natura vel generatione, hoc
est tempore solũ est possibile, prius itaq; est etiã possibile. Exemplũ prioris na
tura est, si possibile sit ꝙ homo sit senex, possibile est ipsum esse adolescentẽ, Et

exemplum prioris tempore non natura, est sanitas succedens post ęgritudine. Hic autem locus partitur in duas pręmissas. & rursus conuertemus vtranq; h rum, & gignentur hic quatuor pręmissę. quia si prius natura vel tempore possibile, posterius itaq; ẽt est possibile. Octaua pręmissa est ꝙ quicq est n ra amandum & cupiendum, illud est possibile, ꝙ sit, & ꝙ fiat quia nemo, qu do eius cupido fuerit secundũ suam naturalem consuetudinẽ, appetit qd' non possibile. Nona aũt est, ꝙ res, quas continent scientię & artes, sunt nobis possibi les; hoc est, ꝙ sciatur quod est in scientijs, & ꝙ fiat quod est in artibus. Decima aũt est, ꝙ res, quarũ initium essendi est in ipsis vel in nostro decreto, sicut sunt ꝙ nos manu ducamus nostros seruos vel rogamus nostros amicos, ipsę sunt pos sibiles. & hoc, quia id, quod est acquisitionis amicorũ est possibile: sicut id quod est nostrę acquisitionis est possibile. Et vndecima est, ꝙ qñ partes sunt possibi les, & totum itaq; est possibile. Et duodecima est: qa si totũ sit possibile, & par tes itaq; sunt possibiles. verbi gratia: qa si pręmissę demõstrationis sint poss. & sua connexio est possibilis, demonstratio itaq; est possibilis. Et tertiadecima est, ꝙ si demonstratio sit possibilis, & connexio itaq; est possibilis: & econtra, si connexio sit possibilis, sicq; demonstratio est possibilis. exempli causa, si pos sibilis sit nauis plurium remorum, possibilis itaq; est ꝙ sit triremis: & econtra si possibile est ꝙ sit triremis, possibile est, ꝙ sit plurium remorum. Decim quintus locus est, si vnum relatiuorum est possibile, alterum correlatiuum est E possibile, sicut est duplum & dimidium. Et decimus sextus locus est, quia quę cunque res possibilis est alij quam artifici, magis possibilis est artifici. & hoc, quia hic sunt quædam res, quæ aliquando sunt per accidens, & aliquando per se, & aliquando per artem, & aliquando sine arte. & quando hę sunt possibi les per accidens, earum possibilitas est expeditior per se: & sic contingit, quando reperiuntur sine arte, & per artem. Decimus septimus locus est: quia quod possibile est in esse depressiori & viliori & magis spreto, & illi qui est minoris prudentię, magis possibile est inesse horum contrariis. sicut est sermo Socratis, quando ait, in veritate displicet mihi me defatigari, eo quod scio ꝙ ignarus illud agerei: & sicut dicitur ꝙ turpe sit dicere, ꝙ Aristo. careat scien tia illius, quod perceperat Zeno. Pręmissę vero, quibus constituimus ꝙ res sit impossibilis, notificantur ex contrariis harum, quę dictæ sunt. exempli gra tia, ꝙ id quod prudentioribus est impossibile, sit impossibile minus prudenti bus: & ꝙ quando totum est impossibile, partes sunt impossibiles. Pręmissę ve ro, quibus constituimus ꝙ res fuerit vel non fuerit, quasi sunt vna secundum subiectum, duę secundum modum. Quarum est, ꝙ si id quod est minus hono rabile, & minus conueniens esse, est id, quod aptius est esse. Secundus locus est, ꝙ si fuerit oppositum, quod consuetum est pręcedi a suo opposito, & alterum F itaque iam fuit. exempli gratia, quia si aliquis homo laudauit aliquam rem iam nouit eam: & si aliquis fuit periurus, iam iuratus est. Tertius locus est, si quis habuit potestatem & cupidinem agendi, & non ad fuit ei deforis vlla res ipsum impediens, iam ipse egit. & huic affinis est, ꝙ si quis habuerit potestatem ad aliquam rem, & iratus est pro illa, iam itaq; fuit. Et locus vniuersalis am bobus his est, ꝙ si potens fuerit aliquam rem, & ipsam appetit, iam fecerit ill, est autem vniuersalis, quia appetitus continet iram, & cupidinem. Largitur aũt hic locus persuasionẽ: quia homines vt plurimum agunt quod appetunt, quãdo possunt: iuuenes quidem, quia nõ sunt satures, boni aũt quia suus appetitus est ad bonum, & quando res sunt prope generationem, quarum est spes, ipsę itaque sunt quasi reperirentur. Quartus locus est: quia quando hominis cuiusdã mons est, ꝙ eius sit aliquis actus, qui est sępe, iã itaq; ille actus fuit ab eo. Quintus lo cus est, quando voluerimus persuadere aliquam rem, ꝙ iam ipsa fuerit, specula bimur an ipsam pręcessissent res, quarũ naturę sit illam rem pręcedere, quã in tẽdimus tempore fui esse, & si illę res iam pręcesserũt, pronũciabimus ꝙ illa res iam fuerit. Hę autem res pręcedentes aliquam rem, aliquando sunt causę, & ali quando sunt signa, sicut si cœlum corruscauit, iam tonauit. & sicut si aliquis ho mo fecit aliquam rem vt speculetur an ei conueniat illud opus, necne, iam itaq;

fuit ab eo opus illud. Sextus locus est huius cõtrarius, qui est ꝙ, quando reperiũ
A tur res posteriores aliqua re, iam illa res inuenta est, exempli causa si cœlũ tona
uerit, iã itaq; coruscauit: & si ipse homo nunc operat̃, iam incœpit prius operari.
Harum añt rerum, quibus sunt aliquę res posteriores, & quędam sunt eis prio
res, quędam sunt necessario, & quędam vt plurimũ. Exemplum itaq; necessarij
est, ꝙ si laudauerit aliquẽ hominẽ, iam ipsum nouerit. Et exemplum illius, qđ
est vt plurimum est, ꝙ si cœlum tonauit, iam corruscauit. Hę itaq; sunt pręmis
sę, ex quibus constituemus ꝙ res iam fuerit. notitia vero ꝙ res nõ fuerit, est ex
cõtrarijs harũ earũdem rerũ. Pręmissę vero, ex quibus constituemus ꝙ res fu
tura sit, & ꝙ sit spes suæ gñationis sunt hę eędẽ. Et primo, quia si ipsa fuerit
res, ad quã est potestas alicuius, & ille ipsam appeteret, ipsa itaq; erit. Intendo
aũt hic per appetitum aut sensata oblectamenta, aut res quas homo appeteret,
absq; ꝙ sint res sensatę sicut sunt diuitię & honor. & similiter si esset res, quã
homo posset, ac etiam ira ipsa: aut posset ipsam, & ipsam eligeret cogitatione &
animaduertentia. Ipsa itaq; erit cum sit possibilis: & similiter affectus cõsequẽ
tes operationes volũtarias, qui eorum fuerint necessario, & qui illorũ nõ fuerint
necessario, omnes numerantur in eo qđ futurum est, quando conuenerint rebus
ipsos pręcedentes. Et exẽplum illius. quod sequitur vt plurimum opus volunta
tium, est exitus consequens proiectionem, & casus vtsus in rem consequẽs pal
pebratum apertionẽ, Ac etiã si pręcessissent res, quę prępararẽt, ꝙ ex eis fiat
B aliqua res. illa itaq; res erit in futuro, sicut ꝙ si cœlũ occuparetur nubibus, in
futuro itaq; pluet. Et alius locus est, ꝙ si res, quę est propter aliquem finem, est
ens, ille itaq; finis est res, quę futura est. exempli causa, quia domus erit in futu
ro, quę est finis ipsius fundamenti, si fundamentũ iam fuerit. Loca vero, quibus De Magnificatiõe & paruificatione.
constituemus maius & minus, & multũ & paucum, & pręstantius & vilius, sunt
eadem illis, quæ numerata sunt in vtiliori & eligibiliori per se: qñ stabilirẽtur
parum vniuersaliora. & hoc, ꝙ ascenderent ex capitulo vtilis in capitulũ boni.
quia bonũ est genus commune tribus finibus, & trium generũ ipsorum generũ
orationũ rhetoricarũ. & hoc quia in cõsultiuis est ipsum vtile, & in inhibitiuis
ẽ ipsa vtilitas, & in iudicialibus ẽ ipsa iustitia. & vniuersalius loca, & ratiocina
tio sunt ꝓpria & vniuersalia: adeo ꝙ possibile est ꝙ reperiant̃ cõmunia oĩbus
quęsitis, sicut declarata est res in secundo Topicorum. sed hic sumit̃ vtilitas de
vniuersalibus, qñ secum cõueniunt particularia, & eis fieret ipsum commune il
lis. & hoc, quando vnumquodq; eorũ definiretur, & describeretur per id, quod
ipsum appropriaret. quoniam finis huius artis est locutio de particularitate, nõ
de vniuersalitate vniuersaliũ: & de illis contingit sermocinatio vulgi sibi inuĩ
cem. & hoc, quia iam homo indiget in applicatione vniuersalium ipsis mate
rijs habitu & vsu: & illud est vnum eorum, quibus excellunt oratores. Iam ita
C ꝙ dictum est de possibili & impossibili, & quando res fuerit vel non fuerit, &
quando erit vel non erit, & de magnificatione & paruifactione.

Caput Vigesimum. De Complemento locorum, Rhetoricorum, & primo de coniectura & opinione.

IAm autem remanet nobis loqui de rebus communibus cunctis verificatio
nibus. & hoc ex his de quibus non est perfectus sermo in primo libro. &
intendo per verificationes communes syllogismos rhetoricos, & loca rhe
torica. Et dicamus ꝙ orationes rhetoricę, sicut pręmissum est, sunt duorũ
generum, exemplum, & inductio. Coniectura vero est pars signi: & maiori
borum parte indigebimus in consilijs, de quibus infra loquemur. Et exemplũ,
sicut dictum est, in hac arte est simile inductioni in arte Topicę, & enthyme
ma est simile syllogismo in illa, Exemplum autem in hac arte est duarum

specierum, Quarum vna est ꝙ loquens exemplificet de rebus, quæ iam fue-
runt & inuentę sunt, sicut est sermo dicentis, ꝙ regi expediat ꝙ non faciat tale D
opus, ne ei succedat, sicut accidit commisso talis regis. Et secunda species est, ꝙ
orator faciat exemplum ipsum opere, & nouiter illud gignat: & aliquando fue
rit pręmissa, & aliquando longa narratio. Longa autem narratio aliquando est
manifestę falsitatis apud proponentem & audientem: sicut est dispositio n na-
tionum positarum in libro Chalila. Et aliquando non est manifestę falsit n:
sicut sunt plura ęnigmata, quibus vtuntur Politici. Et nomen fictionis est ma-
gis proprium pręmissę fictę apud Aristote. & exemplum est magis proprium
existenti. Et pręmissę, quibus consueuit vti Arabum vulgus, & alii in suis r
tionibus, sicut eorum dictum: facias me reminisci ratiocinationis, cuius ob l
tus fueram, & cętera, ingrediuntur hoc genus, Sed quædam eorum sunt pię
missę, quas inuenerat primus, qui loquutus est de eis, vt eas poneret exem-
pla communia pluribus rebus, & de quibusdam loquutum est solum secun-
dum conuenientiam illius præsentis temporis. & obseruatum fuit hoc, & po
situm est exemplum plurium rerum: sicut est sermo dicentis facias me remi-
nisci ratiocinationis, cuius oblitus fueram, quia hęc enunciatio est famosa mul-
titudini Arabum apud primum, qui loquutus est hoc exemplo, & causa h
etiam, Exemplum autem orationum fictarum est sermo cuiusdam antiquorum
ad suam rempublicam, quando ex se, & ex viris suę ciuitatis constituere vole-
bant rectorem & imperatorem quendam, virum notę fortitudinis & vigoris, E
& victorię, vt sibi vinceret suos inimicos. At ille eis consulebat, ꝙ non f
cerent hoc alicuius rei angustia, ne ex hoc procederēt in vehementius malum,
quam sit malum suorum inimicorum, quod est, ꝙ ille vir eos superaret & su
biugaret. Et tulit suum exemplum, & dixit, ꝙ quidam equus dominabatur
cuidam agro, & solus permanebat in eo: & ingressus est quidam veruex, & de-
struebat pascua agri. equus autem volens vindicari a veruece, petijt hominem
si ei posset auxiliari ad vindicandum se ab illo. qui concesit ei dicens, be e
valebo, si tu feres frenum, & gestabis me super tuo dorso tenentem vi m
& corrigiam in manu. cum autem equus obtemperasset ei, & ipse homo supere
quitatus esset. loco quo sperabat vindicari a veruece, redijt ad id ꝙ homo i
sum possedit, & oppressit, & subiugauit dura seruitute. & ait: intueamini ergo
itaque. & inspicite si sumatis frenum, quando illud constituetis in vestro cir
versus vestrum imperatorem, & stabilietis illum ad conseruationem & au-
xilium, ne vobis secum accidat, sicut accidit equo cum homine. Et narra-
tiones Chelile & Dimane sunt huius speciei. Aristoteles autem vocat hanc
speciem narrationum fictarum loquutiones; quia vna pręmissa in eis distinct
est, & posita plura verba. Et dicitur, ꝙ loquutio fiat ad tradendum rei intelli-
gentiam, & ad ipsam apprime declarandum. hoc autem fit pręr assumptionem F
rei vniuersalis, absq; separatione. Vtilitas autem fictę loquutionis est, quia est
facilior exemplo existenti. nam inuentio rerum, quę fuerint iam similes rei, de
qua est sermo in pluribus locis, est difficilis. Loquutio vero ficta est facilis lo-
quutio. hoc autem erit, quando homo haberet vim sumendi ipsum simile &
proportionabile, & sequantur res & dispositiones, quę ex illis gignuntur. Et
hęc vis est via ad ipsam Philosophiam. & hoc, quia per assumptionem simili
fiet constitutio vniuersalis. Vtilitas autem exempli existentis est, quia magis
largitur persuasionem in consilijs. & hoc, quia contingentia succedentia in futu
ro vt plurimum, sicut dicit Aristote. similia sunt pręteritis. Assimilationes au-
tem magis conferunt, quando faciliores sunt: & quando posibile esset homi-
ni ꝙ eas constitueret vehementioris similitudinis cum rebus, de quibus est lo-
cutio. Res autem pręteritę, ex quibus argumentatur, aliquando non sunt ve-
hementis similitudinis, sed sicut diximus sunt vehementioris persuasionis.
Iam itaque dictum est, quot sint species exemplorum, & quo modo expediat
ea fieri.

Coniectura vero, quando notum fuerit quid sit notum, est in quibus rebus

A expediat ipſam fieri, & quando fiat, & quis eam faciat, & quis ſit ſuus finis. Di
cimus antem, ꝙ conie&tura ſit enunciatio, cuius ſubie&tum ſunt ees totales
non partiales. & hoc in rebus eligibilibus & remotis, non in rebus ſpecula-
tiuis, quando illa enunciatio eſſet concluſio enthymematis & principium en-
thymematis alterius abſque ꝙ declaretur ſyllogiſmus ipſam inferens, neque
ſecunda præmiſſa, quę ſecum ſit pars enthymematis, neque concluſio conſe-
quens ipſam. quia quando homo declarat duas pręmiſſas ſyllogiſmi concluden
tes ipſam, illa oratio eſt enthymema. Et ſimiliter quando declarauerit conie-
cturam ex parte, qua eſt principium enthymematis, & declarauerit concluſio-
nem conſequentem ex ea, oratio etiam eſt enthymema. & hoc, quia enun-
ciatio vniuerſalis non euadit quin ſit principium enthymematis, vel id quod
aggregat ambas res ſimul. Et hęc eſt conie&tura, quando non declarantur pręª
miſſę ipſam concludentes, neque ipſa pręmiſſa, quę ſecum ſit pars enthyme-
matis, neque concluſio, quę ſequitur ex illa ex parte, qua illa eſt principium.
Exemplum autem enunciationis, quę quando ſit concluſio ſyllogiſmi ſubtra
&i, eſt conie&tura, & quando ſit cum ratiocinatione eſt enthymema, eſt ſer-
mo dicentis, ꝙ non deceat, neque ſit conie&tura ſermo cuiuſdam, licet fue-
rit doctor ſapientię & magni nominis., qui dixit ꝙ pueros eſſe ſapientes eſt
ſuperfluum, vel fruſtratio mundanorum negociorum, quia ſi ſit in habitudi-
B ne ad ſyllogiſmum ipſum concludentem vel deſtruentem ſuum oppoſitum, eſt
enthymema. & hoc, ſicut ꝙ dicatur ꝙ ſermo illius, qui dixerit quod pueros
eſſe ſapientes ſit ſuperfluum vel ocioſum: quia ſui ęmuli & ęmuli ſuorum pa-
rentum inuenirent locum orationis ad eorum ocium, qui non ſit verus. & hoc,
quia inuidi iam inuenirent orationem pręter ſuum ocium, neque ſequitur ex
eſſe ſcientię moris ocium, ꝙ homines non addiſcant eam, licet non tulerit
hanc orationem. Si autem ferret concluſionem ſeparatam, eſt conie&tura.
Exemplum autem enunciationis, quę quando ſit principium enthymematis, &
ſubtraheretur ſecunda pręmiſſa, & concluſio eſſet conie&tura. Si autem quod
declaratur in concluſione eſt enthymema, eſt ſermo cuiuſdam dicentis, qui di
xit, ego non intueor inter viros huius ętatis aliquem bonum. enim eſt conie&tu
ra, qua enunciauit, ꝙ illa ſit ſua conie&tura. intendebat autem ꝙ eius filius
ſit virorum huius ætatis: virorum autem huius ętatis nemo eſt bonus: ſuus
ergo filius non eſt bonus, Quando autem ſubtraheretur hęc pręmiſſa, & con
cluſio eſſet cōie&tura. quando autem declaratur in cōcluſione eſt enthymema.
Cum autem hoc ſtabilitum ſit de intentione conie&turę, ſpecies itaq; conie&tu- Conie&turę quatuor ſpecies.
rę ſunt quatuor. Primę partis eſt illa, ex quia diuiſus eſt ſyllogiſmus ex par-
te, qua illa eſt concluſio demonſtrationis, & principium demonſtrationis.
Hoc autem fit, quando ſyllogiſmus de illa eſt propinquę euidentiæ per ſe,
C quam audiens libaret aliqua conie&tur; quando loqueretur habens illam con
ie&turam. & hęc eſſet apud audientem, neque eſſet ut ea dubius. & hoc,
quia qoando non eſſet talis diſpoſitionis, conie&tura non largiretur perſuaſio-
nem. Hęc autem pars diuiditur in duas partes. aut eſt opinio, cuius id quod
difficile eſt prelibatur, quando de ea loquitur omnibus aut pluribus: aut eſt
opinio, cuius difficile intelligitur ab ipſis intelligentibus & cordatis, Se-
cunda autem pars opinionem eſt, quam oportet proſequi per ſyllogiſmum &
oratione roboretur. & hoc, quando opinio eſſet abſurda, vel dubia latens
non manifeſta. & hęc etiam diuiditur in duas partes, quarum vna eſt, quam
ſyllogiſmo proſequimur, qui eam concludit: & hoc, quando ſyllogiſmus
eſt per ſe notus, & concluſio non eſt nota. Secunda autem eſt, quam pro-
ſequimur ſyllogiſmo, cuius ipſa opinio eſt pars, & hoc quando meminerit
de opinione & eius concluſione. & ſimiliter, quando enthymema conclu-
dens eſt per ſe notum, & concluſio non eſt manifeſta. Exemplum autem
opinionis, ex qua auferture ſyllogiſmus, & non ſit pars ſyllogiſmi, neque
ipſam ſyllogiſmo proſequimur ex his, quę apud omnes ſumuntur patentis ar-

gnmentationis, est sermo dicentis, ꝙ bonum rerum vt puto & vt opinor, est ꝙ
homo sit corpore sanus. Et exemplum ex illis, quę recipiuntur apud intelligen- D
tes, & apud illos est patentis argumentationis, est sermo dicentis, mihi videtur
ꝙ non sit amicus, qui non semper amat. Et exemplum opinionis, quę fit parua
pars, est sermo dicentis, ꝙ non expediat ꝙ suscipiatur sermo illius, qui fuerit
cuiusdam descriptionis, secundum quod putat & opinatur. Et exẽplum opinio-
nis, quę enthymemate ipsam concludente roboratur, est sermo dicentis, ꝙ apud
me fit opinio de homine, ꝙ non stabiliat suam iram immortalem, cum ipse sit
mortalis. Iam itaq; declaratum est ex eo quod dictum est, quot sint species opi-
nionis, & in quo loco sit aliqua species, & cum quo fuit. & hoc, quia quę-
dam est opinio, quę non indiget enthymemate, qua vtimur cum vulgo, & quę-
dam est, qua vtimur cum pręcipuis egregiis; sicut diximus illarum, quę indig.
enthymemate, quędam est, qua indigeret propter audientem, quando homo vel
let, ꝙ largiatur persuasionem enthymematis concludentis, & quędam est, qua
indigetur ad declarationem, conclusionis, quę infertur ex ea. Quando autẽ opi-
niones sunt turpes extraneę, expedit ꝙ eis pręponatur quidam sermo, qui au-
ferat suam turpitudinem. sicut est sermo dicẽtis: Ego vero ecce me pręsto sum,
sed non facit acquirere alicui homini, neq; commemorat peccata & opiniones
ociosas: quia ego ecce me pręsto sum, non expedit ad corrigendum & tradẽ-
dum documentum prudentię. Quando vero opiniones sunt latentes, expedit ꝙ E
eis pręponatur illud quod eas assuescere faciat & exponat, aduenit autem opi-
nionibus, ꝙ sint insinuationes & res extraneę. & hoc sicut id, quod retulit
Aristo. de assimilatione vsitata apud illos, ꝙ non conueniat ꝙ hominibus retm-
properentur sua vitia, ne multiplicentur hirundines in terra. nam vtuntur hirũ-
dinibus pro viris loquacibus & susuratoribus contra homines, & vtuntur ter-
ra pro taciturnis. ac si dixissent, ꝙ non expediat nobis ꝙ blasphememus homi-
nes commemorando eis sua vitia, ne permutentur qui taceant de nobis, & red-
dantur blasphemantes nos blasphemia reimproperante peccata, & aduolent cir-
ca nos, & exclament, sicut faciunt hirundines. Hominem autem introducere in
suum sermonem ipsam opinionem moris est, ꝙ significetur dictionibus significã-
tibus constitutionem ipsius opinari illam opinionem: sicut est sermo dicentis id
quod est apud me, est quod volo, aut quod puto. Id autem conuenit hominibus
decrepitis. & hoc de rebus, quas experti fuerint, & comprobauerint. Cuius ve-
ro non est hęc descriptio, hoc non introduceretur ab eo. & similiter vsus assimi
lationum conuenit decrepitis expertis assumptionis oneris alicuius hominis in
se: sicut fert Aristo. sermone de eo, qui non est expertus, est ignorantiæ, & ma-
læ educationis. Expedit autem ꝙ signum, quo vtimur in opinionibus, sit vni-
uersale, sicut est sermo dicentis, ꝙ venerei sint mente capti: quia illi cito dissi- F
pant quę apud eos sunt: & mente capti cito dissipant quę apud eos sunt. hoc
enim signum est in tertia figura, & eius pręmissę sunt vniuersales. Si autem
consulens non posset ferre opinionem vniuersalem, expedit, ꝙ ipsam ferat vt
plurimum. & si ei possibile fuerit ferat ipsam, qua est plurium quam vnius, &
eam sumat vniuersalem, & conducat imaginari de ea ipsam vniuersalitatem, &
si hoc necessario fuerit. hoc autem vtimur in signis in figura tertia, quia ibi in-
fertur conclusio particularis, & putaretur ꝙ sit vniuersalis. Et expedit ꝙ in cõ
silii traditione in opinionibus, vtamur vulgatis assimilationibus; sicut est ser-
mo dicentis, ꝙ aurora nota sit oculos habentibus, quoniam tales assimilationes ipsę
eędem sunt opiniones, & cum hoc sunt testimonia. Et expedit, ꝙ vtamur rebus
ꝓhibitis omnibus, & conuenientibus secundum opinionem, hoc est sermoni-
bus qui animã delectant, vel qui ipsam dolere faciũt & contristant, exaltãt vel
vilipendunt. sicut ꝙ dicatur modus, qui aliquñ orditur versus depressionẽ, et ali-
quñ versus magnificationem: & sicut diceret quispiã, non tibi displiceat ꝙ iã no-
uerim tuos mores. nam hic sermo ferret laudem & vituperium. & tales sermo-
nes, quñ fiunt secundum modũ opinionis, magis occurrũt: sicut quispiã diceret illi, qui
esset iratus, quñ nũciata illi fuisset de eo aliqua res, ꝙ illa sit falsa secundum meę opi

Quibus i rebus cõiectu-ris vtimur.

nionis facultatem, quia talis sermo auferret eius iram, & efficacior est, qñ fit se
cundum hunc modum, hoc est scdm modum opinionis. Et moralis locutio, quã-
do fit scdm modum opinionis est vtilior: & illa ex moralibus, quę conuenit, est
locutio, quę conuenit virtutibus: sicut ꝙ dicatur, ꝙ non expediat nobis, ꝙ ame
mus secundum eam mensuram, qua odimus: hoc est, ꝙ amicitia digna sit esse
maior. Expedit autem, ꝙ ille sermo, quo homo sermocinatur, sit ex sermoni-
bus moralibus secundum opinionem audientis: & secundum qđ sibi placet de
illo more, & in potentia connexus sit illi. quia per hoc esset sermo vtilior, quia
constitueret cito in suo animo in actu quod est in potentia: sicut quando videret
decrepitum agentem opus pueri, & ei diceret, hoc non conuenit decrepitis: sed
eis conueniens est sic, & hic. quia quando hic sermo succederet illi, in cuius ani
mo est cogitatio illius moris, expedit itaq; ꝙ succedat motus ad illum. Si autem
impossibile esset ꝙ sermocinetur morali locutione aliquis illorũ, in quibus est
cogitatio illius moris, expedit, ꝙ consequatur orationem moralem per enthy-
mema largiens persuasionem. exempli gratia, sermo dicentis apud me non ex
pedit alicui homini, ꝙ eius amicitia sit parua scdm mensurã eius odii: sicut qui
dam homines fuerunt, sed oportet ꝙ semper amicitia sit maior: quoniam hęc
opinio est mensurę, vel loci. nam hoc exemplum aggregat paruipensionem mo-
res, quem descripserat, & sui contrarii turpitudinem, cum mentione enthyme-
B matis sufficientis ad hoc, vel sicut, si sic diceretur, hic sermo non est apud me
conueniens: hoc est, ꝙ homo amet parum secundum mensuram, qua odit, sed ex
pedit amanti, ꝙ eius amicitia sit perseuerans vehemens. nam expediens est, ꝙ
odit prauorum sectam vehementi odio. quia quando hoc modo vsus fuerit hic,
congregauerit tres res, ꝙ sit opinio, & enthymema, & mos. Illud quidẽ esse opi-
nionem, quia vsus est dictione significante illam, hoc est, quando dixit apud me
morem autem, quia tetigit morem amicitię. & pręmissa enthymematis, quod
fit, est, quando dicitur expedit, quæ sumitur ex loco contrarii. quia si expedit ꝙ
odit prauos vehementi inimicitia, expedit itaq; ꝙ diligat bonos excessiua ami-
citia. Et vtilior locutio moralis est, qñ aggregauerit oĩa hęc tria. Et vsus locu-
tionis secundum modum opinionis habet quasdam vtilitates. Quarum vna est,
quia notitię & cogitationes plebis sunt ex rebus particularibus, & hoc, quia
impossibile est, ꝙ suis intellectibus insint res vniuersales, sed eas imaginant cũ par
ticularitate. & qñ sermocinaremur eis de ipso vniuersali per signum particulari
tatis, quam comprehenderant, gauderent eo quod adepti essent de illis rebus par
ticularibus ex vniuersalitate. hoĩes autẽ naturaliter amant perceptionem. Hoc
itaq; est vnũ, ꝓꝑ qđ prouenit opinatiua locutio. Alia vtilitas ẽt est: quia cuiusli
bet hominis sunt quędam res, quas eligit & cupit, & res quas nõ eligit. & quã
C do eum oraremus pro eo non cuperet vniuersale commune illi, & illi quod cu-
pit, festinat recipere ipsum vniuersale. & hoc propter indigentiã illius, & perfi-
ceretur res persuasionis eius de illa re. & si illam conduxerimus prope illud, re
ciperent illam, sed non occurreret nobis persuasio de illa. Exẽpli gratia, quia il-
le, qui habet prauos vicinos vel transgressores filios, susciperet dictũ ꝓferentis,
ꝙ in mundo non sit deterius ꝙ̃ vicini & ꝙ̃ filii. Et ex illius vtilitatibus est, ꝙ
ostendat, ꝙ vnusquisque possit ex seipso ferre syllogismum constituentẽ illud,
quem consuetum est ipsum obmitti: & constitueret audientem modo, quo in suo
animo concipiat, ꝙ sit habentium necessitatem & notitiã sui syllogismi, & fie-
ret hęc cã verificanti, & ipsum prosequeretur. Et ex suis vtilitatibus ẽt est, qa
quando aliquis homo oraret de aliqua re, & renuisset suo responso hãc orationẽ
considerans turpe esse ꝙ inclinetur oratione alterius ad rem, in qua firmata est
eius animo pertinacię & peruicacitas. quãdo autẽ oraret ꝓ vniuersali illius rei
loco ipsius rei, possibile esset ꝙ nõ obiiciat illi orationi, & ipsam reciperet, post
quam eum latuisset res illa, quod erat oratoris intentum. Et quinta vtilitas, quę
est magis propria, & præstantior his oĩbus, est quia opinio constituit moralem
locutionem. Fit autem moralis locutio in opinione: quia opinio est enũciatio vni
uersalis de rebus, quę eliguntur vel abiiciuntur. Vniuersalis autem enunciatio
de rebus, quas homo cuperet, ipsum promoueret, ꝙ induat morẽ illius, qui illas

easdem res eligeret aut abiiceret. & ideo opinio esset iocunda audienti & oratori. Et aliquando ipsa eadem opinio fit moralis, si separaretur absq; eius materia: D
hoc est absq; rebus eligibilibus & vetitis. quia ipsamet opinio ferret hominem ad induendum morem illius, qui eligeret illa res. Et illę res sunt, vt Arist. ait, in quas semper vertitur voluntas & cordis imaginatio ? hoc est, in quos vertitur volnntas & anima. & illę sunt, quas homo diligeret sibi inesse vel ipsum notum de eis esse & diuulgari. Iam itaque dictum est quid sit ipsa opinio, & quot sint eius species, & ꝙ sint quatuor, & ex quibus rebus fiat opinatiua oratio, & quę sit proportio opinionis ad res, & ꝙ illa fiat vniuersalis, & ꝙ vt plurimum fiat de rebus moralibus, & ꝙ ipsa vtatur assimilationibus. & dictę sunt etiam suę vtilitates, & de quo fiat.

Caput Vigesimum primum. De Enthymemate, eiusq; præmissis.

POst hac expedit ꝙ loquamur de materia enthymematum: & quibus dispositionibus oportet ꝙ fiant. deinde loquemur de locis. Veruntamen ꝙ enthymema sit syllogismus quidam, iam dictū est in pręmissis: & declaratum est quis modus syllogismi sit. Pręmissę vero enthymematum expedit ꝙ nō sint ex rebus diuulgatis nimium: econuerso dispositioni pręmissarū topicarum: quia illę vbi fuerint magis diuulgatę pręstantiores sunt. neq; ēi sint ex rebus latentibus, quę declaratione indigent: sed oportet ꝙ sint ex mediis inter has duas species. Et illę sunt pręmissę, quæ non sunt in actu apud audientē, sed illico quam primum proferuntur, reciperet illas ipse audiens, & ei occurreret verificatio illarum. nam propter suam diuulgationem assereremus illas. nam nullam rem facti acquirere, quę non est apud audientem. altiora aūt ignari plebis renuunt recipere ea, & quę non consueuerunt: sed loquuntur de latenti vt plurimum, & festinant loqui de talibus premissis. nam ipsi opinantur diuulgata, quę non sunt apud audientes. & hoc propter earum paucam necessitatem: & putant ꝙ id, quod est apud eos notum, ꝙ sit notum apud omnes. Hę itaq; sunt species turpium pręmissarum ipsorum enthymematum. Tertia autem species pręmissarum, quibus imperiti vtuntur, sunt etiam pręmissę, quę indigent pauca declaratione. nam periti derident tales pręmissas, & non festinant loqui de eis, sicut iuuenes faciunt. & vniuersalius non expedit, ꝙ pręmissę harum artiū sint ex omnibus, quę vulgus nouit & putauit, sed ex rebus notis constantibus iudicibus vniuersale illis, qui accepti sunt apud multitudinem, aut & acceptis apud iudices, licet in se sint decentes & hoc, quando pręmissę fuerint notę omnibus his acceptis vel pluribus eorum: & similiter omnibus acceptis his apud iudices, vel pluribus eorum. Expedit autem ꝙ pręmisse enthymematum sumantur ex rebus necessariis, non tamen omnium: immo & ex possibilibus vt in pluribus. quia iam fiunt in Rhetorica pręmissę necessarię vt plurimum: quoniam ?? mur in Rhetorica premissis necessariis sibi notis per res non necesarias. Et expedit ꝙ proponens sciat rem, de qua intendit loqui, & ratiocinetur per ipsam, vel in rebus consultiuis, vel de aliis capitulorum necessariorum ad ratiocinationem, hoc est inhibitiuorum vel iudicialium. & hoc quando scientia iam comprehenderit genus illius rei, de qua vellet loqui, vel rem illius generis de qua vellet loqui. quia nisi fuerit apud eum notitia de illa re, non posset largiri persuasionem de ea. Quo modo enim possemus consulere hominibus de bello, cum nos non nouerimus suas copias, quę sint: hoc est, an equites vel pedites, vel arciferi, vel astarii, vel gladiatores, neque quotus sit illorum numerus, neque qui sint eorum confęderati, nec qui sint sui inimici, neq; quibus bellis militati essent, neque quos debellauerint, & quo modo militati essent: adeo ꝙ sciamus suam solertiam & rectitudinem in bello. aut quo modo possumus laudare viros, quorum nescimus honores & eximios primatus. laudatī enim laus fit de rebus ei inexistentibus propter decens decus, quod suo animo inest. Et simili-

A ter quando de aliquo enunciamus, ꝙ ipse sit consulens, vel laudans vel vitupe
rans, aut acusans vel respondens, narraremus de illo, ꝙ ipse iam operatus sie illa
lis easdem res, quas nos essemus operati, si nos conuersi essemus in illud opus:
hoc est res, quę insunt rei, quę pee illas disponitur secundum decorum & tur-
pe, laudem & vituperium, vt dictum est in capitulo laudis: vel denominaretur
per illas in opinione & damno in consilio, vel iniquitate & rectitudine in accu
satione. & hoc eodem modo, hoc est per dispositiones inexistentes, quibus de
nominantur aliæ res quam homines, sicut eis denominamus homines. quoniam
hic etiam sunt aliquę res pręter homines, quę laudantur & vituperantur. Et
vniuersalius denominamus bonos & malos pee operationes, quę sunt ex ipsis,
qua ipsi sunt boni vel mali, non per quamcunque rem contingentem, sed qua
sunt appropriate rei, de qua est sermo singularum rerum, qua fiat persuasio per
sermonem syllogisticum, siue sermo syllogisticus sit debilis vel fortis. Vnus au
tem syllogismus excedit alium syllogismum, quando eius pręmissę fuerint no
tiores, & connexio partium suarum pręmissarum sibi inuicem fuerit maior, &
sui termini medii fuerint propriores rei, cuius stabilitas intenditur. Manifestum
autem est, ꝙ non expediat ꝙ enthymematum pręmissę sumantur ex quacunq;
re contingerit, neque quomodocunq; contigerit, sed expedit ꝙ sumantur secun
conditiones. quę dictę sunt, & secundum definitiones, quę narratę sunt: sicut est
B seu ex rebus, quę inexistunt rei, de qua est sermo: & ꝙ sint receptę apud pre-
cipuos egregios viros, & cuius nomen promulgatū est. & hoc in duabus specie
bus pręmissarum, hoc est possibilium, & inuentarum seu de inesse: & sic de reli
quis conditionibus quę dictę sunt. Et quando pręmissę sunt ex rebus, quę sunt,
hoc est verę, & quę magis propriæ fuerint ipsi rei, magis traderent persuasionē
quam illę quę sunt vniuersaliores & paucioris veritatis. Pręmissę autem vni-
uersales insunt pluribus rebus. verbi gratia, ꝙ quispiam laudet Aristo. quia fue-
rat sapiens. nam hęc res continet Arist. & alios sapientes. Illę vero, quę ipsum
appropriant, est itaq; , sicut si diceretur de eo ꝙ ipse sit, qui inchoauit sapientiam,
& eam compleuit. Hic itaque est sermo de conditionibus pręmissarum, quę sunt
plurium specierum.

Caput Vigesimum secundum. De locis, quæ sunt sedes Enthymematum.

EXpedit autem, ꝙ loquamur etiam de locis, ex quibus educuntur enthy-
memata. Et vniuersalius loca, quę sunt enthymematum fundamenta.
quia possibile est nobis ꝙ inueniamus pręmissas enthymematum pee
C notitiam locorum modo artificiali, quę sunt initium sermonis, qui expe
dit nobis esse de notitia dispositionum pręmissarum: quia loca vniuersaliter sunt
denominationes pręmissarum, & ipsarum dispositiones, vniuersaliores illis, quę
sumuntur ad esse pręmissarum. Et dispositiones pręmissarum, de quibus præces
sit sermo, sunt etiam attributa propria quam loca. loca autem primo diuiduntur
ad diuisionem enthymematum. Et enthymematum primo sunt duę species, con
firmans & probans, sicut est dispositio syllegismorum topicorum. Et confirmās
quidem est syllogismus, qui concludit, ꝙ res sit ens vel non ens, ex pręmissis,
quę concessę sunt. Enthymema autem probans est, quod concludit rem ex
pręmissis interemptis denegatis: sicut est sermo dicentis, ꝙ illius species sit
vtilis illi: cui si esset vtilis, esset primum, ad quod consulens festinaret. & hoc,
quia consulens obmittit rem, cuius obmissio est denegata. & cum comple-
uerimus loca secundum has duas species ipsarum specierum enthymematum,
illa fient nobis consueta: sicut iam declaratum est, cum peruenerint ad nos in
esse omnes pręmissę particulares vtiles singulis rebus dispositionum particula
rium, de quibus diximus, ꝙ vna suarum conditionum sit, ꝙ sint receptę apud
singulas sectas. Ex his itaq; locis inducemus enthymemata in consultiuis, quę
sunt de noxio & vtili, Et in ipsis inhibitiuis illorum, quę sunt de laude & vi-

tuperio. Et in iudicialibus, & his quę sunt secundum ius & iniuriã, & affect... D
& exultationes. Et dicimus, ꝙ ex quo loca sunt trium specierum, vel locus co
firmatiuus, vel probatiuus, vel fallens: expedit itaq; nobis meminisse singularũ harum specierum per se. deinde post hoc procedemus in sermonem de contradictionibus & oppositionibus, & vnde expediat ꝙ iudicantur enthymemata illarum.

Locus ex contrarijs.

Et vnus locorum confirmantium est sumptus ex contrarijs. Et hoc, quia expedit ꝙ speculemur an contrarium prędicati insit contrario subiecti: & si insit ei, iudicaremus ꝙ prędicatum insit illi subiecto. si autem inueniremus ipsum negatum ab eo, iudicaremus, ꝙ prędicatum sit negatum a subiecto. Exempli causa; si bellum sit augmentũ malorum contingentium, pax itaque expedit, ꝙ hoc corrigat, & ipsum auferat.

Ex similitudinibus, & casibus.

Secundus autem locus est ex similitudinibus, & casibus, qui dicti sunt de bonis: quia casus & similitudinum iudicium de eo quod affirmatur vel negatur, expedit ꝙ sit vnum. & hoc, quia si continentia sit bonitas, continens est bonus.

Ex relatiuis.

Tertius autem locus est ex relatiuis. quia si actio sit iocunda & recta, passio itaq; est iocunda & recta. verbi gratia: quia si venditio sit iocũda, emptio itaq; est iocunda. Et aliquando accidit in hoc fallacia, & putatur ꝙ si iure successit actio in patiente, iure passus est patiens: vel econtra. Defectus autem huius loci est, quia quando de homine aliquo decreta sit sententia mortis, quia interfecit ipsum zayad. & licuit illius consanguineis ipsum interficere. alius autem superuenit, & eum interfecit: qui non erat illius consanguineus. deinde ille defenderetur dicens, si iure licuit ipsum mori, eius itaque interemptio iure licuit: dicendum est, ꝙ secundum legem non licuerit, & ideo oportet ꝙ speculemur d... as res, quę sumuntur ex prędicamento relationis, an sumptæ sint, vno modo, vel duobus modis: & tñc expediens largitioni persuasionis huius. & hoc, quia tam persuadet ꝙ duobus relatiuis adueniat vna res. Et hoc, quando sumuntur vno modo, & illius contrarium etiam persuadet: quia duobus relatiuis aduenit res diuersa, quando sumuntur duobus modis; & decet oratori ꝙ eligat huius vtile in singulis locis. E

Ex magis et minus.

Quartus autem locus est ex magis & minus, sicut si diceretur, ꝙ quando quispiam percutit suum patrem, percutiat suum consanguineum. & hoc, quia quando id est ens, quod est paucioris esse, id itaq;, quod est pluris esse est ens necessario. & hoc, quia percussio parentum est paucioris esse, quam percussio consanguineorum. In destruendo vero est huius contrarium: hoc est, ꝙ quando non est ens id, quod magis est, id itaque, quod est minus, est non ens. & hoc, quia quando homo non percutit consanguineos, dignius est ꝙ non percutiat patrem. & qñ eo vtimur in destructione, procedimus ab eo quod est magis ad minus.

Ex propulsione in eum qui operatus est.

Alius autem locus est proprius Rhetoricę, qui continet cuncta loca, quę non reperitur oratio ea continens: nisi ꝙ ille vniuersaliter decernat propulsionem oratoris, per id, quod iam esset operatus, vel per id, quod operaretur, vel per aliquam rem, quam nec operatus esset, neque operetur. Ex quibus est, ꝙ defendet illum, qui reperierit aliquam rem, vel aliquas res difficiles tibi, ꝙ ipse operetur quod est ei difficile, vel non valeret illud operari. Et ex illis est, ꝙ tu petas alterum, ꝙ operetur id quod scis, ꝙ non valeret illud operari, & quod ille non habeat ipsum, vt putet de te, ꝙ tu sis illorum, qui habent illam rem. Et ex illis est, ꝙ tu tribueres alteri vitio rem, quam scis tibi inesse: vt putetur ꝙ id qđ tu tribuis vitio alteri, non insit tibi, & hoc, quia id, qđ aliquis homo tribuit vitio alijs, conducit ad putandum de eo ꝙ ipse illud aufugiat: cum id quo ipse afficeretur, tribueret alijs vitio, & putaretur per hoc contrarium. Et similiter ꝙ alijs expedire asseras aliquod bonum, quod non inest tibi, vt putetur ꝙ tibi insit. & huius generis est inculpare sine culpa. Et ex illis est prosecutio additionis conditionum in aliqua oratione: adeo ꝙ reddatur ratiocinatio, vel minutionis conditionũ, donec reddatur ratiocinatio. Et ex his, quibus fit increpatio accusantis est, ꝙ accusatus declaret, ꝙ ille sit ei coęqualis secundum malitiam. & ꝙ ille non sit eo pręstantior; quia coęquatio secundum malitiam non ponit aliud

homini

A homini contra aliquem hominem locum accusationis. & hoc, quia sicut coequatio secundum bonum inferi laudem a se inuicem, sic coequatio secundum malitiam remouet vituperationem a se inuicem.

Alius autem locus sumitur a definitione, quę cōmunis est cunctis artibus. Intentio autem definitionis hic, est quicquid recipitur φ sit definitio, vel putetur de eo. φ sit definitio, siue hęc fuerit vera definitio, aut descriptio: vel cōmutatio cuiusdam nominis loco alicuius alterius nominis: vel notificatio rei per suum genus. nam omnia hęc ingrediuntur hoc capitulum assumptio autem huius exempli est ex ea re proxima rei, quę diuulgata est apud nos. Et Arist. meminit ad hoc quotundam exemplorū, quę fuerunt hominum notorum suę ętatis. — A Definitione.

Et alius locus est a diuisione, qui est, φ diuidas prędicatū vel subiectum, quia quando res sumitur vniuersalis, videtur φ sit recta: & vniuersalius φ sit alicuius dispositionis. quando autem diuisa fuerit, patet, φ sit econtrario illius dispositionis. sicut si diceretur, φ qui nequam fuerit, secundum aliquam trium causarum nequitiam commiserit tali vel tali aut tali causa: quarū duę impossibile est φ sint, tertia autem non putatur remota. — A Diuisione.

Et alius locus est sumptus ex inductione alicuius, qui pręcesserit, Exēpli gratia, qui vellet vilipendere alij viro dispositionem legis, vel solertem ad illā illū redderet & ferret φ talis & talis sic & operatus fuisset ex his, quę legi aduersantur: & non nocuit ei, imo aucta est eius dispositio, & exaltatum est eius dominū: vel diceret, φ talis obseruauit sui Dei legē, & fuit hoc causa φ perseuerauit, & continuatum sit eius imperium, & adaptatum sit eius regnum. — Ex inductione.

B Et alius locus est ex locis oppositionis, qui est, φ ferat iudicium de aliqua re quodam iudicio, quia eo tulisset iudicium, qui eum pręcesserat, vel de illa eadem re, vel de suo simili, vel de suo cōtrario: hoc est, φ iudicium de aliqua re sit secundum contrarium iudicij de suo contrario: & maxime si illi, qui tulissent iudicium essent omnes, & multitudo, & sapientes cum illis, vel plures illorū. & esset illud iudiciū continuum, vel id de quo ferret indiciū ipsa multitudo, vel facientes omnes, vel quidam eorum. Et similiter etiam, quando tulissent de illo, essent hi, de quibus putaretur, φ non ferrent iudicium peruersē, econtrario ipsius boni, vel econtrario vtilis, vel econtrario recti. sicut sunt nati cum parētibus, & cum magistro, horum iudiciū sit oratione, & aliqū sit opere, & aliquando sit natura: hoc est, quando non fuerit suę aptę naturę res illa: sicut est ser mo dicentis, φ mors sit causę materię: & per hoc ferret iudiciū, φ Deus excelsus nō sit mortalis. Exemplum vero huius de magistro & parentibus est manifestum, & hoc, qñ argumentantur de homine suis opibus & suis orationibus. — Ex iudicato.

Et alius locus est diuisionis prædicati, qui communis est tribus artibus. exempli gratia, sicut si quispiam diceret destruendo, quo pacto talis debeat fugari: quia sacrilegū vinum bibit, aut quia adulteriū patrauit, aut quia statuta est transgressus, vel quia abnegatione innotuit φ detinuerit bona sui socij. — Ex diuisione pdicati.

C Alius autem locus putatur φ sit locus connexi, cuius meminibus in bonum, aut est pars loci connexi: & hoc, φ speculemur id quod boni vel mali accidit rei, & ei connectatur: & vniuersalius ex connexis conuertibilibus: & hoc in omnibus speciebus, hoc est, consultiuis, & iudicialibus, & inhibitiuis. Verbi gratia, φ diceret quispiam, φ assumptione documenti intelligentię ab ipso discipulo connectatur ei malum, φ ei inuideatur. id autem boni quod ei cōnectitur, est φ ipse sit sapiens. Sicq; expedit ergo homini, ne sumat intelligentię documentum, ne ei inuideat, vel sumat intelligētię documentū, vt euadat sapiēs. & hoc, quando visus esset cautione ab altero duorū cōuertibiliū, vel illius pręlectione. Hic autem locus fit in ipsis possibilibus, & in reliqs rebus. At ille placet secūdum id qd ei est ordinationis duorum conuertibilium mutuo vnum ad aliud. — Ex cōnexo.

Et alius locus est, φ constituat vtraque duo contraria aut duo opposita vniuersaliter opposita duobus, aut simul: vel φ vnum vtriusque adueniat alteri duorum contrariorum solum. Primus autem est locus, qui premissus est. & hoc, quia vtriq; duarum rerum & assumptioni documenti sueque priuationi aduenit bonum & malū simul. Quod vero adueniat vtriq; eorum altera duarū re- — Ab oppositis.

enim, est itaq; sicut sermo dicẽtis, si loquar dicam verum vel falsum. si aũt dicã falsum Deus oderit me: & si dicam verũ, oderunt me homines. Silentium ergo expedit, vel diceretur. sed expedit eloquiũ: quia, si tu dices verũ, Deus te amabit: si autem diceres falsum, amarent te homines. Differentia autem inter hunc locum & primũ est, quia connexa ibi alteri duorum cõtrariorum nõ contrariatur: quia inuidia & sapientia non contrariantur, sed posibile est ꝙ coniungantur in vno subiecto. hic vero connexa imposibile est contĩgi. & hoc, quia Dei amor est iustitię, & amor hominum est nequitię. D

Ex contrariis.

Alius autem locus est, ꝙ intelligas premissas contrarias, hoc est, ꝙ percipias vnum duorum contrariorum illorum, ꝙ sit honestum. & ꝙ omnes ipsum concedant manifeste, & expresse. & aliud contrarium sit vtile & omnes illud concedant apparenter, & in narratione. nam quando orator apprime cõsideraret in hoc loco tales premissas posibile esset ei largiri persuasionem alicuius rei, & sui contrarii. & ille est admirandus & bonę industrię. Exempli causa, ꝙ quispiam diceret intendens dissuadere ad inhibitionem vini, ꝙ illud sit prohibitũ: quia illud sit abhorrendum & delictorum ianua: quia secundum manifestum & honestum concederent hoc homines. Alius aũt diceret, ꝙ illud sit homini vtile ad suam sanitatem, & bonificet suæ dispositioni & suo ingenio: nam cordis imaginationibus homines concederent hoc.

Ex duobus locis locorũ contrariorũ.

Alius autem locus est compositus ex duobus locis locorum opinionis: quorum vnus est compositio contrariorum, & alter est contrarietas premissarum ipsorum contrariorum. hoc autem est, sicut sermo illius, qui increpatus est ftultis subiectionis sui filii grandioris, quando ille diceret. Si vos stabiliretis grãdiores adolescentulos in coetu virorum, sequeretur ꝙ viri minores sint adolescentuli. quia oratio, quę dicit adolescens grãdior est vir, est cõtraria illi, qua dicitur vir minor est adolescens: cum vir & adolescens sint oppositi, & similiter grandior et minor. Et aliud exemplum huius est, ꝙ dicatur, nisi vos stabiliretis illos qui vobis famulantur abhorrendos & reiiciendos, quãdo turpia patrassent, non leniretis cõtinentes, nec eis famularemini. Alius aũt locus est, quãdo sunt duo contraria duobus oppositis, quibus annectatur vna eadem res, sicut est sermo dicentis, ꝙ Deus sit creatus, & ꝙ ipse non morietur. vel quando diceremus, ꝙ nõ sit creatus, & morietur: quia illud quod sequitur ex vtrisque his oppositis, est vna eadem res, quę est, ꝙ Deus non esset ipse Deus. sequitur aũt illa vna res, quia non sunt vere opposita, sed per accidens: sicut dicitur de diuulgata quęstione, an expedientius sit homini philosophari vel nõ philosophari: quia quocunque duorum modorum aliquis vir responderet, sequeretur ei ꝙ philosophandũ sit. Et ex hoc est repulsio Pythagorę a Platone: & huius loci est sermo dicentis, ꝙ ęqualis sit offendens in Deum, & offendens in eius prophetam. F

Ex assũptione premissarũ cõtrariarũ.

Alius autem locus expedit in assumptione premissarum contrariarum, qui est, ꝙ hic sint quędam dispositiones rerum, quę dispositiones adueniunt rebus contrarijs. Et quando illæ dispositiones sumerentur medij termini, posibile esset per eas largiri persuasionem alicuius rei et sui contrarij. Hic autem locus contrarius est reliquis contrarijs: quia hę dispositiones sunt contrarię. verbi gratia, quia aliquis diceret apud timorem, ego non interficerem, sed fugerem, quia per fugam euadam. & quando cõsiderem, interficerem. vel quispiã diceret, qđ timerem interficerem quia homicidio euaderem, quando aũt considerem nõ inciderem homicidio. In hoc autem exemplo constituimus modos, ex quibus sequuntur varii fines. quod fit quando speculamur res, quę quando fuerint, ferrẽt duos fines diuersos vel fines plures, quia non oĩno, quando sumimus illas res medios terminos, esset nobis posibile per eas persuadere rem & suum oppositum. et hoc est, sicut quando diceretur, ꝙ talis non torqueat talẽ, quia lex ipsa decreuit illius tormentũ, sed quia ille liuore odit illũ. Et sicut aliquis diceret de re, quã aliquis homo condonatus esset alterum, tu condonatus es illum eam rẽ ad ipsum vituperandum et vilipendendum, quia carbones tu proiicis in suum caput: alius autem diceret, ꝙ donum sit fidum amici donum. Ille autem locus fit in tribus speciebus oratorus.

Ex cõtinente controuersias & cõsultores.

A Alius autem locus est continens controuersias & consultores: qui fit, quãdo speculamur res quas homo cupit, & res quas non cuperet: & dispositiones quibus fiunt res: qñ illę sunt vel non fiunt, quãdo sunt priuatę. Et huiusmodi est, ꝙ si res esset possibilis, & facilis, & vtilis sibi suisq; amicis, siue sit nocens inimicis, siue non nocens: vel illius damnum esset minus quã vtilitas eius, expediret, ꝙ fierent hęc, & similia. illa vero, ex quibus homo se abstineret, vel subtraheretur ex eis, sunt horum contraria. Et ex his accusant illi, qui accusant, & respondẽt hi qui responsuri sunt. Accusatio quidẽ est ex his, ex quibus hõ se abstinet, & ex hoc loco. & putauit Aristo. ꝙ sumitur oratio duorum virorũ veterũ diuulgatorũ in oratoria apud illos. Expedit autem, ꝙ premisse, quę sũt hic, sint ex rebus cogitatis acceptis in initio imaginationis, non ex rebus, quę nõ confirmantur: sed oportet ꝙ sint ex his, quę possibilia sunt, vel recipiuntur, & occurrat in eis quasi persuasio cito & leuiter. & hoc, quia res, quarũ occurrit confirmatio, sunt duarum specierum: quarum vna est illarum, quas qñ homo eas audiuerit, confirmaret illas, & ex seipso eas reciperet. Altera autẽ est illarum, quas, quando homo audiret eas, reciperet propter suam diuulgatam notitiam, & hoc, quia ille sint apud omnes laudabiles. In prima autem specie occurrit confirmatio: quia putaretur esse secundę, hoc est diuulgatæ notitiæ. Et premissæ putatę sunt duarum specierum: quædam species est illarum, quas cõfirmãt, quia sit diuulgatę: & aliqua species est illarũ, quas confirmant viri,

B quia putantur diuulgare. & hoc, quia confirmationes sunt trium specierum, vel verę, vel diuulgatę, vel inconsideratę. Quando autem Rhetorica oratio nuda esset ex his duabus speciebus, & non esset ex his, in quarum occurrit confirmatio cito, & leuiter, non est digna vt ea vtamur in hac arte. Exemplum autem illius, in qua occurrit quasi persuasio, est quod dixerunt veteres, ꝙ leges indigent lege, quę eas conferret, sicut piscis, qui est in mari indiget sale, cum in mari sit sal: & sicut oliuę indigent oleo oliuę, cum in eis sit oleum oliuum. quia licet hoc non persuadeat, est prope illud quo occurrit persuasio. quia qñ ei additur ꝙ piscis indigeat sale, qñ intendimus eius conseruationem & permanentiam, & ꝙ ei stabiliatur alius sapor, & sic addatur oliuis, quando intenditur earum permanẽtia & saporis permutatio, hoc est, ꝙ in eis ponatur oleum oliuũ. Et si non, quonam pacto esset quasi persuadens ꝙ dicatur id quod est insale, indigeat sale: & in quo est oleum oliuum indigeat oleo oliuo?

Caput Vigesimum tertium. De locis Increpationis.

C QVędã increpationis loca sunt, quando homines considerant bona & mala, quibus mẽtionem faceret de aduersario in laudem vel vituperium ex his, quę sunt extra rẽ, de qua fit oratio, et hoc siue fuerint ex his ex quibus est pronunciatio nouorũ apud homines & assueti sunt ea dicere, vel apti essẽt assuescere illa dicere, licet nondũ ea pronũciauerint, hoc est ex operationibus aduersarijs & suis orationibus presentibus & preteritis. & faciũt hinc increpationẽ aduersariorũ, sc̃dm qđ eis res expedit. sicut si aliquis homo diceret: vos nunquã mihi dedistis aliquam rem, ego vero pluribus vestrum cõdonatus sum. Et vniuersalius perscrutatio hic est de oĩbus his, quorũ mentionẽ faciũt cõtendentes simul ex his, q̃ sunt extra premissas, quibus vtuntur ad rei declarationem. Alius aũt locus est acceptus ex similitudinibus operationum, quibus hõ increpat. & ex sibi similibus & similibus cõtendentibus viris. & hoc, qñ ille, qui accusatus est, non posset cõstituere causam per illam rẽ. Causa aũt rius, hoc est eius remotionis ab eo, adeo ꝙ auferat turpitudo, quę de eo est dicta, quia tam defenderet se, qui accusatus erat, quãdo accusator operatus esset simile illius operis, vel ꝙ illud idem opus fuisset a similibus hoĩbus. hæc aũt est coęquatio. orator vero vertitur ad illud, quãdo nequit tradere causam, quę remoueret suspitionem ab eo. Alius autem locus est, ꝙ ipsa eadem res stabilita sit causa: & illa est vera petitio principij. hic vero largitur persuasionem pp eius diuulgatam notitiã: & plebs non putat de eo, ꝙ sit fallatia, & hoc cũ muta

uerit accentum, vel in sui permutatione, non quando ferret eandem orationem. sicut ꝙ dicatur, ꝙ sit ens, vel non sit ens: sed sicut dixerunt quidam veteres, quando expulerant quendam virum a sua ciuitate, & ex regione suę familię, cum diceret ꝙ ille erat ingenuus in sua familia, & in patria eius. quia hoc scriptum erat in capite ciuitatis: in marmoreis columnis stabilitum est eius nomen marmoreę ergo columnę sunt testes. & hoc, quia consuetum fuerat apud eos, ꝙ scriberentur nomina habentium generositatem ciuitatis in locis publicis. et hoc erat apud eos, ac si quispiam diceret, ꝙ prosapia talis sit talis, quia habeatur de eo testimonium in libris diariorum. Alius vero locus increpationis est, quando aliquis operatus esset, & obmisisset quod est pręstantius illo, cum illius destructione. Alius autem locus est, ꝙ consideretur an consulens faceret, sicut est destructio illius rei, de qua consulerit, quando possibile ei esset illud facere. quia si ipse non faceret id, de quo consulerat, cum fuerit ei possibile, adest ibi locus increpationis ipsius. quia id, de quo consuli, si sit bonū quod deberet acquiri, aut malum quod deberet fugari, non eligeret sua voluntate, deinde boni acquisitionem aut mali fugam. Hic autem locus est falsus. quia aliquando homo consulit de aliqua re, quam quando consuleret putaret esse bonam: postea autem ei declaratur, ꝙ non sit, & non operaretur eam & consuleret de ipsa. & huiusmodi apud nos est, ꝙ recipiat oppositionem enunciationum, & obmittat opus secundum ipsas. Alius autem locus est, ꝙ consideremus ambas operationes, quas homo operaretur, an sequatur ex altera earum, quando operaretur ipsam, ꝙ deinde non operetur alteram, & fieret secuodum hunc locum increpatio. sicut ꝙ fleret mortuum, & prope accederet ad ipsum, quoniam fletus significaret eius mortem prope autem accessus suam vitam. Et alius locus est, ꝙ consideremus rem ex qua constituitur ratio constituens accusationem, quando possibilis esset ratio ad defensionem: vel ex eadem re de qua defenderetur, intelligeretur ratio ad accusationem. Hoc autem fit duobus modis. aut ꝙ naturaliter intelligeretur hęc ratio, sicut ꝙ reperiretur aliquis homo in media domo permanens, & diceretur ꝙ ille sit grassator: quia repertus est in hoc loco. ipse autem diceret, si fuissem grassatos, non permansissem in media domo. Scđus autem modus est, ꝙ in illa oratione, qua defenderetur excusans se, vel qua accusaret ipse accusator, reperiretur locus, ex quo significatur contrarium suę significationis. si esset defensionis significaret accusationem, & si esset accusationis significaret defensionem. & hoc est sicut error, qui accideret in oratione ex additione & diminutione, vel latentia alicuius suarum conditionum. sicut putatur ꝙ aliquis homo furatus esset aliquam rem a quadam domo, cuius dominus cōtigerit ꝙ interfectus esset in ea, ille autem diceret, cur ergo furatus essem inde aliquam rem, cum ego non interfecerim illius dominum? quoniam tali loco remoueretur suspitio de illo, postquam iam errasset, & declinasset ad respondendum ad id, quod non fuerat interrogatus. Et aliquando fuit quędam diuulgata in hac arte, quorum oratio componeretur ex hoc loco. Et alius locus est, in quo pręmissæ acquirere facerent nomen rei. & hoc aut denominatiue, aut secundum translationem, aut secundum accommodationem. Exempli gratia, sit aliquis homo, cuius nomen sit adulter vel homicida, & accideret ꝙ ipse in se esset adulter vel homicida, & diceretur ei tu adulter es adulter, & tu homicida es homicida. & aliquando fit translatione nominis, sicut tuam radicem eradicabo, vel defraudantem te defraudabo. Hęc itaq; est summa locorum, quę continent demonstrationes, & increpationes secundum quod narrauit Aristo. Et vniuersaliter increpationes efficaciores & vtiliores sunt quam demonstrationes. nam illę conducunt audientem putare id cum suo contrario, & fieret eius conceptio perfectior & iocundior. Ac etiam, quia increpationes propter vicinitatem suę declarationis construntur ex paucis dictionibus, & essent facilioris obseruationis, & velocioris dignotionis rei. Et vniuersaliter ambæ illę sunt vicinę: & sint increpationes clariores & patentiores apud audientem. & ambæ illę operantur persuasionem promouentē animum: & eo magis in quibus, quando orator inciperet sua gesta, auditores essent in vltimo intenti ab illis, & vniuersaliter ꝙ ex his constituant rem contra con

A frequentem exordium orationis:quoniam ordine, qui est talis dispositionis, gau-
dent illum proferentes,quando ex illis percipitur hæc res,tanto magis ipsi au-
ditores. Et vniuersaltus hęc loca,dum peruenerint alicui homini, possibile est ef
fici,q eis acquireretur de hac arte,breui tēpore & pauco labore id, cuius moris
est q acquiratur lōgo tpe,& maximo labore. Et sicut in duabus pręmissis arti-
bus,hoc est arte Demonstrationis & Topice,sunt duę species syllogismi,quarū
vnus est verus syllogismus illius artis, & alterius est ipse falsigraphus,de quo
putaretur,q sit syllogismorum illius artis,cum non sit ex suis syllogismis:sic est
dispositio artis Rhetoricę,quia illius quoddam est enthymema verum,& quod
dam est enthymema falsigraphum. res hoc agentes iam numeratę sunt in libro
Elenchorum, nisi quia ipse Aristo.meminit hic de magis diuulgato illorum,hoc
est de communi,& de eo illorum,qui etiam est huic arti appropriatus,cum qui
dam syllogismi sophistici sint communes omnibus artibus : & quidam sint qui
determinent vnam artem , exceptis aliis artibus. & hoc , quia sicut aliquando
est quidam syllogismus sophisticus in arte Demonstrationis, qui non est in arte
Topica,sic aliquando fit syllogismus falsigraphus in arte Topica.& hic erit ve
rum enthymema:sicut est syllogismus signi,qui fit in secunda figura.

Loca autem deceptoria sunt duarum specierum propter dictiones, & propter Enthymema fallens pp dictiones.
res.Enthymematum vero fallentium est propter dictiones. Vna suarum specie
rum est,q sint figurę dictionum vnę,id autem,quod significant dictiones ex il
B lis rebus sit diuersum. Hic autem locus est principium plurium syllogismorum.
quia quando hi construuntur hoc modo,fit ex illis putatiuum enthymema:præ
ter q sit verum enthymema. Et quidam eorum est,qui fit ex nominis vniuoca- Ex equiuocatione.
tione,& sua æquiuocatione,sicut quando dicimus,q ille sit genere canis seu cy
nicus:canis autē est vilis.huius autem fallacia est,quia nomē canis dicitur de ꝑ.
sapia cynica,& de animali latrabili. Et alius locus est,ex sermone diuiso sepa Ex sermone diuiso,& cōposito.
rato,quādo diceretur compositus:& cōpositus quando diceretur diuisus,quia pu
taretur quod esset vna res. Exempli gratia,q verificetur diuisus,& mentiatur
compositus.sicut si diceretur,q qui nouit literas alphabeti per se singulas,noue
rit ipsum poema,quia poema est compositum ex literis alphabeti. Omnia autē
hęc loca sophistica sunt communia tribus artibus , hoc est, Demonstrationi,&
Topicę,& Rhetoricæ. Locus autem proprius Rhetoricę est , q orator consti-
tuat auditores,modo quo verisimilem eis rem faciat, adeo q suo animo impri-
mat,q ille,de quo est causa,qua fecerit illam rem,quam ipse argumentatus fue
rit contra illum.quoniam actor demonstraret hoc,q ille hoc fecerit:vel in suo
animo imprimeretur, q actor mentiatur suis argumentationibus, quia reus , in
quem est causa , se defenderet. Primum autem est ex his , quę dixisset actor
vel ea egisset , sicut q magnificasset id,quod argumentatus esset eius aduersa-
C rius , vel terreret ex illo , & illi aduenirer ab eo timor , & angustia , & tri-
stitia. Secundum autem est , quod ageret ille , in quem est actio , vel illud
ageret , sicut q fieret vel maneret percutiens eius maxillas, & apponneret ci-
nerem eius capiti,vel proferret orationes,quibus perturbaret audientem vel iu
dicem,adeo q impediretur & erraret in eo ,quod consideraret, nec posset illud Ex accidenti.
coniectari. Et alius locus communis est , ex eo quod est secundum accidens.
sicut si diceretur Mauros nobis auxiliari , ex quo sunt contra nostros inimi-
cos , quia illi rumperunt cordas suorum arcuum. Et alius locus est quod con- Ex non causa vt causa.
stituat non causam alicuius rei causam illius.& hoc, quando sumeret congeni-
tum cum illa re,vel post ipsam causam essendi rem,absque quod sit causa. quo
niam oratores vtuntur illo , quod est post rem , loco eius quod est ante ipsam
rem. & non oportet dicere de consilio , sicut si diceretur quod regimen Iplius Ex diuersis attributis,et ex secūdum quid & simpliciter.
Ismail haumar fuerit propter eius malam intentionem,quia post illud fuit bel-
lum in Andalusia. Et alius locus est,quando rei consuetudinis esset, quod su-
meretur secundum aliquod attributum,& sumeretur secundum aliud attributū.
& hoc , aut ex tempore , vel loco , aut modo, vel dispositione: vel esset ex il
lis , quorum consuetudinis est , q sumatur secundum aliquod attributum , &
sumeretur simpliciter. Hic autem locus est communis ad largiendum falla-

etiam in arte Demonstrationis, & Topica, & Rhetorica: licet istę materię dif-
ferant in his tribus artibus. quia largitio fallacię in Topica est per res falsas, D
in quibus quando sumeretur simpliciter, qđ non est simpliciter in actu, illud est
possibile, ꝙ sit simpliciter, Casus autem fallacię per ipsum in arte Demonstra-
tionis est per priuata, quę sunt falsa impossibilia: eius autem materia in rebus
oratorijs est ex rebus expedientibus, Est autem hic locus largiens persuasio-
nem: quia plurium rerum verificatur particulare & vniuersale, & putaretur de
quocunque de quo verificatur particulare, ꝙ verificetur vniuersale, Constaret
vero nobis falsitas harum pręmissarum absolutarum in his tribus naturis, quan-
do orationi adderetur conditio, qua significaretur falsitas pręmissę absolutę si-
cut quando diceremus de eo, qui est iustus suis diuitiis, ꝙ sit iustus simpliciter.
quando autem patefieret, ꝙ non sit iustus pondere, adijciemus conditionem
secundum opes, & tunc verificaretur ipsa pręmissa, & patefieret falsitas abso-
luta: & quando res esset vera vniuersaliter de aliqua re, quando sumeretur
secundum aliquod attributum, & falsa, quando sumeretur secundum aliud at-
tributum, possibile esset, quando sumeretur simpliciter, ꝙ largiatur persuasionę
oppositorum simul, & orirentur hinc orationes receptę contrarię rhetoricę,
Exempli gratia, ꝙ esset quidam homo, cui accidisset aliqua dispositio, qua tene-
retur ad aliquam pęnarum legalium, ille aūt sit ęger, quia possibile esset ꝙ di-
catur de ea, ꝙ dignus sit dare pęnas, & ꝙ non sit dignus. & hoc, quia qua com- E
miserit delictum tenetur ad pęnam: quatenus autem est ęger, non est dignus
illius. & ex hoc loco stabiliretur res pauci defectus non perfecta simpliciter, &
res paucę excellentię sumeretur, qua esset excellens simpliciter, putatur au-
tem ꝙ hic locus sit falsigraphus respectu artis demonstrationis, respectu vero
artis Topicę, & huius artis est quędam earum pars, nam est persuasibile, ꝙ qui
do id, quod non est ens simpliciter, non sit ens secundum aliquod attributum,
expediens itaque est, ꝙ id quod est ens secundum aliquod attributum, sit ens
simpliciter. Iam autem facta est mentio de hoc loco in secundo libro librorum
Topicę, qua ipse est quędam pars illius artis,

Caput Vigesimum quartum. De locis confutationis, quibus vtitur auditor.

IAm itaq; dictum est de locis, ex quibus fiunt enthymemata vera, & enthy-
memata falligrapha. Expedit itaq; ꝙ loquamur de contradictionibus seu
confutationibus, quibus refelluntur enthymemata, quibus vtitur auditor.
quia illis, de quibus pręcessit sermo, vtitur initians sermones seu propo-
nens. Et dicimus ꝙ vniuersaliter confutatio orationis syllogisticę fiat duo- F
bus modis: vel ꝙ homo confutet suam formam, ꝙ declararet, ꝙ non sit conclu-
dens: vel quando obijceret præmissis syllogismi, vel ipsi conclusioni. Con-
clusionis vero confutatio fit enthymematibus, quę educuntur ex his locis: quia
enthymemata ex acta sunt ex cogitationibus: ipsis autem cogitationibus ad-
uenit ꝙ sint contrarię de vna re, & cum hoc concludant contraria: hoc est, ꝙ
ex eis componatur enthymema, quod concluderet contraria. & hoc etiam con-
stituit pręmissas famosas in Topica, econtrario illius, quod est dispositio artis
Demonstrationis. Confutatio vero pręmissarum syllogismi est quadruplex,
quæ dicta est in Octauo Topicorum: vel confutatio pręmissę, ex qua sequere-
tur conclusio: aut confutatio orationis: vel fit confutatio secundum interrogan-
tem: vel fit propter longitudinem temporis contentionis. Loca autem, ex
quibus sumitur hic confutatio pręmissarum, sunt quatuor: Aut ex rebus, quę
insunt rei, cuius confutatio intenditur, & hoc est sicut vniuersale & particula-
re. Aut ex rebus, quę sunt deforis: hę autem sunt duarum specierum: aut ex
contraria, vel a simili. Et quarta est oppositio, quæ fit secundum opinionem vi-
ri famosi accepti sapientis, quādo eius opinio esset cōtraria pręmissę suppositę.

A Confutatio quidem, quę fit ex ipsa rei substantia, est, sicut si quispiam suppofue- Ex rei substantia.
rit ꝙ magistratus sit quid bonũ, & ꝙ hominẽ esse gerentẽ magistratũ sit bonũ,
quia illius confutario vniuersaliter est, ex quo hõ fungens magistratu indiget
alio: indigentia autem est mala: magistratus itaq; est malus, illius autem confuta
tio scdm partẽ est, si dixerit non quilibet magistratus est expediens: & hoc, qa
victoria est magistratus, & nõ est bona. Hę itaq; sunt duæ species cõfutationis,
quę fiunt ex rebus inexistentibus rei, cuius intenditur confutatio. Exemplũ au Ex contrario.
tem confutationis, quę fit ex contrario, est, quando pręmissa supposita fuerit, ꝙ
bonus vir sit ille, qui benefacit suis fratribus: huic autem obijcitur, qñ dicitur si
hoc esset verum, malus esset ille qui malefacit suis fratribus. res aũt nõ est ita.
Exemplum autem obiectionis & confutationis a simili est, si supponeretur ꝙ A simili.
aliquis odit illum, a quo ei successerit malũ, obijcitur aũt huic, qñ dicitur, ꝙ hoc
non sit verũ: quia quando alicui successerit ab aliquo bonum non amat ipsum.
Modus autem similitudinis huius exempli est secundũ ꝓportionalitatẽ. & hoc
quia proportio odij ad illum, a quo proueuisset malum. est proportio amicitię
ad illum, a quo prouenisset bonum. & hoc exemplum amplexũ est obiectionẽ
ex duabus partibus. ex parte similis, & ex parte contrarij. & hoc; quia amici- Ex opinione iudicis.
na est contraria odij, & malum est contrarium boni. Exemplum aũt obiectio.
nis, quę fit secundum opinionem iudicis, sępe reperitur in constitutionibus, qui-
B bus contrariantur leges, & magis hęc contrarietas reperitur inter leges vni-
uersales & proprias. Et intendo per vniuersales ipsas communes omnibus gen
tibus, & per proprias intendo eas, quę appropriãt singulas gentes. Postquã aũt
tam stabilitũ est quo modo obijciatur pręmissis per enthymemata vniuersali-
ter, dicamus itaque quo modo obiiciemus ipsis enthymematibus, vel alicui spe-
cierum enthymematum, quę fiunt in Rhetorica. Enthymemata aũt, vt dictũ est, Enthymematum spẽs quatuor.
sunt quatuor. Quoddam eorum est, quod vocatur necessarium: quod est enthy-
mema, quod gignitur ex laudatis, seu probabilibus cuiusq; figurę fuerit: & qđ
ex his fit in prima figura, vocatur similius, vel verisimile. Et quoddam eorum
vocatur demonstratio: quod est enthymema, quod gignitur ex signis in prima fi
gura talibus autem apropriatur nomen demonstrationis, quia ipsa sunt necessa-
ria. Tertia autem species vocatur signum; quod est, quod componitur ex si
gnis in secunda figura. Et quarta species vocatur nota: quod componitur ex si-
gnis in tertia figura. Ex quo autem enthymema, quod vocatur necessarium. est
quod componitur ex laudatis in figuris concludentibus, impossibile est illi
obijcere ex parte compositionis syllogismi, sed ex parte suarum pręmissarum.
Ex quo autem suę pręmissę sunt laudatę, hęc autem species construitur in ma-
C terijs possibilibus vt plurimum: hoc est, quę reperiuntur in maiori parte subie-
cti, sicut est inuentio canitiei ipsi homini in ętate senectutis: vel quæ reperiun-
tur in maiori parte temporis, sicut est intentio caumatis apud ortum stellę, quę
est in dorso geminorum, qui vocatur Alhabur Kanaph: possibile est illum cõfu
tare tribus modis. Quorum vnus est, ꝙ illę non sint laudatę. Et secundus est,
quia id quod est vt plurimum, non est necessarium. id autem, quod non est neces
sarium, possibile itaque est ꝙ falsificetur. Hęc autem confutatio est falsigra
pha: nisi quia fit in hac arte: quia iam putaret audiens, hoc est, iudex ꝙ quan-
do pręmissa non fuerit necessaria, ꝙ non sit laudata. & accideret audienti al-
tera duarum rerum, aut quod putet quod ei non expediat, quod iudicet de re.
si vero iudicaret, hoc esset per statutum proprium in scripti: immo per vni-
uersale, quod est illud, quod decernit conuenientius illi occurrenti contin-
genti: quoniam iudex iudicat per alteram harũ rerum, aut per statutum, vel
per vniuersale. Tertius autem modus est, ꝙ declaret, ꝙ illud quod sumptum
est, quã esset vt plurimus, non fit vt plurimum, sed fit in paucioribus vel ęqua-
liter. & hoc vel secundum subiectum, aut secundum tempus. exempli gratia,
quia accusator si diceret iudici, hic interfecit ipsum Zayad, quia ipse perma-
net habens gladium in manu: aduersarius diceret, ꝙ licet hoc sit vt plurimũ,
non est necessarium. & hoc, quia non quicunque reperitur permanens cum gla-
dio in eius manu, est homicida, vel diceret ꝙ non sit vt plurimũ, sed ęqualiter,

quia ille qui est talis dispositionis, potest ꝙ sit homicida,& potest esse ꝙ sit te- D
tator aliorum. Species vero enthymematum,quę componuntur ex signis in ter tia figura,confutatur duobus modis.Quorum vnus est,quia illud non sit syllogismus,& hoc,quia concludit particularem,non vniuersalem. Et secundus est cõfutatio conclusionis ad confutandum pręmissas : quia pręmissę in hac specie enthymematum sunt sensatę:sicut quando dicimus scribę sunt praui, quia Zayad est scriba,& Zayad est prauus.quia ad confutationem .conclusionis confutantur pręmissę:sed non expedit, ꝙ vtamur in confutatione conclusionis opposito contrario,neque indefinito:quia quando illa fuerit vniuersalis, & confutaretur per contrarium, esset hęc confutatio falsi per falsum,& absoni per absonum: sicut si confutaretur sermo dicentis,omnis scriba est prauus,per hoc ꝙ nullus scriba sit prauus. Si autem esset indefinita,& confutaretur per indefinitum, esset cõfutatio veri per verum,& laudati seu probabilis per laudatum siue probabile: quia verum est dicere ꝙ scribę sint praui,& ꝙ scribę non sint praui:sicut est falsum,ꝙ omnis scriba sit prauus,& ꝙ omnis scriba non sit prauus . Sed expedit, ꝙ confutatio sit conclusionis oppositi,quod reperitur vt plurimum : quia quando secundum laudatum seu probabile conclusum fuerit oppositum primi laudati,seu probabilis,& illud esset vt plurimum,primum laudatum seu probabile esset vt in paucioribus. Expedit ergo , ꝙ confutaturus caueat ꝙ oppositum , quod inferret conclusio,quam intendit confutare vt plurimum,hoc est, quod reperitur in maiori parte subiecti, in maiori parte temporis. Est autem hic locus E confutatiuus. quia quando nos verificaremus , ꝙ pręedicatum insit maiori parti subiecti , & non esset hoc secundum cogitationem et imaginationem , hoc esset necessarium: vel illud paucum subiecti,cui non inest,est certum determinatum. Signum vero,quod est in secunda figura,confutatur ex parte qua non est syllogismus . Signum vero,quod est primę figurę,impossibile est ipsum confutare, nec ex partę suę figurę, neque ex parte suæ materię . & ideo est enthymema constitutiuum necessario .

De magnificatione, & paruipensione.

Magnificatio vero rei& eius paruipensio,licet ipsa res, quę iam sequatur ex vtrisque sit rei deiectio eiusq; acquisitio, illę tamẽ non sunt enthymemata cõstantia & constituentia. Et licet magnificatio & paruipensio sint de enthymematibus : immo si reciperetur res & verificaretur ex ipsa magnificatione, aut reiiciatur & obmittatur ex ipsa paruipensione,non est earum ipsa constitutio , neque confutatio per se:neque est ex enthymematum speciebus,sicut locus nõ est aliqua species enthymematum . Ac etiam non quodcunque,quo fit confutatio , est enthymema . Et hoc,quia confutatio est duarum specierum:aut confutatio figurę syllogismi:vel confutatio enunciationum tributarum syllogismo. & hęc etiam est duarum specierum , confutatio ipsiusmet conclusionis, quando F concluditur suum oppositum,vel confutatio præmissarum concludẽtium illam. Confutatio vero enunciationum,siue fuerint conclusiones , vel pręmissę:fit enthymematibus,quę componuntur ex appropriatis huic arti . Constitutiuum autem hic & confutatiuum vtitur vno genere ex generibus syllogismi.Cõfutatio vero figurarum syllogismorũ in hac arte,& in aliis fit per syllogismos dialecticos;hoc est,qui componuntur ex materiis dialecticis.quia in quamcunque arte sunt duę species syllogismi . quidam syllogismus qui componitur ex materiis propriis illi arti : & quidam syllogismus,qui componitur ex materiis aliarũ artium.& ambę species fiunt in omni arte . & confutatio connexionis syllogismi in quacunque arte fuerit,necessario fit per syllogismum certum ex materiis dialecticis,cum syllogismorum verificatio,& ipsorum confutatio sit artis Logicę . Hic itaque ad Dei laudem completum est , quod declarauimus ex hoc libro .

AVERROIS PARAPHRASES IN TERTIVM LIBRVM RHETORICORVM.

Caput Primum. Præfatio dicendorum in hoc libro.


Es, de quibus expedit Logico loqui in hac arte, qñ vult suum sermonem esse artificioso more, sunt tres res. Quarum vna est enũciatio omnium dispositionũ, & rerum, de quibus occurreret ipsa persuasio. Secunda autem est enunciatio dictionum, quibus declarantur ipsę res, & eorũ quę secum fiunt, quę suo cue su cursitant. Tertia vero est, quot sint partes orationis Rhetoricę, & quomodo conueniant esse earum ordinatio, & ex quibus dictionibus, & rebus componatur vnaquęq; illarum partium. Res vero agentes verificationem iam dictę sunt in duobus pręcedentibus libris: & ibi expositum est, quot modis fiant, & propter quam rem fiant: quia iam dictum est ibi, ꝙ sint trium
B specierum. Prima species est orationum, affectionum, & morum, quibus intenditur conductio iudicum, ipsorumq; pręparatio ad receptionẽ illius, quod intenderet ex verificatione rei, de qua esset largitio persuasionis. Secunda autẽ species est sermonum, quibus intenditur constitutio dignitatis loquentis; vt eius oratio sit magis largiens persuasionem apud iudicem & aduersarium. Tertia autem species est orationum, quę primo fiunt in casu persuasionis rei, de qua intenditur inuentio persuasionis. & illę sunt duę species orationum syllogisticarum, quę fiũt in hac arte: hoc est, enthymemata, & exẽpla. Nec satis nobis fuit in exactis notificatio spẽrum harum orationũ solum, sed cum hoc notificauimus loca, ex quibus extrahũtur hę orationes: & ꝙ quędam horũ locorum sint vniuersalia, quę cõtinẽt enthymemata, quę fiũt in tribus intẽtionibus intẽtis a Rhetorica: & quędam sunt particularia, quę appropriantur singulis illarum intentionum. & est dictũ, ꝙ res particulares, quibus cõstruuntur hę tres orationes, vel sunt consultiuę, vel inhibitiuæ, vel iudiciales. Illud autem, quod reliquũ hic est, est sermo duarũ reliquarũ partium. & hoc, quia non de quibuscũq; rebus contingit, accidit persuasio, neq; de quibuscũque attributis, quę cõtigerint quibus sunt illæ res: sed de rebus proprijs & attributis proprijs, & dispositionibus proprijs. Et dictiones etiam, quibus exponuntur illę res, sunt huius cõditionis: hoc est, ꝙ bonum triũ illarũ fiat proprijs dictionibus sumptis secundũ propria attri
C buta singulis intentionibus ex intentionibus orationum rhetoricarum: & illa est, quã vulgus vocat eloquẽtiã, nam hoc nomẽ apud eos absoluitur pro tribus attributis dictionũ. Quarum vna, quę est principaliori in hac re, est ꝙ dictiones sint optimę ad largitionem intellectionis & cognitionis rerum. Secunda autem, ꝙ sint iocundi auditus. Et tertia, ꝙ largiantur magnificationem, vel paruipensionem. Propter hanc itaque causam est necessaria Logico speculatio de dictionibus oratorijs: sed non speculatur de illis attributa propria singulis gentibus, sed ex his speculatur illa attributa, quę communia sunt cunctis gentibus. & ideo speculatio de illis est pars artis Logicę. Huius vero speculatio in his, quę singulis gentibus sunt propria, est conditionis Oratoris constituti in singulis gẽtibus. Necessitas vero sermonis habendi de tertia parte, hoc est ꝙ sint partes orationis, quę nominatur rhetorica, maiores, & minores, & illarũ ordo, & ex quibus componantur, & quo modo cõponantur, est res per se nota. Prius autem quam loquamur de dictionibus, expedit ꝙ loquamur de rebus, quę sunt vnicum dictionibus secundum modum suffragij ad bonum largitionis intelligentię, & ad casum verificationis, et adeptionem intentionis intentę, quas veterum moris est dicere vultu gestire. & hoc, quia quatenus sui moris est inclinare audientes ad porrigendum aures, & ad auscultationem, & vultus hilaritatem, seu

ad comiter se gerendum versus loquentem & mentis amplificationem ad id, D
quod constituit, ideo eis accommodatum est hoc nomen. Hæ autem res sunt
duarum specierum: vel sunt figurę, aut voces & accentus. Figuratum autem
quædam sunt, quę sunt formæ totius corporis: & quędam sunt, quæ sunt
figurę partium corporis: sicut sunt manus, & vultus, & caput: & hę sunt
maioris vsus apud orationem. Ex figuris autem uniuersaliter intenditur alte-
ra duarum rerum: vel largitio intellectionis alicuius rei, illiusque imaginatio
faciens occurrere verificationem, aut similitudinem alicuius affectus vel alicu-
ius moris. & hoc, vel de loquente: hoc est, ꝙ putetur de eo ꝙ ipse sit illius af-
fectus vel moris: sicut ꝙ loqueretur rubicundus, facie apud timoris affectum,
quando vellet facere intelligere, ꝙ ipse sit timidus: vel grauitate quadam,
& animi robore conducens putare ꝙ ipse sit prudens. aut de illo ad quem fit
sermo, quando vellet illum describere secundum figuram timentis vel pruden-
tis, vel induceret illum affectum, aut illum morem in animum audientis, adeo ꝙ
sit proprius ad hoc, vel secundum omnimodam verificationē occurentem de il-
lo affectu, vel more, aut circa actum prouenientem ab illo. Accentus vero fiunt
in oratorio sermone multis modis. quorū quidam est ad extimationem affectu-
um vel morum, & hoc etiam fit tribus modis. Quorū vnus est, quando loquens
vellet conducere audientes ad extimādum, ꝙ ipsę sit illius affectus vel moris:
sicut quando vellet, ꝙ putaretur de eo pietas, leniret eius vocem: quando au-
tem vellet ꝙ de eo putetur ira, incenderetur eius furor. & similiter est de mori- E
bus, hoc autem ita fuit, quia hę voces repetiuntur, ꝙ educantur naturaliter ex
illis, qui afficiuntur talibus affectibus. Secundus autē modus est, ꝙ eius intimo
fit promorio audientium his affectibus, vel moribus vel vt eis proueniat verifi-
catio proueniēs ex illo affectu, vel more, vel operatio ab illo proueniens. Ter-
tius autē modus est, quando enunciaret aliquā narrationem de aliquibus homini-
bus, describeret illos eo affectu vel more. Et quidam etiam illorum est illarū,
quę fiūt quadam specie metri sermonis oratorij, sicut postea dicemus. Et quidā
eorum est, ꝙ fiāt poemata in orationis exordio, & eius conclusione, & locis per-
manentię. Expedit autem ꝙ scias, ꝙ non indigetur nutu in orationibus scriptis:
indigetur autem eo in coram prolatis: & ꝙ Arabum consuetudinis siue vsus
sit rarus. Et ideo, vt dixit Abunnazar, id, de quo exemplificat Aristote. in pluri-
bus harum rerum, nec est intelligibile apud nos, neq; vtile. Hic autem nutus
faciei est vtilis pluribus orationibus ordinatis secundū modum cōtentionis: qa
in contentionis loco homo indiget auxilio omnium rerū largientium persuasio-
nem, ut succedat suprratio. Hi uero actus adiuuāt largitionem persuasionis secū-
dum ꝙ in eis est ęqualitatis dictionum, & illarum permutationis, sicut postea di-
cemus huius causam. & hic actus est quędā species falsigraphi & fallacię, quę
illius est his duabus artibus: hoc est Poeticę & Rhetoricę, ex quo in Oratori- F
intenditur occursus prędominij cogitationis, & in Poetica ipsamet phantasia,
& ideo utitur figuris, & accentibus ad adeptionem impressionis: qui si fierent
in Oratoria, esset exitus a debito statuto.

Caput Secundum. De Dictionibus simplicibus.

POstquam autem loquuti sumus de consequentibus dictiones, loquemur
itaque de dictionibus. Et dicamus ꝙ sermo de conditionibus dictio-
num, quibus fiunt perfectiures ad cognitionem rerum, & meliores
ad largiendum intelligentiam earum, fit necessarius in oratione demō-
stratiua: tanto fortius in orationibus rhetoricis & poeticis. & hoc,
qa modus usus illarū in oratione demōstratiua est, vt per hunc sit ꝓuentus de-
monstrationis intelligibilior, & facilior, & manifestior: sicut dicitur, ꝙ ex-
pediat ꝙ dictiones, quibus illa utitur sint uniuocę, non aquiuocę famosę apud
multitudinem, uel apud uirosillius artis, in qua fit illa demōstratio. & si essent
equiuocę, ꝙ diuidantur omnia significata. de quibus dicitur illud nomen equi-
uocum: & ferretur demonstratio de singulis illorum significatorum per se.

A Quia autem dictionum est auxilium ad additionem uerificationis prouenien-
tis ex demonstratione : & sua uis est sicut est dispositio aliarum artium , quia
inest eis auxilium ad casum uerificationis , quę in illis fit , & si in hoc fint ua-
rię: & illa , quę minime indiget hoc , est ars Topica : & post eam est Sophi-
stica : deinde est Rhetorica : deinde est ars Poetica : nam hę duę artes maxi-
me hoc indigent: & ideo expedit his duabus artibus, ꝙ compendio amplectan-
tur conditiones, quibus quando usum fuerit in dictionibus per eas, fiunt oratio-
nes rhetoricæ perfectioris imaginationis . nam sicut secundum nutus faciei uti-
litas harum duarum artium est hęc utilitas, sic est dispositio dictionum: nisi quia
sermo cōditionum dictionum , quibus fiunt orationes harum duarum artium ,
sunt perfectioris actus, & maioris utilitatis, magis expedit ꝙ sermo de hoc sit
artificialis. Faciei aūt nutus vt plurimum est naturalis. Agunt aūt dictiones &
voces hunc actum in his duabus artibus. nam illę faciunt imaginari de re ma-
gnificationem, vel paruipensionem, & vniuersalius aliquam rem additam signifi-
catio dictionis: sicut est lepos dictionis. nam eius claritas conducit putare claritatem
rei: & similiter eius excellentia confert ad putandum rei excellentiā: & ip-
se lepos similiter facit eas acqrere hanc dispositionē. Manifestum autem est, ꝙ
hoc sit intentū naturaliter ipsi loquenti, secundū modū harū duarum artiū. & nō
inferret hoc alius loquēs secūdū modū Geometrię, neq; scdm modū Arithme-
B ticę. Illi aūt, qui primo occurrerūt ad descriptionē harū conditionū, dictionū, &
vocū in orationibus, sunt ipsi poetę. & hoc, quia hęc res manifestissima est ī ora-
tionibus poeticis: adeo ꝙ cōstitutio orationū poeticarū sit prior tēpore cōstitutio-
ne orationū rhetoricarū. Postquam aūt hoc stabilitum est ex necessitate sermo-
nis dictionibus, est, ꝙ approprietur Rhetoricam: & quod cōe est illis duabus arti-
bus simul. Et dicimus, ꝙ dictiones inconplexę, siue fuerint entia seu dictiones,
hoc est verbū, vel nota cōnexa, diuidūtur ex parte modorum suarū significatio-
num in octo partes. quędā sunt vsitatę: & quędā permutatę: & quędā extraneę
seu inusitatę: & quędā idiomaticę: & quędam metricę. & quędā compositę: &
quędam deceptorię: & quędam impositę. Permutatę quidē sunt famosissimę il-
larū & loquutio de illis facit ad ambas artes. Intētio aūt permutationis est, ꝙ
significet ipsum intentū aliqua dictio, loco cuius fieret alia dictio . Hęc autem
permutatio est duarum specierum . Quarum vna est ꝙ vtatur quis dictione ali-
cuius similis ipsi rei cum dictione ipsiusmet rei : & componatur illi aliquod si-
gnum significans in illo idiomate assimilationem. & hęc species permutationis
vocatur comparatio, & est valde propria Poeticę. Secunda autem species assi-
milationis est, ꝙ loco dictionis ipsius rei afferatur dictio ipsius similis. nam di-
ctio secum assimilationis est , ꝙ loco dictionis ipsius rei afferatur dictio ipsius
similis , non dictio secum connexi : præter ꝙ secum feratur dictio ipsiusmet
rei. & hęc species vocatur in hac arte ipsa permutatio , quam homines nostrę
C gentis vocant accommodationem & fictionem. vtraq; aūt species permutatio-
nis est simplex, vel composita . Et in vtraq; harū modus connexionis est notus
patens ab initio rei, vel non est notus. est autem ignotus ꝓpter alteram duarū
rerum : vel quia non est notus per se apud omnes. vel apud plures gentes, sicut
sunt plures comparationes, qbus vti est moris Arabū : quoniā verisimile est ꝙ
plures earum non sint notę apud reliquas gētes. Compositę vero sunt proprię
Topicę: sicut simplices sunt proprię Rhetoricę. & hoc est, sicut fecerat Abūna-
sar Alpharabius in compositis remotę cōpositionis latentis cōnexionis in suo
famoso poemate. & hoc, quia ipse posuit terrę pluuiam loco effusionis sanguinis
supra eam, & sanguinis effusionem loco vehementis cladis. quia sanguinis effu-
sio fit vehementi clade: & vehementiā cladis posuit loco eximię rei. hęc aūt est
maxima permutatio, quę, vt diximus, conuenit Poeticę. Vsitatę vero sunt dictio-
nes, quę proprię sunt viris alicuius idiomatis, & famosę apud eos illis attributę,
significantes res, propter quas impositę sunt ab initio rei sine medio. Inusitatę
vero sunt dictiones, quę non sunt attributę multitudini hominum, nec illi vtun-
tur eis, sed apud singulares egregios sunt in vsum. Idiomaticę vero sunt duarū
specierum, Quarum vna est, ꝙ homo vtatur in oratione speciei generis alicuius

aliqua dictione, qua non vteretur illa species illius gẽtis, sed bene vtetur ea ali
qua alia species illius gẽtis. Et secũda species est, ꝙ vtatur quis in oratione ali D
cuius gentis aliqua dictione, quę non sit virorum sui idiomatis: sed sit alterius
idiomatis alterius gẽtis: sicut in idiomate Arabum reperiuntur plures dictiones
ex Persarum dictionibus & dictionibus sibi vicinorum. Hoc autem fit duobus
modis. Quorum vnus est, ꝙ afferat illam eandem dictionem, absque ꝙ permu-
tet suam constructionem & compositionem. Secundus autem modus est, ꝙ eam
permutet permutatione, qua eam propinquam reddat constructionibus, quæ
fiunt in suo idiomate, & per hoc eis facile sit loqui per illas. Metricę vero &
compositę nõ reperiuntur in idiomate Arabico, ac etiam sunt rarę, & extraneę:
sicut dicitur arciseruus vir sagittario seruiẽs: & soliseruus ille, qui ꝓprius seruus
solis existit. Deceptorię vero sunt dictiones, quarum pronunciatio est difficilis.
Hoc autem accidit propter plures causas. Aut quia illę literę, sint lucrę, quarũ
pronunciatio sit difficilis. & si paucę sint. Aut, quia causa difficultatis earũ sit
multitudo literarum, ex quibus sunt compositę. Illę vero, quarum pronũciatio
est difficilis, aut fit ꝓpter prolationẽ illiusmet literę, & si loquatur per eam per
se, sicut sunt plures literę gutturis vel quia difficultas earum fiat in illarum com
positione cum aliis, & hoc propter vicinitatem suę prolationis. & hęc est causa
vehementiæ grauitatis sont in Arabico idiomate. vel fit propter illarum dupli
citatem, sicut quando dicitur sustuli. & nonnunquam huius causa est cõtrarietas E
suę prolationis, Impositę vero sunt dictiones, quę nouiter fiunt in idiomate ali-
cuius generis: quas inuenerint quidam viri illius idiomatis secundum modũ cõ-
positionis, quę fit suarum literarum. Hę itaque sunt species nominum expedien-
tium his duabus artibus: hoc est Topica & Rhetorica, quę sunt illis sicut mate
ria, licet sint magis ꝓpriæ Poeticę. & ideo Aristoteles eas numerauit in libro
Poeticẽ. Cum autem hoc stabilitum sit, expediens hic declarari a nobis de illa
rum dispositione est, qua harum specierũ vtatur hęc ars, & qua non vtatur &
qñ vtitur aliqua specie. quo modo vtatur illa, & secundũ quam mensuram utia
tur suus visus: & vbi vtatur illa, qua vtitur, & vniuersaliter apprime considera
bimus expositionem eorum, quę Aristoteles dixit de hoc breuius, quam nobis
possibile erit & perfectius. Et dicimus ꝙ ipse ait, ꝙ dignitas Rhetoricę oratio
nis vel Poeticę, & bonũ fiat permutatione. Et intendo hic per permutationem
vsum septem specierum nominum & dictionum, exceptis vsitatis: quia in vna-
quaque earum præter hanc speciem est permutatio quędã. Dignitas autem ora
tionis, quę fit in duabus his artibus, est secundum per mutationem: quia oratio
est litera significans intentionem, quę penitus non scitur, vel non scitur scientia
perfecta Oratio autem est huis dispositionis, quando facit acquirere de re, quam
significat, aliquam intentionem, quę nõdum fuisset apud audientem: vel si fuerit,
non esset secũdum perfectionem. hæc autem est dispositio orationis, quæ fit ex F
dictionibus permutatis: quia oratio cõposita ex dictionibus vsitatis non facit ac-
quirere aliquam intentionem additam illi, quę fuerit apud audientem, sed facit
hanc, acquirere, quando est permutata per assimilationem, quã largiuntur dictio
nes permutatę. Hęc autem res inuenitur in oratione duabus conditionibus. Qua
rum vna est, ꝙ dictiones permutatæ non sint ex numero dictionum attributa-
rum hominibus, quę non faciunt assimilati rei aliquam intentionem additam
illi, quę fuerat apud audientem: vel cum fuerit pauca assimilatio, & compara-
uerint rei aliquem defectum: vel sua compositio esset corrupta compositio. Se-
cunda aũt conditio est, ꝙ non transeat terminũ mensurę, qui expedit secundũ
rem, cuius largienda est persuasio. hoc autem fit, vel quando non comparatur
ei aliqua res excellentior, ꝙ̃ ferret res, cuius declaratio intenditur: vel permuta
tio in ea fit non manifesti nexus. Quando aũt oratio Rhetorica vel Poetica
complectitur cum permutatione has duas conditiones, fit perfecti actus. & hęc
est eius dignitas. & illa est oratio, quę vocatur ornata eloquẽtia. Testãtur aũt
inesse hunc actum orationi permutatæ poetici sermones: quia ipsi placent quia eis
insunt comparatio & metrum, ambo autem illa sunt permutatio quædam. Dictio
nes vero accommodatæ constituunt orationem veridicam, & non assimilans

el aliquid additum, & ideo illæ conuenietiores sunt demonstrationi quam aliis attributis: sed quando eis vtuntur hæ artes, expedit ꝙ sua compositio sit composito conformis compositioni rerum in aĩa: hoc est compositioni, quæ fit de eis secundum naturalem vsum. Et vniuersalius expedit ꝙ ex conditionibus compositionis insint eis illę conditiones, quę postea dicentur. & quando fuerint huius modi erũt, (vt ait Aristoteles) dispositionis nobilis nõ reijciẽdę. Hęc itaq; vniuersalius est differentia vsus nominum consuetorum & permutatorum in oratione rhetorica & poetica. Dictiones vero permutatę largiuntur de re aliquam rem additam occasione dissuetudinis earum, quia sicut accidit ciuibus ꝙ admirẽtur exteros eis aduenientes, & inclinant suos animos ad illos: sic est dispositio dictionum extranearum apud venientes ad porrigendum aures ad audiendum. Expedit autem illi, qui velet bonificare orationem in duabus artibus, ꝙ eam stabiliat extraneum. Dictiones autem permutatę superant se innicem secundum magis & minus, in eo quod assimilatur vni & eidem rei magnificatione & parui pensione, secundum excessum earum ad inuicem in extraneitate. Ars autem poetica ex his vtitur illis, quę sunt maioris similitudinis. Rhetorica vero ars vtitur ex his, eo, quod est paucum, & secundum mẽsurã huic conuenientem. Hęc aũt est mẽsura, quę facit acquirere persuasionem rei. de qua est sermo: quoniam hęc quoq; variatur in arte Rhetoricę secundũ varietatẽ illius, de quo est sermo. Exempli causa quod narratum est de quodam certo rege, qui quando introduxisset suum pedem limina templi, vidit quendam virum, qui precesserat ipsum in ingrediendo: cum ille iam promulgasset edictum, ꝙ nemo plebeius ingrederetur ante eum. Dixitq; illi. nonne audisti promulgatum edictum. At ille ait: audiui. & dixit: nõne cognoscis: at ille, noui te. at ille dixit, quonã pacto ꝓposuisti te mihi. cui respondit ille vir: quonam modo non pręponam me tibi. fuistin tu in tuarum rerum initio, nisi gutta fętens? an eis in vltimo nisi cadaver putridum & infra hęc tempora tu es ferens priuationem aptus ad inferos. cum autem illius scilicet regis animus paruifactus sit hac oratiõe, subripuit se ab illo. erat aũt illius vir secum aliquibus permutationibus, quę minus permutassent ꝙ̃ hę. vt quando dixisset illi, es ne tu maior ꝙ̃ regũ: vel es ne tu magis homo, ꝙ̃ ipsi homines: vel es ne tu magis Dei seruus ꝙ̃ alij eius serui. nam hę superant se inuicẽ in paruipensione: nisi qa ille non euasisset pœnã, nisi tali paruifactione, qua vsus fuerat cum illo, quoniam illa est oratio paruifaciens, & deprimens excessiue. Et aliquando oratores in famositate suarum orationum vtuntur pmutationibus poeticis, hoc est, remotis. & ille, qui non habet euidẽtiam differentię inter permutationem poeticam & oratoriam, putat ꝙ opus illud prouenient ab illa permutatione sit opus orationum rhetoricarum, cum res nõ ita sit. Huius autem exemplum est, similitudo illius, qui permisceret scamoniam syropo rosaceo: & qñ ille syropus solueret vẽtrem, putaretur ꝙ solutio illa sit opus syropi rosacei ab illo, qui nõ haberet peritiam virtutis ipsius rosę. Et similiter poeta ẽt aliquando construit ex dictionibus consuetis solitis orationem metricam, & putatur ꝙ esset poetica cũ non sit poetica. Cum autẽ declaratũ sit, ꝙ dignitatis rhetoricę orationis sit, ꝙ vtatur permutatione, & vniuersalius est declaratum, qua mensura expediat vti illa: expedit itaque, ꝙ loquamur de mensura, qua vtendũ est singulis septẽ speciebus dictionum simplicium: hoc est, illarum, quę sunt vsitatas: quia permutatio dicitur de illis communiter, & proprie.

Dicamus itaq; ꝙ expediat oratori ꝙ raro, vtatur idiomaticis & compositis, & quando eis vtitur, non vtatur secum his, quę assimilantur rei dispositione valde excelsiua: sicut sunt nomina extranea ex idiomate alterius gentis, vel nominibus compositis significantibus res, quę assimilare facerent rei, quam per illas ipsam significarent aliquam rem additam, & valde excedentẽ id, quod decerneret, ars Rhetoricę: & pręcipue in orationibus, quibus intenderet persuasionem tractorum, quia tales orationes, expedit ꝙ componantur ex vsitatis & nõ ęquiuocis dictionibus, quę vocantur vsitatę. & ex permutatis illis, quæ sunt proximę permutationi, ecõuerso dispositionis poeticę: & econuerso etiã dispositionis transumptũ, quibus intenditur persuasio egregiorum virorum, nam magis cõuenit,

ꝙ in his sit extraneitas,& in illis nomen ęquiuocum est magis propriū quā no D
men vsitatum,& pręcipue in oratione poetica.quia illi conuenit aggregare ex
traneas vndique & in summo,sicut est de dictionibus summe permutatis, & di
ctionibus sumę extraneis & ęquiuocis.Equiuocę autem magis proprię sunt So
phistis quam aliis artibus.Orator aūt vtitur illis ea mensura, qua vtitur Sophi
sta in hac arte,sicut pręmissum est. Nomina vero synonyma valde conuenien-
tiora sunt arti Poeticę,& congruunt etiam arti Rhetoricę.Poeta autem vtitur
hac specie propter quasdam causas: quarum magis propria apud ipsum est,illo
rum vsus ad metri , & versus verificationem . Orator autem vtitur illis pro-
pter euidentiam . & aliquando vtitur,eis secundum modum Sophistę,& com-
plementi, & absconsionis multiplicationis rei illarum multiplicatione apud di
uisionē. Poeta vero expedit,ꝙ ex eis vtatur illis, quę largiuntur rei aliquam
rem additam illi,quam facit assimilare aliud nomen : sicut quando dicimus me
rum,& vinum,& nectar . nam omnia hęc nomina, licet sint synonyma, tamen
faciunt assimilare res diuersas. Aliquando autem Orator vtitur synonymis,quā
do vellet replicare vnam eandem rem ad ipsam obseruandam & roborandam:
quia conuenientius est illud , quam replicatio rei per vnam dictionē. Quę vero
sint permutationes iocundę,nobiles, conuenientes huic arti,quibus est vten-
dum,& quę sint frigidiusculę , quibus non est vtendum : expedit ꝙ pręponā-
mus notitię illius , quod hinc sequitur notitiam specierum permutationis & sua
rum partiū : licet hoc proprium sit libro Poeticę . quia permutationis vtilitas E
expedit ꝙ in ambabus artibus sit pauca scđm proportionem vtilitatis metri in
vtraq; earū.& ideo magis propria est Poeticę,cum metrum sit magis propriū
illi. Hęc vero ars vtitur permutatione ea mensura, qua vtitur metro : hęc aūt
est parua res . Permutatio autem vniuersaliter largitur rei bonam intelligenti
am,admirationē,& oblectamentum. Et permutationes sunt duarum specierū,
permutatio,& exemplificatio. Et exemplificatio est duarum specierum,vel re
latiua,aut reliquorum prędicamentorum ; sicut alibi dictum est . Permutatio
autem est,vel permutatio a simili,aut permutatio a consequenti . Consequens
autem est tripliciter,vel pręcedens rem,vel coniunctum ei, vel posterius ipsi .
pręcedens autem est duarum specierum,vel causa rei,vel vniuersale ipsius rei,
coniunctum autem vel est tempus rei, aut eius locus, vel suę spēs distinctę, vel
eius quatuor opposita, hoc est cōtraria,& affirmatio & negatio, & habitus &
priuatio,& duo correlatiua . Res autem,quę sunt cum aliqua re per accidens,
& posterius,sunt passiones rei,& partes rei:& vnaquęq; harum est simplex,
vel composita. Composita autem est,ꝙ permutet rem cum aliqua re,& loco il
lius rei permutet suum simile : postea vero loco illius similis sumat consequens
illud simile : deinde sumat loco illius consequentis accidens illius consequen- F
tis . constitutio autem talis speciei permutationis esset profunda. Iam autem in
premissis dictum est,qualis sit modus compositionis huius permutationis.

Caput Tertium . De præceptis oratoriis in vsu
permutatarum dictionum .

POstquam autem hoc stabilitum est : instiemus pręcepta,quę Arist. vult
ꝙ expediat oratori vti in transmutatione & permutatione. Et dicamus
ꝙ Aristoteles ait, ꝙ expediat oratori vti transmutatione & permuta-
tione , quę sint proportionabiles consimiles illi,de quo esset oratio . &
intendit per consimilem , ꝙ ipsa eadem res possit transmutari contrarijs trans-
mutationibus . proportionabilis autem est,cuius dispositio conuenit dispositio-
ni,de qua est persuasio. Exempli causa,quia qui vellet magnificare rem illius,
qui furatus fuerat, per consimilē diceret,ꝙ ille mslitatus esset . qui autem vel-
let illū vilipendere,diceret,ꝙ subripuisset. Pręterea non euadit orator,qñ tulis-
set consimile proportionabile,quin consimilitudo illius,de quo est oratio,sit pa-
tens,& persuasisset ratione solius proportionalis: vel cōsimilitudo non esset pa

A tens, & secum annecteretur ipsum contrarium. & hoc, quando duceret contrarium illius proportionalis & cõtrarium rei, loco cuius sumeretur ipsum proportionale: quia contrariorum consimilia sunt contraria: verbi gratia, in sensibilibus. quia quod putat decrepitus vir, aliud est, quam quod putaret ipse iuuenis. & similiter conuenit ꝙ sit res in dictionibus.

Hęc itaque pręcepta sunt duo. quorum vnum est, ꝙ fiat simile patens: & alterum ꝙ fiat non manifestum, quando secum annecteretur suum contrariũ: quia illud faceret ipsum acquirere manifestationem, & euidentiã. Permutationes aũt proportionales expedit ꝙ sint ad id, qđ est intra ipsum genus, non ad res excedentes a genere, de quo est oratio. quando autem orator vellet ornare orationem, constitueret permutationes ad præstantissimum in genere illo. Exempli gratia quia petitio & supplicatio ingrediuntur sub vno genere, quę est ipsa interrogatio: supplicatio aũt est vilior petitione, quia supplicatio est illius, qui est inferior petitio autem ęqualis. Quando autem vellemus ornare supplicationem, dicere mus eam petitionem. & quando velemus deturpare ipsam petitionẽ, eã vocaremus supplicationẽ. Et similiter qñ vellemus magnificare vnam eandem rẽ, nominaremus illam per maximã in illo genere. si aũt illam vellemus paruifacere, appellaremus eam per minimũ. Exempli gratia, quia quando vellemus magnificare dispositionem illius, qui furatus esset diceremus, ꝙ ille militatus esset. si autem illam vellemus paruifacere, diceremus ꝙ ille commisisset dolũ. & hoc
B quia omnes hij actus ingrediuntur sub oblatione opũ, pręter opinionẽ dominorum illarum opum. & quando vellet, ꝙ ipsa permutatio largiretur intelligẽtiam huius rei expediret ꝙ ferret res, quę sunt vnę secundũ speciem. & hoc in rebus, quibus non sunt nomina imposita. quia illę, quibus sunt nomina, sicut nomina illarum, sufficit earum dignotio. Et permutatio, quę est huius dispositionis, constituit orationem verificatam, & sua assimilatio est pauca. Et aliquando ex pedientius locis est, ꝙ in permutatione fiat aliquis nutus, & figura. Et nominis lepos fit, quando illud cõduceret per dictionem non abhorrendam, neq; extraneam. & hoc fit, quãdo nõ exprimeretur nomen rei sibi propriũ. & hoc est, qđ vocatur agnomen: quia expositio per nomina rerũ vt plurimum dispositionis est res abhorrenda. Hoc aũt fit pluribus modis. Quorũ vnus est, ꝙ ducatur in medium per dictionem vniuersaliorem rem. vel propriorem. Scđs aũt est, quando rei, quam exponeret, esset turpis: & constitueret sermonem de illa p dictionem ęquiuocam illi rei turpi, & alii rei, quę non esset turpis. & illa est, quam Aristo. vocat locutionem, ingeniumq;. Tertius aũt est, ꝙ constituatur sermo de illa per signum sibi proprium, secum conuertibile scđm pręidcationem. Et hæc permutatio stabiliret rem expositam, ac si esset circa rem. raro aũt fit talis permutatio. & hic est econuerso rei primi modi. & hoc, quia quasi non inueniretur
C aliqua res, cui sit nomen proprium, nisi iam declarata esset per dictionem vniuersalẽ. Signorũ vero inuẽtio est rara: sed qñ inueniũtur, suus vsus est famosus, & sunt affinis significationis rei. Et quartus modus est, ꝙ appellet rẽ suo cõtrario, vel per magis & minus. & hoc est sic, si excitaret ad minus per magis, vel ad magis per minus exẽpli gratia, ꝙ laudaret hominem coram aliquo qui esset pręstantioris dignitatis eo: & per hoc testaretur excessui suę dignitatis. Et aliquando laus cuiusdam viri esset nutus vituperationis turpitudinis alterius viri: & econtra. & hoc, quando notum esset ex dispositione illorum duorum virorum, ꝙ ipsi sint distincti secundum mores, & regimen, & genealogias, & reliquas res, quę studiosum disponunt. sicut si quispiam intendens publice vituperare suum socium, diceret: sum ne ego adulter? an mea mater sit meretrix. Et aliquando fit insinuatio vituperii per quasi simile huius loci. Sed quando fit expositio huius rei turpis, vsus similis remoti, hic est conuenientior quã propinqui. quia eadem res permutaretur variis permutationibus, & variaretur illa res per pulchrum & turpe secundum varietatem rerum, in quas cecidit permutatio, hoc est ipsarum consimilium. Exempli causa, quando aliquis describeret quandam mulierem manu coloratam muliebri fucu, qui alhanna dicitur Arabice. & diceretur de ea ꝙ ipsa sit extremitatibus rubea p decore: & silr qñ dice-

remus vueam extremis,ac etiam diceremus vinosam extremis, quod est vilius D
illo.& turpius quã hoc,esset ꝙ diceremus sanguinolentam digitis: quia dicere
digitis sanguinolentam esset propinquius turpitudini,quã sit laudi. & ideo va-
riatur assimilatio propter varietatem rerum, quibus cecidit permutatio decoris
& excellentiæ.. Res autem sunt consimiles secundum reliquam trium rerum,
vel secundum consimilitudinem respectus morum, vel coloris:aut quia suę spe
cies vel sua genera sint vna; aut quia suę operationes sint vnę.Ex quo autem
orationes rhetoricę & poeticę sunt descriptione rerum inuentarum immo ficta-
rum,quas poeta vel orator vt in libro Alcalile & Dhamane finxisset, licet fi-
ctio proprior sit Poeticę quam Oratorię. & ideo modi fictionis distincti sunt
in libro Poeticę.Expedit itaq; etiam ꝙ scias,ꝙ cuidam permutationi speciei fi
ctionis aduenit decus & turpitudo, sicut aduenit permutationi, quę fit de rebus
inuentis. & aliquando hoc aduenit etiam vni eidem rei. exempli gratia, quod
retulit Aristo. de quodam viro illorum veterum, qui dixerat narrans in suo li-
bro, ꝙ quidam mulus gratulabatur ꝙ ipse esset equi propago: quando ipse et
esset propago ipsius asini. & dicit ꝙ quando dixit mulum esse equi propaginē,
erat illi magnificentia: & quando dicitur de eo propago asini, est ei vilipēsio.
Et quędam permutationum est,quę largitur rei excelsum paruipensionis & ma
gnificationis,quę appropriatę sunt Poeticæ. Expedit autem, ꝙ in Rhetorica E
fiat magnificatio & paruipensio ex intentione: sicut qui diceret ex Abraham
Abraim Arabicæ: Latine vero Abramulum, & ex Amnō Amnomulum, &
ex Bagar Bagarulū. Constitutio vero præter locum constitutionis, vel positio
enthymematum, quæ significarent stabilitatem in alio a suo loco,est etiam quę
dam species malæ permutationis.

Frigidiuscula vero nomina, quę expediret oratori ꝙ ipsa aufugeret, sunt
quatuor specierum,& sunt ex numero nominum, quorum,significati intellectio
esset difficilis, vel assimilarentur secundum quandam dispositionem attributis
additis, eo quod opportunum est ex eis. Et vna quidem specierum nominum
frigidorum est,ꝙ ex speciebus nominum compositorum vtamur illa,quę est rei
secundum aliquam dispositionem non famosam, & difficile esset illam cōstare,
aut putaretur de ea aliquod accidens remotum. talia autem nomina non repe-
riuntur in idiomate Arabico. Secunda autem species est vsus idiomatum, hęc
autem est duobus modis. Quorū vnus est,ꝙ vteremur illis in oratione alicuius
gentis,quę essent pręter suum idioma,sed secundum idioma alterius gentis alie
næ illi. Et secundus est, ꝙ vtantur in oratione illius gentis nominibus alterius
excessiuę extraneitatis,quę reperiuntur in suo idiomate. Tertia autem species
est,ꝙ vteretur ex nominibus impositis,quę essent translata illis, quę non assi-
milantur signis rei,ad quam essent translata propter ęquiuocationem, quę in il- F
lis est,& propter vniuersalitatem ad multitudinem,quę sub illis ingrederetur:
vel propterea ꝙ illud,quod ei assimilaretur,esset accidens remotum: vel ꝙ ali
quando ei assimilaretur, quando non reperiretur illa res,quia omnia hęc sunt
nomina frigida. Exemplum autem nominis ęquiuoci translati est,ꝙ lac voca-
retur ipsum album:quia album dicitur de rebus multis albis: & esset difficilis
intelligentię illius,quod per hoc intenderetur:& similiter est res,cui transferetur
nomen sui generis. Et Arist. refert quendam antiquum, qui vtitur talibus no-
minibus frigidis,& vocabat sudorem humorem nomine sui generis:& volupta
tem vocabat tractum in contrarium animę: & animę diligentiam vocat inuidi
am. Illud vero,quod assimilatur aliquo tempore pręter tempus rei, est,sicut si-
gnificat actum futurum, vel illud cuius esse esset pręter tempus, quod significa
tur per sermonem significantem tempus. his autem speciebus non expedit vti
in Rhetorica,sed fiunt in Poetica: hoc est,quę faciūt animā imaginari aliquod
accidens remotum.

De nominibus translatis.

Nomina autem translata in principio suę rei sunt extranea,& tunc sunt pro
priora Poeticę,quando autem protraheremus tempus in eis, fiunt diuulgata,&
conueniunt Rhetoricę. Si autem augeatur sua famositas numerantur inter di-
ctiones vsitatas,quibus vniuersalius expedit, ꝙ vtatur hęc ars in altero duorū

locorū:

locorum:vel quando non reperiretur rei, de qua est sermo, aliqđ nomē, & trāsferretur ei aliud nomen, licet non intenderetur in eo, ꝙ longis temporum curriculis vtitetur: vel quando intenderetur, ꝙ eo nomine illa res vocanda sit in futuro tempore secundum modum constitutionis statutę ipsis hominibus.

De nominibus, quibus fit imaginatio.

Illa autē, quibus vtendum est hic sunt ea, quę faciliter largiuntur rei intelligentiam, & per ea imaginetur aliquod attributum secundum mensuram, secundum quam ea indigetur in hac arte, non illis, quę sunt profundi sensus: quia non est vtendum sensus profunditate cum illo, cui homo intendit aperire mentē suam: sed vtendum est illa cum illo, cui vellet aliam reddere rem: neque etiam illis, quibus esset assimilare secundum dispositionem rei excellentioris quam illa, de qua intenditur. Nomina autem composita sunt propria speciebus poematum prolixorum, quę consequuntur multitudinem literarum, ex quibus composita fuerunt. Et inusitata sunt propria poematum, quæ dicuntur de eximiis rebus, quibus quispiam prçualeret cum confidentia & cautela, quia nomina inusitata largiuntur rei magnificentiam & exaltationem. Nomina vero permutata inter species pœmatū conueniunt poematibus, quibus intenditur oblectamētū & bonum largitionis intelligentię, hoc autem dicetur in arte Poetica. Quarta vero species frigidarum dictionū fit permutationibus, quę non sunt decoræ. Hoc aūt accidit illis pluribus modis: vel ꝙ sint ex rebus remotis, aut ex rebus propinquis: vel ex rebus patentibus, aut ex rebus latentibus: vel ex rebus quę faceB rent imaginari de re excessiuam additionem, aut excessiuam minutionem: aut ex rebus vilibus; vel quod componerentur plures harum specierum. nec sunt difficilia illi, qui meminit orationum & poematum exempla harum specierū. Et comparatio est quædam species permutationum. & hoc, quia quędam permutatio est, quę fit exemplum, & simile. Differentia autem, quę est inter ea, est, quia in permutatione stabilitur exemplum loco illius cuius est exemplum: in comparatione vero fertur cum notis assimilationis. exemplum autem vniuersaliter est fictum, vel ens. Permutatio autem exemplaris expedit ꝙ semper sit proportionalis rei, quę fit loco eius: & prçcipue, quando permutatio sit per res diuersas. Sicut retulit Aristo. ꝙ poetę sui temporis vocabant Iouē crateram ferentem, & Martem scutiferum. & hoc, quia ex quo credebant ꝙ Iupiter sit planeta comitatus amicitię & vnionis & triumphi, & societatis & pietatis, homines autem, quando sunt huius dispositionis, habēt crateras in suis manibus: ideo accommodauerunt illud nomen proportionale credulitati, qua do illo crediderant hanc credulitatem. Et ex quo Mars apud eos fuit planeta bellorum & odiorum & contentionum: homines autem in bello habent suis manibus scuta & arcus: ideo illi accommodauerunt hoc nomen. ambę ergo hę permutationes sunt proportionales, sed sunt ex rebus remotis. Aristo. autem ait ꝙ permutationes decorę exemplares sint ex rebus, quę vnę sunt speciei. & hoc, C ꝙ homo comparetur homini ei proportionali, sicut ꝙ pulcher assimiletur ipsi Ioseph. Si autem non fuerint vnę secundum speciem, essent vnę secundum genus proximum: sicut quando comparamus decoram mulierē ipsi ceruę. & si hoc non esset possibile, fieret scđm genus remotū: sicut quando dicūt de decora muliere, ꝙ sit clara sicut Sol, Permutatio vero, quę fit ex rebus, quę non ascendūt in vnum genus, & si sit remotum, illa est vtilior. Hęc itaque est summa illorū, quę dicta sunt de simplicibus dictionibus, quibus vti expedit oratori. Infra autem ipse meminerit quarundam rerum de quibusdam attributis dictionum simplicium & compositarum preter eas, quę exactę sunt. & hoc, quia attributa dictionum, quorum mentio facta est, sunt eius attributa, qua largiuntur exēplum. Attributa vero, quorum postea mentionem faciet, sunt attributa, quę quando annectantur dictionibus, sunt perfectioris significationis, & manifestioris vtilitatis & intelligentię: vel attributa, quæ sunt preter hęc, & consulet de remotione illorum, & vsu horum. Primum autem quo indiget orator est ꝙ sit peritus in idiomate virorum, quorum idiomate orat: & ꝙ sit suo ore tritū, adeo ꝙ eius oratio sit secundum omnia eius dicta prçstantiori modo, quo currit consuetudo virorū illius idiomatis.

Caput Quartum . De oratoriis Obseruationibus .

PRima autem rerum, quas oportet obseruare, vt oratio sit perfectioris significationis & rei adeptionis, est constitutio literarũ coiungentiũ in loco orationum, vbi expedit ꝙ sint. Coniunctiones aũt vniuersaliter sunt literę, quibus coniungitur oratio, & copulãtur suę partes sibi inuicẽ. Iã aũt Abũnazar numerauit suas species alibi. Quarum quędam sunt, quarum semita est ꝙ stabiliantur in initio orationis sicut sunt coniunctiones, quę inferũt affirmationem cuiusdam rei de aliqua re: sicut sunt literę conditionis & possibilitatis: & sicut sunt literę largientes intelligẽtiã, & decisionẽ. Et quędam earũ sunt, quarum moris est, ꝙ stabiliantur in medio orationis: sicut vau & phe, id est, &, vel, & dictio hodh Arabice, id est vlterius. Et quędam earum sunt, quarũ moris est ꝙ stabiliantur in vltimo orationis: & sunt literę occasionis & causę: sicut est si dicere honoraui Socratem propter suum bonum, quia eloquentius est quã si diceres propter suum bonum honoraui Socratem. aut honoraui propter suum bonum Socratem. Hoc aũt notum est in Gręcorũ idiomatę. Decet aũt oratori ꝙ ordine has coniunctiones locis quibus locutio sit eloquentior secundum illud idioma. Ac etiam illę coniunctiones, quę decernunt ꝙ coniungantur cũ illa dictione cũ qua copulãtur ipsę coniunctiones alia dictio præter illã, cũ qua coniungitur ipsa coniunctio, vocatur decisio. Conditiones aũt huius coniũcti alicubi est, ꝙ precedat ipsam coniunctionem: & alicubi suę semitę est, ꝙ sit post coniunctionem. Expedit autem ꝙ literę decisionis in talibus orationibus stabiliantur in locis, vbi suę semitę est ꝙ ponantur. & hoc aut ante dictionem coniunctam dictioni, cui annectitur coniunctio, vel postea. Exemplum illius, in qua dictio est posterior dictione coniuncta ipsi coniunctioni, est quando dicis: vel Socrates ambulat, aut Plato sedet. Vsus vero orationis, quę iudicat decisionem absque coniunctionibus, expedit ꝙ auferatur. Quando autem fit hoc, in talibus expedit, ꝙ non ponatur distantia inter decisionem et decisum per ipsam in multo eloquio intendentibus huius diuulgationem. Ac etiam quędam coniunctionum est, quę decernit, ꝙ ipsam sit alia coniunctio. Hoc autem fit, aut suę speciei, quando ipsamet coniunctio repetitur: sicut est dictio an, vel veruntamen, vel alterius speciei, sicut est dictio ym, id est an, quando prouenit post He admirantis, vel post Lamedh largientem intelligentiam. Expedit autem in talibus locis ne ingrediatur inter primam coniunctionem & secundam, alia coniunctio, cuius conditionis non est ꝙ cadat inter illas: quia hoc stabiliret orationem pendentem non intellectam. Aliquando autem conuenit, ꝙ interponatur inter primam coniunctionem & secundam in locis pręstantibus raris alia extranea coniunctio. sicut est sermo dicentis, quia ego quidem propter hoc feci sic: tamen talis itaque propter hoc fecit sic. Ac etiam conuenit, ꝙ introducatur coniunctio significans causam, vt quando diceres: propter hoc, aut primum, vel secundum, quorum vnum decidit in alterum. Aliquando autem fertur coniunctio extranea in tali loco in vltimo orationis: sicut est sermo dicentis; quia ego faciam hoc vel talis faciet hoc propter sic & sic, & propter sic & sic. sed est difficilis traditio regulę notificantis, vbi expediat ꝙ ordinentur tales coniunctiones extraneę in singulis locis partium talium orationum. Expedit vero ꝙ apprime consideretur hic, in quo oratio fuerit perfectioris dignotionis scd͂m locutionẽ. Et aliquando etiam decet in raris locis, ꝙ stabiliamus distantiam inter coniunctionem & inter suas partes. Hoc itaq; est primum præceptũ, quo pręcepit, ꝙ qui voluerit essę peritus in idiomate alicuius gentis, ꝙ circa illud insistat. Secundum autem pręceptũ est, ꝙ orator caueat, vt sua declaratio sit per nomina vsitata propria rei quę dicitur: hoc est illi vniuoca per nomina communia fastidienda. Tertiũ pręceptum est, ꝙ locutio nõ sit per nomina ambigua, quę faciunt imaginari rem & suum contrariũ, & fallerẽt audiẽtem. hęc aũt nomina sunt propria Sophistis: & magis propria sunt arti Poeticæ, ꝙ huic arti. Vates aũt loquuntur talibus nominibus, quia minoratur constantia

A fuerum orationum,quando loquuntur talibus nominibus, cum ferant plusquam
vnum significatum.Sicut accidit cuidã viro vaticinatori cum quodam rege,qui
dixerat illi,quando transibis talem fluuium,perdes eximium principatum . &
putauit ille rex,ꝙ ille esset principatus aliquorum suorum inimicorum.quando
autem transiuit fluuium ipsum,vicerunt sui inimici,& eum interfecerũt & fuit
ꝙ perdiderit principatum proprium,Quando aũt vates loquũtur per nomina
variata , & magnificant tempus & quantitatem,error augetur. Quartũ pręceptũ
est,ꝙ caueat figurã dictionũ significantium masculinum & fęmininum, ne vta-
tur figura significante masculinum in significato fęminino,neque figura signifi
cante fœmininum in significato masculino . masculinum autem & fœmininũ re
rum reperitur in animalibus.Pręterea iam in quibusdam idiomatibus transgre-
ditur hic terminus;& quędam entia exprimuntur per nomina,& per dictiones,
quarum figurę sunt figurę fœmininę:& aliqua per illas , quarum figurę sunt fi-
gurę masculinę,in aliquibus autẽ idiomatibus non reperitu r masculo & fęmi-
nę figura ꝓpria:sicut fertur ꝙ est in idiomate Persico,hoc aũt reperitur in no-
minibus & literis.Et in quibusdã idiomatibus reperiuntur nomina.quę sunt me
dia inter masculinum & fęmininum,sicut fertur ꝙ ita sit in Gręco, Et cũ opor-
tet in his nominibus,ꝙ suę desinentię sint illarum figurarum,quę consuetę sunt
apud illos viros:hoc est,ꝙ sint signata signo,quo solẽt viri illius idiomatis signa
re desinentias nominum huius speciei in singulis locis orationis : vel sint decli-
B nata declinatione propria illis.Quintũ pręceptũ est, ꝙ caueat in vsu figuratũ
nominũ significãtiũ singulare,& dualitatem,& pluralitatẽ.Et caueat in specie
bus nominum significantium.compositionem.& hoc,quia quędam eorum sunt,
quę significant compositionem,qm̃ nomina nominũ sunt varia apud Arabes.&
oratori expedit,ꝙ caueat in eis,vt vtatur qualibet figura eorum in suo loco, &
ꝙ stabiliat suas desinentias varias in oratione:sicut diximus de varietate con-
sueta apud viros illius idiomatis apud varietatem significatorum orationis,quę
vocatur signatio apud Grammaticos Arabum:& clausula seu cẽsura apud Gra
maticos Gręcos.Sextum pręceptũ est,ꝙ expediat ꝙ sermonis scripti sit intel-
ligentia suorũ significatorũ,& quando profertur,& quando exprimitur orete-
nus coram sit facilis sua expositio.Lecti aũt sermonis significatorum intelligen
tia sit facilis in eius prolatione,quando in eo fuerint literę continuationis & pau
sę.Hęc autem res nondũ cõstituta est in scriptura Arabica:sed reperitur in plu
ribus scripturis reliquorũ idiomatum,Sermo aũt oretenus corã dictus, cuius si-
gnificatorum intelligentia est difficilis,est sermo multarum coniunctionum,qui
vocatur sermo continuatus,nam vsus coniũctionum in sermone expedit ꝙ sit
mensuratus,quãdo omnimodus defectus illarum in sermone inferet defectum in-
C telligentię suę continuitatis:sicut illarũ pluralitas inferret defectum intelligen
tię pausę.Et huiusmodi est:ꝙ in orationibus compositis aufugiantur dictiones,
quę quando per eas fit sermo,nescitur , an continuentur primę parti orationis
vel vltimę parti,sicut est sermo dicentis,quando hic sermo esset cynicus,fieret
ad virũ sapientẽ.quia quando dicimus cynicum,fert,ꝙ sermo sit denominatus ,
adeo ꝙ huius sensus sit,ꝙ hic sermo,qñ esset cynicus,esset ad virum sapientẽ .
Et fertet, ꝙ qñ dicimus cynicum:sit denominatio viri sapientis ex familia cy
nicorũ,& non sit oratio perfecta,& indigeat responso:& esset illius sensus , ꝙ
hic sermo,quando fieret ad virum sapientem cynicum,& indigeat expressione.
Causa autem harum ambiguitatum est defectus signi continuitatis & pausę .
Et huiusmodi est,quando contigerit,ꝙ sint duę res ingredientes sub aliquo ge
nere,& vellet declarare vtranq; earum per id,quod illam appropriaret, expe
diret itaq; ꝙ stabiliatur oratio de vnaquaq; ꝑ dictionẽ,quę illam appropriaret.
Si aũt vellemus facere mentionem de aggregato ex eis,fieret oratio ex his,in
quibus conuenirent:exempli causa, quãdo vellemus facere mentionẽ de verbo
visionis in oratione,quæ ipsum appropriaret , diceremus,vidimus:& e x ver-
bo auditus,audiuimus:& si vellemus ea aggregare,diceremus ꝑcepimus.Si au-
tem sermocinaremur ex verbis visionis solum , vel auditus solũ per dictionem
ꝑceptionis,esset oratio vitiosa,Et ex his,quę constituunt difficilẽ intelligentiã

enunciationis rei, quę intenditur enunciari est, ꝙ pronuncians interponat inter enunciationem, id est suppositum, & enunciatum, id est appositũ, plures sermones. sicut q̃ñ diceres: Ego intẽdebã, quãdo loquutus sum: & fuit hic sic &, sic tali & tali dispositione, ꝙ agerem tali modo: hoc est, ego, q̃ñ loquutus sum, intẽdebam ꝙ agerem tali modo, & interposuissem talia in medio, quibus difficilis fieret rei intelligentia: sed recipitur ex hoc vtilitas in oratione, quando orator intendit augere orationem & crescere dictiones. & hoc, quia si talia inutilia ipse tulisset in vltimo, statim declararetur ꝙ illa esset superflua. quãdo autem ea tulerit in medium, conduceret audientes putare, ꝙ sint opportuna. Quando vero intentio oratoris esset breuitatis, non expediret ferre hoc superfluum.

De largitione & abbreuiatione orationis.

Ex his autem, quę adiuuant bonam largitionem intelligentię rei, & orationis crementum, est, quando orator intendit vti orationibus ęquiuocis loco nominum simplicium. quando autem eius intentionis est ipsa breuitas, expedit ꝙ faciat huius contrarium. Et aliquando orator recipit vtilitatem ex hac permutatione, hoc est, permutatione orationis locos nominis, & nominis loco orationis. quia quando rei esset aliquod attributum turpe, opportunũ esset oratori ꝙ permuter loco illius orationis significantis illud attributum ipsum nomen. & sic si nomen faceret imaginari de aliqua re turpitudinẽ, expedit ꝙ permutetur cũ oratione sibi coęqua. Vsus autem orationum loco nominum est ex his, quę iuuant orationis crementum. Orationes autem permutatę loco nominum sunt quę componuntur ex rei excessu, & ex operationibus prouenientibus secundũ modum declinationis. Oratio autem permutata, possibile est, ꝙ constituatur breuis: & potest esse ꝙ stabiliatur longa. Et permutatę orationes vt plurimum sunt Poeticę. & iĩ poetę vtuntur eis. & hoc secundum quod intendit de orationis ꝓlongatione, & eius abbreuiatione. quia poeta aliquando intendit describere vnam rem, & loco illius ponit plures orationes: & aliquando quando intendit abbreuiationem, intendit describere plures orationes, & ponit suo loco vnicam orationem: & aliquando ponit loco vniuscuiusque earum vnam orationem, quã do intenderet periphrasim. Et ex his, quibus oratio ponitur abbreuiata, est, ꝙ cõstituatur disiunctus secundum eius partes a se inuicem. disiuncta autem oratio est, quę quando initiatur de ea, prosequitur in id, cuius moris non est ꝙ denominetur per illud, sed indigeat introducere inter ipsam & inter subsequentem aliquod medium. & quando illud medium obmittitur, fit oratio disiuncta: adeo ꝙ putatur prima oratio alia a genere secundę. & hęc est species sermonũ, qui vocantur nugatorii. & in hac spẽ disiunctę, nam deficiunt signa coniunctionũ: licet vna spẽs disiunctę orõnis sit ex parte oĩmodi defectus signorũ coniũctionũ, sicut p̃missum est. Orõ ergo disiũcta est duarum spẽrum, spẽi defectus signorum cõiunctionum, & speciei defectus mediorũ, quę sunt inter orationis partes. Ait Abunnazar. Oratores autem Arabum quasi putant ꝙ eloquentię sit vsus orationis disiunctę. Dictionibus vero priuatis & nominibus infinitatis, & locutione infinitata, & vniuersalius omnibus negationibus & dictionibus, quę significant priuationem, non rerum substantiã, expedit ꝙ vt plurimum vtamur apud insinuationem vituperationis, & apud libitum illius occultationis & absconsionis. Illę autem sunt magis poeticę, quam rhetoricę, & pręcipue quod fuerit extremę significationis, quia illud non significaret rem finitam. & ideo si orator illis vterentur in laudem & vituperium, non vituperaretur per rem finitam, neque laudaretur per rem finitam: & ideo non sumeret de illis vtilitatem qui laudatur, neque noceret illi qui vituperatur eo damno. Et similiter etiam parũ vtilitatis est, quod suscipitur per hoc in concionatiuis neque in iudicialibus: nisi in defensionem, quia illi suscipit vtilitatem de ea.

De oratione decora.

Oratio autem fit decora, quando fuerit ex dictionibus imaginari facientibus moralibus, quę conuertuntur versus rem intentam rectis. Intendo autem, quando dico morales dictiones, sollicitum facientes ad virtutem: cuius moris est, ꝙ ex ea proueniat ille actus, ad quem sollicitare intendit ipse sermocinator. nam hic sunt quędam dictiones, quibus homo non sollicitatur ad mores & passiones animę, sicut quando dicunt, nonne sciuisti, si nõ audisti. Quando aũt de

eo quę conuertuntur versus rem intentam, ꝙ mos vel passio illa sit. quę sollici tum reddit de eo, cuius semitę est, ꝙ ab eo ꝓueniat actus intentus. Quando aūt dixi rectis, intendo ꝙ non tradant oratori extimationem morum nimium excel lentium suam conditionem, & minueretur eius passio, vel quādo ipse induce- ret ex illa oratione aliquem morem, neq; mores nimis viles apud suam condi- tionē. sed tradunt in ea similitudinem morum sibi conuenientiō. Et ex his, quę constituunt orationem vilem, est, ꝙ oret dictionibus consuetis, & non oret ex il la vniuersaliter, sed per res distinguentes. & vniuersalius expedit itaq; ꝙ non sufficiat dict onibus, ꝙ sint mensuratę sola sonoritate, vel alijs dispositionibus, quę deforis sunt, quę notę sunt faciei nutu: sed cum hoc expedit ꝙ per se largiā tur similitudinem. Morales autem orationes, quando meminerit alicuius peccati vituperij & defectus, promouent iram. Quando autem meminerint tristitiarū, & rei excellentię, trasferent ad tremoeem, & timorem. & eei difficultatem: & ꝙ homo ex se non largiretur quod quęritur ab eo. Et quando fiunt in laudem, fa- ciunt gradatim procedere versus rem, cuius actus intenditut, & ipsum facilitāt. Quando autem fuerint contrariæ laudi, promouerent in tristitiam & tremorē. Morales autem orationes largiuntur persuasionem, quando homo eas signifi- caret quibusdam dictionibus suo regimine significantibus sollicitare mores, nō dictionibus suo regimine non significantibus illum morem, neque illam passio- nem. Extant autem orationes morales fortioris persuasionis per dictiones sibi

B propriās. nam his dictionibus stabiliuntur animę, & delectat illarum casus ab ea: & putatur de eis, ꝙ sint ipsa veritas, cum proprium veritatis sit ꝙ stabilian tur animę, & delectet suus casus ab ea. aliquando autem errat anima circa hoc, & fallit eam locus ab accidente. Pręterea, quando audiens afficitur ab eo, qui ei sermocinatur per affectum, qui sunt deforis: sicut sunt affectus faciei, & alię res, quę numeratę sunt, tanto magis afficeretur, vel indueret aliquem morem ex dictionibus quę suis nominibus significant illum morē vel affectum. Iam autē declaratum est ex his, quę dicta sunt, qui mores & affectus conueniant cuique generi & cogitationi. Et intendo per genus sicut adolescentem senem, & mu- lierem & virum, Arabem & Romanum, per cogitationem autem intendo rem, quam singulę gentes intendunt in mundo viuentes: sicut est scientia apud quos- dam viros, & apud alios ipsę diuitię, & voluptates apud alios, & alię res, quę possent stabiliri vltimus finis. Et artes etiam, & magisteria habent impressionē quandam ad pręparationem eecipiendi singulos mores, & singulos affectus. Et expedit oratori, quod apprime consideret aduenienś cuique hominum ex mo- ribus & affectibus, & ipsum sollicitet ad illum, quia quando hoc intenderet, e- set sua operatio pręstantior. Et ex his, quę expediunt ei intendere, est ꝙ sermo cinetur viris cuiusq; artis per dictiones morales, quę diuulgatę sunt apud habē

C tes illam artem, sicut ꝙ sermocinetur philosophis per dictiones morales, quæ diuulgatę sunt apud omnes philosophos, & sic in singulis artibus. quia huic adiut est vehementissimus casns ad persualionis largitionem. Morales autem orationes non sunt orationes affectuum, neque materiæ, ex quibus fiunt, sunt vna eędem: licet moralibus iam insit aliqua res affectus, sicut est sermo dicēns: Et quis nescit hoc omnis homo, scit hoc: quia hoc significat ei pudendum esse quęrere quonam pacto hoc sequatur. pudor autem est affectus quidam. Et vni- versalius expedit, ꝙ omnis res fiat tempore sibi conuenienti, & fiant orationes morales in loco sibi conuenienti, & orationes affectuum in loco sibi conuenien ti etiam. Et ante hoc expedit oratori in his, quę infra se ipsum, sunt, ꝙ pręponat & consideret vias, & modos, quibus persuadeat audientibus: qm̄ per hoc fieret eius persuasio magis nota, & nō lateret ipsum qđ dicere ei libuerit. & iam To picus pręcepit tali pręcepto in octauo libro Topicorum, Nec expedit Orato- ri ꝙ constituat omnes sua oratione scđm dictiones vnius generis, adeo ꝙ oēs essent scđm dictiones accommodatas vel inusitatas, aut diuulgatas: sed cōuenit has permiscere. quoniam scđm hoc oratio fit fortioeis imaginationis. quia quā- do ferret eas vnius generis, & non esset in eis aliqua ees insinuata, non faceret per hoc acquirere quid extraneum, neque admirationem promouentem animā;

ſed apparet exceſſus orationis imaginatę vltra orationem famoſam, quando ſe
cum coniungeretur.& ſic etiam eſt de oratione inuſitata. Quando aũt omnes il D
las conduceret vnius generis, facerent imaginari cõſuetum, & non eſſet ibi quid
extraneũ promouens aĩam. in orationibus aũt affectuũ expedit, ꝙ vtamur no-
minibus inuſitatis, & impoſitis, & duplicibus: immo illę ſunt conuentiores ad
hoc. & hoc, quia hę tres ſpecies dictionũ faciunt imaginari quandã rem additã
rei intentę per illas. Quando autem aliquis vir ſermocinaretur de illis ex ora-
tionibus affectuum, fecerunt in illis acquirere quandam rem additã circa rem,
quę promoueret ad affectum illum, & ſcd̃m quod adiecerunt cõditiones illi rei
ex imaginatione. & expedit illas proferre apud ſuam ſpeciem, ꝙ vtatur oratio-
nibus moralibus & affectuum cum audientibus de actione alicuius rei vel eius
remotionẽ, ꝙ enunciet de ipſis ꝙ in futurum agent illam rem, de qua quęrunt,
cum illorum promotione ad illum morem vel affectum, cuius moris eſt, ꝙ pro-
moueat ad illam rem. & hoc, quando illos direxiſſet ad rei actionẽ: & ad illam
eos ſollicitandum in laudem orationibus moralibus, vel ad promotionẽ ad ami
citiã orationibus affectuũ, vel ad ſe abſtinendum ab illa: & eos ſollicitare ad
remotionem vituperij per morales, vel ad promotionem ad odium per eas, quę
ſunt affectuum. Verbi gratia, quia quando quiſpiam vir vellet promouere ali-
quem hominem verſus aliquam actionem per orationes morales, hoc eſſet ei
poſsibile per laudem illius, cuius ſemitę eſt, ꝙ ab eo proueniat illa actio: ſicut E
ꝙ illi dicatur, ꝙ hoc operarentur viri excellentium cogitationum, & eximiarũ
progenierũ. Quando aũt ſecum vſus eſſet tali oratione, expedit ꝙ addat huic, &
tu facturus es illud, quia tua cogitatio & excellentia hoc decernunt. Et ſimili
ter fit, quãdo promoueret orationibus affectuum, ſicut ꝙ dicatur ei, hoc faceret
qui adipiſceretur bonum nomen, & hominum laudes. tu aũt hoc in futurũ ac-
quires. Et ſimiliter fit in remotione actionum vituperij vel odij. & hunc actũ
Ariſt. vocaret pronoſticationem futurorũ. & dicit ꝙ Oratori expediat, ꝙ vta-
tur hac pronoſticatione. & dicit ꝙ cauſa occurſus perſuaſionis de illa eſt, ꝙ
dicatur de ea ꝙ futura ſit. Retulit autem id de ea, quia ſuæ condiaionis eſt ꝙ
futura ſit. & dicit ꝙ hic actus nimis conueniat Poeticę, quia poeta eſt in gradu
prophetę, hoc eſt, qui narrat ea, quæ futura ſunt. Quando aũt illa pronunciatio
eſſet cum deluſione vel deriſione, dignior eſſet, ꝙ agat in audientem.

Caput Quintum. De Temporibus partibus orationis opportunis.

CVm autem iam loquutus eſſet de diſpoſitionibus dictionum compoſita
rum ſecundum qualitatem ſuę compoſitionis, & illarum ordinatio-
nem & prolongationẽ, & tradidiſſes vnicuiq; horum modorũ pręce-
pta conferentia, incœpit loqui de temporibus, quę ſunt inter partes F
orationis rhetoricę. Et dixit ꝙ oratorius ſermo expedit, ꝙ ſit non habens me
trum, neq; numerum. & quando dicit non habens metrum, intendit ꝙ non ſint
tempora, quę ſunt inter partes ſyllabarum, tempora ex quibus fiant harmonię,
& melodiæ. & quando dixit neq; numerum, intendit ꝙ non ſint literę ſylla-
barum ęquales. Fit aũt oratio metrica, qñ congregauerit ambas has conditio-
nes. Tempora aũt, quę ſunt inter ſyllabas, aliqñ ſunt ex ſilentijs & pauſis, ſi
cut eſt diſpoſitio metrorum Arabum: & aliquando ſunt cõpoſita ex ſilentijs &
pulſationibus, ſecundum quod eſt diſpoſitio metrorum reliquarum gentium.

*Ait Abraham. Non duximus huius loci interpretes ſilentio prætereundum
errorem magni Auerrois in hoc paſſu ex abuſu verſuum Arabum: qui, vt ipſe
refert, metrum ex æqualitate numeri ſyllabarum conſtituunt, & tempora ex ſi
lentiis & pauſis numerent. quare deuiauit nedum ab Ariſtote. opinione, ſed
ab ipſa Muſicæ natura, vbi pes ex numeroſis dimenſionibus ſyllabarum c[illegible] lat.
vbi fit comparatio ſyllabarũ prolationis ad ſe inuicẽ ſcd̃m Muſicam, ideſt pro-
portionalẽ menſuram motus eloquendi, nullo habito reſpectu ad ſilentium vel*

A *pausam, sed bene ad eleuationē & positionē vocis per longā vel breuē syllabā prolatam. Per metrum aūt intelligit proportionalium pedum congeriē. & dicitur illa dimensio numerosa: quia modulatio constat ex diuturnitate prolationis syllabarū, seu ex mora durationis ipsarū pronunciationis secundū q mora vnius partis pedis est pars moræ alterius partis. vel mora excessus, quo diuturnior seu longa excedit breuem, est pars metiens morā vtriusq; secundum aliquē datum numerum, quem excessum interuallum proprie dicimus, quem Auerrois falso causam putauit. Pro his lege Musicam Augustini.*

Metrum aūt non largitur persuasionē in orationibus rhetoricis pp duas res: quarū vna est facere cadere in animū audientium q iā ingressa sit orationem aliqua ars & astutia, adeo q putaretur, q huius persuasio sit propter artem, nō pp rem in se. Secunda autem est, q putetur q in ea intentum sit ipsa admiratio, & delectatio, & perturbatio audientium: & contingeret oratio apud illos cōtingentia illius, in cuius persuasionem errauerint. Ex quo autem orationes compositę sunt trium specierum: aut orationes metricę, in quibus aggregantur harmonię, & numerus: vel orationes, inter quarum dictiones simplices non sunt tempora largientia aduentum cuiusque dictionis illarum apud audientem, vel B notæ, quę significarent suum aduentum: aut orationes, inter quarum dictiones simplices non sunt dispōnes, quæ faciant eas peruenire apud audientem, & eas diuidant. & hoc vel silentijs, aut pulsationibus. Sed illæ non sunt pulsationes, quę cōstituerent orationem metricam. quia metrum perficitur pulsationibus & pausis, quę fiunt inter syllabas. Per numerum autem intendo q literę primi pedis metri sint ęquales literis secundi pedis. Iam autem manifestum est, q orationes metricę non largiantur persuasionem. & patefiet ēt q orationes, inter quas non sunt pulsationes, licet sint ordinatę, q sint paucę persuasionis. & hoc propter duas causas. Quarū vna est: quia dictionum, inter quas non sunt temporanea discrimina significatorum intelligibilia, est difficilis. quia quando illa ponuntur extensa in intellectum, non stabilitur intellectus ad intelligentiam vnius illorum, donec non superuenerit ei alterum: sicut accidit illi, qui vellet assuescere aliquam rem velocis motus, quia ille non stabiliretur in illa. Secunda aūt est, quia oratio de illis non esset iocundi auditus; quoniam auditus delectatur pulsationibus, & pausis, quę fiunt inter partes orationis. Ac etiam cum differentię talium orationum sint ęquales propter suam vicinitatem, ipsę contristant: quoniam delectatio est, quando transgreditur de genere in genus. Sicq; cum hoc ita sit, non relinquitur, q partes orationis rhetoricæ sint, nisi tertia pars illarū partium, quę est inter. cuius partes sunt pausę & pulsationes, nō C exprimūt orationē, q in ea sit metrum. & vniuersalius expedit, q pulsationes & differentię orationis rhetoricę sint in capitulo illius, in cuius intelligētia stabiliuit animus. Hoc aūt sine dubio variatur ad varietatem orationum. quoniā quędam orationum sunt, inter quarum partes expedit q stabiliatur spatium. & quędam earum sunt, in quibus expedit hoc facere magis. Pulsationes aūt fiūt, aut in spatio, quod est inter orationes: vel in spatijs, quę sunt inter simplices dictiones: vel in spatio, quod est inter syllabas: vel in spatijs, quę sunt inter literas. Illę aūt, quę fiunt in spatijs, quę sunt inter syllabas, decernunt metrū poeticum: & quę fiunt in spatijs, quę sunt inter literas, decernunt harmonias. Sicq; ergo illę harū, quę decernūt orationes rhetoricas, sunt quę fiūt in spatijs, quę sunt inter dictiones simplices & orationes. Orationes aūt sunt duarū spērum, quædam sunt breues, & quędam longę: quędam perfectę, & quędam imperfectę. & perfectarum, quędam sunt primę, & sunt oratio enunciatiua, & imperatiua, & inhibitiua, & reliquę, quę sub eis ingrediuntur: & quędam earum sunt secundę, & illæ sunt rhetoricę. Pulsationibus aūt vtitur orator in vno triū locorum, vel in vltimo dictionum simplicium & orationum breuium, quę proximę sunt dictionibus simplicibus: vel in vltimo orationum breuiū, quę sunt partes orationum longarum: vel in extremis orationum perfectarum secundi modi,

vel in suis medijs, hoc est in partibus magnis orationis. Illę autem, quibus vtitur in vltimo orationū nimis breuium, & dictionū simplicium, similes sunt D sermoni metrico propter vicinitatem ęqualitatis dictionū simpliciū, & orationū breuiū ipsis syllabis. & ideo expedit oratori, ꝙ caueat in vsu harum pulsationum, ꝙ constituat sermonem metricum. & hoc, quia quando cadunt inter syllabas, fit oratio metrica: qñ autē cadunt inter dictiones simplices & orationes breues, fit oratio metrica metro oratorio. Sępe autem accidit orationibus, ꝙ hę pulsationes, vel silentia cadant apud illā gentē, quę vtitur silentijs vt plurimū loco pulsationum inter syllabas, absq; ꝙ hoc intendat, & fit ipsa oratio metrica, cum ipse non putet. Verificatur aūt oratori hæc species metri, qñ ex dictionibus simplicibus & orōnibus breuibus elegerit eas, quę vicinę sunt, vt sint ęquales ipsi syllabis. Illis aūt, quibus vtitur hic in partibus orationum breuiū, quę sunt partes orationum longarum, vtitur vt significent separationē cuiusdā orationis ab aliqua oratione. Hæ autem fiunt in orationibus perfectis prima perfectione (vt puto) & sunt necessarię bonæ largitioni intelligentiæ. Hęc aūt spēs est raro, cum cadant in vltimis orationū, quę per se existūt. & hęc, vt puto, apud Arabes vocātur loca pausę: quoniā Arabs sæpe vtitur loco pulsationum pausis. Tertia aūt species fit in initijs sermonū, & in suis vltimis, & in suis medijs in loco quietis harum pulsationum, quę fiunt in his tribus locis apud illam gentem, quę eis vtitur: quędam sunt, quarum inicium est syllabarum productarum, & finiunt in syllabas breues: & quędam sunt, quę incipiunt ex breuibus, & finiūt in productas: & quędam sunt quæ sunt omnes productę. Illę autē, E quę fiunt ex syllabis productis conueniūt in medio in loco quietis. Expedit aūt, ꝙ scias ꝙ quando pausę constituūtur loco tonorū, redditur oratio rigida. Arabum autem vsus tonorum est rarus. Toni autem fiunt, vel cum syllabis productis, aut cum literis quę producuntur cum tonis, & consequūtur eos: sicut sunt Mem, & Nun in idiomate Arabum. Syllabę vero breues apud necessitatē productę sunt ad faciendū pulsationes. sed Arabs vtitur pulsationibus tonorum apud syllabas productas, siue fuerint in medio orationum, vel in suis finibus. In syllabis vero breuibus non fiunt pulsationes, & toni, quando fuerint in medio orationū. Quando vero fuerint in finibus orationum, constituunt syllabam breuem productam. & si fuerit soni A, faciūt ipsi succedere A magnum. si autem per o, faciunt ei succedere o, magnum. & si fuerit per I, faciunt ei succedere I magnum. Hoc autem reperitur in vltimis clausularum, qui versus dicuntur apud illos. Et aliquando producuntur syllabę breues in medio orationum, quando quidam versus magni finiuntur in syllabas breues. Et vniuersalius syllaba breuis producitur apud pausam. Hic itaq; est sermo de pulsationibus, & quo modo fiant singulę earum species in singulis speciebus locutionis. F

Caput Sextum. De cæteris obseruandis in simplicibus constituentibus orationem.

EXpedit autem ꝙ orationes rhetoricę sint habentes versus, vel ꝙ sui fines sint vnius eiusdem desinētię, aut cum eo quod sunt vnius & eiusdem desinētiæ sui fines sunt eędem literę, vel eadem dictio repetita, vel cum hoc sint continuatę per signa conionctionū. Exemplum aūt versificatę cōformis desinentię est, quando dicitur: ploratur lachrymis amissa pecunia veris. oēs. n. sunt vnius regiminis: & maior pars oratorij eloquij nō cadit ab vna harū specierum versus. Versificatum autem eloquiū, qñ versus finiūt ante finē significati, est dissonus auditu: quia auditus cupit finē. & accidit interloquutori de his rebus, ꝙ pauset apud finem versuum ante finem significati, & pauset præter quā in loco pausę, hoc est, quando significatū est longius versibus. quādo autem interloquutor cōstituit fines versuum orationis sc͂dm finē significati, non accidit ei hoc. Nugatio autem & repetitio orationū rhetoricarum est, ꝙ initium orationis & suum vltimum sit sc͂dm vnam dictionem, & quasi

vnam. Eloquium aūt quod est talis dispositionis, quando fuerit habens mēsurā æqualem, fit iocundum facilis intelligentię: iocundum quidem, quia est econuerso illius quod non habet finē: & leuis disciplinę, quia facilis fit illius memoria per repetitionem dictionum illius: & quia habet numerū & metrum. Metrici aūt eloquij reminiscitur vnusquisq; hominum. & ideo res repetita est facilioris reminiscentię quocunq; eloquio. Expedit aūt ꝙ repetitio finiatur finientibus significantibus, sicut est dispositio versuum. Et expedit ꝙ continuitas locutionis sit nō nimis prope, neq; nimiū remota, sed sit adeo vt facilis sit transpiratio inter suos versus & suas partes, sicut est dispositio eloquij repetiti: hoc est, ꝙ nō oporteat ꝙ constituatur magnum spacium inter vltimam illius partem & primā partē. & ideo eloquiū decentis continuitatis est oratio perfecta disiuncta p tempos transpirationis, hoc est, per pausam suorum versuum & partium. Et expedit ꝙ versus eloquij non sint breues, neq; longi. breues quidem, quia eorū breuitas esset causa erroris, & illorū negligentiæ. longi vero quia longitudo esset causa obmissionis auscultationis eorū, & sequestrationis audientiū ab illis, & abstinentię a porrigendis auribus ad illos; sicut qui transgrediūtur finem, & procedūt longo tramite. quia accidit illis, qui secum coniunguntur, ꝙ ab eis separetur. Orationē vero, cuius versus sunt nimiū breues, ipsam audiētes vilipēdunt, & derident eam, & eas aufugiūt. Cōtinuum vero eloquium per literas cō
B iunctionū, quoddam est disiunctū absq; ꝙ inter eius partes sit cōtrarietas: sicut est sermo dicētis: talis ita dixit: & talis fecit. et quoddam est, quod diuiditur in res cōtrarias, vel quę insunt rebus cōtrarijs: exempli gratia, de ipsis contrarijs, vt sermo dicentis: si illi sunt prudentes, sua geste prospera succedent: si autem ignari sunt, falletur sua spes. Exemplū aūt aduenientiū rebus contrarijs est sermo dicentis: talis optat vtile: talis aūt luxum quia desideriū vtilis sequitur paupertatē: desiderium aūt luxus sequitur opulentiā. & eloquium, quod est talis dispositionis, est nimis iocundū. & hoc, quia res contrarię iuxta se positę magis innotescunt. & hoc, quia ipsę innotescūt duobus modis, per se, & per additum: hoc est per earum cōparationē ad ipsum cōtrariū. Sicq; etiam aliquo modo est sumptio rationis de ipsa re. & hoc pacto similes sunt sumptioni rationis de argumētationis. Et quoddam eloquium continuatū etiam est eloquiū consimile, cuius partes continuatę sunt consimiles: & hoc, vel in principio versuum, vel in suo vltimo. Consimilitudo autem in capitibus versuum, semper est per nomina: sicut est sermo dicētis: beatitudo illum mouit: beatitudo illum corroborauit. Cōsimilitudo vero in vltimis fit per syllabas, hoc est per literas, quę fit casu nominis vel eadem vna dictione. per consimiles vero fine & casu contingit ꝙ intelligat illas, quarum figurę dictionum conueniunt. & fert ꝙ intelligat per eas, illas, quarum dictiones sunt a se inuicē deriuatę: & vtręq; harum gignunt
C oblectamentum in eloquio. Illa vero, quę fit vnius eiusdem dictionis, sępe ēt fit: sicut est sermo dicētis: sua mens est recta; & suus intellectus est rectus.

De orationibus iocūdis.

Postquam autem iam numeratę sunt hę res, hoc est, res, quę insunt dictionibus ex parte qua sunt cōpositę, expedit ꝙ dicamus, vnde sumantur orationes, iocundę efficacis actus. sicuti tu dicis, ꝙ hęc ars operetur persuasionē iocundam & bonam. Et dicamus ꝙ initium huius rei est, ꝙ dictiones, quæ fiunt, sint bonę intelligentię, iocundę vnicuiq; hominū. Dictiones autem significant illam rem earum, quę cum significatione agat bonam intelligentiam & oblectamentū, illę itaq; sunt, quę agunt bonam persuasionem. non decent autem huic actui nomina, quę sunt extraneorū idiomatum, quia sunt ignota, non bonę intelligentię. Neq; etiam decent huic nomina tradita diuulgata: quia licet ipsa sint bonę intelligentię, sunt non iucundę. sicq; erg nō omnis permutatio & varietas decet hanc arti, Illa vero varietas, quę ei conuenit, est illa, cui inest hoc additum, hoc est bona intelligentia cum oblectamēto. Hęc autem permutatio est sicut sermo dicētis, ꝙ senectus operetur bona, loco dicendi ꝙ senex operetur bona. hęc .n. est permutatio: sed est latens, quia est ipsius generis, senex operatur bona ex parte senectutis. Et operatio dictionis ad hoc similis est operationi exempli & enthymematis, hoc est, ꝙ aliqū eorum inuenitur aliquid, qđ operetur bonā in-

telligentiam & oblectamentum. & aliquando inuenitur aliquod eorum, qđ' operatur intelligentiam sine oblectamēto. Et ideo ēt permutationes cōpositę acommodatiores propter earum longinquitatem sunt minoris oblectamenti q̄ aliæ: D quia illę sunt longę, hoc est, paucę intellectionis. Hoc aūt, qđ hinc accidit, simile est illi, quod accidit exemplo composito remoto. & sicut animus non cupit exemplificationem in talibus, neque delectatur, sic ei accidit ꝙ non delectetur accommodationibus remotis compositis. Quando autem hoc ita fuerit, opportunū est, ꝙ dictiones decentes, quę fiunt in hac arte, & rationes decentes sint illę, in quibus congregātur ambę res simul, hoc est, oblectamentū & bona intelligentia. & ideo nō sedatur in hac arte opus, qđ agitur, si eius enthymemata & exempla sint ex rebus notis nimium patentibus cuiq; hominū, quas neminem oportet perscrutari. talia enim numerarentur inter viles ostensiones. Et similiter non expedit ēt, ꝙ sit ex his, de quibus iam dictum est ꝙ nō intelligātur vel difficilis sit sui intelligentia: sicut nō expedit ꝙ sit qđ dicitur illico notū: neq; sit ex his, quę necessario sunt: sed sit ex his, in quibus cogitatio patē erit: hoc est, ꝙ eius intelligentia peruniat post aliquantulam considerationē. & hoc, quia ex re, quę illico fit nota, bene fit syllogismus, sed nō fit iocundus: sicut bene fit intelligentia ex dictionibus veris, hoc est, non acommodatis. Iā itaq; declaratū est ex hoc, ꝙ enthymemata, & exempla, quę sunt efficacia in hac arte, sunt q̄ cōponuntur ex talibus rebus: & dictiones efficaces sunt ipsę permutatę. hoc est accommodatę permutatione, quę ageret oblectamentū. exēpli cā, sicut est permutatio, quę fit ex contrario est, ꝙ res vocetur nomine sui contrarij ad modum E sui vilipensionis: sicut est appellare bellum pacem. Sicut autem oportet fugere permutationem, quę fit ex nominibus inusitatis, sic expedit fugere permutationem, quæ fit ex nominibus ęquiuocis: quia nominis ęquiuoci intelligentia est difficilis, cum hoc ꝙ illi nihil similitudinis adest. Et vniuersaliter itaq; expedit loquenti de aliqua re oratorio modo, ꝙ stabiliat rem, de qua est loquuturus, ac si ad oculum esset euidens. & hoc de attributis suarum actionū occurrentiū, & occurrere aptarum. Intentio aūt, quę conuertitur ad stabiliendū rem, ac si obiter ad oculū esset, fit de tribus rebus. Quarū vna est decora permutatio. Et secūda est constitutio sui oppositi sub eo. Et tertia descriptio actionū occurrentiū, & q̄ aptę sunt occurrere. Ex efficacibus vero permutationibus, quę alias superāt in hoc est, permutatio ex rebus proportionalibus: hoc est, quando hic est aliqua res, cuius proportio ad aliquam rem est proportio tertię, vel quartę. & sumeretur prima loco tertię, & sumeretur suo nomine. & hoc, sicut dixit quidam Antiquorum, quando meminit iuuenum, qui obierunt in bello, ꝙ illi defecerunt ex ciuitate: ac si quidam homo eduxisset ver ex anni temporibus. & ad hoc meminit pluriū exemplorū ex sermonibus notis apud illos, quorum orationis intelligentia esset dificilis secundū nostrū idioma, & consuetudinē. Accōmodatio aūt F quę fit huius speciei, frequenter reperitur in Arabico idiomate, & orationibus. Orationes autem, quas viri nostri idomatis, qui student Poeticę, & Rhetoricę, determinant accommodationi, ingrediuntur hoc genus. & ideo aiunt, ꝙ poemata sint accommodatio & assimilatio. Oratori autem expedit omni ingenio tractare ad multiplicandū paruę rei attributa, quādo de illa loquitur. qm attributorum multitudo est magnificatio & exaltatio quędā. Et hoc, licet est sermo decentis, de pacis decentia, ꝙ pax sit ex signis victorię, & prosperitatis, & laudabilior sit quam bellum. quia in illa victoria & prosperitas frequentior, & citior est sine labore & angustia: bello aūt fit victoria & prosperitas post cōplementū & onerationem angustię, & deperditionem animarum & opum. Vtrunque itaq; illorum est ex signis victorię, & prosperitatis: sed vnum eorum est aptius, & citius. Expedit autem, quando volumus constituere rem oratione coram oculis ꝙ exponamus quid agat, & quid inferat illum affectum: hoc est ꝙ reminiscamur rerum, quę sunt actiones & signa.

De oratione corā oculis,

Ipsa autem permutatio agit ambas res simul; hoc est, ꝙ ipsa constituat rē coram oculis, & promoueat ad id, ex quo hęc futura sit: sed non intendit commemorationem actionum, & ideo expedit, quando imaginari faceret actione

habentium extimationem & honorem,& vniuersalius actiones attributas cla-
mati & animi glorię, ꝙ fiat permutatio in ipsummet genus actionis. & hoc fi-
cut oportet in singulis locis. Quod bonum autem est in permutatione, quę
fit in actionibus,hoc est,quæ permutatę denominantur,ꝙ res, quarum actiones
describuntur.quādo sunt inanimatę constituantur,adeo ꝙ putetur de suis actio
nibus,ꝙ ipsę sint actiones animatorum:& hoc,sicut in suis comparationibus fa
cit Homerus. & hoc sępe fit in poematibus Arabum,hoc est , eorum cōstitutio
electionis & voluntatis alijs q̄ animatis.Permutatio aūt,quę fit actionum, quę
sunt animatorum,fit modo proportionalitatis & coęquationis inanimatorum:
sicut dicitur de obmissione pudoris ex parte temeritatis,cum apud illum sit res,
cuius pudendum esset,ꝙ ille sit admodum lapidis respectu hominis , qui quidē
est contrarius primi. Iam enim talis permutatio,hoc est , quę est per coęquatio
nem,& proportionalitatem,fit per exempla efficacia in hac arte:hoc est,ꝙ cō-
paremus animata inanimatis secundum modū coęquationis,sicut dicitur ꝙ agri
cola respectu ciuitatis sit sicut fundamēta respectu parietis,et ꝙ homicidę respe
ctu illius,sint sicut rami respectu vinearum,ꝙ talis consequutus sit ex tali ama
ritudinem& dulcedinem mellis.& hoc,quia huius significatum est,ꝙ ille con
sequutus sit ab illo quendam habitum, cuius proportio habitum abhorrendum
sit proportio amaritudinis ipsius aloes ad res amaras. Et vniuersalius expedit
B ꝙ permutatio,quę fit in actionibus,sit,sicut est permutatio,quam narrauimus,ꝙ
oporteat fieri in ipsismet rebus:hoc est,in illis,quarū sunt illę actiones. & hoc,
ꝙ homo ferat dictiones vsitatas,quę non sunt omni notitia noię , neq; ēt omni
moda ignorantia ignotę ; sed mediæ inter has. quia sicut vsus similis expedit
in Philosophia , quando illię,qui eo vtitur,intendit esse huius medię denomina
tionis ignorantię & sapientię:sic res se habet in ipsismet dictionibus.Et aliquan
do occurrit iocunda persuasio secundum permutationem,quę fit de re secundum
modum periphrasis & excessus. Hoc autem est , quando res , ex qua fit per-
mutatio , esset admirabilis & eximia , nisi esset manifestum mendacium , sicut
quando dicunt de aliqua re clara sicut est Sol , & Veneris soror, vel pulchrior
astro Veneris,& superior loco Solis. Hic autem modus permutationis est vi-
tuperandus in orationibus scriptis,hoc est in hystorijs. Et aliquando fallacia,
quę fit propter permutationem , quę est secundum dictiones fallentes, delectat,
hoc est quando loquens intenderit per eas fallere audientem. Hoc autem fit
duobus modis : quorum vnus est,ꝙ velit proferre orationem:in qua est menda
cium,& acommodaretur illi nomen ęquiuocum, quod diceretur de eo, & de re
in qua non est mendacium : & fit notius de re,in qua non est mendacium,quam
de re in qua est mendacium:& accideret audienti ꝙ erret circa hoc , & supera-
ret manifestum dictionis , & conduceret loquentem de hoc ad formam illius,
C qui non loqueretur de re,de qua loqueretur. Secunda aūt spēs est, ꝙ conducat
dictionem ęquiuocam,quę dicatur de quibusdā rebus:quarum quædam sunt fal
sę,& abnegatę,& quędam verę:nisi quia significatio earum per dictionem,est
ęqualiter,vel est manifestior de falsis,quā sit de veris. ille aūt intenderet de ea
significatum falsum non verum:quia iam possibile est ꝙ excusetur per id , qđ
est sub illa dictione de significato vero,qđ non intenderet. sicut si quispiam af
ferret vituperium principatus sapientię : quia principatus sapientū nō est prin
cipatus.quia si erraret in hoc,fallacia delectaret,qm̄ hoc capitulū est falsum,sua
abnegatio delectat,& largitur persuasionem. Si autem proferret mendaciū per
dictionem,quę non patitur varios modos,& quando vituperaretur abnegaret il
lam,eius abnegatio non delectaret,neque largiretur persuasionem. hoc autem
magis fit propter dictiones ęquiuocas : & aliquando fit ꝑp res probantes ipsas
tet. sicut est sermo dicentis illi,qui eum vituperaret:ego non sum adulter, ne-
que mea mater est meretrix.quia orationis manifestum est,ꝙ ille remouit om-
nē turpitudinē a se:& significati cōprobatio ostēderet,ꝙ illa eā confirmaret de
suo aduersario,cū suus aduersarius supposuerit eius contrariū.Contrarij aūt vi
tupensio fit vel per se,aut per laudem sui contrarij. & ideo legales aduersantur
distinctionis cōpositioni ex talibus orōnibus,quas illi vocāt cognomina. Ex il-

lis autem, quę similia sunt secundum genus huic, hoc est, permutationi iocundę
est, φ conduceret hominem ad consequēs ex dictione corruptionis: sicut est ser- D
mo dicentis, φ oporteat hominē φ moriatur, antequā faciat aliquā rem culpa-
bilem: quia secundum illam orationem esset delectabilior, φ̄ sit secūdū has ip-
sas dictiones, cum hę sint vsitatę, illę autem inusitatę. cōueniret autem hęc spe
cies orationis, q̄n profertur breuiter & oppositione contradictionis. quia intelli-
gētię largitio, quę fit ex via oppositionis, quę est in ea, est conuenientior: & illa
quę fit ex parte breuitatis, fit citius. Et sicut fit ꝑmutatio operationū, sic fit no-
minum. & eorum sunt species permutationū, quas narrauimus: hoc est, permuta
tio ex opposito, & permutatio ex proportionalitate, & ꝑmutatio a simili, & per
mutatio etiam secundum speciem exemplorum. Omnes autem hę, quādo fiunt,
sicut diximus, sunt efficaces ad hanc artem vehementi efficacia. Exemplū ita-
que permutationis sc̄dm modum ꝓportionalitatis de ipsis rebus, quę non sunt
animatę, est q̄n vocant scutum clypeum martis, & arcū sine corda lyram sine
sono. & hoc, quando hęc permutatio fit secundū modum compositionis: hoc est,
secundū modū proportionalitatis, Quando vero fit simpliciter, qui est modus as
similationis tantum, non modus ꝓportionalitatis, dicitur de scuto φ sit Martis
scutū: & de arcu φ sit lyra. Et aliquando aggregatur ex talibus qualis est rei
forma, & eius operatio: sicut si diceretur de homine φ sit similis simię sonanti
lyram. Assimilatio autem nimis delectat, quādo conuenit, φ constituatur permu
tatio, vel accommodatio. Quando aūt hoc non conueniret ei, hoc esset temora
& defatigans, & ideo sępe peccant poetę quādo cōducunt assimilationē, quę nō E
conuenit φ imponatur rei sc̄dm modū ꝑmutationis: sicut est sermo dicentis, φ
cuiusdam viri crura sint crispa sicut apium. Omnes autem species harū permu
tationem sunt exempla, & exempla, quę ꝓprie dicūtur sunt permutationes rei
in simile, quas homo faceret de his, quę sibi acciderent honorū vel malorū: hoc
est, sicut exempla, quę continentur in libro Chelile, & Dimane. & sicut sunt
res particulares occurrentes, de quibus sermo occurrens permutatur in plures
res secundū locum assimilationis: sicut est q̄n dicūt, fecisti me reminisci ra io-
nis cuius oblitus fuerā. Vnde vero sumantur cōuenientes permutationes, & e
ex causa sint conuenientes, iam declaratum est ex hoc sermone. Hęc autem, quę
dicta sunt, ipsa sunt loca eloquentię, & conditiones eloquētię. Et orationes eius
exponentes, quę afficies sunt in hac arte, & propter cōpositionē inusitatam in
orationibus, sunt permutationes, hoc est, secundū compositionem, non secun-
dum dictiones simplices. Hoc autem, sicut puto, est sicut prioritas & posterio-
tas, & minutio & cremen tū. Et ex permutationibus etiam est orationū vltima
tio, & extremus excessus, qui significātur ex loquētis dispositionē partem cor
dis. & morum grauitatē, & summam iram. sicut est sermo dicētis: & si mihi tr- F
deretur aurū, sicut est arena, quę in littore maris existit, ego non agerem ita.
& sicut quidā dixerunt: nec Veneris astrum, quod auro simile est, nō ęquaretur
pulchritudini huius puellę. & hęc species locutionis plurimū fit in sermonibus
Arabum, & suis poematibus.

De diuersita te orationū, et quę conue niant.

Orationes aūt non scriptæ sunt maxime proprię huic generi permutationis.
Quod vero fiant in orationibus scriptis, quę sunt historię, esset vituperandum,
quia non quęcunq; harum rerum conuenit orationibus non scriptis. cōueniūt scri
ptis. neq; quę conuenit orationibus deliberatiuis, conuenit orationibus iudicia-
libus. & ideo oportet φ sciatur hoc. & dicamus φ basis illius, qui loqueretur
locutione oratoria nō scripta. siquidē esset in operatione, sit q̄n beneficat assum
ptionem ostensionis & constitutionis. si aūt esset respondens, φ non indigeat si-
lentio & persuasione. Orationes vero scriptę expedit φ sint fortioris verificatio
nis & iustificationis, quā orationes nō scriptę, cum scriptæ sint perpetuo perma
surę: illę autem finiēte locutione de illis. Contentio autem & iudicium magis
indigent nutu faciei, & illis ipse est proprior: hoc est, affectus & morales faciei
nutus sunt duarum specierū, quarum vna cogit audiētem ad aliquem affectū: &
altera ad quēdam morem, Illi autem, qui vtuntur hac specie persuasionis, exqui
rūt libros, q̄bus constituūtur species nutuum faciei: plus φ̄ perquirāt libros, qui

bus constituuntur species rerum & dictionum.hoc autem inest ambabus specie
bus simul:hoc est,poetis & oratoribus. Orationes autem,quæ audiuntur,obliui-
scitur earum,neq; confirmantur,neq; intēditur ex eis tanta translatio,quāta in-
tenditur ex orationibus scriptis,& ideo nō sequit̃ ex illarō verificatione illud,
quod sequitur ex verificatione orationū scriptarum. Et propter varietatem ha-
rum specierum sunt plures optimi constitutores librorum.quando autem inten-
dant persuationē sermone, non sunt boni eloquentes. Et quidam etiam oratores
sunt qui bene psuadent absq; experientia nutuum faciei, & gestationum mani-
bus,& cęteris suis membris.cuius causa est , quia illi non vtuntur orationibus
contentiosis:quia orationes,quibus vtuntur in contentionibus,sunt vehementis
verisimilitudinis propter nutus faciei.& ideo quando intelliguntur, apparet ser-
mo loquentium iniquus.& hoc, quia sępe locatio illorū fit obmissis coniunctio
nibus,& nugatoria.Hoc autem non conuenit in scriptis,sed est possibile in nuti
bus:immo circa faciei nutus.Faciei autem nutus,quando secū permiscetur dictio
nis permutatio,fit vehementis fallacię ac cogitationem & persuasionem. &
hoc,quia faciei nutus i oratiōe coniūcta cōstituitur,sicut rectificans & dirigēs.
Ille aūt,qui vtitur faciei nutibus,est ille,qui valet excedere in permutatione,&
ad persuationem vsq; ad summum extremum : ad quod suę naturę est excede-
re,quoniam faciei nutus facit inclinationum, & diuersionem. Ille vero,qui non
B vtitur faciei nutu,est,ac si ipse conduceret ad persuationem coacte. Et similiter
locutio,quę fit obmissis coniunctionibus.nō euadit a faciei nutibus,& q̄ illę di
ctiones nō dicantur vno accētu vnaq; dispositione: sicut est sermo dicētis:inue
ni ipsum:accepi ipsum:conduxi ipsum. Ex proprietatibus autem locutionis di-
stincte est,q̄ quando suæ dictiones fuerint æqualis prolationis : hoc est,æqua-
lis temporis , putatur vna oratio q̄ sit plures, quia coniunctiones constituunt
pluralitatem vnam:& quando obmittuntur , redditur vna plures . Hoc autem
expedit , quando intenditur magnificatio & multiplicatio : sicut est sermo di-
centis:discessi:loquutus sum:suplicaui:loco dicendi discessi, & loquutus sum ,
& supplicaui:quia quando obmittitur coniunctio huius, putatur q̄ illud sit ma-
gnum opus . hoc autem fit per dictiones affinis significati, & repetitione vnius
eiusdem nominis concinne.& hoc,quia quando repetitur hęc eadem dictio,pu-
tatur multitudo secundum rem . & huiusmodi est vsus nominum synonymo-
rum : quia contingit q̄ vtamur eis obmissis coniunctionibus . Orationes au-
tem deliberatiuæ oportet q̄ fiant similes corpori , quod describunt acciden-
tia formæ ante formam ; hoc est,q̄ homo colligat intentionem, de qua loqu-
tus est vniuersali modo:& ad hoc nimium conuertuntur librorum auctores ,
& oratores . Huius autem causa est:quia ad largitionem intelligentię oportet ,
q̄ sit maior consideratio in orationibus concionum & rerum publicarum ,
C quam sit in orationibus priuatorum . quia expedit q̄ largitio intelligentiæ ibi
sit secundum vehementissimam intelligentiam , adeo q̄ omnes æqualis sint
intelligentię . Persuasio vero plebis fit vilibus persuasiuis , econuerso disposi-
tionis persuasionis præcipuorum egregiorum . Orationum vero contentio-
sarum persuasio oportet , q̄ sit vehementioris verificationis & iustificationis :
& eo magis , si orationes fiant apud vnum iudicem . quia persuasionis opus
esset facilius , quia illum non oporteret q̄ se oneraret tot accommodationibus
& permutationibus , quot se oneraret in sermone , qui fieret coram commu-
nitate & republica . Quando autem persuasio esset sine rebus extrinsecis , vi-
num esset q̄ veritas dignosceretur in ipsa magis quam in alia : q̄ res , de
qua loquitur in ea , sit visitata non extranea , hoc est nota non negata . Pręte-
rea , quia quando in orationibus contentiosis fiunt res extraneę , accusator
remoueretur a sua intentione.& ideo expedit q̄ orationes contendentium sint
propiores veritati quā errori. Fit autem opus oratoris efficax secūdū permuta
tionem dictionum , vbi faciei nutus & significatorum insinuatio magis expedit
q̄ alibi. Hoc autem fit in orationibus cōcionum & magnę reipublicę:quia in ta
libus orationibus non requiritur verificatio,sicut requiritur circa priuatum iudi
cium. Orationum vero ciuilium,hoc est scriptarum, quędam sunt historicę,quę

dam sunt, quę scribuntur circa contentiones, quę fiũt coram iudicibus. & illę sunt, quę apud nos vocãtur statuta, & libri canonũ. Historijs vero ꝓpria est bona lectio: hoc est, ipsas legere sit facile bonũ. Illas vero, quę fiunt circa lites, oportet, ꝙ sint sine ꝑmutatione & remota varietate, quę cõstituerẽt ipsam locutionem profundę intelligentię vel perturbatę, nisi cõtineãt rem extimabilẽ alicuius moris, vel pacti, vel cõnexionis legis, q̃a tunc expediret ꝙ ornaretur locutio, & eleuetur, & fueciur: sicut sunt libri canonũ, qui apud nos dicuntur libri emptionis. Scriptę vero circa, lites expedit ꝙ sint verificatę, remotę ab his, q̃ ipsas cõstituerent abominabiles, vel viles. quia libri canonũ sunt nobiliores q̃ historię: ac ipsę sunt decorę extimãdę, si aũt in eis essent plura laicta, non essent verificatiuę. & ideo oportet ꝙ non sint breues omnimoda breuitate, q̃a essent ignotę: & ꝙ sint medię, quia medium semper dicẽs proportionale. Ac expedit etiam, ꝙ nõ sint vacuę ab vsu versus neq; a permutatione, sed vtantur ex his eo, quod propinquum sit familiaritati & verificationi magis q̃ extraneitati & ignorantię: & persuasiuę, quę in illis, componuntur ex rebus honestis laudabilibus, quę prędictę sunt De dictionibus vero oratorijs, & rebus iam diximus quod satis est, quę est res vniuersalis cunctis partibus orationum, reliquę vero sunt partes orationis, suusq; ordo.

Caput Septimum. De partibus orationum, & suo ordine, & primo de Exordio. E

PArtes autem orationum rhetoricarum necessarię sunt duę: quarum vna, est ipsa intentio seu argumentũ, quod est res, quę intenditur per locutionẽ, q̃a necesse est ꝙ cognoscatur res, de qua est oratio. & sciatur res, versus q̃ vertitur cõfirmatio vel inhibitio. Altera aũt est ipsa verificatio: & est oratio cõfirmãs vel inhibẽs, Pars vero, quę vocat narratio, quę occurrit in orationibus, est propria sermoni contentioso. In sermone vero inhibitiuo & cõsultiuo nõ fit narratio. quoniã narratio fit in illo, quo refellit aduersarius, nõ in sermone extrinseco. hoc est qui vertit circa audiẽtes, Opportunitas vero partis illius, quę vocatur exordiũ, & partis quę vocatur conclusio, est magna in parte consultiua. quia illa stabilitur loco comparationis rei de qua habetur sermo, & circa quẽ primo intenditur, & vltimo profert: & per illum prouenit intentum, de quo fit sermo optimo prouentu, Est aũt indigẽtia huius rei in hoc genere sermonis ad cõparandũ inter rationes cõfirmãtes & cõfutãtes ipsum, ac ẽt, vt non perdatur res per multitudinem repetitionis, orationis, eiusq; connexionis. Aliquando autem homo indiget exordio in sermone cõtentioso, quando esset connexus, timens ne in ipso argueretur intentio. quãdo vero sermo fieret breuis, [illegible] F indigeretur illo. & similiter nõ indigeretur illo in consultiuis paucis, vel parti illius sufficeret in illis. Quando aũt res harum partiũ fuerit, sicut narrauim[illegible], partes itaq; necessarię sunt duę; intentio intenta seu argumentum: & verifi[illegible]tio, & quicquid est, quo confutatur aduersarius est ex verificatione. Et cõclusio ẽt sępius fit in orationibus: quia ipsa est pars ipsius verificationis qua fit commemoratio rei, de qua est sermo vniuersaliter, & ad rẽ de qua dicitur: nõ vt per [illegible] confirmetur vel dicatur oratio, sed secundum modũ commemorationis illius, quod pręmissum, & dictũ est. Quãdo aũt imaginati fuerimus, vtr pars orationum rhetoricæ essent quinq;. quę sunt narratio, sequẽs narrationẽ: quę est ipsa conclusio, cuius reminiscitur in verificatione. & argumẽto, & est narratio pręcedens narrationem, quę est descriptio intẽtionis pręcedens intentionẽ, & descriptio verificationis pręcedens verificationem. & est oratio confirmatiua, vel inhibitiua. Sed expedit, ꝙ his quinq; rebus quando differunt imponantur nomina. sicut faciunt artifices: hoc est, ꝙ prima pars vocetur exordiũ, & secunda argumentum, & tertia narratio, & quarta verificatio seu probatio, & quinta conclusio.

Exordium autem est initium sermonis, & est ex quo orditur sermo: cuius proportio ad ipsum sermonem est proportio initiorum rei ad ipsam rem, sicut

sunt incunabula psalmorum ad ipsos psalmos, & quę his similia sunt. quia exor
dia sunt initia rerũ, quę eis succedunt, & directiones ad ea, quę post ipsa succes
sive veniunt, Et incunabula psalmorum similia sunt exordio sermonis inhibiti-
uo: quia sicut tubis psallẽtes, quando volunt psalmũ ornare, primo sonãt quodã
secundo psalmo, deinde in vltimo recolligunt & concludunt ipsum psalmum, sic
expedit ꝙ faciat sermociocinans constitutio & inhibitiuo sermone: hoc est, ꝙ
quando velit fucare suam orationẽ, declaret de quo sit loquuturus: deinde suc-
cessiue ꝓcedat per reliqua sua verba, & colligat & cõiungat. & sic inuenimus
ꝙ faciunt omnes oratores simul. Demonstratio aũt inessendi hãc rem ipsi exor
dio: hoc est, ꝙ ipsum sumat intentionem seu argumentum de quo est oratio, &
magnificat illũ, ad quẽ est sermo. Et quę eorum, quę famosa sunt, sint fucantia
sermonẽ. & hoc, quia qñ orator hoc faceret, nõ esset ei possibile declinare dex-
trorsum & sinistrorsum ab intento, cuius meminisset, & proueniret eius sermo
totus ęqualis. Et similiter aliquando vtitur exordio ipse sermo deliberatiuus ex
laude vel vituperio. Et similiter exordia, quę sunt cõsultiuarũ, sunt etiam pars
ipsarum consultiuarum: sicut qñ homo vellet intueri hominum honores, incipe-
re, & dicere, ꝙ expediens sit honorare bonos. quando aũt vellet speculari vitu
perationem vilium hominum, inciperet promulgans. & dicens, ꝙ non expediat
laudari homines, qui penitus non sunt efficaces, quia non educitur ab eis aliqua
res bona, quare de eis appareat aliquod bonũ, & aliqua virtus. Et similiter in
B cõtentiosis fiunt exordia illius speciei sermonis, quę inclinare faceret aurẽ audiẽ
tiũ, nõ aduersarij. Indiget aũt homo exordijs, qñ sermo est multus. vel quia res
de qua est sermo sit miranda: vel quia sit difficilis: vel propter cautelã a pecca-
to aliquo, quod in illa esset, sicut est sermo, qui fit ad gratificationẽ indultus. &
hoc, sicut esset sermo dicẽtis in initio orationis indultus nũc relinquitur, quod
fuerat, & omnia fiunt cassa. Et vniuersalius sermonũ exordia vel fiunt in cõstẽ
ntiua. & fiunt itaq; ex laude & vituperio: vel in cõsultiua, & ex obmissione
& nõ obmissione: vel in cõtentiosa, & fit itaq; ex recusatione, ad quam audiens
porrigeret aures. Expedit aũt, ꝙ exordia sermonum sint insolita vel solita. vbi
intenditur, vt puto, ꝙ illud de quo orditur oratio, sit exemplum notę conuenien
tę rei, de qua est sermo: vel exẽplũ famosum, sicut ordiuntur orationes, quibus
datum consilium sumendo secundam comparationem sumptionem rei confiden-
ter & solerter dicenti consideratione, Et exordia expedit etiam, ꝙ fiant in ser-
mone cõtentioso, quia in eis reperitur opus, quod agerent exordia historiarũ, &
poematum. Nam exordium vniuersaliter est quędã innuitio sermonis intenti,
qua intenditur ꝙ audientes pręcognoscant de quo loquuturus est sermocinãs,
& ꝙ nõ suspẽdatur cogitatio tẽpore locutionis in cognoscendo rem de qua lo-
C quatur: sicut accidit ei locutione confusa indeterminata, quę fertur. & ideo ser-
mo, qui est talis denominationis, hoc est, cui non est initiũ nõ significat illud,
sicut sermo qui succedit suis initijs, habens innuitionẽ constructam de eo. Nec
agunt hoc solum oratores, sed etiam ipsi poetę, ꝙ qui vtuntur laudatione, & qui
sunt aliarum specierum poetarum.

Opus autem propriũ exordiorum, quod eis inest necessario, & est eorũ finis & perfectio, est ꝙ innuat rem, de qua est loquendũ, quęcunq; fuerit, adeo ꝙ fit audientibus quędam notitia de illa re. Quando aũt res ita fuerit, id, de quo est paucus sermo, nõ indiget exordio. Aliquando autem pręponuntur sermoni de aliquo ir quidam modi ingeniorum, quos diximus in pręmissis, qui sunt proprij nõ vniuersales. Illorum autem modi ingeniorũ, quidam sunt qui sumuntur ex ipso loquente, & quidam ex audiente, & quidam ex re de qua fit sermo, & qdã ex aduersario. Illi qdẽ, qui fiunt ex loquente & eius aduersario, in accusatione quale est laus & magnificatio sui ipsius, & depressio sui aduersarij, Loquẽs autem & respondens in exordios sermonis talis dispositionis non sunt vnum. nam respondenti expedit ꝙ incipiat respondere per abnegationẽ accusatori. accusatori vero expedit ꝙ incipiat in initio locutionis ab accusatione: quia iam accusatum impedit respondentẽ ab innitione in initio sui sermonis de ipsa intentione: & ideo nõ indiget exordio locutionis, Et vniuersalius expediens respõdẽti est,

ꝙ festinet auferre a se accusationem, & remoueat omnia impedientia, & non ne-
gligat hoc, & illas res, quę sunt astutię, & directiones suorū iudicum postponi- D
tur vsq; ad vltimum suorum verborum. Accusatoris vero querela expedit,
fiat in sermonis initio: hoc est vsus exordij, vt audiētes magis reminiscātur ꝙ
us rei. Ingenia vero, ex quibus debet incipere ex his, quę sunt versus audien-
tem, sunt inductio miserationis eius, & sue amicitię, & irę in suum aduersa-
rium: & hoc constituat ei, ꝙ sit inter eos affinitas, vel ꝙ inter eos sit de-
pendentia alicuius habitudinis, vel econtra. Et hoc, quia non confert vbique
constitutio affinitatis, & communitatis genealogię: immo aliquando hinc fie-
ret derisio & delusio, sicut si hoc argumentaretur, quando esset ignotum,
quod argumentaretur. Id autem, quod largiretur directionem audientium,
est illorum societas, & suus luxus. Et hoc, quia societas & luxus sunt ex his,
de quibus recipitur vtilitas apud omnem nobilem virum & diuinum princi-
pem. Expedit autem illi, qui vellet constituere, ꝙ sit bonus & laudandus,
ꝙ intendat coram illis, inter quos & ipsum est affinitas, vel consanguinitas.
Et similiter coram hominibus, apud quos ipse esset acceptus, vel vsu iocundus.
Si autem ipse nō sit apud illos vllus horū, expedit ne se impediat in rebus, quę
exterius sunt. Et si sit respondens, constituat, ꝙ res, de qua ille cōquestus fuit
de illo, sit vtilis nō noxia. Si autem sit accusans, declaret ꝙ sit noxia & abomi-
nāda excessiue. Omnes aūt hæ res sunt extra rē, de qua fit sermo, quę omnes E
vertūt versus audientes: hoc est extrinsecę astutię, & exordia. & ideo qn̄ opor-
tet loquentē vti exordio ad sermonē, expedit ꝙ exordiū sit secundū mensurā
sermonis: quoniam exordium debet esse sermonis, sicut caput est corporis. Ora-
torum vero constitutio consanguinitatis est communis cunctis partibus orationis
sermonis. Hoc autem fit, quandocunq; audientes noscunt ipsam consanguinita-
tem, & non dubitant ea. Ea autem, ex quibus expedit ꝙ sit opus ad vilipēsio-
nē, est, ꝙ vtatur exordio per res difficiles ipsis animis auditu abhorrēdas: & eo
magis, qn̄ audiētes experirentur, vel meminissent illius, quod huiusmodi esset, si-
cut est sermo dicentis: En referam vobis quandam historiam, qualē nunquam
audiuistis ita extraneam, vel excessiuā vltra modū. Et huius speciei, cuius me-
minit, fiunt plura in initia poematum Arabum, suarumq; orationum. Illę vero ha-
rum rerum, quę fiunt versus audiētes sunt notę. & illę quę fiunt versus ipsam,
est manifestum patens ex his rebus. Illi autem, qui frequētant exordia & astu-
tias versus audientem agerent hoc, quādo ad eos variaretur sermo, & minuere-
tur persuasio, aut propter eorum ignorantiam, vel ꝓpter eorū defectum virtu-
tis, vel ꝓpter ambas res simul. & ideo mali, de quibus extimat malitia, agunt
hoc: quia semper sua directio & series rerum, de quibus loquuntur, deuiāt a re-
cto. Et hinc est ꝙ serui non loquātur de aliqua re, quā interrogantur: sed loquun- F
tur de rebus, quę sunt extra rem, quam interrogantur. Vnde vero cōtingat ani-
morum audientiū attractio, & eorū societas, vel fiat astutia ad suorum animorū
attractionem, & suę societatis acquisitionem de his & alijs affectibus confe-
rentibus audiētibus, & quo modo fiat huius operis bonum. iam declaratum est
hoc in secundo libro huius libri. Oportet autem hominē in rebus, quibus aliquis
laudatur procurare vt audiens comprehendat rem illam, quā intendit constitue-
re, & obiter ipsam facere suę cogitationi. et cum hoc, expedit ꝙ laudet hominē,
vel in sua pręsentia, hoc est in sua ciuitate, vel coram suo genere, vel corā his,
qui ei sunt connexi: quia illi magis festinarent ad suscipiēdum suam laudē, quia
sicut Socrates ait, non est difficile Athenienses laudare coram Atheniensibus:
sed difficile esset eos laudare coram Lucanis, hoc est suis inimicis.

De exordijs consultiuis.

Sermo autem consultiuus similis est sermoni contentioso: quoniam vt pluri-
mum homo non indiget in eo sermonis exordijs, & vsu exordiorū: quoniā au-
dientes nouerant iam rem, de qua est sermo, nisi indigeret sermonis exordio
propter se ipsum, vel propter considerantes ipsum sermonem, quando noscerēt
rem, de qua fit sermo: nisi per suam imaginationem vellet, ꝙ res inde prouc-
niens non sit ei propria: neq; minor vniuersalior & pręstantior, vel ꝙ sit huius
contrarium, hoc est, vtilis & parua. Id autem, quo necessario indigetur in hac,

A est oratio constitutionis accusationis, & inductio ratiocinationis ad illam, ac eius paruificatio & magnificatio.

Expedit autem, ꝙ speculemur res, quę in orationibus rhetoricis ponuntur ad modum ornamenti & fuci. & hoc sicut fit in rebus fictis, de quibus putat ꝙ sint cuiusdam dispositionis, cum non sint ita secundū veritatem. Hoc aūt fit in laude: & fit similiter in defensione ab accusatione. ad accusationem aūt aduenit persuasio, quando homo constitueret de illis, de quibus conqueritur malam opinionem vel malum regimen. Ille autem, in quem est accusatio, oportet ꝙ constituat ꝙ non sit differentia, siue induxeris illam accusationē, siue non conduxeris illam. & hic est vnus locorum, quibus respōdere habet ille, in quem est accusatio. Et quādo nō concederent ꝙ res fuerit vtriusq; aduersarij simul, tūc esset lis inter eos: vel ꝙ res nō fuerit, vel ꝙ ipsa fuerit, sed nō noxia neq; iniqua: vel ꝙ opus nō fuerit secundum hanc dispositionem, ꝗ dixerat accusans: vel ꝙ nō fuerit illius mensurę, quam predixerat: vel ꝙ non sit vehemens, vel ꝙ nō sit turpe, aut ꝙ eius non sit culpa. Circa hęc itaq;, & cōsimilia fit lis, & contentio inter litigantes & cōtendentes. & ex his locis fit defensio. Primo ꝙ cōcedat ꝙ nocuerit: sed nō intenderit illud, neq; vacaret ad illud, sed intenderat pulchrū, vel vtile, nō aliud. Alter vero locus est ꝙ cōcedat, ꝙ nocuerit: sed vi nō mēte stabili, & electione, & sponte. Alius aūt locus est, ꝙ inueniat, ꝙ accusans tā ante

B remineret turpitudinis accusationis hominis nō extimādi, vel ꝙ ille esset notorius in accusatione, & reminiscētia turpitudinis. Et vniuersalior hic locus est, ꝙ respondēs declaret ꝙ nō sit cōfidendū in accusatore, & ꝙ illius sermo de eo non sit verus. Alius autem locus est, qui sumitur ex ratiocinatione varietatis interioris ab exteriori propter aliquam virtutē, quam conduceret per actum exteriorem, qui fit ꝙ ratiocinetur, ꝙ in illo actu nō conueniret interius cū exteriori: & ꝙ ipse vacabat alicui virtuti, quam hoc cōduceret. sicut ꝙ mēdacio iuratus esset, & ratiocinaret ꝙ in hoc suum exterius non cōueniebat suo interiori: & ꝙ per hoc ipse vacabat superiori intentioni. Quintus aūt locus est, ꝙ ratiocinetur ꝙ illius operis sit aliquod intentum vel iudiciū, vel aliquid aliud ꝗ putauit accusator. & hoc, quando describeret, quo pacto contigerit ille actus. Alius aūt locus est, ꝙ pudeat eum rei, quam dixerat accusator: qui fit ꝙ parū laudet, & multum vituperet. quoniam accusatio, quando cōtinget, non est vacua ab angustijs, vel referat multas uirtutes de illo, postea uero ipsum vituperet ex parte suorum vitiorum. Et sic agūt viri superantes, & malarū cogitationū & uersutiarum illi intenderent nocere bonis, quando eos denominant secundum ambas res simul: hoc est, secundū bonum & secundum malum: quia possibile est ꝙ malum contingat ex bonis viris. Si aūt solo malo eis denominarēt: hoc nō putaretur de illis. Locus aūt sumptus ex eo ꝙ homo vacet operi, est cōmunis illi quē

C pudet, & illi qui defenditur simul. qa cōtingit ꝙ vna res fiat varias ꝑpter causas: & ille quem pudet, poneret suam mentem ad malum, ille autem, qui defenditur, stabilit suam mentem ad bonum.

Narratio vero est partis inhibitionis. Et expediens est, cum narratio sit verificatio quędam, ad quam homines conuerterentur propter velocem sui casum, ante verificationem perfectam, ꝙ non ducatur secundum ordinem & compositionem, quæ fit in orationibus verificatiuis, sed duceretur simplex sine ordine. Expedit autem ꝙ declaremus esse operum, ex quibus fiunt significationes rerum, de quibus intenditur constitutio. Horū autem operum, quędam sunt, quæ constituant per res extrinsecas: & quædā sunt via artificiali; & quędam sunt, quę oratione constituant. Quia autem constitutiones differunt, quędam earum sunt implicitę, procedentes per implicitatem rei secundum plures gradus, qui insunt laudato, vel ꝙ res quę ei insit, sit quidam illorū, vel ꝙ quę ei insit sit quidā numerus illorū, vel ꝙ quę ei insit omnis res illorū: ideo decet ꝙ narratio harum rerum non fiat secundum ordinem: quoniā constitutio, quę fit secundum ordinem, est difficilis cōseruationis memoratur: sed expedit ꝙ harū narratio fiat absq; vniuersali ordine. Quādo vero fit ex quoddā attributo, fit separata secundū vnum gradum: sicut ꝙ sit fortis, vel sapiēs, vel expertus scriba, con

Quę ponant in orationibus admodū ornamēti, & fuci.

De Narratione.

stitutio itaque talium est simplex. Prima vero erat implicita & non simplex, ac si diceretur ꝙ naratio laudis simplex non differt in constitutione secundum prinationem compositionis & ordinis: sed differt per hanc in constitutione cōposi. i.e, cum narrationis moris sit ꝙ proueniat simplex non composita: hoc est, ꝙ sit significatio simplex breuis nō cōposita neq; ordinata: siue cōstitutio sit ex his quę indigent compositione & ordine, siue non indigeat. Nec cōuenit tradere narrationem de rebus notis. Et ideo in laude plurium hominum non indigetur narratione: & illi sunt viri, quorum excellentia est communiter nota. Id autem, quod ignotum esset apud audientes, esset suarū dignitatū distinctio. quū narratio confirmaret de eis rē certā: in talibus aūt non oportet impediri p actionē narrationis vniuersalis ante constitutionē distinctiuam. vt si quidā vir vellet laudare Albechir & Socratem, non indigeret ad eos laudandum, declarare ꝙ ipsi sint excellentes, antequam incipiat constituere suas dignitates distincte: nisi iudex & audiens esset ignari ipsius laudati, hoc est, extraneis: quia talibus indigeretur vsu narrationis. Quoniā aūt laus est quędā res constructa ex dignitatis excelsa expedit ꝙ laus fiat de rebus exterioribus, quę non sunt arburarię secundum modū verificationis, quę accidit per operationes: quia laus fit per operationes: vsus aūt rerum, quę exterius sunt, fiunt secundum modū remotum ad laudē prouenientem per operationes sicut esset sermo dicentis post constitutionem dignitatum ꝙ iste sit talis: quia expedit ꝙ ex bonis proueniant bona: & ꝙ qui tali educatione sit educatus, ille sit talis dispositionis. Aliquando aūt aliquis homo laudatur, & si nulla eius operatio referatur. & hoc, quando iam intellectus esset casus verificationis, ꝙ ille esset felix, vel hilaris, vel studiosus. Hęc autem laus per operationes fit, vt per illas sumatur indicium ad dignitatē, & dignitatis laus est, vt per eam sumatur indicium ad felicitatem, & gaudium: quia proportio operationum ad dignitatem est proportio dignitatis ad felicitatē. aliquando aūt sunt quędam loca communia laudi & consilio simul: & conuertūtur ad alteram duarum specierum pauca varietate, quę fit in eis. & hoc, quia id, quod expedit hominem facere, est id quo est laudandus, qū illud operatur: & qui nouerit quod est dignū fieri, nouerit quod sit id, quod dignum sit vt eo laudatur. Quando aūt hoc ita fuerit, ille haberet vim ad ambas operationes simul, hoc est ad laudem et cōsilium. Et hoc, quia res, quando conducitur secundum modum consilij & sollicitationis, quando pauca mutatione variatur & commutatur redditur laus. exempli causa, quando quispiam diceret ꝙ non expediat cplaudetur: quia res excellētes sint illę, ad quas homo peruenit per felix sidus & infortunium. sed p res excellentes sint, quę proueniunt diligentia & solertia & bono iudico, quando dicitur sic, fit oratio cōsultiua. Quando autem permutatur, & dicitur p talis peruenisset ad res excellentes sua diligētia & eius solertia, non sua fortuna, esset laus. & res, qua fit consiliū i his rebus, est qua fit laus. & aliquādo oratio est composita ex laude & consilio. Et hoc, quādo orator pmutatur ab vna illarum duarum in alterutram, vt si diceretur, Tu peruenisti ad res excellentes tua solertia & sollicitudine: non es tibi auxiliatus his quę infortunio & felici sidere fiūt. Et expedit, ꝙ narratio sit facilis nō lōga, sed sit mō quo illico cōcipiatur secundum significatum, quo intenditur ꝙ concipiatur: & hoc vel fallacia orationis, vel submisse aut mediocriter: sicut cōuenit singulis locis, & similiter expedit ꝙ exordium sermonis nō cōstituatur longum, nec in eo referātur verificationes. quia si ita fieret, sermo nō esset ornatus. & siler oportet etiam, ꝙ non sit breue: sed sit ęquali mō directum. & hoc, quando in eo refereretur res, ad cuius innuitionem illud fuerat constitutum ex damno vel iniquitate, vel alijs, ex quibus fit oratio. Pręterea orator aduertat ꝙ sermo sit secūdū modū illarū rerū de quibus est sermo, & secundum suam mensuram nō differens ab illis, neque maior neq; minor eis. Et ex conferentibus homini in narratione sunt orationes, quę significāt suā dignitatē, vt sius sermo magis largiatur persuasionē, & ꝙ ex his vtatur ea, cuius casus sit iocūdior iudicibus. Respōdēs vero expedit, ꝙ minuat narrationem, quando his esset ꝙ res, quā argumentatur pręponens, non cōtigerit vel non fuisset noxia, vel non fuisset in ea iniquitas, qū nō esset secundū

De quantitate narrationis.

D E F

dispositionem cuius meminerat. & hoc, quia non conuenit respondenti, ꝙ con
tendat cum suo aduersario circa id, quod ipsum argumentatus esset: nisi sit in
illo & vtilitas quędā. & hoc, sicut ꝙ cōcederet ꝙ ipse egerit illud, sed ꝙ opus
est sit iniquū. veruntamen expedit respondenti ꝙ neget opera, quę quando nō
essent acta, non annecteretur ei pęna, vel esset causa, vel expediret ad indultū.
Et expedit, ꝙ narratio sit consueta: hoc est vsitata nota, nō negata. & hoc fit,
quādo proponēs permisceret secum orationes, quę promouerent hominem ad
bonum morem, & sollicitant ipsum ad bonum opus, quę sunt orationes mora-
les. Fiunt aūt orationes morales ex rebus voluntarijs practicis, non ex rebus
theoricis: quia mores sunt principia operū, quę sunt versus finem aliquem non
principia opinionū. & ideo nō vtimur orationibus moralibus in rebus mathe
maticis, neq; his huiusmodi quibus vtuntur Socratici. Orationes aūt morales
sunt, quę componuntur ex annexis moribus, hoc est, quę quando sunt, reperiūtur
illi mores. & ideo aliquando contendens vtitur talibus ad significandū morē
sui aduersarij: vt si diceret ꝙ ille sit pręceps & instabilis: cuius signū est, quia
ipse loquitur ambulans: quia hoc significat motus velocitatē, & paruam mētis
maturitatē, qđ est contrariū orationis dicentis: talis certe loquitur cōsiderate
& attributio: quia semper pręeligit pręstantius, vel apud virum prudentem, aut
apud virū bonum. & hoc, quia prudens eligit vtile, & bonus eligit honestū.
B Quando aūt non occurit verificatio rei, expedit inducere causam inferentē il
lam rem. vt qñ dicitur, talis est sicut talis, quæ diligebat suos fratres plusq̃ ama
bat eius virum suosq; filios: quia posset acquirere tales, quales sunt hi, si defice
rent: sed fratres non acquirūtur, si deficiant. Expedit aūt si sermocinans vta
tur nutibus faciei, & inducat ad verificationē ea quę deforis sunt, ꝙ cōstituat,
et dicatur ei, ꝙ hoc sit opus eius, cui non conueniat sermo: & opus illius, qui
est magis bestia, q̃ sint bestię naturaliter. Et expedit, ꝙ narrās permisceat suis
narrationibus aliquas orationes affectuum, quę essent cōsequentes & conuenie
tes: & illę sunt, quę cōponuntur ex rebus, quę eis insunt, vel sibi annexis: quia
hę res sunt apud eos notæ vsitatę, hoc est, ꝙ hę res sint, quę inferāt amicitiam
& cōmiserationem illi cui insunt. sicut si diceretur, ꝙ hic sit ipsemet intelle
ctus, & res addita ipsi intellectui, & sicut diceretur de aliquo, ꝙ in quocunq;
imponit eius manus, sit excellens, hoc est, pro vt puto ex aptitudine rerum ad
ipsam, & eam esse prōptam ad illas. & hoc sępe reperitur in pœmatibus Ho
meri, hoc est, tales orationes afficientes, quę inferunt rei extraneitatē & eius
admirationē: qđ frequēter inuenitur poematibus Arabum, & suis orationibus.
Et aliqñ est aliqua operationū, quę infert affectū. & illę sunt operationes, quę
proueniunt ex aliquibus hoībus, qui sunt scđm dispositiones inferētes inclinatio
nē ad eas, sicut agunt qui amouent lachrimas, in eorū oculis suis manibus: quia
C homines cōmiserātur illorū, qui apparent talis dispōnis, & inclinātur ad illos.
Et ideo contendens, qñ est huius dispōnis, fallit iudicē. Etiam contendens signi
ficat receptionē vtilitatis per hunc affectum, quia hęc dispositio adiuuat eum
cum delicto qđ ille confitetur, tanto magis, qñ illud negaret. Sæpe aūt sermo
cinans indiget onere vsus narrationis illius, qđ futurū est, & aliqñ non indiget
hoc. Sermo vero consultiuus nō continet aliquam narrationē omnino: quia nō
conuenit narratio illi, quod futurū est: sed narratio est illius, quod iam fuit vel
est pręsens: sed reminiscuntur rerū pręteritarum in consilio secundū modum
demonstrationis: hoc est, ꝙ per eas declaremus esse rerū futurarū. & ideo quan
to magis consulens cognoscit res præteritas occurrētes, tanto dignior est ad bo
num consiliū illius, quod posterius erit. Dispositio vero laudis & vituperij est
e contrario huius: hoc est, ꝙ in eis reminiscitur rerum pręteritarū & pręsentiū se
cundum modum narrationis. in consilio aūt non est narratio, nisi orator ex cō
silio transferetur in laudem. quando autem res, quam enunciat fuerit ex his,
quæ non verificantur suo casu, ei expedit ꝙ inducat causam rei, cuius casum
en[illegible]at: deinde postea loqueretur de consequentibus illum casum.
Verificationes vero expedit quod sint orationes constitutiuę: quia consti
tutio est res propria verificationibus secundum omnes species sermonis orato-

Sermonē cōsultiuum nō cōtinere aliquam narrationem.

De Verificatione.

rij. Res autem, quibus fit contentio in lite, quarum oporteat inducere verifica-
tionem, sunt quorundam modorum. Quorum vnus est, ꝙ loquatur non præsen- D
tialiter. & hoc est, quando non comparet aduersarius eo existente: hoc est, ꝙ ei
oppugnet. & ideo quod expedit accusatori est, ꝙ inducat ad esse illius rei de-
monstrationem, hoc est exemplum. Secundus autem modus est, ꝙ res sit noxia
vel innocens. & hoc quando aduersarius confiteretur, ꝙ illa iam fuerit, sed ab
negaret illam esse noxiam. Tertius est, ꝙ illa sit iusta vel iniusta. & hoc, quãdo
confiteretur ꝙ sit, & ꝙ noceat, & abneget ipsam esse iniquitatis. Quartus aũt
est, ꝙ contendens confiteatur ꝙ illa sit noxia & iniusta, sed argumentetur, ꝙ
contendens fuisset ei causa quatenus præcesserit sua iniquitas. sicut qui confite-
retur ꝙ ipse iratus esset in aliquem virum, sed responderet ꝙ ipse hoc egisset
propter iram præcedentem ab illo in eum, ipse autem hoc fecit, vt vindicaretur
ab illo. hoc autem quasi redit ad ratiocinationem ipsius iustitiæ. Quando autem
contendens confiteretur ꝙ illarum sit ei damnum, sed ꝙ eius aduersarius fuis-
set causa illius, manifestum est, ꝙ tunc lis esset, an eius aduersarius fuisset causa
necne. & quando lis fieret in illo, an liceat illi, qui affectus est iniuria, ꝙ ipse
afficiat iniuria secundum eam mensuram, qua ipse est iniuria affectus, absque
ꝙ offerat hoc iudici; sicut est desceptatio de hoc apud iudices gentium Mauro-
rum. Talis autem lis confert accusatori, & nocet respondenti: hoc est, quan-
do respondens confessus est, ꝙ ipse esset iniurius: & ratiocinatus esset, ꝙ illius
causa esset eius aduersarius. Alij vero modi & præcipue ꝙ res non fuerit, ma- E
gis conferunt respondenti quam accusanti: in inhibitiuis vero plurimum vili-
tatis recipitur de illis, & vsu similis, & oratione comparatiua: hoc est, ad decla-
rationem ipsius esse illarum operationum. quando vero illæ operationes sunt
pulchræ, vel vtiles, sumptio significationis ad hoc est ex ipsismet rebus. & sal-
tem sumitur ratio ad hoc per exemplum, quod Aristo. vocat demonstrationem
huius artis vt plurimum autem indigent vti exemplo, quando res essem non ve-
rificatæ secundum esse, vel ibi esset causa impediens verificationem sui esse. in
oratione vero consultiua fit constitutio, sed declaratur ꝙ res non erit, vel ꝙ
erit in futuro, vel ꝙ si illa fuisset non esset iuris, vel non esset ex illis ex quibus
non sumeretur vtilitas, vel ꝙ non sit digna vt sit talis dispositionis. Et expedit
considerare mendacium loquentis in consultiuis, & illius vsus rerum quæ sunt
extra res, magis quã sunt reliquarum specierum. Signis autem licet sint fal-
sa secundum partem, vt dictum est, ipsis vtitur hæc pars Rhetoricæ, sicut eis
vtuntur reliquæ partes. Exempla autem sunt magis propria consiliorum, &
priora in illis. Enthymemata vero sunt magis propria contentioni, nam consi-
lium fit per rem optatam. & ideo oportet ꝙ ad illam inducatur demonstratio ex
his, quæ iam fuerunt. illud autem est exemplum. Lis vero fit, ꝙ res fit, ent. &
ideo constitutio in ea fit ex rebus necessarijs, quæ inferunt illam rem. quia illius F
quod iam fuit connexum, est necessarium secundum esse; hoc est, ens in actu, nõ
possibile esse. Rerum vero futurarum connexa sunt possibilia esse. & ideo exẽ-
pla sunt in eis magis propria quã enthymemata. Nõ expedit aũt inducere p̃æ-
missas enthymematum, secundum ordinem artificialem, sed expedit eas ad sem
uicem permiscere. & si non, tũc; impedirent se inuicẽ. Ea aũt introducere sc̃dm
ordinem artificialem, qui est ordo, qui putatur ꝙ sit syllogisticus: hoc est, plus
quã alia, sicq; nõ conuenit, ꝙ hoc fiat in omnibus enthymematibus, sicut facie-
bant quidam viri Philosophi. Quando aũt velles facere orationẽ afficientem,
nõ facias ex ea enthymemata, q̃a si ita faceres, vel ꝓpelleres ipsum affectũ, quẽ
facere intenderas, vel enthymema esset frustra: quia tu poneres partem offen-
dentem alteri parti. quando autem aggregarentur simul vna earum corrumpe-
ret alteram, vel ipsam remitteret. & similiter etiã, quãdo introduceres sermonẽ
moralem, non conuenit ꝙ introducas enthymema & constitutionẽ cũ illo: quo-
niam non est constitutionis, ꝙ afficiat audientẽ in rei initio, sicut ipsum affice-
rẽt orationes morales, sed expedit ꝙ in orationibus moralibus fiãt orationes es-
sentiales, & in narratione orationes verificatiuæ. Exẽplũ aũt orationũ mora-
lium est sermo dicentis, tu cognoscis hos, & non conuenit ꝙ eos iustifices, sed

A liberes. Exemplum autem afficientium est sermo dicentis, hi sunt iniuriati, &
non sunt angustiandi. Verificatiuę vero fiunt, qua hoc est iuris, & hoc vtile. vt
plurimum autem consilium est debilius quam lis: quia consilium est futuri. &
lis preteriti. illud aũt, qđ est pręteritũ, est notius quã id qđ est futurũ. & ideo va
ticiniũ pręteriti est facilius q̃ futuri: sicut aliquis dixit, de quodã. ꝙ ille esset va
tes pręteriti, & non esset vates futuri, hinc est, vt puto suus defectus.
Oratio autem exemplaris est rerum nimium manifesti iudicij. & facilis est
inuentio demonstrationis de re per ipsam, & illius verificatio. & non est in ea
disceptatio magna plusquã de ipsa re: sicut ꝙ aduersarius cõsequatur illius vili
pensionẽ, vel suus animus consequeretur eius excellentiã vel cõstitutionẽ iudi
cis in affectum: nisi sermocinator deuiaret, seu declinaret a via per illud: hoc est
ꝙ hac de cã magis proprium est consilij. Expedit aũt dubitanti circa propositio
nes sumptas a lege, ꝙ faciat de illis, qđ faciebat Socrates cũ oratoribus Athe-
niensium, qui quadam pauca deturpatione deturpabat illas propositiones: hoc
est, vt puto quando vtebatur opinione, nam vsus opinionis est deturpatio ora-
tionis. In inhibitionibus vero expedit, ꝙ vtatur laude sermonis cõstitutiui: sicut
agebat Socrates in suis laudãtibus orationibus. ipse enim introducebat in suam
constitutionem initium sermonis. Sermo aũt cõstitutiuus, quando eo fit laus, est
constitutiuus moralis, simul. & si non fuerit ibi oratio moralis, sicut est sermo il-
B lius, qui postquã tulerit ipsam constitutionem, dicit ꝙ sermonẽ iustificatũ verũ
non intelligant nisi illi, qui sunt excellentes, excessiue boni, Probantes itaq;
sunt efficaciores, quã cõstitutię. Intendo autem per probãtes, illas quę sunt scđm
oppositum modum propositionum quas confitetur aduersarius: per constitutiuas
autem ipsa enthymemata, quę sermocinator ferret ad confutandum orationẽ
ipsius aduersarij ex se. Probantes vero sunt efficaciores: quia notum est ꝙ ip-
sę probantes superãt alias orationes per rẽ, qua sunt orationes syllogisticę: hoc
est, quia illę sunt magis syllogisticę, quã alię: quia illę construũtur ex pręmis-
sis oppositis, vel ex illis, quę sunt suę potestatis. contrarię aũt, quãdo ad se mu-
tuo componuntur, magis expedit ꝙ pateat earum mendacium. Sermo autem
cuius obiecta sunt versus aduersarium, non fit ex alia specie, quam ex orationi
bus verificatiuis. Quarum quędam est, cuius oppositio est scđm dictum aduer-
sarij: & illi sunt syllogismi qui fiunt ex pręmissis oppositis: vel ex illis quarũ
vna est vis oppositarum, & ferunt ad probationes. Et quędã sunt, quę fiunt ex ip
samet re, & illi sunt syllogismi recti, seu ostensiui categorici, Expedit aũt in cõ
flictu & contentione simul, qñ loquens incipit sermonem, ꝙ primo meminerit ve-
rificationum, quę constituant suam orationem: deinde post hęc intendat destrue
re opposita, quę ei aduersantur suę orationi. & hoc qñ ea, quę ei aduersantur,
fuerint pauca, vel paucę persuasionis. Si vero essent plura vel fortis persuasio-
C nis, tunc expediens opus est, ꝙ preassumat & destruat illas orationes. Et quan
do cõduxerit putare illarum possibilitatẽ, postea introducat cõstitutiones, quę
verificent suam orationem. Et vniuersalius expedit loquenti, qui vult loqui con
trario sermone illius, quo loquutus sit alius, ꝙ suo animo attingat orationẽ il-
lius, & repellat suum sermonẽ. & eo magis, qñ sermo, quo loquutus fuerit ille
alius, esset efficax, hoc est largiens psuasionẽ. hoc aũt fit variis modis. vt si dice
ret eius aduersario, tu incumbis eloquio, & vales ad illud, & cõstituis oẽm sen
tentiam, quam constituere vis: & de oĩ te largiris psuasionẽ, ꝙ ipsa sit necessa-
ria, ꝙ sit excellens, & ꝙ sit vtilis, vt credatur maiorem partem suę orationis esse
se veram & iustificatam, & si non sit iustificata apud oẽs, & apud ipsam verita
tem. Et aliquando per hoc fit vehementissimum vituperium sermonis, & vitu
perium loquentis: sicut quando ei diceretur tuum eloquiũ est vehemẽs dolus,
& vanitatum vanitas: sicut verba hominis, cui non est stabilitas. Talis aũt lo-
cus, cuius meminit, redit in vituperiũ eloquij aduersarij, vel ex parte latentis,
vel ex parte manifesti. Vituperium autem ipsiusmet aduersarij, aut eius eloquij
est oppositum laudis secum loquentis suiq; eloquij. Meminimus aũt harũ rerũ
hic per modũ directionis: & si nõ iam pręcessit sermo de illis. Expedit aũt ali-
quando ꝙ corroboremus enthymemata p orationes morales, sicut diceret ora

do consuleret de pace & rerum reconciliatione, ꝙ expediat prudentibus stabilire suam mentem ad pacem & reconciliationem & vniuersalius oportet oratorem in se suscipere onus, quę enthymemata sint fortissima illorũ, quę [illegible] est inesse illi rei de qua loquatur. quia quotiẽs enthymemata, quę introduceret orator, essent efficaciora, ille dignior est, vt sua oratio suscipiatur : & ꝙ m[illegible] pateat, quã sermo sui aduersarij: sicut ꝙ enthymemata, quę ipse introduceret ad acceptationem pacis, sint fortiora quã enthymemata, quę suus aduersarius introduceret ad repulsionem pacis, & consilium ad bellum. D

Caput Vltimum. De Præceptis interrogationum rhetoricarum.

INterrogatio vero, ꝙ expedit ꝙ fiat in huius artis tribus locis. Quorũ vnus est, quando interrogator scitur, ꝙ siue ipse respondens respõdeat ad illam, siue non sequatur illum vna eadem res, quam loquẽs intẽderat inferre. sicut quãdo interrogaret. Nõ ne acceptus es prope interfectũ habẽs gladium [illegible] tere: qui si dixisset sic, diceretur, ergo tu illum interfecisti. si autem dixisset [illegible] diceretur, tu eum interfecisti, ideo fugisti. Secundus autem locus est, [illegible] ꝙ si nõ responderet ad rem, de qua illum interrogaret, iam dixisset absurdum, sicut est sermo dicentis: Non ne sciuisti ꝙ tributum sit iniquum. quia si ille dixerit non, esset absurdum. si autem dixerit sic, diceretur ei: tu aũt tollis tributũ [illegible] itaq; eis iniquus. Tertius aũt locus est, quãdo ꝓposito, quam eum interrogat [illegible] patentis veritatis: id aũt, quod ex ea sequitur, non sit patens apud respondentem, quia in tali loco oportet interrogantem, ꝙ contẽtetur vnica propositione solum & non interroget secundam premissam. sicut quando quispiam interrogaret quẽdam Romanum : Non ne patres & filij sunt vnius generis: & quãdo respõdens diceret sic: diceretur his. si ergo non est ita, certe possibile esset, ꝙ hęc premissa lateat propter suam euidentiã & distantiam sui consequẽtis: & ipsa est latẽs vt plurimum: hoc est initio opinionis respondentis ad hanc interrogationem. [illegible] tus autem locus est, quando interrogator scit ꝙ si ille responderet [illegible] lius, quod ipsum interrogaret, posset ei inferre absurdũ. differentia aũt inter [illegible] locum & secundum est. quia absurdum ibi est contrariũ illius, qd ipsum interrogaret: hic autem interrogator infert illi absurdum per syllogismum. Quintus autem locus est, quando res, de qua est interrogatio, cogeret illum respondere [illegible] contradictoria simul, quia ad illum sequeretur probatio, quam faciunt Sophistę: sicut ꝙ cum sequatur per interrogationẽ respõdere de re per sic, & p no, quando tunc ei prouemiret vilipensio & ira, sicut faciunt Sophistę. Sextus aũt locus est ꝙ interroget interrogationem continentem plures res: responsio autem ad eam distinguatur ad respondentem: quia si ille responderet per hanc rem, quam [illegible] debat interrogator, sequeretur ipsum illa res. Si autem stabiliret suam [illegible] singulatim illas res destruere, & responderet ad illas p singula responsa, [illegible] tes vulgares propter eorum imbecillitatem inferrẽt, ꝙ ille esset perplex[illegible], & ꝙ eius responsio sit perplexa : cum videatꝙ veridicus, quando inter[illegible] respondeat vnico responso non pluribus responsis: qm̃ hęc esset perplexio, et perturbatio responsi. Respondenti vero expedit in hac arte, ꝙ neget consequentiã enthymematum, quando nequiret negare propositiones, quas esset interrogat[illegible]. Et quando possibilis fuerit ei negatio, non neget dictionem ferentem plures significationes, quę communior est ĩ illa res, cuius est fallacia. neq; magis ꝓpria. Expedit autem ei prescire premissas, quę efficerent syllogismum de re, quã intenderet eius aduersarius cõstruere. hoc. n. esset ex his, quę facilẽ redderẽt [illegible] notitiam, ex rebus quę dictę sunt in secundo Topicorũ. quia aut omnes illę res, vel quędam eorum conueniunt huic loco, & recipitur ex ipsis vtilitas. Si autẽ perfectus esset syllogismus de illa, oportet illum asserere qd causa conclusionis sit alia a causa quam dixerat aduersarius. sicut quando ille cõclusisset ei, q[illegible] se subripuisset suas res, at ipse diceret, verum est qd eas subripuit, sed occasione cõ

A frustrationis, non occasione iræ seu malo animo. Interroganti autem expedit quod non interroget de præmissis remotis, neque de proximis inplinet conclusioni: sed expedit quod interroget de præmissis, quæ sunt ad conclusionem secundum me dum dispositionem remotionis & propinquitatis. Quia autem orationibus, quibus fit derisio et delusio, indigetur in litibus, expedit itaq; quod ingrediantur orationes quibus fiunt lites. Et ideo quidam dixit, quod expediat quod destruas iustificationem per suum contrarium: hoc est, per orationem susurrationis: & susurratio destruatur per suum contrarium: hoc est per iustificationem. hic autem sermo est satis conveniens. Iam autem dictum est in libro Poeticæ, quot sint species susurrationis. Ipsius autem susurrationis species quædam est, quæ conuenit viro nobili, quæ est susurratio, qua credatur dicere rem legalem, & insinuare vituperationem turpis, immo quod conuenit susurrationi est substantia rei, qua intenderet insinuare vituperationem turpis, & ideo dicitur quod locosus sit hilaris in ioco, & patefacit tibi ea, quæ habet in animo. Ille vero, qui innuit vituperationem, fallit te, & te deuiat, & conducit te ad putandum, quod ipse loquatur de aliqua re, cum ille, qua si sagittator sua susurratione vertatur versus aliam rem turpem. Iocus ergo conuenientior est nobili, quia ex se ipso profert veritatem. Innuitio autem vituperationis magis conuenit vili, quia ille quasi sagittator vteretur dolo & odio.

Et vniuersalius rerum, ex quibus constituitur sermo oratorius, & maior sua B pars sunt quatuor res. Quarum vna est, quod apud audientes ex se constituatur verificatio: & ex eius aduersario constituatur suspitio. Secunda autem est magnificatio rei, de qua fit sermo, & eius paruificatio. Et tertio sunt orationes affectiuæ & morales. Quarto autem sunt orationes, quæ vertuntur versus rem, de qua fit sermo, omnes autem hæ res sunt communes omnibus partibus orationis. Nos autem iam loquuti sumus de locis, ex quibus fiunt omnes res. Summatim itaque iam compleuimus omnes res, quarum meminisse promisimus in principio huius libri. meminimus itaque de his rebus in rei initio, vt id de quo fieret sermo, esset notum non ignotum, sicut est dispositio operis violentium docilem reddere doctrinam: hoc est, quod determinent primo intentiones, & res, de quibus velent loqui. Hic autem in vltimo fecimus de illa mentionem, vt sciatur quod iam nos perfecerimus, quod de his promiseramus. & hæc est adeptio conclusionis, quæ apropiat loquentem: hoc est, quod notificet, quod iam perfecerit id, cuius meminisset. quæ vero appropriat audientes, est reminiscentia. Comparationes itaque expedit esse vniuersaliter, modo quo ex eis intelligatur res: cuius loco sumpta fuerit ipsa comparatio, & ex suo contrario eius contrarium. Hoc autem fit, quando illæ duæ res essent notiores de ipsa comparatione quam sint de ipsa re. loco cuius vsum est comparatione: hoc est quod ipsa sit notior exemplificatu, & eius contrarium sit notius quam C contrarium exemplificati. quia quando comparatio non sit ita, aut nihil constituit, aut constitueret rem, quæ iam stabilita esset: & hoc vel per aliud exemplum, vel quando ipsa esset naturaliter nota. Et similiter est dispositio cognitionis contrarij ipsius rei hoc est: quod quoddam est per se notum, & quoddam est notum per exemplum. Conclusiones vero orationum expedit quod sint separatæ ab ipsa oratione, non coniunctæ secum, neque continuæ, sicut exordium; sed conuertantur versus exactum sermonem: sicut esset oratio oratoris consultiuis orationibus: sic est meus sermo, sicq; est mea intentio: aperite oculos, & inspicite: & aures porrigite: & iudicium quod vestra est, vero iudicio iudicate. Hic itaq; completæ sunt res huius tertij libri: & declarauimus itaq; id ex eis, cuius intellectio peruenit ad nos. & nostræ cogitationi apparuit esse illius intentum orantes coram Deo, vt gratia nobis præstet spatium ad perscrutationem originis suorum dictorum de his rebus præcipue cum ad nos nondum peruenerit expositio alicuius viri accepti ipsorum commentatorum. Sicq; completa est huius libri expositio, tertio mense, 510, anni xir Maurorum, ad laudem Dei, cui nihil est occultum. Amen.

Arist. Rhet. cum Auer. Parap. lib. III. Finis.



ARISTOTELIS RHETORICA AD ALEXANDRVM,

Francisco Philelpho interprete.

ARISTOTELES ALEXANDRO S.

Liber hic si Aristoteli stagiritę (vt nonnulli credũt) est ascriptus: eius forte fuit cuius & liber de Mundo ad Alexãdrũ.



Vm tuis literis factus certior, nonnullos sæpæ ad nos misisse, qui vt ciuilium causarum præcepta ad te perscriberem, a me peterent. Ego vero haud negligentia quidem vlla in hoc vsq; tempus tem distuli, sed vt quærerẽ ita diligenter de his ad te scribere, vt alius certe nemo qui hisce i rebus elaborasset, diligentius vnquam scripserit. Hæc igitur recte mihi fuerat sententia. Nam quemadmodum vestium decore atque magnificentia cæteris hominibus pręstare maxime studes, ita etiam dicendi inuentionẽ, ac vim eam vt accipias nitendum est, quæ pulcherrima sit, apprimeq; præclarissima. Longe enim pulchrius est, ac regale magis, animo esse bene constituto, quam habitum corporis vestibus ornatum pulchris intueri. Absurdum enim est, eum qui rerum gestarum gloria cæteris antecellat, videre humilimis quispiam in dicendo cedere: præsertim cum non sis nescius eos qui in populari principatu versentur, res omneis ad populum: qui vero sub vnius imperii ductu constituti sint, ad rationem orationemq; referre. Qnemadmodum liberas ciuitates communis lex, quæ ad honestissimum aliquem finem ducat, dirigere consueuerit, eodem modo & oratio tua queat eos quos imperio tenes, ad id agere quod conducibile sit, et vtile. etenim lex (vt ita dixerim) oratio quædã est, quę cõi ciuitatis consensu definita iubet quo pacto vnumqnodq; agendum sit. Accedit ad rem, quod neq; tibi obscurum existimo, solere nos laudibus eos perinde atq; honestos & fortes prosequi,

A qui & ratione vtuntur, & oĩa ea duce agere pergunt : qui vero absq;
ratione & oratione quicquam faciunt, tanquam atroces immanesq;
Qua quidem re factum est, vt & malos eorum vitium ostendẽtes ma
le affecerimus, & bonos eorum virtutem declarantes quasi beatos,
admirandos imitandosq; voluerimus. Sicq; & quomodo futuras ca
lamitates euitaremus, bonisq; instantibus frueremur, adinuenimus.
Proinde et imminentes difficultates effugimus, et absentes vtilita
tes comparauimus. Nam veluti vita quę nulli mœrori subiacet,
eligenda, ita prudens est oratio diligenda. Neque id te prętereat
oportebit, quòd hominum plurimis aliis quidem lex ipsa, aliis vero
tua tum vita tum oratio exemplo datur. Vt cunctis igitur tum Gre
cis tum Barbaris antecellas, omni tibi studio annirendum est : quo
iis qui versantur in his exemplis, ita horum imitationem per virtu-
tis elemẽta pulchrę effingant, vt haud sibi deteriora consulant, sed
tius se participes fieri & cupiant & exoptent. Rerum est prętere a hu-
manarum augustissimum, consultatione vti. quare nec in superuaca
B neis vulgaribusque rebus studium tibi terendum est, sed pro virili
potius parte elaborandum, vt ipsam belle consultandi artem & per-
discas, & teneas. Quis enim sanæ mentis dubitarit, si quis inconsul
to quid egerit, amentiæ quidem : sin autem ratione duce, sapientiæ
signum esse? Intueri etiam licet eos omnes qui optima inter Græ-
cos republi. vtũtur, oratione prius quã rebus cõuenire: itemq; apud
eos qui inter Barbaros dignitate præstant, orationem rebus anteire:
quippe qui probe norint eam quę ratione orationeq; perspectio vti
litatis cognitioq; sit, esse quandam salutis arcem, & eiusmodi certe
arcem, quæ non manufacta, verum & inexpugnabilis quidem sit, in
primisq; secura opinanda. Sed vereor hac de re pluribus ad te scribe
re, ne fortassis ostẽtare meipsum videar, hisce pręsertim in rebusq̃
probatione non indigent, sed plane patẽt & in promptu sunt omni-
bus. Quamobrem hæc omnia missa faciẽs, illa dixerim solum, de qui
C bus in omnem vitam dicendum est, hoc vnum esse quo cæteris ani-
malibus pręstamus, præclarum quoddam ab immortali Deo adepti
videamur. Nam si quidem & cupiditate & ira & aliis huiuscemodi af
fectionibus vtuntur etiam reliqua quæq; animalia, oratione autem
homo duntaxat: absurdum profecto maxime omnium cedat, si qua
vna re bestiis antecellimus, eam bene viuendi ducem præ negligen-
tia reliquerimus. Proinde te iampridem tua spõte incitatum etiam
atq; etiam hortor, vt dicendi philosophiam omni studio complecta
re. nam veluti corpus bona valetudine, ita & animus disciplina eru
ditioneq; seruatur. huius.n. ductu haudquaquam tibi in rebus geren
dis aberrare contingerit, quin potius omnia (vt ita dicam) quę tibi
iã parta sunt bona, plane tuebere. Quòd si pręterea oculis videre, iu
cundum est: animi luminibus cernere, penitusq; perspicere, ad mira-
bile cette plurimum. Rursus autem quemadmodum imperator sui

est servator exercitus, ita etiam eloquentia, quę sapientię coniun-ćta sit, humanę est vitæ gubernatrix. Sed hæc omnia atq; his similia D operæpretium puto vt missa hoc tempore faciamus. Monuisti autē tuis literis, ne quis omnino mortalium hoc librum accipiat: quippe qui non sis nescius, sicuti parentes quos ex se genuerint, magis quā ii quibus suppositi sunt, partus amare solent: eodemq; modo ii qui præclarum aliquid ex se inuenerint, maiore ad id studio afficiūtur, quā quibus eo vti contigerit. Non secus enim pro inuentis atq; pro liberis emori periclitentur. enimuero ii quos Parios vocant Sophistæ, quoniam nihil ipsi pro inerti quadam negligentia pariunt, ne diligunt quidem, sed acceptis pecuniis ab se dimittunt. Hanc igitur ob rē te vehementer moneo & ex horto, ita hæc dicendi præcepta serues, atq; tueare, vt cum & ipsa adolescunt, nullius opibus violentur, sed honeste tecum decoreq; vna viuant: cū in adultam ætatem euaserint, immortalem gloriam nanciscantur. Adsumpsimus autem (sicuti nobis Nicanor exposuit) si quid hisce de rebus apud cæteros artis scriptore expolitū elimatumq; inuenimus. Impendes autem operam etiam hisce duobus libris: quorum alter meus est, eas continēs E artes, quas ad Theodecten scripseram, alter autem est Coracis. Reliqua vero omnia, quæ siue ad ciuilia pręcepta siue ad iudicialia pertinent, separatim hoc in libro scripta sunt: quapropter ex hisce ad te commentariis ad ea consequenda abunde tibi adiumenta suppetent. Vale.

SVMMA LIBRI.

De tribus Causarum generibus, Probationibus omnibus, Elocutione, ac Orationis partibus, tum in vniuersum, tum singillatim in vnoquoque causarum genere.

De genere Deliberatiuo. *Cap. I.* F



Ria sunt genera ciuilium causarum: deliberatiuum, demonstratiuum, iudiciale. Horum autem species sunt septem: suasio, dissuasio: laus, vituperatio: accusatio, defensio: & quæstio aut ipsa secundum sese, aut ad aliud. species igitur, in quibus omnis versatur oratio, hę sunt numero. His aūt vtimur & in consultatione ciuili, & apud iudices, & circa alicuius certæ personę dictionem: de quibus quidē oībus ita poterimus apte dicere, si sigillatim vniuscuiusq; speciei vim & vsum & exercitationem numero cōprehēderimus. Et primū quidē de suasionibus est, dissuasionibusq; dicēdū. ipsarū.n. vsus in demōstratiuo deliberatiuoq; genere locū in primis habet. Vt igitur summatim dixerim, suasio est ad aliquid eligendū aut dicēdum

Suasio ac dissuasio quid.

A agendum sit exhortatio. Dissuasio vero, ne quid eligatur aut dicatur agatur ue, dehortatio. His autem ita definitis, suasor ostendat oportet hæc ad quæ exortatur, iusta, & legitima, & vtilia, & honesta, & iucũda, & facilia factu esse. quòd si minus id poterit, demonstrandum erit cum ad laboriosa & grauia quædam exhortatur, hæc factu & possibilia esse, & quam necessaria: dissuasor autem ex contrariis dehortetur oportet, vt neq; iustũ, neque legitimum neq; vtile, neq; honestum, neq; iucundum, neq; factu possibile hoc sit, vel saltem & laboriosissimum id esse, & minime necessarium. Omnes autem actiones harum vtriusque sunt causarum participes. quare dubitandum non est quin oratio harum alteram cõtineat. Quę igitur suadẽtes dissuadentesq; desiderare cõueniat, hæc sunt. Definite autem iam aggrediat vnumquodq; horum quid sit: demonstrabiturq; vnde ea nobis in dicendo suppeditemus. Iustum igitur est, hominum plurimorum Iustum quid
non scripta cõnsuetudo, honesta turpiaque determinans: id vero est honorare parentes, amicis benefacere, & beneficiis gratiam referre.
B hæc enim & his similia non iubent scriptæ leges hominibus faciunda, sed consuetudine non scripta, & communi quadam lege legitimum fit. iusta igitur hæc sunt. Lex autem est communis ciuitatis consensus, qui scriptis præceperit quomodo vnumquodque agendum sit. Vtile vero est præsentium bonorum conseruatio, aut absentium Vtile.
comparatio, aut malorum instantium propulsatio, aut futurorum incommodorum inhibitio. Hoc autem diuidas oportet, priuatis quidem hominibus in corpus, & animũ, & res extrarias. corpori enim est vtile robur, formæ dignitas, bona valetudo. animo vero fortitudo, sapiẽtia, iustitia. extraria vero sunt amici, pecuniæ, possessiones. his autem contraria inutilia sunt. Ciuitati autem vtilia talia quędã sunt, concordia, vires ad bellum, pecuniæ, & prouentuum copiæ, sociorũ virtus, atq; multitudo, ac summatim reliqua his similia vtilia Honesta.
C esse ducimus: quæ vero his contraria sunt, inutilia. Honesta vero sunt ex quibus splẽdor aliquis atq; illustris honos in eos qui aliquid gesserint, emanaturus sit. Iucunda autem, quæ afficiunt gaudio. Fa- Iucunda.
cilia vero sunt, quæ breui tempore & minimo labore impensaq; ab Facilia.
soluuntur. Possibilia aũt, quæcunq; fieri natura possunt. Necessaria ve Possibilia. Necessaria.
ro, quæ vt fiant, arbitrii nostri non est, sed tanquam ex diuina quadam aut humana necessitate omnino fiunt. Iusta igitur, & legitima, & vtilia, & honesta, & iucũda, & facilia, & possibilia, & necessaria hęc sunt. De his autem dicere abside poterimus & ex antedictis, & his similibus, & ipsis contrariis, & ab iis quæ iudicata sunt aut a Diis immortalibus, aut a claris hoĩbus, aut a iudicibus, aut ab aduersariis nostris. Cuiusmodi igitur iustum esset, declarauimus. Simile autem iusto est huiusmodi. nam quemadmodum iustum existimamus obtemperare parentibus, itidem conuenit filios parentum res gestas imitari: & veluti beneficis benefacere iustũ est, ita & iis a quibus ma

li nihil suscepimus,iusto simile est non nocere. Hoc igitur modo si- D
mile iusto capiendum est. Ex contrariis autem opus est exemplum
ipsum perspicuum faciamus. Nam veluti iustum est in eos animad-
uertere qui aliquid perperã patrauerint,ita iis qui nos beneficio fo-
uerint,referre gratiam decet. Id autem iustũ quod ab aliquibus cla-
ris viris iudicatum fuerit,sic erit accipiendum. Verum neq; nos soli
odio hostes insequimur,maloq; afficimus,sed & Athenienses,& La
cedæmonii iustum esse iudicant inimicos mulctare. Iustum igitur hoc
modo creba exercitatione accipies. Legitimũ vero quale etiã ipsum
sit,antea nobis definitum est. Oportet autem vbi vsui sit, vt is qui
sententiam dicit,legem etiam adsumat:deinde simile legi scriptæ.es
set vero huiusmodi. Nam sicuti legumlator maximis animaduer-
sionibus fures plectendos voluit, ita & seductores maximopere sunt
mulctandi: etenim hi furantur eius quem deceperint hominis men-
tem.& veluti legumlator hæredes eos statuit qui genere proximi iis
essent qui sine filiis interiissent, eodem modo & huius pecuniarum E
rerumq; liberti me nunc dominũ fieri decet.nam cum iis, qui ipsum
liberarint,hac luce orbatis,proximus ipse sum cognatione,iustus ter
te sum qui illius res omnes dominio teneam. Legitimo ergo simile
adsumitur hoc modo. Contrarium vero sic. Siquidem lex prohibet
publica priuatim distribuere,perspicuum est eos qui illa distribuũt,
iniuria omnes afficere a legumlatore iudicatos. nam si eos leges or-
nari iubent qui honeste rebus communibus iusteq; præfuissent, ne-
quaquam obscurum est quin & publicarum rerum dissipatores mul-
ta dignos existiment. ex contrariis igitur ita legitimum clarum fit.
Ex iudicatis autem hoc modo. Neq; ipse solum præsentem legem ha
rum causa rerum a legumlatore positam dico,sed etiam antea ipsi iu
dices authore Lysitida, æque atq; nunc a me dicitur,sentẽtiã de hac
re protulere. Legitimum igitur hoc modo tractãtes, multipliciter de
monstrabimus. Vtile aũt quale sit,antea definiuimus. Assumendum F
est autem in dicendo etiam si quid ex vtili inciderit:eodemq; modo
tractandum quemadmodum in iusto legitimoque tradidimus: & sic
crebris in locis ostendendum. Esset autem vtili simile huiusmodi.
Sicuti nanq; in bello conducit eos qui plurima valent animi magni-
tudine,primos in acie ordinare,eodem modo in rebuspu. permagnæ
vtilitati est prudentissimos multitudini iustissimosq; præesse.& que
madmodum hominibus in bona valetudine cauere ne in aduersam
incidant,vtile est:ita etiam pacatis vrbibus,concordiaque vtentibus
conducibile est sese ab omni seditione custodiant. Similia ergo vtili
hoc modo crebro tractanda sunt. Ex contrariis autem vtile sic per-
spicuum fit. Nam si conducit eos ciues qui æqui & boni sunt, honori
bus prosequi,ita punire improbos,vtilitatis plurimũ adfert: & si qui
dem inutile est nos solos aduersus Thebanos bellum gerere, vtile
erit vt Lacedæmonios socios nobis adsciscamus, itaq; aduersum il-

A los belligeremus. Ex cōtrariis igitur ſic vtile clarũ efficies. Vtile vero a claris vitis iudicatũ hoc pacto adſumes. Nam & Lacedæmonii, vbi Athenienſes bello ſuperaſſent, vſui ſibi fore exiſtimarunt, ne eorum vrbem in prædam verterent: & Athenienſes rurſus cum poſſent Spartam funditus euertere, cōducere ſibi arbitrati ſunt ſi Lacedęmonii ſupereſſent. Et iuſtum quidem & legitimum & vtile ſic tibi tractandum eſt. Honeſtum vero, & facile, & iucundũ, & poſsibile, & neceſſarium quomodo & hæc ſuperiora te tractare conueniet, & de his quidem & hiſce dicere commode poterimus.

Quæ ſint conſultanda. *Cap. II.*



Rurſus autem definiemus, quantum, & qualè, & quid, tum in curia, tum in concione conſultabimus. nam ſi horum ſingula plane tenuerimus, res ipſæ pro vnaquaque nobis conſultatione verba ſuppeditabunt. Com-
B munes autem ſpecies quas diu ante nouerimus, facile in vnamquanque cauſam inducere poterimus: quapropter ea ſunt nobis diuidenda, de quibus vulgo conſultant omnes. Vt ſummarim ergo dixerimus, eæ de quibus orationem habemus, propoſitiones ſeptem ſunt numero. neceſſe enim eſt nos & conſultare, & oratore tum in ſenatu, tum apud populum, aut de ſacrificiis, aut de legibus, aut de apparatu ciuili, aut de ſocietatibus ac fęderibus aduerſus alias vrbes, aut de bellis, aut de pace, aut de pecuniarum prouentibus. hæ igitur propoſitiones ſunt, de quibus omnis eſt nobis & conſultatio, & oratio. Harum autem vnamquanque diuidamus, conſideremuſque quibus modis oratione in his vtendum fuerit. De ſacrificii autem abunde dicere neceſſe eſt. Aut enim dicimus præſenti in ſtatu ea ſeruanda eſſe, aut vt magnificentius, aut vt in his humilius quo- *De ſacrificijs.*
C dammodo agendum ſit. Cum igitur dixerimus in præſenti ſtatu ea ſeruanda eſſe, cauſas inueniemus, ex iuſto quidem dicentes, iniuſtum apud omnes eſſe, præter conſuetudines patrias quicquam agere, quodque omnia vaticinia hominibus iubent patrio more ſacrificia eſſe faciunda, & quòd eorum qui vrbes primo condiderunt, & templa diis immortalibus erexere, diuini cultus maxime ſunt, diuque obſeruandi. Ex vtili autem dicemus ꝙ ad rei pecuniariæ impenſam, aut priuatim aut publice conducet, vbi pro patrio more ſacrificiis ſit indultum: & quod ad ciuium audientiam ea res confert non mediocriter, quippe quod grauioris armaturę peditibus equitibusq; ac velitibus ludos celebrantibus ciues ea ambitione delectati audentiores fient. Ab honeſto autem dicemus, ſi hoc modo celebritates pulchras ſpectari contigerit. A iucunditate vero, ſi & varietas quædam circa Deorum ſacrificia ad ſpectandum acceſſerit. A poſsibili autem, ſi in eiuſmodi ludis nihil fiat neq; parum, neq; nimis. Cum

igitur in rebus diu cōstitutis consultatio nobis habetur, cum hæc D
tractamus, operæpretiū est de antedictis aut de horum similibus cō-
sideremus,& ea pro rei natura edoceamus. Cum vero consultemus
vt ad splendidiorem quendam apparatum sacrificia traducantur,
eæ sunt causæ nobis adferendæ, quibus merito consuetudines pa-
trias mouere videamur, dictitantes, addere præsentibus quicquam,
id haud esse soluere, sed augere potius res antea constitutas ac fir-
matas, deinde quòd & consentaneum sit Deos immortales beneuo
lentiores in eos esse, a quibus magis venerentur. Item quod neque
maiores ipsi eundem semper modum in sacrificiis obseruabant, sed
pro tempore, proq; secundis rebus & priuatim & publice Deorum
cultum legibus sanciebant. postea vero quòd veluti in cæteris rebus
omnibus consueuimus, ita & respublicas, atq; priuatas domos admi
nistramus. Dicas enim opus est, siqua his ita constitutis vtilitas ciui
tati, aut splēdor, aut voluptas futura est, quæ quidem omnia ita tra-
ctabis, veluti in superioribus dictum est. Cum ad humilius exhorta- E
mur, primum quidem temporibus est accommodanda oratio, dicen-
dumq; quibus in deterius nūc habeant quam antea habuissent. dein-
de vero quòd ne consentaneum quidem sit Deos sacrificantium
sumptibus, sed pietate potius gaudere. item quòd eos qui supra vi-
res quicquam faciunt, & Dii & homines quam stultissimos iudicāt.
demum vero ꝙ nec in hominum arbitriis publici sumptus modo,
verū & in secundis aduersisque rebus existunt. Has igitur causas &
harum similes in sacrificiorum propositionibus habebimus. Vt aut
& quæ ad optimum sacrificium pertinent sciamus, & exponere &
sancire hoc etiam definiam. Est enim id vnū omnium quidem opti-
mum sacrificium, quod aduersus Deos pie ac diuine, ad sumptus ve
ro moderate, ad bellum autem vtiliter, ad spectacula vero splēdide
habuerit. Aduersus autem eos habebit pie, si patriæ consuetudines
institutaq; non soluantur: moderate vero ad sumptus, si non quæcun
que ad pompam missa fuerint, consumantur. Ad bellum autem vti- F
liter, si equites & milites vna composite ludos agant: ad spectacula
vero splendide, si & auro, & iis huiusmodi rebus quę haud consumā
tur, magnifice quis vtitur. Quæ igitur aduersus Deos seruanda sint,
per pulchre ex his cōstituemus. Ex iis vero quæ antea diximus,
plane scire poterimus qbus modis oratio de vnoquoq; sacrificandi

De legibus. & ciuili constitutione.

genere haberi possit. De legibus aūt deq; constitutione ciuili rur-
sus eodē modo tractemus. Etenim leges sunt, vt summatim dixerim,
ciuitatis publici cōsensus, qui scriptis terminant atq; imperant quid
vnumquodq; agendum sit. Eę vero leges colendæ sunt quibus magi
stratus parui quidem ac multi ex sortione, id quod seditione vacat,
maxime autem ex totius multitudinis suffragiis in popularibus prin
cipatibus designentur. ita enim & ipse populus, quoniam in ipso sit
eos donare honoribus quos voluerit, haud quaquam accipientibus

inuidebit, & clariores magis magisq; probitati studebunt, vtpote qui intelligant vsui sibi futurum apud ciues se probari. Quæ igitur circa conuitia in populari dominatu sanciri oporteat, hæc sunt. Quę vero ad reliquā administrationē pertinent, sigillatim exponere operosum admodū fuerit. Verū vt breuiter dixerim, id obseruari oportet, vt multitudini leges impedimēto sint, ne locupletū rei insidientur: diuites aūt inducāt vt vltro ad publica ministeria munificentissimi sint. Hoc aūt assequi poterunt, si locupletes pro ea quam in publicū munificētiam exhibēt, statutis quibusdā honoribus ab ipsis legibus donentur, siq; & agricolas pauperibus & nauium gubernatores vectoribus anteponant, sic enim & locupletes non inuiti rei publi. inseruient, & plebes non calumniæ sed ministeriis studebunt. Opus est preterea in conditis legibus seueritatem inesse, qua neque agrum ad egestatem redigere, neq; morientium substātias publicare fas sit: & magnos iis cruciatus inscribere qui hæc obseruare neglexerint. B Decet autem aliquem iis honestum sepulturæ locum ante vrbem dari, qui pro patria bellando perissent, & eorum filios ad pubertatem vsq; publicis alimentis enutriri. huiuscemodi igitur leges in populari principatu ferendæ sunt. In oligarchiis vero, quæ paucorū dominatu administrantur, magistratus æque fiunt in omnes illius ordinis viros distribuendi legibus. Horum autem plurimi quidē ex sortitione, maximi vero magistratus occulto suffragio & iureiurando & magna cum diligentia atque studio decernendi sunt: in eos autem qui vlla in ciues vti contumelia perrexerint, maximæ sunt pœnæ constituendæ. plebs nanq; non ita ægre patitur ꝙ magistratibus caret, quā grauiter & moleste fert ꝙ afficitur contumelia. Ciuium autem controuersias perbreui dissoluere, neq; in tempus trahere cōuenit. Neqs vulgus in vrbem ex agro est congregandū. nam ex huiusmodi conuentibus plebes turbantur, paucorumq; principatus rescindunt. Vt paucis igitur dixerim, debent in popularibus principatibus leges co C hibere plebem, ne locupletiorum bonis inhient insidiēturq;, in paucorum vero principatibus auertere illos qui rempubli. gerunt, & ab imbecillorum contumeliis & a calumniis insimulationibusq; in ciues. Quæ igitur & in legibus & in omni constitutione ciuili desideranda obseruādaq; sunt, ex his cognosces. Is aūt orator qui quicquā lege suadere voluerit, hanc ostendat oportet æqualem esse ciuibus, & reliquis legibus consentaneam, ciuitatiq; conducibilem ad quietē & concordiam maxime, vel ad ciuium probitatē, aut ad publica tributa, aut ad ipsius reip. gloriam, aut ad vrbis potētiam, aut ad aliud huiusmodi aliquid vsui cedere. Aduersarius vero primum considerat an minus lex illa communis sit omnibus, deinde an reliquis legibus non consentiat, sed aduersetur potius quodammodo, præterea an ad horum quæ ante dicta sunt conductura sit nihil, sed cōtra nociura potius. De legibus igitur, deq; constitutione ciuili ex his & cō

De focijs ad uersusq; alias vrbes fœderibus.

tendendo & orando nodis facilius aditus fiet. De sociis autem, deq; D
aduersus alias vrbes fœderibus dicere incipiemus. Fœdera igitur
atq; eorum ordines necesse est publicis conuentionibus fiant. socu
vero pro ea temporum sunt conditione faciundi, cum aliqui suis vi
ribus infirmi sunt, aut bellū aliquod videatur impēdere, aut eo est cū
aliquibus in eunda societas, quod bello quosdam a se defecturos pu
tent. Hæ igitur sunt causę his q; cōsimiles, quibus plures nobis adsci
scimus socios. Necesse est aūt cum in eundam societatem persuade
re volueris, eam maxime tempestiuā ostendas, declaresq; eos socios
apprime iustitiam colere, & bene antea rempublicam affecisse, esseq;
potētissimos, & in ꝓximo residere. ꝙ si minus hęc omnia potueris,
quæ suberunt, oratione complectere. Cum aūt societatem dissuase-
ris, primum ostēdas oportet haud nunc eam facere opus esse: deinde
ꝙ neq; hi iusti sunt, postea vero ꝙ & male nos prius affecerint. sin id
minus poterimus, dicemus eos a nobis porro habitare, neq; facultatē
his esse quo nobis opportune adsint auxilio. Ex his igitur hisq; ho[...]
libus circa faciundas aut non faciundas societates, & dissuadendi sua B
deudiq; vsum facile cognoscemus. Rursus aūt & pacis & belli fac

De pace & bello.

undi maxima nobis argumenta capiantur. Causæ itaq; bellandi ad-
uersus aliquos sunt huiusmodi. Par autem est de iis tempestiue nunc
vltionem capiamus, qui nos antea iniuria lacessiuerūt: vt nunc iniu
ria prouocati, pro nobis ipsis, aut pro cognatis aut pro iis qui benefi
ci erga nos fuerint, aut quo auxilio simus iniuste affectis sociis, aut
publica pro vtilitate, aut ad gloriam, aut ad opes, aut ad vires, aut ad
aliud quippiā huiusmodi bellū suscipiamus. Cū igitur ad bellū volue
rimus auditores exhortari, debemus ex his causis quāplurimas dicen
do complecti, ac demū demonstrare eorum plurima, quibus bellātes
superiores fiant, ipsis auditoribus adesse. Superiores etenim oēs hūc
aut Deorum beneuolentia quā bonam fortunam appellauerimus,
aut corporū multitudine atq; robore, aut pecuniarū affluentia, atq;
imperatoris prudentia, aut virtute sociorum, aut opportunitate lo-
corū. Ex his igitur & similibus quæ maxime rei congruāt, bellum su E
mi oportere exhortabimur, aduersariorum partes deprimendo, no-
stras aūt augendo atq; amplificando. Quòd si futurum bellum impe
dire studuerimus, primū ex causæ inueniendæ sunt, quibus demon-
stretur aut oīno nullam, aut paruas humilesq; molestias afferri, qui-
bus ad bellū rapiamur. Deinde ꝙ bellum minime conducit: etiāq;
percurrendū quę hominibus bello soleant accidere calamitates. Ad
hoc itē ostendēdum, quæ victoriā solent in bellādo efficere, ea hosti-
bus magis adesse. hęc aūt sunt quæ pauloante cōmemorauimus. Fu-
turum itaq; bellū ex iis rebus dissuademus. Quòd si ab instanti bel-
lo quiescendum esse cohortabimur, si quidem consultores superio-
res fuerint, hoc ipsum primū dicendū erit, decere eos, qui mente va-
lent, haud operiri quoad casum eant, sed cum vincunt, pacem faciun

dam

dam iis esse. Deinde quoniam ea belli natura sit, vt & plerosq; ex eis qui secũda in eo fortuna primum vsi sunt, ad postremum perdant: pa tis vero contra, vt & victos seruet, & victoribus rerum bello adeptarum fructum adferat. Exponendum etiam erit eas quæ in bello, cũ multæ, tum variæ mutationes fieri solent. Qui ergo superiores in bello fuerint, ex huiusmodi rationibus ad pacem exhortabimur: eos autem quibus aduersæ in bello res extiterint, tum ex ipsis casibus exhortabimur: tum vero a quibus iniuriã ante susceperint, suis calamitatibus admoniti irritare eos ne pergant: tũ e t iis periculis quæ antea quã Pacẽ noluissent, perpessi fuerint: tum deniq; quòd satius partem aliquam suarum fortunarum potioribus i psis cedere, quam bello periculose decernere, quo ipsi vna cum sua re pereant. Summatim autem id sciamus oportet, tum solere omnes homines bellum inuicem soluere, cum aut iusta hostes rogare arbitrentur, aut cum aduersus socios vlla fuerit exorta contentio, aut bello defatigari sint, B aut aduersarios timuerint, aut ipsi inter sese dissideant. Quamobrem quæ ex his omnibus atque horum similibus commodatissima in rem fuerint colligens, quam facillime & de bello poteris & de pace differere. Reliquum est vt de pecuniis comparandis iam loquamur. Primum igitur considerãdum erit, si quid ex vrbis possessionibus ne glectũ est, quod neq; redditum afferat, neq; Diis immortalibus dedicatum sit: veluti sunt quidã publici loci iam neglecti, ex quibus aliquis prouentus, vbi ii priuatis hominibus aut venditi aut mercede exculti fuerint, ciuitati fiat. huiusmodi nanq; census omniũ maxime communis est semper. Quòd si nihil sit huiusmodi, necesse erit pro singulorum copiis tributa inferantur: vt pauperibus quidem indictum sit corpora, locupletibus autem pecunias, opificibus vero arma præstent aduersum pericula. Summatim autem oportet eum qui de huiusmodi prouẽtibus narret, dicere eos æquales ciuibus, & diuturnos ac magnos esse: hostibus autem secus. Propositiones igitur de C quibus in deliberatiuo verba faciemus, & harum partes de quibus orationem & suadẽdo & dissuadendo constituemus, ex antedictis cognoscimus. Rursus autem propositiones de laudatiua, vituperatiuaque specie deinceps dicere aggrediemur.

De pecuniis cõparandis.

De genere Demonstratiuo. *Cap. III.*



Laudatiua igitur species (vt compendio vtar) est et voluntatum, & rerum gestarum, & verborum illustrium amplificatio, & eorum quæ absint accommodatio: vituperatiua autem contra illustrium horum extenuatio, obscurorum vero exaggeratio. Et digna quidem laude ea sunt quæ iusta, quæ legitima, quæ vtilia, quæ honesta, quæ iucunda, quæ facilia facta sunt: quæ quidem omnia cuiusmodi

Primus amplificādi modus. ſunt,& quo pacto iis abunde vtamur,in ſuperioribus dictū eſt.O
tet autem eum qui laudat, oratione oſtendat in hoc, ſeu ho
ſeu i rebus huius aliquid ineſſe,quod aut ipſe geſſerit,aut per
manarit,aut ex hoc contigerit.aut huiuſmodi gratia factū uerit, a
quod ſine hoc patratum non ſit. Eodem vero modo & vitup
oſtēdat.oportet horū cōtraria ineſſe ī illo quē vituperatū vel
ex hoc cōtingerit,hoc modo. Ex ſtudioſa corporis exercitatio
ctoriæ cōtingunt,& ex otio in ægrotationē inciditur.itam e pli
phiæ ſtudio homines circa prudentiam ſunt acriores,& ex ne
cia ſunt rerum neceſſarium indigentes. Quòd huiuſmodi gra
ctum fuerit, hoc modo. Vt a ciuibus coronentur, per mul la
per multaque pericula mortales perferunt: & vt iis quos dil
gratificentur, aliud curant nihil. Quòd autem ſine hoc patratum
non ſit, hoc modo. Neque ſine nautis naualium pugnarum victori
neque ſine potu ebrietates fiunt. Hęc autem atq; iis ſimilia per
vt ſuperiora percurrēs,& laudare & vituperare abunde poteris. A
plificationes vero extenuationeſq; ac talia ſimul quoq; hoc mo
tractabis. Primum quidem oſtendes (veluti modo docebamus) a
hoc multa vel bona effecta eſſe. Vnus igitur amplificandi modus h
Secundus. eſt. Secundus autem modus eſt, cum iudicatum aliquid tranſfers, ſi
quid laudes, bonum: ſin autem vituperes,malum: deinde conferas
oporteat quod abs te dictum ſit,& adinuicem compares,ex tuis ma
xima,ex aduerſarii vero dictis minima enarrādo, & hoc modo m
gnū illud iudicatum oſtēdas. Tertius modus eſt,vt ad illud qd ab
Tertius. te dictū eſt,minim ī quid ex iis quę ſub eandē ſpeciem cadunt cōpa
res.ſic.n.quod abs te dicitur,maius apparebit.veluti mediocri ſtatu
ra homines maiores apparēt,cum ad minores comparātur. Amplifi
care autem poteris hoc modo. Si magnum ſit hoc bonum iudica ū,
magnum appareat malum neceſſe eſt,vbi cōtrariū huic aliquid nar
raueris.Eodem vero mòdo,ſi magnum malum exiſtimatur, vbi huic
contrariū dixeris,magnum bonū apparebit. Amplificabis aūt & hoc
pacto vel bona vel mala, ſi eum gradatim oſtenderis, ꝙ præmedi
tatus iamdiu fuerit, ꝙ induſtria multa gerere aggreſſus ſit, ꝙ per
multum tempus geſſerit, quibus cū nemo alius, quòd poſt hos poſt
quos alius nemo, quòd ſponte, ꝙ ex ſententia: quòd ſi omnes pari
ter atq; hic fecerimus,profecto bene beateq;, aut contra male miſe
req; vixerimus. Oportet autem & conſequēti continuatione vti, &
rem alteram tanquam in alteram properando amplificare, hoc mo
do. Cuius vero amici curę ſunt, hunc recte cōſentaneū eſt ſuos etiā
colere parentes: qui autem ſuos parentes colit, hic profecto volet
etiam patriæ benefacere. Summatim autem ſi multarū ſiue bonarum
ſiue malarum rerum eum cauſam oſtenderis, eæ magnæ videantur
neceſſe eſt. Conſiderandum eſt etiam qualis res ipſa videbitur, eam
ſuis partibus diuidendo,ſingillatimq; narrando, quæque maior viſa

A fuerit, eam hoc modo explicare conueniet. Amplificando igitur
ea hoc pacto tractaueris,& plurimas facies & maximas. Extenuabis
autem in dicendo & bona & mala, si contrario modo tractaueris, sicu
ti in magnis dixeramus,& tum maxime, cum nullius eum rei autho
rem demõstraris: vel si id minus, quòd minimarum & paruissima-
rũ. Quomodo igitur & laudando & vituperando amplificabimus at
que extenuabimus quæcunque voluerimus, scire ex iis poterimus.
Amplificationũ autem causæ in aliis quoq; speciebus vtiles sunt: sed
plurima ipsarum vis in laudationibus uituperationibusq; cõsistit: de
quibus quidem ex ante dictis plane adiumẽta nobis suppeditabimus.

De genere Iudiciali. Cap. IIII.



Rursum autem simili modo accusandi defendendiq; spe
ciem, quæ circa iudicialem versatur causam, quibusq;
rebus constat, & quomodo iis vti, conueniat, diuida-
B mus. Accusatio quidem est (vt breuiter dixerim) iniu **Accusatio quid.**
riarum delictorumque expositio. Defensio autem est **Defensio.**
delictorum & iniuriam, quæ vel in accusationem vel in suspitio-
nem venerint, dissolutio. Cum vtraque vero species hanc vim ha- **Accusandi præcepta.**
beat, accusatori quidem dicendum est, quandoquidem improbitatis
aduersarios criminetur, eorum facinora & iniusta & iniqua esse,
ac ciuium multitudini perniciosa: cum vero stultitiæ criminetur,
quòd & ipsi agenti inutilia ea sunt,& turpia & iniucunda,& quæ per
fici nullo pacto queant, hæ & iis similes aduersus improbos vanosq;
argumentationes sunt. Est præterea & hoc accusatori obseruandum,
aduersus cuiusmodi crimina supplicia sunt a legibus cõstituta,& cir
ca quæ ipsi iudices mulctas definiunt. Cum lex itaq; pœnam definie
rit, hoc est duntaxat accusatori considerandũ, vt demõstret facinus
patratum esse. cum iudices autem crimen admissum sciunt, crimina
C illa quæq; aduersariorumq; delicta augeri cõuenit, ac maxime qui-
dem demonstrari sponte illum & de industria, nõ forte quadam sed
dedita vehementer opera iniuriam intulisse. quod si minus hoc fieri abs
te potuerit, putasq; potius ab aduersario demonstratum iri, se mo-
do quodam deliquisse, aut quòd hæc agere probe meditate sibi, mi-
nus prospere successerit, debes veniæ apud auditores aditum inter
cludere, inquiẽs nequaquã aduersarios decere, vt post gestum nego-
tium se imprudenter errauisse dicant, sed ante potius vereri quam
gerant. Deinde quod quamuis ille imprudenter gesserit, aut ei aduer
se successerit, oportet ipsum tam ob casus atque imprudentiam lon-
ge multari magis quam qui horum neutrum perpetrasset. Præterea
quòd etiam legumlator eos qui imprudenter deliquissent, non pœ-
nis immunes, sed iudicio obnoxios fecit, ne omnibus errando noce-
ant. Dicendum est etiam, quòd si talia respondentem admiserint,

nonnullos sunt habituri ad iniuriam quam promptissimos. nasti ni que occasionem, quæcunq; voluerint efficiet. si vero aberrauerint, D rem in fortunam reiicientes, supplicio se liberabũt. Accusatori igitur ex huiusmodi rebus veniæ locus auferendus est: sicuti antea dictum est. Multorum malorum causæ, aduersariorum. facinora per exaggerationes demonstranda sunt. Species igitur accusandi perficitur ex his partibus. Defendendi aũt species tribus præceptis cõstat. Aut enim defensori ostendendum est se nihil eorum quorum accusatur patrauisse aut si cogatur fateri, enitendum est vt gestum a se negotium, & legitimum, & iustum, & honestum, & publicæ vtilitati vsui esse ostẽdat. si hoc autem ostendere nequiuerit, aut in imprudentiam aut in fortunam gesta negotia conferens, & iacturas ab his profectas quam minimas ostendens, vt sibi ignoscatur operã dabit. Iniuriam autem & imprudentiam & casum ita definias, quod ex meditatione malefit quippiam, id iniuriam ponere, inquiens oportere pœnas maximas in huiusmodi rebus capere. quod vero per ignorantiam detrimenti E quid agitur, imprudentiam esse dicendum est quod aũt non sponte, sed aliena potius vi aut fortuna quadam nihil eorũ quæ rectis consiliis administrata sunt perficit, casum esse ponendum est diciroq; iniuriam inferre, malorum esse hominum proprium: imprudenter vero delinquere, & circa rem gerendam aduersam fortunã pati, non esse tibi priuatim modo, sed commune & ipsorum iudicum, & aliorũ quorunq; hominum. Coactus aũt ex huiusmodi causis quid fateri, vt tibi ignoscatur precauere, & vt per imprudentiã casumque delinquere tibi cum auditoribus ipsis commune esse ostendas, studebis. Oportet autem defensorem vndique intueri quibus in criminibus leges supplicia iussere. Iudices vero ipsi pecuniis puniunt. Et cum lex supplicia iusserit demonstrandum erit aut omnino nihil patrauisse, aut legitime iusteq; fecisse. cum iudices vero constituti fuerint punitionis æstimatores, rursus eodem modo haud dicendum est ꝙ hæc nõ egerit, sed elaborandum est potius vt ostendat se paruo detrimento aduersarium affecisse, & inuitum deliquisse. Ex his igitur atq; similibus accusando, defendendoq; verba suppeditabimus: reliquum est vt iã quæstionis speciem pertractemus. F

De Quæstione. Cap. V.



T igitur summatim dixerim, quæstio est voluntatem vel rerum verborum ue ad inuicem aut ad aliam dissentientem vitam demonstratio. Oportet autem quærentẽ quærere sicubi aut verbum eius quem quæret, aut actiones aut volunrates inter se discrepant. præceptum vero hoc sit: Considerandum erit in præterito tempore, si cui quis antea amicus cum esset, rursum inimicus, & iterum huic ipsi amicus ef

fectus fuerit, aut aliud quid contrarium, aut quod petulantiam & flagitium ferat, gesserit, gesturus ue sit, siquando ipsi detur occasio, quod anteactis rebus eius contrarium sit. identidem quoque intuere, si quid dicendo contrariũ nunc iis dicit. quæ prius ab eo dicta fuerint, aut si quid iis quæ dicuntur, aut quę antea dicta sunt, contrariũ dixerit. Eodemq; modo si quid dicere voluit iis contrarium quæ ab ipso ante dicta sunt, aut velit opportunitate oblata. identidem vero assumendę sunt etiam ad alia præclara studia eius qui quærit vitæ cõtrarietas. Quærendi ergo speciem si hoc pacto tractaris, nullum relinques quæstionis modum. Harum autem omnium specierum, quas superius partiti sumus, oportet etiam diuisim qualibet pro commodo vti, & vna ipsarum proprietates cõmiscere. hæ nanq; differentias habent maximas. enim vero communis earum est adinuicem vsus, & idem qđ & hominum species patiuntur. hi nanq; partim similes sunt partim vero dissimiles tum aspectibus, tum etiã sensibus. Sic autẽ determinatis speciebus rursum quibus indigent, communiter enumera
B bimus, & quomodo his vti conueniat quęremus.

Quæ communia sunt omnibus generibus. *Cap. VI.*



Rimum igitur & iustum, & legitimum, & vtile, & honestum, & iucundum, reliquaq; deinceps, quemadmodum ab initio sum partitus, speciebus omnibus sunt communia: veruntamen in suadendo maxime his vtimur. Secundo autem loco amplificationes extenuationesq; præ cæteris omnibus vtiles sunt. harum vero vsus in laudem ac vituperationem maxime cadunt. Demum autem probationes sunt, quibus etsi circa omnes causarum partes vtendum est, in accusationibus tamen defensionibusque quam vtilissimæ sunt. his nanque
C plurimæ controuersiæ indigent. Sunt præterea & præoccupationes, & postulata, & iterationes, & orationes prolixitas, & prolixitatis modus, & breuitas, & interpretatio. hæc enim & his similia speciebus omnibus sunt communia. Quoniam igitur de iustis & legitimis, ac de his similibus prius determinauimus, & eorum vsum enarrauimus, & de amplificationibus quoque extenuationibusq; diximus, iã de aliis declarabimus.

De Probationibus. *Cap. VII.*



T igitur a probationibus incipiamus, duo sunt earum genera sunt enim aliæ quidem ex ipsis verbis & negotiis & hominibus, alię vero appositæ sunt iis quæq; dicuntur, & quæ geruntur. nam icota, & exempla, & coniecturæ, & commentationes, & sententiæ, & signa,

& argumenta, & probationes ex ipsis verbis & hominibus & nego
tiis sunt: appositæ autem probationes, testes, iuramenta, & quæsti
nes existunt. Opus est autem harum vnamquamque probationum
intelligere qualis sit, & vnde idonea in eam verba abunde nobis sup
petent, & quid demum eę inuicem differunt. εἰκὸς igitur quod pr ba
bilem propositionem dicimus, illud est quod cum dixeris aud
ribus, in mentibus eius exempla tenent. Dico autem, veluti si
inquiat velle patriam magnam esse, & necessarios rebus secun
aduersis autem inimicos. atque his similia summatim probab
deantur. Quilibet enim auditorum qui huiusmodi desideriis
tur, ipse sibi de hisce deque similibus rebus conscius est. quamobr
hoc nobis in dicendo semper suadendum est, si rei de qua loquimur,
conscios auditores perceperimus. hisce enim rebus par est crede
eos maxime. Vis ergo probabilis est huiusmodi: ipsum vero in tres
distribuemus species. vna quidē est quę eas pturbationes accusan
aut defendēdo verbis comprehēdit, quibus hoīes natura afficiun
luti si quē aliq floccipēderint, aut timuerit, aut eādē rē sępissime fe
cerint, aut iterū voluptate vel dolore vel libidine affecti fuerint, aut
cupiditate vacarint aut diuitiis abūdarint, aut aliam huiusmodi per
turbationē siue animis, siue corporibus, siue aliquo illorum sensuu,
quibus homines afficiūtur, passi fuerint. hęc nāq; & his similia, quæ
cōmunes sunt humani ingenii pturbationes, auditoribus nota sunt
Quæ igitur secundum naturam hominibus fieri cōsueuere, quęq; di
cendo comprehēdenda dicimus, sunt huiusmodi. Altera vero proba
bilis pars est mos, quem pro consuetudine singuli facimus. Tertia
vero species lucrum est. nam sæpe lucrandi gratia naturæ vim ad
ferentes, consulto mores inducimus. His autem ita determinatis in
suadendo quidem ac dissuadendo demonstrare pro qualitatis opor
tet, vt hoc negotiū ad quod ipsi exhortamur, vel cui aduersamur, ita
sit sicuti a nobis dicitur, vel vt ea quæ huic negotio similia sunt,
hoc modo fiāt quo nos dicimus, aut plurima, aut omnia Contra its
igitur hoc pacto probabile est capiendum. Contra homines ve
in accusationibus quidē, si potueris, demonstrabis aduersarium hoc
idem negotium sępe antea patrauisse. sin id minus poteris, huic simi
lia demonstrato. ostendere autem elabora, quod hæc facere conci
cibile ei fuerat. hominum autem plurimi quoniam ipsi vtile omni
bus rebus anteponunt, itidem etiam alios omnia gerere huius ge
nera facile putant. siquidem igitur ab ipsis aduersariis probabile ca
pere potueris, ita illud inducito. sin id minus quiueris, a simi bus ti
bi quę homines cōsueuere, inferenda sunt. Dico autem, vt huiusmo
di: iuuenis est quem accusas, quæ ii qui id ętatis sunt agūt, hæc ipsum
fecisse dicito. Nam pro similitudine etiam, quæ aduersus hunc dicun
tur, facillime credentur. Eodemq; modo si eius socios tales ostende
ris, qualem hunc esse dicis. Etenim ob eam quæ huic cum illis con-

εἰκὸς, probabile scilicet, quid.

A iecudoest, videbitur iisdem rebus indulgere, quibus amici solent.
Itaque probabile accusatoribus hoc pacto tractandum est. Defenso-
res autem maxime ostendant oportet, vt minime prorsus omnium
quicquam antea earum rerum quarum insimulantur, neque ipsi,
neque amicorum aliquis, neque ipsorum similium quis vnquam ege
rit, vtque nihil in iis vtilitatis consequi potuisset. Quòd si liquidū
sit hoc idem te antea patrauisse, causam in ætatem reiicies, & aliquã
huiusmodi aliam afferes causam, qua tunc non absurde erraueris,
Dic autem nec ea tempestate, dum hæc gesseras, cõduxisse tibi, nec
etiam nunc conducere potuisse. Sin autē nihil huiusmodi abs te pa-
tratum sit: sed ex tuis amicis aliqui talia quædam fecerint, dicēdum
est haudquaquam iustum esse te ab illis calumnia affici. eritque de-
monstrandum, eorum socios qui tibi consuetudine iuncti sint, & mo-
deratos & honestos esse. sic enim insimulationem ambiguam reddes.
Quòd si similium aliquos demonstrarint eadem patrauisse, absurdū
B esse inquiens, si propterea ꝙ alii quidam deliquisse appareant, cre-
ditum eant te eorum aliquid quibus in iudicium arcesseris, factitas-
se. Siquidem igitur inficiatus fueris haud ea fecisse quorum accusa
ris, ic te per probabilia respondere oportet. ita nãq; accusationis ve
risimilitudinem infirmabis. Si vero fateris compellaris, ex multo-
rum consuetudine similitudinem negotiis tuis vindica, quã maxime
inquiens vt plurimi vel potius omnes & hoc similia agant, sicuti ēt
abs te factitatum sit. Quòd si hoc demonstrari nequeat, confugien-
dum est ad casum, & ad imprudentiam, & vt tibi ignoscatur eniten-
dum, omnesq; hominum perturbationes quibus ratione deficimur,
complectendæ: hæ autem sunt amor, ira, vinolentia, ambitio, & iis
similia. Itaq; iis præceptis probabile pulcherrime tractabimus.

De Exemplis. Cap. VIII.

C 
Xempla aurem sunt res his quę factæ sunt similes, &
his de quibus nunc loquimur contrariæ. Iis vero vten
dum est, cum quod ipse affirmas, vbi minus verisimi-
le sit, id te perspicuum facturum dicas. nam si minus
fidei per probabile pręstatur, vbi didicerint rem aliam
ei simi[illegible]m de qua loqueris, ita habuisse vt a te dicitur, magis credi-
de[illegible]t verbis tuis. Sunt aurem exemplorum duo genera: res nan-
que partim ratione, partim præter rationem fiunt. quæ vero ratio-
ne fiunt, facile creduntur: quæ autem præter rationem, nõ credun-
tur. Dico aūt sicuti si quis ait diuites esse pauperibus iustiores, addu-
citque iustas aliquas virorum diuitum actiones, huiuscemodi exem-
pla secundū rationē videntur esse plurimi enim putant diuites pau
peribus iustiores. Quòd si quis rursus enuntiet diuitum quosdã ob pe
cunias iniuriã intulisse, eo vsus exēplo quod præter rationē sit, plane

efficiat, quo locupletibus fidei minus adhibeatur. Identidem etiam,
ſi quis earum rerũ exemplum afferat quæ rationi ſimiles ſunt. Quo- D
niam Lacedęmnnii quandoq; aut Athenienſes freti eſſent magna
ſociorum manu, hoſtes expugnauere, & ſic auditoribus ſuadet ſocios
multos eſſe faciundos. Huiuſmodi ergo exempla ſecundũ rationem
ſunt. omnes enim exiſtimant in bellis multitudinem non parum
momenti ad victoriam ferre. Si quis autem oſtenderet voluerit non
hanc eſſe viuendi cauſam, earum rerum vtatur exempiis, quæ pręter
rationem factæ fuerint inquiens, Vt Athenarum exules cum quin-
quaginta primum viris dũtaxat, & tribu aſſumpta etiam aduerſus
eos qui admodũ plures in vrbe fuerant quãquam Lacedęmoniis ſo-
ciis vtebantur, bello in vrbem rediere. Thebani autem Lacedæmoniis
atque omnibus prope Peloponeſiis in Bœotiam impetum facien-
tibus, hi ſoli ad Leuctra commiſſo prælio, Lacedæmoniorum vires
perfregere. Diom vero Syracuſanus cum militibus tribus millibus
Syracuſas nauigans, Dionyſium longe maiore vi fretum debellauit.
Itidem autem & Corinthii cum in Syracuſanorum auxilium no- E
uem triremibus iſſent, Carthaginẽſes qui centum & quinquaginta
nauibus in Syracuſanorum portus applicuiſſent, atque vrbem om-
nem præter arcem haberent, nihilo tamen minus expugnauere. Sum-
matim vero hæc atque iis ſimilia, quæ præter rationem ſint geſta, ea
in conſultationes improbare cõſueuere quæ pro ratione fiunt. Exem
plorum igitur natura eſt huiuſcemodi. Iis vero vtroq; modo vten-
dum eſt. Nam cum res quæ ratione fiunt dixerimus, oſtendemus vt
plurimum hoc pacto negotia perfici. Cum autem quæ præter ratio-
nem fiunt loquimur, afferemus quæcunq; temeritate videntur facta,
rectiſsimo fine concluſa. Cum aduerſa autem hæc dixerint, oportet
oſtendere hæc perinde ac fortunato caſu aliquo accidiſſe: eritq; dicẽ-
dum eiuſmodi res quã rariſsime cõtigiſſe: quæ vero a te narrarentur,
quã ſæpiſsime. Exemplis igitur ita vti conuenit. Enimuero cum ea
quæ nulla ratione ſunt facta, in medium attullerimus, opus eſt eorũ F
quam plurima cõplectamur, dicamusq; nihil ea magis quam hęc fie-
ri conſueuiſſe. Exemplis veto non ex iis ſolum, verumetiam ex con-
trariis eſt vtendum: ſicuti ſi oſtenderis auare quoſdam vſos ſociis &
propterea ipſorum ſolutam amicitiam, & aſſeras, Nos vero ſi æqua-
liter ac pro cõmodis erga ipſos rem geſſerimus, ſocietatem multum
temporis conſeruabimus. & iterum, ſi quos alios, quoniam impa-
rati deſcendiſſent in bellum, deuictos ſuperatosque oſtendas, ita di-
xeris, ſi instructi bellum aggredi voluerimus, meliores certe ſpes de
victoria habuerimus. Multa vero aſſumes exempla tum ex præte-
ritis, tum etiam ex inſtantibus negotiis: plurimæ nanque res partim
ſimiles partim diſsimiles inuicem ſunt. quam ob rem ob id cauſæ
exemplis abũdabimus, & quæ ab aliis dicũtur, haud difficile refelle-
mus. Exemplorum ergo geneta, & quomodo iis vti oporteat, & vnde

multa capienda sunt,ex antedictis cognoscere possumus.

De coniecturis. Cap. IX.



Oniecturę autem sunt, quęcunque hisce rebus de quibus omnis habetur dictio, repugnarint,& quibus ipsa sibi oratio aduersatur. auditorum enim plurimi iis contrarietatibus, quæ dicendo agendo ue contingunt, coniectant sani inesse nihil neque in dictis, neque in factis quidem. Multas autem capies coniecturas, intuens siue ipsa, siue aduersarii contradicit oratio, siue res ipsa est dictioni contraria. Coniecturæ igitur huiusmodi sunt,& ita vti vbertim poteris.

De Commentationibus. Cap. X.

B



Ommentationes vero sunt non ex modo quę orationi atque negotio aduersantur, sed & aliis rebus omnibus. Assumes autem multas, eas que tractabis, quemadmodum in quærendi specie dictum est. Considerabis etiam sicubi ipsa sibi dissentit oratio, aut si gesta negotia iustis, aut legi, aut vtili, aut honesto, aut possibili, aut facili, aut probabili, aut mori dicentis, aut rerum consuetudini aduersatur. huiusmodi igitur commentationes sunt contra aduersarios assumendę. His vero contrariæ pro nobis dicendæ sunt: quippe qui ostendamus & negotia & verba nostra iniustis,& ex legibus,& inutilibus, & improborum hominum moribus, & summatim iis qui nequam censentur, maxime aduersari. Oportet autem harum singulas breuiter & nominibus quam paucissimis eloqui. Commentationibus igitur hoc modo copiosissime vti, optimeq; poterimus.

De Sententia. Cap. XI.

C



Sententia vero (vt summatim dicam) est aduersus res omnes opiniones proprię declaratio. Sententiarũ autem duo genera sunt: alterum quidem credibile, alterũ vero incredibile. Cum ergo credibile dixeris, nullæ sunt reddendæ causæ. nam neq; quod dicitur ignoratur, neque non creditur quidem. Cum vero incredibile dixeris, causæ paucis sunt dicendæ, vt & dicacitaté & incredulitatem effugias. Sententiæ autem eæ semper afferendæ sunt, quæ sint rebus præsentibus quam consentaneæ: ne quod dicitur, inconcinnum, violentum ue appareat: Eas autem multas faciemus, aut ex propria natura, aut ex superlatione, aut ex similitudine. Sententię autem ex propria natura huiusmodi sunt. Nemo mea sententia rerum imperitus grauis

Sentẽtię ex propria natura.

imperator esse potest. Altera autem talis est. Prudentium virorum D
certe est ex rerum præteritarum exemplis operam dare, vt incon-
ta effugiant errata. Ex propria igitur natura huiusmodi sententias fa-
ciemus. Ex superlatione vero tales. Acerbiora mihi videntur fure
quam latrones admittere. nam hi clanculũ: hi vero palã pecunias ri-
piunt. Sententias igitur ex superlatione hoc modo multas facien-
Ex similitudine autem sunt huiusmodi. Qui pecunias auferũt, idẽ fa-
ciunt mea sententia, quod hi solent qui vrbes produnt, vtrique enim
crediti iniuria credentes afficiunt. Alia vero huiusmodi est. Videntur
mihi aduersarii tyrannos plane imitari. nam etiam illi, quarum ipsi
rerum iniurias aliis faciunt, pœnas dare indignum putant: quæ autẽ
aliis crimini dant, vehementissime horum causa illos cruciant. & hi
si quidẽ ipsi aliquid mihi debent, haud reddunt: si quid vero iis ego
debeo, & id fœnora restituissibi dicere arbitrantur. Sententiis igitur
ita tractando affatim abundabimus.

Ex superlatione.

Ex similitudine.

De Signo. Cap. XII. E



Signum vero est alterius aliud, non quoduis cuiusuis,
neq; omnis omne, sed quod aut ante fuerit, aut in ipso
negotio, aut post fieri consueuerit. Est autem signum,
& factum, non facti solum, sed & non facti. identidẽ
vero & non factum non solum non facti, verum & fa-
cti. Signa vero efficiunt alia quidem opinionem, alia vero scien-
tiam. Id autem pulcherrimum est, quod scientiã efficit: secundo au-
tem loco quod opinionem maxime verisimilem operatur. Signorũ
autem copia nobis vbertim erit (vt summatim dicã) ex eorum sin-
lis quæ dicuntur, quæ geruntur, quæ videntur, pro vnoquoq; assumẽ-
do tum ex magnitudine tum ex paruitate eorum quæ nobis mala bo-
na ue contingunt: item ex testimoniis, ex testificatis, ex nostris, ex F
aduersariorum fautoribus, ex ipsis illis, ex prouocationibus, ex
temporibus, ex aliis multis. Hinc igitur signorum multitudine
abundabimus.

De Argumento. Cap. XIII.



Argumentum autem est (sic enim Elenchon interpreta-
mur) quod aliter habere non potest, atque ipsi dici-
mus. Assumitur autem ex natura necessarii, vt nos
dicimus, aut aduersarius: & ex iis quæ natura fieri aut
possunt, aut non possunt, sicut aduersarii dicunt. Na-
tura igitur necessarium est, sicuti viuos cibis indigere, & iis similia.
Vt vero nos dicimus, necessarium est affectos verberibus ea con-
fiteri quæ cædentes iusserint. Natura autem fieri non potest puel-

A lum argenti tantum furto subripuisse, quantum ferre nequeat, & id ferentem abiisse. Vt autem aduersarius dicat, fieri non poterit, si quidem dixerit quibus temporibus Athenis debiti tabellas nos fecisse: ipsi autem possumus auditoribus demõstrare, vt ea tempestate ad aliam quandam vrbem aberamus. Argumenta igitur ex iis atque similibus faciemus. Prorsus vero & ex ipsa conditione, & ex negotiis, & ex aliis probationes omnes transegimus. Consideremus etiã quid item inuicem eæ differunt.

De Probabili, & differentiis supradictorum. Cap. XIIII.



Robabile igitur ab exemplo hoc differt, q̃ probabilis ipsi auditores notionem habent, exempla vero ex contrariis & ex similibus fieri possunt. coniecturæ autem solum ex dictionibus actionibusq; contrariis constãt.
B Verum commentatio a coniectura hanc habet differẽtiam, q̃ coniectura quidem circa dictionem actionemq; contrarietas quædam est, cõmentario vero & circa reliquas species contrarietates excipit: aut q̃ & coniecturam non est in nobis assumere, nisi circa res & verba repugnantia quędam fuerit, commentatio vero e multis locis trahi dicendo potest. Sententiæ autem a commentationibus differunt, q̃ eæ solum ex contrariis constant: sententias vero & cum repugnantiis & simpliciter ipsas secundum sese ostendere possumus. Signa autem a sententiis & ab omnibus antedictis hanc habent differentiam, q̃ reliqua quidem omnia opinionem faciunt apud auditores: signorum autem quædam vt etiam perspicue hi cognoscant efficiunt. item q̃ ex reliquis nequaquam contigerit, vt ipsi plurima suppeditare possimus: signa vero plurima facile queunt
C fieri. Item & argumentum a signo hanc habet differentiam, q̃ signorum quidem aliqua opinionem duntaxat faciunt apud auditores, argumentum autem omnem veritatem iudices edocet. Verborum igitur rerumque probationes eiusmodi sunt: & vnde his abundemus, quidq; inter se differunt, possumus ex antedictis cognoscere: quæ aũt opponuntur eis, sigillatim percurramus. Opinio ergo dicentis est suam aduersus negotia declarare sententiam. Opus autem est eum se rerum de quibus orationem habuerit, peritum esse ostendat, demonstretque sibi conducere non mediocriter vt veritatem de his loquatur: aduersarium vero demonstret nullam prorsus de quibus contra enunciet, tenere peritiam, opinionemq; identidem ostendat. Sin hoc fieri nequiuerit, dicendũ erit solere etiã rerum peritos errare nonnunquã. Si hoc aũt dici nequeat, dicetur perniciosum ad uersariis esse de hisce rebus veritatẽ loqui. Itaq; hoc mõ dicẽtis opinionibus vtemur, & nostra afferendo, & aduersariis contradicẽdo.

De Testimonio & Testibus. Cap. XV.



Estimonium vero est rei cognitæ voluntaria confessio. Necesse autem est aut verisimile testificatum esse, aut non verisimile, aut ad credendum ambiguum. Eodem quoque modo testem aut probabilem, aut improbabilem, aut ambiguum esse. Cum ergo testificatum verisimile fuerit, & testis verax, testimonia epilogis minime indigent, nisi fortasse decoris gratia, vel sententia, vel commentatione vti paucis volueris. Cum testis autem suspectus fuerit, demonstrandum erit vt neque gratia neque cruciatu neque lucro aliquo hic mendacii quicquam testificaretur. Docendum est etiam neque conducere qui dem mendosum testimonium, nam & vtilitates paruas esse, & atqui difficillimum: præsertim cùm deprehensum non solum argento, verum & gloriæ, & perfidiæ pœna leges plectendum volunt. De testiū igitur fide ita loquemur. Ii autem qui testimonio contradicunt, oportet testis moribus detrahant, si improbus fuerit, aut testificatum quærendum esse dicant si minus probabilitatis habuerit, aut horum vtrique contradicant, & in vnum omnia aduersariorum vitia flagitiaque congerant. Considerandnm est etiam an testis ei cui testimonium dicit, amicus est, aut si secum negotii alicunde est particeps, aut si ei quem contra testificatur, inimicus est, aut pauper. hi etenim alii gratia, alii cruciatu, alii lucro mendacii suspicioni obnoxii esse fingendo existunt, & falsorum testium legem de his legum latorem tulisse inquiemus. Proinde absurdum esse dicemus, quibus legumlator non crediderit, iudices qui secundum leges iudicare iurati sunt, testibus ipsis credant. Hoc igitur modo testiū fidem infirmabimus. Poterimus autem & testimonium imprudentibus aduersariis nostris subducere, hoc pacto: Dic mihi o Callicle testimonium. Per Deos immortales nullo modo sum dicturus. nam ne prohibente hæc gesta ab hoc sunt. & ob id in ferenda sententia falsus testis falsi testimonii pœnæ non erit obnoxius. Cum igitur testimonium subducere nobis conduxerit, sic eo vtemur. quòd si aduersarii tale quid fecerint, demonstrabimus eorum versutiam, & scriptis testimonium dicere iubebimus. Quomodo igitur & testibus & testimoniis vti conueniat, ex his sciemus.

Quo mō testibus contradicēdum.

De Quæstione. Cap. XVI.



Væstio vero est inuita conscii hominis confessio. Cum nobis igitur vtile fuerit eam vehementem efficere, dicendum erit vt priuatim quidem homines de valdene cessariis, ciuitates autem de maximis rebus ex quæstionibus probationes capiunt, quodque certior testibus est quæstio, nam testibus mentiri conducit sæpe: quibus autem

A quæstiones admotæ sint, veritatem loqui plurimum vtilitatis affert. sic enim cruciatu celerime liberãtur. Cum vero quæstiones improbare volueris, primum quidem dicendum erit vt quęstionibus cruciati, iis a quibus traditi sunt, hostes fiunt, & propterea nonnihil in heros mentiuntur: deinde quòd quærentibus plerunque non vera confitentur, quo maturius doloribus sese extimant. Erit etiam demonstrandum nonnullos liberos homines, quò celerius supplicium effugerent, aduersum semetipsos tormentis affectos ementitos. Quamobrem magis consentaneum esse seruos aduersus dominos, quò suum effugiant cruciatum, ementiri, quam multos dolores & corporibus & animis tolerare, quò cęteri nihil mali patiantur, vbi mentiri ipsi voluerint. Questiones igitur ex his atque horum similibus probabiles & improbabiles constituemus.

De Iureiurando. Cap. XVII.

B 
Iusiurandum est cum diuina veneratione dictio probationis expers. Cum igitur augere ipsum voluerimus, ita dicendum erit. Nemo certe peierare vellet, cum diuini supplicii metu, tum decoris apud homines. eritq; subdendum, latere homines posse, Deos autem non posse. Cum aduersarii vero ad iusiurandum confugerint, si extenuare id voluerimus, demonstrandum erit eorundem esse hominum vt male agant, & peierare non curent. nam qui facinorosus Deos latere putat, hic neque peierans supplicium se ire sortitum putat. Et iusiurandum quidem eodem modo, quo etiam reliqua antedicta tractauimus, plane dicendo nobis suppetere. Summatim autem omnes probationes, quemadmodum propoluimus, iam percurrimus, dedimusq; non eam vim solum, quam earum quælibet haberet, verumetiam quid inter se differunt, & quo pacto his vti conueniat, ostendi
C mus. Nunc aũt edocebimus de reliquibus partibus, q̃ & triũ spérum sunt, & in omnem orationem plurimũ decoris & vtilitatis adferũt.

De Præoccupatione. Cap. XVIII.


Præoccupatio igitur est, qua & auditorum existimationes, & eorum qui contradicturi sunt verba preuenientes, obuias difficultates remouebimus. Auditorum autem existimationes hoc sunt modo præoccupandæ. Admirantur aũt aliqui fortasse vestrum, ꝙ ipse iuuenis ita de rebus magnis verba facere aggressus fuerim. & rursum. Nemo sese mihi difficilem obuiam offerat, quòd de his sim vobis rebus consultaturus, de quibus alii quidam audacter apud vos eloqui cunctantur. Quæ igitur moleste auditores laturi sunt, sic

In deliberatiuo genere.

præoccupando, caussas feras oportet, quibus recte facere consultan D
do videatur pote qui demonstres oratorum inopiam, periculorū
magnitudinem, aut publicam vtilitatem, aut aliā huiusmodi causam
qua auditorum indignationē soluturus sis. Quòd si nihilominus au
ditores turbentur, breuiter dicendum est, vel tanquam in sententiæ
velut in commentationis figura, quarum omnium absurdissimum
venire quidem tanquam ea hisce de rebus consulturos quæ optima
sint. nunc autem quando quidem volunt eos audire qui sententiam
dicunt, arbitrari pulchre consulere posse. & rursum honestum est, aut
ipsos assurgentes sententiam dicere, aut dicentes audire quæcunque
ex suffragiis facere ipsi censuerint. Deliberatiuo igitur in genere sic
In iudiciali. est & præoccupationibus vtendum, & tumultibus occurrendum. In iu
diciali autem preoccupationibus vtemur, quemadmodum etiam in
prædictis. Occurremus autem tumultibus, si quidem in orationū
principiis fiant, hoc modo. Non ne igitur absurdum est legumlato-
rem quidem iussisse duas orationes aduersariorum cuique redden- E
das, vos autem iudices ex lege iudicare iureiurando adstringi, dein-
de ne vnam quidem orationem audire velle, & eam quidem oratio-
nem quæ tantum consilii vim habet, vt in ea audienda rectissime si-
tis sententiam laturi: vos autem in his adeo negligentes esse, vt cū
neq; ipsa dictionum initia pertuleritis, iam omnia accuratissime ci-
dicisse existimetis? & alio modo, qui non absurdus est. Legumlatorem
quidem in pari sententiarum numero imperare reo victoriam dari
vos autem vsq; adeo contra de iis sentire, vt neq; insimulationi reos
respondentes audiatis. & illum quidem ob maius reorum periculū
hanc ipsis prerogatiuam atq; priuilegiū inferendis sententiis im-
partiri: vos autem contra iis qui vllo sine periculo accusatum veniūt
neque contentiosos neque pertinaces esse: eos vero qui cum metu pe
riculoque criminibus respondent, clamoribus corripere atque per
terrere? Si quidem igitur in orationum initiis turbæ fiant, hoc pacto
erit iis occurrendum. Quod si quid in dictionis progressu dicentem F
turbauerit, si quidem pauci quidem id agant, erunt hi corripiendi, di
cendumque ipsorum prefecto esse iustitiæ, vt sese nunc ad audien[di]ū
præstent, ne aliis recte iudicandi impedimento sint: cum vero audie-
rint, vt tunc quicquid libuerit faciant. Sin multitudo omnis tumul
tuetur, non ipsos iudices, sed ipsum te corripias oportet. nam si il-
lis molestus fueris, iram in te contrahes si te vero accusaris, ac dixe-
ris deliquisse. vt veniam consequare facile prestabis. Opus est etiam
Iudices deprecemur, vt nos dicentes benigne audiant, & quarum
rerum clam sententiam sunt laturi, iam perspicuum mentem ponāt.
Vt autem breuiter complectamur, turbis summatim occurremus vel
sententiis, vel commentationibus, ostendemusque perturbantes aut
iusto aut legitimo aut publico vtili aut honesto repugnare. ex hisce
nanque maxima fit vt auditores a tumultibus acquiescant, Quomo

do igitur præoccupationibus apud auditores vtendum sit, & quo pa cto turbis occurrendum, ex antedictis cognoscemus. Quæ autem ab aduersariis verisimiliter dici poterunt, rursum quomodo præuenienda sint demonstrabo. Forteque suam deflebit inopiam, cuius non ego quidē, sed huius mos erit causa. Et rursus, Audio ipsum et hoc usque dicturum. In superiore ergo oratione, quæ aduersarii dicturi videantur, & sic præoccupando & soluere & infirmare oportet. etenim tametsi firmissima sunt quorum insimulantur, non itidē magna iis qui iam antea audierint, videntur. Quòd si secundæ in dicendo partes nobis datæ fuerint, & aduersarii quæ dicturi sumus præoccuparint, ea rursum contra anticipando, ita a nobis soluenda sunt. Hic autem nedum multa de me mētitus apud vos fuerit, sed certo sciens sese a me redargutum iri, meam orationē occupando calumniæ dedit, ne ea quam oranti sibi præstiteratis, in me audiendo attentione sitis: vel ne ipse orationem habeam apud vos ob eam quam hic
B de me prius calumnia habuerit. sed plane puto oportere vos meā dictionem ex me ipso potius quam ex aduersario meo cognoscere: & si hæc ab eo sunt prius dicendo insimulata, quas non mediocres dixerim esse coniecturas, eum nihil nunc sani dictitare. Vtitur autem & Euripides in Philoctete pulcherrime hac specie hoc modo. Dicemus ipsi, licet & hic nostram putet iam perdidisse dictionē, suggerens iniuriam fecisse. verum ex me meas res disce, sese pandet hic de se loquens. Quemadmodum igitur præoccupationibus & erga iudices, & erga aduersarios sit vtendum, ex his sciemus.

De Postulatis. Cap. XIX.



C Ostulata vero in orationibus sunt, quæ ab auditoribus oratores postulant. horum autem alia sunt iusta, alia vero iniusta. Iustum quidem postulatum est, per quod iis quæ loquimur, attentionem præstari. ac benigne audiri petimus. Iniustum vero quo secundum leges nos iuuari, ac nihil præter leges in nos decerni, & casibus ignoscendum postulamus. Si quidem postulatum præter leges fuerit, iniustū: si vero secundum leges fuerit, iustum dicitur. Postulata igitur sunt huiuscemodi: ipsorum autem differentias diuisimus, quò & iustū & iniustum postulatum dignoscentes, non inepte iis vti possimus, & ne nos aduersarii lateant, cum iniustum quicquā a iudicibus flagitant. Et de iis quidem & ex antedictis scire poterimus.

De Iterratione. Cap. XX.

Iteratio autem est breuis admonitio. Ea vero vtendum est tum circa partium tum circa totius orationis exitum. Iterabimus autem

summatim, vel ratiocinando, vel interrogando, vel enumerando,
vel eligendo. Ipsorum autem vnumquodq; quale sit demonstrabo. D
Ratiocinari igitur est huiusmodi. Ambigo autem ipse quidem quid
hi fecerint, nisi vos plane antea reliquissent: arguebatur autem ad-
uersus hanc vrbem nostram cum exercitu processisse: nihil vero eo-
rum vnquam quæ spopondissent, factitarunt. Itaq; ratiocinari est
huiusmodi. Enumerare autem tale est. Demonstraui autem ipsos
qui priores societatem soluere, qui primum nos sunt adorti, quo
tempore aduersus Lacedæmonios bellum gerebamus, quiq; maxime
studuere vrbem nostram in prædam vertere. enumerare igitur est
huiusmodi. Ex electione autem admonere est huiusmodi. Recor-
dari oportet contigisse nobis, vt posteaquam societatem cum iis ini-
uimus, nihil vnquam mali ab hostibus passi sumus. Nam cum sæpe
numero nobis auxilio venissent, Lacedæmonios, qui nostrum agrū
deuastarent, propulsarunt: multas etiam pecunias etiam hoc tem
pore ad nos deferunt. ex electione igitur hoc modo admonebimus. E
Ex interrogatione vero hoc modo. Libenter autem ex istis quære-
rem, quid vobis pro conuentis haud soluunt. neq; enim indigentes
se dicere audeant, quippe qui tantum pecuniarum ex hoc solo quot-
annis accepisse demonstrentur. Neq; dixerint quidem multum æris
circa rempubl. consumpsisse. prorsus enim minores impensas, quā
reliqui omnes insulani pertulere. ex interrogationibus igitur hoc
pacto tractabimus. Ex ironia vero, quā tum simulandi tum dissimu
landi cauillationem vocamus, est cum aliud dicimus, & aliud dicere
simulamus. Eius autem forma sit huiusmodi, vt in antedictis breui
ter commorando persistam. Nequaquam vero dicere oportet, mea
sñia, vt hi qui multa se bona factitasse prædicant, malis plurimis ci-
uitatem affecerint: nos vero qui ab iis ingratitudinis carpimur, &
iis auxilio sæpe fuerimus, & iniuriam nemini intulerimus. Cum igi
tur aliquid simulamus omittere, eo quod breuiter dicimus, hoc pacto
admonemus. Res vero contrariis nominibus appellare ita fit. Hi F
quidem probi viri multorum malorū socii extitere, nos autem igna-
ui plurimorum fuimus bonorum authores. Ex iis igitur breuiter ad
monentes iterationibus vtemur, & circa singularum partium, & cir-
ca totius orationis exitum.

De Facetiis, prolixitate orationis, breuitateq;, ac earum medio. Cap. XXI.



Nde autem facete dicendum, & pro arbitrio orationis prolixitate vtendū sit, rursus exponemus. Hic igitur facete dicendi locus est, si quidem commentationes totas medias ue dixerimus: ita vt quod reliquū est, medium auditores ipsi comprehendant, quo locis

&

15 sententiis vti conuenit. Opus est autem in totam orationem facetias hasce dispartiamus, verbaque commutemus neq; easdem sem per, in eandemq; sententiã frequẽtes afferamus: & hoc pacto nostra omnis apparebit oratio. Qui vero dicẽdi prolixitate vti voluerit, opus est rem diuidat, & quæ qualibet in parte insint, quamq; naturã sapiant, edoceat, eorumq; vsum omnem tum proprium tum communẽ, & ipsas causas enarret. Quòd si lõgiorem quoq; voluerimus orationem efficere, pluribus nominibus circa singula vtendum est: utrique singulis in orationis partibus iterandum, & iterationem ipsam paucis absoluendum: in fine vero orationis hæc omnia. de quibus sigillatim dixeras, cõgestim ponas, ac de rebus omnibus dicas conuenit. Hoc igitur modo plixiores reddi orationes poterunt. Qui autem dicendi voluerit breuitate vti, oportet totum negotium vno vocabulo complectatur, & hoc maxime quod in ipsa re breuissimum insit. Opus est etiam paucis vti copulis, plurima vero coniungere nominibus ita vti, vt vna dictio duabus seruiat rebus: eritque B frequens illa iteratio e partibus amouenda, & in orationum dũtaxat finibus iterandum. Et hoc quidem modo breues poterimus orationes efficere. Quod si mediocritate vti in dicẽdo volueris, partium maximas deligens, de hisce verba facias oportet. Est etiam mediis vtendum nominibus, quæ scilicet neq; lõgissima, neq; breuissima neq; multa de aliqua vna re sint, sed mediocria potius. Oportet & epilogos ex intermediis partibus neq; omnino auferri, neq; vbique rursum inferri. sed quæ maxime auditoribus nota esse volueris, in iis maxime ad finem iterationibus vti cõuenit. Ex hisce igitur quandocunq; libuerit prolixitate vti in dicendo qbimus. Quòd si facetam volueris orationem scribere, permaxime tibi obseruandũ est vt verborum mores hominibus similes quas reddere. Id autem efficies, si qui magni, qui curiosi, qui medioecres sunt mores, consideraris. De his igitur poteris hac via cognoscere. De nominum vero cõpositione C iam declarabimus, est enim etiam hoc apprime necessarium.

De Nominum compositione *Cap.* XXII.



Rimum igitur figuræ nominum sunt tres, simplex, composita, & trãslata. Eodem etiam modo positiones sunt tres. vna quidem quę in vocalem connexionibus terminat, & a vocali incipit. secunda vero quæ a muta incipiens, in mutam desinit. tertia autem quæ mutas vocalibus iungit. Item ordines sunt quatuor quorum vnus similia nomina aut inuicem collocat, aut dispergit: alius vero qui eisdem rationibus vtitur, aut inuicem mutat: tertius vero qui vno multis ue nominibus tem appellat: quartus autem ordo est, quo gesta nego-

tia nominamus aut prætcrimus. Quo autem pacto pulcherrimæ orationis filum texendum sit, nunc edocebimus.

De filo Orationis texendo. Cap. XXIII.



Primum quidem interpretationem ipsam in duas partes distribuere, deinde conuenit dilucide dicere. In duas vero partes interpretationem distribuimus hisce modis. vno ꝙ ipse potest & hoc & aliud. secundo ꝙ hic quidem haud põt, alius aũt potest. tertio ꝙ hic & hoc & aliud potest. quarto ꝙ neque ipse neq; alius potest. quinto ꝙ ipse quidem potest, alter vero non potest. sexto ꝙ ipse quidem alterũ potest, alius vero non potest alterum. horum aũt vnumquodq; ex hisce perspicies. Quòd etenim ipse potest & hoc & aliud, huiusmodi est. Ego autem non harum duntaxat rerum author vobis exti, verum & Timotheo, qui aduersus vos esset expeditiones ducturus, impedimentò fui. Quòd vero hic nõ potest, alter autem potest, tale est. Ipse quidem non potis est qui pro vobis legatione fungatur: hic vero qui Sparciatarum ciuitati amicus est, facillime apud eos quæ vultis queat efficere. Quod hic aũt potest & hoc & aliud, est huiusmodi. Nõ autem in bellis solum hic se robustissimum & fortissimum præstitit, sed & cõsiliis ciuium cedit nemini. Quod autem neq; ipse neq; alius potest, tale est. Neq; ipse parua municus manu hostes queat, neq; alius quisquam ciuium expugnare. Quod vero ille potest, ipse autem nequit, est huiusmmodi. Nempe hic corporis valet viribus: ego verosum corpore imbecillus. Quòd autẽ ipse aliud potest, ille vero non potest aliud, huiusmodi est quidem. Ipse quidem clauo & gubernaculis præsim valeo, hic autem neque qui remo vtatur potius est. Figuras igitur interpretandi in duas partes facies, hoc modo. omnibus in rebus idem modus seruandus est. Quibus autem rebus dilucida tua reddatur oratio, id rursum est considerandum.

De Oratione dilucida. Cap. XXIIII.



Primum igitur quodcunque dixeris propriis suisq; nominibus appella: & quicquid ambiguum fuerit, euitato. Caueas etiam oportet ne vocales deinceps ponas. Aduertendum est prætcrea vt quos articulos vocant, opportune & apte loces. Item consideres opus est ne confusa sit, neq; perturbata nominum compositio. talis enim oratio & obscura est, & cognitu difficilis. Coniunctionibus vero quascunq; ante dixeris, consequentes reddito copulas. coniunctiones autem coniunctionibus reddere ita fit: ego quidem ad quid temporis dixeram, affui. tu autem quando te venturum dixeras, non re-

nisti. Item cum eadem coniunctio consequens sit, tu etenim & illorum author extitisti, & horum author ipse tu. De coniunctionibus igitur dictũ est ex quibus licet & reliqua quæq; coniectari. Ipsa vero nominũ structura neq; confusa neq; perturbata fieri debet & cõfusa quidem est huiusmodi, sicuti cum dixeris: Graue est hunc verberibus afficere. nam obscurum esset qui esset cædens. q si ita dixeris, graue est hunc verberibus ab hoc affici, perspicuam reddes oratiõẽ. structura igiť nominũ confundere tale est. Vt aũt aduertas quo pacto articuli ipsi tẽpestiue apteq; addantur, ex hisce tibi liquidũ fiet, ὁ ἄνθρωπος τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἀδικεῖ. hic ipse homo hunc ipsum hominem iniuria afficit. nunc enim interiecti articuli dilucidam faciunt dictionem, exempti vero obscuram apud Græcos efficient. Contingit autem & aliquando contrarium. Quæ igitur in articulis seruari conuenit, huiusmodi sunt. Vocales autem iuxta inuicem ponẽdæ non sunt, nisi aut aliter obscura reddatur oratio, aut replicatio quæ-
B dam, alia ue segregatio fiat. Ambigua vero fugere ita quibimus. quędam nomina diuersis seruiunt rebus: sicut ludus quem ludimus, & ludus schola. oportet autem in huiusmodi nominibus semper id complectamur, quod proprium est significatum, & dilucide quidem in nominibus, si hæc fecerimus, loquemur: ex superioribus vero præceptis in duas partes interpretationes distribuemus.

De Contentionibus. *Cap.* XXV.



DE contentionibus autem, & comparibus, & similiter cadentibus iam dicere aggrediamur. nam & his quoque nobis opus erit. Est igitur contentio quæ contrarium nomen simul & vim oppositis rebus habetur, aut horum alterum. Quæ igitur contrarium nomen simul
C & vim habet, huiusmodi esse poterit. Non enim iuris est hunc meis rebus vsurpando locupletari, me vero meis priuatum rebus paupertie ita premi. Contentio vero nominibus solis erit huiusmodi. det enim locuples ac felix pauperi & egeno. Vt autem contentio hæc fit: Ego quidem hunc aduersa valetudine laborantem curaui, hic autem mihi maximorum author malorum extitit. nam hoc loco non in nominibus, sed in ipsis rebus contrarietas est. Quæ ergo & vi & nomine contentio fuerit, ea erit longe pulcherrima, reliquæ vero contentiones duæ sunt.

De compari. *Cap.* XXVI.

COmpar autem est, quando duæ pares enunciantur clausulæ. Pares aũt esse poterunt multæ etiam paruę clausulæ paucis magnis, & pares magnitudine paribus numero. Figurã vero habet

compar huiusmodi aut propter pecuniarum inopiam, aut propter belli magnitudinem. hæ nanque clausulæ neque similes neque contrariæ, sed tamen inuicem partes sunt. D

De similiter cadente. Cap. XXVII.



Similiter vero cadens est quod compari quidem maius est. non enim pares solum clausulas, verū & similes & similibus efficit verbis. est autem huiusmodi, quantum te docet orationis imitatio, tantum adsit delectationis machinatio. Maxime vero similes fieri oportet exitus dictionum iis nanque vel in primis efficitur similiter cadens. Similes aūt dictiones sunt ex similibus syllabis, in quibus plurimæ literæ eædē sunt: sicuti militibus nullis valet, & viribus multis caret. quæque vero extra artē posita sunt, ea vltro idipsum demonstrabunt. Sed de his hactenus satis. etenim iustum & honestū & vtile E reliquaque & ipsa quæ sunt tenemus, & vnde his affluamus, ex antedictis plane cognoscimus. Eodem autē modo quę sint amplificationes extenuationesque, & ex quibus hæ locis desumantur intelligimus, identidem vero & præoccupationes, & postulata ab auditoribus, & iterationes & facetias, & orationum prolixitates, & ipsius interpretationis structuram omnem scimus, quas ob res cōmunem omnium specierum vim atque differentiam, ipsarumq; vsum omnem si ex antedictis tenuerimus, assuefecerimus facile nosmetipsos qui his omnibus pro artis præceptis exercitati abundemus, & adiumenti ex ipsis plurimum tum dicendo tum scribendo consequamur. Igitur præcepta causarum hoc pacto accuratissime per partes distribueris. Vt autem pro vnaquaq; specie ad humani corporis effigiem verba locari conueniat, & quæ sint circa orationis partes obseruanda, & quo modo hisce partibus sit vtendum, rursum ostendam. De exordiis F igitur dicendum est prius, ea vero septem speciebus communia sunt, & omnibus in negotiis congrue dici poterunt.

De Exordiis in Deliberatiuo causarum genere. Cap. XXVIII.



Exordium est (vt cōpendio dixerim) oratio quædā quæ rebus iis de quibus reliqua futura est dictio, summatim expositis, auditorum animos ad attentionem idonee; & quoad fieri dicendo potest, ad beneuolentiam nobis comparat. hæc enim per exordium pręstari conuenit. Quomodo autem eo vtamur, primum quidem deliberatiuo in genere, & in suadendi specie ostendam. Cum rem igitur auditoribus proponere, ac liqui dam facere voluerimus, fieri poterit hoc

Docilitas.

A modo. Surrexi, vt quo pacto pro Syracusanis bellandum sit consu lim. vel hoc modo. Surrexi, vt quid sentiam dicam, qui non deceat nos Syracusanis auxilium ferre. Hoc igitur modo summatim rem ex ponemus. Qui vero ad attentionem exhortemur, scire ex hisce poterimus, si nos ipsi animaduerterimus quibus & verbis & rebus ad audiendam sententiam attenti sumus. Nempe his sumus attenti, cũ de magnis vel terribilibus vel ad nos pertinentibus rebus consultamus, aut cum orantes ipsi demonstraturos se dixerint iusta illa esse & honesta & vtilia & facilia & vera, ad quæ nos gerenda exhortantur, aut cum nos rogauerint se attente audiamus. Quemadmodũ igitur ipsi aliis solemus ita & nos, si quæ ex præmissis commodissima in præsentem rem fuerint delegerimus, eaque auditoribus perspicua reddiderimus, eos nobis attentos faciemus. Ad attentionem igitur ex his auditores exhortamur. Beneuolentiam vero comparabimus, si considerauerimus primum quo in nos animo ipsi sint, beneuolo ne B an infesto, aut neque bono neque malo. Si beneuoli ergo fuerint, de beneuolentia dicere superuacaneum cedat. Verum si omnino id facere voluerimus, oportet paucis cum dissimulatione quadam id fieri, hoc modo. Quanta sit mea in hanc vrbem beneuolentia, vi quæ sepenumero suasu meo quæ factu essent vtilia gesseritis, & quam me prætcrea ad communia cõmoda præbeo iustitia, quippe qui publicarum magis quam priuatarum mihi rerum habendam rationẽ censuerim, nequaquam a me dici opus existimo. hoc enim vobis perspicuum est & cognitum, vero quòd & nunc, si fidem adhibere mi hi volueritis, consuletis in rem pulcherrime, hac de re vt vos edoceam dabo operam. Hoc igitur modo eos qui bono sunt in nos animo, in consultationibus beneuolentiæ admonebimus. si vero auditores neque nobis infesti sunt, neque beneuoli, dicendum est & iustũ esse, & conducibile, eos his ciuibus beneuolos fieri, qui nullũ sui de C derunt experimentum. deinde oportet laude auditores demulcere, quòd iuste & grauiter quæ dicuntur iudicare consueuerint. item & extenuationes afferendæ: sicuti si dicatur, Surrexi non tam vlla dicẽ di vi elegantia ue confisus, quam existimans ea me narrari, quæ ad communem vtilitatem commodumque accedant. Cum igitur auditores neq; a nobis alieni, neque beneuoli nobis sunt, ex huiusmodi rebus beneuolentia captabitur sin aũt calumniæ obnoxii apud auditores fuerint, necesse est aut ipsos in sese, aut res de quibus dicũt, aut ipsam demum orationem calumnias continere. Hę autem calumniæ aut ex præsenti aut ex præterito tempore trahuntur. Ex præterito quidem tempore, si qua improbitatis suspicio de aliquo habeatur, primum in auditores præoccupatione vtendum est, atque dicendum ita. Neque ipse quidem ignarus sum me apud vos calumnia affectum esse, sed omnẽ ego de me insimulationẽ falsam esse demonstrabo. Postea summatim enumerando in exordiis dicendum erit, si

Attentio.

Beneuolentia.

quid in rem tuam oratione complecti queas, & aut vituperanda iu-
dicia. necesse enim est siue publice siue priuatim calumnia de quopiā D
facta sit, vel esse vel fore iudicium, vel nolle accusatores iudicium su
mereeritq; dicendum vt iudicatum iniuste fuerit, quodque inimice
nobis homines nocuerint: aut si minus hoc verisimile visum fuerit,
dicendum erit satis id esse debere, quod minus tunc ex sententia no
bis cesserit: iniustum autem esse, cum res iudicatæ iam fuerint,
rursum easdem calumniari. Si vero celebre sit iudicium futurum,
te paratum plane dicito, qui ad insinuationes in hoc ipso pulcher
rimo consessu respondeas, & si quid aduersus Rempublicam per in
iuriam patrauisse demonstreris, te morte mulctatum iri. Sin autem
accusatores minus in causa persistant, eadem oportet vti coniectu-
ra, quoniam falsam de nobis calumniam detulissent, destitune cau
sa. non enim consentaneum videbitur nolle eos iudicium capere, qui
veram accusationem detulerint. Vsque vero in calumnias acer-
me est inuehendum, dicendumque quam trux & communis & mu[l]to- E
rum malorum causa. Ostendatur quoque oportet permultos iam
iniuste per calumniam perisse. Item monendum, stultum esse,
eos qui de republica consultant, non quæ ab omnibus dicuntur
audire: & quod vtile sit animo volutare, sed aliquorum insinuatio
nibus commoueri. Commonefacias autem atq; pollicearis opor-
tet, ea te de quibus consulere sis pollicitus, & iusta, & vtilia, & hone-
sta demonstraturum. Hos igitur, quorum ex præterito tempore ca-
lumnia delata sit, conuenit hoc pacto insimulationes in consultatio
nibus soluere. Ex prȩsenti vero tempore oratoribus calumniam so-
let afferre primum quidem ȩtas ipsa. nam siue omnino iuuenis siue
senior concionatur, auditores moleste ferunt. Huic enim non-
dum incipere, illi vero iam quiescere decorum esse putant. Deinde
si crebo orationem habere consueuerit. hic enim importunus videtur
esse. Et si nunquam antea orationem habuerit. nam & hic a i-
cuius priuati commodi gratia prȩter consuetudinem videtur concio F
nari. Ex prȩsenti igitur tempore huiusmodi poterunt in illum
insimulationes fieri, qui apud concionem orauerit: sed causa de
iis afferatur necesse est. A iuniore quidem ex consultantium
inopia, & ex eo quod suum esse potissimum videtur: quemadmo-
dum si dixero de ludicro lampadarchiæ, vel de gymnasio, vel de ar
mis, aut de equis, aut de re bellica. horum enim non minima pars
adhæret iuueni. Dicendum est autem, quòd tametsi nondum iu
uenis per ȩtatem prudens esse potest, verum natura & diligentia
quadam certe potest. Ostendendum est etiam qui aliquid impru-
denter gesserit, aduersum casum sibi priuatim dari: assecuto vero
communem esse vtilitatem cum reliquis. Iuuenis igitur ex iis
atque similibus argumentabitur. Senior autem argumentabitur &
ab inopia consultantium, & a facultate sua, præterea & a magitudi-

A ne & nouitate periculorum, & ab aliis huiusmodi rebus. Crebro autem dictionem habere consuetus, ab experientia argumentabitur & ab eo quòd turpe sit non eum sententiam nunc dicere, qui antea consueuerint. Non autem consuetus argumentabitur, tum a periculorum magnitudine, tum ab eo quòd necesse omnino sit eum qui ciuitatis est particeps, de iis quæ in præsentia aguntur, sententiam dicere. Eas igitur insimulationes quæ in concionibus circa hominem sunt, hoc pacto refellere studebimus. Fiunt autem circa rem, cum quis nihil neque iis a quibus nulla simus iniuria lacessiti, neque iis qui fortiores potentioresque sunt, pernoscendum esse consultat, aut pacem turpē fieri persuadet, aut circa Deorum immortaliū sacrificia quam minimos effici sumptus monet aut huiusmodi quicquam narrat. Oportet autem in huiusmodi rebus præoccupatione prius ad auditores vti, quarum causam aut in necessitatem, aut in fortunā,
B aut in tempora, aut in aliquod commodum referamus, dicamusq; non consultantibus quidē esse, sed rebus potius huiusmodi causam adscribendum. Hoc igitur modo eas quæ circa rem sunt insimulationes a consultantibus remouebimus. Oratio vero ipsa in concionibus solet insimulari, cum aut prolixe, aut nimis prisce, aut minus probabiliter dicatur. Et si quidem longa fuerit, in rerum multitudinem causa est referenda: sin prisca sit, doceatur oportet nunc ipsam tempestiuam esse. Sin autem minus probabilis sit, pollicearis oportet eam te veram in dicēdi progressu demonstraturum. Consultationes igitur ex iis rebus principio constituemus. Quo vero vtamur ordine, animaduerti conuenit. Si quidem nulla prorsus insimulatio sit neq; nobis, neq; orationi, neq; ipsi rei, a propositione continuo est inchoandum. Attente autem quæ dicuntur, humaneq; audire ad postremum exhortabimur. Sin vero aliqua sumus ab illis qui antedixerunt, insimulatione præuenti, post anticipatam auditorum
C opinionem eorum quorum insimulati fuerimus, & responsiones & causas breuiter in medium differentes, ita proponemus, & auditores ad attentionem exhortabimur. Exordia quidem in consultationibus hoc modo sunt constituenda.

De Narratione in eodem genere. *Cap.* XXIX.


Postea vero necesse est aut res gestas a nobis renunciari referri ue, aut res præsentes diuidendo exponi, aut quæ futuræ sunt, iam predici. Cum igitur de legatione sit nobis renuntiandum, omnia quę dicta fuerint, dilucide narrare oportet, quò primum quidem graui tatem oratio præ se ferat. hæc enim renunciatio solum erit, nullaque alia orationis figura incidet. Deinde si quidem nobis ex sententia minus res contigerit, non vlla id negligentia nostra, sed alia quadam

causa accidisse auditores existimēt. Sin vero ex sententia contigerit, non casu aliquo sed nostra diligentia & industria id factum opinentur Hæc autem eo facilius credũt, si quoniam gestioni negotiorum nequaquam inter fuerint, nostram in oratione negligentiam, promptitudinemq; perspexerint, vtpote qui nihil omittamus, sed vnumquodq; quã accuratissime referimus. Cũ igit legationē renũciemus iis, causis, singula queq; quo pacto gesta fuerint, renunciari oportet. D
Cũ vero ipsi concionãtes aliquid pteritũ narramus, siue ēt præsentia exponamus, siue prædicamus futura, necesse est vt vnumquodque horũ & breuiter dilucide & nõ sine pbabilitate faciamus. dilucide quidem, vt quæ dicuntur, comprehendi queant: breuiter aũt, quoque dicta fuerint, memoriæ auditores teneãt. Probabiliter vero, ne ipsi auditores priusquã probationibus atq; iuris partibus nostram orationem confirmauerimus, nostras iam narrationes falsas esse reprobet.
Dilucide igitur exponemus aut a nominibus, aut a negociis. A negotiis quidem, si non ea perturbate exponamus, sed rerum ac temporum ordinem seruemus, reliqua vero deinceps collocemus: & E
neq; eo de quo dicere cœperimus, relicto negotio, in rē aliam transeamus. A negotiis igitur hoc modo dilucide narramus. A nominibus vero, si quam maxime idoneis rerum nominibus negotia appellemus, & si nõ ambiguis vtamur, neq; perturbate ipsa collocemus, sed vsq; cohærentia deinceps ordinemus Dilucide igitur exponemus, si hæc diligenter obseruauerimus. Breuiter vero narrare poterimus, si tum ex negotiis, tũ ex nominibus ea remouerimus, quæ non sint dictu necessaria, & ea solum complectemur, sine quibus obscura reddetur oratio. Et breuiter quidem hoc modo exponemus. Probabiliter autem a nobis narrabitur, si ad ea negotia quæ minus verisimilia videntur, causas attulerimus, quibus illa nõ absurde gesta videantur. si qua vero omnino incredibilia contigerint, ea relinquamus necesse est. Sin autem necessaria sunt quæ dicantur, ea te scire ostendas oportet, sed ad confutationis partem, quia cum illa implicata sint, dicenda reseruare, orationisq; progressu id te verum demonstraturum polliceri, ea vsus argutia, ꝙ quæ prius abs te dicta fuerint, ea prius vera iustaq; demonstrare, quam aliud huiusmodi quicquam velis. Et hoc quidem modo his quæ minus verisimilia sunt medebimur. Vt autem summatim vna omnia complectamur, & renunciando, & exponendo, & prædicendo, ex his omnibus quæ ante diximus dilucidas, breues, & probabiles narrationes faciemus. F

De ordine Narrationum. *Cap.* XXX.

EAs autem tripliciter ordinabimus. Nam si quidem ea, de quibus dicimus, pauca sint auditoribus cognita, exordio narrationem coniungemus, ne pars hæc separatim posita breuis admodũ fiat.

A Cum vero negotia & permulra & incognita sint,ad vnumquodque coniunctas narrationes faciemus, easque iustas & vtiles & honestas ostendemus:quo nō modo in narrandis rebus occupati simplicem & non varietate quadam insignem orationē faciamus,verum & auditorum animos capiamus.sin autem negotia mediocria, & minime nota sint, opus est vel renunciationem vel expositionem vel prædictionem in exordio vno & eodem quasi corpore collocemus. Hoc autem faciemus,si a rerum initio ad extremum vsque narrando prosequamur,& nihil aliud conplectamur,sed ipsa negotia expedite declaremus. Quemadmodum igitur in exordio narrationes ordinandæ sunt,ita scire poterimus.

De Confirmatione. *Cap.* XXXI.

DEinceps autem confirmatio sequatur necesse est, per quam prænarrata negotia ex probationibus & iustis &
B vtilibus, sicuti nos demonstraturos polliciti sumus, confirmabimus. Cum igitur coniunctas uarrationes facere oportet,probationes in consultationibus quam commodissime dicuntur a rerum consuetudine, ab exemplo,a commemoratione, & ab ea, quæ de oratore fit apud omnes opinione. Vtendum est etiam & si qua ex aliis probationū partibus inciderit. tæ vero sic sunt collocandæ. Primum quidem dicentis opinio. sin id minus poterimus,rerum consuetudines ordinabimus,demonstrabimusque & hæc quæ dicimus,vel & his similia hoc modo fieri consuesse.deinde vero exempla adferemus:& si qua est cum his quę a nobis dicuntur, similitudinem adducemus. ea auem exempla capiamus oportet, quæ tum rei congruant, tum ipsis auditoribus vel loto, vel tempore sint proxima. si autem secus sint, debemus ex aliis, quæ maxima & notissima sint accipere.post hæc vero sententiis vtē
C dum est. Oportet autem eas partes, quibus probabilia & exempla tractata fuerint, in fine commentationibus & sententiis terminemus. Et probationes quidem hoc modo ad negotiorum confirmationem adducemus. Si vero narratis rebus continuo sit fides adhibita, probationes ipsas relinquemus, & a iusti & legitimi & vtilis & honesti & iucundi & facilis & possibilis & necessarii partibus antedicta negotia confirmabimus. Et si quidem iustum inest, id primum collocabimus & per hoc,perq; huic simile,& per contrarium, & per iudicatum iustum enarrabimus, & similia his iustis de quibus loqueris, exempla sunt afferanda.habebis autem permulta exempla tum ex his quæ priuatim apud singulos iusta existimantur, tum etiam ex his quæ in ipsa vrbe vbi orationem habes, tum demum ex his quæ in aliis vrbibus iusta duci solent. Cum vero hæc omnia hoc modo percurrentes narrauerimus, in ipsius que iusti fine sen

tentias commentationesq́, moderatas & sibi inuicem dissimiles attu D lerimus, si quidem ea pars longa sit eiusque meminisse voluerimus, paucis iterabimus: sin aût mediocris sit, commemoreturque, tunc vbi eam finierimus, aliam quoque partem adiungemus. est autem id huiusmodi. Quód iustum quidem est auxilium nos ferre Syracusanis, satis ex iis quę dicta sunt demonstratum existimo: quód autem etiam id nobis conducturum sit, enitar edocere. Et cum rursus eodem modo vt de iusto factitaras, vtile percurreris, & eius extremam partem vel breuiter iterando, vel finiendo absolueris, itidem aliam partem, quæcunque tibi in manu fuerit, adiunge. Hoc igitur modo aliam alii partem addere, & orationem coatexere opus est. Cum hæc vero omnia prosecutus fueris, quibus ea quæ persuades, confirmare queas, oportet in his de omnibus summatim cum commentationibus & sententiis coloribusq; demonstres non ea efficere & iniustum & perniciosum & turpe & triste admodum fore contra vero summatim addendum est, & iustum & vtile & honestum vo- E luptuosumque futurum, si hæc ad quæ eos exhortaris, effecerint. Vbi vero iam satis abundeque sententiarum grauitate vsus fueris, quæ persuades, conclusione terminabis, & hoc quidem modo quæ proposita fuerint, confirmabimus. Post hanc autem partem de præoccupatione dicere aggrediemur.

De præoccupatione. Cap. XXXII.



Est autem præoccupatio, eorum locorum, qui contra tuam dictionem haberi possent, præoccupans reprehensio. Oportet autem quæ ab aduersariis dicuntur extenuare, tua vero amplificare, veluti superius in amplificandi tractatu audieras. Opus est etiam conferas vnum vni, cum tuum scilicet maius sit: & plura pluribus, & vnum multis, & multa vni, sic secundum omnem speciem varietate debe- F mus vti, nostra quidem augendo, aduersariorum autem infirmando atque deprimendo. Et hoc quidem modo præoccupationibus vtemur. hæc aût vbi fuerimus prosecuti, iterationibus exitû terminabimus, coloresq́; antedictos ratiocinationis, vel enumerationis, aut electionis, aut interrogationis, aut ironiæ assumemus.

De Suadendi, Dissuadendiq́, forma. Cap. XXXIII.



Vód si ad ferendum aliquibus auxilium suaserimus, siue priuatis hominibus siue vrbibus, paucis dicere côueniet, & si qua his in auditores siue amicitia, siue gratia, siue misericordia præcesserit, in medium referre congruum erit. maxime enim omnes his auxilio

esse volunt, qui tali animo in eos fuerint. diligunt enim eos, a quibus vel ab ipsis vel ipsorum amicis aliquid beneficii siue ipsi, siue alii qui eis curæ sunt, vel opportune suscepisse, vel suscipere, vel suscepturum ire crediderint. his autem habet gratias, qui siue ipsi siue ipsorum amici, aut in eos aut in eorum necessarios boni quippiam opportune, vel contulisse, vel conferre, collaturi ue putetur. Si horum igitur aliquid vnum incidat, id breuiter doceamus, & ad misericordiam redigamus oportet. Id autem affatim facere poterimus, si cognouerimus solere omnes in eos misericordia moueri, quos familiariter erga se animo esse opinentur, aut indignos calamitate suspicantur. Hæc autem in iis esse ostendes, quos misericordia dignos velis demonstrare: estque demonstrandum eos inique passos, vel pati, vel passuros vbi minus his auxilio auditores fuerint: sin vero hæc in illis non sunt, demõstrabis eos omnium bonorum inopes esse, quorum cæteri omnes aut plurimi sint participes, quiq; nihil vnquam boni vel nacti fuerint, vel nanciscantur, nacturi ue sint, nisi auditores hoc tempore ad misericordiam moueantur. Ex his igitur auditores ad misericordiam inducemus. Dissuadere autem ex contrariis locis poterimus, eodemq; modo exordiemur, & narrabimus, & probationibus vtemur, auditoribusque ostendemus, quæ facere aggrediuntur, esse & præter leges, & iniusta & perniciosa, & turpia, & tristia, & impossibilia, & difficilia, ac minime necessaria. In dissuadendo vero ide dispositionis modus seruabitur, qui etiam in suadendo. quam ob rem qui vltro dissuadent, disponere ita poterunt. Qui vero aliorum suasionibus contradicere voluerint, primum quidem ea in exordio proponere debent, quibus sint cõtradicturi: in reliquis vero singillatim est exordiendũ: post singula vero prædictorũ exordia secundũ vnumquodq; propositum maxime demonstrandum, minime omnium ea esse ad quæ aduersarius exhortetur, neq; iusta neq; que iis sequuntur. hoc aũt facies vt ostendas, vel iniusta esse que ille narrat, vel inutilia, vel his similia, aut iustis cõtraria, aut vtilibus, aut his quæ talia esse indicantur. eodem quoque modo & cętera quæ inciderint, tractare debebis. Optimus igitur dissuadendi modus hic est. Quòd si minus hoc facere commode potueris, ex eo quod reliquum is genere dissuadere orando poteris: vt si quidem aduersarius iustum esse ostenderit, tu vel turpe esse, vel inutile, vel difficile vel impossibile, vel aliud quidnis huiusmodi enitere demonstrare: sin vtile aduersarius esse ostenderit, iniustũ ipse, & si quid aliud opportunum ad id habueris, demonstrabis. tua præterea augendo, & aduersarii deprimendo facies, quemadmodum in suasionibus dictum est. Decet eodem quoque modo sententias commentationesque afferre, præoccupationesque refellere, ac breuiter ad exitum iterare. Præterea quoque in suasionibus ostendendum est, aut eos quibus auxilium ferendum suademus, horum amicos esse, quos ad id

Dissuadere quo pacto debeamus.

faciundum exhortamur, aut hoc, gratias his deberi qui deprecantur: D quibus vero auxilium ferre dissuaserimus, eos vel ira, vel inuidia, vel odio dignos ostendemus. In odium quidem adducemus, si ab illis aut ipsos auditores, auditorum ue amicos, aut alios qui his curę sint, mali quippiam inique passos demonstrabimus. In iram autem rapiemus, si vel auditores ipsos, vel ipsorum amicos, vel alios qui his sunt curæ, indigne neglectos iniuria ue affectos ostendemus. In inuidiã vero contrahemus, si summatim indigne fortunatos extitisse, aut esse aut fore, vel si nullius vnquam boni fuisse inopes, aut esse aut futuros, vel si nunquam malorum quippiam passos, aut pati, aut passuros demonstrabimus. In inuidiam igitur & odium atque iram hoc modo concitabimus: beneuolentiam vero & gratiam & misericordiam ex his poterimus comparare, quæ in suasionibus dicta sunt. Eas autem ex antedictis omnibus contexere ordinareq; poterimus. Species igitur suadendi & qualis ipsa sit, & ex quibus constet, & quomodo ea vtendum sit, ex iis liquido cognoscimus. E

De Orationis partibus in Demonstratiuo genere. Cap. XXXIIII.



Vrsum autem laudandi, vituperandiq; speciem deinceps consideremus. Cum in hoc genere exordiri voluerimus, propositiones primum ordinamus, insinuationesque dissoluimus, itidem atque in suadendo. Ad attentionem vero exhortamur, tum ex his quæ in consultationibus dicta sunt, tum ex eo quòd mirabilia illustriaque dicamus, vt ęquitatem nostram, eorumque quos vel laudamus vel vituperamus, facinora demonstremus. in huiusmodi enim causis vt plurimum non disceptationis, sed ostentationis potius causa orationem habere confiteumus. Primum autem exordia eodem modo constituemus, qui in deliberatiuo a nobis genere demonstratus est. Post F exordium vero partiri debemus & ea quæ extra virtutem sunt, & ea quę in ipsa virtute bona considerantur, hoc modo: externa quidem bona in bonam valetudinem, & robur, & formæ dignitatem, & diuitias: virtutem vero in sapientiam, iustitiam, & fortitudinem, illustresq́, disciplinas distribuimus. Horum autem quæ in virtute posita locataq; sunt, iure laudantur, extraria autem subducuntur. Robustos nanque & pulchros, & nobiles atque locupletes nequaquam laudare, sed dicere beatos conuenit. His autem diligenter consideratis, post exordia de genere primum dictionem ordinabimus. Hoc enim primum hominibus ac reliquis animalibus clarum inest, vel obscurum. Proinde recte quidem aut hominem, aut aliud tale animal ex genere commemorabimus. Cum vero aut affectum, aut rẽ aut orationem, possessionem ue laudare voluerimus, continuo ex iis quæ honesta adsunt, non absurde laudabimus. A genere autem lau-

laudãdi forma.

A dare ita conuenit. Si quidem progenitores insignes fuerint, debe-
mus omnes ab initio ad eum vsq; quem laudatum volumus, resume-
re, & in singulis progenitoribus clarum aliquid summatim appone-
re. Quòd si primi industrii insignesq; fuerint, reliquos vero nihil
oratione dignum gessisse contigerit, primos quidem illos eodē mo-
do prosequemur, ignauos autem atq; degeneres omittemus, ea vsi ca-
uillatione, quòd propter maiorum multitudinem nolimus auditori-
bus orationis lōgitudine graues effici: præsertim cum nemini sit ob-
scurū, qui ex bonis clarisq; parentibus nati sunt, eos consentaneę
fieri suis maioribus non dissimiles. Sin autem veteres progenitores
obscuri fuerint, qui vero proxime extiterunt, illustres: ab iis est laus
generis capienda, dicendumq;, vt de illis quidem longam repetere
quandam orationem superuacaneum admodum fuerit. Sed si eò lau-
des referantur: qui proximi iis qui laudantur extitissent, plane & hi
quoque boni probiq; viri ostendentur, quòdque perspicuū sit horū
maiores industrios quosdam insignesq; extitisse. Haud nanq; verisi-
B mile videri, huiusmodi homines honestos & bonos esse, qui ex im-
probis progenitoribus nati essent. Vbi vero nullus maiorum sit splē-
dor, dices ipsum in se generosum esse, colligesq; eos omnes ingenuę
natos esse qui ingenitam sibi virtutē habent, & eos aliis quoque om-
nibus longe antecellere, qui suos progenitores laudant: per multos
enim qui ex claris maioribus nati essent, degeneres extitisse. ad-
desq; q̄ de huius nunc & non de progenitorum præconiis agatur.
Eodem autem modo in vituperationibus origo generis in improbos
maiores referenda est. Et ita laudando ac vituperando quæ ad ge-
nus pertinent, ordinabimus. Et si quid illi de quo loquimur, præ-
clarum fortuna concesserit, hoc duntaxat tuebimur, vt ea quæ ætati
conueniunt enarremus, & id quidem haud prolixe: pueri namque
tam suo ingenio quam eorum qui ipsis præfuerint, diligentia, hone-
sti, pudicique sunt. Quare breuis de iis est habenda oratio. Cum
C hunc autem modum percurreris, habita ad posterum commentatio-
ne atq; sententia, debes hanc partem in adolescentis ætatem termi-
nare. Et propositione deinde facta, aut eius qui laudatur, res ge-
stas, aut mores, aut studia amplificabis, quemadmodum ab initio in
demonstratiuo genere prius diximus. Exponesq; ab huius quem
ipse laudas, cum esset hac ætate, aut per hunc, aut per studium, aut
ex hoc aut huius gratia, tum hoc tum illud præclarum facinus ge-
stum fuisse. Oportet & cæterorum quoq; iuuenum præclara faci-
nora colligendo conferre, & huius longe iis maiora esse ostendere:
illorum quidem quæ minima sunt, huius autem quem tu laudas, quę
maxima sunt enarrando. Conuenit autem & quæ apud alios res il-
lustres parum pro dignitate collatæ fuerint, eas abs te dicendo iti-
dem magnas demonstrari. Et semper res ita comparando augendæ
& exornandæ sunt: vt, Vbi, & quis iuuenis ita Philosophus vnquā

fuit, qui vel ſenior magnum adeo incrementum habuerit. Et adeo robuſte gymnaſiorum labores perfert, vehementer is Philoſophię ſtudium & induſtriam adamabit. Et hoc quidem modo ſimi[litu]dine & collatione vſi amplificabimus. Cum vero quæ circa ætatē adoleſcentis conſiderantur, abſoluerimus in fine huius partis ſ[...] mētationesq; locabimus, aut quæ dicta ſunt breuiter iterantes aut ad poſtremā partē finientes. Rurſus vbi propoſuerimus quæ geſta ſint ab ipſo viro quē laudamus, de iuſtitia primum dicere aggrediemur, quam eodem modo vt in ſuperioribus exornātes, ad prudentiā, ſi fuerit, deſcendemus. Et hunc eodem quoq; modo abſoluentes, fortitudinem ſi fuerit, proponemus. Quam eodem amplificationis rat[io]ne item percurrentes, cū ipſius finē partis attigerimus, & omnia genera proſecuti ſumus, ſummatim quę ante dicta fuerint iterantes, ex[...] vel ſententia, vel commentatione toti orationi apponemus. Congruet autem laudibus, nominibus etiam multis circa vnumquodq; vti, & ſplendidam facere dictionem, atque magnificam. Eodem quoque modo cum de nequam hominibus oratio nobis erit, vituperationes conſtituemus. Oportet autem nullis in eum vtamur cauillis quem carpimus, ſed ipſius duntaxat vitam enarremus. Sermones enim longe magis quam iocoſæ obiurgationes atque cauilla & auditoribus perſuadent, et ægritudine quos vituperamus afficiunt. Nam huiuſmodi quidem ſales ad ideam, vel ad ſubſtantiam referuntur. Sermones vero ſunt ingeniorum, morumque veluti imagines. Cauendum eſt etiam ne res turpes nominibus appelles turpibus. Id enim adfert grauitati calumniam. Sed quæ huiuſmodi ſunt, tanquam per ænigma ſignificabimus, & aliarum rerum nominibus rem ipſam manifeſtabimus. Debemus autem in vituperationibus ironia vti, & in iis aduerſarium deridere, quibus ille maxime exultat: & priuatim quidem paucisq; præſentibus eum dehoneſtare. In vulgus autem & multitudinem cōmunes maxime vituperationes maledicere. Vituperationes vero eodem modo poterimus, quo etiā et præconia et augere et extenuare. Itaque harū ſpecierū ex iis quæ ſuperius dicta ſunt, vſum omnem intelligemus.

Quo pacto vituperationes cōſtituēdæ.

Accuſationis Quæſtionisq; præcepta: quæ ad Iudiciale genus ſpectant. *Cap. XXXV.*



Reliquum eſt vt accuſandi quærendiq; præcepta peragamus, quæ rurſus quemadmodum in iudiciali genere dictum eſt componemus, ordinabimus, percurremus. Primum igitur in exordiis rem, de qua fit accuſatio vel defenſio, proponemus, vt etiam in aliis præmiſſis ſpeciebus. Ad attentionem autem ab iiſdem locis exhortabimur, quos in ſuadendo diſſuadendoq; docuimus. Item etiam de bene-

Exordium.

Attentio.

uolentia idem quoque modus seruandus erit, qui in deliberatiuo genere præmissus est. Nam is cui auditores beneuoli sunt, ex præterito aut præsenti tempore, & is ne calumnia affectus sit, ad eos imitandos, vel in se, vel in rem ipsam, vel in orationem, beneuolentiam captabit eodem modo, vt illic docuimus. Is vero, in quē neque beneuoli auditores, neque infensi fuerint, beneuolentiā captare poterit ex præterito præsenti ue tempore, vel per se ipsum, vel per rem, vel per orationem. Ille autem, qui apud auditores calumniæ obnoxius factus fuerit, partim mixtim, partim priuatim beneuolentiam captabit. Hic igitur modus erit, per quem beneuolentia comparabitur. Enimuero his aduersus quos neq; bono neque malo animo auditores fuerint, paucis sunt laudandi, & aduersarii vituperandi. Oportet autem eos ab iis laudare quę videntur maxime auditorum interesse: (dico autem ciuitatis studiosum amicorum obseruatorem, gratum, misericordem, & similia) aduersarios autem ab iis vituperare, quibus auditores ad iram irritantur. Hęc aūt sunt ciuitatis inimicus, amicorum hostis, ingratus, immitis, & huiusmodi. Opus est etiam laude iudices delenire, quòd iusti iudices grauesq; sunt. Aduersariorum præterea defectus, sicubi tibi minores extiterint siue ad dicendum, siue ad agendum, seu aliud quicquam quod in disceptatione versetur, erunt oratione complectendi, & iustū præterea, & legitimum, & vtile, & quæ deinceps sequuntur, inducenda. Cum iudices igitur neque bono neque malo animo in nos fuerint, eis beneuolentiam captabimus. Si quis vero in calumnia sit, idque ex præterito tempore, & circa orationem, scire ex antedictis poterimus, quo pacto insimulationes soluere oporteat. Quòd si ex pręsenti tempore calumnia fuerit, necesse est circa ipsum hominem eā fieri aut si ineptus pręsenti controuersiæ, aut si criminibus subcontrarius aut si pro confesso accusationi obnoxius videatur. Ineptus quidem fuerit, si aut iunior aut senior pro alio disceptet. Subcontrarius vero esset, si quis robustus imbecillum verberationis accuset, aut si quis contumeliosus contumeliæ temperantē insimulet. aut si quis admodū pauper hominem ditissimum pecuniarum agens in iudiciū deuocet. Itaq; huiusmodi homines subcontrarii criminibus sunt. Pro confesso autem erit, si quis fortis robustusq; existens, ab infirmo & imbecillo verberationis accusetur, aut si quis fur existimatus, furti reus in iudicium arcessatur. Vt autem omnia vno complectamur verbo, hi quorum moribus similis est hominum opinio, videbuntur criminibus eis obnoxii. Circa ipsum igitur hominem ex instanti tempore calumniæ huiusmōi fieri poterunt. Circa rē aūt eæ continget, si quid aduersus domesticos amicos, aut aduersus hospites, aut in suos, vel de prauis vel de turpibus rebus negotia afferat. hæc enim infamiam disceptantibus afferent. Quemadmodū igitur eas insimulationes sumus dissoluturi, deinceps ostendam. Duo esse communia in omnibus elemen.

Beneuolentia.

B

C

ta existimo alterum quidem, vt quibus rebus correpturos judice[illegible] ad D
uersarios putes, his eos præueniens corripias. alterum vero est, si [illegible]
in aduersarios quidem maxime: sin id minus, in alios quosdam tra[illegible]
feras, ea vsus cauillatione, quòd non ex sententia tua, sed aduersa-
riis coactus in certamen descenderis. In vnāquanq; vero calumnia
hæc argumentari conuenit. Junior; quidem causabitur aut seniorū
aut amicorum, qui pro se disceptent, solitudinem, aut criminum ma-
gnitudinem, aut temporis præscriptionem, aut rerum multitudinē,
aut aliud quid huiusmodi. Si vero habueris pro alio dictionem di-
cendum erit te amicitiæ gratia aduocatum fieri, aut aduersarii motū
inimicitiis, aut quia negotiis interfueris, aut ob vtilitatem publicam
aut quia tis cui patronus venis, & ab omnibus est desertus, & iniu-
ria premitur. Quòd si crimini pro confesso obnoxius, vel subcontra-
rius accusationi effici videatur, cum præoccupatione vtendum est, tū
etiam dicendum vt neq; iustum, neque legitimum, neque vti[illegible] sit [illegible]x
opinione ac suspicione ferre prius sententiam, quā res fuerit audita
Quę igitur circa ipsum hominem sunt, hoc pacto insimulationes di-
luemus. Eas vero quę circa rem sunt, ita repellemus. Causam i[n] aduer
sarium reiiciemus, vel si maledictum ei crimini demus, vel si iniuriam
aut cupiditatem, aut pertinaciā, aut iram prætendamus, ꝙ null[illegible]
modo ius consequi possibile sit. Priuatas igitur calumnias apu[illegible] di
ces ita diluemus, communes vero omnibus speciebus soluere po[illegible]
mus, quemadmodum in superioribus dictum est. Exordia vero in [illegible]e
Narratiões. nere judiciali eodem modo collocabimus, sicuti etiam in delibera[illegible]
uo. Eadem etiam ratione narrationes exordio coniungemus, quas
Cōfirmatio vel particulatim probabiles esse, iustasq; ostendemus: aut ipsas [illegible]a
ratim tanquam in vnum corpus ordinabimus. Deinde vero co[illegible]
firmatio, quam, si quidem rebus ipsi aduersarii contradixerint, ex [illegible]o
bationibus: sin autem consenserint, ex iustis & vtilibus & his [illegible]
bus confirmare debemus. Collocanda sunt ex probationibus [illegible]
mum quidem testimonia, & si quæ nobis ex quæstionibus confessio-
nes fuerint. Demum vero si nullo modo verisimilia ea fuerint, sen-
tentiis & commentationibus: sin autem non omnino verisimilia: pro
babili demum exemplis, & coniecturis, & signis, & argumentis, de
mum vero cōntentationibus & sententiis confirmare debemus. quòd
si verisimilia fuerint, probationes quidem omittemus, iustis autem
Prçoccupatio. quemadmodum in antedictis vtemur. Et hoc quidem modo c[illegible]
mabimus. Post confirmationem autem vbi ea quæ in aduersa[illegible]
sunt collocauerimus, prçoccupabimus eas res quas verisimile fu[illegible]
aduersarios dicturos. & si quidem aduersarii rem negarint, proba-
Quo pacto vtendum legibus. tiones illas a nobis dictas amplificabimus. quas vero illi dicturi su[illegible],
reprehendemus, & extenuabimus. Si vero fateantur & legitima &
iusta esse quæ secundum scriptas leges a nobis inductas ostenderi-
mus, enitendum est vt his simul leges, quas & iustas & honestas &
conducibiles

A conducibiles vniuersæ Reipub.plures iudicarint, tales etiam eas esse
ostendamus. quas autem aduersarii induxerunt, eas contra habere
demonstremus. Quòd si minus commode hæc dici quiuerint, iudi-
ces commonefaciendi sunt, eos non de lege, sed de re iudicare,
quodq; iurati sint secundum leges latas sententiam latum ire, & do-
cea, haud hoc tempore decere leges, sed in constitutis diebus eas
ferre, sed contingerit rem his legibus agitari qua iniquæ esse videan
tur, dicēdum erit non legem rem huiusmodi, verum iniquitatē esse:
cum lex quidem ad vtilitatem feratur, hæc autem afferat ciuitati per
niciem. Dicendū etiam erit haud cōtra leges facturos, si huic legi cō
trariam sententiam tulerint, sed leges potius laturos, ne sit improbis
iniquisq; decretis vtēdum. Oportet autem ad id collectionem affer-
re, quòd nulla lex prohiber Reipub. benefacere: sed improbas leges
authoritate priuare, aliud nihil esse, quam ciuitatem beneficio dona-
re. Quascunque igitur ex his legibus, quæ nullam ambiguitatem cō-
tinent, habuerimus ex talibus præuenientes abunde, contradicere
B poterimus. De ambiguis vero legibus iudices ita senserint vt tibi
expedit, oportet hæc demonstrare. quòd si iudex dicat quemad-
modum aduersarii. condocefaciendus est, legumlatorem non hoc
sensisse quod ab illo dicitur, quodq; conducit ipsis iudicibus legem
ita dicere. Verum si nullo modo possis in cōtrariam sententiam com
mutare, ostende aliud nihil posse contrariam legem dicere, atq; ipse
dicis. Et quo quidem pacto oporteat vti legibus, ex his quæ dixi-
mus abundabis. Summatim vero si peccasse omnino fateantur, & ex
iustis tamen & legitimi partibus defensionem parent, ex his ea sunt
confutatione preueniēda, quę dicturi illi videātur. sin aūt peccasse fa
teantur, & sibi tamen ignosci postularint, sic talia oportet confutare.
Primū quidē dicendū erit deterioris esse moris, quodq; tunc illi cri-
men in imprudentiā reiiciunt, cum se deprehensos intuentur. proin
de si huic ignoscitis, alios item omnes supplicis atque cruciatibus
C liberatiuis. Dic etiam & illud, si eos qui peccasse confitentur, abso-
lueritis, quo pacto inficiantes condemnabitis? Dicendum etiam erit,
etsi imprudenter errauit, non tamen decet me ob huius impruden-
tiam detrimento affici. Præterea dicetur, cum neque legumlator
imprudenter delinquentibus ignoscit, eo neque a iudicibus qui se-
cundum leges iudicant, ignosci iure potest. Ex his igitur atque si-
milibus eos qui sibi secundum postulant confutare poterimus: sicu-
ti etiam ab initio exposuimus. Vt compendio autem vtar, quæcun-
que sint aduersarii dicturi & ad probationē, & ad iuris sui partes af-
ferendas, & ad veniam postulandam, ex antedictis præoccupabimus.
Post hanc autem causam tota est oratio per enumerationem summa
tim repetenda, & breuiter (si fieri potest) iudicum animi in aduersa-
rios quidem vel ad odium, vel ad iram, vel ad inuidiam: in nos autem
ad beneuolentiam, vel gratiam, vel misericordiam commouendi.

Quibus autem rebus hoc fiat, in deliberatiuo genere, in suasionibus & dissuasionibus diximus, ac rursum in defensionis specie ad finem percurremus. Orationis igitur principium in iudiciali genere, si quidem accusemus, ita componemus & ordinabimus. Si vero defendamus, exordium quemadmodum & in accusando constituemus. Eas autem res quarum accusamur, quibusq; accusator scientiam auditoribus fecerit, relinquemus, quibus vero opinionem reliquerit, hasce vbi post exordium proposuerimus, dissoluemus: testesque & quæstiones & iuramenta refellemus, quemadmodum antea audisti. Et si quidem res credibiles fuerint, poterimus ipsarum responsionem in eius quod relictum sit, locum transferre. Quòd si testes per quæstiones fidem fecerint, aut in orationem, aut in negotium, aut in quodcunque aliud fuerit in aduersariis maxime verisimile, ipsorum est responsio transferenda. Si vero aut contra vtilitatem publicam, aut contra consuetudinem accusator te fecisse criminetur, debes defendere id maxime esse vtile, quod ab eo crimini datur: vel si id minus potueris, dices vt neque abs te, neque ab his qui tibi sint similes, aut quòd non hoc modo huiusmodi res geri consueuerit. Probabile igitur ita solues Exemplum vero debes primum, si potes, demonstrare id haud quaquam esse criminationi simile, vel aliud vbi ex contrariis præter verisimilitudinem exemplum ferendum esse. Coniecturam autem potes confutare si dicas quibus causis contraria significare contigerit. Sententias vero atque cõmentationes aut improbabiles aut ambiguas ostendas oportet. Signa autem non eius solum, cuius ipse sis accusatus, sed rerum plurimarum signa esse ostende, & ea quidem quæ ab aduersariis dicta fuerint, in contrarium aut ambiguum conuertẽtes, poterimus hoc modo improbare. Si vero quorum nos accusator criminatur, ea fecisse fateamur, idque ex iusti & legitimi partibus defendere pergamus, magis legitimas res nostras, iustioresq; demonstrare elaborabimus. Quòd si minus commode fieri potuerit, ad imprudẽtiã casumq; de fugiemus, iacturasq; paruas esse ostendemus, & ignoscendum nobis esse argumentabimur, demonstrantes quam omnium quidem hominum per imprudentiam delinquere commune sit: sed afficere iniuria improborum esse proprium. Dices etiam & æquum & bonum esse & iustum & conducibile his ignoscere qui per imprudentiam deliquerint. neminem enim omnium scire, si quid aliquando sibi huiusmodi euenturum sit. Ostendendum est etiam si quid aduersarius ipse aberrauerit, & veniam tamen consecutus sit: Post hæc ex præoccupationes sequũtur quę ab aduersariis dictę sunt. harum igitur alias satis superq; a rebus ipsis soluere poterimus. Sed si calumnietur scriptas nos orationes recitare, aut quo eas recitemus meditari, aut mercede conductos patronos fieri, ad hæc talia contrauenianius oportet, dissimulandoq; dicamus minime omniũ lege prohiberi aut se scripta,

De defensione.

A aut illum non ſcripta loqui. lege nāq; talia patrare non permitti, lo
qui vero vt quiſq; velit, facile ſini. Dicendū quoq; erit vſq; adeo ad
uerſarii delicta vel ipſius eius ſentētia permagna eſſe, vt exiſtimet
me nunquā digne in ſe accuſando ſatisfacere poſſe, niſi quę dicturus
eſſem, & antea ſcriberē, ac multū temporis meditatus ſim. Ad ſcripta
rum igitur orationum calumuias ſic occurrere poterimus. Si vero
dixerint nos diſcere meditarique dicendi facultatē, confitebimur id
quidem, dicemusq;, nos quidē quos ais diſcere, neq; calūniatores,
neq; contentioſi certe ſumus. tu vero qui oratoriā tenes, cum hoc tē
pore, tum ſępe alias nos calūniis circunuenire deprehēſus es. Quare
conducere ciuibus videtur, vt & ille oratoriā diſcat. non. n. ſic ma-
lum neque inſimulatorem eum fore. Eodem quoque modo ſi quis
nos mercede conductos cauſarum patronos dicat, & fatebimur, &
cauillabimur, huiusque rei authorem accuſatorem noſtrum ac reli-
quos demonſtrabimus. Mercedum autem ſpecies diuidemus, dice-
B musq; alios pecuniis, alios gratis, alios ſuppliciis, alios honoribus ad
uocatos aſsiſtere. Te igitur gratis id obire muneris oſtēde: aduerſa-
rium vero dicito, ne paruo quidem pretio aduocatum aſsiſtere. Eum
nanque vt aliquid argenti iniuſte capiat, non aut ne perſoluat, in iu-
dicium ire. Idem quoque modus ſeruandus eſt, ſi quis nos aut ali-
quos edocere dixerit, qui controuerſiis apud iudices vtantur, aut iu-
diciales orationes conſcribere. nam & alios omnes oſtendes pro viri
bus adiumento amicis eſſe, & docendo quidem, & conſulendo: & arti
ficioſiſsime in huiuſmodi rebus occures. Oportet autem & circa in-
terrogationes atque reſponſiones, quot in huiuſmodi ſpeciebus
inciderint, ne nos negligentia vlla capiat, ſed quæ reſpondeo,
concedantur, quæque negentur, ſunt conſideranda. Conceſsio-
nes igitur ſunt huiuſmodi, Mihi filium enecaſti. enecaui equidem:
nam ille in me prius diſtrinxit gladium. Filium mihi pulſaſti. pulſaui
C equidem: iniuria enim in me prius manus iniecit. Mihi caput confre-
giſti. confregi equidem: nam noctu impetū in meam feciſti domum.
Tales igitur conceſsiones legibus freti nonnunquam facimus. Hu-
iuſmodi vero negationes legem declinant. Mihi filium occidiſti: non
ego quidem, ſed lex occidit. Hæc autem omnia ita oportet reſponde-
re, cum duarum legū altera iubet hoc faciundum, altera non vetet.
Quę igitur in aduerſarios dicēda ſunt, ex his omnibus colliges. Poſt De iteratione.
hæc autem eorum quæ ante diximus iteratione breuis eſt admoni-
tio adhibenda. Ea vero eſt vtilis omni tempore. quamobrem & ſin-
gulis in ſpeciebus ea iteratione vtendum eſt. Verum in accuſationi-
bus maxime & defenſionibus ea congruit. Itidem quoque in ſuaſio-
nibus atque diſſuaſionibus. Neque ſolum ea hic commemorare quæ
ante diximus quemadmodum in laudando & vituperando, verum
etiam animos iudicum in beneuolentiam noſtram conciliare, & in
aduerſarios concitare debemus. Hanc vero iterationem in oratio-

nis partibus postremam constituimus. hæc enim facit vt reminis- ris summatim quę dicta sunt enumerando, aut ratiocinando, aut in terrogando, tua quidem quæ optima sunt: aduersariorum autem, quæ nequissima, si quidem interrogationis figura vti volueris. cuiusmo di autem vnumquodq; horum sit, ex iis cognoscere possumus, quæ superius dicta sunt. In beneuolentiam vero nostram iudices con- ciliabimus, & in aduersarios concitabimus ex iis beneficiis, vt etiam in deliberatiuo genere summatim ostendimus, quibus nos aut ami- ci nostri ipsos a quibus iniuriam suscipimus, ipsorumue necessarios, seu iudices ipsos, vel eos qui eis curæ sunt, siue affecerimus, siue affi cimus, siue sumus affecturi, & si ipsi dixerimus nunc tempus esse refe rendarum pro susceptis beneficiis: gratiarum. Et si eos in commi se rationem, si opus fuerit, adduxerimus. Hoc autem eo facimus, quo nostram in auditores beneuolentiam demonstremus, & quam indi- gne ob ea quę male passi fuerimus aut patimur, passuri ue sumus, miseria premimur, nisi hi nobis adiumento fuerint. Si vero nihil nobis adsit huiusmodi, commemorabimus quibus bonis priuati fue rimus, aut priuamur, aut priuabimur, vbi iudices non neglexerint seu vt nunquā boni quippiā nacti fuerimus, aut nanciscimur, aut na- cturi sumus, nisi ab iis auxilium meruerimus. Ex his nanq; commi- sera-ione nos dignos constituemus, & auditores nobis cōciliabimus. Aduersarios vero calumniis circunuentos in inuidiam & odiū apud auditores ex horū contrariis adducemus, cū ostenderimus ab iis aut horum amicis auditores ipsos ipsorum ue necessarios mali quippiā indigne passos, aut pati, aut passuros. Ex huiusmodi enim rebus ad odium & iram in aduersarios rapientur. Sin autem hæc fieri com- mode nequiuerint, ea in vnum redigemus, quibus auditores in ad- uersarios ad inuidiam cōcitemus. Inuidia nanq; propinqua est odio, his autem summatim inuidebitur, si eos indigne fortunatos, & ab au ditoribus animo alienos ostenderimus percurrentes quam multa bo na iniuste passi fuerint, aut patiuntur, passuri ue sunt. Aut quam nunquam nullius boni indiguerint, vel indigent, vel indigebunt: aut quam in nihil vnquam mali inciderit, seu incidunt, seu incident, nisi nunc a iudicibus puniantur. Ex his igitur rebus auditorū nobis animos ad beneuolentiam in conclusionibus constituere, & in aduer sarios contra commouere poterimus. Ex omnibus vero supradi- ctis accusationes defensionesq; quam aptissime ordinabimus.

De Quæstionibus. *Cap. XXXVI.*


Verendi aūt spēs separatim quidem ipsa raro cōstituitur, sed aliis spēbus cōmiscetur, & aduersus contradictiones maxime est vtilis. Verūtamen ne huius nos ordo lateat, si qn̄ vel oratio, vel vita hominum, aut actio, aut ciuitatis ad

A ministratiò quçréda cõtingeret, item ét hac de parte summatim per currã. Est igitur quærentibus eodem quasi modo exordiendũ, sicuti etiam calumnia circumuentos oportere docuimus. Quare cum ido neas in principiis causas attulerimus, quibus id rectè facere videa mur, ita ad quærendum veniemus. Causæ autem congruent in ciuilibus quidem conuentibus, quòd aut contentione quadam, quin potius ne auditores lateat, id facimus: demum quòd nobis hi prius molesti fuerint. In priuatis vero vel inimicitias vel paruas eorum qui quæruntur consuetudines, vel in eos ipsos beneuolentiam, vel vt quę agunt remittentes, non amplius hæc faciant, proferre oportebit. In publicis autem, si legitimum & iustum & publicam vtilitatem proferemus. Ex iis autem & his similibus exordio constituto, ac singulis deinceps propositis, aut dictis, aut gestis, aut cogitatis quæremus, eaque demonstrabimus & iustis & legitimis, & priuatis & publicis vtilitatibus aduersari. Et omnia demum considerabimus, si quo in loco ipsa sibi vel moribus proborum hominum, offi-
B cius ue dissentiunt. Sed ne in singulis enarrandis longiore vtamur oratione, quo pluribus illustrium studiorum aut rerum aut Verborũ aut consuetudinum res eorum quos quærimus, aduersari ostenderimus, eo ipsos obscuriores apud auditores constituemus. Opus est autem non tristi & acerbo quodam, sed miti mansuetoq; vultu quæramus. Hoc enim modo verisimiliores reddentur apud auditores habitæ orationes, & oratores ipsi nullum de se relinquent insimulationi locum. Vbi vero diligenter omnia quæsieris, atque amplificaueris, orationis exitum breui iteratione terminabis, & vt eorum quæ dicta fuerint auditores reminiscantur efficies. Has igitur species vbi hoc pacto constituerimus, pulcherimme ipsis vti poterimus.

Peroratio antedictorum omnium per enumerationem, & amplificationem. Cap. XXXVII.

C



Opus est præterea orando, & scribendo in id quam maxime enitantur elaborem usque, vt pro rerum natura verba accommodemus, & ita nosmetipsos trita consuetudine iis cunctis exerceamus, vt eorum vsus nobis in promptu sit, atque vt ex arte quidem dicere possimus, tum in priuatis publicisque disceptationibus, tum iis etiam in sermonibus quos aduersus alios habuerimus, plurima hinc & artificiosissima adiumenta suscipiemus. Elaborandum est etiam, vt non circa verba orator duntaxat, verum etiam circa vitam, quam antedictis speciebus exornet atque magnificet, suam diligentiam omnem studiumque accommodet. Nam vitæ compositio & ad suadendum, & ad boni & æqui viri existimationem adipiscendam conducit plurimum. Primum igitur diuidendæ sunt secundum omnẽ di-

ſciplinę diſtributioné, qd primũ, quid ſecundũ, quid tertiũ, qd quartum tractandũ ſit. Demũ ea tibi ſunt preparāda, quę circa auditores atten[illegible]itur, de quibus in exordiis docuimus. Enimuero beneuolétiā a perſona tua captare poteris, ſi promiſsis inſiſtas, & eoſdem amicos in omnem vitam tueare, neque in aliis actionibus incõſtans eſſe, ſed iiſdem ſemper vti videare. Attenti autem fient auditores, ſi his in negotiis verſeris, quæ & magna & honeſta ſunt, multiſque conducant. Cum vero beneuolos auditores reddideris, vbi ad negotiorum expoſitionem abs te deuentum eſt, quæcunq; propulſationem malorum, bonorum autem continent exhibitionem, faciie apud illos admittuntur: quæcunq; vero ſecus ſunt, reiiciuntur. Sed pro celeri & aperta & veriſimili narratione hęc ſunt tibi faciunda. Celeriter autem abſolues, ſi non omnia volueris ſimul agere, ſed prius primo, & quod reliqui eſt deinceps. Dilucide veró, ſi non ſtatim relicta actione in alias res prius tranſieris, quam illam abſolueris. Veriſimiliter autem, ſi nihil a tuo more alienum agas. item ſi non eoſdem finxeris & inimicos tibi & amicos eſſe. Ex his autem ꝓbationibus eas aſſumemus, de quibus itá ſciētiam ad perficienda negotia tenemus, vt eam aliis interpretari & explicari poſsimus. De quibus autem ſcientiam non habemus, eas prout ſæpius accidere ſolent, adſumemus. tutiſsime nanq; in huiuſmodi rebus egeris, ſi cõſuetudinem ſecutus fueris. In certamine vero contra aduerſarios, ſi quidem oratione contenditur, ex iis quæ dicta ſunt noſtram confirmationem faciemus. Sin vero contractibus hoc facimus, ſi ſecundum leges & non ſeneptas & ſcriptas, cum teſtibus quam optimis, ac tempore præfinito eos confecerimus. Ex concluſione vero eorum quæ dicta fuerint reminiſci auditores faciemus, ſi quę geſta ſunt, ſummatim rurſum dicemus. Ex his aũt quę agimus, ita cõmmonebimus, quandocunq; eadē negotia vel ſimilia prioribus tractemus. Beneuoli aũt nobis erunt auditores, ſi ea geſſerimus quibus aliquid beneficii ſuſcepiſſe aut ſuſcepturi videbuntur. Magnas aũt res geremus, ſi ea negotia tractauerimus quę multorum ſiut bonorum cā. Hoc igitur modo quæ ad vitam pertinent, pręparanda ſunt: ex priore autem inſtituto circa orationé eſt exercitatio adhibēda. Sacrificia vero vti præmiſſum eſt, faciemus ad Deos quidem pie, ad ſumptus aũt moderate, ad ſpectacula vero ſplendide, ad ciues aũt vtiliter. Et ad uerſus immortales quidē Deos ea habebunt pie, ſi patrio more ſacrificemus: ad ſumptus aũt moderate, ſi non quæcunq; miſſa fuerint, ab his qui ſumptibus præſunt, conſumātur: ad ſpectacula vero ſplendide, ſi magnifico ſint apparatu conſtituta: ad ciues aũt vtiliter, ſi & equites & grauioris armaturæ pedites belle inſtructi pompam celebrent. Quæ igitur hoc mõ mortales in Deos fecerint, pie certe fecerint. Eos aũt amicos cõparabimus, qui ſint nobis moribus nõ diſsimiles, & quibus eadem quę ēt nobis cõducāt, & quibus magnis in rebus cõmunis nobiſcũ fortuna

A ßr.talis enim amicitia perdurat maxime.Socios aūt eos facere debemus,qui & iustißimi sint, & nō mediocri valeāt potentia, & in proximo habitent.hostes autem faciemus qui horum sint contrarii. Suscipiendum aūt bellum in eos est,qui rem publicam,aut eius siue amicos siue socios iniuria violare moliuntur Præsidia autem habeamus oportet aut nostra,aut sociorum aut hospitum cā.& primo quidem nostra,demum sociorum,tertio vero hospitum. De tributis aūt id quidem est optimum,quod a priuatis prouentibus ac poßeßionibus proficiscitur:scd̄m vero a censibus:tertiū aūt a pauperibus qui sua corpora ministeriis præbent,ab opificibus aūt arma,a locupletibus vero pecuniȩ. De administraeione aūt reipublicæ popularis quidem principatus est optimus,in quo leges optimatibus honores distribuunt. plebs vero neq; dandis priuatur suffragiis,neq; ferendis quidem sententiis.proxima vero illa est,in qua leges a ditioribus affici cōtumelia plebem non sinunt.Principatus aūt paucorum duo sunt genera.
B aut enim est ex amicitia & societate quadam, aut censibus. Necesse aūt est socios faciamus, cum ciues minus ex sese potentes sunt, qui rum solum,tum oppida tueantur,aut hostibus repugnent.Est autem societas omittenda,cum aut eam facere non sit opus,aut socii lōge a nobis distent,neq; potentes sint qui opportune adsint. Ciuis aūt bonus est,qui amicos ciuitati vtilißimos cōparat, inimicos vero & paucißimos & infirmißimos,quique sine vlla priuatorum bonorum publicatione prouentus comparat quam plurimos, & qui sese iustißimum præbens,eos in quæstionem agit, qui rerum publicarum aliquid per iniustitiā violāt. Largitionibus vero vtūtur oēs, aut quoniā aliquid inde sperant commodorū,aut quo susceptorum beneficiorū gratiā referant.Obsequūtur aūt omnes aut lucri,aut honoris,aut voluptatis, aut timoris gratia.Commutationibus vero vtuntur omnes aut sponte,aut inuite.omnes enim actiones,aut vi, aut suasione, aut fraude,aut occasione perficiuntur In bello aūt vincitur aut fortuna,
C aut corporum multitudine,robustitate ue,aut pecuniarum copia,aut opportunitate locorum,aut virtute sociorum,aut consilio & calliditate imperatoris.Socios vero delinquēdos putant aut maiore vtilitate,aut belli solutione.Iuste autem agere est communes sequi vtilitatis cōsuetudines,pare legibus,priuataq; pacta seruare.Conducit aūt corpori quidem bona habitudo,& formæ dignitas,aut vires,& bona valetudo.animo vero sapientia,prudentia,fortitudo,temperātia,iustitia his aūt vtrisq; pecuniȩ & amici. Inutilia vero sunt horū contraria. plurimum vero vtilitatis affert bonorum ciuium multitudo.

Obserua candide lector,quod Epitome hoc Rhetoricorum, inter logicalia Auerrois Epitomata delitescebat, nos autem vt studiosorum commoditati incumbamus, hoc in loco apponi curauimus, veluti cætera suis locis ordinari studuimus.

EPITOME IN LIBRVM RHETORICES AVERROIS CORDVBENSIS ad Rhetoricam persuasiuã attinens. D

De Rhetoricis persuasiuis.



Ostquam expleuimus sermonem de syllogismis topicis, quantum iuuat verificationem, loquemur de rebus persuadentibus & secundum quantitatem, qua persuasionem adipisci faciant. Euidens autem est, ꝙ persuasio sit opinio preualens, ad quam anima acquiescit. & cum hoc imaginatur illius contradictorium. Iam autem in prehabitis definimus quid sit opinio. Res vero agentes persuasionem scrutinio, & inductione, apparet ꝙ primo diuidantur in duas partes. Quarum vna est ex ipsis orationibus. Et secunda ex rebus, quę deforis sunt, quę nõ sunt orationes, sicut sunt fides et testificationes. Et similiter ẽt scrutinio videtur, ꝙ sermones, quibus vtuntur orationes diuulgatę, diuidantur in duas partes, in exempla, & argumentationes, quę dicuntur in hac arte signa: hoc autem fit, quando vnum illorum presagitatur alteri acceptionem alicuius nominis, dicendo, fac hoc, quia predecessor fecit illud, & iuuit eum, sicque persuadebit illud exemplo. Aut dicitur, quando sic est, concluditur sic. & sic in singulis rebus, de quibus est oratio. Et ex quo E iam notũ est, ꝙ hic modus orõnis vtatur his duabus spẽbus sermonũ, loquemur de vtrisq; primo: deinde postea procedemus ad sermones de aliis psuasionibus: hi enim fuerunt veriores, ꝙ persuadeant quã illi, & priores naturaliter illis.

De Signo.

Dicimus autem, ꝙ signum sit syllogismus concludẽs secundum initium opinionis preoccurentis omnibus, aut maiori parti hominum. Initium autem opinionis preoccurrentis est opinio, quam dũ aliquis vir offendit, occurrit ei de illa coniectura preualens, cui animus acquiescit, priusquam videat illius [illegible] nem. Sillogismi autem concludunt secundum initium opinionis preoccurrentis, aut propter suas formas, aut propter suam materiam. Propter suas quidẽ formas concludit secundum initium opinionis, sed propter suam materiã est & sua premissa vera secundum initium opinionis. Formę autem syllogismorũ cõcludunt secundum initium opinionis, quando negligunt illas. & subtrahunt ab eis aliquam rem, quam est necessitas illationis, secundum modũ vulgi est, ꝙ obseruent illam interloquendo ad seinuicem. Et ideo conuenit, ꝙ consideremus hanc rem in vnaquaq; specie syllorum, quos numerauimus numerando namq; hanc, euenint nobis spẽs oĩum syllorum rhetoricorũ ex parte suarum formarũ.

De Formis signorũ rhetoricorum.

Et dicimus, ꝙ ex illis, que exacta sunt, paret, ꝙ illud, quod agit necessitatẽ illationis in prima figura, est premissa vniuersalis id aũt, qd facit cõbinationẽ, F est, ꝙ premissa minor sit affirmatiua. Hoc aũt sic existente, quando subtrahemus premissam maiorem, figura redditur oratoria, aut similiter, quando capitur indefinita: sed illius defectus est magis oratorius, quoniã iam intelligitur illius defectus, ꝙ illa sit imperfecta, quia non est in ea locus contradictionis, & ꝙ illa sit notę diuulgationis nimium eo modo, quo faciunt artifices demonstrationis. Et similiter aliquando est rhetorica in quibusdam ob defectum minoris, aut ob acceptationem illius negatiuę. In secunda vero, & tertia figura fit propterea, quia in eis non est premissa, quę faciat acquirere rem in conclusione notã ab initio rei, quæ aliquando est minor, & aliquãdo est maior. Et similiter est in premissis, quę faciunt combinationem, non nocebit si in ambabus ostendemus duas premissas simul, sed conuenit, quando hoc fit, & non deest vna illarum, ꝙ capiantur ambę indefinitę: sin aũt, non remanebit in eis oĩno locus contradictionis. Et iterum ex speciebus combinationũ non concludentium est, q creditur in initio opinionis, preter ꝙ ita secundum veritatẽ: & hę species sermonum ẽt sunt persuasiuę sc᷑dm suã formã. v.g. ꝙ componantur ex duabus affirmatiuis in sc᷑da figura. Et spẽs concludentes in tertia figura, dũ sunt duę cõclusiones vles, sunt huius spẽi, sed conuenit cũ hoc, ꝙ non explicet in eis signũ, & sumantur indefinitę ad construendũ in eis latentiorem locũ contradictionis

A Syllogismi vero conditionales, quidam sunt coniuncti, & quidam disiuncti. Cō iunctus quidē est signū, dū adhoc remanet in eo locus ad contradictionē. Et tim ostensum est in lib. Prior, ꝙ ille sit concludens, dū fuerit perfectę illatio. nis, & repetitū in eo fuerit ostēsum ꝑ syll'm cathegoricū: si aūt fuerit repetitū in eo per se notum, iam necessario coniunctio est ex eis, quę oportet ońdere: & ostensum est ibi, ꝙ repetitū in eo est per quodcunq; aňs, aut cōsequēs qd' cōti gerit, neq; quęcunq; res ex illis contigerit est ipse concludens, quando aūt hoc ita fuerit, ergo hęc spēs syllogismi erit signū, dū subtrahemus ab eo partē istarū conditionum, sed prius, quo ponatur persuadens, est, ꝙ subtrahatur repetitū in eo, & iam redderetur persuadens, quando per ipsum concluditur quodcunq; cō tigerit aňs, aut cōsequens, aut eorum contradictoriū. Sed in illo, qui non fuerit verę illationis, conuenit cum hoc, ꝙ non exprimat repetitum pro maiori parte ob timorem & metū, ꝙ putet aduersarius eum, sicuti qui repetit consequēs, & concludit aňs, aut repetit oppositum aňtis, & concludit oppositum consequentis. & aliqn̄ in tali exprimitur repetitum & fit oratio persuasiua, sicut est sermo quorundam Antiquorum dicentium: sit ens, sit genitum, habet principium, sed non gignitur, ergo non habet principium. Galenus aūt, & multi Aňalytici vtū tur hac spē syllogismi ad ostensionē illius, cuius causę operationum aīalis igno rantur. v.g. dicendo dū aufertur os reflexum aufertur vox, sicque ergo dum inuenitur os reflexū, inuenitur vox: & non sequitur, sicut illud, dū aufertur aīal,

B aufertur hō, & non sequitur ex inuentione aīalis inuentio hoīs. Quādo vero cō cludens erit verus, est, sicut ꝙ sit oppositum consequentis, aut ipsummet aňs. Oportet itaq; ꝙ nō exprimatur in illo repetitū: sin aūt, nō remanebit in orōne locus contradictionis, nisi insinuetur cōiunctio, & nō exprimat ipsam. Disiūctus vero aliqn̄ redditur persuasiuus, qn̄ nō cōplentur oēs cōtradictiones in eo, dum fuerint plures quā duę, neq; cōplētur in eo oīa repetita. Si vero auferē repetitū in hoc syllogismo, non redditur persuasiuus, sed dū hoc fecerit, remanebit in forma illius, per quē quęritur ostensio vnius contradictoriorū, qn̄ qō diuidit̄ in ea. Exemplū aūt illius, in quo nō cōplētur oīa cōtradictoria, est sermo Abualmaphal in libro quē directionem appellauit, dū voluit destroere generationem ex elemētis, dixit: Si inuenire? genitū ex quatuor elemētis, nō euaderet quin hoc sit aut qa corpora penetrāt se mutuo, adeo, ꝙ corpora cōgregātur, simul in vno loco, aut hoc erit, quia vnūquodq; illorū stat in seipso. accipiamus itaq; ambas has spēs esse falsas: sicq; falsum est, ꝙ inueniatur elemētū plusquā vnum, ex quo generetur aliqd' vnum ens. Ex hoc aūt sermone cecidit vnū cōtradictoriū qd' debeat poni in syllogismo, videlicet ꝙ sit generatū scd'm modū mistionis, sicut vr̄ in oxymelle. Spēs vero, quę incipit a negationibus, & desinit in nega

C tiones, erit tm̄ persuadēs, qn̄ subtrahemus repetitū, et ońdemus cōclusionē, qn̄, n. de esset repetitum, & cōclusio simul, nesciret audiens quā rē intenderas cōclu derr. impulē aūt est inuenire repetitum, quod ońdat quācunq; rē contigerit ēt apud initium opinionis: sed semper repetitur in illis affirmatiuū, & concluditur negatiuum. quando autem fecerit hoc, non remanebit locus persuadens.

Syllogismus vero contradictorij, qn̄ volumus, ꝙ reddatur persuasiuus, fit, ꝙ exponatur locus dubij & improbabilis consequentis in eo, & notemus pro positionem, ex qua sequitur falsum, & per illam ostendetur, dum oblatio non fuerit manifesta. v.g. dicendo, si non omnis homo est sensitiuus, non omne animal est sensitiuum: quia omnis homo est animal: hęc enim consecutio est in tertia figura. Hę itaq; sunt species signorum ex parte suę formę quę sunt species syllogismi simpliciter.

Diuisio vero suarum specierum ex parte suę materię, oportet, ꝙ accipiatur ex parte, qua secundum se pręmissę diuiduntur in ipsa: & pręcipue pręmissa maior, quatenus ipsa facit acquirere conclusiones. minor vero potest capi vt contigerit, cum sit rhetorica, aut diuulgata, aut aliter. Et dicimus, ꝙ pręmissa facta hic in hac parte orationum, & maxime ipsa maior, est vt capiatur ex parte, qua est diuulgata in initio opinionis communis. Iam autem definiuimus in exactis, quid sit initium opinionis communis, sicut ꝙ pręmissę topicę vtun

De syllogismis Conditionalibus.

De syllogismo Contradictorij.

De spēbus signorum ex parte materię.

tur illis, quatenus sunt diuulgatę secundum veritatem, & sicut diuulgatę con-
tingit, ꝙ sint verę, & ꝙ non sint, sic pręmissę, quę sunt in initio opinionis cōtin- D
git per accñs, ꝙ sint diuulgatę aut verę, & nō contingit, nisi ꝙ ipsę vt accipiā-
tur, inquātū sunt diuulgatę in principio opīonis, sicut pręmissę topicę accipiunt,
inquantū sunt famosę scdm veritatē solū. Famosę aūt, quę sunt in initio opinio-
nis pręoccurentis, variātur in enuntiationes receptas, & sunt pmissę, quę sumū-
tur vles in initio opīonis pręoccurrētis, & in res sensatas, quę accipiūtur indicia
aliarū rerum in initio opīonis etiā. Quędā aūt horū inditiorū sunt, quę sumunt
inditia essēdi rē simpliciter sicut est nos accipere vas vacuum inditiū vacuitatis,
& quędam sunt, accipiuntur inditia essendi prędicatum in subiecto. Hęc autem
dum fuerint vliora ꝙ̄ subiectum, & magis propria ꝙ̄ prędicatum, aut ęqualia
illis, componitur in prima figura, & appropriatur apud Antiquos nomine indi-
tij. Si autem fuerit vniuersalius duabus extremitatibus, componitur in secunda
figura. Si autem fuerit magis particulare componitur in tertia figura, & am-
bo hęc appropriantur apud Antiquos nomine signorum. Hæc autem inditia,
quę sumuntur hic, aliquando sunt res posteriores sicut passiones, & aliquando
sunt priores, sicut sunt causę. Et vtręq; partes istarum propositionum recepta-
rum, & inditiorum aliquando erunt in materijs necessarijs, & possibilibus in
maiori parte, & possibilibus ęqualiter. Receptę vero, quę sunt in materijs ne-
cessarijs, sunt sicut ꝙ cuiq; patienti sit agens, quę vero sunt in materia possi-
bili in maiori parte, sunt, sicut, ꝙ omnis ęger, qui sequitur appetitum suum, & E
non obtemperat dicto medicorum, non sanabitur. Illarum vero, quę sunt ęquali-
ter in possibilitate, exemplum est, ꝙ omne aptius & facilius sit eligibilius: quo-
niam per hoc idem potest argumentari de re ꝙ sit eligibilior. Inditium autē,
quod est in prima figura, & est quod appropriatur nomine inditij in materia
necessaria, est simile illi quod dicimus, luna auget suum lumen paulatim secun-
dum lunarem figuram, ipsa itaque est sphęrica. Quę vero ex illis est in mate-
ria possibili pro maiori parte, est, sicut dicere: ille congregat homines, & pre-
parat enses, & arma, & fortificat mœnia suæ terrę, & non habet inimicum:
sicque ergo vtitur versutia ad rebellionem patrandam in regem. hęc autē no-
est apud Antiquos in iudicio simillimo. Quę vero est in materia possibili ęqua-
liter, est, sicut exemplum dicendi, ille non recessit a suo loco, & superauit suum
riualem, adeo ꝙ successit illi lassitudo: ergo ille est fortis. Aliquando etiam
vtuntur hoc ad euidentiam supra pusillanimitatem, ꝙ ille vir non valeret cum
illo ad fugam. Et hęc inditia primi appellabant coniecturas. Signa vero quę-
dam sunt in materijs necessarijs in secunda figura, vt dicendo, nerui oriuntur
ex crebro, quia radicantur in eo, quod vero fuerit in materia possibili pro ma-
iori parte, est, sicut dicendo, ille percussit inimicum ob terræ iniuriam: ille a-
scenderat ad mœnia, & obuiam factus est ei ipse inimicus: significans autē F
iniuriam est hic actus. Illud vero, quod est in materia possibili ęqualiter, est,
cuius vis est vis inditij, quod fit in hac materia, ex quo vis vniuersalium in hac
materia est vis particularium. Particulares autem conuertuntur, & redeunt
in primam figuram; & quando fiunt res vniuersales non sunt magis falsę, nisi
secundum falsitatem particularium. Antiqui autem abijciunt hanc speciem si-
gnorum, quę sunt in hac materia. Inditia vero, quę sunt in tertia figura in
materia necessaria, sunt, sicut dicimus ꝙ, tempus sit orbis sphęricitas: quoniam
omnes res sunt in tempore, & iterum omnes res sunt in orbis sphęricitate. Illa
vero, quę sunt in materia possibili ꝓ maiori parte, sunt, sicut, exempli gratia di-
cere, philosophi sunt studiosi, quia Socrates philosophus est studiosus. Quę ve-
ro sunt in materia possibili ęqualiter, causa abijciendi illa est ipsamet causa
abijciendi ea in secunda figura. Conuenit autem, ꝙ sciamus, ꝙ hęc diuisio non
sit essentialis pręmissis signorum, inquantū sunt pręmissę signorum, hoc est sua
diuisio in necessarium & possibile, quoniam pręmissę signi sumuntur ex parte,
qua sunt receptę in initio opinionis, vt diximus, & inquantum sunt signa & in-
ditia ab initio opinionis, non ex quo sunt in materia necessaria, aut possibili.
Illa enim, in quibus sumuntur tales pręmissę, sunt syllogismi demonstratiui,

A hoc est, ꝙ sint, in quibus sumuntur premisse, ex quo sunt necessarie, aut possibiles in maiori parte. Possibiles vero equaliter sunt, que estimantur magis proprie his orationibus, ex quo non vtitur illis ars demonstratiua. hec enim ars, dico artem Rhetorices, non vtitur illis ex parte qua sunt equaliter: quoniam si vteretur illis secundum hunc modum non sequeretur ex eis magis res, quam eius contradictorium, sed vtitur illis ex parte qua cognoscitur vnum illorum modica iudicij inclinatione in initio opinionis. hoc autem est secundum aliquod tempus, & secundum aliquam dispositionem. Quia autem aliqui viri ignorauerūt hanc rem, & abiecerunt, ꝙ hec ars vtatur iudicio in materia equalium, illi estimauerunt, ꝙ non cadat persuasio in illud quod est equaliter.

Ars Rhetorices, et Artis Topices nō habent proprium subiectum.

Hec autem ars, vt dictum est, non habet subiectum propriū, sicut nec artis Topice est propriū subiectū: qm̄ he due artes non sumunt premissas, que sūt in eis in anima, prout sunt extra animā, sed semper iudicant ꝙ predicatū insit subiecto ob diuulgationē ab initio opinionis, aut secundū veritatē, nō quia nature ipsius predicati sit ꝙ insit subiecto, aut nature subiecti, ꝙ et insit ipsum predicatum. & nō solū sumit hec ars premissas, que sunt note diuulgate ab initio opinionis, preter ꝙ apponatur eis modus essendi, sed etiā accipit necessariū secundum ꝙ est possibile in initio opinionis, & similiter ipsum possibile, inquantum sit necessarium. Acceptio vero ipsius necessarij inquantum sit possibile, est, sicut ille,
B qui putauit, ꝙ cœlum possit esse alterius figure, & ꝙ generetur omnis res ex qualibet re, que contigerit. Que vero putantur esse impossibilia, & sunt possibilia, sunt multe res, quas esse non est difficile. Qui vero consyderat credulitates vulgi de illis, licet modus verificationis, quem proponunt, sit ei ab ætate pueritie, est, vt ꝙ omnes res sint possibiles, & ꝙ non sit res impossibilis, adeo, ꝙ sequatur illi, qui hoc dixerit, ꝙ hoc suum dictum non sit necessarium, sicut est dictum in confutatione, Platonis in Socratem, quando Socrates ei dixerat nihil scitur. Plato dicebat ei, ecce rem sciam, videlicet hæc enuntiatio. Iam aūt recessimus ab eo, quo tēdebamus: redeamus autem ad id, vbi eramus. Et dicimus, ꝙ id, quod coegit Antiquos ad diuisionē propōnū signi secundū materiam, sit qa aliqn̄ contingit premissis euidentibus in initio opinionis imbecillitas, & potestas quedā secundum materiam: & ideo premisse, que sunt in initio opinionis, qn̄ cōtingit eis, ꝙ sint ex materia possibili pro maiori parte, sunt vehementioris persuasionis, q̄ sint dum sunt scdm equalitatē. Sicq; iam expositum est ex hoc sermone, que sunt species signorum ex parte forme, & materie, & conuenit, ꝙ loquamur de exemplo.

De Exēplo

EXempli aūt sunt quedā partes. Quedā eorū sunt, ꝙ enuntiemus predicatū inesse subiecto, vel ipsius negationem ab illo, ob illud predicatum inesse simili illius subiecti, aut ob illius negationem ab illo, quando illud esse in si-
C mili, aut illius negatio ab illo fuerit quid notius, sicut dum dicimus, ꝙ cœlum generetur, quia paries generatur. Et quedam illorum sunt, ꝙ enunciemus predicatum inesse subiecto, aut negari ab eo, ob inesse simile illius predicati in illo subiecto, aut illud negari ab illo, quando inesse simile, aut ipsum negari fuerit notius. ver. g. ꝙ enunciemus de cœlo, ꝙ transmutetur, quia mouetur secundum locum. Et quædam illorum sunt, ꝙ enuntiemus predicatum inesse subiecto, aut negari ab eo, ob inesse simile illius predicati simili illius subiecti: aut ob illud negari ab illo, dum inesse simile predicati simili subiecti fuerit magis notum, aut negari ab illo fuerit notius. v.g. mel resoluit, quia zaccharum resoluit. Aliqn̄ aūt est enuntiatio vniuersalis, & simile particulare, sicut dicimus voluptas est mala, quia vinum est malū. Differētia autem inter hoc, & inter inductionē est, quia in inductione verificamus vl'e per particulare, hic vero verificamus vnum per alterum, quia illud sit simile, non quia vnum eorum sit in altero. Simile autem est duarum specierū, simile in re cōi, aut simile secundū respectū. Exemplum similis in re cōmuni est, sicut id, qd̄ premissum est: exemplum aūt similis secūdū respectū est, sicut diximus, rex in ciuitate est sicut Deus in mūdo, & sicut Deus est vnus, sic expedit, ꝙ rex est vnus. In hoc itaq; exēplo, vtcumq; fuerit, nō est enūtiatio vniuersalis de particulari, similiū.n. nō est vnū vnd

uersalius altero, neq; inueniuntur duo similia ex hac parte. Manifestum autem est D
ex eo, quod pręhabitum est in libro Priorum, q; oratio necessario concludens
sit, in qua ostenditur pars per totum. Quando autem hoc ita est, ex ipso exem-
plo non sequitur necessario vnus sermo necessarius, neque est concludens essen-
tialiter. Ver. g. quia quando nos enuntiamus de coelo, q; sit generatum ob ip-
sius similitudinem ad corpora generata per soliditatem, & ęqualitatem, & con
trarietatem, & cętera: coelum itaque in hac oratione est extremitas minor in
vno syllogismo, quod est subiectum quęsiti: generatum autem est extremitas
maior, ex quo est pręedicatum quęsiti: medius autem terminus est soliditas, &
ęqualitas. & cętera. Quando itaque componimus syllogismum, dicimus sic, coe-
lum est solidum, & solidum generatur, ergo coelum generetur. oratio vero dicē
tis, q; solidum generetur, non sufficit, q; sit indefinita, si voluerimus concludere
coelum necessario in illa, nisi, & quousque sumamus ipsum vniuersale, quod est
omne solidum generatur. Sicq; si preuenisset hoc vniuersale apud id, quod sciē
rati sumus quędam solida, eo modo quo consueuit, q; eueniat pręmissę exper-
tę, ostensio per exemplū in hoc esset superflua, nisi caperetur secūdum modū pręuij
apparatus, & directionis ad occursum veritatis de vniuersalitate, licet non oc-
rat nobis veritas ipsius vniuersalis ad sensum huius rei necessario, sed in initio
opinionis. Et tunc ostenditur, q; euctus veritatis vniuersaliter de talibus pręmis
sis nō sit ex sensu, sed ex alio virtute, sensus. n. cōcipit de illis singularia termi E
nata numero, & q; gradus ęstimationis sint secundū suam propinquitatem huic
vniuersali enuntiationi, & ipsius distantiam ab illa. Aestimatio autem vniuer-
saliter est iudicium de vniuersalitate solum sensu. Quia autem imaginati sunt
quidam posteriores loquentiū hoc, quod est id, quod dixit Abualmal, qui ait, q;
faciat acquirere ipsum exemplum veritatem secundū modum directionis & ad
uertentię tantum, sed ex quo ipsum non dicitur de syllogismo vero secundū fi-
guram, oporteret, q; omnes scientię essent principia, sicq; non esset ibi aliquid
quod doceatur per syllogismum, adeo, q; gratia exempli, possibile sit q; liber
Almagesti legatur ab illo, qui non consyderauit omnino res geometricas, & q; no
nitas mundi esset per se nota. Iam itaq; ostensum est quis sit gradus exempli in
verificatione, & in hac arte simile & conforme est inductioni in topica, sicut &
gnum hic est simile, & conforme syllogismo topico. Expedit itaq; post hęc q;
redeamus ad locutionem de rhetoricis, quę non sunt secundū orationem, &
quantum tribuunt de verificatione. Hę itaq; orationes vniuersaliter sunt tredecim generū, quorum quoddam est ex eccellentia dicentis & defectus sui aduer
sarii quia notum est, q; illud faciat hominē adipisci bonam ęstimationē de illo,
& faciat admittere id, quod ille dicit. Et aliquod est pręuius apparatus audien
tium per affectū ad verificationē, prout possibile est in verificatione audiētis F
fectus cogens eius verificationē ex dolore, aut misericordia, aut timore, aut ira.
Et hoc etiam videtur, q; declinare faciat hominē ad verificationē. Et de illis est
allicere audientes per orationes morales, hoc aūt fit, quādo verisimile illis fue-
rit, q; dictū illius admitterent pręclari intellectu, & viri nobilis educationis, &
qui non vtitur deprauata opinione, neq; est peruersus. Et de illis est magnifica-
tio rei, de qua est sermo, & illius purificatio enim, quando magnificatur, anima
erit decliuis ad illam: & e contra, dum pauificatur, recedit anima ab illa, & nō
occurit inclinari ad illā: Et de illis sunt cōciones. Et de illis sunt testificationes.
Et de illis est supplicatio. Et de illis est fideiussio, & pignoratio. Et de illis soli
tudo in eremo & tollerātia laborū, & vita monastica. Et de illis est, q; qualitas
orationis. & vocis, & accentus sit secūdū dispositionē, qua putetur esse rem, quā
proponit confirmare, sicut qui narrat rem terribilem pallescit, & erubescit eius
facies, & eleuat eius vocē. Et de illis est deprauatio sermonū, & ipsorū declina-
tio, & deiectio maioris partis illorū, & eos ponere secundum formam, qua dete-
gat illius turpitudinem, & facilem reddat illius oppugnationem. hęc autem ma
gis ingrediuntur Sophisticā, quā Rhetoricā. Hęc itaq; sunt omnia deforis persuasi
ua: & a suo initio notum est, q; ipsa faciāt adipisci solū persuasionē, in quibusdā
autem illorum lates hoc latentia quadam, Nos autem sermonem faciemus de ve

De Rhetoricis, quę non sunt secūdū orationem.

A hementiore gradu istorum, qui est ipsa attestatio. Vniuersaliter aũt attestatio est narratio quędam. In narratione aũt est narrans vnus, aut plures q̃ vnus. Plures autem q̃ vnus aut erunt vniuersitas quędam, quam possibile est numerare, aut vniuersitas, quę non potest numerari. Rerum autem narratarum quędã sunt sensatę, & quędam intellectę. Narrantes autem res sensatas, aut narrant illas quas viderint, aut narrant quę audiuerint ab aliis, qui sint tales, quales sunt ipsi aut minores, aut maiores eis. Res autem narratę sensatę, aut sunt res pręteritę, quas non senserimus nos, aut sint in præsenti tempore, sed lateant nos. In narratione vero rerum, quas sentimus, non est nobis immorandum, neq; vlla vtilitas. Et si militer putatur, ꝙ sit in intellectis apud artifices, quorum consuetudinis est, ꝙ exponatur in sua arte hęc intellecta. Sed apud vulgus potest esse, ꝙ attestatio agat de illis persuasionem. Et hac de causa inuenimus sectam hominum nostræ gentis, quę appellatur loquentium, ꝙ non sustineant notitiam nouitatis mundi, & essendi creatorem excelsum, & cętera alia ab his ex radicibus legis super attestatione legis solum, sed vtuntur syllogismis. Secta autem, quę Deum cognoscit, abhorret hoc. In narratione autem, & attestatione rerum sensatarum non videmus, ꝙ fortificetur, & debilitetur verificatio per numerum narrantium, & per alias similes res, quę his annexę sunt. Fortioris autem fidei sunt quę eueniunt ex illis, quæ narrauit vniuersitas, quam non esset definire, & dixerint, B ꝙ illi viderint ita. Et similiter quæ narrauit innumerabilis vniuersitas alicui alteri vniuersitati innumerabili, & dixerint, ꝙ sic viderint. Et similiter quando excedit vna vniuersitas aliam, & magis sunt adepti excellentiam illius, quod attigerunt, quando cõuenerint in suo initio & medio & vltimo: impossibile enim esset, aut difficile foret illos cõfundere. Et hęc pars narrationis est, quę vocatur Rora, i. Scriptura sacra. Et euenit huius veritas aliquo modo in missione Moses principis prophetarum, supra ipsum sit pax, & inuentione Sinai, & Horeb, & in cæteris aliis. Conuenit itaque scrutari quomodo hoc eueniat. Veritas enim quædam est essentialiter, & quędam est accidentaliter. Manifestum autem est, ꝙ verificatio essendi rem sensatam primo & essentialiter euenit a sensu: & ideo cui deficit sensus aliquis de est aliquod sensatum a esse autem sensata non adipiscitur solum per sensum, sed etiam per imaginationem eorum secundum ꝙ sunt. Et aliquando etiam euenit veritas essendi sensata essentialiter ex syllogismo, v.g. hic paries est fabricatus, sicq; eius est fabricator, sed nõ peruenit ex eo forma fabricatoris essentialiter. Ad adeptionẽ vero essendi res sensatas, quę penitus nõ sentiuntur, nõ est nobis modus, per syllogismum aliquando euenit veritas essendi eas, sed raro, sicut aliqñ euenit nobis ipsarũ forma de illo qđ fabricatũ est raro. In talibus vero, licet nõ penetret sensus in sua singularia, penetrat tamẽ in sua nomina, aut quę illa significant. Id aũt, quod C hanc verificationem apud maiorẽ partem hominũ, ex legibus & historiis. Sed satis notum est, ꝙ hęc actio sit per accidens, qm̃ veritas illius sequit̃ quod estimarunt, ꝙ sit eius causa, quę est historia vt in paucioribus modo quo causata sequunt̃ suã cãm accidentalẽ. Causa uero adeptionis huius ueritatis, q̃ est per accidens, & quo modo euenerit, nõ est ex his, q̃ oporteat cõstare ex hac scientia, & iam dictũ est de ipsis in libro de Sensu & sensato. Quia aũt quidã viri opinati sunt hoc, conati sunt tradere in historia numerũ, ex quo eueniat veritas essentialiter. & qñ nõ eueniret eis, dicebant, ꝙ eueniat ex se, licet nõ euenerit ad hoc. Hic autem est manifestus error, nam, si aliqs numerus, ex quo eueniret veritas essentialiter, res diuulgatę non se excederent secundum numerum narrantium, & possibile esset, ꝙ hic numerus esset proportionatus, & constaret multitudo veri, & paucitas sunt cõpositę ex combinationibus. Ex quo aũt quidã illorum innituntur apponere in legibus cõditiones, ex quibus eueniat veritas, quę non sint necessarię, dixerunt ex suis cõditionibus esse, ꝙ ex eis eueniat veritas essentialiter. Hęc autem ars vtitur historia, & attestationibus ex illo quod sumitur pro maiori parte, quę est ipsa æstimatio. qđ vero sumit̃ alicui rei, vt in paucioribus, nõ vtimur eo aliqua ars omnino. Diuulgatio vero statutorũ scriptorũ et res notat: id vero, quo euenit de illis verificatio, est ipsorum consuetus vsus.

Consuetudo autem est magni vigoris. Et ideo videbis multos illorum, qui educati sunt in consuetudine stultorum, credentes nouitates fictas, & non possumus D
eos deuiare ab illis. Conuenimus etiam persuasioni attestationis legis, decon & conuentioni virorum legalium de aliqua re ipsius legis. & ideo ex quo (?) mauerunt hoc quidam viri dixerunt, ꝙ scindens congregationem, non sit h(?)ticus. Abuhamadh aũt Algazel locutus est de hac re cõgregationis i principio sui libri de Differentia inter Mauros & Amazonides, d. ꝙ ipse nõdũ cõgregauit quid sit cõgregatio. Contentiones vero sunt in differẽtiis verborũ, sed ma. gis persuasiuũ, in quo sunt cõtẽtiones, est de lasso scindẽte, pmissiones legis. & sunt res, quę videntur homini impossibiles, sed notũ est, ꝙ qñ res est diuina, licet agat sit maxime enormis, non facit adipisci aliquã rem pręter bonam ęstimationem de suo opere, & confidẽtia in illo, & de sua excellẽtia. Iã aũt exposuit Abuhamad Algazel in suo libro inscripto circa hęc, & dixit fides simpliciter in i(?) si, prout eã descripserunt loquentes, est via vulgaris: eggregiorũ, n. via est alia. Sicq; numerauimus hęc in rebus, quę sunt deforis, de quibus ęstimatur, ꝙ ex els eueniat veritas. Rhetorica aũt residui huius est nota. Signa vero sunt n(?) biliora & vehementioris prioritatis, illis. n, vtimur ad confirmationẽ illius fuerit ex his ignotis esse, aut ignotũ esse. v. g. quando pręstãtia loquẽtis nota, que diuulgata, vtimur huius expositione. hoc aũt, fit quãdo aliquis ęstimauerit, qd putauit esse miraculũ, ꝙ non sit miraculũ, vtuntur hoc ad ostendendum hoc esse miraculum, Et similiter est in attestationibus, & iudiciis, & reliquis, quibus E
accidit disputatio de illis. Omnibus aũt his rebus possibile est ꝙ ipsis vtãtur omnibus artibus conïecturatiuis, prout vsi sunt illis pręteriti predecessores, illi coniectabantur, ꝙ esset via veritatis. Arist. vero, ex quo expositę fuerũt sui gradus in veritate, opinatus est, ꝙ opportunitas harũ credulitatũ sit vsus (?) gi, quo vtantur illis inter se in rebus particularibus voluntarijs, de quibus (?) cernit iudicium, ꝙ sint bonę vel malę. Quoniam aũt rerũ voluntariarũ, de quibus iudiciũ decernit, ꝙ sint bonę, aut malę, quędã sunt, quę inueniũtur in homine in se tempore pręsenti, & hę sunt virtutes & vitia: & quędam sunt, quę inueniuntur tempore pręsenti in alio, & est ęquitas, & iniquitas: & quędã sunt, (?) ei inueniuntur pro tempore futuro, & hæ sunt res iuuantes & nocentes: quarum primarum dicitur oratio demõstratiua, secundarũ vero dicitur iudicialis, tertiarũ vero dicitur deliberatiua. homo enim est quodammodo socialis, & ciuilis necessario. Quod aũt fiant orationes oratorię in his tribus generibus, exposuit Arist. tradendo regulas, & res, quibus homo valeat eloquenter dicere de vnaquaq; harũ rerũ perfectissimo modo, qui possibilis est huic rei. Et ideo definiuit hanc artem, ꝙ sit via, qua homo valeat agere persuasionem de vnaquaq; re particulari perfectissimo modo, qui illi conuenit secundum suam naturam. Id aũt, quod diximus de hoc secundum nostrum propositum de eloquentia, satis sit. F

TRACTATVS DE RHETORICA DEMONSTRATIVA.

Auerrois Cordubensis.


Hetorices demonstratiuę sunt quatuor partes. Rhetorica doctrinę, & disciplinę, & rhetorica litigiosa vere, & rhetorica institutionis confictionis, & rhetorica sentatiua. Incipiamus itaq; a rhetorica doctrinę & scientię, & dicamus ꝙ omnis disciplina & doctrina speculatiua non sint apud nos nec actu, neq; in potentia propinqua actui, quę est ipsa reminiscẽtia, nisi veniat ex cognitione pręcedenti nobis in actu. Ex quo scientię sunt d(?) partes, formatio, & verificatio, oportet ꝙ hęc notio pręcedens scientiam sit duarum specierum, notio pręcedens verificationem, & notio pręcedens formationem, Dum autem considerabimus has duas notiones, inueniemus vtranq; (?)

ſtim iternm in duas partes, in agentem, & in dirigentem: agens quidem verifica A tionem eſt præmiſſarum quę ſumuntur in ſyllogiſmo. Dignior autem quę eſt harũ duarum agentium verificationem, eſt pręmiſſa maior, quoniã ex ea pendet in potentia ipſum quęſitum: Dirigens vero ad illam eſt detentio quęſiti in duabus partibus ipſius præmiſſę: dirigens vero ad formationem eſt id, quod ſignificat nomen, Pars autem agens illam eſt terum, ex quibus componuntur definitiones, quas numerauimus in his quæ exacta ſunt. Rerum itaque neceſſariarum ad doctrinam ſunt tres partes. Prima eſt ordo orationis: ordo vero eſt duarum ſpecierum, quarum vna eſt ordo, qui eſt ſecundum naturam, qui eſt dum incipimus a ſimplici ad compoſitum, prout res eſt in arte Medica. Secunda autẽ eſt, quã incipimus a leuiori & diuulgatiori, dum fuerit hoc poſsibile: ſicut inciperemus in arte Geometrię a corpore, deinde procedemus ad ſuperficiem, poſtea ad lineam: & hanc intrat doctrinam, quę dicitur reſolutio definitionis. Rhetorica vero, quę ſit in doctrina, conuenit, ꝙ ſit demonſtratiua, & eſt, quę ſignificatur ꝑ dictiones originales vſitatas, non accommodatas, & ꝙ non ſumamus ad rei intelligentiam ſuum exemplar, aut aliquod ſuorum euentorum. Quantum vero hęc rhetorica vtatur commutatione eſt, ꝙ ferat definitionem vice rei definitę; & orationem vice nominis, & aliquã in quibuſdam locis fert nomẽ notius, vt intelligatur latentius, & ſimiliter aliquando ad rei intelligentiam ſumit ſuum oppoſitum, quoniam rei intelligentia per ſuum oppoſitum ponit ipſam notiorem. B Et ſimiliter vtitur exemplis non ſecundum modum verificationis, ſed ſecundum modum directionis. Ac etiam diuiſio iuuat hunc modũ doctrinę. Expedit autem auferre Rhetoricam litigioſam, & Poeticam. Hę nanque duę orationes non vtuntur dictionibus originalibus vſitatis, neque rebus originalibus, ſed dictionibus commutatis, & accommodatis, & vice rei ſumunt ſuum ſimile, & ipſius exemplar. Et aliquando multi viri errant in hoc, & vtuntur hac in rhetorica doctrinali. Iam autem confutauit illos Ariſ. prout fuit ſermo Platonis de materia ꝙ ſit fœmina, et de forma ꝙ eſſet mas. Hic enim ſermo remotus eſt ab intelligentia ſubſtantię ipſius materiæ. Pręmiſſę autem vſitatę in artibus ſunt quatuor ſpecierum, videlicet propoſitiones, quas ſumere oportet, ſicut ꝙ totum ſit maius ſua parte. Et ſubiectiones, quæ non ſunt addiſcenti notę ab initio rei, neque apud illum eſt contrarium illarum. Hoc autem fit ob multas cauſas: aut quia ille patiatur defectum ſuę ſcientię ob paucitatem ſuorum annorum, aut quia non concedat vniuerſalitatem illarum, vel quia illę indigent, ad occurſum veritatis earum longo tempore: & ideo conuenit quod illæ ponantur in doctrinę principio ſubiectiones ſuppoſitę, quouſq; corroboretur intellectus circa illas. Si vero fuerint diuulgatę apud gentem, cuius eſt addiſcens, ſupponuntur, illi ex quo ſunt intellectę & diuulgatę. Et illarum ſunt ſuppoſitiones, & ſunt illę, quę apud addiſcentem ſunt contra id, quod ſunt apud docentem. Et harum quidem ſunt duæ ſpecies, quarum vna eſt ꝙ res, ad quarum oſtentionem ſumuntur, indigeant prolixitate, ſicque capiuntur ad explicationem rerum, priuſquam oſtendantur per demonſtrationem ob expeditionem facilitatis, & poſt hæc procedetur ad ferendum demonſtrationem de illo, prout in initio libri Euclidis dictum eſt, ꝙ, quando linea cadit ſuper duas lineas, & fiunt duo anguli, qui ſunt ex vno latere minores duobus rectis, illę coincident. Dicimus itaque ꝙ ingreſſus ſit Euclides modo ſuppoſitionis, & proœmij in illam apud initiũ ſui libri. Secunda autem pars eſt, ꝙ res ſit oſtenſa in alia ſcientia, & in ſcientia illa, in qua oſtenditur ſit concluſio, & in ſcientia in qua eſt ſuppoſitio, & pro oſtenſam ſit principium. Et ideo non eſt iter ꝙ proportionetur ad illam ꝙ eam addiſcat, quatenus eſt habens hanc ſcientiam, in qua eſt ſuppoſitio, ſed ſcit illã quatenus habet illam ſcientiam, in qua ipſa verificatur, vt verbi gratia, acceptio Phyſici & Aſtrologi a Geometra ꝙ latus exagoni ſit ęquale ſemidiametro. Et ex illis ſunt deſcriptiones, quibus explicatur nomen illorum, quę notum eſt ineſſe rei notę numeratę in prologis; quę recipere oportet, quando vero non fuerint notę numerabuntur in proœmijs inter ſubiectiones ſuppoſitas.

De litigiosa cõtradictione,

LItigiosa oratione orat, qui patitur ignorantiam rerum secundum modum [illegible] spositionis, & habitus, videlicet, ꝙ ciedit rem aliter q̃ sit, sicut est or[illegible] de parte indiuisibili, & similibus, contra id, de quo est habitus in rhet[illegible] disciplinę & doctrinę. Error autem occurrens in artem est duobus modis [illegible] in sua principia, aut in ea quæ principijs succedunt. Error quidem in prin[illegible] pia est, sicut illius, qui abnegauit naturam esse, aut motum esse in scientia P[illegible] sica. Error vero in ea, quę principijs succedunt, est, sicut illius, qui in [illegible] scientia credit esse vacuum, & esse mouens seipsum. Et iterum errorum qui[illegible] est essentialis, & quidam non essentialis: essentiales quidem sunt, ꝙ affirmetur de re quod est negatum ab in eo quod dicimus essentialiter, aut econtra, hoc est ꝙ ab illa vrgetur quod ei inest essentialiter, sicut ꝙ confirmetur continuo esse vltimum, inquantum continuum est. Non essentiales vero aliquando [illegible] ve- races, & aliquando sunt mendaces. Et ex fallentibus sunt quędam oratio[illegible], vt pręhabitum est, quę vniuersaliter sunt res quæ affirmantur alicui rei, aut negantur ab illa pręter ꝙ illas, & inter illam sit aliqua proportio ex ipsis propo tionibus, quas numerauimus. Hos autem errores non essentiales impossibile est, ꝙ ipsos consideret habens artem illam ex ea parte qua est ex viris [illegible] artis, sicut impossibile est ꝙ consideret errorem occurrentem in principia illius artis. Veruntamen considerat illum, qui occurit in illud quod fu[illegible] edu principio, & cum hoc est essentialis. Ac etiam error aliquando occurrit ex syl logismo, & absq; syllogismo: quando autem occurrit ex syllogismo, conuenit, B ꝙ confutetur syllus & conclusio, q̃m quando breui nos expediremur in confutatione conclusionis absque syllo, remaneret conclusio dubia, q̃m essent duo syllogismi, quorum alter destrueret ipsam, & alter ipsam confirmaret: & tal[illegible] confutationes sufficiunt in arte Topica. R̃ndens enim recipit in se solum obseruantiam positionis pręter ꝙ constituatur de illa ostensio per rationem, sed confutatio syllogismi absq; conclusione est habentis Rhetoricam, quoniam nõ sequitur ex ablatione syllogismi ablatio conclusionis, sicut non sequitur ex ablatione antecedentis ablatio consequentis in syllo conditionali coniunctiuo, quia proportio sylli ad conclusionem est hęc eadem proportio. Syllogismus a[illegible] confutatur, aut ex parte formę, aut ex parte materię, aut ex parte virtutisq;. Ille vero, qui occurrit absq; syllo, ipsum destruet solum res, in quã cadit error, & non est differentia inter syllogismum contradictorij, & demonstrationem conditionalem & confutationem: aliquando enim fit per contradictorium.


De rhetorica constitutionis confictionis.

HAec quidem rhetorica constitutionis confectionis est composita ex his duabus rhetoricis, hoc est, ex rhetorica doctrinę, & ex litigiosa, quando vna earum affirmabit rem, aut ipsam negabit secundum modum demonstrationis, & altera ipsam destruet secundum modum eundem. Et Topicę pote C stati est hic magna iuuaminis collatio, & quasi est hic necessaria.

De Rhetorica tentatiua experimẽti.

SEd Rhetorica tentatiua experimenti est rhetorica, qua exquirit interrogãs, vt fallat in omni arte per errores essentiales in arte ad cognoscendum quãtitatem perfectionis suę in arte illa. q̃m perfectio artis continet quatuor res: quarum vna est, ꝙ cognoscat principium illius artis; secunda autem est, ꝙ ex se excernat ab ea, quod expedit ꝙ ostendatur ab eo, quod non ostenditur in illa arte: tertia, ꝙ remoueat errores essentiales ab illa: quarta autem est ꝙ sit ei potestas ad illam addiscendum. conuenit autem tentatori ꝙ consideret acceptionem interrogationum ex parte qua lateat tentatorem, sicut ꝙ illum interroget principia remota, & per hoc intendat illum fallere, ac ipsum interroget secundum syllogismum compositum, non secundum syllum simplicem.

Rhetorica demonstratiua Finis.



ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS POETICA,

Alexandro Paccio, Patritio Florentino interprete.

Cum Auerrois Cordubensis Paraphrases.

SVMMA LIBRI.

De poesum conuenientia, ac differentiis: Poesis origine, ac incremento: Tragœdiæ essentia, partibus, ac speciebus: Epopœię pariter: Poetarum increpationibus, ac defensionibus: Tragœdiæq; & Epopœię comparatione.

Quod sit operis propositum. Quæ Poesum conuenientia, ac penes imitationes differentiæ. Cap. I.



C DE Poetica, eiusque generibus, quam facultatem singula habeant; & quo pacto, vt recte poesis se habeat, componi fabulas oporteat: ex quot etiam, quibusque partibus constet: de omnibus item, quæ cũque ad hanc viam & rationem pertinent, dicamus, initio secundum naturam sumpto, primum a primis. Epopœia sane, Tragœdiæque Poesis, Comœdia insuper, ac Dithyrambica, tum plerę; illarum, quas ad tibias citharasue accommodamus, omnes prorsus in hoc vno conueniunt, vt imitatio sint. Tribus autem differunt inter se, aut quod genere diuersis imitantur, aut quod res diuersas, aut quod modo diuerso, minimeq; secundum eandem rationem. Vt enim coloribus atq; figuris pleraque quidem ęmulantes imitantur, hi quidem arte, consuetudine illi, nonnulli etiam voce: ita quoque & in dictis artibus accidit. etenim omnes imitationẽ exercent, numero dico, sermone;

harmonia,hisq; vel separatim,vel ,pmiscue.verbi gratia:Harmonia simul & numero tantũ vtũtur illę,quę ad tibias,quę ue ad citharas pertinent:tũ si quę alię sint,quę facultatė huiusmodi sortiantur,vt est illa fistularũ.Numero vero ipso seorsum ab harmonia imitari,saltantium est : quandoquidem hi gesticulationis numerosa varietate mores,perturbationes,actionesq; imitantur. Nudis autem sermonibus, siue metris solummodo Epopœia vtitur, metrorum quidem hastenus.siue mixtis aliquibus inter se, siue generis eiusdem alicuius. Nã quod Sophronis, & Xenarchi mimis commune dicamus , sermonibusq; Socraticis,aliud prorsus habemus nihil:nec item,si quis trimetris , elegis , aliis ue talibus aliquibus imitationem fecerit . Quanquam homines , ipsi metro fingere adiungentes , elegorum fictores hos,hexametrorum illos nominant:non quidem secundum imitationem , sed communiter secundum metrum poetas ipsos appellantes. Etenim si quid medicum,harmonicum ue numeris afferunt, hac same ratione appellare cõsueuerunt. Homero quoq;,atque Empedocli nihil plane pręter metrum cõmune est.quãobrem legitimus quidem ille poeta,hic physicus potius quam poeta,merito vocandus est. Similiter quoque si quis metra permiscens vniuersa , imitationem tamen minime fecerit,vt ipse Cræremon, qui Hippocentaurum omnifariam numerorum mixtum centonem edidit,nõ iam poeta appellandus. De his igitur per hunc modum determinatum sit . Sunt vero qui his omnibus promiscue vtantur , numero dico , harmonia,metro , vt Dithyramborum,Mimorum ue poesis . Tragœdia insuper, atq; Comœdia:quæ tamen hoc differunt, q illæ quidem simul omnibus, hæ vero particulatim vtuntur . Has igitur artium differentias dico , in quibus imitatio fit .

Quoniam vero qui imitantur,agentes ipsos imitantur:hos autem vel probos , vel improbos esse oportet , vt quos duntaxat fere semper ipsi mores concomitentur (etenim per vitium atque virtutem moribus omnes differunt) necesse est(quod etiam pictores faciunt) vel meliores,vel similes,vel deteriores imitari.Polygnotus quidem meliores,Pauson deteriores , Dionysius vero similes effingebat. Ex quo liquido apparet, imitationum supradictarum vnamquanq; tales differentias sortiri,planeq; diuersam euadere,quòd res diuersas ad hunc modum imitetur . etenim tum in saltatione , tum in tibiarum cithararum ue modulatione , huiusmodi dissimilitudines fieri contingit. Similiter quoque & quæ circa sermones & nuda carmina versantur.exempli gratia:Homerus pręstantes effingit,Cleophon similes : Hegemon vero ille Thasius (qui primus parodias scripsit) nec non Nicocharis qui deliadem, viles . Pari ratione & qui per Dithyrambos,& Mimos,vt fatuos,& Cyclopas Timotheus , & Philoxenus vtiq; imitantur. Qua etiam dissimilitudine Tragœdiam a Comœdia differre dicimus : hæc enim humiliores , illa vero præstan-

A tiores quam qui modo sunt. Tertia preterea in his differentia est,
que quisq; modo singula imitērur. fieri enim potest, vt eisdē eadē
diuersa tamen ratione imitemur. aliquando quidem narrantes nos,
alque modo alienam personā induti, (quod Homerus facit) modo
vt iidem ipsi non imutati, aliquando vero quasi negociantes omnes
& agentes introducentes. Atq; in his plane tribus differentiis (vt a
principio diximus) imitatio est, quibus videlicet, duæ, & quo modo.
Quo sane fit, vt ab Homero Sophocles aliquo pacto in imitatione
non discrepet, ꝙ vterque præstantes imitetur: nec item ab Aristopha
nesꝙ vterque negociantes & agentes, vnde δράματα, id est actus ipsos
nonnuli ab agentium imitatione appellari dicunt. Quamobrē Tra-
gędiā, atque Commediam Dorienses sibi vendicant, Comędiā qui-
dem Megarenses, tam hi qui hic sunt, vt eo tempore inuentam, quo
populari administratione eorum respublica regebatur: quam qui ex
Sicilia siquidem ab his poeta Epicharmus prodiit, multo sane prior
B Chonnida, atque Magnete. Tragædiam vero quidam in Peloponne-
so. eiusque rei indicium illi vocabula esse volunt, cum ipsi quidem
κώμας vicos appellari dicant, Athenienses vero δήμους, quasi comędos,
non a κωμάζειν, hoc est, a comessando, sed tanquam errantes perco-
mas, id est vicos, in vrbe despectui habitos, dictos existimant. rursus
hi quidem facere δρᾶν, Athenięses vero πράττειν dicunt. Ac de imita
tionis hactenus differentiis, quot videlicet, & quales hæc dicta sint.

*De ipsius Poetices, suarumq; specierum origine: ipsarum in-
cremento, ac mutatione: Tragœdiæ atq; Epopœiæ
similitudine. Cap. II.*



C Eterum a duabus causis, & quidem naturalibus, videtur
Poetica habuisse originem. Nam & insitum est a natu
ra hominibus a pueris imitari: & differunt a cæteris
animantibus, tum ꝙ aptissimi ad imitationem sunt,
tum quòd primas disciplinas imitando acquirunt. &
vnusquisq; iuxta imitationibus gaudet. Cuius rei, quod in operibus
accidit, argumentum sit. Etenim quæ ipsi cum molestia aspicimus,
eorum imagines affabre factas gaudentes intuemur, vt ferarum for-
mas truculentarum, cadauerum ue. Huius vero ratio sit, ꝙ non solum
philosophis, sed etiam cæteris mortalibus addiscere iucūdissimum
est. quanquam modice in hoc hi communicent: ideoq; huiusmodi
imagines inspicientes gaudent, quoniam ex illarū contēplatione ac
cidit, vt & discant vnumquodq;, & in eis, ꝙ hoc ipsum sit illud, pro
be ratiocinentur. alioqui si veras formas neutiquam inspexissent, nul
lam omnino voluptatem præberet imitatio, pręterquam vel opifi-
cio, vel colore, vel tali aliqua ratiōe. Cū vero nobis natura insita sint

imitatio, harmonia, numerus (metra enim numeri partes esse, sa
tis apparet) ab initio ad hæc maxime facti, ea paulatim promouen
tes ex ipsis quidem temporariis Poeticam genuerunt. in diuersa ve
ro abiit pro vniuscuiusque natura. Vt enim actiones honestas dignio
res, taliumque fortunas imitabantur: ita prauas humiliores, iane
primum conuitiis agentes, quemadmodum superiores hymnis lau
dationibus ue. Ante vero Homerum nullum omnino tale poema
habemus, tametsi plura extitisse credere par est. Extat autem ipsius
Homeri (vt est eo initium sumamus) Margites, & huic consimilia
quibus insuper, quod maxime cōgrueret, iambicum metrum accessit
iambicumq; propterea nunc appellatur, quòd his pleriunque nu
meris veteres ἰαμβίζειν, id est, conuitiari inuicem soliti sint. E vete
ribus aliqui heroici, aliqui iambici poetæ extitere. At vero ipse Ho
merus, quemadmodum præcipue heroicus fuit: (solus enim hic nō
modo recte, sed actionum imitationibus referta poemata cōdidit.)
sic etiam Comœdiæ normam primus tradidit, non quidem probris,
sed ridiculis in actuum formā collatis. Et sane similis in Margite ra
tio. hic enim ita se ad Comœdiam habet, vt ad Tragœdiā Ilias, atq;
Odyssea. Alii vero pro vniuscuiusq; ingenio impulsi, ad alteram tan
tum Poeticæ huius partem animū applicuerunt. sicq; nonnulli loco
iamborum comici, nonnulli loco hexametrorum tragici, vt qui cir
ca sublimiorem, honoratiorem ue dicendi characterem versati sunt,
Tragœdiæ doctores extiterunt. An vero Tragœdia, quatenus atti
net ad ipsa genera, satis adhuc sit absoluta; nec ne, cum id per se iu
dicando, tum ad theatra referendo, alia considerandi ratio est. Cum
igitur a principio rudes essent, planeque informes Tragœdia atque
Comœdia, illa quidem ab iis, qui Dithyrambum, hæc autem (quantū
seipsa aperiebat) ab iis qui Phallica produxerunt, quæ nostra etiam
tempestate in vrbibus non paucis in consuetudinem ex lege recepta
sunt: paulatim auctæ fuere. Sicque Tragœdia diuersis mutationibus
variata, quo ad proprios numeros impleret, tandem quieuit. Tunc.n.
histrionum numerū, ex vno videlicet in duos Aeschylus primus au
xit, & ea, quæ circa chorum sunt, imminuit, sermonemq; primarum
partium instituit: quos Sophocles ipse cū scenę ornatu ad tertias vsq;
produxit. Ad hæc ad magnitudinem ab exiguis fabulis, & ab ridicu
la dictione, satyris exclusis, ad grauem habitum, prouecta, sero tan
dem quieuit, senariumq; metrū ex octonario adoptauit. hoc enim an
tea metro vtebantur, quòd satyrica, magisq; saltatoria Poesis esset.
Itaq; elocutioni iam cōstitutæ natura ipsa proprium adinuenit me
trum. Maxime enim sermonibus aptum alternis iambicum esse, ar
gumento sit, quòd in differendo plurimi sane iambi, rarissima vero
hexametra mutuo in sermone a nobis proficiscūtur: licet etiam col
loquii ipsius harmoniā excedentibus. Ad hęc Episodia quoq; plura,
cæteraq;, vt singula exornata fuisse dicūtur. De his igitur satis: nimis

A enim fortaſſe operoſum ſit in ſingulis immorari. Commœdia autẽ
eſt (vt diximus) peiorum quidem imitatio, non tamen ſecundum
omne vicii genus: quanquam ridiculum a turpi proficiſcitur. Ridi-
culum enim aliquo pacto peccatum eſt, & turpitudo ſine dolore mi-
nimeq; noxia: perinde ac ridicula ſtatim appareat deformis facies,
diſtorta ſine dolore. Igitur de promotione Tragœdiæ, & per quos,
ſatis conſtat: ſecus vero de Comœdia. ſiquidem initio, ꝙ parum ſui
ſtudioſos habuerit, latuit: ſero enim ab Archonte comœdorum cho
rus, vt quiſque ſeſe obtuliſſet, inductus eſt. Eius vero profeſſores,
vbi iam aliquam ſpeciem præſe tulit, memorantur. Quis autem per
ſonas, prologos, hiſtrionum multitudinem, cęteraque huiuſmodi
protulerit, prorſus obſcurum. Cæterum confingere fabulas, quod
quidem a Sicilia primum manauit, Epicharmus, & Phormis cœpe-
runt: ſicuti quoq; ex Athenienſibus Crates, iambica prorſus ratio-
ne omiſſa, in vniuerſum ſermones, vel fabulas confinxit. Itaque Tra
B gœdię Epopœia dunraxat ſimilis eſſet apparet, quòd metrico ſermo-
ne præſtantium imitatio eſt. hoc differt, ꝙ ſimplici Vtitur metro,
quodque enarratio eſt, longitudine pręterea: quoniam Tragœdiæ
quidem intra vnius potiſsimum ſolis, vel paulo plus minus ue perio
dum actio eſt:. quandoquidem Epopœia temporis ſpacio non vrge-
tur. qua ſane libertate in Tragœdiis, perinde ac in hexametris, a prin
cipio vſi ſunt. Circa vero partes, vt hæ ambæ in aliquibus: inter ſe
non diſcrepant: ita propriæ nonnullæ, atque peculiares huius ſunt.
Quo fit, vt qui de Tragœdiæ virtute ac vitio diiudicare nouerit,
idem quoque & de hexametris nouærit: ſiquidem quæ hexametro-
rum ſunt, in Tragœdia prorſus ineſſe apparet: quæ vero Tragœdię,
in his non omnino. De hexametri igitur imitatione, atq; Comœ-
diæ, poſt dicemus. nunc autem de Tragœdia: cuius eſſentiæ defi-
nitionem, veluti iam enatam ex his quæ dicta ſunt, iterum ſumen-
tes, hanc eſſe dicimus.
C

Quæ ſit Tragœdiæ eſſentiæ definitio.
Cap. III.

Tragœdia eſt imitatio actionis illuſtris, abſolutæ, magni-
tudinem habentis, ſermone ſuaui, ſeparatim ſingulis
generibus in partibus agentibus, non per enarratio-
nem, per miſericordiam vero atq; terrorem perturba-
tiones huiuſmodi purgans. Sermonem ſuauem appel-
lo, in quo numerus, harmonia, & melos ineſt: id vero ſeparatim
genere diſtinctum: cum metro tantum quædam abſoluantur, quæ-
dam rurſum melodia.

Quos, & quæ ſint ipſius Tragœdiæ partes quales, & quem inter ordinem ſe habeant. Cap. IIII.



Voniam vero tota imitatio in actione verſatur, primum
quidem apparatum ipſum, partem Tragœdiæ ponere
neceſſe eſt, mox melodiam, & dictionem: vt pote ex
quibus imitationem, conficiant. Dictionem appel-
lo, illam quidem metrorum compoſitionem: Me-
lodiam, cuius omnino vis per ſe ipſa ſatis apparet. Sed quoniam
actionis imitatio eſt, agiturque ab agentibus quibuſdam, quos tum
moribus, tum ſententia tales eſſe omnino oporter, ſicuti quoque &
actiones aliquas eſſe tales dicimus: manifeſtum eſt harum actionum
duas eſſe cauſas, ſententiam & mores: per quas plane vel voti com
potes, vel minime compotes omnes fiunt. Ad hæc actionis imita
tio fabula eſt. Fabulam vero rerum ipſam compoſitionem appello.
Mores, ſecundum quos agentes tales eſſe dicimus: Sententiam ex B
quocunque dicentes vel aliquid declarant, vel mentem propriã ape-
riunt. Neceſſe eſt igitur cuiuslibet Tragœdiæ ſex eſſe partes, ſecun
dum quas talis eſſe nuncupetur. Hæ vero ſunt, fabula, mores dictio,
ſententia, apparatus, melodia. Quarum duæ ad ea pertinent, quibus
imitamur: vna tantum ad id, quo pacto imitamur: cæteræ vero tres
ad ea, quæ imitamur: præter has, nulla. His itaq; illorum non pauci
partibus (vt ſic dixerim) vtuntur. etenim & apparatum totũ ipſum
continet, mores videlicet, fabulam, dictionem, melodiam, ſenten
tiamq; ſimiliter. Horum vero maximum eſt, rerum conſtitutio: cũ
non hominum imitatio ſit Tragœdia, ſed actionis, atq; vitę, tum feli
citatis, infelicitatis ue. Quippe felicitas ab actione pendet: finisque
ipſe actio quædam eſt, non qualitas. Aliqui vero per mores fiunt ta
les: at per ipſas actiones, ſane felices vel infelices. Non ergo vt imitẽ
tur mores, in actione verſantur: ſed per actiones mores complectun
tur. Quapropter actiones, & fabula, Tragędiæ finis eſſe dicuntur.
omnium autem maximum finis eſt. etenim ſine actione Tragœdia
quidem fieri non poteſt, ſine moribus poteſt: ſiquidem iuniorũ non
paucæ morum expertes inueniuntur. Tum poetarum plerique ta-
les omnino ſunt, ut etiam ex pictoribus Zeuxim a Polygnoto differ
re dicimus. Polygnotus enim morum optimus expreſſor fuit: con-
tra Zeuxidis pictura mores minime referre videbatur. Si quis prete
rea ordine moratos ſermones, dictiones, ſententiasque bene forma
tas afferat, non quidem penitus negocium, quod eſt ipſius Tragœdię
proprium, aſſequetur. id quod illa Tragędia multo melius præſtite
rit, quæ talibus vtetur, perinde ac ſecundo loco neceſſariis: cum iam
fabulam rerumque contextum habuerit. Ad hæc, quibus maxime
mortalium animos Tragœdia delectat, fabulæ quidem partes, peri-
petię, id eſt, euentus in contrarium, & agnitiones, ſunt. Eius præ

A trea rei signum est, quòd qui conficere agrediuntur, exactũ illud non ante queunt dictione, atque moribus attingere, quam actiones constituerint. id quod veteres poetarum ferme omnes facere consueuerint. Est igitur principium, ac velut anima Tragœdiæ, fabula: secundo vero loco, mores: in quo etiam picturæ: similis esse apparet. siquis enim fucis pulcherrimis tabulam fusim illinat, nõ æquè fane delectabit, ac si imaginem albo tantum distinxerit. Itaq; actio nis imitatio est, tunc per hanc potissimum agentium. Tertio sequitur sententia. hæc autem est posse explicare, quæ instant, atq; quadrant: id quod in soluta oratione facultatis. Ciuilis, atque Rhetoricæ proprium munus est. sane veteres ciuiliter dicentes confingebant, nostri vero rhetoricè. Mos uero talis est, quo uidelicet qualis uoluntas sit in his rebus, in quibus non satis liquet, sectetur ne quid, an fugiat ipse dicens, declaratur: quo fit sermones interdum moribus careãt. B Sententia in his uersatur, quę quomodo aliquid est, uel non est, ostendunt, uel uniuerse enunciant. Quarto sermonum dictio. appello autem, quemadmodum diximus a principio, Dictionem, per uerba sensus explicationem: id quod in metris æque ac in soluta oratione tandem uim habet. Reliquarum vere quinque partium sic Melodia suauissima est, vt spectaculũ gratissimum. quod tamen nec artificiosum est, nec ipsius Poeticæ proprium: siquidem Tragœdiæ virtus extra quoque scenam, ac sine histrionibus consistit. Ad hęc ars struendorum apparatuum propria magis chorago, quam poetis est.

De Fabulæ magnitudine. *Cap. V.*



C His absolutis, deinceps dicendũ, qualem omnino esse deceat rerum contextum hoc enim primum, maximumque in Tragœdia est, propositumque semel uobis, Tragœdiam imitationem esse actionis perfectæ, totiusque magnitudinem quidem aliquam habentis si quidem & totum datur magnitudine carens. totum vero est, quod principium, medium, atq; finem habet. Principium illud esse dicimus, qđ non necessario post aliud est: contra quod posterius aliquod esse, vel fieri natum est. Finem, huic contrarium, illud ipsum, quod post aliud natum est esse, necessario, vel plerunq;. Medium, quod aliquo post est, aliquo prius est. Decet autem rite contextas fabulas minime temere vndelibet initium sumere: nec irem temere vbilibet termina ri: uero semper supra dictis partibus. Adhæc pulchrum hue animal, siue quodcunq; ex aliquibus compositum, non ordine tantum, verum etiam congruenti magnitudine constare debet: siquidẽ ex magnitudine ordineq; pulchrum oritur. Nam sicuti fieri nõ potest, vt p exiguum omnino animal, pulchrum appareat: quãdoquidẽ quæ in insensibili tempore speculatio fit, confunditur: pari ratione nec illud,


quod omnino ſit permagnum. ipſa enim ſpeculatio ſimul fieri nõ po-
teſt: illudq; totũ, & vnũ e contemplantiũ conſideratione potius ela- b
tur: ceu ſi decem millium ſtudiorum eſſet animal. Quapropter ſicuti
tum in corporibus, tum in animantibus magnitudinem ineſſe decet,
eam dico, quam probe oculis vſurpemus: ita & in fabulis longitudo
inerit, quam quidem memoria facile complectamur. Longitudinis
autem præfinitio, quantum ad ipſos ludos, planeque ad ſenſum ſpe-
ctat, minime artis eſt: Etenim, ſi in ludis haberi centũ Tragœdias
opus fuerit, vtiq; ad Clepſydram, vt olim non ſemel factitatũ dicũt,
haberi poterunt. Quæ vero ſecundum actionis naturam fuerit, illa
quidem ſemper, quæ longius protrahetur, donec tota ſimul in aperto
ſit, in magnitudine quidem decentior erit. Vt autem ſimpliciter præ-
finiamus, quantam eſſe fabulam vel deceat, vel neceſſe ſit: eum ſane
dicimus legitimum huic fore magnitudinis terminum, cum ſiue ad
commodam fortunam ex incommoda, ſiue ex commoda ad incom-
modam perpetua ſerie mutata fuerit. a

De fabulæ unitate. *Cap. VI.*



Na nanque eſt fabula: non autem (vt nonnulli putant)
ſi circa vnum aliquem ſit. Multa enim, minimeque de-
terminata genere accidũt: ex quibus ſane quędam nul-
lum cõſtituunt vnum. ſimili ratione vnius multę actio-
nes ſunt: ex quibus vna nunquam actio fiet. Quapro-
pter omnes hi peccaſſe videntur poetæ, quicunque vel Heracleida,
vel Theſeida, cæteraque id genus poemata confinxere: vt qui, vnus
cum ſit Hercules, vnam quoque ipſius debere eſſe fabulam exiſti-
mauerint. Homerum vero, qui vt in aliis etiam excellit, ita in B
hoc, quoque, ſiue id artis, ſiue naturæ fuerit, oculatiſsimum fuiſſe
apparet: quandoquidem Odiſſeam confingens, non ſane cuncta, quæ
Vlyxi acciderunt, in eam compegit: verbi gratia: ſaucium fuiſſe in
Parnaſo, & in ducũ collectione ſimulaſſe inſaniam. quorũ cũ alterũ
euenerit, minime neceſſarium fuit, vel veriſimile, eueniſſe alterum:
quippe qui vnam duntaxat actionem, qualem dicimus, Odiſſeam vi-
delicet, itemque Iliadem cõſtituit. Decet igitur, quemadmodũ vna
vnius imitatio eſt in aliis imitatricibus artibus: ita & fabulam, vide-
licet, quæ actionis imitatio ſit, vnius eiuſcemq; integræ eſſe: ſicq; re-
rum inter ſe partes cohærere, vt ne vlla quidẽ vel transferri, vel ſub-
trahi queat quin totum illud varietur, planeq; immutetur. Quod
enim vel additum, vel ſubtractum, totam non immutare videtur, nul-
la quoque eius erit pars.

Quæ sit inter Poesim, & Historiam differentia. Cap. VII.



SAne constat ex supradictis, non poetæ esse, facta ipsa propria narrare: sed quemadmodum vel geri quiuerint, vel verisimile, vel omnino necessarium fuerit. Haud enim historicum, atque poetam carmen, & soluta oratio designant. quippe (quod alioqui facile factu sit) si Herodoti historia carminibus pāgatur, æque nihilominus ac prius sine carmine, erit historia. sed hoc differunt, q hic quidem res gestas, ille vt geri potuerunt exponit. Quo fit, vt sapientius atq; præstantius Poesis historia sit: si quidem illa circa ipsum vniuersale plurimū versatur: hæc vero singulare sectatur. Est autē vniuersale, que cui conueniat, dicere vel facere, verisimiliter quidem, seu necessario: id quod spectat Poesis, cum nomina imponat. contra singulare, quid ipse Al-
B cibiades fecerit, tuleritue. Iam vero & apud comicos id manifestū: vt qui fabulas ex verisimilibus constituentes, nomina interim pro arbitrio comminiscantur, non quidem ipsa singularia, quemadmodū Iamborum *compositiones facere solēt. in Tragœdia autem vera nomina retinentur. cuius ratio est, quoniā credibile quidē illud est, qđ fieri potest: quæ vero nondum facta fuisse scimus, fieri quidem posse parum credimus: quæ vero facta, fieri certo potuisse ambigit nemo. nam si fieri nequiuissent, nunquam profecto extitissent. Cum tamen Tragœdiarum aliquę sane ex notis nominibus, vno vel duobus ad summum assumptis, reliqua deinceps confingant: aliquæ rursus, quemadmodum Agathonis flos, plane omnia in quo, tametsi cum nominibus res ipsæ pariter confingantur, nihilominus delectant. Quare non omnino quærendum est, vt vulgatæ fabulæ, in quibus Tragœdiæ sunt, ad vngem retineantur. idem'quærere ridiculum esset: quandoquidem illæ etiam sic notæ, paucis quidem cum notæ
C sint, iuxta tamen cunctos delectant. Ex his igitur patet poetam fabularum magis, quam carminum esse poetam, vt qui semper circa imitationē versetur: actiones vero imitatur. Si igitur & in ea quoq; quæ vere prius fuere, fingendo incidat, non propterea a poeta discedet: quandoquidem ex his quæ gesta sunt, aliqua quidem eiusmodi esse nil prohibet, cuiusmodi vel extitisse verisimile sit, vel certe fieri potuerint: secundum quæ sane horum poeta fuerit.

* compositores.

Quæ Fabulæ deterrimæ, & quæ pulcherrimæ. Cap. VIII.

CAEterum simplicium fabularum, actionum ue, Episodicæ quidē deterrimę. Episodicam appello, in qua non verisimiliter neq; necessario mutua episodia nectantur. sunt aūt hę tum ab ineptis

vatibus suo vitio, tum a probatis quoq; histrionum gratia. Etenim b
in huiuscemodi certaminibus, dum fabulas plus æquo sæpenumero
producunt, legitimum ordinem peruertere coguntur. Quoniam au-
tem imitatio non tantum perfectæ actionis, verum etiam miserabi-
lium, terribilium ue est: hæc autem maxime talia erunt, potissimum-
que pollebunt, quotiescunque per se ipsa inuicem admiranda illa ac-
cident: nimirum hoc pacto admirabile magis sese offert, quam si a
casu, vel a fortuna proficisci appareat. siquidem in his etiam, quæ a
fortuna proueniunt, illa quidem maximam admirationem præ se
fuerunt, quæ veluti suopte impulsu prouenire videantur, vt in Argo
Mityi statua, quæ super inspectantem collapsa, authorem Mityi ne-
cis interfecit. Eiusmodi.n. hæc sunt, vt non temere facta esse opine-
mur. ideoq; pulcherrimas tales fabulas euadere necesse est.

De simplicibus, atq; implexis Fabulis: Peripetia Agnitione, ac Pertur-
batione, fabulæ partibus. *Cap. IX.*



Abularum aliæ simplices, aliæ implexæ: quemadmodum
& actiones, quarum imitationes sunt ipsæ fabulæ, ta-
lem illico speciem præ se ferunt. Simplicem actionem
voco, in qua quidem (vt definitum est) continua vna,
absq; peripetia, agnitione ue, agendo fit mutatio: imple-
xam, quæ vel agnitione, vel peripetia, vel etiam vtraq;. Hæc vero in
ipso rerum contextu ita astruenda sunt, vt ex his quæ prius acta fue-
rint, necessario sequi, aut certe verisimiliter agi videantur. Multũ
enim differt, fiant hæc per hæc, an ex his. Peripetia est eorum, quæ
aguntur, (quemadmodum dictum est) in contrarium mutatio: id
autem (sicuti docuimus) aut verisimiliter, aut necessario fit: vt in
Oedipode. accessit.n. ille delectaturus Oedipodem, eundemq; pa-
rentis incestandæ timore liberaturus: quis autem esset, vbi osten-
dit, contrarium effecit. In Lynceo quoque ductus ille quidem est,
veluti mox immolandus: Danaus contra subsecutus, vt immolaret:
sed accidit ex his quæ patrata sunt, vt hic necem, ille salutem sit asse-
cutus. Agnitio est (vt etiã ex nomine liquet) ex ignoratione in noti-
tiam, ad amicitiã, vel inimicitiã illorũ mutatio, qui seu infelices, seu
infelices determinantur. pulcherrima aũt fit, si cum peripetia fue-
rit: vt in Oedipode. Sunt profecto & aliæ agnitiones tum tum inani-
matorũ, tum quorũcunq;, vt accidit, fiunt: si quando (vt dictum est)
euenit, vt siquid patrarit quis, vel non patrarit, agnoscamus: illa ta-
men, quæ potissimum a fabula, quæ ue ab actione pendet, est, quã di-
ximus. Etenim huiusmodi agnitio, atq; peripetia, vel misericordiam,
vel metum parabit. receptum autem est, actionum imitationem
esse Tragœdiam: fortunatumq; insuper, seu miserum fieri ex his con-
tigerit. Quoniam vero agnitio quorundam agnitio est, alia quidem

alterius ad alium tantum fit, cum, quis hic fit, illi notus est: alia rursus mutua indiget notitia. vt Iphigenia ex epistolę illius missione ab Oreste quidē agnita: vt tamen ipsum agnosceret, alia quoq; agnitione opus fuit. Partes igitur hic fabulæ duæ habentur, agnitio, & peripetia: tertia superest Perturbatio. nam de Peripetia, & Agnitione satis diximus. Perturbatio vero actio est letifera, seu dolore plena: veluti cum neces, cruciatus, vulnera, cęteraq; generis huius palā fiunt.

Quot, & quæ sint Tragœdiæ partes & quanta. Cap. X.



Aeterum Tragœdiæ partes, quibus tanquam formis vel nos oportet, superius exposuimus: secundum vero quantitatem discretam, atque in quas secetur, singillatim hæ sunt: Prologus Episodium, Exodus, Choricum. Chorici vero alterum mobile, alterum stabile. sane cunctis hæc omnibus communia: propria vero ea, quæ ad scenam pertinent, & commi. Prologus est pars Tragœdiæ iusta, ante chori ingressum. Episodium pars item iusta Tragœdię, inter choricos perpetuos cantus. Exodus iusta pars Tragœdiæ: post quam nullus deinceps est chori cantus. Chorici vero ingressus, chori integri prima locutio. Stabile, sine Trochæo & Anapęsto cantus. Commus, siue planctus, est luctus chori communis cum iis, qui in scena sunt. Partes igitur Tragœdiæ, quæ quasi formæ habendæ sunt, superius explicauimus: rursus secundum quantitatem discretam, & in quas secetur, singillatim quoq; diximus deinceps vero, quæ fabulas texentes sectari, cō ea quæ vitare oporteat, tum vero a quibus locis Tragœdiæ ipsius opus ducatur, supra dictis addendum.

Quæ vitare, sectariq́, texentes fabulas oporteat: & a quibus locis Tragœdiæ ipsius opus ducatur. Cap. XI.



Voniam igitur Tragœdiæ pulcherrimæ compositio, non quidem simplex esse debet, sed implexa, eademq́; terribilium, miserabilium ue imitatrix: id quod profecto imitationis huiusce proprium est: Primum quidem satis apparet minime decere, bonos et ęquos viros ex felicibus infelices factos in scenam afferre: vt quod terrifici miserandi ve nihil habeat, sed scelesti: Pariq́ue ratione ab aduersa fortuna ad secundam prouectos, prauos effingere. hoc enim omnium a Tragœdia maxime alienum, vt quòd rerum quę requiruntur, expers omnino sit, humanitatis dico, nedum terrifici, atq; miserabilis. Sed nec omnino improbos ex secunda fortuna in aduersam lapsos: quādoquidem talis compositio, quæ alioqui humanitatē præ se ferre potest, miserandi aut terrifici plane nihil habet.

Vt enim immerentis misericordiam excitat, ita terror a simili intui-
tur. Quo circa cum nec miserandi, nec terrifici quicquam ab his pro- D
ueniat: reliquum est, vt ad hæc maxime idoneus is habeatur, qui me-
dius inter tales sit. Is autem erit, qui nec virtute, nec iustitia ante-
cellat, minimeq; per vitium, prauitatem ue, in ipsam infelicitatē la-
psus fuerit, verum humano quodam errore, ex magna quidem existi-
matione atque felicitate: quemadmodum Oedipus, Thyestes, cæ-
teriq; ex huiusmodi generibus illustres viri. Necesse est igitur pul-
chram fabulā constare magis ex vno hoc genere, quā ex duplici, vt
nonnulli putant: cuius quidē ex miseria ad felicitatem mutatio non
sit: sed contra ex felicitate ad miseriam, errore sane non leui, minime
vero per dedecus, ex illo quidē virorū, de quo dictū est, genere: quæ-
ue potius ad meliores, qua ad deteriores spectet. Huius aūt rei indi-
cium sit, vsus. etenim iam inde ab initio poetæ, quascunque nacti es-
sent fabulas, admittebant: nunc autem pulcherrimæ circa paucas
oīno familias cōponūtur, vt sunt Alcmæonis, Oedipodis, Orestis, E
Meleagri, Thyestis, Telephi, cęterorumq; generis huiusmodi: qui-
bus vel facinora quidem grauia perpetrasse, vel ipsos tulisse contigit.
Erit igitur pulcherrima illa Tragœdia, quę ex huiusmodi compo-
sitione constiterit. Quamobrem illi quidem decipiuntur ob id ip-
sum, quo Euripidem damnant, vt qui in tragœdiis suis illud obser-
uet, earumq; plures in infelicitatem terminentur. id quod omnino,
vt diximus, ex arte est. Argumento vero illud sit, maximo, quòd in
scenis, atq; adeo in certaminibus, hæ si recte recitentur, maxime qui-
dem tragicæ appareant: Euripidesq; ipse, tametsi aliqua parum recte
dispenset, omnium tamen poetarum maxime tragicus videri potest.
Secundo loco sequitur, quæ a nonnullis in primo collocatur, illa ex
duplici genere compositio. quo ex ordine Odyssea est: vt quæ diuer-
sa ratione, partim ex præstantioribus personis, partim ex humiliori-
bus constet. Huic sane primas tribuit theatralis imperitia. quippe
vates hanc auram sequuntur, componentes quidem ad vota spectato- F
rum. Cæterum voluptas illa non tragœdię, sed Comœdię propria
est. in hac enim si qui, velut Orestes, & Aegisthus, secundum fa-
bulam, inimici fuerint, reconciliata tandem inter se amicitia, neu-
terq; ab altero obtruncatus discedet. Terrificium vero illud, atque
miserandum, cum ab apparatu scenæ proficiscitur, tum a rerum cōpo-
sitione: id qđ multo præstantius, meliorisq; vatis est. Sic enim fabu-
lam contexuisse oportet, vt etiam sublato spectaculo quis, quæ gesta
cōtigerūt, percipiēs plane ex horreat, misereatur ue: quibus apprime
duobus, qui fabulam Oedipodis cognouerit, afficietur. Illud autem,
quod ad spectaculum pertinet, minus sane operosum est, & impen-
dio indiget. proinde, qui non terrificum illud, sed portentosum dun-
taxat spectaculo exhibent, alieni prorsus a Tragœdia habendi sunt.
quippe delectatio non omnifariam a Tragœdia, sed quę tantum pro

A pria ei fuerit, quærenda est. Quoniam autem a timore, misericordia ue talem delectationem per imitationem poeta parare debet, satis quidem apparet in ipsis rebus id esse inserendum. De rebus itaque cō tingentibus, quæ terrifici, quæ ue miserabilis speciem allaturæ sint, deinceps dicere aggrediamur. Necesse autem est huiusmodi actiones vel amicorum inuicē, hostium, siue etiam neutrorum esse. Itaque si hostis hostem obtruncet, obtruncaturus ue sit, nequaquam miserabile illud, præterquam necis ipso affectu, assequetur; idq; sequetur, si inter neutros id accidat. Perturbationes vero ipsæ, quando eueneriint inter necessarios, veluti si frater fratrem, filius patrem, mater filium, filius matrem vel necet, vel necaturus sit, aut etiam tale quid fa cinus patret, patraturus ue sit, captandæ sunt. Proinde receptas fabulas mutare non licet: verbi gratia, Clytæmnestram ab Oreste extinctam, Eriphylē ab Alcmæone: quas sane inuenire, atq; susceptis iam recte vti oportet. Id autem, qd' diximus recte, ex actius declarandū.

B Fit enim interdum sic ipsa actio, quod antiqui obseruabant, perinde ac ab scientibus, & agnoscentibus: vt Euripides fecit, qui filios necantem Medeam induxit. fit etiam ab ignorantibus quidem vim facinoris, agnituris vero mox necessitudinē: qualis Sophocleus est Oedipus. id quod omnino est extra Tragœdiam. in Tragœdia vero ipsa, vt Alcmæonem Astydamas, Telegonus ue in Vlyxe vulnerato. Tertius præterea modus est, per ignorantiam: videlicet debere aliquem hæc facinora patrare, inter patrandum vero agnoscere. pręter hos nullus est alius. siquidem quid agi, vel non agi, idq; a scientibus, vel nescientibus necesse est, e quibus facinus prudentem aggredi, minime vero perficere est absurdum: cum nō tragicum quidem, velut perturbatio nis expers, sed omnino scelerosum præ se ferat Quo fit, vt huiusmodi actionem sequatur nemo, vel certe rarissime sit inuentu, vt in Antigone Creontem Æmo fecit. Proximum huic erit, scelus patrare: quo sine potius est imprudentem quidem patrare, patrantē vero agno

C scere. etenim & a facinore scelus abest, & ipsa plane agnitio stuporis est plena. Nouissimum vero præstantissimum est: exempli gratia: in Cresphonte Merope filium interficere debet, non autem interficit: ita etiam & in Iphigenia soror fratrem, in Helle filius matrem abalienaturus agnoscit. Quapropter (sicuti iam pridem diximus) multarum familiarum Tragœdiæ non sunt. siquidem quærentes non ab arte quidem, sed a fortuna mutuati sunt: ita fabulas contexere. Itaque fit, vt inuiti cogamur ad easdem sępius familias recidere, quibus videlicet huiusmodi perturbationes contigere. Igitur tum quales esse fabulas oporteat, satis iam dictum.

De Moribus. Cap. XII.

Qvantum ad mores, quatuor sane sunt, quæ indigent consideratione. Eorum vnum, idque primum est, vt probitatem

præ ferant.vtcunque enim mos inerit, quemadmodum dictum est, tum sermo,tum actio animi propositum,qualencunque fuerit, indicauerit : improbus quidem si improbum , probus si probum:id vero inest in vnoquoq; genere.Nã & mulier proba est, & seruus : tametsi fortasse hoc deterius,illud omnino improbũ sit.Secũdo loco sequitur vt conuenientes sint,Fortitudo enim mos est: sed esse vel fortẽ , vel prudentem , vtique mulieri non conuenit. Tertio,vt constent sibi est enim separatum hoc ab eo,quod est præ se ferre per mores probitatem,conueniensque seruare. Quarto, vt æquali tenore procedant. Quanquam enim histrio, vt qui talem personam induerit, inæqualis appareat omnino tamen illa inæqualitas æquabiliter perpetuo regenda.Exemplum improbi moris sit alioqui minime necessariũ: verbi gratia:in Oreste Menelaus:indecori, atque inconuenientis, Vlyxis eiulatio in Scylla: Menalipesq; sermo:inęquabilis , Iphigenia in Aulide, vt cui posterior supplicatio priori non consonet. Et sane in motibus,sicut in ipsa rerum compositione,tum necessarium,tum verisimile exquirendum est:atq; etiam vti necessario,verisimili ue ordine cuncta procedant.Quare manifestum est,fabularum solutiones ex ipsismet potissimum fabulis proficisci debere, non autem ab aliquo artificioso:vt in Medea,& in Iliade illa per nauigationẽ. Quo sane artificioso vtendum in iis,quæ extra Tragœdiam sunt quęcunque videlicet vel prius fuere,quæ neutiquam fieri potest,vt alio pacto ad humanam peruenerint notitiam,vel quæ futura denunciatione,diuinatione ue indigeant : quandoquidem Deos cuncta inspicere,satis quidem apud nos constat.quodcunq; vero rationi consentaneum minus sit , explodendum quidem ab ipsis actionibus : si non prorsus, at a Tragœdia: vt est in Sophoclis Oedipode. Cum vero Tragœdia præstantiorum imitatio sit , par fuerit quoque nos ab excellentium pictorum more non discedere:quidum proprias,verisque simillimas imagines referre student, pulchriores sane depingunt. ita etiam poeta,iracundos videlicet,desidesq; dũ imitatur,huiusmodiq; alia circa mores habentes,probitatis quidem,atq; iracundię sibi exẽplum proponere debet : velut fortem Achillem , vt ipse Homerus. Hæc profecto seruare oportet,insuperq; sensus ipsos, qui Poeticam consequuntur,præter illa,quę necessaria sunt.Etenim in his fallimur sæpenumero. sed in sermonibus iam editis satis dictum de his.

De Agnitionum speciebus. Cap. XIII.



Ane quid sit agnitio,superius declarauimus: nunc vero de ipsius generibus . Primum quidem , vt est minime artificiosum,ita a plurimis vsurpatum, aut per dubitationem fit, aut per signa . Horum rursus ingenita aliqua : verbi gratia:lancea , quam Terrigenæ gestare so-

lent: vel acta, qualia in Thyeste Carcinus: aduentitia aliqua, sed hæc vel in corpore, vt per cicatrices: vel extrinsecus, vt per monilia, per torques, &, vt in Tyro, per scapham. Possumus autem melioribus his vti, itemque deterioribus: verbi gratia: ex cicatrice quidem Vlyxes agnoscitur, non tamen eodem modo a nutrice, & a subulcis. quandoquidem hæc fidei faciendæ gratia, artificii sunt expertia, cæteraque huiusmodi. Quæ vero ex peripetia, qualia in Niptris, meliora, ordine huic proxima sunt. Quæ, quoniam a poetis confinguntur, artificio non carent: qualis in Iphigenia Orestes: qui & sororem agnouit, & agnitus ab ea est. agnouit quidem ex epistola: agnitus autem ex indiciis. Hæc itaque pro arbitrio poeta profert, non ipsa fabula. ideoque in peccatum supra dictum facilem lapsum habent. quippe nonnulla affere permissum est: vt in Sophoclis Tereo radii vox. Tertium per reminiscentiam fit, dum spectando aliquid, in animum quid reuocamus. quemadmodum in Dicæogenis Cypriis, picturam quidem ille in spiciens ingemuit: & in sermone apud Alcinorum audiens citharœdũ Vlyxes, ex recordatione fleuit, vel agnitus est. Quarrum per syllogismum, vt in Chlœphoris: quòd similis quidam accessit. similis autẽ prẹter Orestem nemo: Orestes ergo accessit. tum quod Polyidis de Iphigenia est. verisimile est enim ratiocinatum fuisse Orestem: quòd, cum immolata soror fuerit, sibi quoque vt immoletur contingere. tale est illud in Theodectæ Tydeo veniens ille, quasi natum inuenturus extinguitur: & in Phœnissis, quæ locum conspicatæ, instare sibi fatum propterea commentæ sunt: quoniam in fatis haberent, ibi debere mori: etenim in eo fuerunt expositæ. Huic & adiungitur illud, quod in theatro per paralogismum fit. exempli gratia: in Vlyxe falso nuncio, hic quidem arcum cogniturum se dixit: ille vero tanquam arcu cognoscendo ab eo, propterea paralogismum facit. Omnium vero optima ex parte terum agnitio est: a qua videlicet ex verisimilibus admiratio ipsa paritur. qualis illa in Sophoclis Oedipode, & in Iphigenia. Siquidem verisimile est literas hanc mittere cupiuisse. Huiusmodi enim solæ absque vllo vel impresso signo, aut etiam extrinsecus, vt monile, fiunt. ab his vero probantur, quæ ex syllogismo.

Quo pacto Deorum sis in ipsis fabulis inueniendum. Cap. XIIII.



Aeterum constituere fabulas oportet, & ita eas elocutione construere, vt quam maxime rem ante oculos ponant. sic enim quæ manifestissima fient poeta inspiciens, perinde ac rebus dum aguntur interfit, cum decorum ipsum inuenerit, tum pugnantia minime illum latere poterunt. Argumento sit illud, qđ Carcino vicio datur, etenim

Amphiaraus e templo exibat:id vero cum non videret spectator, ob scurum fuit. cecidit autem hic a scena, cunctis ob id spectatoribus indignantibus. Proinde quantum fieri potest, fingendum illud, quod ex habitibus naturalibus paratur. quandoquidem hi maxime suapte natura persuadent, qui perturbationibus affecti sunt. quo vt exagitatus exagitet, perturbetque verißime perturbatus. Quapropter vel versatilis ingenii viri, vel furore perciti Poetica est. etenim poetarum aliqui ab ipsa natura ad Poeticā bene formati sunt, aliqui autem a mente abstrahuntur.

Confictos sermones prius in vniuersum esse explicandos: postmodum Episodia legitime constituenda. Cap. XV.



Aeterum confictos sermones oportet etiam confingentem ipsum vniuerse explicare, moxque Episodiis ad hunc modum vti, ac rem diducere. Ad hunc vero modum vniuersale illud speculari oportere dico. verbi gratia: Iphigenia. constituta ad aras quædam virgo, atque ex oculis sacrificantium clam surrepta, delata vero in aliam regionem, in qua Deæ, hospitum sacrificia ex lege debebantur, eius sacri ministerio ipsa præposita est. procedente tempore sacerdotis fratri illuc accedere cōtigit: cur autem contigerit, vt ipsum Deus ob quādam culpam venire illuc impulerit, extra vniuersale est: quorsum vero, extra fabulam. itaque cum accessisset, captus, immolandusque mox sororem agnouit: siue vt Euripides finxit, siue vt Polyides, ex verisimilibus locutus: quòd non modo sororem, verum & ipsum sacrificari oportebat. vnde quidē salus parta est. Quo facto nominibus statim substitutis Episodia aggredienda. sed hæc quo pacto legitima sint, sane considerandum: veluti furor in Oreste, propter quem captus est, salusq; per expurgationē. In dramatibus itaq; siue actibus Episodia ipsa breuia esse debent: contra in his longior Epopœia fit. nimirum. Odysseę longus est sermo. Per multos annos peregre quidam cum iret, & a Neptuno obseruatus, & à cunctis relictus, ita rebus ipsius domesticis constitutis, vt fortunę omnes a procis absumerentur: filioq; insidiæ iam instarent, iactatus pelago domum peruenit: cumq; aliquos agnouisset, illos aggressus, ipse quidē sospes euasit, inimicos autem perdidit. Hoc itaq; proprium eius poematis est. nam cætera ad Episodia pertinent.

De connexione solutioneq; Fabulæ.
Cap. XVI.

VNiuersa vero Tragœdia partim connexione, partim solutione continetur. quæ extra sunt, & aliqua præterea, quæ intra

A intra habentur, plerunque connexio continet: reliqua vero solutio. Connexionem appello totum id quod a principio ad vltimam vsq; pertinet partem, ex qua mutatio fortunæ fit. solutionem a mutatio- principio, ad finem vsque: vt in Lynceo Theodectæ. in quo connexio quidem, acta prius, natique captiuitatem continet: solutio a mortis accusatione ad extremum vsque.

De quatuor Tragœdiæ generibus. Quo pacto tragœdia appellanda sit vna, uel diuersa: ac de euitando Epopœiæ contextu in ipsa Tragœdia. Cap. XVII.



Vatuor autem Tragœdiæ sunt genera. totidem quoque & partes dictæ. quorum sane Complicitum illud dicimus, quod omnino ex peripetia atque agnitione constat: Patheticum, vt Aiaces, atque Ixiones: Mo-
B ratum Phthiotidas, & Pelum: Quartum, veluti Phorcidas, & Prometheum: quæcunque insuper, quæ apud inferos sunt. Quare magnopere poetis conandum, vt horum omnium quam locupletes sint. quòd si omnium minus queant, saltem principalium, atque quam plurimorum: eoque etiam enixius, quo ad taxandos poetas hæc ætas in tantum prona est, vt quos in omnibus his partibus probandos nouerit, in singulis etiam mirum in modum excellere æquum censeat. Minime vero fortasse conuenit, eandem Tragœdiam, siue diuersam appellare a fabula: id quod earum ipsa quidem connexio, atque solutio indicauerit. cęterum non pauci egregie nectentes, inepte soluunt. Oportet autem ab vtraque parte plausum iugiter excitare: illudq; cum primis cauere, ne contextum Epopœiæ proprium, in Tragœdia confingamus. talem vero esse dicimus, qui complures contineat fabulas exempli gratia: si quis totum il-
C lud Iliadis vnita velit complecti fabula. ibi etenim propter poematis longitudinem partes ipsę congruentem suscipiunt magnitudinē: in actibus vero multo pręter id, quod susceptum negocium exposcit, longiores euaderent. Cuius rei signum id esse potest, quod hi qui totum Ilii excidium simul composuere, ac non potius singulas separatim partes, sicuti Euripides Medeam, vel niobem (quod Æscylus minime obseruauit) vel prorsus cadunt, vel certe infeliciter certant. siquidem propter id vnum cecidit Agathon. tam etsi tum in peripetiis, cum in simplicibus actionibus, hi quidem suum mirabiliter propositum assequantur. Etenim tragicum, atque humanum est, cum sapiens, idemque prauus, veluti Sisyppus deceptus fuerit: siue fortis, idemque iniustus superatus. verisimile enim est, vt Agathon asserit. quandoquidem multa præter ipsum verisimile accidere, a verisimili non discrepat.

De Choro. *Cap.* *XVIII.*



Hori summam penes vnum duntaxat ex histrionibus esse oportet, totiusque partem esse: vti autem concertationibus, non sicut apud Euripidem, sed sicut apud Sophoclem. reliquis vero concessa potius ea sint, quæ ad susceptam pertinent fabulam, quam quæ ad aliam Tragœdiam: quapropter intercalare concinnunt. Huiusmodi sane rei initium primum ab Agathone sumptum. Atqui quidnam differt inter canere intercalare, locutionem ue illam, quæ aliud ex alio nectit, integrumq; Episodium?

De Sententia. *Cap.* *XIX.*



Am vero cum de his omnibus dixerimus: reliquum est, vt de Dictione, atque Sententia agamus: tametsi de sentētia in iis, quos de Rhetorica scripsimus libris, vt quod eius vix & rationis magis proprium sit, differuimus. Ad sentētiam ea omnia pertinent, quæcunque oratione adstruere oportet. cuius partes erunt ostendere, soluere, perturbationes præparare, sicuti misericordiam, timorem, iram, cæteraq; huius generis: ad hæc, exaggerare, ac diminuere. Constat autem supradictarum partium rebus accommodata afferre oportere. cum videlicet vel miserabilia, vel grauia, vel mira, vel verisimilia adstruenda sunt. in quibus tamen hæc habenda distinctio est, quod alia quidem nullo doctrinę adminiculo apparere necesse est: aliqua vero sermone ipso dicentem præparari, ac vi etiam sermonis euenire. Quod enim dicentis munus esset, si non quidem sermonis vi, grata esse viderentur?

De Dictione, eius partibus, ac partium speciebus.
Cap. *XX.*



Irca Dictionem vnum quidem speculationis est genus, de figuris videlicet ipsius: quod quidem ad histrionicam, atque ad eum qui huiuscemodi arti pręsit, pertinet. exempli gratia: quid sit mandatum, quid preces, quid narratio, quid minæ, quid interrogatio, quid responsio, cæteraque id genus. Quandoquidem præter horum peritiam, ignorationem ue nulla quidem accusatio, quæ digna sit studio, ad Poeticam refertur. Nam quis, obsecro, in his peccatum esse suspicetur, quæ Protagoras accusat? si quis videlicet, dum precari se existimet, interim præcipiat? hoc pacto: Iram Pande Dea. quandoquidem (inquit ille) iubere aliquid fieri, vel non fieri, pręceptum est. Quapropter facessat

A hæc consideratio per inde ac alterius facultatis, non autem Poeticę propria. Dictionis vniuersæ partes hæ sunt: elementum, syllaba, coniunctio, nomen, verbum, articulus, casus, oratio. Elementum indiuidua dicitur vox, non quidem omnis, sed illa tantum, ex qua suapte natura intelligibilis vox constitui potest. quandoquidem & indiuisibiles sunt ferarum voces, quarum sane nullam elementum dicimus. hæc vocalis, siue semiuocalis, aut etiam muta appellatur. Vocalis, quæ sine vlla prorsus adiectione sonum, qui exaudiri possit, reddit. Semiuocalis, quæ non sine adiectione: vt σ, ρ. Muta, quæ cum adiectione per se nullum omnino sonum reddit: adiuncta vero his, quæ aliquam vocem reddunt, exaudiri potest: vt γ, & δ. Hæc differunt inter se figura oris, locis, aspiratione, tenuitate, longitudine, breuitate, acumine pręterea, grauitate, inflexione: de quibus sane in his, quæ ad metra pertinent, consideratio propria est. Syllaba vox est nihil penitus significans, composita ex muta, B & vocem aliquo pacto habēte. nam γρ etiam absq; α syllaba est: & cū α, veluti γρα. sed harum differentias examinare, metricę artis est. Coniunctio vox est minime significans: quę nec impedit, nec efficit aliquam vocem significare, apta quidem ex pluribus vocibus componi, extremo atque medio orationis congruens: quam quidem in initio orationis suapte natura poni minime conuenit: vt μὲν, ἤτοι, δή: siue vox per se quidem minime significans ex pluribus vocibus vnam, apta vero vocem vnam significantem reddere. Articulus vox est minime significās, quę vel principiū orationis, vel finē, vel separationē ostēdit, quēadmodū τὸ φημὶ, τὸ περὶ, & alia: siue vox minime quidē significās, quæ nec impedit, nec efficit aliquam vocē significare, aptam ex pluribus vocibus cōponi, tam extremis quam mediis cohærens. Nomen composita vox est, significans sine tempore: cuius aliqua per se pars nihil significat. nam & in compositis sic obseruamus, vt nullum per se separatum significet: vt in θεοδώρῳ, in quo δῶρον minime signifi- C cat. Verbum composita vox est, significans cum tempore: cuius (quemadmodum de nomine diximus) nulla per se pars separata significat. Etenim homo, siue album, nequaquam cum tempore significat: ambulat vero, vel ambulauit cum tempore significat: illud quidem præsens, hoc præteritum. Casuum, qui tum ad nomen, tum ad verbum pertinent, hic quidem significans est secundum huius, vel huic, & quæcunque talia: ille vero secundum vnum, vel plura, vt homines, vel homo. itemq; alius secundum personarum modos, quatenus interrogant, siue iubent. verbi gratia: ambulauit, & ambula: quæ quidem eiusdem generis sunt casus verbi. Oratio vox est significans, composita: cuius partes quædam separatæ aliquid omnino significant. quanquam enim non omnis oratio ex nominibus & verbis constat: vt hominis ipsius definitio: siquidem sine verbis etiam constare potest: omnino tamen aliquas significantes partes

habebit, vt in hac oratione, ambulat Cleon, illud Cleon significans
est. Duobus vero modis vna dicitur oratio. aut enim significans D
vnum per se est, aut additis coniunctionibus. verbi gratia. Ilias qui-
dem vna erit coniunctionibus oratio: hominis vero definitio vnum
significat. Nominis generum aliquod est simplex: simplex autem
voco, quod ex minime significantibus constituitur. aliquod duplex,
cuius aliud quidem ex significantibus, ac minime significantibus
componitur: aliud ex significantibus omnino. Triplex insuper,
ac quadruplex nomen esse potest, quemadmodum multa Megalio-
torum, ἑρμοκαϊκόξανθος. Omne autem nomen aut est proprium, aut ab
alia lingua, aut translatio, aut ornatus, aut fictum, aut productum,
aut subtractum, aut commutatum. Proprium voco, quod omni-
bus in vsu est. Ab alia lingua, quod aliquibus duntaxat. ex quo pa-
tet, huiusmodi atque proprium fieri posse, vt in idem quandoque
recidant: minime tamen eisdem: vt σίγυννον, id est lanceola: quod Cy-
priis quidem proprium, nobis vero ab illorum lingua. Translatio
est nominis alieni illatio, vel a genere ad speciem, vel a specie ad ge- E
nus, vel a specie ad speciem, aut etiam secundum aliquod, quod pro
portione respondeat. A genere ad speciem voco: vt, Stetit hæc mi-
nauis: etenim in portu esse, stare aliquod est. A specie ad genus: ...,
Ipse decem peperit iam millia commoda Vlyxes: decem millia enim
multa sunt: quo sane vocabulo pro multo vtuntur. A specie ad spe-
ciem: Abstulit ære animam, immiti ære abscicit. hoc enim loco au-
ferre pro abscindere, & abscindere pro auferre, vsurpauit: quod
vtrunque subtrahere aliquod sit. Proportione vero respondens di-
xerim, quando aliquod secundum ad primum simili ratione se habe-
at, qua quartum ad tertium. sumit enim vel loco secundi quartum,
vel quarti secundum: interdumq; addunt, pro quo dicitur, ad quod
est. exempli causa: simili ratione se habet phiala ad Bacchum, qua scu-
tum ad Martem dicet igitur & phialam scutũ Bacchi, & scutum phia- F
lam Martis. rursus ad diem vespera pari ratione se habet, qua ad vi-
tam senium itaque dicet, vesperam diei senium, & senium vespe-
ram vitæ: vel, sicut Empedocles, occasum vitæ. Licet autem quibus-
dam nomen proportione respondens inditum non sit, nihilo ta-
men secius simili ratione dicetur: quemadmodum frugem quidem
proiicere, serere dicimus: proiici vero a Sole flammam, nominis
est expers: cum tamen ita ad Solis flammam hoc se habeat, quemad-
modum serere ad frugem. ideoque Sol dictus, sator diuinitus igne.
Licet autem huiusmodi translationis modo vti, & alio quoque: cum
videlicet nominauerimus alienum quippiam, aliquid eius pro-
prium ab eodem remouentes: Vt si quis appellare volens phialam,
dixerit scutum, non Martis, sed Bacchi. Fictum est, quod a ne-
mine vsurpatum, a pœta ponitur: cuiusmodi hæc esse apparent, vt
Cornua ramos, & sacerdotem custodem. Productum, atque sub-

A tractum. Productum videlicet, quod longiore vocali vtatur, quam sit eius propria, siue etiam adiectam syllabam asciuerit. Subtractum, quod aliquo siue peculiari, siue adiecto mutilum sit. exempli gratia: productum πόλεως πόληος, πηλείδου πηληιάδεω dicimus: subtractum, vt κρῖ δῶ. atque etiam, cum vna ex geminis sit, vt per ἰῆς ἦς, id est, suę. Commutatum, cuius in denominatione aliqua quidem remanet pars, aliqua vero additur: velut, Dexteriorem secundum mammam, pro dextram. Nominum præterea sunt aliqua mascula, aliqua fœminea, aliqua media. Mascula, quæcunque in ν & ρ desinunt, & in cunctas, quæ a π & κ mutis componuntur: sunt enim omnino duæ, ψ & ξ. Fœminea, quæcunque in vocales suapte natura longas, quales sunt η & ω, desinunt: productas insuper in α. quo fit, vt hæ numero sint æquales illis, in quas mascula & fœminea desinunt. ψ enim & ξ non diuersæ sunt. sane nullum nomen in mutam desinit, sed nec in vocalem breuem: in vero tria tantum μέλι, κόμμι, πέπερι. in υ quinque, πῶυ, νᾶπυ, γόνυ, δόρυ, ἄστυ. Media in hæc, insuper que in ι & σ.

B

De Dictionis virtute. Cap. XXI.



Dictionis autem virtus, vt perspicua sit, non tamen humilis. quæ igitur ex propriis nominibus constabit, maxime perspicua erit, humilis tamē. exemplum sit, Cleophontis, Scheneli que poesis. illa veneranda, & omne prorsus plebeium excludens, quæ peregrinis vtetur vocabulis. Peregrinum voco varietatem linguarum, translationem, extensionem, tum quodcunque a proprio alienum est. verum, si quis hæc omnia simul congerat, vel ęnigma efficiet, vel barbarismum: ęnigma quidem, si translationes: barbarismum vero, si linguas. Aenigmatis forma ea erit, oratio scilicet, quæ ex minime congruentibus inter se cōstet. hoc itaq; per nominum compositionem effici minime potest, per translationem vero potest: vt, Vidi igne atque ęre virum viro inhęrentem vnum, cęteraq; id genus, queēadmodū quoq; ex linguarū varietate barbarismus. quapropter aliquo pacto hic admiscetur. Proinde sicut illud non triuiale ac minime humile, lingua, translatio, ornatus, cætereq; dictę species pariunt: ita proprium perspicuitatem. Cæterum non minimam conferre videntur partem ad dictionis perspicuitatem, & ad vulgare, excludendū productiones, concisiones, nominumque immutationes. quandoquidem id, quod preter vsum communem sit, quatenus a proprio diuersum est, illud minime plebeium efficit: quatenus vero cum vsu communi conuenit, claritatem. Quapropter errant non parum, qui huiusmodi dictionis genus accusant, quique Poetam ipsum incessere audent: id quod priscus Euclides fecit. quasi facile quis confingat, si

C

ei, dum iambos conſcribat, in ipſa dictione nomina quantumlibet exrendere liceat. quemadmodum, ἤ τι χαρμῦδεν μαραθῶνα βαδίζοντα: & D
οὐκ ἄν γευάμενος τὸν ἐκείνου ἐξελλέβορον. itaq; ridiculus eſſe apparet, qui hoc dicendi modo vſus eſt. Atqui menſura æque omnibus partibus requiſita eſt. nam ſi quis translationibus, linguis, cæteriſq; huius generis vel indecẽter, vel affectate vſus fuerit, pari ratione ridiculã ſtruxerit. Quantum vero cõcinnitas in carmine polleat, vel ex eo cõſideretur, ꝙ loco nominum ad menſuram in oratione comparatorum a varietate linguarum, translationum, cæterorumq; generis huiuſmodi, ſi quis proprias appellationes poſuerit, veram nos attuliſſe rationem inficias non iuerit: id quod Aeſchyli, atque Euripidis in eodem faciẽdo iambo pariter verſantium exemplo apparet. nam cum hic vnum duntaxat nomen lingua non trita loco proprii immutauerit, iam pulcher apparuit, quam ille abiectus eſt viſus. etenim in Philoctete Aeſchylus ſic locutus eſt: Mei pedis carnem exedit phagedena: ipſe vero Euripides loco exedit, epulatur appoſuit. Ad hæc: Nunc autem paruus me exiſtens turpis ineptus: verbi gratia: ſiquis afferens magis a
propria, id ineptus immutauerit: hoc pacto: Debilis informis me exiſtẽs, exiguusq;: itemq;, Indignum currum, & exiguas dapes: dicatq; currum prauum, & paruas dapes: rurſusq; pro Iones vociferantur, Iones clamant. Ariphrades præterea carpebat tragœdos, perinde ac in Tragœdiis ſuis his vterentur, quæ in communi ſermone diceret nemo: vt δόμων ἄπο pro ἀπὸ δόμων, id eſt, domibus ab, pro ab domibus: & σέθεν pro σοῦ, i. ſui: & νιν pro αὐτὸν, i. ipſum: & ἀχιλλέως πέρι pro περὶ ἀχιλλέως, ideſt, Achille de, pro de Achille, cęteraq; huiuſmodi: proſus ignorans, quod hæc omnia dum proprium vitant, plebeiam interim dictionem effugiunt. Cæterum magni negocii eſt, in ſupradictis ſingulis a decenti non diſcedere, minimeq; abuti cõpoſitis nominibus, linguiſq;: cum primis vero decenter vti translationibus, maxime eſt arduum. id quod vnum non aliunde quæſitum ſit oportet, verſatiliſq; ingenii indolẽ præſeferat. Etenim recte quid F
transferre, ſimile aliquod illius contemplari eſt. Duplicia vero nomina vt maximum in modum Dithyrambis quadrant, ſic Heroicis linguarum varietas, Iãbiciſq; translationes. quãquam Heroicis quidem ſupradicta omnia valde vſui ſunt: Iambicis vero, quòd maxime colloquia æmulentur, cuncta illa cõueniunt nomina, quibus rite quis in ipſo ſermone vtatur. ſunt autem hæc, propria, metaphorica, ornata. De Tragœdia igitur, deq; ad actionem accommodata imitatione, ſatis hactenus a nobis hęc dicta ſint.

De Epopœica Heroica ue imitatione, ipſiusq; cum Tragœdia conuenientia, ac differentia. *Cap.* XXII.

DE narratiua vero, & per numeros imitatione, quòd ipſe quoq; fabulæ, non ſecus ac in Tragœdiis actus, conſiſtere debeant,

pariterq; circa vnam, eamq; integram atque perfectam actionẽ versari, principio scilicet, medio, fineq; constatem, a qua sane, velut ab integro quopiam animali, voluptas quædam peculiaris proficiscatur, omnino manifestum est. itemq; q historiis vsitatis dissimiles esse debeant: quæ quidem non vnius tantum actionis præbeant notitiã necesse est, sed temporis vnius, omnium sane, quæcũq; in eo tam circa vnum, quã plures contigere, eodem scilicet modo, quo singula quę que inter se (vt casu euenit) se habent. verbi causa: circa idem tempus nauale bellum in Salamine, præliumq; Carthaginiensium in Sicilia, quæ minime quidem in eundem exitum spectant: ita quoq; in insequentibus temporibus, dum alterum interdum post alterum fit, quibus vnus non est exitus. id quod fere poetarum non pauci efficere solent. Quamobrem, quemadmodum superius diximus, ob id etiã præ cæteris diuinus Homerus videri iure debet, quòd bellum quidem alioqui principio, medio, fineq; constans, totum scribere minime est aggressus: siquidem vel nimis magnum euasurum, atque adeo B perceptu difficile existimauit: vel, si ad iustam magnitudinem perstrinxisset, inculcatum nimia varietate futurum. Nunc vero eius testie vna duntaxat parte suscepta, pluribus in ea Episodiis vsus est: sicuti nauium catalogo, aliisq; Episodiis, quibus Poesim ipsam locupletissimam reddit. Alii vero circa virum vnum, tempusq; duntaxat vnum versantur: sed actionem ipsam multimembrẽ constituũt: quemadmodum qui Cyprica, & Iliadem paruam conscripsit. Verum enimuero Ilias simul atque Odyssea vna tantum Tragœdia, duabus ad summum claudi possunt: contra Cyprica non nisi pluribus. tum parua Ilias ex octo amplius constat: vt sunt armorum iudicium, Philoctetes, Neoptolemus, Eurypilus, Emendicatio, Lacæna, Ilii excidium, Reditus, Sinon, Troiades. Iisdem prgterea generibus Epopœia, quibus Tragœdia constet, est necesse. etenim vel simplicem, vel complicitam, vel moralem, vel patheticam hanc esse oportet. Cui totidem, eædemque partes, præter harmoniam, & apparatum respon-C dent: vt quæ peripetiis, agnitionibus, affectibus, adhuc etiam sententia & dictione, egregiis quidem omnibus indigere videantur. quibus sane cunctis & ante alios, & plenissime Homerus vates vtitur. si quidem vtroque poemate hæc omnia complexus est. Vt enim Ilias simplex, atque patheticum continet genus, sic Odyssea complicitũ, vt quæ agnitionibus constet, & per totum morata sit: ad hæc quoq; dictione, atq; sententia, cæteris mirum in modum vatibus antecellit. Differt autem Epopœię contextus a Tragico, longitudine, metroq;. itaque longitudinis præfinitio sit, de qua nobis satis est dictum, vt principium, simulq; finis conspici queat. hoc aũt fuerit, si contextus ipsi, veteribus quidem minores erunt: plures vero Tragœdias ad vnam auditionem dispositas complectentur. Quippe proprium Epopœiæ est, posse plurimum in magnitudinem excrescere: id quod

assequi Tragœdia non potest. quandoquidem hæc plura simul facta
imitari nequit, sed id solummodo, quod in scena tunc, atque adeo pe
nes histriones est: contra in Epopœia; vt quæ mera enarratio sit, plu
res veluti partes transactas conglutinari permissum est: quibus i ne
perinde ac sibi propriis, poematis ipsius quasi grauidus augetur s te
rus. Quapropter hac prærogatiua cum polleat, tum facilem ad magni
ficentiam aditum habet, tum ad auditorem subinde leuandum, neq;
non dissimilibus Episodiis cuncta ad peragendum. Etenim Episodio
rum vniformitas, vt quæ cito satietatem afferre soleat, in causa est,
cur Tragœdia ad finem festinet. Heroicum vero carmen ex ipsa qui
dem experientia congruens esse apparuit. Et enim, si quis alio quo
libet metri genere, pluribus ue inter se mixtis, enarratiuã facere imi
tationem aggressus fuerit, præter ipsum decens factum videri pote
rit. quando quidem numerorum omnium stabilissimum, atque gra
dissimũ Heroicũ est. quo sane fit, vt linguas, atq; translationes po
tissimum admittat. nam motus ipse enarratiuus præ cunctis aliis ex
cellens est. iambi vero, atq; octonarii mobiles quidem sunt. verũ vt 8
hi saltationibus, sic agendis rebus illi aptissimi sunt ad hæc illud etiã
magis absurdum, si quis, vt ipse Chæremon, hos miscuerit. Quare
longũ contextũ alio, præter quã heroico merito rite panget nem
nimirum id congruere (sicuti diximus) natura docet. Proin vates
Homerus in hoc quoque, quemadmodum & in cæteris, præcipu
laude dignus est: quandoquidem omnium Vnus, quid ipsum deceat
poetam, minime ignorat. Decet autem hunc ex persona sua pau-
ca dicere, quòd in eo imitator non sit. itaque vates alii, dum hoc stu
dio semper certant, pauca interim, paucisq; in locis imitatione asse
quuntur: contra Homerus pauca admodum præfatus, modo virum,
modo mulierem, interdum mores aliquos inducit. nihil enim vn-
quam nõ moratum: at semper moribus præpollens, quodcunque e
fingit. Sane conuenit Tragœdiæ ipsum præbere mirandum, mag
autem Epopœiæ: quod videlicet proportione respondeat. ideoque
mirandũ maxime huic conuenit: quoniam in ea ad ipsum agentem
minime respicimus. Porrò, si quis illa, quæ de persecutione in Hec
rem sunt, in scenam afferat, vtiq; ridicula apparere fecerit. nam &
illos stare, & hunc abnuere videre esset: id quod prorsus in ipsis car-
minibus latet. Cæterum mirãdum ipsum per se esse gratum, argu-
mento sit: quòd omnes huiusmodi aliquod, dum nũciant, veluti dictu
ri in gratiam, id semper exaggerant. Homerus vero præcipue alios
docuit, quo pacto mendaciũ ipsum dici oporteret: quod profecto pa
ralogismus est. Existimant enim homines, cum hoc ipso existente,
siue facto, hoc ipsum fiat, si posterius sit, etiam prius esse, vel fieri:
quod quidem mendacium est. sed ob id sane mendacium primũ est,
ꝙ alio quopiam existente, hoc idẽ esse vel fieri necesse sit: siquidem
cum hoc esse verũ sciat, anima nostra paralogismo colligit, etiã pri-

A mum esse verum. Cuius exemplum ex Niptris sumi potest. itemq; fieri quæ neutiquam possunt, modo verisimilia sint, potius quidem eligenda esse, quã quæ minime verisimilia, licet fieri possint. Sermones quoq; ipsos adeo non ex parte rationis expertium constitui debere, vt etiam nihil, quod non summa ratione prędirum sit, contineant: si vero secus fiat, extra ipsam fabulationem saltem sit. exẽpli gratia ignoratio Oedipodis, quo pacto Laius occubuerit, non autẽ in actibus: sicut in Electra Pythicorum nunciatio: itemq; in Mysis, ex Tegea mutus vt loquetetur, profectus in Mysiam est. quapropter locutum fuisse dicere, fabula quidẽ ridicula esset. etenim a principio eiusmodi constituendæ non sunt. at si semel constitutæ fuerint, & ita sint receptæ, eas admitti quamuis absurdas, probabilius erit. quando quidem illa etiam in Odyssea circa Vlyxis expositionem rationis expertia sunt: quę quidem nullo pacto toleranda appareret, si hæc eadem non bonus aliquis poeta confinxisset. nunc vero diuersis bonis absurdum illustrans, suaue ipsum poeta reddit. Cæterum in di-
B ctione, ociosi in partibus maxime elaborandum: secus autem in his, quæ moribus, quæq; sententia polleant. quandoquidem ipsa valde luminosa dicto, tum mores, tum sententiam, quæ quidem per se satis conspicua sunt, obumbrare solet.

De obiectionibus in Poetas, earundemq; solutionibus. Cap. XXIII.



Aeterum dubitationes, ac solutiones, ex quot videlicet, quibus ue generibus constent, ita considerantibus manifestæ fient. Et enim cum imitator poeta sit, sicuti quoq; pictor, vel alius imaginum designator, eorum semper vnum aliquod, quæ tria numero sunt, imitetur necesse est: qualia videlicet fuerunt, siue sunt: vel qualia dicuntur,
C videntur ue: vel qualia esse oportet. hæc autem dictione tum per linguas, tum per translationes enunciantur. Multæ enim dictionis ipsius affectiones sunt, quas poetis indulgemus. Ad hæc non eadem est rectitudo Ciuilis facultatis, quæ Poeticæ: sed nec alterius vllius artis, prętetquam Poeticæ. Huius vero peccatũ omnino duplex est, alterum per se, alterum per accidens. itaq; quod ad imitandum non imitabile sibi proposuerit, per se huius peccatum erit: proponere vero non recte, per accidens. Quemadmodum vtrunq; dextrum latus equum promouentem, aut secundum vnamquanque artem peccatum: verbi gratia: secundum medicinam, aliam ue quamlibet artẽ: aut etiam, si quę fieri nequeunt, confinguntur. Qualicunque igitur hæc fuerint, minime quidem per se huius peccata dicimus. quo fit, vt obiectiones in quæstionibus, si quis ad hæc respexerit, soluturus sit. Ac primum quidem, tametsi peccemus semper in his, quæ

secundum artem sunt, si quæ fieri nequeunt confingamus: recte D
tum id factum se habebit, si propterea eiusdem finem assecuti fue-
rimus, dictus est enim eius finis: Verbi causa, si hoc pacto, vel id ma-
gis stupendum fuerit, vel aliqua ipsius pars huiusmodi reddatur.
Exemplum sit, illa in Hectorem persecutio. si ergo finem magis, mi-
nus ue assequi contigerit, peccatum vero in his, quę circa artem sunt,
fuerit: nequaquam satis recte id fiet. quippe si fieri potest, nullo pa-
cto peccandum est. Pręterea vel est in his peccatum, quæ secundum
artem sunt, vel quæ secundum aliquod accidens. leuius enim fuerit,
si ceruam cornua non habere ignorauerit, quā si non bona imitatio-
ne descripserit. Ad hęc, si quis ex parum Veris arguatur, at certe qua-
lia esse decet, solutio sit: id quod Sophocles dixit, se quidem homi-
nes, quales esse oporteret effingere: Euripides autem, quales essent.
Quòd si neutro soluendum sit modo, at certe ita esse dicũtur: respon-
dendum erit, Velut in iis, quæ ad ipsos pertinent Deos. fortasse enim
sic dicere neq; meliorem in modum, neq; secundum veritatem fue-
rit. sed tamen ita contigit, vt Xenophanes ait, ferunt hæc. quan- E
quam non meliorem fortasse in modum, nihilominus ita se habue-
re: velut illud, quod de armis perhibetur. Rectæque solo præfixæ ha-
stæ. Sic enim eo tempore moris erat. vt nunc etiam apud Illyrios.
An vero recte, vel non recte a quoquam siue dicatur, siue fiat, si quis
inquirere velit, non modo idipsum factum, dictum ue considerare
debet, verum laudabile an prauum sit: verumetiam ad agentem, di-
centem ue respicere, ad quem videlicet, vel quando, vel cui, vel gra-
tia cuius: verbi causa: boni maioris gratia vt fiat: mali maioris, ne
fiat. Sunt etiam aliqua, quæ si ad dictionem ipsam respexeris, licet
soluere. verbi gratia: lingua, vt Principio sane οὐρῆας. nam ea vox οὐ-
ρῆας forte non mulos, sed costodes significat. ac de Dolone: Turpis
erat specie: non, quòd esset corpore male compacto, verũ turpi fa-
cie. nam vocabulum εὐειδὲς pulchra facie aliquid Cretenses vocant.
& illud ζωρότερον propinabant. haud enim ζωρότερον eo in loco p me- F
ro, quo ebriosi gaudent, sed pro frequẽter accipitur. Per translatio-
nem insuper: vt, Iamq; Deos alios pernox, hominesq; tenebat Insi-
gnes galea somnus. tum illud quoq;. Si quando Troiæ ad campos
sua lumina vertant: vt etiam tibiarum fistularumq; vocem. sane pro
multis, omnes per translationẽ dicimus. Omne enim aliquod mul-
tum est. & οἴη δ' ἄμμορος: idest, sola expers, similiter per translationem.
illud enim quod notissimum est, vnicum & solum dicimus. Solui-
mus præterea ratione accentus: vt Hippias Thasius illud, δίδομεν δ'
ε: id est Nos vero damus. οἱ enim articulus est: cui si circunflexum
addideris accentum, pronomen sibi, significat. quin & illud quoque,
οὗ καταπύθεται ὄμβρῳ: id est, himbre minus marcet. οὐ enim, quæ nega-
tiua particula est, si circunflexum cum aspiratione sumpserit, aliud
sonat. Per diuisionem quoq;, quemadmodum apud Empedoclem:

A Nata sed hęc subito mortali corpore vidi, Ante immortali quã ani-
mania seligerẽtur. Item per Amphibologiã: Plurima præteriit nox.
Illud enim πλέον amphibologicum est. Per consuetudinem quoque
dictionis: vt illud κεκραμένον, id est, mixtum. quod ad vinum pertine-
re receptum est. Vnde & illud, Ocrea, quæ fuerat stanno confecta
recenti. & χαλκέας, quæ vox alioqui fabros ærarios significans, pro
ferrariis sumitur. Iuxta quod etiam Ganymedes a vino minister
Iouis appellatur, cum tamen Dii ipsi vinum non bibant: id quod per
translationem dici neutiquam potest. Quando autem in nomine
contrarietas inesse significationis videtur, considerandum sane, quo-
tuplex est eius circa id, de quo agitur, significatio. quẽadmodũ: Huic
spicula ferrea cum prohibebat. Etenim eo in loco ἔσχετο, quod alio-
qui inhærebat significat, pro prohibebat accipitur. Quotuplex vero
illud, expenditur hoc ferme pacto: maxime vero, si quis contraria, e
regione disposita suscipiat: siue, vt inquit Glauco. Quoniam sine ra-
B tione aliqua præsumunt, ipsi quidẽ veluti iam iam pronunciaturi ra
tiocinantur: quasiq; pro arbitrio locuti, tametsi eorum opinioni con-
trarium insit, redarguunt. quo in genere sunt illa, quæ de Icario per
hibentur. Siquidem Laconem hunc extitisse existimant: ideoq; sequĩ
absurdum, euntem quidem Lacedæmona Telemachum in eum mini
me incidisse: cum tamen id fortasse se habeat, quemadmodum Ce-
phalenses dicunt, qui quidem duxisse apud se vxorem Vlyxẽ dicti-
tãt: Icadiumq; esse, non Icarium. hoc autem in genere peccatum est,
verisimilis dubitatio. In summa, quod fieri nequit, vel ad ipsam Poe
sim, vel ad meliorem eius modum, siue etiam ad famam referendum
est. Quantum vero ad Poesim attinet, credibile potius, licet fieri non
queat, eligendum est, quam incredibile, licet queat. huiusmodi aũt
sint, cuiusmodi pinxit Zeuxis: potiusq; in melius declinent. exem-
plar.n. ipsum superare oportet. Et ad illa quę, pręter rationem dicũt
C esse, sic respondendum: tum quòd aliquando sine ratione non sunt.
verisimile enim fieri aliqua præter id, quod verisimile est. Cæte-
rum ita dicta contraria sic exploranda, quemadmodum in sermoni-
bus elenchi, si idem, & ad idem, & eodem modo: sicuti dicentem ip-
sum, aut ad ea quæ ipse dicit, aut quę prudens aliquis supponeret. re
cte enim id increpatur, quod siue rationis est expers, siue probitatis:
cum videlicet nulla necessitate cogente, pręter rationem aliquo quis
vtatur: sicut Euripides Aegisthi nequitia, & in Oreste Menelai. Ta-
les itaq; obiectiones ex quinque generibus proueniunt. Etenim vel
sicut illa quæ fieri nequeunt, vel quæ rationis expertia, vel quæ lę-
dentia, vel quæ contraria, vel quę præter artis rectam normam exi-
stunt. solutiones autem ex dictis iam enumeratis cõsiderandæ sunt
omnino duodecim.

Vtra melior sit imitatio, Epopœica ne, an Tragica.
Cap. XXIIII. D



Trum vero melior Epopœica imitatio sint, an Tragica, dubitare aliquis poterit. Etenim si illa melior, quæ minus inuidiosa: huiusmodi sane est, quæ ad meliores fit spectatores: manifestum quidem, quod illa quæ cuncta imitari vult, magis inuidiosa est: vt quæ parum sentientes, nisi multo motu moueantur, excitare debeat. Id quod inepti tibicines efficere solent: qui, cum discum imitari oporteat, seipsos in gyrum agunt: Scyllamq; dum modulantur, chori principē trahunt. Itaque Tregœdia talis est: vnde priores illi iuniores se pro histrionibus habebāt. siquidem Myniscus velut in eo nimium Callippidem, simiam appellabat: talisque propemodum de Pindaro opinio erat. Vt autem hi ad illos se habent, ita quoq; integra ars ad Epopœiam. Hanc igitur sicuti præstantiorum spectatorum esse dicunt, histrionica arte minime indigentium: ita ignarorum Tragœdiam, E quæ, quoniam inuidiosa, ideo deterior esse apparet. Primum igitur huiusmodi accusatio non Poeticæ, sed Histrionicę est. nam & in eiciorum opificio, tum qui hexametros recitat, quod Sosistratus faciebat, vtitur: tum qui hos concinit, quod Mnasitheus Opuntius. Deinde nō omnes motus sunt improbandi, sicuti nec saltationes: sed imperitorum tantum, quibus & ipse tunc arguebatur Calippides, & nunc etiam aliqui: perinde ac minime liberales fœminas imitentur. Ad hæc Tragœdia sine motu, quemadmodum & Epopœia conficitur. vt quæ ex lectione quoque, qualis omnino sit, manifestò apparet. Itaque si in cæteris est præstantior, illud sibi quasi minus necessarium esse plane dicimus. Omnibus insuper, quæcunque Epopœia continet, abunde pollet. nam & numeris vtitur, & quæ non modica pars habenda est, musica quoque, & apparatu: ex quibus sane voluptates ipsæ manifestissime percipiuntur. Nec non in agnitione, ceterisque F actionibus euidentissima est, & ambitu minori poeticæ imitationis finem assequitur. id enim vberiorem voluptatem præbet, quòd quę per longam temporis periodum sparsa habentur, breuiori collecta gyro perstringit. exempli gratia: Si quis Sophocleum Oedipodem tot in carmina, quot Ilias continet, distribuerit. Ad hæc Epopœicam imitationem, qualiscunq; fuerit, non vnam omnino esse argumento sit, quòd ex hac, qualiscunq; fuerit, Tragœdię, semper plures exeunt. quare si vnam isti fabulam composuerint, necesse est eam vel breuē nimis, instarq; muris caudæ apparere: vel, si ad iustæ mensuræ longitudinem produxerint, quasi vinū dilutissimum. q. si plures verbi gratia, si ex pluribus actionibus cōmixtam profecto nō vnam: qualem Iliadem & Odysseam, plures quidem huiusmodi continētes partes, quæ alioqui per se ipsas etiam magnitudinem habent: tametsi

A huiuſmodi poemata tum optime quantum fieri poteſt conſtituta ſint tum etiam quam maxime vnius actionis imitatio. Si igitur Tragœdia non modo in his omnibus præcellit, ſed artis quoque opifico (quippe nõ quamlibet voluptatem, verum quam diximus, præſtare debet) ſane liquet meliorem hanc eſſe, multo quidẽ perfectius Epopœia finem aſſequentem. De Tragœdia igitur, & Epopœia, deque earum generibus, atque partibus, quot etiam, quibusque differunt, de cauſis inſuper, cur hæ merito probentur, reprobentur ue, tum de obiectionibus, ac ſolutionibus, ſatis hactenus a nobis hæc dicta ſint.

PARAPHRASES AVERROIS IN LIBRVM POETICAE ARISTOTELIS.

Abramo de Balmes interprete.

Summis vigilijs nouiter elaborata, ſcolijs & annotationibus (vt facile intuenti patebit,) ab Antonio Poſo a Monteilcino, illuſtrata.



Ntentio huius ſermonis eſt explicatio illius quod eſt in libro Ariſtote. de Poetica ex regulis vniuerſalibus communibus omnibus gentibus, vel maiori parti ipſarum, cum multę earum quę ſunt ibi: ſunt regulę non proprię poematibus Arabum, cum tamen vtantur illis: nos autem comprehendemus hęc, ſeptem capitulis.

Caput primum. Oſtenditur quot ſint ſpecies confingendi: & ex quibus orationibus exordiatur confictio vt ſit perfectę operationis.

C NOſtra intentio in preſenti, eſt loqui de arte poetica, & de ſpeciebus poematũ. Iam aũt expedit illi, qui vult vt regulæ, quas traditurus eſt, obſeruent rectum modum vſus, ꝙ primo ędicat quam actionem habeat vnaquęque ſpecies fabularum, & ex quibus conſtent poeticę orationes: & ex quot rebus conſtituantur, & quę ſunt ipſarum partes quibus conſtent & communes & proprię: & quot ſint ſpecies* intẽtionum quas oratio nes poeticę intendunt, & ꝙ totum ſuum ſermonem de his inſtituat ex principijs, quę nobis naturaliter inſunt circa hoc negocium. Omne itaque † carmen & omnis poetica oratio, eſt circa vituperationem, aut laudem. Hoc autem fit manifeſtum inquiſitione carminum, & pręcipue carminum ipſorum grecorum, quę fuerant de rebus voluntarijs. Dico de honeſtis & etiam turpibus. Et ſimiliter res eſt in artibus imitantibus artem poeticam; quę ſunt pulſatio cytharę & tympanorum, & chorearum: hoc eſt, ꝙ ille naturaliter parant has duas intentiones. Fabulæ autem poeticę ſunt orationes imitantes. Species autẽ imitationis & imitatio ipſa, eſt trium ſpecierum: quarum duę ſunt ſimplices & tertia eſt miſta ex eis. Duarum vero ſimplicium vna eſt imitatio ſimilitudinis rei alicuius, & aſſimilatio illius ad alteram. Hoc autem fit in ſingulis ydiomatibus per dictiones apud illa proprias: quę apud Arabes ſunt literę aſſimilationis. Secunda autem ſpecies eſt acceptio ſimilis loco conſimilis, quod vocatur commutatio in hac arte. Et expedit te ſcire ꝙ hanc parte ingrediuntur

* Mant. I, tationum.

† .a,l,poſſis.

a .l. methaphoram.

species quas viri nostre etatis vocant * accōmodationem & cognominationem, nisi ꝙ cognominationes, vt plurimum sint morum, qui fiunt ex annexis rei: & accōmodatio fit moris qui est ex illis proportionalibus: hoc est, ꝙ proportio tertie ad secundam sit proportio tertię ad quartam: & commutetur ibi tertia ad primā vel econtra. Iam aūt, premissum est in libro rhetoricorum ex quot rebus fiunt commutationes. Tertia aūt spēs orationum poeticarū est composita ex iīs dictis duabus. Dixit. Et sicut homines naturaliter aliquando assimulant & cōfingūt quędā illorū aliquibus per operationes, prout contingūtur illorū quędā aliquibus coloribus, & figuris, & vocibus. Et hoc aut arte aut habitu qui inuenitur in confingentibus: aut ob consuetudinem aliquamque illis precessit circa hoc: similiter illis inest confingere per elocutiones naturaliter. Assimilatio autem & cōfictio per poeticas elocutiones * fit tribus rebus: ob concinnos rithmos & ob metrorum * harmoniam & ob ipsam assimilationem secundum se: singulę autem harum possunt ab alterutris separari quandoq; vt est harmonia in plasmis, & metrum, harmonicū choreis & confictio in oratione. Dico orōnes assimilantes nō metricos harmonicos neq; numero pliberatos. Et aliquādo cōnectūtur hęc tria secundum se tota: prout inuenitur apud Arabes: prout sunt poemata quę nouiter constituerunt viri huius insulę: ex quo poemata naturalia sunt ꝙ amplectuntur ipsas tres res: naturales autem gentes adinuenerunt naturales versus tates: poematibus enim Arabum non erat harmonia, sed erat numerus solū: aut harmonicum metrum: & confictio simul. Hoc aūt sic existente, artes itaq; assimilantes, aut quę faciunt actionem silitudinis, sunt triū spērum: rithmus, & metrum, & ars cōstituendi orationes cōfingentes: & talis est hęc ars logica, de qua consideratur in hoc libro. Multę aūt orationes inueniuntur quas vocant poemata, quibus non est de significato poematis nisi numerus solum: prout sunt orationes metricæ Socratis, & orationes Empedoclis de naturalibus econtra vero poematibus Homeri: in illis enim sunt ambę res simul: & ideo non est dignū dici poema vere, nisi ꝙ amplectitur ambas has res: & ideo dignius. est vocare illas orationes, quām ꝙ dicantur poemata. Vt ille qui vtitur orationibus metricis de naturalibus, dignior ē dici phisiologus, quam ꝙ dicatur poeta: & similiter orationes * assimilantes quæ fiunt ex metris mixtis, non sunt poeticę. Iam itaque manifestatum est ex hoc sermone quot sint species confictionis & ex qualibus orationibus. exorditur confictio adeo ꝙ sit perfectę operationis.

a .l. imitantur.

a.l. imitatio

a.l. numeros

A citharis.

a.l. imitatorij.

Caput Secundum. Quod species assimilationum sint tres, & sue differentiæ sint tres, & quæ sint tres differentiæ, & tres species.

Voniam ex eo ꝙ confingentes & assimilantes intendunt per hoc inquirere institutionem quarundam operationum voluntariarum, & inhibere aliquarum illarum operationum. Expedit itaque necessario, ꝙ res quas confingens intendit, sint virtutes aut vitia iam itaque expedit necessario. ꝙ dicamus omnem actionem, & omnem morem ad alterum duorum declinare, nempe aut ad virtutes, vel ad vitia. fit itaq; ut probitates per probos, ipsasue probitates imitentur, improbitates autem per improbos atq; immprobitates. Manifestum itaq; est, ꝙ per omnem assimilationem & confictionem, intendatur commendatio & vituperatio, Et iam necessario expedit cum hoc ꝙ virtutes confugientes hoc est qui naturaliter inclinantur ad confictiones ipsarum sint probi, & confingentes vitia sunt naturę imperfectioris istis & vitio propiores: & ex his duabus hominum speciebus inuenitur laus & vituperium: hoc est, laus virtutum & vituperium vitiorum: & propterea quidā poetę fuerunt bene laudantes, non bene vituperantes: & quidā econtra, bene vituperantes, non bene laudātes. Sicque ergo necessario omni assimilationi & confictioni insunt he duę operationes .s. commendatio & vituperatio. Hę aūt due differentię, inuentūtur assimilationi & cōfictioni, quę fiūt in orone, non confictioni quę fit metro, neq; illi que per harmoniam. Ac etiam iam inuenta est imitationis per orationem tertia differentia quęest assimilatio, qua inter

Duo actus reperiuntur in qualibet imitatione.

A dicitur conuenientia similis sibi consimili, preter ꝙ per hoc intendatur commen-
datio, vel uituperatio sed solum pura conuenientia: & hæc assimilationis spēs,
est sicut ipsa materia, apta, vt transmuteтur ad ambo opposita, hoc est, ꝙ aliquā
do permutetur ad commendationē per super additionē ad ipsam, & aliqñ ad vi
tuperium, ob super additionem & ad ipsam, & hic fuit stilus Homeri: dico ꝙ il
le tulerit suas assimulationes, per conuenientia super additionis tribuentis decē
tiam aut vituperium. Et quidam poetarum est, cuius intuitus fuit ad conuenien-
tiā, & simillimā, imitationem solum, & quidam cuius intuitus fuit commendatio
nē, & vituperium: & de ipsis fuit qui congregauit ambas res, prout fecit Home-
rus. Et iam exemplificauit Arist. in singulis harum speciebus ex poematibus,
quę vulgata erant in suis regionibus, quarum consuetudinis fuit fungi singu-
lis speciebus harum trium assimilationum: tibi itaque non difficile erit inuenī
re quales ille sunt in poematibus Arabum, & si maior par Arabum poematū,
prout ait Abunnazar Alpharabius sint ad luxum pertinentia: & hęc est illa
species, quam veneream vocant: veruntamen est exercitio ad rem turpem: &
& ideo expedit pueris fugere illa, & assuescant in poematibus illorum, quorum
est excitatio ad fortitudinem & honorem: Arabum enim poemata, non exci-
tant ad virtutes, pręter has duas; & si non loquantur de illis secundum modū
excitandi ad illas, sed loquuntur de illis iactationis modo. Species vero poe-
matis quo intenditur connenientia sępe inuenitur in suis poematibus, & ideo
B sępe describunt inanimata & animalia & plantas Gręci vero non dicūt in ma
ioni parte suorum poematum nisi quod vtitur circa excitationem ad virtutem,
aut abstinentia a vitio: aut ꝙ adipisci faciat aliquam virtutem, aut scientiā. Iā
itaq; ostensum est ex hoc sermone ꝙ spēs assimilationum sunt tres: & ꝙ ipsa-
rum differentię sint tres: & ostensum est quę sint hę tres differenitę & tres spe
cies: & ꝙ quando exactę inquirerentur poemata, occurret veritas, ꝙ non inue
nitur quarta species assimilationum, neque quarta differentia de differentiis
illarum specierum. Non datur quarta spēs assimilationis.

Caput tertium. De duabus causis naturaliter gi-
gnentibus poema hominibus.

ET extimatur ꝙ causę gignentes poema naturaliter hominibus sint duę
Prima quidem est inuentio assimilationis & confictionis homini na-
turaliter a pueritia: hoc est, ꝙ hęc operatio inueniatur hominibus con a.i. imitationis.
genita, & hęc res, soli homini; conuenit inter reliqua animantia.
C Huius autem causa est, quia homo inter cetera animalia oblectatur assimilatio
ne rerum quas iam senserat, & confictione illarum. Indicat autem ꝙ naturali-
ter homo letetur assimulatione, & gaudeat ea, quia nos oblectamur & gaude-
mus confictione rerum, quarum sensu non oblectamur & pręcipue quando con
fictio fuerit ex actissima & concinna prout contingit imaginibus animalium
quas faciunt moleste contristantes: pictores & hanc ob causam in disciplina,
ad inbutiones & orationes vtimur simulacris, quia illa sunt instrumentum iu-
uans ad intellectionem rei, cuius intellectus intenditur percipere propter quod
illis inest de oblectamento, quod inest simulacris: ob id quod in eis est de assi-
milatione, & fit anima secundum ipsius oblectationem in illa perfectioris rece
ptionis. Disciplina' enim solum philosophis est iocundissima, hominibus ve-
ro est cum philosopho in ea communicatio modica. Iam enim inuenitur discipli
na naturaliter proueniens ab aliquo homine ad aliquem hominem secundum
comparationem illius hominis docentis, ad hominem addiscentem: simulacra
autem ex quo sunt assimilationes rerum quasi pręsentatæ fuerant, notum est ꝙ
illis vtitur ad festinandum intellectionem & ipsius receptionem, & ꝙ ipsa pre
beant intellectionem, per id, quod eis inest de oblectamento ob assimilationē,
quę eis inest. Hęc itaq; est prima causa gignens poema. Secunda vero causa
est, hominis etiam oblectamen naturaliter de metro, harmonico & rithmus vide

tur enim de significato rithmorum: ꝙ sint proportionales metro apud illos naturaliter comprehendunt rithmos & metra: obiectamen aūt naturaliter ditum de confictione & rithmis & armonicis metris fuit causa inuentionis artis poeticæ, & præcipue apud eos, qui ad id sui natura sunt habiliores. Cres[...] te aut gente exorta est ars, ex quo primus modicam portionem primo induxit, deinde illi successit altera portio. Sicque res successit, quousq; perfectę sunt artes poeticæ ipsę suęq; species secundum singularum specierum hominum aptitudinem, prout magis singulis poematis speciebus oblectati sunt, ut vehi[...] tia: quia natura animi præstantiores primo genuerunt artem commendatiuam: hoc est speciosarum operationum commendationem. His vero qui viliores [...] nuerunt artem vituperandi, hoc est, vituperationes turpiū actionum: & [...] necessario oporteat illum qui intendit vituperare malos, & turpia, vt laudet [...] nos & luculentas actiones: vt maior sit admiratio turpium: dum ipsarum meminerit. Deinde contra illa, meminerit turpium operum.

Hoc itaque est hoc capite de rebus communibus omnibus, aut maiori parte gentiū: reliqua autem quę retulerunt, omnia aut illorum plura sunt, quę propria reddunt sua poemata vsumque ipsorum. Arist. enim meminit de speciebus artium poeticarum, quibus vsi sunt apud grecos, & quo modo singularum illarum ortus fuit naturaliter & quę pars illarum qua parte sit generatione prior præcipue in arte laudandi & arte vituperandi, quę famosę sunt apud illos. [...] fecit cum hoc primum qui incohauit singulas illarum artium poeticarum a[...]rum illis, & quę illis adiecerit aliquid, & qui illas perfecerit. in hoc capite [...] exornat Homerum diademate boni nominis, & magna notitia: & significat ꝙ ille tradiderit harum artium principia: & ꝙ ante ipsum nemini fuit ad[...] tis commendatitię quę esset alicuius dignitatis aut admiratu digna: nec etiam in arte vituperandi: neq; in cęteris artibus notis apud eos. Dixit, imperfectiora & breuiora carmina sunt tempora: quia naturaliter imperfectiora primo occurrunt. Breuiora quidem sunt quę paucioribus syllabis constant, imperfectiora vero, quæ paucioribus, melodiis: in arte autem vituperandi non intenditur confictio cuiusque improbitatis, & turpitudinis solum, sed etiam cuiusque ridiculæ turpitudinis: minus vero turpe, non est dolendum. Indicum aūt huius ꝙ derisionem oporteat amplecti hęc tria, est, quia in deridentis vultu inueniuntur ipsa hęc tria scilicet. iracunda facies, contentionis dispositio, & modica afflictio de eo, de quo commisceretur: contra vultum irascentis cuius est iracundia, & præostentatio, & condolentia: cum hęc sit dispositio animę irascentis, de re in quā irascitur.

a.l. irrisi.

a.l. de eo qui eū irridet.

Ait Abraham, interpres, notatu dignum hic scribendum duxi, ꝙ per artem laudandi epopeiam tragediam voluit interpres esse Auerrois, & per artem vituperandi, ipsam comediam intellexit, cum in ipsa comedia, histriones, & ludones introducantur, venerea ac turpia tractantes. In tragedia vero heroes & dii optima gerentes: quare non minus ad illa vitiosi improbi, quam ad [...] honestiores & probi apti iudicantur, naturaliter præeligendi: vt his magis idonei existant.

Caput quartum. Quæ sit natura & definitio Tragædie: et quot & quæ sint ipsius partes, & quales.

Ait interpres priusquam hoc quartum capitulum, lector scito ꝙ Auerrois confundit cap. de epopeia & de tragedia, quod factum puto, vt daret nobis notitiam: ꝙ non aliam ob causam Arist. interposuerit de epopeia, nisi vt seligeret carmina, quibus proprie tragedia optima vtitur. cum epopeia aliquādo sumatur pro soluta oratione narratiua, vt apud Latinos [...]

*Limii dechæ: aliquando pro longis, aliquando pro breuibus, aliquando pro me-
dijs, non nunqua pro respondentibus carminibus tantum : quare scias non ne-
gligentia, aut inscitia, sed arte ab Auerroi omissa esse, quæ ab Arist. hic ha-
bentur de epopeia.*

Decus artis commendatitię, seu tragedię est vtendo carminibus longis non
breuibus, & ideo posteri abhorrent carmina breuia, quę consueta fuerant in
ea, & in alijs poematibus poeticę artis: metrorum autem proprijssimum ei est;
simplex non compositum modo non sit longa epos, seu narratio quę, sit homi-
nibus fastidio.

*Ait Abraham interpres, nota, quod Aristo. solum exametros metros hic ex-
pressit: Auerrois autem vtitur communiori epitheto, quando dicit simplices, cũ
una species simplicium sit exameter, ex quo ex simplicibus pedibus constat.*

Definitio itaq; tragedię essentię sensum tradens est assimilatio & confictio
operis studiosi perfecti, cui sit communis vis ad probas res, non vis particula-
ris ad singulas probas res: confictionem dico, qua afficiantur animi ęquo affe-
ctu, vnde eis gignatur quid pietatis & timoris: & hoc quatenus assimulatur stu-
diosis in puritatę, & sanctimonia. Confictio enim est de moribus qui cogunt ad
virtutes, & non de habilitatibus, ex quo impossibile est quod inueniantur. Et hęc
orationibus confictio, perficitur, quando ea connectuntur melos et harmonicum
metrum, cum iam inueniantur affectus, prçter rithmum & harmoniam qui insti-
tuunt orationem efficacioris imitationis, prout sunt pronunciationes, & gesti-
culationes vultus, de quo dictum est in libro rhetoricorum. Prima aũt partiũ tragœ- a.l, melodie
dię ineffectu est, vt dinumerentur insigniores res, quibus fit assimilatio; quę res
connectantur melopopeię, & harmonico metro conuenientibus rei; de qua fertur
sermo: Nam per melos in poemate, disponitur anima ad recipiendum imitatio-
nem rei, cui intenditur assimilari, ac si melos faceret animę acquirere aptitudi-
nem, qua intendat assimilationem & confictionem rei, cuius assimilatio inten-
ditur: attamen facit animam acquirere hanc dispositionum in singulis speciebus
poematis, melos decens illi poematis speciei, per ipsius accentus & compositio
nem. & prout inuenimus quod accentus acuti deceant alicui speciei epopeię alii
ab illa cui decent accentus graues: sic expedit quod credamus esse in compositio a.l, sermone
ne melodiarum. Dispositiones vel affectus autem narrantiũ noua, & historias
quę perficiunt imitationem quę est in fabulis ipsis, propter hęc tria sunt: dico
assimilationem, & harmonicum metrum, & melos: quę sunt confictionis bases,
sunt vniuersaliter duę dispositiones in genere. Quarum vna est dispositio quę
significat morem & consuetudinem, vt quod loquatur verba prudentis, aut ver-
ba iracundi. Altera autem est dispositio significans ipsius sententiam, quoniã
non est dispositio loquentis qui asserit rem, dispositio promens illam cum am-
bigat in ipsam. Expedit enim quod dispositio orationis, & figura narrantis pronun
ciantis laudem sit dispositio afferentis: non dubitantis: & dispositio confirmãtis, *a.l, Histo-
nõ deridentis. *Narrationes autem et nouorum enunciationes, quas ferre expe rię.
dit enunciantis noua illa, cum ille fuerit harum dispositionum sunt fabulę †veru †a.l, Histo-
rarum; quę fiunt assimilatione & confictione. Dico autem fabulas rerum com riographo :
positionem, quas confingere intenditur, aut secundum quod in se sunt, hoc est, Mãti, nõ ha
in existentia, aut secundum quod in poemate consuetum est de his : & si id fuerit bet vetularũ
falsum: & ideo dicitur de poeticis orationibus, & quod sint vetularũ fabulæ. No
tæ igitur enunciantes vniuersaliter sunt, quibus est vis ad confictione morum
& opinionum. Iam itaque expedit quod partes tragedię, id est, commendatitiæ
artis sint sex: fabulę cõfingẽtes, consuetę consuetudines, harmonicum metrum a,l, melodia.
atque sentẽtię. Apparatus & melopopeia. Et huius inditium est, quia omnis
poetica oratio partitur in imitantem, & in quod imitatur: quæ quidem sunt tres,
confictio harmonia, & melos, & in quas imitatur in laude sunt etiam tres, cõsue
tudines sententię apparatus: hoc est sumere id quod imitantur ad sententiarum
commodum: sunt itaque ergo necessario tragedię partes sex, mores vero &

Quę sint nobiliores partes tragedię,

animę sententię sunt insigniores tragedię partes: ars enim laudandi non est confingens hominum substantiam, qua singulares sentiat non ... eos confingit ob suos decentes mores, & probas actiones, & ... sententias. Consuetudines autem amplectuntur & actiones & mores: & ... pterea posita est consuetudo vna sex partium, & non oportuit in sua ... distinguere, & meminisse de actionibus & moribus. † Conspectus vero est ... mi sententiæ accommodatio, ac si apud grecos esset quędam species sumendi argumentationem; & per animi sententię accommodationem qua vit... gratulatetur. Hoc autem non inuenitur in Arabum poematibus sed in ... nibus commendatitiis inueniuntur hæ duę res. s. † consuetudines, & sententię. Sumptio autem significationis trium specierum est ex tribus rebus quę ... gunt. Dico orationem imitantem, harmonia, & melos.

a.l. Apparatus.

a.l. mores,

Ait Abraham interpres. Non spernendum duximus apparatum quem Arabes non seruare ait Auerrois, facit enim apparatus maxime ad anim... dos, vt ex Rhetoricis habetur: quare si poeta subridētem & hilarem faciem finxerit, magis afficiet suis confingentibus carminibus audientium animos, quā si hunc locum sub silentio transiuerit.

Dixit. Fabulę autem partes qua ipsa est, sunt duę partes, omnis nanque ... ctio est aut qua suo figmento propositum sit alterū confictum quid: deinde ex illo ad suam confictionē transferetur quod apud grecos † euentus in co... trans dicitur, aut ꝙ ipsa illa res confingatur, præter ꝙ deuietur ad cōtrarij conf... nem: & homo est ꝙ illi indilli sumptionem appellant.

a l. peripętia

Ait Abrahā. hic passus, quem noster Auerrois excerpsit. Polignostus zeuxis apud Aris. textum legitur: vnde si Auerrois sententiam sal... mus, oportet dicere ꝙ polignostus sit, qui plura noscens propriis locis sin... propriisque vocabulis exprimit. Zeusis vero pictura cauenda est, quæ diue... in vnum includit: sic & malus poeta, diuersa nec propriis locis neque pro... exprimit vocabulis: vnde Aristo. textus habet polignostus siquide bonu... rum expressor, at zeuxidis pictura morem nequaquam habet.

Dixit. Illa autem pars tragœdię, quę est vt principium & basis, est f... confingens, & secunda pars est consuetudo, quam pre fit confictio: ... imitatur. Confictio autem est basis & fundamenti huius artis, quoniam n... delectatio ob relationem rei quam referre intenditur, nisi contingatur, ... ne fit delectatio ob illam & ipsius receptio, dum confingitur. Et ... non delectatur cōspectu figurarum rerum existentium in se, cum delect... mentis & coniectura imaginum & colorum, & hanc ob rem homines exe... tur arte conficiendi imagines & picturas. Tertia autem pars tragœdię, quę dam sequitur, est animi sententia, & est potestas cōfingēdi, quod est † ... non sic esse, & hoc fit, vt oratoria persuasio ad patefaciendum rem esse aut esse: nisi ꝙ oratoria homo persuadet orōne persuasiua, & poetica oratione c... fingente. Et hęc quidem confictio inest & orationibus legalibus. Pris... res publicas instituentes persuadebant animi sententias, animis audien... orationibus poeticis, adeo ꝙ posteri coniectent illas esse magis secundum dos oratorios. Differentia autem inter orationē poeticam quę agitat ad a... sententiam, & quę agitat ad consuetudinem, est, quia qui agitat ad animi s... tiam agitat ad actionem rei, aut ad fugam ab ipsa re: oratio quę agitat ad sententiam, agitat ad rem esse aut non esse, non ꝙ res, expetatur aut fugiat... Quarta autē harum partium quę tertiam sequitur: est harmonicū metr... ius perfectionis est, ꝙ sit proportionatum alicui intentioni; multa enim ... sunt proportionata alicui Intentioni, quę non sunt proportionata & con... teri intētioni. Quinta autem pars est † melopopeia: & est summa harum pa... quę imprimit in animos & afficit ipsos. Et sexta pars est ipse † conspec... co acceptionem argumentationum ad intentionem animi sententię, ...

Cur in poematibus ponitur imitatio.

a.l. quod quadrat.

Hinc dfia inter persuasionem Rhetoricā & Poeticam,

a.l addit & numerus,

a.l. melodia

a.l. spectaculum.

A tionem actionum non oratione persuasiua homo enim est inconueniens huic artinilli oratione confingente. ars enim poetica, non est constituta ad vsum argumentationis & contentionis: pręcipue ars tragedię: & ideo tragedia non vtitur actibus gestiendi, & vultus, dissimulatione, vt vtitur oratoria. Ars autem theorica: quę notificat ex quibus carmina fiant: & quo modo fiant perfectioris principatur est, quam poematum praxis: ars enim quę prębet consistentiam actionis actiuum, principalior est, quam illa qui est sub est.

Tragędia non vtitur actibus gestiendi.

Caput quintum. De qualibus partibus, tragedia constare debeat.

EX quo iam dictum est quid tragica ars sit, & ex quibus instituatur, & quot sint ipsis partes & quę sint: loquemur vtique de rebus quibus ẽ pulchritudo rerum quibus constat poema: sermo enim de his rebus necessarius est in arte poetica, & in aliis: & est illarum vt principium: res enim quibus sibi constat artes sunt duarum specierum, res necessarię & quę illas reddunt perfectiores & prestanniores. Dicimus itaque ꝙ oporteat artem tragicam perficere finem sui operis. Dico ꝙ largiatur summam assimulationem & confictionem, quam suapte naturę est largiri. Quod quibusdã rebus sit, quarum vna est, ꝙ carmini sit magnitudo quidam terminata, qua sit totum ꝑfectum. Totum autem & perfectum est, cui est principium & medium & finis.
B Principium autem pręcedit, & non oportet ꝙ sit cum rebus quarum est principium: & finis est post res quarum est finis, & non est prius. Medium autem est prior & post, & vna cum re, quod est vtroq; extremo prestantius, ex quo medium est loco prioris & posterioris. Locus enim fortium, in acie est ille, qui est inter pusillanimes & temerarios, qui est locus medius: similiter prestantior terminus complexi est medius, qui componitur ex extremis, & extrema nõ cõponuntur ex illo. & non expedit vt medium sit solum mediũ. i. bonum complexione & terminatione: sed etiam magnitudine: hoc aut sic existente terminatio. Iam itaque oportet ꝙ carmini sit principium, & medium & finis: & ꝙ vnaquæq; harum partium, sit media secundum magnitudinem: & oportet vniuersaliter compositum ex illis, vt sit magnitudinis terminate, non cuiusque magnitudinis contigerit: compositi nanque bonum est, quod fit duas ob res, quarum vna est ordo, & altera est ipsa magnitudo: & ideo non dicimus animal corpore exiguum respectu indiuiduorum sine speciei: ꝙ sit bonum simile autẽ poeticę orationi quo ad hoc est, & res doctrinæ demonstratiuę. Doctrinæ enim si fuerit breuioris temporis, non fit bonus intellectus: neq; si fuerit longioris quã expe-
C diant. Hinc enim aliquando euenit obliuio addiscenti. Ac etiam res qua ad hoc, est sicut est res in aspectu ipsius ad sensibile: dico ꝙ aspectus sensibilis sit bonus, quando interstitium sui & aspicientis est medium, & nimis distãs fuerit, neque quando nimis prope fuerit, ab illud idem quod accidit doctrinę, accidit orationibus poeticis. s. ꝙ si carmen fuerit breue, non perficiet partes tragicę laudis, & si longius fuerit, non erit possibile vt menti teneatur, neq; audientibus suarum partium reminisci, & accidit eis quando audierint postremas partes, ꝙ iam obliti sint primarum. Oratorię vero quibus contentiones fiunt, non habent naturaliter terminatam magnitudinem, & ideo oportuit viros stabilire tempus contendendi aduersus clientes Clepsydre aqueo vase, prout græci consueuerãt ex quo tantum inditia intendebant, aut dierum partibus, prout apud Arabes res est, ex quo intentum per contentiones apud illos est persuasio, rex que deforisfunt, & ideo si tragica ars ageret de contentione, indigeremus mensuram tẽporis contentionis per horaria aquea vel alia, sed ex quo res non ita est, oportet artem poeticam habere naturalẽ terminum, prout res est in magnitudinibus naturalibus rerum existentium, sicut enim cunctis genitis dũ aduersa fortuna ea non impedierit, generationis tempore, sunt terminatę magnitudinis naturaliter, sic in orationibus poeticis, & pręcipue in duabus speciebus cõfingendi. s. quę propagatur a contrario in contrarium: aut qua confingitur ipsa res in se, piger ꝙ propagetur in suum contrarium.

a.l. carmen.
a.l. tragœdia
Quod perfectum.
Medium est præstantius extremis.
a.l. pulchritudo.
In quid consistat pulchritudo rei
Hic patet ꝙ naturalia et ea quę arte fiunt, habere debent terminum.

Dixit & id quo magis delectat poematis constitutio, est ne longius protra-
hatur relatio rerum multarum, quę vni rei de qua in poematę intenditur acci-
derint: vni nanque rei plures res accident, & similiter vni rei signatę accident
multę actiones. Et putatur ꝙ nemo poetarum caueat hoc & errent omnes cum
hoc transferantur omnes ab aliqua re in aliam rem, & non connectant vnam in
tentionem, excepto Homero. Tu autem homo inuenies in carminibus Arabū
pręcipue apud commēdationem, ꝙ quando voluerint aliquā rem referre de cas
sis ipsius laudabilis, prout est gladius, aut liber, vtuntur confictione, & deuiet
a relatione ipsius laudabilis, & vt vniuersalius inqua expediu quo ad hoc, vt
ars imitetur naturam, dico ꝙ agat quicquid facit in summa vnius intentionis
& vnius finis. Hoc autem sic existente, oportet ꝙ assimulationis & confictio-
nis species sit vnius, & ꝙ per illam vna intentio intendatur, & ꝙ illius parti-
bus sit finitus terminus, & ꝙ illis sit principium, medium & finis, & ꝙ mediū
sit illorum prestantissimum, quę enim ordinę, & harmonia constat, quando ex
eis ablatus fuerit ordo, deficit eis operatio propria. Dixit. Euidens etiam est
ex his quę dicta sunt, de eo quod intenditur per poeticas orationes, ꝙ confictio
quę fit per res fictas falsas, non sint operis poetę, & sunt illę quę vocantur assi-
milationes & hystorię, prout sunt ea quę in libro chelile.* Poeta vero loqui-
tur de rebus existentibus aut possibilibus esse, has enim intendit, & ipsarum
expostulatio, vt ipsarum imitationis equitas angit, prout in differentiis confictio-
nis dictum est. Actio vero † instituentium assimilationes & hystorias, nō est poe- B
tę actio, & si fecerint illas assimilationes & hystorias carminibus, licet enim
ambo conueniant armonico metro, alter ipsorum perficitur opus quod intēdu
per fabulam, & si non sit metrica qui est intelligentia quam adipiscitur ex fi-
ctis nouis.* Poetę autem intentum non euenit perfecte ex assimilatione, nisi p
carmen, vtens itaq; fictis assimilationibus, & hystoriis, fingit ex corde suo indi
uidua quę non sunt penitus, & illis nomina imponit. Poeta autem imponit no-
mina rebus existentibus, & aliquando loquitur de vniuersalibus, & ideo ars
poetica prior est philosophię quam sit ars confingendi assimilationes, id enim
quod illi dixerunt est secundum illorum consuetudinem in poesi, ꝙ putatur ꝙ
esset res naturalis ad naturales † veritates. Dixit & quod accuratius intenden-
dum est in tragica arte est, ꝙ res confictę sint res existentes, non res quibus
sunt nomina ficta, laus enim occurrit apud promotionem ad voluntarias actio-
nes, & quando possibiles fuerint magis persuadentur & creduntur, vt verifica
tio poetica, que animam promouet ad delectum aut fugam, res vero non exi-
stentes, non instituunt neque nouiter eis imponuntur nomina in arte tragica,
nisi, raro fit etiam ille modus assimilationis licet non modicum vtilis sit ob pro
portionem actionum & passionum conficti, ad res existentes, non conuenit
itaq; ꝙ procuretur in tragica arte, hic enim assimilationis modus nō est ex his
que oībus naturaliter conuenit, immo multi homines derident & abhorrent il- F
lum, hoc autem sic existente, patet ꝙ poeta sit poeta vsu fabularū, & harmoni
corum metrorum secundum quantitatem, qua ei est potestas ad vsum assimila-
tionis & confictionis, cum tamen faciat assimilationem rebus voluntariis exi
stentibus nec est eius conditionis, confingem res quę solum existent, sed etiam
aliquando confingit res de quibus putatur ꝙ sint possibiles esse, & quo ad hoc
est poeta, non ꝙ a poeta discedat in confictione rerum existentium, nihil enim
impedit illas res esse, eo modo quo sunt res, quę nunc existent. In poetica autem
confictione non indigemus confictione rerū, quę deforis sunt quę gestiri & vul
rus conspectus vocantur idest histrionem esse: hoc enim faciunt episodiodrs.
falsi poetę, qui videntur poetę cum non sint poetę: verum poetę secundum ve-
ritatem, non faciunt hoc, nisi quando volunt concertare in vsum falsorum poe
tarum, quando vero concertant in bonos poetas: non vtuntur illos penitus. Et
aliquando coguntur mirifici poetæ: quibusdam locis, coadiuuari vsu rerū exe
untium a limite poesis, non enim vbique est confictio rerum perfectarum, quas
perfecte confingere est possibile, sed rerum imperfectarū, quas orationes con-
fingere est difficile: & ideo illas confingendas coadiuuantur rebus quę defo-

Quomō ars debet imitari naturam,

Obserua locū contra tenētes qđ nō īdiget poeta veritate pro fabulę fundamento.

* a.l. addit et Dhemene.

† a.l. figmentorū, & Historicorum.

* a.l. habet similatis.

Poesim est vicina philosophię, & qua ratione.

† a.l. gentes

Quibus, aliquis dicatur poeta.

a.l. episodiarum.

A ris sunt: & precipue quando intendunt confingere animi sententias, illarum
enim assimilatio est difficilis: ex quo non sunt actiones neq; substantiae. Et ali
quãdo complectuntur hę res que deforis sunt, quę gestiri & †vultus conspectus a.l.histrio
vocatur confictionibus poeticis, pro quibusdam temporibus, ac si fortuitu ge
stis sint preter opinionem: & erunt admiranda: ex quo res quarum conditio-
nis est fortuitu fieri, mirificę sunt.

Dixit multarum aũt orationum poeticarum bonum est confictione simplici,
non partibili in diuersos modos: & multarum bonũ est partitione corporis assi
mulationis & confictionis in modos diuersos. Hęc autem res in assimilatione
est sicut res est in actionibus, & sicut actionum quędam est quę vno simplici
actu attingitur, & quędam est que attingitur composito actu, sic res est in confi Quid simplex imitatio.
ctione. Et simplex confictio est in qua fit altera duarum specierum assimilatio
nis: dico speciem que Zeusis.i.petulantia vocatur: aut species que sumptio.de- a.l.peripetia
monstratiuis idest recognitio nominatur. Composita vero confictio est, in qua Quid cõposita.
fiunt ambę species simul, videlicet quãdo quis incipit *a petulãtia, deinde trãs
fertur ad recognitionem: magnum enim discrimen est inter incipere primo pe- *a.l.peripetiã.
tulantiam, & tandem ad recognitionem transferri; aut a recognitione incohare
& in petulantiam postea transferri: conuenientius autem est a petulantia pri-
mo initiari, & tandem idem ad recognitionem transferri. Dixit. Petulantiam
autem dico, confingere contrarium illius quod intenditur laudari, primo per id
B quo animus ab eo fugiat, deinde ab illa ad confingendum ipsummet laudandũ
transfertur, prout fit quando vellet felicitatem, felicesq; viros confingere: &
primo inciperet confingere miseriam infelicesq; viros, & tandem transfere-
tur ad confictionem felicitatis feliciumq; virorum. Hoc autem est contra-
rium illius, quod iam confinxerat infortunatos viros. Recognitio vero est solũ
rei confictio, & quam pulcherrima est recognitio, quando petulantię admisce
tur. Dixit. Et aliquando fit recognitio & petulantia de rebus inanimatis: & de
ipsis animatis, modo qua illa intendatur actio aut omissio, sed occasione imita-
tionis solum. Dico ipsam imitationem, & hęc species recognitionis quam retu a.l.tempore.
lit, est quę preualet in carminibus Arabum: dico recognitionem & petulantiam
in ipsis inanimatis, & quãdo duo versus carminis amplexi fuerint duas species
confictionis, tunc pulcherrime fit. Dixit. Humana autem recognitio & petulan
tia fiunt delectu & fuga: & hęc species recognitionis est que parat animam ad
commiserationem, aliquando, & aliquando ad formidinem, & hac indigemus
in arte tragica laudandi actiones honestas, & vituperandi turpes. Dixit. Hę ita
que duę partes sunt partes artis tragicę. & insuper est, tertia pars quę animę af
fectus gignit; affectus dico commiserationem & formidinem & dolorem, quod
fit commemorando aduersorum & infortuniorum, qua hominibus obuiam fiũt
quoniam hę res sunt que imitunt commiserationem & formidinem: & sunt po
C tissima partium agitantium ad affectus, qui intenduntur per tragediam apud
grecos.

Caput sextum. Ex quot partibus, quantisque constet tragœdia.

PArtes vero tragedię quo ad qualitatem iã ediximus: ipsius autem partes quo ad quantitatem dicendę sunt. Arist. autem refert hic partes propias suis poematibus, quę vero ex illis sunt in carminibus Arabũ, sunt hę tres. Prima quidem pars est que gerit apud illos vicem prohemij in oratoria, in qua referuntur excitationes. Secunda pars est ipsa laus. Tertia autem pars est quę gerit vicem conclusionis in oratoria, & hęc est quę gerit vt plurimum est apud illos, ius suum sumere a laudato, aut magnificare prestantiã carminis quod predixerat. Prima autem pars est magis diuulgata quam hęc postrema, & aliquando inducitur laus absque prohemio. Et dum Arist. expleuisset tractatum partium poesis apud eos. Dixit. Partes vero tragedię quę ex parte qualitatis, & quę ex parte quantitatis sunt iam enunciauimus. Ex quibus

vero locis posibile sit artem tragicam instituere infra nos enunciabimus connectemus hoc premisis. Dixit. Expedit vt dictum, est ne compositio ... A

Ex quibus partibus debet constare tragœdia.

a.l. addit pulcherrimę.

dię sit ex simplici cõfictione, sed mixta ex ipsis speciebus. s. ex speciebus ... gnitionis & speciei petulantiæ: & ex confictione quę gignit affectus ... les, quę vehementiam comiserationum animum promouentium prębeant ... tei enim ꝙ laudes quibus intenditur excitatio ad virtutes, sint compositę ... confictione virtutum, & confictione rerum terribilium & horrendarum ... homo contristetur: prout sunt infortunium maximum eueniens ob virtu... sentiam. per hęc enim commouetur anima ad summam virtutum, Poeta ... si transferant se ex confictione virtutis ad improbitatis confictionem ... confictione probi ad improbum, nihil homo quo hominem exciet, & v... tem reddat ad virtutum actionem: ex quo non sequitur inde nobis amor, ... formido virtutum disiunctarũ de necessitate: tragicas autem orationes o... habere cõtrarium ambarum rerum: quod quidem fit dum transfertur e... ctione virtutum ad confictionem aduersę fortunę, & horrendum euenit ... bos offendit: vel ex his transfertur ad proborum confictionem. Hęc nam ... fictio inhorrescere & misereri animos facit, eosque ad virtutum adeption... citat. Et tu inueniens maiorem partem adeptionem excitat. Et tu inuenies ma... iorem partem confictionum in legalibus historijs, esse, huiusmodi, sic ... ex quo illę sunt orationes tragicę significantes beneficia, prout est id quod ... nit in lege de hystoria Ioseph, suis fratribus: sicque sunt alię hystorię: quę ... B pationes vocantur. Euenit autem pietas & commiseratio, cõmemoration... tus maxime aduersæ fortunę illi, qui non meretur illam, formido vero ... apud horum commemorationem, ob similem casum danni in illum, qui fuerit ... fra eum: hoc est, in animam audientis, cui magis hoc deberetur. Dolor autem ... commiseratio fiunt his ob illorum euentum cui non debeantur. Quando au... fit narratio disiuncta virturum, non incidit in animam terror: neque com... ratio & amor, ex suo defectu. Expedit itaque illi qui vult excitare ad vir... tes, ꝙ partem confictionis ponat ex confictione rerum quę imitam dolorem ... formidinem & commiserationem. Et ideo exactissime tragœdię quę sunt ... poeticę sunt illę commendationes, quibus inest hęc compositio. s. narratio vir... tum, & rerum horrendarum & terribilium, quę commiserationem ela... Et ideo errant, qui finem partium suę tragœdię, instituunt fabulas passim

a.l. addit in scennis.

uias occurrentes: cuius signum sane, ꝙ hoc connexum sit commendationi ... ctissimę tragicę artis: est, quia introducuntur res iram promouentes. Ita ... dolor cum vehementi cupidine vindictę. Hoc autẽ sic existente, narratio ... tuntorum & horrendorum probis euentum, maiorem amorem induc..., & for... midinem afferunt ex virtutum defectu. Confictio vero scelerum in tra...

a l. peripetię

inducitur, ob zeuxidis petulantia, quę in illis est: sed elargiri scelerum ... tionem, est comedię, quę vituperandi ars est, potius quam tragedię: & propte... rea non decet illorum assimilationem, fieri in tragędiis principali inte... nisi ob petulantiam. Quando autem in tragico poemate scelera referuntur ... ll dubium est, quin fiat in narratone, horrendorum inimicorum. Tragœdię a... tem constituuntur super narrationẽ actionũ vtiliũ amicorũ. Inimici vero ... cus, aut amici amicus, non refertur in tragedia: neque in comedia. ex qu...

Aliqui putãt Auerr. hic errasse.

amicus, neque inimicus in ea existit. Expedit etiam fabulas terribiles, & ... rem imminentes exprimi promotionem illius, quod visui subijcitur: ho... certitudo reddatur in illis, quia quando fabulę fuerint dubiæ, aut ambig... latu edicuntur, non faciunt effectum: qui per eas attenditur. homo enim n...

a.l. addit Arist.

uet neque dolet, ob id quod incertum tenet. Hoc autem dequo memin... qua multi qui non sunt certi de historijs manifestis, sunt sceleſti: viri. n. ... mouentur ob alteram duarum rationum: aut propter orationem demonstra...

Forsitan locus interpretandus erat probabilem

aut per orationem quę non est demonstratiua. Hęc autẽ vtilissima spẽs h..., caruit promotionem ab vtraque harum orationum. Dixit. Quidam poetæ sunt, qui in tragicis instituunt confictiones rerum, quibus attenditur monstruosa ad miratio solum, prẹter ꝙ sint terribiles aut horrendę, Tales autem res omnes,

A fere inuenies in legalibus scripturis, cum virtutum coemendationes non inueniantur in Arabum carminibus: sed nostra etate inueniuntur in legibus scriptis. Dixit, Et hec actio, nihil commune habet cum arte tragica vllo modo: non .n. que libet voluptas inquiritur ex arte poetica, sed per ipsam inquiritur adeptio voluptatis, per virtutum assimilationem, que est voluptas proportionata arti tragice. Notum autem est, que sint res que afficiant voluptates per suas confictiones, preter q hiuc eueniat dolor, neque formido. Res vero quarū confictionibus vna cum voluptate eueniat commiseratio & formido, quis coniectaretur quando iniquireret que res sint graues ex aduersis euentis, & que sint res modi momenti leues, ex quibus nō eueniat magnus dolor neq; formido. Tales au tem res sunt, que accidunt amicis inter se de aduersis euentis, non que emergunt inimicis inter se ab inuicem, nemo.n. dolet, neque miseretur ob id mali quod emergit inimico a suo inimico: prout dolet & timet malum, emergens amico a suo amico: & si aliquando huic accidat homini dolor, non est sicut dolor qui ei euenit ex malo quod emergitur inter duos amicos a se inuicem: prout est interfectio fratrum a se inuicem, aut patris interimere natos, vel filios ipsos patres, & tale fuit, quod relatum est de historia Abrahe super (eum sit pax) quā do mandatum fuit ei q interficeret vnigenitū suum, quod est de orationibus ma xime ingerentibus dolorem & terrorem. Preterea expedit tragediam fieri ex B actionibus probis, que voluntate & scientia eueniunt: quedam namq; res fiunt voluntate & cognitione, & quedam fiunt non tantum voluntate neque cognitione, & quedam fiunt cognitione non voluntate, aut voluntate non cognitione. Et similiter actiones quedam fiunt cognoscenti, & quedam inscio. Quando au tem actio euenit sine cognitione, & absque voluntate, non introducitur in tragediam, & similiter quando ab inscitia euenit: quia tunc magis est falsigraphe quā poetice: nec expedit q confingatur. Optima vero & exactissima significatio est in oppositio est ex actionibus, quas non dubitatur euenisse voluntate & cognitione & scitis ipsis. Dixit. De exacta igitur constitutione rerū ex quibus poemata componuntur, & qualis expediat esse ipsorum complexus, sufficienti oratione iam diximus.

Ex qualibus vero moribus sint mores quibus deceat confingere in tragedia, expedit nos loquuturos esse: dicimus itaque q mores qui confinguntur apud tragediam optimam, homo exactos euentu illorum ad audientes sunt quatuor. Primo sunt mores qui probitatem Preferunt, optimique sunt in eo. qui landatur, quando enim afficitur animas ex illis est confictio dispositionum veritatis, tunc sunt illi qui laudatur. Cuique autem generi inest, quid bonum licet sint quedam res improbe, Secundo q sint mores qui deceant laudato, aut sint illi, C de mores, enim qui decent mulieri non decent viro. Tertio q modus morū illi insunt sit perfectissime assimilationis & concinnitatis. Quarto q sint medii inter extrema. Hoc autem fit quia nemo laudatur improbis moribus & similiter est de moribus non decentibus illi qui laudatur, et si fuerint bo ni & similiter est de moribus, congruentibus, quando non fuerint perfectissimo modo que possibile est esse in eis imitatio, aut quando in sufficientes fuerint, Bo ni vero mores qui bonam probam consuetudinem significant, quidam sunt qui vere tales sunt, & quidam sunt qui secundum vulgus sunt tales, & quidam [illegible] his similes sunt: Probi itaq; mores aut veri sunt, aut veris similes [illegible] vulgaribus similes, & omnes hi aditum habent ad tragoediarum. Dixit. Et omnem poematum & carminū solutiones in summa esse [illegible] relatum est de moribus, quibus occurrit commendatio, prout res est in [illegible] solue orationis. Et ne poeta ingerat suo poemati confictiones digre[illegible] tragediam, nisi oratores quantum oratores solent: ita vt nec illi at[illegible] excessus & exitus a femita poematis, nec nimia breuitas. Assimila[illegible] & confictio, sunt bases rerum, que maxime probitatis sunt. Et sicut [illegible] pingit rem prout est existens, adeo q aliquando pingunt iracun[illegible] segnes, & si sint animorum affectus: ita poetam oportet sua confictione [illegible] omnem rem, prout est: adeo q configat mores, & actiones anime, & q

a.l.addit portentosa.

a.l.addit voluntarijs.

a.l. inter me dacia & scelerosa intro ducentur.

De moribus quales esse debeant.

Mores qui delectant in tragedia sūt quatuor.

Nemo lauda tur, impro. bis moribus

Morum bonorū triplex genus.

a.l. Rhetorice.

a.l.tragedie
a.l.tragedie sunt imitatio rerū prestā tissimarum.

his retulit Aristo, exemplum de poematibus Homeri. Expedit autem poete in suis asimilationibus & confictionibus, rebus quibus consueuit fieri assimilatio:& q non transcendat in homo poeticum modum.

Dixit. species quidem accipiendi inditia quorum moris est talis vsus. f... fictio vtens bona assuetudine artificioso modo sunt multe, quedam enim est ... confictio sit rerum sensatarum rebus sensatis, quarum moris est ambiguitatem ingerere illas aspicienti, vt illum inducant ad putandum, q ille eedem sint ... suam conuenientiam in sensatis dispositionibus, prout quibusdam assimilauerunt cancrum, & quibusdam angui tenentem, quoniam ex parte figure ... test quis imaginari illos eosdem esse ipsorum *conuenientiam in re sensata. ... pars asimilationum. Arabum redeunt ad hunc locum: & propterea apud ... literæ asimilationis ingerunt ambiguitatem, & quanto qui asimilant ... res fuerint subietati: tanto perfectioris asimilationis sunt: & quanto remotiores ab incessu ad dubium fuerint, tanto imperfectioris asimilationis existent, & ... le sunt remote confictiones quas obmittere dignum est. Et ipsarum quedam est †petulantia, q confictio fiat rerum denominatarum a rebus sensatis, quando ... rebus fuerint aliquando actiones attribute illis denominationibus: adeo q ... tur esse ille ipse: prout dicunt misericordiam esse doloris torquem: & aspectum esse nexum: prout Sophocles ait, q quem aspectus attinget nexu ligatur. Et his etiam que non, sit proportionata nec similis fuerit digna relictu est. Et nimis est in nouis poematibus: & sicut obmittitur hic quod est difficile ... tu sic digna est obmitti asimilatio nobilis vili in essendo immo asimilatio per res prestantes. Dixit. Et inuenitur alia poematis species, que magis ... trat veram indagatoriam, & persuasoriam, quam asimilationem, & propter ... oratorijs exemplis, quam poetice confictioni: & tale poematis genus quod lit sepe fit in Arabum carminibus. Dixit. Tertia autem species confictionis ... illa que accidit ex memoria, qua fit, q poeta ponat aliquam rem, qua ... scatur alterius rei, prout siquis videret alicuius epistolam, & recordaret ... lius: & doleret de eo, si obijsset vniuersale cum cuperet si viueret *. Et prope locum est id quod consueuerunt Arabes reminisci, amicorum in imitatione illos instituere vice rei imitate Arabum autem vsus de imagine est multi ... partitus, & multi sunt modi vtendi illa. & ideo putatur q sit de locis poeticis proprijs amoribus mulierum, & aliquando etiam sub intrat commiserationem. Quarta vero confictionis species est, q recordetur aliquod indiuiduum ... mile indiuiduo illius eiusdem speciei. Hec autem asimilatio non fit ni... per mores aut per figuram: vt si quis diceret, iam venit quidam Ioseph ... Explicatio autem per simile est contraria asimilationi: asimilatio enim est ambiguitatis intromissio. Similis autem explicatio inter duos est, certificatio ... di simile, & est vltimum concinnitatis similitudinis: homo est, quando ... lis est, tali similis. Quinta autem species est, qua vtuntur captiosi poete, est ... excessus, & hæc sepe fit apud Arabes: prout est sermo vnius illorum, nostros aduersarios cornibus ventilabimus, & si essent sol & luna: totum autem hoc ... mendacium, & sepe fit in libris Arabum. Et inuenitur sextus locus vul... ris quo vtuntur harabes scilicet instituere inanimata, vice rationalium in ... orationibus, & responsis: ex eo q habent aliquos affectiones, similes ratiocinantibus, prout est oratio poete de vmbris & alijs huic similes. Aristo autem retulit ... locum iam in libris rhetoricorum.

Dixit. Acceptio autem exactissimi inditij & petulantiæ fit actionum, que ... bitrio fiunt, & per maiori parte hec species capiendi inditium fit in laude probarum actionum, & de precatione actionum improbarum, que raro fit in ... bum carminibus. Exacta aut poetica historia, & summe perfecta illius ... tio fit, quando adeptus fuerit poeta describens rem ipsam vel cassum occurrentem, ita vt audientes cernant ac si ad oculos illam sensatam tenerent & ... sepe inuenitur in Arabum carminibus. Veruntamen homo modus asimilationis apud Arabes inuenitur in actionibus in continentium, & effrenibus, ... his de quibus inquiritur congruitas similitudinis solum, iam enim inueniuntur

a.l addit de fortitudine Achillis dicit.

Genera inde cationum que sint & quo dirigatur ordine.

*a.l. in affectibus.

Imitationes remote debeant omnino omitti.

†a.l.non habet ex petulantia.

a.l.addit seu epithetis,

a.l.legit grariam.

a,l. beneficentiam.

a.l.Huius generis multa reperiuntur carmina apud Arabes

*a.l. addit hoc genus carminum reperitur apud Arabes sepe

a.l: Rhetoricis reddit,

a,l.addit & dicit Homerum habere eum multum in usu.

a.l.poematibus.

a,l, tabula,

A Arabica carmina:quę de loxu venereo tractant,& carmina, quorum inquisitio est assimilationis congruitas tantum,& aliquando in suis carminibus inuenitur homo indescriptionibus rerum occurentium, prout sunt bella & cetera, de quibus homines laudantur. Perfectioni aūt huius speciei assimilationis congruit, quando primo quis traderet adeptionē omniū dispositionum quę insunt rei, quam describere inquirit. Deinde omnes illas res partiales dispositiones cōplecteretur, quę poematis sunt, videlicet assimilatio. Harmonicū metrū,& Melos. Enarrare aūt loca capiēdi inditia, est res nimis lōga, sed hæc insinuauit maiorem illorum partem,& varietatem illorum certitudinis. Dixit. Omnis autem tragędię aliquid est quo est litigatio inter ipsius partes, & ipsi aliquid est, quo est ligatio inter ipsius partes,& ipsi aliquid est, quo est solutio, & putatur ꝙ maxime affinis res assimilationis ligationis, quæ est in suis carminibus sit ea pars, quę apud Arabes vocatur nexus:& vt vniuersalius inquam carminis ingressus in parte commendatitia. Solutio aūt est distinctio duarum partium ab alterutrū: hoc est illas seorsum ferre.

a.l, fabulis

a.l, in græcorum carminibus.

Quibus contineatur tragœdia.

a l, Prologus

Ait Abraham. Notatu dignum hæc duxi, ꝙ aliter sonat litera Aristo. ex græco traducta. dicit enim ligationem esse dico a principio, vsque ad partem quę postrema est, vnde transitus est ad infortunium. Solutionem vero a principio transitus ad finem vsque.

B Dixit. Tragędię species sunt quatuor: tres simplices quę præmissę sunt: quarum vna est petulantia: altera inditij acceptio: reliqua autem est passiua seu afficiens: vt fertur de Aiacibus & Ixionibus: & quarta est ex his composita, videlicet ex tribus aut ex duabus earū. Et cōuenit te scire, ꝙ tales cōmēdationū spēs quatuor actionis volūtarię probe nō inueniunt in Arabicis carminibus.

Quot species tragœdię, & quid cauendum.

a l. Peripetia

Ait Abraham En lector cape hoc dictum pro excusatione Auerroys, vbi in tractando has quatuor tragediarum species, non exposuerit adamussim Aristo. mentem: quia cum defuerit ei vsus talium, nihil mirum est si defecerit in exponendo illas, vt hic vbi quartam speciem ipse ponit esse compositam ex tribus vbi Aristo. eam posuerat equabilis speciem, quam prius retulerat, quæ ab illis tribus est vndique distincta.

a.l. fabulis.

Dixit. Et poetarū quidā est qui elegatia orōnis bonus est in longis carminibus & quidam bonus est in poematibus & carminibus breuibus. Huius autem causa est, quia bonus poeta est, qui omnē rem describit suis ꝓprietatibus, et secūdum essentiā eius. Hę aūt res differunt secundum multitudinem & vim singularū rerum descriptarum: quare oportet ꝙ pręstans assimilatio fiat, quæ nec rei proprietates, neq; eius veritatē transcendat. Hominū aūt quidā est qui cōsueuit aut illius natura apta est assimilare res paucarum proprietatum, et hi bene faciunt breuia carmina, & non bene faciunt carmina longa. Et quidam poetę sunt his contrarij, qui construunt poematum carmina longa, & sunt qui consueuerunt orationem de rebus multarum proprietatum, aut sua natura fuerunt ad hā cōnectiones, aut ambę res simul eis connexę fuerunt,

C

a.l. fabulis

Quis bonus poeta.

Quę optima imitatio.

Triplex genus poetarū

Ait Abraham. Textus græcus Ari. aliter hæc sonat: est.n. illius sententia, ꝙ quidam poetæ bene dicunt ligationem superius relatā & male solutionem: vnde complicantes male soluunt: alii ecōtra. Reliqui vero vtrāq; partē bene faciunt.

Dixit. Assimilationes aūt & res quędam proportionales sunt metris lōgis, & quędam proportionales sunt breuibus metris, & aliqn̄ metrū est ꝓportionale rei, nō similitudini, et aliqn̄ ecōtra, & aliqn̄ ambabus imꝓportionale. Horū aūt exempla inuenire in carminibus Arabum est difficile, aut omnino non inueniūtur in illis. Dixit. Et connectuntur rebus quibus sibi cōstāt poemata quędā res de foris: videlicet dispōnes quę sunt poetę vocis, ipsiusq; figura, prout premissum est, & maxime poetę vtuntur talibus in poematibus affectiuis, prout in loquendibus de insectis, & alijs. Et ex quo iam loquuti sumus de rebus quibus constāt

a. l. genere pathetico.

a.l. Patheticæ.

a l. exageratio.

a.l. fabulis.

a.l. exageratione.

a.l. addit Histrionem.

Gestus quãdo requiratur in Histrione.

a.l. poetę.

poemata, quę sunt verę ipsorum partes. Expedit itaq; etiam nobis loqui de his. Et dicimus ꝙ hę actiones vniuersaliter sunt, quas significãt oratio ... † passiuę vocant: & iõ expedit ꝙ fiant illę orõnes: q̃ hę fiũt: quñ li certi ... lio quę querimus per orõnem affirmare & constituete de talibus. Iam incid ... & certa sit. Iam aũt premissę sunt tibi in libro rhetoricorũ orõnes passiuę ... torię, & spẽs affectuũ quibus hę passiuę orõnes afficiunt: & ꝓpterea hę ... nes sunt libro rhetoricorũ magis proprię, quam libro po tice. Affectus ... qui constant per orõnẽ oratoriam aut poeticam, sunt formido, iracundia, com ... seratio, magnificatio: & reliquę res quę in rethoricorũ libro dinumerantur ... patet ꝙ sicut inueniuntur orõnes inferentes hos affectus, sic ẽt inueniũtur dispo ... ties, & gestis, loquẽtis, quę significant ad innentionẽ rerũ ab ipso intello ... quæ inferãt hos affectus: & tam incidunt incessu rerum passiuarum ex illis ... ꝓinde afficit qui eas aspicit. Et hę figurę et dispõnes si fiant in poetica, ... ꝙ fiũt orõnibus poeticis afficientibus, aut magnificatione, aut Diminutione: ... rebus horribilibus terribilibus: ex quo hæ sunt res, quibus ars tragica vtitur ex orõnibus affectiuis: prout ꝓmissum est & fiũt hęc orõnibus affectiuis, q ... sunt veraces: dico quę non sunt patentis assimilationis. Hę aũt orõnes affe ... uę quę sunt patentis assimilation s & proportionales in ẽo inquisitio cũ ... races, nõ indigẽt ꝙ fiant in eis hę res que deforis sunt: essent.n. vediliars, & ... mentiæ: ex quo si hę fiant remitterent id, quod inquiritur per eas fieri ... harũ rerum cum illis, & illę sunt viles orõnes: & ideo indignum est poetę ... vti, ex quo verę nõ sunt superfluæ solũ, sed ẽt ꝑturbãt qđ per ipsas inquireba ... Et satis est orõni & oratori, qñ recognitio fuerit scđm dispõne bñ equab ... its circa subiectum, commensuratione & inspectione, & metro rerum. Dixit. Et iam satis sit poetę de his vtendo in singulis orõnum speciebus fig ... prius illis, & hoc dum indiguerit hoc cum histrionicę gerentibus: & ... tionis figuras narrationis figuram, & interrogationis figuram & imperii ... & petitionis figuram: quoniam narrantis figura non est figura interrog ... & figura imperii, non est figura petitionis, aut supplicationis: & poetę ... satis sunt figurę orationum inter reliquas res que deforis sunt, quę ex q ... rum moris est insaniam inferre poeticis orationibus, quare indignũ est ... nere partem poeticę artis: sed conuenit ꝙ ponatur pars alterius artis. g

Exteriora non sunt cõnumeranda interpartes poeticę.

Attpossus. obserua ꝙ Ari Cap. xx. Po. licet hęc elementa, ẽt elemẽtũ, annumerat, & p elementũ indiuiduã suapteq; natura intelligibilẽ innuit vocẽ: quare otto & non sep. tẽ qđ ẽt, ex ista paraph. ab An. i. colligi põt, ei si vitio huius interpretis animaduersum nõ fuerit, q̃ & Auer. & Ari. septem enumerare dicit.

a.l. muta.

a.l. aspirationis.

Caput septimum . De Elementis Poematum & eorum numero .

Dixit. Elementa orõnũ in qua omnis poetica locutio resoluitur, sunt septem, syllaba: coniunctio disiunctio, nomen, verbũ, cognominatio ...

Ait Abraham. In traductione texus Aristo. aliter legitur: ... tem sunt, elementum: syllaba: coniunctio: nomẽ: uerbum: arti ulo ... f

Dixit. Et elementa syllabarum sunt res indiuisibiles: dico literas. sed ... oẽs, sed illas quarum moris est, ꝙ ex eis componuntur syllabæ: que sunt simp ... cissima illorũ quibus loqui decet: nã ferarũ voces non sunt diuisibiles in li ... ras, & iõ verum est qđ fertur, ꝙ nulla earũ vox sit composita ex literis: ne ... vlla suarum vocum pars. Huius vero vocisquę est syllaba: partes sunt lrę ... cales & lrę mutę. Vocalis aũt est, q̃ fit apud collisionẽ quę fit ex labiis ... tibus aut alijs gutturis partibus: & est vox cõfusa indistincta: dico ꝙ ... sit ꝙ distinguatur elocutione a litera non audabili: & hęc literę. s. vocales sunt quę apud Arabes vocantur puncta & literę conexionis & lenitatis.

Ait Abraham. Nota curiose lector ꝙ Auerrois hic notificauit non literas uocales quas greci & latini habent, sed caracteres quibus Arabes uice uocalium græcorum & latinorum utuntur: ubi per puncta intellexit quos ... apices quorum quosdam literis supponunt, & aliquos superponunt Arabes, per quos, uocales illis literis conuenientes significant; & per literas conne-

A *xionis, intellexit, quasdam literas quas sua expræssione dicunt comple[...]ti puncta ipsa, & per literas lenitatis appellant quasdam literas, quæ nunquã duplices graui impulsu apud Arabes leguntur, sed aliter apud Aristote. legitur hic paragraphus, uidelicet est autem uocalis sine adiectione uocem habens audibilem.*

Dixit. Muta vero litera est, quę cum vocali .s. quę ex collisione fit connectitur, & et per se nõ est vox audibilis prout fit litere vocali, hoc est, q᷑ et est vox audibilis, quando cum alia componitur & ipsa est muta: fit autem literę mutę vox: quãdo vocali conectitur, vt el & ab.

Ait Abraham. Auerr. subiicuit semiuocales, & cum Arabes non habeãt hac distinctioné confudit mutas cum semiuocalibus: est.n. semiuocalis vt Ari. hic in litera sua græca habet, q̃ cum addisione vocem habẽs audibile, vt s r, & forte in libro Auer. scriptũ erat l, & ipse putauit p hanc literã illam syllabã el: et putauit l literã esse mutã, sicut b.

Deinde dixit. Et hę literę dr̃nt secundum drĩam figurarũ oris & locorũ quibus coherent, & ex quibus fetungũtur, & lõgitudine ẽt & bre
B uitate, crassitate, tenuitate, & vt vltus In quã p oẽs has dispões in quibus oportet inspicere in carminibus, & harmonijs. Et cõiũctio est vox nõ significãs q̃ non facit, neq; impedit vllam vocẽ significare, quã non conuenit ponere in capite orõnis. Disiunctio aũt est vox non significãs, q̃ explicat initiũ orõnis, aut ipsius vltimum vel terminũ ipsius: cuius locus est in extremis, aut in medio orõni. Nomen vero est vox cõposita significãs sine tpe, cuius pars non sigñat: non.n. vtimur noibus complexis inquatum ipsorũ pars sigñat aliquã rem. Verũ aũt est vox compõsita cum tpe significans, cuius nulla pars sigñat: prout de noie diximus. Cõnotatio vero est significans, nois aut verbi vnũ aut pluralitatẽ generis masculinũ aut fœmininũ. Orõ aũt est vox cõposita, cuius quædam sue partes sigñant rem aliquã. Et orõ quidẽ quedam est vna, & quędam est plurificata: & vna quiddem est duobus modis, aut quia sigñat rem vnã: sicut est hominis definitio, aut quia est cõnexa cõiunctionibus pluribus. Nominũ vero quoddã est nomen simplex, & est cuius nulla pars sigñat aliquã rẽ, vel compositũ cuius sigñat vna ipsius pars, altera, nihil penitus significante; aut cuius singulę partes sigñant aliquam rem. Quodque nominum est verum nomen, aut est translatum vsu, aut metricũ,
C aut fictum, aut intellectum, vel abstractum, vel demutatum.

Ait Abrahã interpres aliter apud Arist. legitur hec diuisio: nam dicit, omne nomẽ aut est proprium, aut lingua, aut trãslatio, aut ornatus, aut fictitium: aut protensum, aut subtractũ, aut demutatũ, que litera verior est: vt patet per Auerr. ipsum qui exponens verũ explicat proprium simul & lingua. Et intellectum & abstractum ipsemet pro[...]tur ignorare: vt infra statim erit videre.

Dixit. Verum itaq; nomen est quod est propriũ sigulis gentibus. Sic que illud est exterũ quod est alterius gentis, at ille ipm introduxerit in suum poema, prout sunt multa noia latina quę intrant linguam Arabũ. Nomen vero qd raro venit translatum, est translatio extranei nois aut a spẽ ad genus: vt vocare interfectionẽ mortem, aut ex genere in spẽ ciem vt vocare mutationem motũ, aut a spẽ in spẽm vt vocare pro dictionem latrocinium: aut q᷑ transferatur res proportionata alteri rei: ter tię pportionatę quartę, sicut est proportio prime ad scdam, prout quidã antiqui vocabãt senectutẽ vesperam vitę. Et vesperã vocãt senectutẽ dicentes proportio senectutis ad vitã, est proportio vespere ad diẽ, Nomẽ

Ait Potus obserua candide lector quod Man. pręponit syllabã, dicẽs syllaba est vox nihil penitus significans, cõposita ex muta & vocali litera, nam per g, & r. nõ possumus seorsũ luqui, sed oritur vox ex harũ aggregato cum vocali vt gra. & vt verbo dicam vox ex duobus quidẽ oritur nẽpe ex ea re, quę se habet vt materia, & vocatur muta litera, quę literę apud hebreos vocatur cõtextus, et tenuitatis. Amplius Mã. habet in his q̃ de coniũctione quod ipsa est vox cõposita, minime p se significans seorsũ que, et est apud Arabes litera Vaun, & dictio. Item tandem sunt, ille literę, quę locutionem colligãt inter se, & hoc apud Arabes efficiunt in initio orationis locatę, vt certe, vel vt sunt literę conditionales, quę annexionem & coniunctionem significant, vt vel, tũc, Idest, quãdo Man. habet Articulus vero (seu distinctio Arabice) ẽ quo que vox composita minime significans per se, & vt summatim dicam orationem ab oratione vt an sed & literę aduersatiuę, ut at, certe &c. quæ tum in initio tum in fine locari possunt. Intelligo autem per vocem non significatiuã per se, voces

vero ficititium nouum est nomen quod fingit poeta, & ille sit qui primus illo vtatur. Hoc autē non inuenitur in carminibus Arabum, sed inuenitur in artibus quę adolescunt, & maior pars illorum quę sunt illarū partiū est translatum dictum. Abstractū vero & intellectū non inueniuntur in lingua Arabum. D

Ait Abraham in textu Aristo. qui apud nos est sic legitur hic. Protensum autem aut subtractum est vnum quidem, si vocalis vsurpetur longiuscula quam eius sit natura, aut syllaba inseratur. Alterum autem vbi quid fuerit ablatum longiusculum. Et erit sensus, ꝙ protensum sit altero duorum modorum, aut ꝙ aliqua syllaba sit illi nomini superaddita, sine qua posset significare idem quod significat apposita: aut quando syllaba breuis causa versus legitur producta, substracta vero econtra, aut ꝙ longa ponatur breuis, vel subtrahatur aliqua syllaba, prout in sincopatibus solet fieri.

Dixit. Metricum vero est quia gręci partes illorum nominum harmonicas, & illis metiebantur. Etiam relatum est ꝙ intellexerit per abstractum nomina mutata per additionem & iminutionem, & accentibus, aut econtra, hoc est, nomina quę difficile sit proferre. Nomen autem intellectum est, prout puto illud quod diuersiuocum appellat. Demutata vero sunt nomina accommodata, quę accommodantur a simili, pro ut quidam vocant latronem aquilam, aut a contrario, prout Solem dicunt coruum: aut a connexo vt dicere solem hominem & pluuiam cœlum. Dixit. Oratio vero maxime perspicua in tradendo intellectum, est oratio peruulgata omnibus tradita, quę neminem latet, & hę quidem orationes sunt compositę ex peruulgatis nominibus relatu traditis, quę superius vera appellauerat: & dicuntur imperialia & vsitata: & expedit meminisse quis si poetarum cuius poemati pręualeat hęc species dictionum. Dixit. E Maxime autem decore orationes tragicę sunt, orationes, quę componuntur ex nominibus receptis, & ex alijs rebus, hoc est, translatis peregrinis, & demutatis & fictis. Quando enim poema fuerit totum exutum ab imperialibus verbis dictionibus, est enigma & barbarismus, & ideo enigmata & barbarismi fiunt quando componuntur ex nominibus peregrinis, dico peregrina translatum & accommodatū, & equiuocum, & quod est ex lingua, & enigma. Et barbarismus est oratio amplectens res quas impossibile aut difficile est connectere ad inuicem mutuo, quas amplectitur: adeo ꝙ conueniat per hoc vni certo enim quod sit aut secundum peruulgatas dictiones. Sicque mutua connexio illarum rerum est impossibilis. Si autem sit secundum non peruulgatas dictiones & sic est possibile.

Virtus itaque epopeię quę est maxime decora est: ꝙ sit composita ex nominibus ex accommodatis nominibus, & ex illis alijs spetiebus. Et quando F poeta inquirit euidentiam ferat nomina accommodata: quando autem inquirit admirationem & voluptatem, ferat aliam spetiem nominum, ideoque deridendus est ille qui inquirit euidentiam, & fert nomina equiuoca, aut peregrina aut linguę aut ficta: & deridendus etiam est qui vult admirationem & voluptatem, & fert nomina omnibus tradita. Expedit itaque poeię ne excedat modium in vsu nominum non propriorum, & digrediatur ad terminum barbarismi, nec etiam excedat modum in nominibus imperialibus & deuiet a poesi in rem ominibus notam. Dixit. Mutua vero concinnitas dictionum est secundum quantitatem. Mutua autem rerum coequatio & metrum, est quędam res necessaria, ꝙ sit vniuersalis & communis omnibus dictionibus, quę sunt partes orationis poeticę: nos enim inuenimus poetas, ꝙ licet vtantur proprijs dictionibus, in locis in quibus docent ex illis homines vti illis, non tamen euadit suum carmen has duas res, s. metrum & harmoniam secundum quantitatem; immo hoc est vniuersale omnibus speciebus poematis. Carminibus vero quę ex diuersiuocis nominibus componuntur: hoc est notius, Concinnentia autem dictionum quam retulit secundum quantitatem est mutua ipsarum concinnentia secundum literarum numerum; quod si concinuerint cum hoc fe-

simplices q ex pluribus cōstituūt vocibus, sicut trisyllabę, vel quadrisyllabę, & aliud genus figurarū, quę quidem sunt Nomen, & verbum.

s.l. metaphorica.

De nominibus masculini fęminino, & neutro Aue. hic nō facit mentionem cum tamen Arist. illa recenseat.

s.l. orationis poeticę pręstantioris.

A cundum totam aut secundum partem orationis, ideſt, quod vocatur apud vi-
ros noſtrę ętatis concinnentia & proportionalitas, & harum ſunt multi modi.
Concinnentia enim non euadit quin ſit ſecundum totam orationē, & totum
ſignificatum, prout dicimus 1 proditor proditor eſt, & deprędator deprędator
eſt: aut ſit ſecundum partem orationis, & partē ſignificati: aut ſecundum par-
tem orationis, & ſecundum totū ſignificatum: aut ſit ſecundum totam orationē,
& ſecundum partem ſignificati, aut ſit ſecundum totam orationem tantum, aut
ſecundum partem orationis tantum: aut ſit ſecundum partem ſignificati tātum,
aut ſit ſecundum totum ſignificatum tantum. Exemplum quidem concinnen-
tię ſecundum partem orationis, & ſecundum partem ſignificati eſt nominum de
riuatorum ab vno caſu, vt fertur, ſecundum virorum damni quantitatem veni-
unt damnationes, & ſecundum quantitatem honoris veniunt honorificentię. Et
exemplum concinnentię ſecundum partem orationis & totum ſignificatum eſt,
quod fertur, denarius eſt principis excuſsio, & excuſsus a principe. Et huius
contrarij exemplum eſt nominum analogorum. Poetę autem vtuntur cauſa.
Et exemplum concinnentię ſecundum totam orationem ſolum eſt nominū equi
uocorū, prout fertur canem comedit, & cane regitur, at cane mordetur. Et exē
plum concinnentium ſecundum partem orationis tantum eſt, vt fertur, famoſus
nominatur & forma pollet. Et exemplum concinnentię, ſecundum totum ſigni
B ficatum tantum, eſt nominum ſynonymorū, vt indumentum & veſtis. Et exē
plum ſcdm partē ſignificati ſolum, eſt noīum diuerſiuocorum, quę vnam rem ſi
gnificant modis diuerſis, vt mel & fauum. Carmina autem apud Arabes con-
cordant ſecundum quantitatem & ſecundum partem orationis, & hoc, aūt vna
litera, quę eſt vltima vel duabus literis, Metrum vero partiū orationis eſt qua
tuor modorū, quorū vnus eſt ꝙ inducat rem eiuſq; ſimile, vt ſolem & lunam,
aut ferat contraria, vt diem & noctē, aut ferat rem & quod ea vtitur, vt ſagittā
& arcum equū & frenū, aut ferat res proportionales, vt regem & deum. Hęc
aūt proportionalia ſumuntur ex quatuor rebus Dixit. Oratio autem eſt diuer
ſa, id eſt, demutata ab oratione vera, ex parte qua ponuntur in illa noīa, concin
nentia metro & quantitate, & nomina peregrina, & ceterarum ſpecierū muta-
tionis. Significat aūt orationem poeticam eſſe demutatā, quia quando vera ora
tio demutatur, vocatur poema, aut oratio poetica, & eius eſt actio poeſis; & dū
inſpicеres carmina commouentia, inuenires ea huiuſmodi, & quod nudum eſt a
demutationibus, non eſt ei de re poematis niſi metrum ſolum, Demutationes aūt
fiunt metro, concinnentia, & permutatione, & aſsimilatione, & vſiter prolatio-
ne orōnis, pręter conſuetā ꝓlationē, ꝓut eſt permiſsio, & conuerſio & additio,
& ꝓtractio, & ꝓpoſitio, & poſtpoſitio, & orōnis mutatio ab affirmatione in ne
gationē: prout dicimus quis interfecit hunc? niſi tu, vice dicēdi tu illum inter
C fecisti, & ex negatione in affirmationem ēt, & vniuerſaliter ab oppoſito in op
poſitum, Et ex decoris variationibus, eſt collectio contrariorum in vnam rē,
& contrariū eſſe contrarij cām, Et ſpecioſor harū rerū, eſt de ſingulis illorū n
vti eo quod eſt notius, & euidentius & ſilius. Hoc aūt non reperitur niſi in ꝑau
cis poematibus, notiſsima.n. & ſimillima harum rerū eſt ſignificatio ingenij, &
hęc ſpecies eſt quę congregat bonum actionis orationum poeticarum, dico ant
ni promotionē: exempli grā, quia qn̄ permutatio fuerit vehemētis aſsimilatio-
nis, facit adipiſci bonū ſiſitudinis, & intellectionis elargitionē ſimul. Aliquan-
do aūt contingit ex proportionali ꝑmutatione, exigua intelligentia in conſide-
ratione audientiū illa: prout accidit dicēdo vos diſcernitis pilū albū, a pilo ru
bro, quia aliqui putant, ꝙ ſit verus pilus, cum ſignificatum, pili rubri ſit ipſa for
micano. Dixit. Noīa aūt complexa conueniunt metro quo peruulgantur bona
nomina de bonis, abſq; inſinuatione vnius viri ſingularis illorum, & hęc noīa
raro inueniuntur In lingua Arabum, ꝓut ipſi dicunt habſamis, quod attribui-
tur ſolis irtuo. Nomina vero linguę conueniunt carmini quę fertur diſpō diei
iudicij, & quod in illo eſt conſiderandum, & hęc ſpecies carminis eſt apud ip
ſos gręcos nota, ſed nomina tranſlata peregrina, propria ſunt carminibus,
quę dicuntur in prouerbijs, iudicio & hiſtorijs peruulgatis.

a.l. correſpondentia.

Obſerua ꝙ longe diuerſa, ſunt Arī exempla ab iſtis. Aue. ea enim Arabū Poemata carmina & concinnitas gręcis nō reſpōdet.

a.l. addito negotio.

Mātinus habet alia exēpla.

Proportionalia ex quatuor ſumūtur.

a.l. de perturbationibus

Ait Abraham Auerroys hoc nimis digressus est, quod fecit, quia demutationes poematum non vidit apud Arabes que græcis conueniant, ideo tra[illegible] nit demutationes Arabum carminibus conferentes: & sub silentio transiuit maiorem patrem demutationum dictionum in græcis carminibus, quas scripseras Aristo. sic in hac ultima sententia de nominibus duplicibus, genera carminum varia ab Aristo. carminibus posuit, ut suis prodesset. Unde A[illegible] hic habet nominum quæ dupla præcipue congruunt dithyranbis, & [illegible] heroicis. Ut translationes iambeis, & in heroicis cuncta utilia que d[illegible] sunt. Et iambeis quod in primis dicentes imitentur ea congrunt nomnia cunctis, & in cunctis sermonibus qui in usum veniant sunt sane talia, proprium & translatio, & ornatus. D

a.l. Historię vero narratiuę seu fabulę partes.

De tragœdia itaq;. & rebus communibus speciebus poematum, de assimilatione: & cetris quę eius sunt satis sint quę diximus.† Carminũ autem enarratorium moris est secundum partes, quę sunt principium & medium & finis, secundum modum partium tragicę artis. & similiter est de confictione, nisi q̃ illarum confictio non est actionum, sed est temporum, quibus contingunt actiones illę. Confingitur. n. in his quales fuerint dispositiones prioris: cum posterioris dispositionibus. Sicque translatio Imperij, & regni, & dierum. huius autem speciei confictiones raro sunt in lingua Arabum, sed sępe fit in historijs legalibus. Dixit huius speciei partes sunt partes artis tragicę, quę magis congruũt de peripetia & indicij captione & ex ambabus implexa, & aliquando sunt quędam suę partes affectus, sicut in arte tragica. Et indicia ipsorum in usu melopopeię, & harmonię sunt indicia artis tragicę. E

a. l. harmonię.

Aristo. autem retulit differentiam que est inter artem tragicam, & ceteras epopeie artes. apud ipsos, quibus proprie conueniunt illa carmina metris, & partibus, & confictione, & quantitate: & q̃ inueniantur metra que magis con[illegible] ant quibusdam poematibus quam aliis, & retulit quis poetarum recte fecerit has res, & quis nõ sit usus illis recte, & dedit coronam eccellentię, supra omnes ipsi Homero, Totum autem hoc proprium est eis, & non inuenitur tale apud nos, vel quia quod retulit non sit commune maiori parti gẽtium, aut quia A[illegible] abibus accidit in hoc dispositio egrediens limites. nam, quod est notius, absit. n. [illegible] q̃ in hoc suo libro descripserit, quod est eis proprium, immo id quod est commune omnibus gentibus naturalibus. Dixit. Et expedit q̃ id quod poeta fe[illegible] in [illegible] tione modicum, sit in comparatione ad confictam elocutionem, prout fac[illegible] Homerus, ille. n. paruum prohemium faciebat & confestim transferebatur [illegible] quod confingere volebat, pręter q̃ in his ferret rem insuetam sed quę assueuerant, renuimus. n. quod dissuescimus. Dixit autem hoc prout puto quia gentib[illegible] sunt in suis assimilationibus consuetudines proprię secundum tempora & regiones. Quando autem verba profluxerint in longum, & in eis non fuerit demutatio neq; confictio aliqua, expedit inspicere positionem dictionum notarum secundum significationẽ, quę significent ipsasmet res: non res contrarias aut diuersas, & ipsarum complexio sit secundum quod apud illos fuerit peruulgatum, & apud elocutionem sint faciles, & estimatur q̃ hoc sit in q̃d magis absolutur in lingua Arabum eloquentia. sed oportet hanc orationem esse notę veritatis & perulgatę veracitatis, quam procurare expedit ei qui satisfacere nititur complemento modicę eloquentię & modicę demutationis & confictionis. Dixit. Error autem euenlens poeticę de quo connectatur poetę increpatio, est sex specierum. Primo q̃ confingat quod nequeat esse, immo sit impossibile pro tempore quo expediat confictionem esse, quatenus inueniatur vel putetur esse, prout est confingere improbos, per diabolos. Aut quod potest esse pro maiori parte, [illegible] raro aut equaliter: hęc. n. entis species magis congruit rethoricę, quam poeticę.

Arist. tradit in arte poetica id quod ẽ propriũ omnibus gentibus naturalibus.

Ab Aristo. non habentur ista.

Errores poematum sunt sex.

A Secundo, erroris poete est confictionem deprauare, prout contingit pictori qui imagini addit membrum quod illi non est, aut illud depingit in loco alto ab illo in quo est, prout pingeret pedes in animalis anteriori parte animalis quadrupedis, manus vero in illius postrema parte. Tertio ꝙ contingat rationalia in rebus irrationalibus: hic enim esset increpationum locus, Veritas enim modica est in hac confictione, mendacium autem plurimum, ut si de rationali imaginetur res communis rationali & irrationali, & iam consueuit fieri talis vsus in assimmillando mulieres ceruis, aut damis agrestibus. Quarto ꝙ videatur res inesse simili sui contrarii, aut ipsimet suo contrario. Quinto ꝙ ferat nomina quæ equaliter significent contraria. Sexto quod diminuat confictionem poeticam, & transferatur ad persuasionem, & orationes veraces, & precipue quando fuerit oratio demens modicę persuasionis. Aliquando autem hęc species fit bona, quando fuerit decentis persuasionis aut veracis, hoc est, ꝙ dimutatio in illa sit modica. Dixit. Si autem loca erroris sunt sex, & loca solutionis sunt illorum opposita, oportet itaque loca per se erroris & solutionis propria in poetica esse duodecim loca, sex errorum, & sex solutionum. Solutionum autem exempla non inueniuntur apud nos, quia nostri poetę negligunt has res: & non considerant eas.

B *Ait Abraham. Aliquando bonus dormitat Homerus, cum noster Auerrois non calluerit linguas, quæ poetica facultate polleant, nihil mirum est si defecerit in intellectu poeticorum locorum: quare & in hac calce male commentum est Aristote. verba, aut enim Aristote. in hac calce hæc videlicet exceptiones igitur quinque modis esse prohibentur: aut enim res sunt velut impossibiles, aut sicut rationis expertes, aut tanquam pernitiose, aut sicuti sub contrarie, aut veluti ab artis rectitudine absunt, vbi per rationis expertes non irrationalia animalia intellexit vt Auerrois autumat: sed ea quæ præter rationem conficta sunt: similiter pernitiosa Auerrois non retulit, quare videtur diminutum, vel vt potius corruptum textum videtur habuisse. Vnde meo arbitrio non ignominia, sed potius auctoritas Auerrois emicat, qui nõ intelligens Aristo. mentem alia superaddidit arti, quæ Aristo. non considerauit vt alter Aristote. fuerit Auerrois, quando ubi deficit ab imitatione fit ipse auctor. Deinde dixit.*

C Hęc itaque est summa illius quod prouenit in nostram intellectionem de his quę tetigit Aristote. in hoc suo libro de orationibus communibus omnibus speciebus epopeię & propriis tragedię, dico communes maiori parti aut omnibus. Reliqua autem quę tulit in hoc suo libro de differentiis quę sunt apud eos, inter reliquas poematis species, & inter speciem tragediæ, sunt propria eis. Et cum hoc nos non inuenimus illum meminisse in hoc libro, qui ad nos peruenit nisi de parte illorum, quod significat, ꝙ hic liber non fuerit perfecte traductus, & ꝙ iam reliquum sit loqui de reliquis differentiis multarum specierum poematis apud eos, & iam ipse pollicitus fuit nobis in prohemio sui libri, loqui de omnibus his. Quod autem deficit de his quæ communia sunt, est comedia, dico vituperationis artem, sed putatur ꝙ constantia huius sit affinis rebus quæ sunt tragœdiæ: ex quo contraria per alterutra noscuntur. Tibi itaque euidens fit dum constabunt tibi quæ hic scripsimus ꝙ id quod viri nostrates, inspexerunt de poeticis regulis, comparatione illarum que in hoc Aristote. libro nec non in libro Rhetoricorum sunt, est nimis modicum, prout

Abumazar Alpharabius dixit. Non lateat aũt te quo mõ illę regulæ redesi ad has, nec ꝙ id quod illi tulerunt de hoc est rectius quam quod aliter latum sit. Deus itaq; est qui dirigit sapientem, vt intelligat itinera felicitatis humanę. & prudens cognoscet ꝙ recta sunt dei itinera, & iusti procedent in eis, quibus nos procedere concedat, & hic expletæ sunt sententiæ huius libri poeticę Aristo. in cuius complemento expleta est ars logicę. secundum se totam ad vnius perfecti Dei laudem. Amen.

EPITOME IN LIBRVM POETICAE AVERROIS CORDVBENSIS.

De Orationibus Poeticis.



Oeticę autem orationes sunt orationes metricę, quibus quęritur rei assimilatio, & exemplum in oratione ad promouẽdum rem versus fugam a re, aut fugę enormitatem. Instituę autem sunt metricę, quia sic fit assimilatio perfectior. Et sicut in maiore parte artium, quę assimilant rebus sensatis, sicut est ars Picturę, & alię, non sunt verę ipsę res sensatę, sic orationes, quę assimi- B
lant rem, non sunt orationes, quibus intelligitur illius essentia. Assimilationum autem sunt duę species, videlicet species, qua assimilatur res alicui rei per vnã dictionum assimilationis: aut simulacrũ sumptum, ac si esset essentia assimilati. hoc aũt fit secundũ commutationem, & accommodationẽ: prout dicimus terrę sudor est ipsum mare, quomodolibet illud tulerit. Hę autem industrię quędam sunt propinquę, & quędam remotę. Notum autem est, ꝙ hęc ars non sumat assimilationes, ꝙ sint ipsamet res, sed aliquãdo erat maior pars hominũ in hoc, & sumunt rei assimulationem secundũ ꝙ sit ipsamet res: prout dictum Empedoclis de aqua maris, ꝙ si terrę sudor, quẽ congregauerit in eius vesica. Fallent autem istę assimulationis, qñ sumuntur secundum modum permutationis, & nõ venit in illis dictio assimulationis. Maior aũt pars illius, quo fallunt hę similitudines, fit, quando sumuntur secundũ modũ permutationis in res, quibus impossibile est imaginari assimulationẽ, aut difficile est illã imaginari. Hę itaq; sunt eius res fallacię, sicut non ęstimatur, ꝙ imaginetur ens, qđ nõ sit intra mundũ, neq; si extra ipsum. Locus vero magis proprius huic errori est liber Elenchorum. Hęc aũt ars, licet sit syllogistica, tamen nõ vtitur syllogismo in actu, nec est ei propria species, qua approprieť. Quando vero vteretur oratione syllogistica in actu, id fit secundum modũ erroris, & assimilationis atti. Arist. autem, quia vi- C
dit, ꝙ iuuamen huius artis sit magnę necessitatis, quia per eam promouetur vulgus versus fidem alicuius rei, & ad nõ credendum illam versus actionẽ aliquã, aut illius omissionem, numerauit res, quibus homo valet assimilare rẽ alicui rei de eo, cuius assimilationẽ proponit perfęctissimo modo, quo possit fieri in hac re. Est itaq; ars Poetica, ars, qua ęstimatur homo, ꝙ assimilet rem alicui rei, perfectione qua potest. Verumtamen hę perfectiones sunt extra perfectionem humanam. Concludendo aũt dicimus, ꝙ qui intellexerit ea, quę scripsimus in tractatibus, & non sit sciens naturaliter, possibile est, ꝙ instituat omnem orationem quam audiuerit in verificatione & formatione. In hac autem arte est honor, & prestantia, modo quo homo sit per ipsam promptus versus vltimam perfectionem, si sua perfectio sit in adeptione varacis speculationis, & per hanc quantitatẽ perueniet, ꝙ sit aptus illã recipere. Hac ergo quantitate perueniet ei gradus, quo sit fœlix ad vltimam perfectionem. Excelsus aũt Deus est, qui est Deus adiutor, & sustentans, & non est Deus, nisi ipse qui semper laudetur. Amen.

Epitome Auerrois super libros Poeticæ.
Aristotelis, finis.



IOANNIS BERNARDI FELICIANI IN MORALIA ARISTOTELIS PRAEFATIO.

De duplici hominis felicitate, duplicíq; eius vita, actiua & contemplatiua: quas nos præcipue in hoc opere instruit Philosophus.



Vniuscuiusque rei substantia consideratur, quatenus ab efficiente causa producitur, ex eaq; procedit: perfectio vero, quatenus ad causam res producta conuertitur, eamq; imitatur. vnde cum a Deo summo opifice omnia quæ vniuersum hunc mundi visibilis ornatum constituunt, in lucem fuissent producta: cæteris datum est, vt in sua quidque natura persistens, sibiq; insitum a principio statum conseruans tacito quodam naturæ ordine ad auctorem suum referretur, atque ita perfectionem consequeretur suam: solus homo ita creatus est, vt & in perfectione sua permanere, & ab ea exturbari pro
C *arbitrio suo posset. Nam primum ex materia quatuor simplicia corpora producta suas sedes & qualitates non præter naturam suam immutata perpetuo retinent: & vbi in commistionem venerint, primum concretorum genus procreant: quod quamuis vita careat, uitarum tamen subiectum primum esse incipit. Commistum enim deinde ex elementis corpus ad animam vegetabilem recipiendam idoneum fit: unde plantarum ac stirpiũ genus existit quæ suam naturalē perfectionē, nisi materiæ aliquo defectu impeditæ nunquã deferunt. Has succedunt brutæ animantes, quæ præter vegetandi vitã & alendi, sentiendi vim quoque adeptæ sunt. he simili modo naturali tenore pregredientes bonum a natura sibi inditũ deprauare non possunt. Quæ omnia sane dũ id quod a summo opifice acceperunt, perpetuo conseruant: ad eum conuerti quantum in ipsis est, eumq; imitari ac laudare quodã modo dicenda sunt. vt si quis quemadmodum Stoicis et Epicuro placebat, siue bene viuere, siue conuenienter naturę viuere siue bene esse affectũ, felicitatem esse dicat: ad omnia hæc felicitas quoque peruentura sit. Ad homo post omnia, siue vt rectius dicam, ante omnia:*

quippe cũ causa eius omnia effecta fuerint : quasi perfectio uniuersi c... tus est : qui præter alias omnes vitas rationali anima præditus sensum intelle ctu, connectere oĩaq; alia quæ sua ipso sunt, in se haberet : quo oĩa prim causam conuerteret , ac re vera perficeret . Profectus enim ipse a prima creatus nullo habitu caruit : sed sapientia etiam ipsa præditus non cogita solum , sed intelligendo etiam uniuersales res ipsas sine vllo medio simp intellectus appulsione percipiebat : vt non immerito fortasse Platonici spec rerum aute sensibiliũ in anima ei inditas fuisse censuerint: quippe cum ad intelligendum sensibus indigeret. Qui vero non sicut reliqua, natura... tatione ferebatur; sed voluntaria electione motus suos dirigebat: effectum vt ab inferioribus illectus, quæ ratione sursum debeat attrahere, vitam sen sualẽ concupierit legemq; accep tã trãgressus de fructu scientiæ boni & ma id est malũ sub specie boni degustarit: atque ita ad degustationẽ ligni uitæ ad uenire non potuerit. Nam si sensui prima illa operatione superius attra... getabilem postea, quæ in infimo loco est, ita affecisset, vt in rationis obe... tia ipsa quoque confirmata , immortale hominis corpus in perpetuum ... nasset : hoc enim ligni uitæ significare degustatio potest . Vegetabilem ... obedientem rationi tunc habuisse hominem, quippe qui a ratione totus rege... tur, consentaneum est. Vbi autem anima sponte recedendo à Deo vitam ani sit, eam corpori impertiri, sicut voluit, amplius non potuit, sed sicut non obe diens Deo homo euasit, ita obedientiam totã sui amisit, & sensitiuæ p... delicet, & vegetatiuæ, sed ita tamen, & sensitiuæ, quæ nobilior est, & cogi tione prædita , recuperare, per uirtutis exercitationem aliquantulum p... vegetatiuæ, quæ post delapsum rationis in materiæ profundum sese d... nullo modo possit, quoad materiæ huius crassitudine non fuerit liberatus, ... mors subsequuta est. Ita .n. crassitudine mortalis corporis obnubilatus in ... delapsus quasi è centro ad circũferentiã diffusus, exterior ex interiore fa... ctus, in potentiamq; ex actu incidit. Postea .n. habitibus oĩbus exturbatus ni hil in se habuit, nisi ut pro vitarum studio & exercitatione in eius natur... pe nè transformitur, in quod incubuisset . Nam si ut in etiam in nono ... mo ralium libro inquit Aristoteles , singuli ea in re cum amicis versari uol... idq; exercere in quo essentia sua consistit, qui uegetationi & nutritioni ... alterius sensum habens totus vacat: is licet faciem hominis circumferat, p... potius esse & arbor, quàm homo est existimãdus. Qui sensibus ite, ita dedit est, ut ex ipsis tantũmodo uitã traducat: eum credendũ est etiã si erectam

Duplex homo exterior & interior & quid utercq; .

minis formam adhuc habeat, in brutum aliquod animal abiisse. Quemadmod si ex ratione & sensibus uiuat, homo: si ex ratione sola sopetis sensibus , ... homo efficitur. Duplicem enim hominem in his moralium libris intelligit a... agnoscit Aristoteles: alterum qui ex anima constat & corpore, quem hom... tantum appellat, qui videlicet sensus & irrationales facultates modera... ci uilis euadit : quem nos exteriorem nuncupamus: alterum, quẽ in hominem ... modo, sed cum additione verum hominem , & diuinum quid uocat, quem in teriorem dicimus & perfectum. Perfectio siquidem in mundi huius fabrica , eius modest, vt inferius semper cum superiore connectatur, vt rerum pr...

Actiones prima causa connexā quadam serie progrediantur. Omnia enim
A *etiam bruta ut ipse in septimo inquit, diuinum quid in se insitum habent, id*
est diuinum quandam illustrationem, quandamq; rationis & intellectus no-
tam, qua operationem ex uirtute summam atque optimam iucunditatem esse sē
tiunt: licet postea defectu naturę uoto frustrentur, in suaq; natura persistant.
Nam quæ in homine sunt irrationales facultates, excepta vegetatiua, quæ, ut
dictum est, obedientia omni priuata prorsus remansit, non ex sunt natura, ut
ratione penitus careant, ut ipse in primo manifeste declarat: sed quamuis ra-
tionem ex se non habeant: rationales tamen in eo sunt, quod rationi subiici, eiq;
possunt obtemperare. Atque ita fit, ut irrationales hæ facultates dum in
brutis sunt, perfectionem adipiscantur suam, si in sua natura persistant, ad
vestigiumq; illud rationis & illustrationis quod insitum habent, peruenerint:
dum vero sunt in homine, tunc perficiantur, cum rationi obtemperarint.
Nam ratio etiam ipsa non contenta esse debet si inferiora tantummodo rexe-
rit sed ascendere etiam ipsam ad intellectum necesse est. sicut enim irrationales
facultates in nobis si in sua irrationalitate permaneant, imperfectæ sunt, &
B *tunc perficiuntur cum subditæ fiunt rationi, ita ratio si in esse maneat, &*
non ascendat, imperfecta est. Neque audiendi illi sunt, qui unumquodque in
sua natura conseruandum censent: & quemadmodum si equum aut boue quis
in natura sua deiiceret, equum & bouem non perficeret, sed corrumperet: ita
si homo vel corpus suum negligat & castiget, vel animam suam ad superio-
ra attollat, non seruare eum naturam hominis asserunt, sed deprauare: id
quod & primæ homins fabricæ, & Aristoteli etiam ipsi manifeste repugnat.
natura enim uera hominis non hæc est, in quam est delapsus, sed ea quā ami-
sit, in quā est restituendus: ut si corpus, cuius, ut in octauo ipse affirmat, am
tio ad animā est, ut serui ad herū, instrumenti ad artifice, animæ cōtumaci
ter restiterit, coercendum sit ac castigandū, contumeliaq; afficiendum. Sicut
D. Paulus, & alii multi sancti viri fecisse conspiciuntur. Animā vero non in
humanitate hac relinquendā esse, sed ad diuinitatē attollendam, ut in intelle-
ctus naturā per habitū euadat, contra horum uanas suasiones Aristoteles quo
C *que ipse in decimo his uerbis manifestissime ostendit. Neque uero, inquit, opor*
tet quemadmodum nonnulli monent, unumquenque cum sit homo, humana,
& cum sit mortalis, mortalia cogitare, sed quatenus licet, immortalem se red
dere, omniaq; efficere, ut ex præstantissimo omnium quæ in ipso sunt, uitam
traducat. id autem esse etiam unusquisque uideretur, siquidem præcipuum
& melius est. quocirca absurdum esset, si non suam quisque, sed alicuius
alterius vitam expeteret. & paulo superius: non enim quatenus homo ita
uiuit, sed quatenus diuinum quid in ipso inest: quanto autem id præstat
composito, tanto, quoque eius operatio ob operatione distat, quæ ex alia vir
tute existit Quod cum inquit, quid aliud facit, quàm veri hominis ui-
tam eam esse declarat, non quæ humana est id est compositi hominis & exterio
ris, qui aliquantulum moderatis sensibus utitur: sed eam quæ à mortalis ani-
malis contagione nos ita nititur separare, ut immortalibus similes efficiamur,
Deiq; similitudinem amissam adipiscamur. Nam cum homo duplex sit, ...

Bruta etiam quandā intellectus uestam.

Quomodo vegetaliu et sensitiua alt quo modo rationalia di ci possint.

rior & interior, id est alter ex ratione & sensibus, alter ex ratione sola constans: & in composito fieri possit, ut vel ratio, sicut naturale ipsi est in sensus principatum obtineat, vel sensus præter naturam rationem sibi obsequentem habeant: fit, ut tres præcipuæ vitæ inter homines euadant, quæ

Tres species vitę ponuntur.

in primo libro ab ipso commemorantur, voluptaria, ciuilis, & contemplatiua: seu ut D. Paulus appellat, carnalis animalis, & spiritualis. Sed quia voluptaria & carnalis Sardanapali & pecudum, non hominis propria est: & cum perturbationibus tota dedita sit, ordinem parui huius mundi disturbat ac perimit, omittenda est: inter pecudesq; qui ea utuntur potius quam inter homines sunt reiiciendi. De duabus reliquis quæ homini conueniunt, ad perfectionemq; eius spectant, nonnulla, quę non ab re futura esse existimo, in præ-

Duplex hominis finis.

sentia differenda nobis sunt. Duplices hæ uitę duplicem quoque hominis felicitatem constituunt, alteraq; alterius pręparatio, & quasi fundamentum est. Nam cum homo primum diffusus extra sit, sensibusq; & corpori immersus, ciuili virtute & actiua indiget: quæ, ne in bestiam abeas penitus, sensusq; totus efficiatur, moderationem ei iniiciat, quodq; rationis est, rationi, quod sensuum, sensibus tribuat: ita videlicet, ut brutis affectibus aliquantulum indulgeat, cum modo tamen, & regula rationis: ut ea liberam habeat potestatem, dominatrixq; sit, affectibus, q; omnibus quasi ministris imperet, eisq; utatur quomodocunque voluerit. Deinde vero ubi ita præparatus homo est. ad alterã suscipiendam euadit idoneus, quę cũ ueri hominis uirtus sit, quod rationis est, rationi tribuens, quod sensuũ & corporis est, in naturã animę purificat, & a brutis affectibus penitus liberat: ita ut perturbationum omni sorde expurgata ad contemplationem festinet, penetrataq; materia ac carnali hac nebula ad diuinam naturam ascendat. Vnde etiam priorem illam uirtutẽ humanam in primo appellat, eo q hæc diuina sit: & illa homo diffusus ad exteriora pmaneat, hac ad interiora se retrahat ac colligat. Neque tamen in utrisque rationis idem munus esse censendum est. in actiua enim ratio deorsum ad affectus moderandos ac regendos, sibiq; subiiciendos spectat: in contem-

Munus contẽplatiuę & actiuę virtutis quid.

platiua sursum attollitur. Cum enim rationalis anima, ut ipse in sexto inquit, duas habeat facultates, alterã qua scit & circa necessaria atque ea versatur, quæ semper eodem modo sese habent: alteram, qua consultat & ratiocinatur circa ea quæ contingunt, & aliter atque aliter euenire consueuerunt: illa superiore, quem contemplatiuum etiam intellectum vocat, in contemplatiua, altera in actiua utitur, qui actiuus intellectus noncupatur. Neque vero hic contemplatiuam vitam seu virtutem eam intelligendam velim, quæ cognitioni & speculationi cuilibet operam dat omissis moralibus actionibus, ac neglectis: sed eam ut Eustratius quoque in primo significat, quæ bonas morales actiones subsequens sopitis ac pene sublatis affectibus cognitiones omnes ac spe-

Quę sit contemplatiua virtus.

culationes in eum finem dirigit, ut in Dei cognitionem & amorem veniamus, ibique acquiescamus, adeoque operantem habet uoluntatem, & non nulli grauissimi illi quidem theologi beatitudinem non in intellectu, sed in uolontate etiam primo esse contendant: & duo semper respicit, inferiora, ut nos ab illis mundos ac puros conseruet, magisue ac magis abstrahat: superiora, ut nos

A illis similes reddat, atque ita perficiat: quippe cum intellectus eorum sit, quę
sunt ad aliquid, perfectionemq; tunc assequatur suam, cum attollitur, intel-
ligibilibusq; rebus applicatur. Nam cum actiua tanquam fundamentum sit,
contemplatiua ut tectum: absurdum esset, si vel tectum sine fundamento, uel
fundamentum sine tecto constitueremus: vel ita utrunque locaremus, ut neque
tectū fundamento, neque fundamentū tecto corresponderet. id quod illi profe-
cto faciunt, qui uel nulla cura morū habita, vel deprauatā morū rationem
sequuti scientiæ alicui rerum & speculationi incumbunt contēplatiuam uitam
exercere se existimantes: qui sane ridiculi sunt: cum enim principium nondum
attigerint, ad finem se peruenisse opinantur: a quo tamen longius abesse sunt
existimandi, quam rudes aliqui cerdones qui moribus tamen aliquantulum stu
deant: ꝙ illi quotidianis uitæ flagitiis ab ingressu semper, & primo gradu sese
arcent: hi cum fundamentum iacere nitantur, in graduq; iam sint, aptiores
proculdubio ad contemplationē sunt, quam quiuis aliqui vel celeberrimus phi
losophus moribus destitutus. Licet enim contemplationis cognitio natura actio
B nem præcedat, sicut tecti consideratio fundamentum, quantum ad nos tamen
spectat, actio ipsa & operatio moralis principium omnium est, quin ipsā quo-
que actionis cognitionem antecedit. Nam si ut in primo libro ostendit, neque
pueri, neque qui sicut pueri perturbati affectionibus sunt, & principia nō ha
bent, ut intemperantes, idonei ad moralem disciplinā percipiendam non sunt,
nisi prius in morali aliqua actione assueuerint, quo assentiri rationibus uale-
ant: nisi prius operentur homines, doceri nullo modo possunt & quippe cum
rationes omnes quæ ad finem tendunt, fine peruerso partim non percipiantur,
partim falsæ esse videantur. Sicut enim in decimo docet, oratio & doctrina nō
in omnibus uim habet, sed oportet ut prœcultus auditoris animus sit ad recte
& gaudendum & odio prosequendum, non secus ac terra quæ semen sit nu-
tritura: si enim præculta sit, fructuum fert: sin minus, & spinas producit, &
frumenti semen iniectum corrumpit, ac perdit. sic animus noster nisi prius cu-
ratus fuerit, falsaq; opinione expurgatus, veritatem uel nullo pacto admit-
tet, uel si modo id aliquando contingat, frustra admittet, prauus enim non ra-
C tioni, sed violentiæ & necessitati cedere consueuit. Quocirca quia prauus &
puer neque scire nisi operaretur prius, neque operari nisi sciret quid sibi faci-
endum esset poterat nisi cogeretur, & qui cogere uolebat quasi inuidus & ma
lignus odio ab omnibus habebatur: inuenta sunt leges, ut ipse item in fine deci-
mi inquit, quæ licet hominibus in unam ciuitatem collectis bene agendi neces-
sitatem imponerent, odiosæ tamen ac molestæ minime essent futuræ, quo sub
bonis institutionibus assueti homines idonei ad morales disciplinas frugalita-
tisq; discendam efficerentur, qua præculti & præparati recte omnia ad con-
templationem tendentia intelligere valerent. Temperantia siquidem seu fru-
galitas, quam σωφροσύνην vocant, ut in sexto ait, ea præcipue est, quæ pruden
tiam & eam opinionem in animis nostris conseruat, quæ ad agendas res spe-
ctat, id est finales rerum agendarum causas, ut honestum & bonum unum-
quodque nobis esse uideatur, qui enim dolore uel uoluptate perturbatus est,
nih[illegible] huiusmodi recte percipit. Adde ꝙ ea quoque peruerse in cōtēplatione in-

Intellectus practicus duo respicit, inferiora & superiora.

Primus finis est contemplatio.

Quare repertę sint leges.

telligit; quæ huiusmodi morum institutioni respondent: vt est de creati ne mundi, de immortalitate animæ, de prouidentia Dei, de resurrectione, atque aliis huiusmodi, quæ morali uitæ rectæ institutæ ita annexa sunt, vt quanto quis moribus magis est deprauatus, sensibusq; inuolatus: tanto minus ea probabilia existimet. Vt cur pueri cum esse mathematici possint, naturales aut sapientes non possint, ut in eodem hoc sexto inquit, inde etiam causa sumi valeat, non tã q̃ experientia careant, qua in huiusmodi disciplinis opus est, quam q̃ ex perturbationibus vitam traducere consueuerint: perturbatio autem ut ipse ẽt in eodẽ hoc libro asserit, nõ de circulo aut triangolo atque huiusmodi mathematicis, sed alias in nobis opiniones corrumpat. Pro certo .n. habendũ illud est duas has uitas actiuam & contemplatiuã ita inter sese correspondere, atq; ita mutuo consequi, vt si altera sit praua, prauam quoque esse alteram: si altera sit bona, alteram quoque esse bonam necesse sit. Nam si quis hominem esse natum existimet, vt cum iumentis saginetur, veneriq; indulgeat: ut quid de immortalitate sua cogitare unquam poterit? Quid de mundi creatione in mentem eius cadere & intelligentiã posse credendũ est, qui sine ulla consideratione virtutis quasi perpetuo quodã torrẽte delatus ita uiuit, ut quo quo modo uitam traduxerit, non laborandum esse censeat? Qui vero rapienda sibi esse aliena, & adulterium, aliaq; flagitia commitenda in vita existimat: rationes de Dei prouidentia nullo modo admittet. Atqui animo neque unquam à vitiis resurrexit, neque esse resurgendũ ad contemplatiuã opinatur, resurrectionẽ corporis capere quo pacto queat: non uideo. Actiuæ siquidẽ uitæ perfectio contemplatiuæ perfectionem nobis manifesta: Vt regula morum puritatisq; atque integritatis uitæ siquis uti ad dignoscendam speculationis ueritate in unaquaque philosophorũ secta uoluerit, minus erraturus sit, quam si ea neglecta ad rationis examen deueniat. Vnde non immerito ad cognoscendã veritatẽ uia amoris, quã intellectus longe esse cõpendiosior dicitur, quippe cũ amor rectus & uoluntas bona non nisi à uera intellectione possit existere. intellectio siquidem veri uoluntatem ad uolendum bonũ magis inducit, quam falsi cognitio: Quæ igitur ita afficit uoluntatem cognitio, ut eam attrahat & Deo maxime uniat, verior censenda est: id quod creationis mundi, immortalitatis aïæ, prouidentiæ Dei, & resurrectionis nostræ cognitionẽ facere nemini dubiũ est. nam cum omnia creasse Deum aïo concipimus nostri causa, ut beatitudinẽ consequamur, nos immortalibus animis creasse prorsus cognoscimus atque ob id nobis prouidere ipsum sine dubio credimus, ac propterea vt beatitudo hæc toti hominis conueniat, resurrecturos speramus. hæ enim omnes questiones connexæ ita inter se sunt, vt qui unam peruertit, omnes necessario cæteras deprimet ac destruat, qui unam statuit, cæteras omnes concedat, necesse sit. Harum itaque cognitio maxime attrahere uoluntatem nostram ad Dei dilectionem bonamq; actionem uidetur. Reliquæ uero omnes intellectiones deprimunt hominem, & vel brutum efficiunt & carnalem, uel animalem. atque ita fit ut intellectus affectum, & affectus intellectum mutuo sese perficiant, id quod veritas ipsa etiam declarat, cum inquit, de ueræ contemplationis cognitione, & recto proposito veri cognoscendi intelligens, nemo uenire ad me potest, nisi

Cur pueri non possint esse Philosophi licet mathematici.

Via amoris compendiosior est ad ueritatem.

Quæ sint illæ uirtutes q̃ ad diuinum Amorẽ alliciunt.

E

F

A pater meus traxerit ipsum. & alibi, bonæ actionis perfectionem quam solus ipse tradidit Dominus, significans, nemo uenit ad patrem, nisi per me. Nihil enim aliud omnes philosophorum scholæ mihi uidentur studuisse, quàm ut hominem ad perfectione utriusque huius uitæ institutionibus reducerent. Sed id siue humanum non erat. Et si enim quantum ad sensitiua partem spectat, restituere aliquatulum homine humana institutio poterat, uegetatiuam tamen in sua inobedientia prorsus relinquebat: ut si homo & perfecte, & totus esset restituendus, Diuino auxilio supranaturali opus omnino fuerit. concedendaque omnino resurrectio sit, qua uegetatiua sub rationis obedientiam meliori quodā atq; ineffabili modo restituitur. Quocirca quamuis illi multū diuq; & tot secula atq; nationes laborauerint: nihil unquā tame efficere potuerint. præter .n. quam q in uia plerique aberrabant: adeo difficilia dogmata & laboriosa inueniebant, ut & ea percipere ingenii non mediocris esset, & assequi laboris non exigui: nā uix unus atq; alter reperiebatur, qui toto æuo laborans eā perfectionē licet humanam atq; perfectam consequi posset: miraculūque esse uidebatur, si in toto orbe unus p singulas ætates claruisset, qui philosophi uitā traduceret. Posteaquam uero Christi Dei nostri benignitas nos illustrauit, sapiētiaq; sua ad exteriora diffusus quasi erraticas pecudes ad exteriora reduxit: effectum est, ut omnes euaserimus dociles Deo: omnesq; tam pueri quam senes, tam feminæ quam uiri, tam serui quàm liberi fieri perfecti philosophi breui ualeamus. duobus enim charitatis præceptis & fide instructus quilibet, tā ad actiuā quàm ad contemplatiuam bonitatē, & ueritate paratissimus euadit. ut glориando nemini amplius sit, id quod sapientes nonnullos fecisse memoriæ proditum est, quòd uir natus sit, & non mulier: quòd Grecus & non barbarus: quòd Atheniensis & non ex alia Græciæ ciuitate: cum neque uiri neque mulieris, neque Greci neque barbari, neque Atheniensis neque alterius cuiuspiam ullum discrimen sit ad felicitatem hanc religionis nostræ quæ sola uera est, capessendam: sed omnes in Christo unum sumus, ad philosophiam cuncti omnes, modo uelimus, admittimur. Cum enim charitatis præcepta ita explicata sint, ut licet finem & perfectionem non includant, quæ ad inimicos etiam amandos, & relinquenda omnia, id est omnia mundana contemnenda inducimur, quod in affectu est, sed actu tantum & opere praestantur, id quod Dominus etiam ipse declarat: nam cum dixisset diligite inimicos uestros, opera statim subiungit, & benefacite, inquit, iis qui oderunt uos: non solum tamen opera exteriora requirunt, ut sine affectu simus, & corde arido, solas manus ad opera moueamus. Quin in eo etiam quòd pœnæ & præmiū proponitur, affectus aliquos internos comprehendunt, ut si quis siue pœnæ timore, siue spe præmii ea seruarit, uel non sine charitate aliqua esse possit uel ad charitate certe tēdat, eaq; introducat: pluresq; sint, quos timor, spes corrigat, quàm amor dirigat, quippe cū quis perfectionē ita est salutē [illegible], quæ gloria Dei est, gloria enim Dei oēs indigemus, inquit diuus Paulus [illegible] corpus, & causa eius damnationis pœnam timet, is Deū sicut serui moro odisse [illegible] o patiē potest, ta[illegible]nes eum necenir sit, eū enim saluus sue causa fecisse oīa [illegible]. Deniq; [illegible] præcipue rebus erudiri homines coniecerint.

Vegetatiua rationi in hac uita nō obedit,

Tribus homines erudiuntur,

timore spe, & uirtutum exercitatione: in hac communi omnium ciuitate quæ
est ecclesia, ne interclusa ulli etiam imbecillo atque imperfecto uia salutis exi-
stimetur, tribus quoque his dispensationis nominibus Deus in sacris eloquijs no-
bis sese manifestauit. nam & ultionũ Deus dicitur, ut terrore nos pœnæ coerce-
at: & salutis Deus, ut spe gloriæ nos erigat: & Deus uirtutũ quoque appella-
tur, ut p exercitationem uirtutũ quasi in nobis habere Deum existimantes ad
perfectionem nostram festinemus, quæ uera philosophia est. Sed enim quia ui-
deo apud nonnullos ex nostris philosophiæ nomen adeo male audire, ut & ex
eius contemplatione non solũ utilitatem aliquam ad uitam hominũ peruenire
non opinentur sed nocere etiam, & religioni nostræ, id est ueritati repugna-
re eam existiment: & actionem eius ita contemnendã censeant, ut non modo ina-
nem omnem eam esse dicant, uerũ etiam peccatum esse eam affirmare non uere-
antur: quippe cũ nihil prosit, siquis eam uel exactissime exequutus fide tamen
caruerit: non secus ac qui uel peritissimus sit gubernator, & nauim in scopu-
lũ dirigat, portũ eum esse ratus, uel celerrimus cursor cum sit, præter curricu-
Quomodo Philosophia possit obesse & prodesse. lum, illac se ad metam peruenturũ opinatus excurrat: uenia ab his mihi im-
petranda est, paceq; ipsorum dicendũ: primum fidem nostram, sicut iustitiæ
humanæ quicquam non derogat, qui enim potestati, diuus Paulus inquit, re-
sistit, Dei ordinationi resistit, ita scientiã humanã & uirtutẽ non tollere, sed
perficere. Deinde me hic philosophiã appellare non eam quæ falsa præcipiat,
queq; fallacibus tantũ captionibus discipolos exerceat suos, ut tãto magis in ea
profecisse uideatur, quanto magis quis & promptius ad ueritatẽ impugnãdã
fuerit instructus, ab hac siquidem cauẽdum D. Paulus etiã monet, ne per phi-
losophiam seducamur: sed eam, quæ recte & in cognitione, rerũ ueri & fal-
sum indagat: & in actionibus uitæ bonũ & malũ inquirit & docet. hæc enim
quantum rerum creatarum, & naturæ perscrutatione illustrare animum no-
strum possit, si morum moderatio non negligatur: D. Paulus idem testatur, cũ
inquit: qui cum Deum cognouissent, non sicut Deũ glorificauerunt, sed euan-
uerunt in cogitationibus suis. & paulopost, repleti omni iniquitate, malitia, for-
nicatione, auaritia, nequitia, inuidia, homicidio, &c quasi declarat manifeste
non modo non repugnare diuinæ illuminationi philosophiã: uerum efficere etiã
posse, ut in Dei cognitionẽ aliquatenus ueniamus, si recte eam & sincere fueri-
mus persequuti: id est non tam uerbis & disputatione, quam actionibus & ui-
ta eam tractauerimus. Neque enim referre multũ existimarim, modo sciat
quispiã, certissimisq; rationibus persuasam habeat ueritatẽ, si quas in se habet
quodãmodo inuolutas, explicare aliis rationes non potueris: quippe cum id in-
facundiæ non ignorantiæ attribuendũ sit: Hi enim rationes intelligunt sibi tan-
tum, cum re non uerbis bene & operantur & contemplãtur. qui uero in ra-
tionibus sunt exercitati, plerunque cum traductionẽ uitæ negligant, in earum
ostentantione euanescunt, cumq; aliis nitantur suadere, seipsos impersuasos sem-
per relinquunt, tantoq; maiore digni reprehensione sunt, quod negligentia &
uitio proprio rei præclarissimæ, id est philosophiæ infamiã apud omnes conci-
liant. Cum autem actionem calumniantur, me hic intelligant, uelim, non de ea
loqui quæ uel ignorantia aliqua, uel inani quadã gloria, uel huiuscemodi ab-

quo vitio fuerit deprauata, sine ulla Dei cognitione, sed de sincera ac pura, de
A qua hic agit Aristoteles: ut si caligine discussa uel meta, vel portus appareus
ris, facilius eo perueniturum putē, qui & prouectus aliquatulu sit, & uel in
naui gubernanda, uel in celerritate acquirenda sese exercuerit. Nauim enim
in scopulum dirigit, & currit extra stadiū & portū, aut metam illic sibi uide-
tur uidere, qui uel sibi quod non debet, arrogat, uel inani gloria intumescit,
aut aliquo alio uitio peruersum finem habet: ita, ut eius quoque opera quae
uidentur bona, peccata sint, & ad perniciem deducant. Qui uero uirtutis causa
& honestatis, id est cognoscendi Dei desiderio uel ex uirtute operatur, uel co
natur operari, is licet metā adhuc non uideat, extra curriculū tamen nō uaga
tur: quippe cū omne lumen, atque omne bonū; quamuis naturale id sit, atq;
adhuc imperfectū, non nisi ad fontē tamen omnis luminis, omnisq; boni a quo
emanauit, idest ad Deū ipsum nos dirigat. Currit ergo is intra stadiū, nec finē
peruersum habet, sc imperfectū, donec ei sol iustitiae oriatur, qui currenti &
satagenti quamuis neque currentis, neque satagentis id sit, uult exoriri, nam
B non currenti, & ocioso diuina scriptura inclamat, surge qui dormis, & illumi
nabit te Christus. Vnusquisque enim, ut inquit diuus Petrus, qui iustitiā ope-
ratur, in omni gente acceptus Deo est. Licet enim sine fide charitate uiuifica-
ta rectū opus agi nō possit, actio bona tamen, hoc est non deprauata, quamuis
adhuc sit imperfecta, ad charitatē ita animos nostros preparat, sicut frequenta
ti actus ad habitū uirtutis consequendum faciunt: quamuis nō nisi ex habitu
bonū opus queat existere. Nam si, recte aduertamus, homo cū quatenus homo Obseruā da studiosi pē ribus:
operatur, in lumine, & lege etiam sola naturali, ita agit, ut sicut ratione cā-
rentibus animalibus superiorem, ita intelligibilibus naturis, & Deo inferiorē
se esse agnoscat. Cumq;, ut superius dictum est, comparatū natura ita sit, ut
in perfectione adipiscenda inferius cum superiore connectatur, si in statu suo
permaneat homo, & non deprauetur, actiones omnes suas ad Deum diriget:
neque si quid perfectionis fuerit assequutus, id sibi ita arrogabit, ut a superio
re natura id habere nō agnoscat, cuius bonitatis participatione perficitur. Id
quod ad gratiā Dei consequendā plurimū facere censendū est, non quod actio-
C nes hę causam accedendi illā gratię exhibeant, sed quod efficiant, ne nos a gra
tia refugiamus, eiq; resistamus. Sicut enim male agendo a Deo auertimur, &
recedimus, ita ad Deū si non prorsus bene agendo, saltem minus male agendo
accedimus, & quantū in nobis est, conuertimur, ut illustratione eius gratis om
nibus exhibitā non repudiemus. Et si enim nō claudere oculos nō est in causa ut
sol nos radiis suis illuminet, non claudere tamen oculos, ut a sole illuminemur,
facit. tanta enim benignitate erga nos uti uoluit Deus, ut impertiri se non nisi
nobis nō nolentibus uelit. Nā qui omnia nulla Dei habita ratione sibi attribuit
uel causam beneficiorū dei in se esse existimat, quod Pelagius faciendū sentie-
bat, corruptę naturę est, de qua philosophus hic nō loquitur: cuius sane actio
nes, quia a lumine naturali etiam deuiant, & qualibet gratia destitutae sunt,
sancti nostri qui contra Pelagiannos disputant, actiones hominis sine Dei gra-
tia appellare merito consueuerunt. Non igitur uituperanda Philosophica bo-
(..) sed Christiani, & pii animi est, nullum diuinum auxilium siue naturalē

id sit, siue supranaturale, negligere, sed cum omnia fecerimus, experti, pro uiribus fuerimus, omnia Deo ferre accepta, ac dicere serui inutiles sumus. Veruntamen ut in presentia reliqua philosophorũ qui subinde iuuare genus humanũ ope hac animi pro uiribus conati sunt, documenta prætermittam: hæc doctrina Aristotelica quam integra, quam absoluta, quam exquisita, quam accurata, quam sancta sit, dubitare neminem existimo, qui modo in ea non temere & indiligenter fuerit exercitatus. Si enim moralis huius operis perfectione considaremus: omittamusq; candidissimum uerborum ornatum, acutissimam argumentorum collectionẽ, grauissimam sententiarum declarationem quibus omnibus cum alibi consueuit, tum hic potissimum utitur, Aristoteles: uel unius ... tati tantum actiuæ & contemplatiuæ uitę quas hic instituit, animum adhibere: nihil inueniemus, quod expurgandarum animæ sordiũ diligentia aquè ac Christianũ apicem deducere homines possit: non ut eũ quidẽ consequamur, tantum tamen ab eo absint, quantum in eo mundũ constituti sint: nihilq; quod ... mũ nostrum humana uidelicet ratione ita attollat, hominemq; exteriorem ... tuũ ita moderetur, ut ad suscipienda supremi intellectus, Deiq; illustrationem, nisi ipse repudiet, aptissimus reddatur. Cũ enim duplicem hominem sicut diximus intelligat: alterum, qui ex anima & corpore constat, qui exterior homo est: alterum, intellectũ solum, uocat autem intellectum, rationale uitam, qua homo interior euadit, quem uere & primo & maxime hominem esse statuit, duplicẽ quoque felicitatẽ eius inuenit, unã intellectiuale & perfectam, quam contemplatiuam nominat, de qua in decimo libro qui finis huius operis est, utpote summã omnium uirtutũ circumscriptura, tractaturus est: alteram actiuam, quæ cum externis rebus existit, quam in primo libro quænam sit, inquirit: atque eam operationem ex uirtute in uita perfecta esse diffinit. quę quidem operatio, quæ licet non ex se, sed ratione materiæ circa quã uersatur, & corpore ... externis, id est uegetatione sensuum, sanitate, robore, pulchritudine, nobilitate, diuitiis, & amicis, & cæteris fortunæ bonis: unde acquiratur, considerat, & licet præclarissimũ Dei donũ absolute non sit, sed studiũ etiã nostrũ requirat, disciplinam tamen & diligentia acquiri ab omnibus posse, et quod in uirtute B *præcipue consistit, uirtusq; stabilissima felicitatis causa est: ut donec permanserit id quod dominiũ obtinet, id est operatio uirtutis, nunquã effici cum calamitatibus miser quispiam possit, licet beatus dicendus non sit. Et quia uirtutes morales in irrationali parte existunt, de animæ diuisione nonnulla agens, uirtutesq; alias intellectiuas quæ in ratione prædita parte sint, alias morales in irrationali existunt, esse inquit. irrationaleq; parte in ratione carente & rationis aliquatenus capacẽ diuidit. Quia uero felicitas hæc, licet & corporis bonis & fortunæ etiam indigeat, in uirtute tamen potissimum consistit ... secundo de uirtutibus moralibus prius tractare incipit, easq; a more, & consuetudine dici asserit, eo quod non natura nobis insunt, sed exercitatione comparantur: quippe cum in naturalibus facultates præcedere operationum soleant, in uirtutibus econtrario habitus operationem subsequantur. uersariq; eas circa uoluptatem, & dolorem præcipue, easq; habitus diffinit, quibus homo bonus ipse efficitur, & bene opus suum reddit. duplicemq; esse medium rationis*

Virtutũ aliquę in intellectu aliquę in sensu.

A quantum ad rē, & quantum ad nos attinet, virtutesq; in mediocritate quantum ad nos consistere, easq; omnes cum extremis suis descriptione facta enumerat. Postea docet quo modo ad mediocritate hanc reduci valeamus, a voluptateq; præcipue cauendum esse monet: mediocritatesq; quantū ad nos videlicet spectat, inter duo vitiorū extrema esse demonstrat. Deinde quia virtus & vitium electionē requirebat, quæ in nostra est potestate: quid spontaneū esset existimandum. quid itē inuitum in tertio prius considerans, ut virtutē & vitium in nostra sita esse potestate ostēdat, ad virtutum tractationum postmodū descendit: de fortitudineq; & tēperantia agit, earumq; extremis: diffinitionibus, & diuisionibus, proprietatibusq; & virtutum & vitiorum diligenter assignatis. Tum in quarto de reliquis plerisq;, id est liberalitate, magnificentia, magnanimitate, de moderato honoris studio, de comitate, de urbanitate, reliquisq; quæ in societate hominum exercere necesse est, pertractat.

Compendiū eorum quæ tractantur in Moralibus.

Inquinto absolutā de iustitia disputationē persequitur: & alterā uniuersalē, alterā particularē esse ostendit. uniuersaléq: omnes virtutes in se cōplectitur. B particularē alterā distributiuā, alterā cōmutatiuā & emendatiuā esse, quarū altera arithmetica, altera geometrica proportione constet, ubi de iure & iniuria, de iure naturali, legitimo, ciuili, herili, de equo & bono diligenter disserit. Postea quia virtutes hæ actiuæ quæ in parte appetitiua & sensuali existunt, recta prudētia rōne quæ intellectiua virtus est, moderamē accipiūt, per eas ad intellectiuas ascensus præparatur: sextus virtutibus intellectiuis totus dicatur. & sicut in primo irrationalē aīæ partē diuisit, quia de moralibus erat acturus, quæ in ea existebant: sic de rationē distinguit, intellectiuā, id est animi rationalē in duas facultates diuidit, consultatiuam, & scientificam, seu in opinatiuā & cogitatiuā: cumq; alteram, id est consultatiuā in intellectus actiuum distribuat, & affectiuum: actiui prudentiam esse, effectiui artem declarat, quas inter se eo multum distare docet, quòd qui in arte sponte peccat, melior sit. quàm qui inuitus: in prudentia econtrario, qui inuitus peccat, quam qui sponte, melior multo existimatur, scientificam partem contemplatiuam seu speculatiuum intellectum appellat, sed cum is vel principia tantum C percipiat vel ea quæ ex principiis existunt tantum, vel utraquæ: cū principiorū est capax, intellectus: cum conclusarum rerum ex principiis, scientia: cum vtrunque, sapientia nuncupatur, ita ut in sapientiā esse nihil aliud quàm scientiā & intellectū simul asserat. prudentiā vero esse eam quæ cū moralis virtus scopū idoneū proposuerit, ea quę ad scopū ipsum tendunt, rectè pducit. Cuius partes oēs examinādo diligēter quid bona consultatio, quid solertia, quid sententia, & reliqua huiusmodi sint. pertractat. Posthæc aūt, ut nihil quod ad rem facere videretur: inexcussum relinqueret: quia nōnulla esse inueniebantur, quæ vel supra virtutē moralē, vel infra eandē esse viderentur: in septimo ea psequutus est. nā cū quis supra oēs iustos iustitia, supra oēs fortes fortitudine, supra oēs temperantes temperantia, & cæteris huiusmodi excellit: hunc nō virtute absoluta, sed heroica & diuina virtute præditum esse affirma quemadmodum contrà, si quis immanis adeo sit, vt vitiis omnibus omnes superet, non vitio sed feritate & immanitate instructū esse ait. Cum vero quis temperan-

Inquid sita sit heroica virtus.

ter agit cum pugna tamen, & appetitus resistentia, eum non proprie uirtutem habere, sed esse continentem ostendit quippe cũ vera uirtus nullam in se repugnantiam irrationalium facultatum patiatur. sicuti eum prauum & uitiosum proprie non dicit, sed incontinentem, qui cum sciat quid agendum sibi sit in uniuersali, in particularibus ipsi ignoratione ex affectuum perturbatione oborta intemperanter tamen agit. unde bestias quia uniuersalium existimatione nullã habent, minime esse incontinentes. hic autem quoniã non ex eo quod persuasus sit, uoluptates sectatur, pœnitentia etiam ducitur: atque iccirco intemperante qui persuasus est, longe melior est. neque incontinentia cũ principium corruptum non habeat, uitium esse existimatur. Quia vero continens & incontinens uoluptate maxime & dolore moueri consistit, uirtutesq. omnes morales ut in secundo ostendit, circa duos hos affectus uidentur existere, uoluptasq; & dolor duo quasi consultores, ut aiebat Plato, uitæ hominis sunt, atque iccirco ab adolescentia ita institutos esse oportet homines ut his gaudeant & doleant quibus gaudere & dolere debent: voluptasq; præterea spectare ad felicitatem actiuam & humanam uidetur: de voluptate nonnulla agit, quot eius sint genera, prauas alias, alias honestas, alias neutras esse declarans. Iam uero de virtutibus moralibus, & iis quæ subsequuntur, id est intellectiuis & de iis quæ vel supra vel infra morales esse uidebantur, satis explicauit: quia ad felicitatem hominis qui ex anima & corpore constabat, primum animæ, quæ ad essentiam eius spectant, deinde corporis, quæ sunt necessaria, tum fortunæ requirebantur, quę utilia sunt, atque adiutricia, & externa appellantur atque inter externa amicitia maximũ erat, ita ut aus virtus quedam esse aut cum uirtute existere ut ipse inquit, uideretur: nonnulliq; iustitiæ eam ... partem existimarent: de amicitia in octauo & nono exactissime pertractat. In octauo quæ sit amicitia: tresq; eius esse species utilem iucundam, honestam ostendit: ut in honestate inter similes, in utilitate & iocunditate inter dissimiles existat: honestaq; amicitia sola proprie amicitia dicatur. atque amicitia perfecta non posse fieri, ut quispiam amicus multis sit, quemadmodum neque ut amore moltorũ simul aliquis capiatur, quippe cũ id natura spectare ad unum soleat. Sed cum hæ inter æquales personas sint, de alia agit quæ inter inæquales reperitur. quo modoq; ea seruanda sit, docet: tum de ciuili, de domestica, de naturali quę inter consanguineos est: de sodalitia, aliisq; huiusmodi diligentissime omnia indagat. postea de querelis quæ contingere in amicitiis soleant: plurimasq; in utili amititia, nullas in honesta contingere ait. In nono postea reliqua de amicitia persequitur, quæ uidelicet in dubiũ uenire poterat. querelæ amicitiarũ quo pacto tollendæ sint: quando dissoluendæ amicitiæ: quando conseruandæ. utrũ amicitia sit beneuolentia, utrum concordia. cur qui beneficia contulerunt, magis ament: quia scilicet opera sua amant, & honeste ... ctũ quod in affecto est: & quia laboriosius est dare quam accipere. utrum ... amor sit laudabilis: esse quidem in probo uiro qui uere se amat, & non corpus & sensum: atque ita, ut mensura amoris erga alios etiam sit. unde quia scelesti manifeste se non amãt, eos neque aliorum amicos esse posse: quærere tamen consuetudines aliorum quoniam conscientia scelerum molestantur, ut sup-

Consultores humanę uitæ Duo.

Ad Beatitudin(em) Amicitia inter externa est Maximum.

Natura ad vnum spectare solet.

A *fu fugiant. At felicem amicis indigere tantum probis & honestis non utilibus & iucundis: primũ, ut operationes eorum videns, quia sua inspicere non ita possit, perinde oblectetur ac suis. secundo, ut iucunde semper viuat assidua operatione tum sua, tum amici: tertio, ut amici operatione inspecta magis exercitetur. Postea utrum amici plurimi faciendi sint quærit, docetq; in utili amicitia & uoluptuosa id non posse. in honesta satis esse si uel paucos, id est duos aut tres habuerimus, qui enim multorum sunt amici, eos nemini esse amicos nisi ciuiliter posse tum in aduersa ne an in prospera fortuna opus magis amicis sit, considerat, in aduersaq; necessariam esse, in prospera honestam magis amicorum præsentiã esse declarat. Sequebatur de contemplatiua virtute agere: sed quia ea summam in se uoluptatem habet, de uoluptate prius in principio decimi nonnulla considerat, uerumq; de ea opiniones persequitur, uoluptatesq; esse diuersas tum pro ratione operationum statuit, ut sensuum aliæ, aliæ intellectus sint, & quæ sunt sensuũ quoq; inter se esse diuersas, ita ut altera alterã corrumpat, tũ pro ratione bonitatis aut improbitatis: quæ enim malam operationem sequitur, est mala, quæ bonam, bona: quæ item a mala cupiditate prouenit, praua, quæ a bona, bona censenda est. tum pro ratione purioris instrumenti, aut impurioris: nam quæ ex uisu fit, est purior, quam quæ ex odoratu: quæ ex odoratu, quam quæ ex gustu & tactu, quæ intemperatium est, tum pro ratione subiectorum: alia siquidem hominis, alia canis uoluptas est, cumq; in homine diuersæ sint huiusmodi uoluptas, ea propria eius est, quæ & intellectu & affectu bene instituti hominis est. Posteaquam hæc absoluit, ad tractationem de felicitate veri hominis & interioris descendit, cui præsidet sapientia, eamq; esse operationem ex uirtute quæ præstantissima in homine est, quæ est, contemplatiui intellectus. eamq; esse actiua longe præstantiorem octo causis ostendit: quia eius partis hominis est, qui proprie est homo, & circa sua obiecta quæ sunt intelligibilla retrahitur, actiua uero circa exteriora diffunditur, quæ est assidua quia iucundior multo est. magisq; sinceras & minus interruptas habet uoluptas quia ex se sufficit, paucisq; admodũ extrinsecus indiget. quia est tã quam finis. et ex sese diligitur. actiua uero ꝓpter contẽplatiuã appetitur quia in ocio & quiete consistit, actiua in turbatione & negotio: bellum uero ob pacem, & negotium ob ocium fit: quia est sublimior & diuina: actiua vero humana. quia est ex intellectu qui est solius hominis: actiua vero etiam brutorum adiunctas facultates habet: quibus nonam Christiana nostra per se [illegible] adiungit, quia in futurũ etiam perseuerabit, neque auferetur. Postremo de actiua nonnulla resumit, ut & eam ex cõparatione longe inferiorẽ esse ostendat & ad ciuilem doctrinam tradendam transitum idoneum faciat. cum enim qui imbutus prius non est bona uitæ institutione, aptus ad disciplinã moralem intelligendã esse non possit, ut in superioribus libris & in primo preservatim sæpius docuit: atque iccirco assuetudine prius aliqua indigeat, assuetudinemq; hanc non nisi leges ualeant afferre, quæ pœnis propositis à uitiis deterreant, præmiis ad uirtutem ciues incitent atque inducant: quo pacto idoneus aliquis ad condendas leges efficiatur, declaraturũ se in sequentibus rerum publicarum libris pollicetur. Atque hæc totius huius doctrinæ summa est. Quia*

Tria quę ad Amicitiam attinent.

Rationesq; cur contemplatiua actiua vita sit nobilior.

(Margin letters: B beside "rationem sequitur…"; C beside "quia est tã quam finis…")

uero nonnullos esse scio, qui non tam doctrinam quàm suasionem in huiusm
negotio requirendam censent, monitiones eius quasdam & incitationes ca
tionesq; subiungam: quas, sicut pium magistrum decebat, inter docendum o
portune locis suis inseruit. Primum enim ut ad studium & industriam au-
ditorē incitet, qualis huius disciplinæ esse idoneus auditor debeat, mores: ni-
hil interesse inquiens iuuenis ne aliquis ætate sit, an moribus. huiusmodi enim
hominibus inutilē esse hanc cognitionē non secus atque incontinentibus: quip
pe cum huius disciplinæ finis non cognitio, sed actio sit. Ad aliasq; artes c
sequendas non solere electionē aut stabilitatē requiri, sed ipsam solam cog
nē sufficere, ad uirtutes uero cognitionē parum, uel nihil ualere: reliqua
est electionē & agendi perseuerantiam multum ac totum conferre. non agendo
enim non modo non effici quempiam bonum, sed ne in eo quidem statu esse, ut
effici possit. Cognoscere item iusta & iniusta nullam sapientiam esse existimare
homines quia à legibus ea prescribuntur: cum tamē quæ leges statuunt, minus
iusta sint, quàm medicamenta, salubria. difficiliora .n. cognitu iusta, quā
salubria sunt. salubria uero non ex libris cognosci, sed expiētia & habitu a
artifice qui artē exerceat: sic iusta, ab eo qui operetur. atque hæc inquit, quæ
subinde uidelicet inculcet, non esse negligendum neq; cognitioni tantum acqui-
escendum: quippe cum cognitio in huiusmodi moralibus ex actione ipsa eueniat.
neq, legis periti magis iusta sciant, quàm qui, licet nunquàm uiderint lege,

Circa actiones potius est operari q̄ scire.

iustitiæ habitum sibi agendo contraxerunt. non .n. satis esse si uirtutē cognou-
rimus, id quod subinde repetit, sed ut eam habeamus, eaq; utamur, esse omni
dū, nā si uerba ad reddēdos homines probos sufficerēt, multas sanè & magn
mercedes acciperēt: quippe cum qui discit hæc tantū, similis ægrotandi sit, q
libenter quidē medicum audiat & percipiat, nihil tamē agat. Orationemq
in omnibus uim habere, sed opus esse, ut præcultus sit auditoris animus, n
secus ac terra, quæ nutritura semē est. Satisq; esse si quamuis omnia adsint,
omniaq; faciamus quæ debemus, quibus probi effici uidemur: euadere uirtutu
participes possimus. Contentos enim esse non debere quòd apti ad operandū
mus sed operandum omnino esse. sicut enim in olympiis certaminibus non pul-
cherrimos & robustissimos, sed qui decertant & uincunt, coronari, sic in uita
non quisunt idonei, sed qui operantur, felicitatem consequi. felicitatem enim li-
cet diuinitus detur, esse tamē eiusmodi, ut laborem nostrum etiam, nostram
electionē requirat, atq; adeo esse communēs ut disciplina & diligentia compa-
rari ab omnibus possit.. quo alacritatē omnibus exibeat ad bonum consequen-
dum, nisi ignaui admodum esse ac desides noluerimus. Postea ut non tantum
ad operandi diligentiam homines incitet, sed a uoluptuosa uita etiā auocet et
deterreat, seruiles prorsus ac pecudes appellat eos qui uoluptariam uita se-
ctantur, & principes Sardanapalos: qua sugillatione hac atq; infamia nota-
ti erubescant, atque ad tēperantem uitam redeant. Resolutisq; mēbris corpo-
ris similes esse incontinētes. Ac uoluptates quidem turpes non esse nisi cor-
ruptis hominibus dicendas uoluptates: quibus uidelicet uoluptas uidentur f-
cut non esse dulcia neq; amara ea quæ uidentur ægrotis. corporibusq; ui-
tas. quia sæpe in ipsas incidunt homines, cuilibetq; facile occurunt, no

A bitur hereditatē fuisse adeptas, atque idcirco intemperantiam merito esse uituperabilē quia nobis inest non quatenus homines, sed quatenus animalia sumus: ut ferinum sit talibus oblectari. Neque uenereorum tantummodo uoluptates hoc modo carpit, quo ab eis unumquenq; qui hominē se agnoscit, deterreat, sed leniores etiam, quæ tamē cum a seriis homines auocat, tum nimia relaxatione ad libidines reddunt propēsiores. lusiones enim uoluptuosas annumerat, in quibus propterea positam esse felicitatē homines opinantur, quia tyrannos & in potestate constitutos eis uti uidēt. Neq; enim, inquit si isti principes & tyranni, quia sincere & liberalis uoluptatis gustū non habent, ad corporis uoluptates confugiunt, propterea eas magis expetendas esse existimandum est, nā & pueri quæ apud se in precio sunt, præstantissima esse opinantur. Quos cū inquit, quam uilipendit & grauiter castigat horū uitā, quam beatam ipsi arbitrantur, philosophiam .n. habere in se mirabiles & puritate & stabilitate uoluptates: iocum & lusum ut negociari possimus, admitti solere, non ut desistamur. Sed fortatasse, inquit, eiusmodi aliquis est, ut diligentiā nō adhibeat ut ut eiusmodi sint homines & intēperantes efficiantur, ipsi in causa
B sunt, dū remisse & dissolute uiuunt, & in continua uitiorum operatione uersantur habitum.n. sponte acquirunt, à quo postea liberari non possunt, cū uolunt. nam neq; qui ægrotant, sanos effici cum uolunt, posse: licet uel intēperanter agendo, uel medicis non obtēperando sponte in morbū inciderint nā si iucunda & uiolenta esse quispiam opinatur, omnia sibi uioléta esse existimabit. ridiculum esse in externā potius caussam referre, quàm in nosmetipsos, quòd huiuscemodi rebus facile moueamur & honesta nobis, turpia iucundis ascribere. Quinetiā quia uitia & uirtutes in nostra potestate sunt, ut mediocritatē reducamur monet. qua in re spectandū esse inquit ad quæ nos sumus procliuiores, atq; in contrarium, eorū more qui ligna distorta dirigunt, nos ipsos abstrahendo pertenire ad mediū uirtutis ualeamus, uoluptatéq; præcipue uitandam, quippe quæ corripere iudiciū soleat, & sicut Troianorū proceres Helenā pulchra esse uideretur, dimiserint, ita a nobis uoluptatē ob pulchritudinē corrumpat, esse repudiandam. Quid cum ebrium duplici pœna dignū
C ut, eo quod & se priuarit sponte ratione, & ebriosa praue agat: Vel qui se [illegible] quominus quadam afficit dum indignus ciuium sepultura indicatur [illegible] à læsione sibi tam animæ quàm corporis inferēda deterret? Quàm [illegible] hominis moderatur, cum debere optare à Diis homines inquit diuitias, honores, sanitatē, & cætera quæ simpliciter bona appellantur: quæ [illegible] natura quide & bene affectis bona cum sint, non omnibus bona existunt. Idcirco esse optandum, non ut quæ simpliciter sunt bona, consequamur, [illegible] ut ea nobis bene uertant, ac bona sint. quæ autem nobis bona sunt esse eligenda. Quam ad tolerantia confirmet, cum molles carpit qui pallium per terram trahunt, ne scilicet si ipsum tollant, laborent: qui cum ægritantes imitētur, miseros se esse non existiment cū miseris similes sint. Quàm ab amore uano [illegible], cum amatores deridet, qui sicut amant, ita se esse amandos cēsent. [illegible] simul modo essent amabiles, fortasse censere ita deberēt: Quàm in amicitia [illegible] monet, cū amicos qui simulāt se esse ueros, & nō sūt, ma-

Modus coercendi naturæ mollitiē

gis esse accusandos ait quæ qui monetam adulterant, eo ꝗ circa rem preciosiorē peccant. Cū vero orationes de iis quæ in affectibus & actionibus consistunt, minorē ꝗ opera ipsa habere probalitatē, inquit, cūq; discrepant ab iis quę percipiuntur, conteptas ueritate quoq; ipsa perimere: ita ut vere oratione non solum ad cognoscendū, sed ad uitā quoq; ipsam instituendā utilissimæ sint, quid aliud facit quam consulit, ut tā ueritatē in oratione, quam probitatē in moribus, semper conseruemus? Morū autē institutioni quāta adhiberi diligentia debeat, ostendit, cū monet ut quamuis leges bene institutæ sint debere unūquęq; tamen priuatā & liberorū & amicorū suorum curā habere: magis enim uideri singula absolui si priuata cura adhibeatur.

Qui se ipsū vere diligit.

Vt vero stimulos etiā aliquos ad consecutione hominibus adhibeat; sui amatorem esse eum inquit qui se proprie amat, id est præcipuā sui partē: sicut. n. ciuitas maxime id uidetur esse, quod in ipsa præstantissimū est, ita & homo: quasi incitans omnes ad honesta sectanda, partemq; suam intellectualē præcipue excolendā. quod efficatius persequitur quasi usum suum manifestans, cum inquit: si oēs ad honesta consequenda certarent: & publice omnibus, & priuatim singulis maxima bona euenirent: siquidem uirtus E *tale quid sit, ut quo perfectius fuerit exculta, eo maiores utilitates semper afferat. neque enim debere nos cū simus mortales mortalia cogitare, sed extolli & immortales quatenus fieri potest, reddi: absurdūq; esse si non suam quisq; sed alienam uitam expetat, quasi in erubescentiā inducens, si intellectualē & rationale uitam negligamus, quippe cū homines, sed alterius naturæ animalia futuri simus. Nā cum eū qui ex intellectu operatur, eumq; excolit atque optime afficit, Deo esse carissimum uideri ait: Consentaneum enim esse Deum re optima est, ipsiq; est cognata, intellectu delectari: eosq; qui eam maxime amant & honorant, remunerari: pie admodū & prouidentię Dei & immortalitatis nostræ significatione ad amplectendam contemplationis puritatem inuitat. Sed de his hactenus. Satis enim esse hæc ad perfectionē moralis huius institutionis declarandam vnicuiq; possunt. Cum igitur hæc Aristotelis actiua adeo sincera sit, vt a nostra Christiana nihil plane dissentire uideatur, nisi quatenus illa paulo perfectius ac sublimius adhuc hominem prouehit: ita vt non solum* F *uitia omnia, vt ipsa hæc facit, eradicet: verum etiam exiguas omnes radicum fibras unde timeri pullulatio aliqua possit, diligenter perscrutandas euellendasquè censeat: Cumquè actiua, vt diximus fundamentum contemplatiuæ sit, eiquè correspondeat: simili modo contemplatiuam quoque & rationalem, quam philosophus hic tradit, non differre a Christianorum speculatione, nisi in eadem hac perfectione credendum est si morali huic fabricæ cōsentaneam esse eam debere existimamus. Nam quæ æternitate mundi de anima, nonnullisq, aliis huiusmodi disputat, magis ad morem ipsius quo uti in rebus omnibus pertractandis consueuit, quam ad impietatem aliquam referenda sunt. A natura enim non solet recedere Aristoteles: vt etiam quæ supra natura sunt, sicut etiam nonnulli philosophiæ eius Græci interpretes asserunt, eo modo consideret, quo naturam respiciunt, quatenusque in natura constituta sunt contrario modo quam Plato consueuerit, qui naturalia queq; paulum a natura subleuando indagat. vt propterea quoq; in multis dissentire inter se hi philosophi uideantur.*

Diuersus philosophandi modus Aris. & Platonis.

A deantur, cũ tamen in via & modo considerãdarũ rerum plerũq; magis, quã
in rebus ipsis discrepent. Si n de Dei prouidentia interdum ita loquitur, ut
ea, cum intra uniuersalia tantũ contineat, nimis parcã statuere uideatur, ac
propterea a nonnullis ex nostris Epicuro, qui eam penitus tollebat, inferior iu
dicetur: ita dicere ipsum censendũ est, non φ eam ad particularia quoq; uel Cur prouide
exactissime diffundi nõ putaret, sed φ ordinarie particularibus ita prouidere tiam diuinã
animaduerteret, ut modũ & ordinẽ naturalẽ non impediret, ad quem ipse re- adeo angu-
ferendo, ut diximus, oĩa pertractat. Si de anima mortales aliquas rationes stam ponat
affert, ut quibusdam uidetur, eæ uerissimæ ac certissimæ sunt existimãdæ. si Arist.
ut ea intelliguntur, quæ in materiã respicit, corpusq; mortale informat, ac per
petuo item de eternitate motus nonnulla dicit, quibus mundũ non esse genitũ
demonstraret, contra religionẽ nostrã ea esse minime sunt existimanda. verum
enim ... ita constat. si ad naturalem hunc ordinẽ quẽ ipse spectat, considere-
mus: non n. ex hac alterationũ serie ac vicissitudine à principio creatũ esse mũ
dum ag ... imus, sed ex creatione eius alterationũ seriem postea successisse. Alio
B qui enim absurdum esset, si vel ea nunquã incepisse assereremus, quæ quotidie
incipere uidemus, vel infinitũ actu cõcederemus, quod quo pacto effugere pos
simus, si infinitos numero homines, id quod in æternitate mundi omnino dandũ
est, præcessisse confiteamur, nõ intelligo. Quippe cũ infinitũ eandẽ uim tã si sit,
quã si fuerit, habere videatur utrobiq; n excludi à potestate uidetur, sine qua
esse nullo pacto potest. Adde φ ipse ẽs Aristoteles tantũ ab est, ut quæ de æter
nitate mundi disputat, certa esse & vera existimet: ut in libris dialecticis pro-
blema de æternitate mũdi pro neutra parte certas habere rationes asserat. Nã
si mortalẽ quoq; aĩam dixerimus, multa absurda sequãtur, necesse, est. primũ
vel non esse creatũ mundũ, quod absurdũ esse ostendimus, vel si sit creatus, fru
stra esse: deinde nullã Dei esse prouidentiã, quippe cũ hominis res, quæ in hac
uita finirentur, temere, & non pro merito cuiusq; succedant, Quod si sit, vel
Deũ non esse, vel non intelligere, quæ aut creauit, aut inferiera ipso sunt, cen
sendũ est. At si docendi viã qua humana hæc sensuiq; exposita ad clariorẽ de
monstrationẽ respicit hic Philosophus, animaduertamus: facile intelligemus Moralistam
C eius rationalẽ tractationẽ etiã si uerbis aliquando uideatur, sententia tamẽ a agendi quã
morali q. sanctissima est, nusquã discrepare: si modo sibi eum constare existime sciendi prin
mus, gradũq; uitæ actiuæ, ut verisimile est, ita supposuisse, ut ad cõtẽplatiuã cipium est.
ad amussim respondeat. Moralis n. hæc & actiua non tã agendi & operandi,
q̃ discendi ẽt principiũ est. sicut iidẽ Græci auctores monent, qui in disciplina
Aristotelica ac philosophica, qua animus noster ad bonum agendũ & verũ in
telligendũ instruitur, principiũ à morali institutione sumi oportere oã ob cau-
sam affirmant, quia instrumenta, cuiusmodi sunt dialecticæ rõnes, ea sunt natu
ra, ut bene, & male uti eis quispiã possit, nisi animũ prius bona morũ institu-
tione recte præparatũ habuerit. Quia tamẽ hæc Aristoteles dialecticis demõ
strationibus quatenus rei materia patitur, satis exquisite ptractat: ideo opor
teret, ut qui discipulus eius esse uult, simplici primũ aliqua morũ institutione
imbutus, deinde logica eius disciplina percepta, qua intelligere argumentan
di rationes valeat, ad hec opus audiendũ sese ante oĩa conferat, ut stabili hec

fondamento iacto superextruere cætera quę ad contēplationē spectant, firmiter possit. Qui.n. hoc vel nō subiicit, vel ineptū ac labans subiicit, cū nō habeat, ubi insistat, euanescit in cogitationibus, ut inquit D. Paulus, contēplationisq; totā ædificationē ruinosam efficit. Quapropter cū pleriq; hodie hac uia minime ingrediantur, neq; fundamentis his iactis ædificent, qppe cū opus hoc quod eorum esse diū & viuendi & discendi esse iā ostendimus neq; in gymnasiis publicis locū ullū pcipuū habeat, neq; priuatim à quoquā nisi disputādi tantū aliquādo causa non agendi consideretur: mirandū nihil esse existimo, si nonnulli inueniantur, qui cū peripateticos se esse iactent, vel philosophū hunc ipsū, uel nostra cōdemnent. nā cū in euoluendis eius libris nō id studeant, ut consentanea rō actioni euadat, constansq; vtraq; doctrina seruetur: in multa absurda necessario incidunt: ut & impia nonnulla eius dogmata cogantur fateri, & philosophiā eius ipsā adeo a religione nostra discrepare asserant, ut q ea fuerit imbutus, si ea se qui uelit, esse bonus Christianus nō possit. quasi fieri ullo modo queat, vt non uerū uerarū cognitio à veritate, vel creaturarū scientia à creatore aliena. Cæterum præterea neq; Aristotelicæ virtutis & felicitatis verū sensū perceperint si quē viderint aut audiuerint ex nostris piū ac sanctū virū, qui vel voluptatibus adeo se abdicarit, vt delectare sensus omni ex parte refugiat: vel posthabitis oībus & corporis & fortunæ bonis in solitudinē aliquā sese ecerit, ibiq; a consortio hoīum separatā vitā traduxerit sola virtute cōtētus, vel honorē ab hoībus & gloriā contēpserit, vel iocosam loquutionē prorsus è consuetudine sua reiecerit: vel mori potius aliquādo pposuerit, q̄ quippiā de pfectione sua relaxare voluerit: non quasi perfectiorē admirantur, sed modo rusticū, modo stupidum modo ineptū, modo humilē & obiectū, modo agrestē esse dicunt. Hoīem n. sociabile esse aīal iactant, ut consortio hoīum se priuare nō solū ab utilitate publica uerū etiam ob omni prorsus humanitate alienum sit. Felicitatēq; bona etiam reliqua non ea tantū quæ animæ sunt, requirere, neq; virtute sola esse contētā: ut priuet se felicitate, qui uel corpus negligit, vel fortunas, similisq; esse artifici censeatur, qui ut melius operetur, instrumenta abiiciat. Virtutem in mediocritate consistere asserunt: unde non eū esse uirtute præditū qui uoluptates corporis, vel honorē, uel iocū è uita sibi penitus circūciderit, sed qui hæc oīa moderari sciat. Vitā vero ita facile negligere cum felicitas uitā et perfectam & longā requirat, esse eius qui felicitatē et ipsam contēnat. Atq; hæc dicunt, felices se esse opinantur dū & semper quod perfectius se esse uident damnāt: & huiusmodi rōnibus & sibi & plerisq; aliis nūquā pfectiorē & puriorē uitā esse inquirēdā, sed genio & curandæ cuti iucunde semper indulgendum esse psuadent. Cum tamē si studio cognoscendæ veritatis & nō affectibus suis patrocinandi hæc dicerent, Aristotilē ipsū habeāt: qui felicitatē hanc qua dicimus, non esse uerā hominis manifeste declarat, sed humanā & ciuilē, q̄ homini tātum exteriori conueniat, non interiorē & uerū hoīem perficiat: ad quā nostri illi festinādū censent, sicut .n. prior hæc humana felicitas & actiua plurimis: ita illa paucissimis indiget, solaq; virtute est contēta, nisi quatenus corporis necessitas postulat, Quæ.n. Alexander in libello de felicitate cōtra Stoicos disputat, eā sola uirtute non esse contētā asserens: de felicitate tātū hac humana &

A imperfecta dicitur: ut Eustratius quoq; in decimo ostendit, in illa aūt q̄ ueri
hominis est, nullā uim habens. Nā ut ipse Arist. in decimo inquit, contēplanti
nulla huiusmodi rerum ad operationē quidē indigentia est, quin ferè contem-
plationi esse impedimento consueuerunt. quatenus tamen homo est, cum pluri-
busq; uitā degit, ex uirtute agere proponit talibus igitur ad humane se geren
dū indigebit. Vbi etiā illud animaduertendū, asserrere Arist. hoīem uerū &
contemplatiuū non esse sociabilē, neq; cū pluribus uitam traducere: ut vana
etiam illorum hac ex parte iactatio euadat. Nam cum nonnulla ob necessitatē
indita in natura hominis sint, si sublata ea necessitas fuerit, summæ uirtutis
esse censendū est, si omne studium, omnisq; labor postea adhibeatur, ut ea quoq;
penitus auferantur. ubi.n. incidit in potentiā homo, extrinsecusq; excessit, au-
xilio aliorū statim indiguit; uiq; & ipse aleretur assidue, & genus suū in po
sterū ppagaret, opus habuit uoluptate q̄ subinde ipsum instigaret. Vnde cū
se recolligit, & ab exteriore hac diffusione retrahit, nullius auxilio, nullaq;
propagatione indigere incipit, nullaq; itē alitione, nisi quatenus ad sustentādū
B corpus sufficiat: ad quā adeo paucis contētus est, ut ea qa uitæ exteriori neces
saria tātū sunt, uana ēt esse existimet, vanitati.n. id est huiusmodi necessariis
inquit D. Paulus subiectā esse creaturā propter eū qui eā subiecit in spe quasi
si uel hac corporis vita ad virtutū exercitationē opus non esset, uel aliquando
nō speraremus fore, ut hac ēt sublata, quādo videlicet vegetatiua ad obedien-
tiā rōnis per resurrectionē licet diuiniore quodā modo fuerit restituta, sola cō
tēplatiua in nobis perpetuo confirmaretur: nulla prorsus corporis cura haben
da nobis esset. ut non īmerito quatenus fieri pōt, q̄ perfectionē hāc affectant, ab
his se abstrahāt: laudatiq; sūmopere nonnulli fuerint, q adeo ab his mundanis
sese subduxerint, ut p multos annos hoīem ullū cuius consortiū esse alliis iucū
dissimū solet, non uiderint: quippe cū qui ob virtutē eò prouecti sint. ut humæ
na societate non indigeant, Deo uniti iā esse intelligantur. Adde q si contēplati
uā felicitatē quoq; omittere in præsentia uelimus, istis nihilominus respondere
ex Aristotelis sententia possemus: si ea quæ in nostris damnant, tum ad He-
roicam uirtutē referremus, quæ ut in septimo docet, oīa excellentius ac subli-
C mius: quàm moralis exequitur: tum ad moralē ipsam: nam cum semper donec
uiuimus, uti prudentia opus sit, vt propterea prudentię non possit esse obliuio,
ut ipse in sexto inquit, qppe cum eius subiecta sēper nobis sint obuia, neq; ullus
locus, ullum tēpus, ulla actio, ullus affectus reperiatur, in quibus non requira
tur prudentia, quæ uirtutum moraliū recta rō est, extra uero tēpus, aut lo-
cū, aut actionē, aut affectum esse nemo possit, dum uiuit: fit, ut morali, id est
actiua uirtute semper aliquatenus uti unusquisq; ēt contemplatiuus debeat.
Quapropter quia felicitas in uirtutis opatione cōsistit, opatio uero alicuius in
qualibet occasione semper existit: ex uirtute aliqua semper operari unusquisq;
potest, dum uiuit. neq; abiicere operandi instrumēta cēsendus est, qui ea abii
cit, quæ ad operādum sibi sunt īpedimēto, qppe cum & diuitię & sanitas &
reliqua externa ancipitis naturæ sint, vt sicut pdesse, ita obesse aliquibus ad
uirtutē exequendā valeant: ut ea reiicere à sequisq; debeat, q̄ sibi esse impedi
mento sentit. quemadmodū neq; faber, si malleum reiiceret, q cusionē semper ei

Homo contemplatiuus non est sociabilis.

Contemplatiuus etiam morali aliquo pacto moralidebet uti.

soleret deprauare, vituperatione esset dignus, neq; priuare se instrumentis ma gis q̃; aptare diceretur. Praterea in primo felicitatē hāc ēe eiusmodi inquit, D
ut a quocunque possit cōparari. quasi si adsit virtus, cū Dei praclarissimū do nū sit felicitas, cætera facile subsequātur: si non adsit, nulla eiusmodi externa psperitas cōtingere queat, q̃ felicē hoīem, uel potius nō infelicē efficiat. Quærite primū regnū Dei & cætera adiicientur nobis, inquit veritas. Sed sunt qui se ridiculo quodā modo decipiunt, nā cū felicitatē in operatione ex uirtute c ... stere iactent, opationē uero hanc corporis bonis & externis indigere taqua in strumentis: prius instrumentis conquirendis sibi uacandū censent quasi ubi ... luerint, uirtutē postea cōparare sibi facile possint atq; ita dū posthabita uirtu te uel corpori curādo uacant, intēpantia & audacia, uel pecuniis colligendis student, auaritia et iniustitia eos præoccupat, ut siquis esset, qui dū instrumenta ad extruendā domū hinc inde congreret, lateres & ligna, cæteraq; quibus domus extruitur, nulla cura habita dissipāda ac pdēda curaret: simil... nino esse uideretur. Tā & si dicere ēt possumus ex accidēti felicitatē rebus ex ternis indigere, nō ex se, & sui causa, alioq fortuna in diffinitione eius assume retur: sed ob subiectas res, in quibus ciuilis uersari cōsueuit. Nō secus ac faber E
Felicitas ex accidenti externis Indiget.
malleo indiget, nō ut opus suū absolute efficiat quod sine malleo ēt ex ... pōt efficere, sed ut id in ferro, quod tractari nequit, nisi malleus adhibeatur, effi cias. Tēperantia uero, licet quantū ad habitū iā acquisitū spectat, repugnātia irrationalis facultatis careat, qa insurgere in eū nō ita uehementer solet: du ... tamē in cōtinua acqsitione cōsistere ob id dici quodā modo pōt, q m firmitatē carnis non tollit, & affectus ac pcipue cupiditates circa quas uersa tur tēperātia, ea semper sunt natura, ut si libera aliquātulū sinantur, & assi dua frenatione non cohibeantur, profundi petulanter consueuerint ut retrahe re nos ad contrariū sepenumero necesse sit, dū in uia sumus, in uia aūt tāsp per sumus: quādiu vixerimus: fugereq; uel mediocrē uoluptatē nō qa mala sit, sed qa fallax, latēterq; sese insinuet. adde q, ut ipse ī tertio inqt, merito esse uitupe rabilis corporis uoluptas ppterea debet, qa nobis inest, nō quatenus hoīes: sed quatenus, sumus aīalia: ut talibus oblectari & acqescere ferinū sit. Quā sane uoluptas q̃; pniciosā uim habeat, inde pspicere uel manifestissime possumus, q F
Quam mala sit uoluptas.
tyrāni cū iuuenes & puellas martires a uera religione tormētis & crucia tibus amouere non possent: sed prius ipsi nouis suppliciorū generibus excogitan dis, q̃; martyres tolerandis essent defatigati, postremo ad uoluptatē nō tā mere triciā, q̃ coniugalē ēt tanquā ad uiolentissimā machinā cōfugiebant: & quos igne & ferro nō potuerant, uoluptate se expugnaturos cōfidebant. eo q uolup tas animū hominis adeo turbet, ut eū leui qualibet de causa in idololatris, & profundissimā vitiorū uoraginē sit præcipitatura. Cū igitur in appetitu cibi & potus, & amoris moderando tēperantia consistat, & amor exuperationi si milis sit, sicut in octauo inquit, ut nisi vnum amare uehementer nō ualeamus Deū vero amare supra oīa debeamus: fit, ut coniugio ēt sese homo abdicare de beat, si amoris affectu erga Deū uti pcipue uult. Velle aūt omnino eum neces se est, qui ad cōtēplatiuā felicitatē festinat. minus .n. ut ex sanctis nostris quidā ait, Deū amat, qui cum Deo amat aliquid, quod non propter Deū amat. Sed
Quomodo amandus sit Deus.

A insurgent hoc loco uideo aliqui ex iis qui homines se eẽ uolunt,neq; diuinas increpationes illas timent: ficus homines moriemini: & vade retro sathana qa sepis q̃ sunt hominũ, nõ q̃ sunt Dei: insurgent inquã, & dicent,amicitiã erga natura dissimilẽ, & in nimia eccellẽtia nullã esse posse,atq; iccirco erga Deũ cu hoĩe nõ posse esse amicitiã, ut ipse inqt in octauo qui tamen si intelligerent, de quo amicitiæ genere loquatur,nihil haberent,opinor,quod dicerẽt. de ea.n. amicitia agit,in qua homo adhuc homo & humilis permanet,nõ attollitur & Deus efficitur,nam cum altera illa pfectiore vita & cõtẽplatiua ita transformamur,ut similes Deo euadamus: Deusq̃ nos ut cognatos effectos ames,ut in decimo ait: non video cur nõ amare Deũ ẽt uehementissimo amore debeamus. ubi.n maior trãsmutatio,maior adhæsio,vbi maior adhæsio,maior quoq; amor si necesse ẽ maior aũt trãsmutatio species & naturæ ẽ,qua in Deũ imutamur Deoq; similes efficimur,licet p participationẽ id fias,q̃ idiuidui,quacũ hoĩbus vnimur. Adde q̃ sũma ipsa ueritas spõsum, se aĩarum nostrarũ appellas: ut coniugali ẽt hoc amore alio distrahi eũ,q ad perfectionẽ tẽdit nõ debere significet. Id quod D. Paulus ẽt declarat,cũ cõiugii mysteriũ Christianis interpre-

B tur,cum ait,erunt duo in carne una, magnũ mysterium dico uobis, id ẽ Christus cũ ecclesia,qppe cum affectus tunc potissimum perficiatur,cum ad intellectu & Deum uehemẽtia ẽt sua seruata attrahitur. Sicut.n.quãto uehemẽtior fuerit,cum rõnẽ detrahit,maiorẽ aĩo turbationẽ inducit:ita quãto uehemẽtius incitatus a rõne attrahitur,eo tranquilliorẽ animum reddere censendus ẽ.et si cut ille magis distrahit,ita hic magis retrahit,atq; unit. Cumq; præterea cibi & potus uoluptas medicinæ causa nobis data sit,ne famis & sitis morbo interimamur,adeoq; dolose surrepat, ut sub specie necessitatis in lasciuiã despumet: & peccata cum sint lapsus,in pcipitium imprudẽtes sæpenumero inducat:ut si quis irretitus aliquo uel leuissimo est, periculum sit,ne mole eius in grauissimis detrahatur,perinde ac siquis è summa rupe uestigiis delabatur,nisi statim se continent,id quod in uitiis & peccatis pœnitẽtia pstat,in pfundissimã uallẽ pcps feratur,necesse est,danda opera est,ut oĩbus expurgemur. & q̃ ex se ẽt

C contemnetur,aliquãdo caueamus:id quod timor efficit,quẽ nostri pficiẽtẽ timorẽ appellant, q sanctos oẽs uiros semper comitatur,quẽ custodẽ uirtutum esse dicunt uoluptatesq; alioqui nõ malas,ne malæ nobis in occasione efficiantur,studiosissime euitemus: psertim cum ipse & in secundo uoluptatẽ ẽt si sit pulchra & decora,ee dimittendã nõ secus atq; Helenã,ne mali alicuius nobis occasionẽ pbeat:& in septimo fraudes nectere eã,& insidiis cõtra nos uti:nõ secus ac Venus callo suo, quo uel prudentes decipit ipsos,ut qui uel leuissimas uoluptates hac decausa fugit,non stupidus,sed sẽperãtissimus esse censeatur. Quin illi q̃ ciborum cõdimenta uaria & suauitates inqrunt, ut diuturniore & ampliora cibus & potus medicina sibi opus sit,nõ secus pter naturã facere sunt existimandi,quam si quis daret operã,ut in eo statu semper se cõseruaret,ut uera trum,aut aliquod aliud huiusmodi medicamentum sumere cogeretur. medicina n moderate & quando . pus est. sumpta pdest: immoderate & non suo tẽpore,deprauat ac perdit. Qui vero honorem contẽnit & gloriam, si hac eadem cautione facit, ut sibi ad superbiam occasionẽ præcidat : prudens potius

&c 2

est existimandus, quã uituperãdus: si propterea facit, quia res humanas parui
æstimat magnanimus potius quã uilis prædicandus est. magnanimus siquidẽ, D
ut in quarto inqt. cum ornamento oĩum uirtutũ p̃ditus sit, honore qui a Deo
exhibetur, est contentus, uiliaq; oĩa & abiecta hæc humana esse opinatur. De
ioco sanè plura minime dicenda mihi esse arbitror, cũ superuacaneum quodã
esse uideatur. quippe cũ ipse quoq; Arist. in decimo eum admodũ uili loco ha-
beat, & nõ nisi ut remediũ admittendum: & qa, ut in septimo inquit, semper
laborat aĩal, siue audiat, siue uideat, relaxationis tãtũ causa adhibendũ censeat:
ita ut si relaxationẽ quispiam ullã non requirat, uel quia pfectionẽ ia est cõse-
qunius, uel qa timet, ne cum relaxatione pniciosa aliqua uoluptas surrepat, eũ
penitus tollere longe melius sit. Nã lusus qui contentionẽ aliquã in se habens, re
linquendi pueris sunt. pter .n. quã q nulla alia re nisi uana aliqua excellen-
tiæ opinione delectant: id quod sicut puerile est, ita à probo uiro esse alienũ de
bet: adeo turbare interdũ animum hominũ solent, ut unde petere relaxatione
uolunt, inde contractionẽ maiorẽ, & afflictionẽ consequantur: atq; id quod pe
ius ẽ, ex turbatione ea idonei fiant, ut ĩ grauia aliqua uitia delabãtur. Cõsortio
uero hoĩum se priuare, tãtum ab est ut alienũ uel ab humanitate uel ab utilita E
te sit, sicut isti dictitãt, ut q id facit, et multo magis amicus oĩbus sit: & prodes
se ẽt multo magis possit. nã si amor probi uiri erga se ipsũ regula ẽ erga alios
amicitiæ, ut ĩ nono manifestissime declarat: q sese uere amat, id quod q in solitu
dinẽ sese retrahit, potissimũ facit: iis ẽt in solitudine pborum oĩum ẽ amicus,
eisq; nõ secus ac sibi bona uult atq; optat. si .n. esset ciuis unius ciuitatis: pauci
ores amaret: & quod ex eo cõsequit̃, benefacere paucioribus posset, cum ẽt ipse
Arist. in qnto innuere uideat̃, eum q bonus ciuis sit: bonum uirum ĩterdum ee
nõ posse, qppe cum multæ ciuitates cõtraria ĩter se habeãt instituta, ut necesse
quasi omnino sit. siquis plurib' & oĩbus eẽ debeat amicus sit solitarius, id ẽ sit
cõmunis ciuitatis, id est Christianæ ciuis. qppe cum nisi eis quos amat quispiã,
benefaciat: beneficiat autẽ nõ nisi cum occasio cõtĩgat, atq plures amat, plures
pculdubio cum occasio se offert, beneficio afficiat. Si uero dicãt solitarium, sibi
occasionẽ beneficiẽdi p̃cidere, dum refugit à societate aliorum: scire illum debet
fugere occasionẽ cum nõ põt quispiã, ut possit, cum occasio se obtulerit, nihil ali F
ud eẽ, q̃; occasionẽ, summoperẽ q̃rere Accidit q cõsuetudinẽ haberẽ posse pborum
uirũ unius videlicet aut alterius, in nono declarat: cũ & pauci admodũ re-
riãt̃ boni viri, et ipse eis nõ indigeat, nisi ut oblectet̃, operariq; iucundius uidẽ
do possit: quasi id ĩbecillitati ẽt potius naturæ q̃ perfectioni ascribat. Nã cũ fe
licitatẽ uitã perfectã reqrere aiunt, ut negligenda ita temerẽ uita nõ sit Arist.
ipsum audiãt, q moralẽ felicẽ ĩ nono asserit breui tp̃e lætari uehementer magis
electurũ esse, q̃ lõgo leuiter, et uiuere honeste uno anno, q̃ multis quomodolibet.
ut uita perfecta nõ tam lõga q̃ absoluta & integra intelligẽdũ esse declaret.
Atq; hæc in p̃sentia mihi dicenda existimaui, nõ q moralẽ nostrorum uitã et
actiuã multo esse hac pipatetica exqsitiorẽ, pfectioreq; nõ putẽ: id .n. ex se satis
cõstat: sed ut Aristotelicã hãc & actiuã felicitatẽ lõge sãctiorẽ ac puriorẽ, q̃
prima fronte p̃ se ferre philosophia uideat̃, si ppẽdere diligentiusrẽ uoluerit,
ĩuenire unumquẽq; posse demõstrẽ, hocq; Ari. opus eẽ eiusmodi, ut si nõ exacte
pficere: ĩ parare tamẽ, & deducerẽ ad pfectionẽ hoĩem mirifice ua'eat.



ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS MORALIVM NICOMACHIORVM

LIBER PRIMVS.

Cum Auerrois Cordubensis Expositione.

SVMMA LIBRI.

De finium diuersitate. De felicitate, fine ac summo bono ipsius felicis. De animæ duplici parte, ac virtutis diuisione.

De vniuersali boni appetitu ac finium diuersitate. *Cap. I.*

A 
Mnis ars, omnisq; discendi via, actio itẽ, atque electio bonum quoddam expetere videtur. quapropter bene id esse bonum ipsum asseruerunt, quod omnia expetunt. Finium vero quædam videtur esse differentia. alii enim operationes, alii præter has opera quædam sunt. At quorum præter actiones fines aliqui sunt: in his opera ipsa operationibus censentur præstantiora. Cum autẽ multæ & actiones & scientiæ & artes sint, multi etiam fines euadãt, necesse est. medicinæ quidem, sanitas: nauium extructricis, nauis: militaris, victoria, domesticę ac familiaris, diuitiæ ipsæ. Quæcunque vero huiusmodi sunt, sub vnam aliquam facultatẽ & potentiã

Bonũ est, qđ oĩa appetũt.

Finium differentia.

B reducuntur quẽadmodũ sub equestrẽ frenorũ effectrix, alięq; oẽs quæ equestria instrumenta conficiunt: atq; hęc, oĩsq; demum actio bellica sub militari: atq; eodem modo sub alias alia. atq; in iis omnibus fines earũ quę architectónicæ habentur, magis quàm reliqui oẽs aliarum quæ subiacent, expetendi sunt: nã illos quoq; horũ causa se-

ſtamur. Neque tamen intereſt quicquam, ſiue operationes ipſæ fi- D
nes actionum ſint, ſiue præter ipſas aliud quicquam, ſicut in ante-
dictis ſcientiis.

DETERMINATIO PRIMI TRACTATVS PRIMI NICHOMACHIAE. ARISTOTELIS.



Ixit Ariſtoteles. Quoniam omnis ars, & omnis ſcientia, & omnis actio, & omnis electio rei eſt alicuius, per vnaquamque quidem earum bonum aliquod intendi, & deſyderari videtur: & eſt finis intentus per artem, aut ſcientiam, aut actionem, aut electionem, & cum ſit finis iſtarum cunctarum hoc, quod omnia appetunt: & ſit finis earum oīum, & manifeſtū eſt, ꝙ omnia appetunt bonū. Et propterea bene dixit qui deſcripſit bonū per hoc. ꝙ ipſum eſt, ꝙ omnia appetunt. Et diuerſitas quidem inter h[illegible] intentos per artes eſſe videtur, non propter diuerſitatem artium tantum, h[illegible] ex eo quod fines in quibusdam artium ſunt actiones ipſæmet, vt in arte ſaltandi & percutiendi citharam, & in quibusdam earum fines ſunt acta & non actiones, vt ſanitas in arte medicinę. In artibus autem, in quibus fines ſunt acta non actiones, acta meliora ſunt actionibus: cū actiones, quę ſunt in ipſis, ſint gratia actorum. Dixit. Cum itaque ſint artes & ſcientiæ plures, & erunt fines plures, vt artis medicinę finis eſt ſanitas: & artis operandi naues, nauigiū: & artis gubernandi bella, victoria: & artis gubernandi domum, finis eſt opulentia, Dixit Artium autem quædam ſunt ſubalternatę aliis, vt ars frenorum, & reliquę artes, quibus vtitur equeſtris, ſunt ſub arte bellica: & ſimiliter omnis actio bellica eſt ſub arte gubernandi bella, & ſimiliter in aliis generibus rerū, in quibus ſpeculātur artes, ſicut inueniuntur in eis artes plures ſub arte una principali in illo genere. & in omnibus iſtis finis artis principalis dignior eſt & melior fine artis, quę ſub ipſa eſt: finis.n. artis quæ ſub principali eſt, non, quæ quęruntur niſi gratia finis artis principalis, & non eſt differentia in his in hoc vt fines earum ſint actiones aut acta. E

Bene dixit ꝙ deſcripſit bonū ꝙ eſt id. qđ oīa appetunt.

In artibus, in quibus fines ſunt acta & non actiones acta ſunt meliora actionibus.

Eadē diſtinctio habetur 2. Phy. cō. 3.

Quòd vnus agibilium finis, qui ciuilis ſit facultatis, Cap. II.

Vide. 2. Metaph. cō. 44.



I igitur agendarum rerum finis aliquis eſt quem propter ipſum, & propter quem alia volumus, neq; omnia ob aliud eligimus (in infinitum.n. ita fieret progreſſus vanuſq; & inanis appetitus noſter eſſet) perſpicuū eſt eum ſummum bonum, atque optimum futurum. Non ne igitur magnum ad vitam cognitio ipſius momentum affert? nam ſi quemadmodum ſagitarii, ſcopum habeamus, magis bonum & honeſtum aſſequi poſſemus. Quod ſi ita eſt, experiendum quidnam is ſit, figura comprehendere: cuiuſque ſcientiæ, vel facultatis cenſeatur. Videretur autem eſſe eius quæ maxime principalis, maximeque architectonica eſt: cuiusmodi ciuilis apparet. Quippe cum ea ſit, quæ quaſnam eſſe in ciuitatibus ſcientias oporteat: tum quales quemque diſcere, & quouſque, conſti- F

A tur. Videamusque vel maxime honorabiles facu'tates, qualis est
militaris, familiaris, & oratoria, sub ea esse collocatas. Cum enim
cæteris actiuis scientiis hæc vtatur, quid item agendum a quibusq;
abstinendum præscribat, ac sanciat: eius finis aliarum omnium fi-
nes complectetur, efficieturque, vt is bonum ipsum humanũ sit.
Nam si etiam & vni homini & ciuitati bonum idem sit: bonum ta-
men ciuitatis & acquirere & conseruare, maius quid ac diuinius vi-
detur. Ac contentus quidem esse etiam vnusquique potest, si vni
soli, pulchrius tamen ac diuinius, si genti ac ciuitatibus bonum
efficiatur. Hæc igitur sunt, quæ discendi hæc via, quæ ciuilis quæ-
dam est, appetit.

Dixit. Necesse est antẽ vt sint in istis rebus, quę agũtur, res quas volumus
propter seipsas. & sunt res, quas volumus propter aliud, & vt non sit ols
actio ex actionibus humanis volita propter rẽ aliam. si.n. sic esset, proce
B deretur in infinitũ, nec esset finis cõprehẽsus, & esset desideriũ inane. Cũ itaq;
sint hic artes, actiones quarũ quęruntur propter aliud & artes, actiones quarũ
quęruntur propter se: manifestũ est ꝙ finis eius, quę quęritur propter se, est
bonum perfectum & optimũ rerum, cum sint reliqua bona quęsita gratia hu-
ius boni: & hoc siue sit istud bonum vnũ aut multa: aut sit artis vnius, aut artiũ
plurium. Dixit. Et cognitio huius boni est vltima in vita humana, & est grã
de adiutoriũ in venustate eius. intelligo per vitã ciuilitates. Cognito nanq;
fine, determinantur actiones, quę ducunt ad ipsum, & quę remouent ab ipso,
& dirigitur intentio versus ipsũ. Quemadmodũ.n. accidit balistariis, qui prae
fixo eis signo, dirigunt sagittas suas contra ipsum, & sic certius attigunt ip-
sũ. & taliter se habent hoĩes in adipiscendo id, quõ oportet cognito ipso, videlt
tet dirigunt actiones suas, per quas applicantur ad ipsum. Conandũ est igitur
nobis hic ad cõprehendendũ finẽ istũ secundũ viam descriptionis & exem-
pli, scilicet sermoni vniuersali, & ad declarandũ quid est, & cuius scientiarũ
& artium est. Videtur aũt esse potissime aetiũ, & maxime principantis, et hu
iusmodi quidẽ est ars gubernandi ciuitates. Etenim hęc ars principatur olbus
artibus, cum determinet quas artes & scientias oportet esse in ciuitatibus, &
quas artes & scias oportet exercere vnũquẽq; hominũ, & quas artes & scias
oportet exercere quosdam hominũ, & vsque ad quem finem oportet discipu-
C los peruenire in discendo artes. Cũ igitur hęc ars taliter se habeat ad reliquas
artes. est principalior earum, Et patet hoc etiam ex eo, ꝙ honoratiores artiũ
& nobiliores earum supponuntur huic arti: vtpote regitiua belli, & regitiua
domus, & rhetorica: scilicet ipsa ordinat has artes. & metitur eas. Si ergo fue
rit hęc ars, scilicet regitiua ciuitatũ, vtens reliquis artibus & mensurans eas,
& ponent quid oportet operari, a quo oportet abstinere de omni ee: necessariũ
est vt sit finis eius amplectens reliquos fines artium, Cumq; sit bonum, quod
Intendit hęc ars, illud bonum, quod continet omnia bona, est necessariũ ꝙ sit
finis eius bonũ illud, quod appropriatur homini in eo ꝙ homo. Et si.n. bonũ,
quod appropriatur homini vni, sit bonum illud in specie, quod appropriatur
vniuersitati ciuiũ, maius & perfectius istud quidem est: posito ꝙ bonũ perfe-
ctum possibile est haberi a solitario, sicut possibile est haberi a ciue. si aũt hoc
non appropriatur, tunc manifestius est ꝙ hoc bonũ necessarium est inquiri
scilicet bonum. quod appropriatur ciuitati. Dixit. Et si fuerit susceptio huius
boni, & conseruatio ipsius ne tollatur, amabilis quidem vni, scilicet vt inue-
niatur ei, & conseruetur, erit inuentio eius ciuibus, & conseruatio sua ipsis
melior & honoratior. & hoc est, quod intendimus per hunc librum. s. inuen-
tio huius, boni, & conseruatio ipsius ciuitatis,

Ars gubernandi ciuitates principatur olbus artibus.

De modo procedendi, & auditore morali. Cap. III.

Exacta tractatio non simili modo in vno quoq; genere exquirenda. Idem. 2. Me. tex. 15.



Atis vero hac de re dictum existimetur: si perinde explicatum fuerit, ac subiecta materia postulat. Nam exacta tractatio non simili modo in unoquoque genere exquirenda est: quemadmodum neque in artium opificiis. Honesta autem & iusta, de quibus ciui considerat, tantam differentiam, tantumq; errorem in se habent, vt lege, non natura esse uideantur. In bonis etiam talem quendam errorem inesse propterea patet, ꝙ multis damna ex ipsis eueniunt: nō nulli enim ob diuitias, alii ob fortitudinem periere. Contenti igitur erimus, si nos, cum de talibus & ex talibus differamus, pin[...] quadam minerua, atque adumbrata figuratione verũ ostendamus: cumq; de iis, quæ plerunque eueniunt, atque ex is ratiocinemur, si[...]milia etiam concluserimus. Eodem modo etiam vnusquisq; debet ea, quę de aliquo dicuntur, admittere. est enim eruditi eatenus exactam in vnoquoq; genere explicationẽ requirere, quatenus patitur ipsius natura potest. Nam & mathematicum suasionibus vtentem approbare, & ab oratore demonstrationes exigere, simile vitium videtur. Verum vnusquisq; ea recta iudicat, quæ cognoscit: atq; eorum bonus iudex est. vnam quamque igitur rem bene iudicat, qui in ea. absolute vero omnia, qui in omnibus eruditus est. Atque hinc fit, vt iuuenis auditor ciuilis idoneus esse non possit: quippe cum imperitus actionem vitæ sit, & quibus, & de quibus rationes conficiuntur. Adde quòd cum perturbationes sequatur, frustra & inutiliter audiet. finis enim non cognitio, sed actio est. Interest autem nihil, iuuenis ætate, an moribus iuuenilis aliquis sit. non enim defectus penes tempus est: sed quia & viuit, & singula persequitur ex perturbatione. Talibus enim cognitio, perinde atque incontinentibus inutilis euadit. Illis autem esse per quam vtilis potest: qui secundum rationem & appetitiones & actiones suas moderantur. Ac de auditore quidem, & quo modo admitti huiuscemodi rationes debeant, quidq; proponamur, hactenus exorsum sit.

Dixit. Oportet autem ut sufficiantur, quod dicetur in hoc, quando fuerint sermones inducti secundũ ꝙ possibile est in materia subiecta, vult vt sint propositiones inductarum, sicut in pluribus, non autem necessarię. Dixit. Non enim inquirenda est certitudo in omnibus artibus eodem modo, immo oportet vt requiratur in omni arte sedum materiã, in qua speculatur talis ars: quemadmodũ neque oportet vt inquiratur certitudo in omnibus, quę aguntur, vno modo. Dixit. Res autem pulchrę & pertinentes iustitię, & sunt illę, in quibus speculatur hec ars, scilicet regitiua ciuitatum; tantam habent diuersitatẽ accidentem eis. & errorem, eo ꝙ materia sua sit possibilius, quod plures opinati sunt ꝙ bona & iusta sunt nobis tantum per legem, id est per positionem: & ꝙ non est hic aliquod bonum & iustũ per naturam. Et iam accidit simile huic error in bonis, quę in se bona sunt, eo ꝙ iam accidit pluribus hominum ex ipsis

A nocumentum: vt quibusdam iam contingit periculum ex parte diuitiarum, & aliis ex parte fortitudinis. Dixit. Et propter hoc intentionis quidem & voluntatis nostræ est vt perueniamus ad veritatẽ istarum rerum per viam grossam, & exemplarem, scilicet per definitiones & descriptiones quę adaptantur rebus existentibus in illa specie, vt in pluribus, sed non omnibus: sicut est dispositio in definitionibus materię necessarię, & per demonstrationes quidẽ, in quibus sint conclusiones sic in pluribus. Dixit. Bientem prudentis. Intendo instrumentum in arte Logices vltimare inquisitionẽ certitudinis sermone in vno quoque genere, in quo sit speculatio, secundum q́ sustinet natura illius generis. Aequale.n. peccatum est, si receperis sufficientiam persuasiuam a domino doctrinalium, aut exegeris demonstrationẽ a rhetore. Dixit. Et vnusquisque hominū recte dirigit iudicium circa rem, in qua sciens fuerit. Et iudex discretus in re quadam est, qui dirigit iudiciũ in re illa eadem, & est, prudens in illo genere, idest cognitor Logices particularis, quę appropriatur illi generi. bonus autem iudicator absolute est, qui recte iudicat de omni re, de recto: videlicet & non recto: & iste est prudens absolute: dico eum, qui prudens est in arte Logices communis. Dixit. Et propter hoc doctrina ciuilis non pertinet auditori puero. nam puer in expertus est actionum, quę debent esse in vita, scilicet non discernit rectum a non recto. sermo autem hic non est nisi de his actionibus, B & in his. Dixit. Et quoniã ecce puer prosecutor est eorum, ad quę ducit eũ anima sua ex desyderijs, erit auditio eius sermonis nostri frustra & inutiliter: quoniam finis noster in eo, de quo loquimur hic, non est scire, sed agere. Dixit. Et non differt vt sit qui est in hac dispositione puer ętate, aut puer moribus. defectus enim sequens virũ desyderijs non est ex breuitate temporis. nam si esset sic, non inueniretur senex prosecutor desyderij. & propter hoc nõ proficiunt iuuenes per hanc cognitionem: sicut nec proficiunt per eam completi, qui non retinent se a delectationibus. Dixit. Illis autem, qui desyderant & agunt, secundum q́ dictat intellectus, & ratio, perutilis est scientia, quę hic tractatur. Dixit. Hoc igitur est, ad quod nos oportuit peruenire in proœmio nostri sermonis, scilicet qualis debeat esse discipulus huius artis in moribus suis. Et quod est propositum nostrum in hoc sermone, & est gubernatio ciuitatum: & cuius generis sunt ratiocinationes, quibus vtimur in tempore, scilicet oportet esse ordinem earum in credulitate, aut formatione.

De *summo bono, & recta auditoris educatione.* *Cap. IIII.*

C NVnc iam dicamus repetita oratione, quoniam omnis cognitio, omnisq; electio bonum quoddam appetit: quidnam illud sit, quod ciuilem appetere dicimus: quidque illud, quod omnium agendorum bonorum summum est. De nomine sane inter omnes ferè constat. nam & plerique & elegantes felicitatem id appellant, & felicem esse idem quod bene viuere, beneq; agere esse opinantur. De felicitate vero, quenam sit, dissentiunt. neque simili modo & vulgus & sapientes eam definiunt. nonnulli enim aliquid ex iis, quæ euidentia, manifestaq; sunt, vt uoluptatem, vt diuitias, vt honorem: alii aliud eam esse dicunt. sæpe etiam fit, vt idem de ea diuersa opinetur. cum enim ægrotat, sanitatem: cum pauper est, diuitias summum bonum putat. qui autem ignorantiæ conscii sibi ipsis sunt, eos admirantur, qui magnum quid ac supra vires suas referunt. Nonnulli vero præter multa hæc bona aliud quoddam per se bonum esse existima-

runt: quod esset in causa, vt omnia etiam hæc bona sint. Sed omnes velle opiniones exquirere superuacaneũ fortasse est: satisq; erit, si eas solūmodo inuestigemus, quæ extant maxime ac supereminent, vel videntur rationem aliquã in se habere. Neque tamen illud nos lateat, differre inter se disputationes, quæ vel a principiis fiun, vel ad principia. Recte .n. etiam plato de hoc dubitabat, quærebatque, vtrum ne ab initiis an ad initia via esset, perinde atq; in stadio, a titu nerariis ne ad metam, an econtrario Nam a notis est incipiendum. ea aũt duobus modis sunt: alia enim sunt nobis, alia absolute ac sim pliciter nota. fortasse igitur ab iis nobis est incipiendum, quæ no bis nota sunt. Quocirca bene moribus institutus esse debet qui de ho nestis & iustis, ac omni denique ciuili re est conuenienter auditu rus principium enim est, ꝙ sit: atque id si satis constiterit: nihil am plius erit opus indagare, cur sit. Et qui eiusmodi est vel iam habet vel accipere principia facile potest. Cui vero neutrum horum adest, Hesiodum audiat hæc dicentem.

An ab initijs an ad initia via esset recte Plato dubitabat.

Optimus ille, potest qui ex se cognoscere cuncta. B
Ille bonus, monitis qui aliorum obtemperat. atqui
Ex se nec nouit, nec quæ bene consulit alter
Percipit, admittitq; animo: est ignauus, inersq;.

Dixit. Nunc autẽ reuertamur ad id, a quo incœpimus a principio, & dica mus, cum per nomẽ cognitionẽ, & oẽm electionem non desyderetur nisi bonũ aliquod, quod est bonũ, quod ars gubernandi ciuitates habet, & inten dit: & est illud, quod appetimus per ipsam .s. bonũ excellẽtius & altius om nibus bonorum. Dicimus igitur ꝙ pene ab omnibus concordatum est in esse eius, & in ipsius nominatione. nã plures hominũ & peritiores ipsorum opinati sunt: ꝙ cor vite & decor conuersationis est vt conuersatio acquirere faciat felicitatem. Veruntamẽ inuenimus eos dissentientes, & in definitione huius felicitatis .i. dissentiunt in hoc quid sit. Quidam .n. hominũ dixerunt, ꝙ felicitas est ali quid ex rebus apparentibus: de quibus manifestũ est ipsas esse bonũ. Quidam ergo dixerunt ipsam esse voluptatem: quidã autem diuitias & opulentiã: qui dam vero honorem: alij aũt aliud aliquid preter hæc. Et vniuersaliter cõside rando in opinionibus hominũ circa ipsam, inueniens quãlibet sectã ponentem eam in parte alterã ab ea, in qua ponit ipsam secta alia: ita ꝙ inuenimus vnũ eundẽ variantem dictionẽ suã circa ipsam scdm varietatẽ status sui. Infirmus aũt dicit sanitatẽ: de paupatus aũt diuitias, D. cũ aũt plures recognoscũt igno rantiã suã de quiditate ipsius cũ hoc ꝙ conueniunt in confessione sui esse eã admirantur dictũ eius, qui dixerit de ea dictionẽ superexcellentẽ hoc, quod ip si intelligunt de ea. Dixit. Et iã putauerunt quidã ꝙ hoc est bonũ aliquod exi stens per se extra animã preter bona ista multa, & ꝙ bonum hoc est causa bonis omnibus vt sint bona. vnde quod isti opinati fuerint ꝙ cognitio huius boni quod extra, & applicatio ad ipsum est beatitudo vt dicentes ideas esse. Dixit. Fortassis aũt inquisitio de omnibus opinionibus dictis de beatitudine onerosa est & inanis: sufficit .n. de famosioribus earum inquirere aut de qui bus putatur ꝙ in ipsis sit argumentũ persuasiuũ. Dixit. Et nõ oportet vt nos lateat quid interest inter demonstrationes, quę fiunt ex principijs rerũ prima rum scilicet & inter demonstrationes, quę ducunt ad cognitionem causarũ, vi delicet ꝙ inter eas est differentia magna, secundum ꝙ declaratum est in lib. demonstrationis. Dixit. Et propter hoc recte dubitauit Plato circa hanc inten tionem, & d. xit. virũ via, quæ ducit ad principia, est sicut via, quę a docete

A exercitij in stadio tendit ad postremū stadij, aut econuerso. Veruntamē vtiter oportet vt incipiamus in doctrina a rebus manifestis. Res autem istę dupliciter sunt. quędam earū sunt manifestę secundū nos tantum, & sunt illæ, ex quibus procedimus ad principia absolute: & quędam earū sunt manifeste sim pliciter, & sunt illę, quę manifeste sunt secundū nos & secundū naturā: & ex his equidem procedimus a priori & ad posterius. In hoc autem fortasfis expediens est vt incipiamus a rebus manifestis apud nos. Vnde oportet eum, qui vult instrui in rebus pulchris & iustis, & vtiter in rebus ptinentibus ciuilita ti instructione sufficiente vt sint mores eius secundū ꝙ oportet. Qui.n. talis fuerit in moribus, iam habet sciam harū rerū, quare sunt tantum, ꝙ est principium scientię rei. si autem hic contentus fuerit, non est indigens in virtute sua scientię, quare res est, & est principiū, quod ordinatur post scienti. quia res est. Qui ergo fuerit talis in moribus, habet principia & suscipiet ea faciliter. dico principium quare, & principium propter quid. Qui aūt neutram adaptationum habuerit, idest nec esse nec causam, animaduertat sermonem Poetę dictantis. Optimus est hominum qui a semetipso intelligit quid expedit. qui autem ab altero hoc intelligit, est in via directionis, qui vero nec a semetipso intelligit nec ab altero recipit, hic vir est inutilis. Idem. 1. Ph. tex. c. 2.

B *Quòd felicitas non sit uoluptas, honor, uirtus, aut diuitiæ.* *Cap. V.*



Sed nos eo redeamus: vnde digressi sumus. Bonum enim & felicitatem non absque ratione homines ex variis viuendi modis videntur existimare, plerique quidem atque importunissimi voluptatem esse putant vnde etiam fruitioni deditam vitam amant. Tres enim sunt, quæ maxime excellunt vitę, hæc, quam modo dixi: tum ciuilis: ac contemplatiua tertia. Plerique igitur seruiles prorsus videntur, cum pecudum vitam eligant: rationem tamen propterea consequuntur quia multi ex iis, qui in potestatibus sunt constituti, dissolutam perinde ac Sardanapalus vitā traducunt. Elegantes vero & ad agendum idonei honorem esse felicitatem existimant: hic enim ciuilis vitæ fere finis est. Sed hic tamen remotior aliquantulo C esse ab eo ipso quod quærimus, bono videtur: magis enim in iis qui honorem exhibent, quam qui eo afficiuntur, consistit, bonum vero ipsum eiusmodi esse diuinamus: ut proprium quoddam sit, quod auferri facile nequeat. Præterea sectari honorem ob id videntur, vt seipsos bonos esse credant. Querunt enim a prudentibus, & ab iis, a quibus cognoscuntur, & ob virtutem honore affici. Perspicuum igitur est, horum etiam ipsorum sententia honore virtutem esse potiorem. vnde fortasse etiam aliquis magis esse eam ciuilis vitæ finē existimaret. sed imperfectior tamen etiam ipsa est. Videtur enim fieri posse: ut qui virtutem habeat, vel dormiat, vel in uita nihil agat: malis preterea affligatur, sitq; maxime infortunatus: cuiusmodi hominem sane felicem appellarit nemo, nisi qui seruare positionem velit. Ac de his quidem hactenus: satis enim etiam in circularibus ne ipsis dictum est. Tertia vita est contemplatiua, de qua in sequenti- Honor magis est in iis qui honorē exhibent, q̄ qui eo afficiuntur.

bus consyderabimus. Pecuniaria vero violenta quædã est, & diuitiæ neq; ipsæ proculdubio sunt id quod quæritur, bonum: sunt enim v[illegible] les, alteriusq; causa cõparantur. Iccirco ea potius, quæ prius dicta sunt, esse fines aliquis existimaret, eo ꝙ propter se expetuntur. sed neq; illa tamen videntur. licet multæ ad ipsa hæc conte[illegible] rationes fuerint: hæc igitur missa faciamus.

DIxit. Incipimus ergo, & dicimus ꝙ hoīes in opinatione sua de bono & felicitate, qm̃ existimãt in vita scdum ꝙ vident, nõ deuiarunt a rectitudine, hęc .n. est res in qua conueniunt. Veruntamen vulgares & grossi putant ꝙ hoc bonũ sit voluptas, & ꝙ uita ciuilis faciẽs lucrari felicitatẽ, est vita lucratiua voluptatis. & fiunt quidẽ famosi, propterea ꝙ multi potẽtis super res regni similantur Sardanapalo in imergendo se uoluptatibus. Illi aũt, qui ducunt vitã bonã, & operatores sunt actionũ nobilium, s. qui pręeligunt honestũ, ęstimãt bonũ istud esse honorẽ: & quod vita humana est ad lucrandũ hoc bonum, donec fere putetur ꝙ honor sit finis gubernatorũ ciuitatũ. dico principes. Cumq; exquisite consyderatę fuerint vitę, videtur ꝙ excellentiores earũ & pręstantes sint tres: vita voluptuosa, & vita honoris, & vita cõtẽplatiua. dico scdum illos, qui digniorẽ iudicant contemplationẽ & virtutẽ. Vulgares autem videmus propinquos seruis & eligentes vitam pecudum in dicto suo, ꝙ finis vitę humanę sit voluptas. Dicit. Eorum vero, quĩ dixerunt ꝙ finis sit honor, apparet corruptio ex eo, ꝙ de re honoris manifestum est ꝙ ipse vilior est quæsito bono per actum viuendi humanum. Videtur enim ꝙ honor potius est in honorante quam in honorato: dico bonum illud quod est honor. bonum autem quod est felicitas, non est nisi in actore suo: & propter hoc difficilis est ablatio eius ab ipso. Amplius patens est ꝙ multi illorum, qui quęrunt honorem, maxime quęrunt ipsum quatenus per hoc affirment se esse bonos: & ideo quęrunt honorẽ ab intelligentibus, & ab his, qui noti sunt a virtute. manifestum est ergo secundũ vitam ipsorum ꝙ virtus melior est honore, quare fortasse [illegible]mandũ est virtutẽ potius esse finẽ vite ciuilis ꝙ̃ aliud. Attamen insufficiens videtur esse & hoc. Si .n. sic esset, nullũ oporteret excusare se a somno. videmus .n. se posse dormire hominem, & habere virtutem. Et scdm hanc etiam [illegible]dicem possibile est ei vt sit felix, & nihil operans tota vita sua, aut laborans vel carens prosperitate in maioribus rerum suarũ. Et manifestũ est ꝙ non opinatur aliquis de huiusmodi ipsum esse beatum: neq; dicit hoc de tali, nisi velit per hoc custodire positionem, vel radicem, quam posuit. & crudelitatem quã defendit: dico secundum modũ cõtradictionis lingua sua, nõ corde. Dicit. Et iã diximus de istis rebus in dictis nostris famosis quantum sufficit. De uita autem tertia, & est vita contemplatiuorum, perscrutabimur in postremo. Dicit. Lucrum autem & diuitię manifestũ est ꝙ non sunt bonum, quod quæritur per regimen ciuile. vtilia quidem enim sunt ad aliud, & non quęruntur nisi propter aliud: felicitas autem non quęritur nisi propter se: quare prędicta potius ęstimanda sunt fines non esse, cum non quęrantur propter se. & ideo locuti fuimus multum de eis in alio loco, & ostendimus fœdum esse dictum dicentis ea esse fines. oportet ergo vt relinquamus illa.

Honor potius est in honorante quã in honorato.

Quòd non sit idea. *Cap. VI.*


Elius vero fortasse est, vt uniuersale consideremus, & quomodo dicatur inquiramus, quamque arduam nobis hanc quæstionem futuram esse video. propterea ꝙ amici sunt, qui formas introduxerunt. Sed forsan rectius esse, & oportere videretur: vt pro veritate

A tis salute vnusquisq;, & præsertim philosophi sua quoq; propria refutarent. Nam licet amici ambo sint, sanctū est veritatem ipsis in honore anteponere. Qui igitur hanc opinionē attulerunt, in illis ideas nullas faciebant, in quibus prius & posterius aliquid dicerent. Vnde neq; numerorum speciem, id est ideam constituebant. At bonum dicitur & in eo quod est quid, & in quali, & in eo quod est ad aliquid. Quod vero per se est & substantia, prius eo natura est quod est ad aliquid. esse enim hoc appendix quædam videtur atque accidens eius quod est. Quare communis aliqua in his idea esse non potest. Præterea cum bonum totidē modis dicatur, quot illud quod est (nam & in substantia dicitur, vt Deus & mens: & in qualitate, virtus: & in quantitate, mediocre: & in eo quod est ad aliquid, vtile: & in tempore, occasio: & in vbi, diuersatio, & alia huiusmodi) perspicuum est commune aliquod vniuersale atq; vnum esse non posse, non enim in omnibus denuncupationibus, id est prædicamentis, sed in vno tātum diceretur. Præterea in iis quæ vnam habent ideam, vna quoq;
B scientia est: atque ita bonorum omnium vna quædam scientia esset. sed multę sunt scientiæ eorum etiam quæ sub vna denuncupatione constituuntur. vt occasionis: in bello, militaris ars: in morbo, medicina, & mediocris: in alimento, medicina, in laboribus, exercitatoria. Dubitaret autem quispiam quid nam velint per se vnumquodq; dicere: si & in per se homine & in homine vna & eadem ratio hominis est. nam quatenus homo, nihil different. Quòd si ita est, neque quatenus bonum, quidquam distabunt. Veruntamen neq; quia sempiternum aliquid est, ideo magis bonum erit: siquidem neq; album quod diutius, quàm quod vno die tantū durat, albius est. Probabilius autem de ipso Pythagorei dicere videntur: cum vnum in bonorū consortio constituant: quos quidem sequutus videntur etiam Speusippus Sed de his alia sit dissertatio. In iis vero quę dicta sunt, controuersia quædam subest: propterea q̄ non de omni bono rationes dictæ sunt: sed secundum vnam speciem ea dicuntur, que per se
C [illegible] nantur & appetuntur: quæ vero hæc conseruant, aut efficiunt quodammodo; aut contraria prohibent: propter hæc alioq; modo bona dicuntur. Perspicuum igitur est bona duobus modis dici: alia per se, alia propter ea quæ per se dicuntur. Seiungamus igitur bona hęc per se ab vtilibus, ac consideremus an ea secundum vnam ideam dicantur. Qualia vero esse per se bona aliquis statueret? an ea quæ vel si sola relinquantur, persequimur: vt sapere: vt videre: vt voluptates nonnullæ, & honores. nā licet hęc ob aliud quippiam persequamur: est tamen ex iis quæ sunt per se bona, statuere aliqui posset. An nec aliud quidē quippiā præter ideā? Quare vana erit species. Quòd si hæc quoq; per se bona sunt, necesse erit eandem in omnibus ipsis boni rationem existere: quemadmodum eadem in niue & cerusa albedinis rō est, at honoris, prudētiæ, & voluptatis in eo q̄ bona, sunt di-

Rectius ē pro veritatis salute sua, propria refutare q̄ sermones philosophi.

Quod per se ē prius natura est eo qd est ad aliquid.

Albū diutius nō est albius albo vnius diei.

Bona alia per se alia propterea. quę per se.

uerſe ac differentes rationes reperiuntur. Non eſt igitur bonũ c-mune quid in una idea. Sed quonam modo dicuntur? non enim v-dentur eſſe æquiuoca a fortuna: nunquid eò q ab vno ſunt, vel ad vnum omnia ipſa conferuntur? An magis ſecundum proportione D nam quemadmodum in corpore eſt viſus: ſic in anima eſt mens. aliud in alio. Sed ommitenda in præſentia fortaſſe hæc ſunt, exac-enim de his tractare ad aliam magis philoſophiam ſpectat. Sim-modo etiã de idea. Nã ẽt ſi vnum aliquod ſit, quod communiter de nuncupetur bonum, aut ſeparabile quid ipſum per ſe ſit: mane-ſium eſt id neq; agi neq; acquiri ab homine poſſe. Nunc autem ta-quid quæritur. Melius vero fortaſſe alicui videretur eſſe, ſi ipſum co-gnoſceremus ad ea quæ acquiri atq; agi poſſunt, bona. nam quaſi exemplũ id habentes magis ea quæ nobis bona ſunt cognoſcere, & ſi cognouerimus conſequi etiam poſſemus. Hæc quidem ratio pro-babilitatem quandam habet: a ſcientiis tamen videtur diſſentire. omnes .n. cum bonum quodam appetant, idq; quod ſibi deeſt, in- E quirant: cognitionem eius prætermittunt. Dubium ſane etiam eſt, quam vtilitatem conſequetur textor aut faber in ſua arte: ſi bon-um ipſum cognouerit, vel quo modo medicus ad medendũ aut dux ad imperandum peritior reddetur. ſi ideam ipſam cõtemplatus fuer-Nam neq; ita ſpeculari ſanitatem medicus videtur, ſed hominis ſa-nitatem: immo vero fortaſſe huius hominis ſanitatem: quippe cum ſingulis medeatur. ac de his quidem hactenus.

Ponẽtes ideas. nõ poſue-rũt eas in re bus, in quib' eſt pri'et po ſterius.

Dixit. De bono autẽ vniuerſali, quod opinantur quidã beatitudinẽ eſſe me-lius viſum eſt nobis vt hoc ſcrutemur, & cõſyderemus qualiter ſe habet quãuis inquiſitio de ipſo grauis ſit nobis, pp hoc, q quidã amicorũ noſtrorũ dixerunt ideas eſſe. Verumtamẽ uiſũ eſt nobis melius eſſe, vt obſeruemus veri-tatẽ, & expendamus proprietatẽ ſermonũ noſtrorũ in eius defenſione, quãdo fuerit neceſſariũ hoc nobis, ẽt ſi non profitemur philoſophiã: quanto magis ip-ſam profitentes & digniſsimã iudicantes & anteponentes, etenim quando fue-rint nobis duo amici diſsidentes, quorũ alter veritas, veritati conſentiendũ. D Qui aũt hanc tenuerunt opinionẽ, ſ. poſitionẽ ideaꝝ, non poſuerunt eas exiſte-re in rebus, in quibus eſt prius & poſterius in eſſe, ſed in rebus vnius ordinis F in eſſe: & ideo non poſuerunt ideas, Veruntamen ex dictis eorũ ſequitur ut ſint ideę in huiuſmodi rebus, ſ. coordinatis, cũ bonũ vẽ dicatur de ſubſtãtia, & de quali, & de relatione, ſitq; ſubſtantia relatione prior naẽter, plura namq; ſunt relationis, quæ videntur non habere eſſe niſi in aĩa. & de multis eorum mani-feſtũ eſt, q ſunt res accidentes alteri, qđ ita ſit, neq; horũ erunt ideę cõmunes extra animã. Amplius bonũ his modis dicitur, quibus & ens. bonũ enim dici-tur de ſubſtantia, quemadmodũ de Deo & intellectu, q eſt bonus, & dicitur de quali, vt de virtute: & de quãto, vt de ęquali: & dicit de relatione, vt de cõ-ferente: & dicitur de tẽpore, vt de hora conueniente: & dicit de loco, vt de ha-bitatione, eodẽ modo de reliquis rebus, de qbus dicitur nomẽ ens, videlicet de decẽ prędicamentis. Cũ igitur nomen boni ſynonyme dicatur nomini ens, di-cetur ambigue de decem prędicamentis, ideſt non ſecundũ intentionẽ vnam, quã participent decem predicamenta, & manifeſtũ eſt q non eſt hoc bonum vnum commune vniuerſale. Si. n. ſic eſſet, non diceretur de omnibus prędica-mentis, ſed de vno ipſorũ tantum. Nam natura vna communis non eſt niſi in prędicamento vno, & cum non ſit hec natura communis omnibus rebus,

Ens & bonũ ſunt noĩa am-bigua.

tunc

...c non est hęc idea vniuersalis, idest extra animum vna, secundum ꝙ vide-
A ... Plato. D. Amplius scientia quidem eorum, quę in vna sunt idea, vna est
scientia: si ergo bonorum omnium vna esset idea, esset eorum omnium vna scien
tia. non est autem sic. sed nos inuenimus bonis, quę sunt in vno prędicamento, scię
tias plures, vt horę conuenientis: est enim in prędicamento quando: veruntamen
scientia horæ conuenientis in bello pertinet ad artem bellandi: & conuenientis
in medicatione pertinet arti medicinę, sicq; est de scientia temperati, quod est ad
aliquid. scientia autem, quidem eius in dięta pertinet arti medicinę: & in labore
pertinet scientiæ exercitiorum. D. Veruntamen dubitatiores est vt dubitet in
... & dicat, quoniam non est hic bonū nisi bonum particulare, & terminus bo
... particularis, & vniuersalis est vnus: vt terminus hominis particularis & vni
... salis: & enim sicut non est differentia inter vtrunq; in esse hominē, scilicet in
... particulare & vniuersale, sic se habet in bono vniuersali & particulari. &
... sic sit, non est differentia inter bonum, scilicet vniuersale & particula-
re, nisi ꝙ vnum eorum est perpetuum, s. vniuersale, & alterum nō perpetuū. Et
non facit longitudo temporis in vno eorum, & breuitas eius in altero necessario
diuersitatem, i. in substantia eorum in magis & minus, neq; in fortius & debili-
us. vt in albo longi temporis: ipsum. n. non est magis albū albo breuis temporis. Albū longi temporis nō est magis albū albo breuis temporis
D. Et videtur probabilius esse, quod dixerunt in hac intentione Pythagorici, s.
ꝙ est idea communis separata, quando posuerunt ꝙ hęc idea, quę est bonū abso
B ... est ipsum vnū. & similiter secutus est eos in hoc Speusippus quidam alius.
D. Veruntamen speculatio in esse ideę vniuersalis alterius est scientię. In hac
... nostra quęstione videtur esse dubitatio quędā, ex hoc ꝙ potest quis dicere,
quoniam sermo, in quo arguistis bona esse multa, est de omni bono quęsitum au
tem hoc non est omne bonum, sed bona quę sunt bona per se: & hęc dicuntur
secundum vnam speciem. Illa autem, quę dicuntur cum his per modū ęquiuoca
tionis, sunt factiua horum, & custoditiua aliquo modorum, aut prohibitiua con
trariorum. de his enim non dicitur ꝙ sint bona nisi gratia istorum scilicet quę
sunt bona per se. D. Sed cum sit manifestum quod bona dicuntur secundum
... modos, s. bona per se, & bona gratia istorum, i. vtilia ad hoc: & sit qui-
dem perscrutatio hęc de bonis, quę sunt bona per se: tunc oportet vt inquiramus
de istis bonis an sint in vna idea, an non. Dicimus ergo ꝙ non credit aliquis ꝙ
... sint bona per se, nisi bona quę quęruntur secundum suam singularitatem,
& ... ando in se distinguitur: vt intellectus & speculatio, & quędam volup-
... & honores. has etenim res & si quęramus secundum viam dicentium
... gratia rei alterius, s. ideę, tamen potest quis secundum modum aliquem
... te in bonis per se: nisi sit ita, ꝙ non ponat aliquod bonum pręterquam
... ergo species inanis, dico compositum ex materia & forma, Si
... fuerint bona hæc ex bonis per se, dico composita: & sit bonum in ipsis
C ... portet vt sit terminus boni in eis vnus & idem, sicut terminus albi, qui
... in niue, & in cerusa, & in alijs rebus albis, s. nō diuersificatur terminus Nō diuersificatur terminus albi ex esse suo in niue, & in cerusa.
al... ex esse suo in niue & in cerusa. D. Manifestū vero est ꝙ definitiones istorū
bo... in num, quæ sunt bona per se, dico honorem, intellectum, volupta-
tem, alterę sunt & diuersę secundum ꝙ bona. Et cum ita sit, non habent bo-
num commune eis idem vnum, ita ꝙ dicatur nomen boni de ipsis vniuoce: ne-
que etiam dicitur de eis pure equiuoce, ita ꝙ nihil habeant communitatis nisi
in nomine solo. illa enim, quę sic se habent, non participant nisi solam dictio-
nem. Conuenientius autem est vt nomen boni dictum de ipsis sit ex specie- Nota hic diuersos gradus & modos analogię. vi de. 4. Meta. tex. com. 2.
bus participationis, quę nominatur ambiguitas: si sit vt nomen ambiguum, quod
dicitur de rebus multis: aut quia veniunt omnino ab intentione vna: aut quia
tendunt ad finem vnum: aut quia dicuntur de rebus multis consimilibus, sicut
est natura principij, quod dicitur de corde in animali & de fundamento in pa-
riete est enim comparatio cordis ad animal sicut comparatio fundamenti ad
parietem: & similiter nomen perfectionis dictum de intellectu & sensu, etenim
habitudo intellectus ad animam est sicut habitudo sensus ad corpus. & dignius
his tribus bonis est vt si nomen boni dictū de eis secundum viam, quę dicitur de pro

portionalibus. D. Oportet autem vt dimittamus hanc perscrutationem in hoc loco: alterius enim inquisitionis est. vult ꝙ sint artes Logices vel Philosophiæ primę. D. Et similiter sermo de ideis & inuestigatio de ipsis inquantū sunt ideę pertinet scientię alteri, vult Philosophiam primam. D. Quod autem hi[...] apparet est ꝙ si fuerit bonum quęsitum nominatum, videlicet felicitas, res erit per se nō commune prędicabile de nobis aut separatum. nam cōmune illud bonū nō est inuenibile nec acquisibile. Nos autem in hoc loco quid inquirimus bonum potens acquiri a nobis, s. operabile per voluntatem: cum sit quidē hęc scientia speculans in rebus, quarum principium est voluntas, i. cuius inuētio pertineat nobis. D. Fortassis aūt putabit quis ꝙ bonum acquisibile melius inuenietur quidem, quando cognitum fuerit bonum vniuersale, quod se habet ad bonum, quod est acquisibile ad modum exemplaris, quod habentes erimus in cognitione rei perfectioris. Et quando sciuerimus bonum, quod est tanquam exemplar boni, quod est possibile haberi a nobis, erimus potentiores ad eius inuentionem. Dico tūt ꝙ si aliquid probabilitatis habet sermo iste, veruntamen hęc assertio disso[...]te videtur et secundum ꝙ se res habet in omnibus scientijs & artibus: dico dicentis ꝙ hęc sunt bona vniuersalia, quę sunt exemplaria vniuscuiusq; exi[...]tis bonis: & quando non scit res istas qui non sciuerit vniuersale illius rei, [...] non scit rem qui non sciuit exemplar eius. Videmus enim in omnibus scientijs non inquiri in totalitate earum, nisi vt sciatur res ignorata in tali scientia scita per demonstrationes tam perfecte habetur scientia eius: & si non [...] vniuersale illud. quod est exemplar ipsius, & eius idea, s. quam dixerunt ponentes ideas. & sic esset, tunc conditionaretur in cognitione rerum speculatiuarum neque etiam excusatio omnibus artibus & omnibus scientijs ignorantia [...] conferat auxilij in notitia artium & scientiarum cognitio ipsius. Etenim de natura artium naturalium & scientiarum est, vt non occultetur et huiusmodi auxilij quantitas, & ne ignorent eam, intendo, ꝙ non oporteret ignorari a textore, & a carpentario quantum confert scientia ideę vniuersalis artis suę ad secundum artem suam: neq; a medico, ꝙ fit magis medicus, intendendo ad ideam medicinę vniuersalem: neq; a duce exercitus, ꝙ fit perfectius factum eius, [...] speculatus fuerit hanc ideā. Sed de notis est, ꝙ medicus non speculatur in sanitate isto modo, neq; indiget in cognitione sanitatis ut speculetur formam sanitatis vniuersalem: immo certe speculatur in sanitate hominis compositi: immo speciem & non in specie tantum, uerum in sanitate hominis particularis [...] ta, i. Socratis uel Platonis: quoniam certe medetur, indiuiduum, non spe[...]. E

Sermo de ideis inquantū sunt ideę ptinet ad primam Philosophiam.

Hęc sciā speculatur res, quarū principiū est volūtas.

De notis est ꝙ medic' nō speculat formā sanitatis vlem, in medēdo. Idē in procemio Metaphy.

De felicitatis subiecto, substantia, & præceptis in vnaquaq; scientia obseruandis. *Cap. VII.* F

Bonū in vnoquoq; est id cuius gratia cętera agunt.

NVnc rursus redeamus ad id, quod quærimus, bonum quidque id sit, inuestigemus. videtur enim aliud in a[...] actione, atque arte esse. nam aliud in medicina, [...] in re militari, & reliquis similiter. Quid igitur vn[...] cuiusq; bonum est? An id, cuius gratia cætera agunt[...] hoc autem est in medicina sanitas: in arte militari victoria: in ęd[...]catoria domus: in omni denique actione & electione finis ipse, cuius gratia reliqua omnia omnes agunt. Quare siquis communiter agendorum omnium finis est, id agendum bonum erit. Sin plures, hi ipsi. Iam vero digrediendo in idem deuenit orat[...]. Quocirca magis entendum, vt hoc idem declaremus. Quon[...] vero plures esse fines videntur: & horum quosdam ob aliud [...]petimus, vt diuitias, tibias, instrumenta denique omnia. non omnes [...]

A perfectos perspicuum est. at optimus finis esse quid perfectum videtur. Quare si vnum aliquid erit quod perfectum sit, id erit quod quæ- primus: sin plura, id quod perfectissimum horum est. Id autem, quod per se sectandum est, eo perfectius dicimus, quod propter aliud appetimus: quodque nunquã ob aliud eligendum est, iis quæ & per se & ob aliud experuntur. absolute autem perfectum, quod semper per se: nunquam ob aliud expetendum est. Eiusmodi aurem viderut felicitas maxime esse. hanc enim propter seipsam semper, & nunquam ob aliud expetimus. At honorem, voluptatem, mentem, ac virtutem omnem etiam propter ipsa expetimus: quippe cum eadem expeteremus, etiam si nihil inde nobis eueniret: felicitatis tamen causa etiam ipsa eadem expetimus, ex his fęlices nos futuros existimantes, horum vero causa nullus felicitatem neque omnino ob aliud quippiam experit. Idem vero etiam e sufficientia videtur euenire. perfectum enim bonum esse sufficiens apparet. Sufficiens autem dici-

B mus non ipsi soli qui vitam solitariam agit, sed parentibus, sed filiis, sed vxoris, amicis deniq; ac ciuibus: quandoquidem homo ciuilis natura est. Horum tamen terminus aliquis statuendus est. nam si ad parentes, & nepotes et amicorum amicos hoc protendetimus: in infinitum res progredietur. Sed de hoc alias consyderandum. Sufficiens vero id esse statuimus, quod si solum relinquatur, suffirientem atq; expetibilem vitam, nulliusque rei indigam facit. Talem aurem esse felicitatem ipsam existimamus. Quin etiam maxime omnium expetendam, si eum aliis non connumereretur: si vero connumererut, perspicuum est eam vel cum minimo quoq; ex bonis magis expetendam fore. siquidem bonorum superemminentia fit id, quod adiũgitur. maius vero bonum magis semper expetendum est. Itaque felicitas cum agendorum finis sit, perfectum quoddam ac sufficiens videtur. Sed fortasse si dicamus felicitatem optimum esse, concessum quoddã ab omnibus videtur: adhuc tamen desideratur, vt euidentius quid ea

C sit, exponamus. Fortasse vero hoc fieret, si hominis opus sumeretur. nam quemadmodum tibicini & statuario, aliisq; artificibus, & denique omnibus, quorum opus aliquod et actio existit, in opere bonum ipsum, & id quod bene est, videtur consistere: ita homini quoque, si modo eius aliquod opus est, esse videretur. Vtrum igirur fabri & sutoris opera sunt aliqua, & actiones: hominis vero opus est nullum, sed natura homo ociosus est? An queãdmodum oculi, pedis, manus, & deniq; vniuscuiusq; membri opus quoddam extat: sic etiam hominis pręter omnia hæc opus quoddam statuere aliquis posset. Quidnam igitur hoc erit? nam viuere commune etiam eum plantis videtur: nunc vero proprium quoddam est, quod quærirur. vnde nutrien di augendiq; vita omnis separanda est. Sequitur sentiẽdi vita. sed ea quoque cum equo & boue & omnibus demum ânimalibus cômunis videtur. Reliqua est igitur actiua quædam vita, eius quod ratione

Perfecti' qd p se, quã qd p aliud sectãdum est.

Mai' bonũ magis semp expetẽdũ ē.

Opus hoīs ē aiē operatio ſcdm. ratio-nem.

prędictum eſt. Id autem partim rationi obtemperat: partim eam ha-
bet, atque intelligit. Sed cum duobus modis etiam hæc dicatur, ea
quæ eſt in operatione, ſtatuēda eſt. Quòd ſi eſt opus homin... in e
operatio ſecūdum rationem, vel nō ſine ratione, idemq; gen...e eſſe
opus huius, & huius probi aſſeueramus: vt citharœdi, & probi citha-
rœdi: & abſolute in omnibus, ſi excellentia virtutis operi fuit a...iun
cta: citharœdi enim eſt cithara canere: probi citharœdi bene id f...re
re. Quòd ſi, inquam, ita eſt: & hominis opus eſſe vitam quan... ain ſta-
tuimus: eamq; animæ operationem & actionem cum rōne eſſ... aſſeue
ramus: ac probi viri bene hæc, recteq; exequi eſſe cenſemus: ſing...la

Operatio ex virtute bonū humanū eſt.

autē bene ex propria virtute perficiuntur. Si ita eſt: operatio animæ
ex virtute bonū humanū efficitur. Si plures ſint virtutes, ex o...tima

Vna hirūdo nō facit ver neque vnus dies.

& perfectiſsima. Et inſuper in vita perfecta. ver enim neque vna hi-
rundo, neq; vnus dies facit: ita quoq; beatum & felicem hominē ne-
que vnus dies, neq; breue aliquod tēpus efficiet. Bonū igitur ipſ...m
ita circūſcriptum ſit. oportet enim fortaſſe prius figurare, dei...e po- B
ſtea depigere. Videretur autē cuiuslibet eſſe ea, quæ bene circūſ...ip
tione ſunt comprehenſa, producere ac diſtinguere: & tēpus talium in
ventor, vel adiutor bonus eſſe. vnde & artium facta ſunt incr...me

In ſingulis prout ſubiecta materia po-ſtulat, tracta tio facienda eſt.

ta. cuiuslibet enim eſt quod deeſt, addere. Oportet aūt eorū, ...æ
ante dicta ſunt, meminiſſe: & exactam tractationē non eodem mo
do in omnibus requirere: ſed in ſingulis, prout ſubiecta materia po
ſtulat. Atq; id eatenus, quatenus arti vnicuiq; conuenit. faber e...m
& geometra diuerſo modo rectum angulum vtriq; conſyderant: ...e
quatenus ſolūmodo ad opus vtile eſt: hic cum veritatis ſpecu...tor
ſit, quid, & quale ſit, indagat. Eodem modo in aliis quoq; faci...
eſt: ne plura ornamenta extrinſecus quā ipſum opus euadant. ...

Nō in oībus ſimili modo cā perquirē da eſt.

que ſimili modo in omnibus cauſa requirenda eſt: ſed eſt in qui...ſ-
dam ſatis, ſi bene demonſtratū fuerit, ꝙ ſint: id quod etiam in p...n-

Principiorū diuerſa eſt cōſyderatio

cipiis ipſi contingit: ꝙ autem ſit aliquid, primum ac princ...ium
quoddam eſt. Ex principiis vero alia ſunt, quæ inductione: alia quę F
ſenſu: nonnulla quæ aſſuetudine quadam: alia quę alio quodam mo
do conſyderantur. Singula autem ita ſunt tractanda, vt natura ...o-
rum poſtulat: dandaq; eſt opera, vt recte definiantur: magnum enim

Prīcipiū vi det plusquā dimidiū to-tius eſſe.

afferre momentum ad ea quæ ſequuntur, conſueuere. videtur enim
principium plus quā dimidium totius eſſe: compluraq; eorum q...
in quæſtionem veniunt, per ipſum manifeſtantur.

DIxit. Hoc ergo eſt, quod dicere nos oportuit in contradictione huius op...io
nis. Reuertamur itaq; ad id, in cuius via fuimus, ſ. ad loquendū de bono ...
ſito in arte gubernandi ciuitates quid eſt. Dicimus ergo qm̄ patens e... ꝙ
bonum intentum per vnumquenq; actiuū & per vnamquanq; artiū diuerſi...a
tur a bono intento per artē alteram & actum alterum; bonū: ergo vniuſ...
artis patet, ꝙ eſt illud, gratia cuius agit ars illa vniuerſa, quę agit. Eſt ...
medicina ſanitas: in arte bellica ſuperatio: in ędificatoria domus: & eodē m... i...
reliquis, & hoc bonū eſt finis intētus in oī actione & p̄electione: etenim oīs bo

mines non agũt quod agunt, nisi propter finem intentum per illam actionem. A Vnde necessariũ est, si est hic aliquid vnum, quod est finis omnium quę aguntur, vt sit ipsum bonum quod oportet agi: & vt sit istud bonum felicitas. Si aũt sunt hic bona multa huiusmodi siue duo, siue plura, gratia quorum quæruntur aliqua bona reliqua, & ipsa non quęruntur gratia rei alterius: oportet vt sint bona omnia simul ipsa felicitas, quę quęritur. non est enim differentia in hac nostra inuestigatione in hoc loco, vt sit hic bonum vnum, aut multa; cũ nos quidem inquiramus felicitatem communem vniuersitati hominum. & quando quidem sic est, tunc oportet vt inquiramus declarationem huius boni communis quid est, siue sit vnum, siue multa. Dicimus igitur ꝙ, cum sit manifestum ꝙ fines sunt multi, & ꝙ nos eligimus quosdam eorum causa rei alterius: quemadmodũ diuitias & citharam & simpliciter vniuersitatem instrumentorum omnium: patet ꝙ non omnes fines sunt perfecti. oportet autem vt illud optimum, quod nos inquirimus, sit res completa perfecta. Necessarium est ergo, si fuerit hic bonum completum vnum tantum, vt hoc sit bonum illud quod quęritur. si autem plura, vt illa cum sint illa bona quęsita propter seipsa. Et nos dicimus ꝙ res quęsita propter seipsam perfectior est quęsita propter aliud: quodque eligimus quandoq; pp se perfectius est eo, quod eligimus aliquando pp aliud. Et similiter, cum nos credamus ꝙ vere perfectum est illud, quod semper pp se eligimus, & nunquam propter aliud: manifestum est ꝙ bonum tale oportet vt sit felicitas. Honorem autem & delectationem & virtutem patens est B ꝙ eligimus aliquando propter se, quando estimamus esse ea felicitatem: eligimus autem & felicitatis gratia, quando estimamus quidem per aliquod ipsorum ad felicitatem. s. ipsorum mediatione. De felicitate autem omnes conueniunt ꝙ nunquam eligitur istorum gratia, neque penitus alterius rei gratia. Et est palam ꝙ sequitur ipsam hæc credulitas ab vniuersitate hominum; eo ꝙ est in seipsa sufficiens. & hęc est proprietas boni perfecti, s. vt sit sufficiens in se, non egens secum alterius a se. D. Non intendo autem per dictum meum, ꝙ bonum quæsitum est res sufficiens per se, ꝙ sufficiat homini hoc bonum existenti solitario, i. ꝙ vita sua sit vita hominis separati solitarij: immo equidem intendo vt viuat cum alijs, vtputa filijs, parentibus, vxore, & ciuibus. est enim natura ciuilis homo, i. non ei possibilis vita absque ciuium vicinitate, aut necessaria, aut melior. D. Veruntamen oportet vt sit homini quantitas terminata filiorum, parentum, amicorum: aliter enim procederetur in infinitum. Scrutabimur autem de hac quæstione post. Ponamus tamen hoc, ꝙ sufficientia in hoc est illa, quam cum sibi segregauerit homo, ponet vitam suam exoptatam non indigentem re altera prçter eam, quam sibi fecit singularem. Videmus itaque ꝙ [illegible] proprietas felicitatis. neque connumeratur felicitas bonis tanquam [illegible]ibus: sed si connumeretur, connumerabitur eis tanquam minus dignis, C e[illegible] hoc ea existente, nam bona adinuicem sese superant. & quę sunt ipsorum magis bona, minus bonis sunt eligibiliora: maximumque bonorum omnium semper prę cæteris eligibilissimum. Et ex hoc patet ꝙ felicitas est res perfecta per se sufficiens finis rerum agendarum. Istud autem fortasis est, in quo concordatum est in re felicitatis, s. esse eam optimum rerum: sed ad quod intendimus, sciendũ hoc de ea est scire quid est. D. Et forte continget nobis, quã do nos nouerimus actũ hominis quid est. sicut enim videmus ꝙ bonum vniuscuiusque rei artificialis & naturalis non est nisi in illo actu, qui appropriatur ipsi, sic ue... vt sit bonũ, qđ appropriatur homini in actione sua. Verbi gratia, in artificibus bonitas citharœdi est in citharizatione, quę est actus eius, & similiter in ... inconueniens enim est vt ponamus ꝙ carpentarij, & structoris statuarũ sunt actiones & operationes proprię, & non ponamus homini actionem propriam; sed ... sum ponemus eum. Etenim palam est ꝙ, sicut oculi, & manus, & pedes, & vniuscuiusq; ex mẽbris est actus proprius, sic oportet vt sit hominis qui est ... ex omnibus his vnus actus prçter oẽs istos. De hoc igitur actu per ... quid est. Videmus itaq; in homine actiones multas: agit nanq; actiones crementi, & actiones sensus, & actiones rationis, non conuenit aũt vt dica

In hoc libro inuestigat̃ felicitas cõmunis vniuersitati hominũ.

mus ꝙ sua hominis actio est vt crescat & nutriatur, est enim actio hęc commu-nis ei & terrę nascentibus, s. participant ei hoc terrę nascentia: nos vero quę-mus hic certe actum suum proprium. oportet itaque vt relinquamus actum vi- D
tutis nutritiuę in hac inquisitione. De virtute quoq; secundi, quę sequitur hanc & est virtus sensibilis, palam est, ꝙ est participata ab homine, equo, & leone, boue, & alijs animalibus. Remanet ergo vt sit ratio actus proprius ei, in quo ipsi aliud non participat, si enim participaret, iam non esset ei actus proprius. Et de hac parte animę, quę ascribitur homini, apparet ꝙ est duę partes, pars in-telligens, i. apprehensiua imperans: & pars obediens intelligenti. vult per obe-dientem & obsequentem, partem habentem virtutes morales: & per intell-gen-tem, iudicantem de recto. D. Cumq; hæc pars animę dicta sit dupliciter, de eo quod ipsius est potentia, & de eo quod ipsius est actu, dicamus de eo quod est actu, dignius enim est vt de eo fiat sermo, cum sit perfectius. Dicamus ergo ꝙ, si actus hominis equidem est ratio aut non sine ratione, actumque proficientis in arte, & actum periti in ipsa dicimus actum vnum genere: vtpote proficien-tis in citharizando actum citharizationem dicimus, & periti eundem, periti-eum distinguimus ab imperito, dicentes ipsum hunc actum bene facere: [illegible] oportet vt sit actus hominis, siue malus siue bonus, vita quędam. Et intendo per hanc vitam actionem animę procedentem a deliberatione versus finem de-terminatum. & actio hominis virtuosi est hęc actio, quando fuerit secundum ꝙ B
oportet ex bonitate. & bonificatur quidem vniuscuiusq; rei actio secundum virtutem suam. equi itaque boni actio bonificatur secundum virtutem suam: & sic est in qualibet re ex cęteris entibus. Bonū ergo, quod appropriatur homi-ni, est actio animæ rationalis finis secundum ꝙ virtus exigit. Si vero plures fuerint virtutes, est actio finis secundum ꝙ oportet, melior earum, & comple-tior in bonitate. Inuenitur autem actio hæc in vita completa; in alijs enim non vsquequaque perficitur, nec inuenitur vt in pluribus: sed si fuerit ibi, erit i[illegible] pau-cioribus, & raro aut semel. Sed per actionem vnam studiosam non acquiritur beatitudo: quemadmodum neq; per vnam habitudinem, neque per vnam di[illegible] temperati aeris pronosticatio est aeris veris: & sic autem non facit homi[illegible] beatum dies vna vitę suę, neq; tempus paruum, sed oportet vt operetur vita sua tota, aut maiorem partem sui opera beatitudinis. erit itaque in vita com-pleta. Dixit. Hoc est ergo bonum illud, cuius oportet nos determinare partes & modos, & forsan oportebit nos primitus circumscribere ipsum, i. definitio-ne vniuersali, deinde determinare post hoc partes eius. Videtur enim oppor-tunum esse vnicuiq; vt pręmittat studium suum in determinatione rerum venu-starum, & in cōprehensione earum: tempus autem est inuentor harū rerū sua lō-gitudine, aut est conferens in hoc magnum adiutorium. vnde fiunt artium aug-ramenta cum temporis longitudinę. & hoc quoniam pertinet unicuiq; artifici E
vt addat in arte sua, quā possibile ei fuerit, quod deficit ex arte, & custodiat quod habuit ab altero ex ipsa. D. Non oportet autem in omni eo quod agimus a-quirere certitudinem vno modo: sed oportet vt sit certificatio in vnaquaq; artiū secundum subiectam materiam in ipsa, & quantum pertinęt illi arti. Multę nā-que artes conueniunt in speculatione de rebus eisdem: differunt autem in magis & minus. vt carpentarius & geometer inquirunt cognitionem recti anguli: ve-runtamen carpentarius non inquirit de ipso nisi inquantum vtilis est in illa ar-te: geometer aūt quid est simpliciter, & quę rerum est: est enim speculator veri-tatis suę. & similiter est in pluribus eorū, de qbus speculat̃ ars medicinę, et [illegible] naturalis. D. Et scd̃m materiam oportet vt in alijs rebus, ne multiplicet[illegible] nos inquisitio cognitionis eius, qd̃ excedit opus negocij de nō operādis, cū nō sit ei vtilitas in operatione negocij. D. Neq; etiam oportet vt inquiramus cognitionē causarum in vnamquanq; rerum scd̃m modum vnum: sed sufficit in quibusdam scire tantum quare sunt: sicut est in principijs primis. primū enim principiū pri-

a.i. per principia. morum est scientia nostra rei, quoniam est principiorum. Principiorum aūt quędā sunt quę sciuntur inductione: & quędam quę sensu, i. prima indiuidualia: quędā quę assuetudine & vsitatione; intendo experientiam; & quędam sunt quę sciun-

A tur per vias alias.vult,vt existimo,ex parte sermonnm exponentium ea, & ex parte vię diuisionis,& q similatur his ex rebus dirigentibus ad comprehensionem certitudinis per aliquid,quod non agit actionem syllogismi.D.Oportet ergo vt requiramus vsum vniuscuiusq; principiorum secundum debitũ naturę suę.i.requiramus cognitionem eius secundũ modũ,quem exigit natura eius & vt studeamus valde in comprehensione ipsorũ'& in eorum terminatione termino,quo oportet.etenim vtilitas cognoscendi ea magna est in his,quæ sequuntur ipsa.id enim putatur de principio rei,ipsum esse plus quam medietatem sui vniuersi: cum plura quęsitorum in vna eadem arte declarentur, & appareant per apparitionem principij.

De dictorum antiquorum cum vera felicitate consensu,ac de triplici bono ad felicitatem necessario. Cap. VIII.



Onsiderandumq; est de ipsa non solum ex conclusione, exque iis quibus ratio constat, verum etiam ex iis quæ de ipsa dicuntur: cum vero enim consonant omnia, quę in re insunt: a falso autem cito dissonant ac discre-
B pant. Cum igitur bona in tres partes distributa sint,& alia externa, alia circa animam, alia circa corpus dicantur: quæ circa animam sunt, maxime proprie, ac maxime bona appellamus: actiones autem & operationes animales circa animam statuimus. Quare ex hac opinione, que antiqua est & a philosophis concessa, recte hoc diceretur. Recte etiam constitutum fuit, actiones quasdam & operationes finem ipsum dici: ita enim ex bonis animæ sunt, non externis. Consentit etiam cum ratione hac, illud quod aiunt, bene viuere, ac bene agere felicem. fere enim bona quędam vita & bona actio felicitas dicitur. Videntur autem omnia quę circa felicitatem inquiruntur, inesse huic, quod a nobis dictum est. aliis enim virtus, aliis prudentia, nonnullis sapientia quædam esse felicitas videtur: quibusdam hæc, aut aliquid ex his cum voluptate, vel non sine
C voluptate. sunt etiam qui simul externam prosperitatem assumant. Atque ex his alia multi et antiqui, alia pauci & illustres viri dictitãt: quę sane aberrare tota via vtrosq; minime:sed in vno saltem aliquo, vel in plerisq; assequi veritatem verisimile est. Cum illis sane qui dicunt omnem virtutem, vel quandam eam esse nostra consentit oratio. quippe cum huius sit operatio secundũ virtutem. interest tamen non parum fortasse in possessione ne, an in vsu,& in habitu item,an in operatione esse optimũ existimemus. Fieri enim potest vt habitus licet adsit, nullum tamen bonum efficiat: id quod in dormiente, vel aliquo modo manente ocioso homine euenit. vt operatio autem nihil boni agat,non datur.aget enim necessario,& bene etiam aget. Sicut autẽ in Olympiis non pulcherrimi, & robustissimi coronantur: sed qui decertant: ex his enim nonnulli vincunt: sic ex honestis probisq; hominibus in vita illi qui recte agunt, compotes fiunt. Estq; ipsorum vita suauis ac iucunda. lętari enim ex affectionibus animæ est.

Cũ vero omnia cõsonãt, quę in re insunt: a falso autẽ cito dissonant. Idẽ,1. Priorum sec,3.

vnicuique autem id est iucundum, ad quod spectando talis rei studiosus quipiam dicitur: vt equus equorum, spectaculum, spectaculorum studioso eodem modo & iustitiæ amatori iusta: & in vniuersum virtutis studioso virtus. Apud plerosque vero iucunda inter se pugnant, propterea quòd eiusmodi natura minime sunt: sed quæ studiosis honestatis sunt iucunda, ea natura iucūda sunt, ac voluptuosa [illegible] tem sunt actiones, quę ex virtute proueniunt. Ipsorum autem vita voluptate quasi appendice aliqua minime indiget, sed in se eam habet. Præterea enim quæ dicta sunt, qui bonis actionibus non delectatur, bonus minime est. neque enim vel iustum quempiam dixeris, qui iuste agendo non delectetur: vel liberalem, qui liberalibus actionibus non gaudeat: & in aliis simili modo. Quòd si ita est, actiones secundum virtutem per se iucundæ sunt. Quin etiā bonę & honestæ atque vnumquodque horum maxime, si modo de ipsis probus bene iudicat: iudicat autem, vt diximus. Optima igitur, pulcherrima et iucundissima res est felicitas: neque distincta hęc sunt: sicut Deliacū illud epigramma præscribit.

Qui actionibus bōis nō delectat, bonus minime est.

Felicitas optima, pulcherrima, & iucundissima res est.

Si valet, optima: si est iustus, pulcherrima res est:
Iucundissima, si quis quod amat potitur.

Omnia enim hec operationibus secundum virtutem insunt: has aūt, aut vnam ex his, quę optima sit, felicitatē esse affirmamus. Videtur tamen etiam ipsa externis bonis, sicut diximus, indigere. fieri enim non potest, vel non facile fit, vt cui necessaria non suppetunt, is bona atque honesta agat. Multa etenim & per amicos, & diuitias, & ciuilem potentiam quasi per instrumenta quædam aguntur. Quibus[illegible] vero priuati nonnulli, vt nobilitate, bona prole, pulchritudine, [illegible] titudinem maculant. non enim felicitatis admodū compos [illegible], qui vel specie prorsus deformis, vel genere ignobilis, vel solitarius est, ac probe carens. Nec minus etiam fortasse, si alicui pessimi [illegible] fuerint, aut boni mortui sint. Videtur igitur, vt diximus, tali etiam prosperitate felicitas indigere. Vnde nonnulli idem ea cū bona fortuna, alii cum virtute esse dicunt.

DIxit. Perscrutandum est autē de isto bono, & modum eius scdm merit[illegible] materię subiectę in hac arte, & scdm quantitatē quā meretur hęc ars [illegible] cōtenti simus vt sit inuestigatio nostra de ipso ex propositionibus, [illegible] rebus, quę dicuntur de ipso, vult credulitates antiquorū famosorū in eo, & [illegible] tiones eorum in ipso, aut pluriū ex ipsis, aut famosorū ex eis. etenim quād[illegible] cōcordat vero & attestatur ei: a falso aūt velocitér diuersificatur verū, & [illegible] gatur ab eo. D. Cum aūt palam sit φ bona trium sunt modorum, videlicet [illegible] na ex trinseca, bona aīę, & bona corpis: dicimus φ principaliora & dignio[illegible], vt sint bona, sunt ea, quę ex ipsis sunt aīę. hęc aūt sunt cet[illegible] actione[illegible] & [illegible] tiones, quæ pertinēt animę. D. Et cū sic sit, benedictū fuit in determ[illegible] boni humani in opinatione antiqua, in qua conuenerunt philosophantes, φ finis intētus sunt actiones quędam & opationes. Et recte dictū fuit hic de[illegible] enim per hunc modum fit finis proprie finis bonorum animę, nō finis bo[illegible], quę sunt extra. D. Quod autem attestatur huic dicto, & conuenit cum ipso, est hoc, qđ habet beatus de honestate vitę, & venustate operationū. Nam omnes

A Antiqui fere per hoc determinauerunt felicitatem, s. ꝙ ipsa est decor, vitæ, et ve
nustas opinionum. D. Et tam apparet ex hoc, ꝙ omnia, quę eequiruntur in feli
citate, necesse habere felicem. Quidam enim opinati sunt felicitatē esse virtu-
tem & prudentiam; alij aūt sapientiam: & alius pręter hos opinatus est eam
esse omnes has res, aut quasdam earū. intendo oēs virtutes & oēs sapiētias, aut
quasdam earum. & oēs hi conditionauerunt felicitatē esse hoc, aut cum delecta
tione, aut non sine delectatione. Et quidam alij aggregauerunt bonis animę con
uenientiam bonorum quę sunt extra: & est ꝙ nominatur prosperitas successuū.
D. Et quasdam istarū opinionū dixerunt de felicitate multi antiquorū: et quas
dam autem earum dixerunt pauci famosorum ex sapientibus, D. Et non pecca-
uit aliquis eorum in toto eo, quod credidit hoc: sed ipsi recte senserunt, aut in re
aliqua eius de quo dixerunt, aut in pluribus. Qui ergo ex ipsis dixerunt ꝙ felici
tas est virtus, & qui dixerunt ꝙ est actus quidā virtutis, dictum eorum est con
ueniens modo quodam. Etenim actus, qui fit secundum exigentiam virtutis,
virtus est. Quamuis fortassis nō sit modica differentia inter creditorem ꝙ sit
... in possessione & habitu, & creditorem ꝙ sit in actu & in vsu. possibi
le enim est vt sit homo habitum habens, & nihil boni agens penitus: vt puta in
... dormiente, aut aliter impedito aliquo modorum impedimenti. Quando
... inuenitur actus huiusmodi, non est possibile quin ab eo procedat in hac
B ... bonum: eo ꝙ in hac dispositione agit necessario, & bonum facit
... quemadmodum in campis duellorum non robusti & ad exercitia do
... concertantium non agentes, dona premiorum recipiunt, sed agiles
... & triumphantes: sic virtuosi & electi ex hominibus in vita sua
... sunt illi, qui agunt actiones suas secundum rectitudinem & ęqualita
tem, non illi quibus existit habitus, a quo fiunt istę actiones absque eo ꝙ operē
tur. & est vita illorum delectabilis per se. propter hoc enim delectabilitas est
ex rebus pertinentibus animę, & sunt animantes has operationes: quod inten-
... ꝙ delectatio quidem est ex bonis animę. Et vnusquisq; hominum delecta-
... re quam amat. verbi gratia, amator equorum delectatur in aspectu ęorū:
... amator speculationis delectatur in speculando: & similiter amator ęquitatis
... delectatur in rebus proportionatis ęquitati, intendo ees iustas: & vniuersa-
... amatores virtutum delectantur in rebus virtutis. D. Res autem delectabi
... apud plures hominum eebus venustis aduersantur: eo ꝙ res venustę non
... nobis delectabiles a principio rei, & secundum naturam, sicut est dispositio
in delectationibus corporalibus: & res delectabiles secūdum naturam sunt dele-
ctabiles apud amatores boni. res autem venustę vel pulchrę sunt actiones, quę
... secundum imperium virtutis. Oportet ergo vt hę actiones delectabiles
... secundum ipsas amatoribus pulchrę. Et propter hoc non indigent in vita
C sua delectatione addita super suam delectationem, cum sit in eis existens in
sua vita metipsi. etenim non inuenitur homo liberalis, nisi qui est gaudens in
operationibus pulchris: neq; vllus dicet hominem iustum, nisi eū qui amat res
iustas: neq; dicitur de homine ꝙ sit largus, nisi de eo qui amat res peoportiona
tas largitati, & secundum hoc se habet in cęteris virtutibus. Et, cum sic, sit tunc
actiones, quę fiunt ad imperium virtutis delectabiles sunt per seipsas: & sunt
cum hoc etiam decore pulchrę. & vnaquęq; istarum actionū proprie erit talis,
cum iudicauerir de ea studiosus iudicium rectum: intendo in genere, & hora, et
qualitate, & iudiciū studiosi de eis est iudiciū rectum. Et cū sic sit, nobilissima
& optima rerum erit felicitas: & delectatio absolute existit in ea. Dixit. Et nō
determinata sunt hæc & distincta, quemadmodū in tabula. Deliaca. Ete. n. illic
scriptum est. Optima rerū iustissima earum, & elegantissima desyderatissima
earum. oia. n. hęc insunt actionibus virtutis, intendo ꝙ sit melior rerum, eo ꝙ sit
iustior earum, & virtuosior earum eo, ꝙ sanior earum, & delectabilior earum,
eo ꝙ desyderatior earum. Dixit. Et nos dicimus ꝙ felicitas aut est hęc bona: et
... illa, quę sunt in anima & in corpore & extra: aut vnū horū, & est melius
ipsorum. intendo illud, quod est in anima, scdm ꝙ diximus. verūtamē patēs est
ꝙ beatitudo hic eget bonis exterioribus, vt diximus, de impossibilibus enim

Actus q fit scdm exigētiā virtutis, virtus est.

est, aut de difficilibus operari hominē res venustas absq; suffragio illorū, quę sunt extra. multa nanq; bona aguntur, & profectus in filijs, coadunantibus exterioribus, tanquam instrumentis: vt pecunia in largitate, & amicis & adiutoribus in belo. Amplius quędam, dum deficiunt felici, perturbant eius felicitatem vt nobilitas generis, & pulchritudo formę. Non. n. videtur felix, qui turpissimus & deformissimus est, & qui fuerit generis vilis, & qui fuerit solus absq; prole. Et fortassis est minoris beatitudinis isto habens filios, aut amicos malos: aut cui filij boni & amici boni fuerint, sed mortui sunt. Verisimile est ergo vt sit res, sicut diximus, q̄ felix eget suffragio exteriorum. D

De modo assequendæ felicitatis. *Cap. IX.*



VNde etiam dubitatur, vtrum disciplina, an assuetudine, an alia quapiam exercitatione acquiri possit: an ex aliqua diuina sorte, an ex fortuna proueniat. Si tamē aliquod aliud est a diis hominibus exhibitum donum, verisimile est felicitatem quoque a diis exhiberi, ac tanto magis, quanto ipsa omnium humanarum rerum optima est. Sed hoc fortasse ad aliam magis disceptationem spectat. videtur tamen, licet a Diis non mittatur, sed vel ex virtute, vel disciplina aliqua, vel exercitatione accedat: ex diuinissimis rebus felicitas esse: quippe cum præmium virtutis & finis optimum quoddam ac diuinum, beatumque esse videatur. Estq; præterea quoddam longe commune. disciplina enim quadam ac diligentia acquiri ab omnibus potest, modo ad virtutem consequendam læsi ac manci non fuerint. Quod si melius est hoc modo, quā ob fortunam felicem vnumquenq; esse: rem ita se habere consentaneum est. siquidem & ea quę scd̄m naturā sunt, & ea similiter quæ aut ex arte, aut quapiā alia causa & præcipue optima proueniunt: sicut quā pulcherrime fieri potest, ita suapte natura se habent. Quod vero maximum ac pulcherrimum est, id fortunæ committere, valde prauum est. Immo ex ratione ipsa patet id quod quæritur. esse enim eam animi quandam operationem scd̄m virtute definitum est. Ex reliquis vero bonis alia inesse ipsi necesse est: alia adiutricia atque vtilia instrumentaria natura sunt. Atq; hæc cum iis quæ in principio diximus, consentirent. finem enim ciuilis facultatis optimum esse statuebamus. at hæc magnam diligentiam adhibet, vt ciues quodam modo afficiat, bonosq; & ad honesta agenda idoneos reddat. Merito igitur neque bouem, neq; equum, aut quippiam aliud animal felix appellamus: quippe cum nullum ex ipsis talis operationis esse particeps possit. Eadem etiā de causa neq; puer felix est: non dum enim est ad tales res agendas per ætatem idoneus qui vero dicuntur felices, spe dicuntur. Nam, sicut diximus, & perfecta virtute, & vita perfecta opus est. Multæ enim mutationes, & variæ fortunę in vita contingunt: & fieri potest, vt qui maxime prosperitate floruerit, is in senectute in magnas calamitates incidat. sicut in Heroicis de Priamo fabulis proditum est. At eum qui talibus fortunis vsus, miserabiliterq; mortuus fuerit, felicem profecto dicet nemo.

(Margin, beside "licet a Diis non mittatur": B)

(Margin, beside "adiutricia atque vtilia": F)

Pueri non sunt felices, nisi spe.

A Dixit. Et propter hoc quidam posuerunt beatitudinem virtutem, & bonitatē
fortunę: & alij posuerunt felicitatem & virtutē idem esse. Et propter hāc
diuersitatem accidit dubitatio circa felicitatem, an sit res discibilis ac ac-
quisibilis per assuetudinem, aut alio modo adipiscendi, vt per prouidentiā diuī
nam circa hominem, aut per fortunam et casum. Sed manifestum est φ, si fuerint
hic res aliquę, quas largitur Deus hominibus, dignus est vt sit felicitas ab eo
donata ipsis, maxime cum sit pręstantior rerum, quę pertinent hominibus. Ve-
runtamen speculatio in hoc magis videtur pertinere negocio alteri. & manife-
stum est, quoniam si nō fuerit donata a Deo: sed si fuerit per virtutem aut di-
sciplinam, aut per acquisitionem φ est eorum, quę sunt in fine honorabilitatis
& excellentię. quod enim finis est virtutis &, de quo patens est φ est optima
etiam, est quid diuinum. & illud per gaudet, apparet etiam de eo, quoniam, si
fuerit acquisibilis, erit exposita multis hominibus. possibile enim est vt acquī
rat eam per disciplinam & studium hominis, qui non fuerit naturaliter clau-
dicans ad receptionem virtutis. Si igitur fieri beatitudinis per acquisitionem,
melius est fieri suo per casum & fortunam, oportet vt fiant per acquisitionem.
Et quemadmodum res naturales apte natę sunt fieri meliori modorum & com-
petentiori, sic res artificiales oportet vt fiant meliori modorum, s. vt sint acqui-
sibiles non accidentes nobis a casu, & proprie nobilissima artium. dico eam,
B quę est regitiua ciuitatum. & intendo vt non sit bonum comprehensibile per ip
sam eas ab euentu vel casu. maximum nempe peccatum & concedere esse a ca
su excellentiorem rerum, s. felicitatem & a fortuna. Et vniuersaliter iam ma-
nifesta est res quęsita ex eo quod pręcessit de sermone, s. quid est felicitas. &
diximus φ est actio quædam animæ secundum imperium virtutis: reliqua au-
tem bona, quę sunt extra, quędam sunt necessaria ad esse huius boni, & quę-
dam sunt vtilia ad ipsum. i. ipsum existit propter ea in dispositione meliori, &
sunt ei tanquam loco instrumenti. Et totus iste sermo est conueniens ei, qđ pręs
cessit de sermone nostro. nos enim posuimus φ finis regiminis ciuitatū est nobi
lior. & maximum studium in regimine ciuitatum est vt fiant ciues boni, & ope
ratores bonorum. Dixit. Et propter hoc necessario non diximus de boue, neq;
de equo, neq; de aliquo alio ex animalibus φ sint felicia. non est. n. aliquod ex
ipsis, quod communicet huiusmodi in hoc actu. Et propter hanc etiam causam
non dicimus puerum felicem. nondum enim completus, neq; operatur opera fe
licitatis propter imbecillitatem ętati. Qui autem ex pueris nominatus fuerit fe
lix, nominatur propter spem futurę felicitatis: indigetur enim sicut in felicitate
virtute perfecta, & vita completa.

C *Quis in hac vita dicendus sit felix.* *Cap.* X.



Nunquid igitur neque alius quispiam homo quad viuit, felix dicendus est: sed ex sententia Solonis finem spe ctare oportet? Sique ita statuendum est, felix ne tunc erit aliquis, vbi mortuus fuerit? An hoc absurdum pe nitus est, presertim apud nos, qui felicitatem operationem quandam esse dicimus. Quòd si mortuum felicem esse non dicimus, neque Solon id voluit: sed solummodo hominem dixit tunc beatum appellari tuto posse, quippe qui extra omnia mala & infortunia iam collocatus sit: hoc quoque dubitationem quandam habet. videtur enim mortuo bonum & malum adesse, perinde ac vi uenti & non sentienti: vt honores, & infamiæ: filiorum & omnino posterorum prosperæ, & aduersę fortunæ. Dubitationem etiam hæc afferunt. fieri enim potest vt ei qui vsque ad senectutem bea-

te vixerit, secundumq; rationem mortuus sit: multæ mutationes posteris ac nepotibus contingant: vt alii boni sint, vitamq; pro dignitate consequantur, alii contra, qui sane in distantiis erga parentes multis modis sese habere possunt. Absurdum igitur esset, si mortuus simul etiam mutaretur: & modo felix, modo miser efficeretur. Absurdum quoq; est, si nihil neque ad aliquod tempus posterorum res ad parentes pertineant. Sed redeundum ad id, de quo prius dubitabamus: ex illo.n.fortasse etiam id quod nunc quæritur, considerabitur. Si igitur finem spectare oportet, & tunc beatum vnumquenque dicere, non q. sit, sed q. prius erat beatus: quomodo absurdum non est, si quando est felix, nun vere dici pôt de ipso id qd ei inest: idcirco quia eos qui adhuc viuunt, ob mutationes appellare felices nolumus: felicitatemq; stabile quid esse ac minime mutabile: fortunas vero sæpe circa eosdem reuolui existimamus? Perspicuum enim est, si sequi fortunas velimus, nos eundem felicem, & rursus miserum sæpe esse dicturos: Chamæleontem quendam, imbellititerq; stabilitum felicem facientes. An sequi fortunas minime rectum est, q... cum in ipsis, vt bene vel male viuamus, nequaquam situm sit: sed his humana vita, sicut diximus, solum modo indigeat. sed in operationibus secundum virtutem felicitatis: in contrariis contrarii præcipua vis collocata est. Attestatur autem huic sententiæ, & id de quo nunc dubitauimus. in nullo enim ex operibus humanis, sicut in operationibus scdm virtutem firmitas est. hæ siquidem stabiliores scientiis videntur: atq; ex his ipsis stabilioris. quæ præstantiores beati in his maxime & assidue viuere consueuerant. hoc enim causæ est, vt in ipsis obliuio nulla contingat. Inerit igitur id quod quæritur, ipsi felici: eritq; per totam vitam talis. semper enim maxime omniũ ea aget & contemplabitur, quæ sunt scdm virtutem, fortunasque pulcherrime ferret, atq; omni ex parte prorsus apte atq; apte: quippe vere bonus & quadratus absq; vituperatione. Cum multa autem sint, quæ a fortuna eueniunt, quę & magnitudine & paruitate inter se differunt, parua tam secunda quã aduersa nullum momentum afferre perspicuum est: magna vero & multa si bona sint, beatiorem vitam reddent: nam & ipsa sunt ad augendum ornatum idonea, & vsus ipsorum pulcher honestusque est. si contra eueniant, premunt, ac lædunt beatitudinem: quippe cum & molestias afferant, & multis operationibus impedimẽto sint. Quod si operationis vitę dominę sunt, quemadmodum diximus: nullus ex beatis miser efficeretur. nunquam enim odiosum quippiam, ac prauum aget. Nam enim qui re vera bonus est, ac prudens, decore omnem fortunam perferre, & pro facultatibus semp pulcherrima quęque atque optima agere existimamus perinde ac ducem bonum præsenti exercitu maxime bellice vti: & sutorem ex datis coriis pulcherrimum calceũ facere: atq; eodem modo reliquos artifices pu-

In nullo ex operibus nostris, sicut in operationibus secundũ virtutem, firmitas est.

A tamus. Quòd si ita est, felix quidem miser nunquam efficietur: beatus tamen non erit, si in Priami calamitates inciderit. Neq; etiam varius quidam erit, ac mutabilis. neque enim vel facile vel a quibuslibet infortuniis, sed a multis & ingentibus a felicitate dimouebitur. Atq; ex talibus effici rursus felix in paruo tempore non poterit: sed si modo id licet, in multo quodam ac perfecto tempore cōtinget, si in eo magnas aliquas ac præclaras res fuerit consecutus. Quid igitur vetat, quo minus eū felicem dicamus, qui ex perfecta virtute operatur: externisq; bonis abunde fuerit instructus, non quolibet tēpore, sed perfecto? An addendū qui & victurus ita est, & secundū rationem vita defuncturus: nam futurum incertum nobis est: felicitatem vero finem, ac perfectum quid omnino, & prorsus constituimus. Si vero ita est: ex iis qui viuunt, beatos eos dicemus, quibus hæc quæ dicta sunt, & adsunt, & aderunt: ac beatos quidem vt homines. Sed de his quidem hactenus definitum sit.

Felix miser nunquā efficietur.

lxii. Potest aūt quis dicere, quoniam contingere est in vita hominis muta-
B D tiones multas & casus varios: & est possibile in eo qui est valde abūdās in vita, vt tolleret infortunia magna in senectute, sicut perpessi sunt plures hominū. qui vero talibus oppressus in fortuniis moritur, a nullo nominatur beatus. Et scdm hanc consyderationem nullus vtiq; iudicabitur beatus, quousq; vixerit. Et pp hoc dicit Solō, ꝙ oportet vt expectetur extremę vitę hominis, & tandem iudicetur beatus, aut infelix. Veruntamen si oporteat hāc credere opinionē, tunc non erit hō felix nisi post mortem. Hic tamen sermo est valde inconueniens ei, quod nos credimus in hac vita: cū nos opinemur ꝙ felicitas est proprie actus quidā. Et propter hoc non nominamus mortuū felicē, nec etiam Solon voluit hanc intentionē, sed ꝙ quis confidenter nominare potest mortuum felicem, ideo ꝙ iam non est possibile vt accidant ei mala, neq; calamitates. D. Et in hac eadē intentione locus est dubitationis putatur. n. de mortuo ꝙ ipsi contingat bonū & malū, sicut viuo, quamuis non sentiat ipsa, veluti honores corporis sui & conuitia, & directio status filiorum, & nepotū et peruersitates ipsorum. Et in rebus istis etiam est estimatio altera: s. ꝙ possibile est in eo qui viuit vita sua vsque ad senectutē felix, & moritur in hac dispōne, vt accidant ei tales permutationes in filiis, s. vt sit quidam eorum bonę conuersationis honestę in vita: quidā vero econtrario. & .n. manifestū est, ꝙ existit inter patres
C & filios diuersitas & distantia, s. non oportet vt bonus semper generet bonū. Veruntamen si posuerimus istud sic, sequeretur ex hoc inconueniens: & est vt transmutetur mortuus transmutatione aliorū a se. erit ergo quandoque felix, vt cum fuerit ei filius virtuosus, & quandoque infelix, vt quando fuerit ei filius peruersus. Si vero posuerimus ꝙ non mutatur ex filiorum mutatione, erit etiā inconueniens. non enim erit inter patres & filios pertinentia: istud ergo erit quod sequitur ex dubitatione in hac dispositione. D. Sed oportet vt redeamus ad locū in quo primo incidit dubitatio, s. quando nominatur homo felix. & forte declarabitur ex eo, quod ante determinauimus illud, de quo perscrutamur in hoc loco. Dicamus ergo ꝙ, si est expectandus homo vsque ad postremum vitæ suæ, et [illegible] nominandus felix, non ideo ꝙ existat felix in illa hora, s. post mortem suā, sed quia ante hoc fuit felix, s. in vita, sequitur ne nominetur quando fuerit felix ab eo, in quo existit, sed quando perdiderit felicitatem, & hoc est inconueniens: & est manifeste sequens eos, qui dicunt istud. nolunt enim viuos nominare beatos, quandiu durauerint viuentes propter permutationes possibiles accidere eis. Amplius ipsi concedunt ꝙ beatitudo est ex rebus permansiuis & stabilibus. & cum hoc ita sit est, necessarium ne sit felicitas, neque eius contrarium ex rebus accidentibus variabilibus vicissitudinariis frequenter circa

Hic exponit finē cap. precedentis.

aliquos eosdem in vita sua . hęc enim accidentia contingentia sunt a casu . Si
ergo ponentes ista , sumamus felicitatem & infelicitatem , inueniemus homi- D
nem vnum eundem multotiens vita sua felicem, multotiens infelicem. Attribu-
entes igitur felicitatem casui, ponemus felicitatem stabilem, humanam, & idem
ex speciebus felicitatis vilioris animalium . huiusmodi.n.casualitates accidunt
pluribus animalium. & vniuersaliter attribuere felicitatem ei quod accidit ex
casu, penitus est absq; rectitudine: eo ꝙ bonitas & malicia non existunt a casu.
sed vita hominis indiget in complemento sui bonitate casus. Dominium autem
super felicitatem non est in bonitate casus, immo in actibus fientibus secundum
exigentiam virtutis, & contrarij horum actuum existunt contrario felicitatis.
D. Attestatur autem huic sermoni , quod diximus de felicitate, s. ꝙ oportet vt
sit stabilis & permanens: circa autem nihil casualium inuenitur stabilitas, sicut
fuerit cum virtute. Etenim isti actus sunt , de quibus putatur ꝙ sint firmissimi
& permanentissimi, quemadmodum scientię: & honorabiliores istorum actuũ
& excellentiores eorum sunt, qui fuerint magis permansiui & magis perpetui,
perpetuantur autem actus felicium, eo ꝙ isti viuunt per istos actus vita durabi-
li continua tota vita sua. Inuenitur igitur felici semper res illa, secundum quam
felix existit , quandiu felix ipse inuentus fuerit. & hoc est, quoniam virtuosus
perfecte virtutis est ille, qui scit res virtutis, & operatur eas semper, secundum
quod melius scibiles & operabiles sunt ab aliquo hominum . Et est tamen
decentissimus hominum in sustinendo infortunia absque eo ꝙ in hoc aliquid E
hęreat ei vituperij. D. Cumque sint hic multę res contingentes causaliter , &
sint diuersę in magnitudine & paruitate : manifestum est ꝙ paruę ex ipsis, siue
in bonitate siue in malitia, vitam hominis non inclinant, neque versus felicita-
sem, neque versus infelicitatem: intendendo ꝙ quando ex ipsis contingunt feli-
ci, non permutant ipsum ad infelicitatem: neque si bona ei contigerint, permuta-
bunt ipsum ad felicitatem completiorem. Quę autem ex ipsis grandes fuerint,
& multę, quando fuerint bonę, ponent vitam hominis amplioris felicitatis , eo
ꝙ non conferunt ad eius decorem & splendorem, & erit vsus hominis illis in
ipsa vsus bonus studiosus. & quando fuerit econuerso, conturbant & corrumpunt
felicitatem, hęc enim accidentia inducunt super habentem anxietatem, & impe-
diunt ipsum a multis actibus felicitatis . Veruntamen tolerans hęc aliqualiter
propinquius est felici, quando tolerauit quod multiplicatur & magnificatur ex
infortunijs tolerantia facili , postquam non fuerit hæc tolerantia propter pri-
uationem sensus doloris , sed propter nobilitatem & magnitudinem animi sui .
Cumque sint, sicut diximus , operationes dominantes rei vitę, quę est felicitas
secundum veritatem, non erit aliquis felicium miser in aliqua horarum ex parte
te operationum. Nunquam enim operabitur operationes malas vituperabiles ,
quoniam bonus secundum veritatem sapiens est , quem videmus tolerantem F
ne, quod accidit ei ex infortunijs tolerantia decenti . & operabitur semper ex
rebus operabilibus melius & decentius, ad similitudinē circunspecti ducis exer-
citus , qui vtitur exercitu suo in vltionem inimicorum suorum optimo modo
bellandi quacunque hora , qui possibilis fuerit illa hora : & ad similitudinem
periti artificis coriarij, qui ex presentibus corijs optimum calceum qui possibi-
lis est fieri operatur ex illis corijs: & sic in cęteris artificibus . Et cum sic sit ,
tunc non erit beatus in aliqua horarum miser & infelix: sed perseuerabit specta-
bilis ens, & laudabiliter se habens, quãuis irruant super ipsum infortunia irruē-
sia: sicut dicitur de Iob, cui sit laus. Neq; etiam erit mutabilis cito. non.n. est ex
illis, qui facile felicitate permutentur. & nõ solũ non permutant ipsum ab ea in-
fortunia parua: sed neq; immania infortuniorum. D. Neq; beatus fit certissime
beatus, quando res virtuosas tempore paruo acceperit: sed cum cõtinuerit tēpo-
re longo res decoras. Cum ergo sic sit, quid prohibet vt dicatur ꝙ beatus perfe-
cte beatitudinis est, qui agit actiones suas, sc̄dm ꝙ oportere facit virtutis perfecta:
& cum hoc suffragantur ei res, quę extrinsecus sunt non quantolibet tēpore par-
uo, sed sc̄dm totalitatē vitę suę. D. Oportet aūt vt adiungamus huic dicto ꝙ sic
viuat, & vsq; dum moriatur sic perseueret, occultum enim est nobis quid futu-

A rum fit de rebus. felicitatem ergo ponimus certissime finem modis omnibus & perfectã. Cum ita sit, tunc equidẽ nominamus ex viuis beatos illos, quibus existunt res, quarum fecimus mentionem in tempore suo prẹsenti, & existent in futuro, non nominamus autem eos beatos, nisi scdm ꝙ homines tantũ, non aliter.

Quòd posterorum fortunæ ad defunctos pertineant. *Cap. XI.*



Ortunas vero posterũ atq; amicorum omnium dicere nihil conferre, longe esse ab amicitia alienum, quin etiam opinionibus contrarium videtur. Cum tamen multa sint ea quæ eueniunt, variasq; habeant differentias: & alia minus pertineat: sigillatim omnia distinguere prolixum atque infinitum videtur: si autem vniuersaliter ac figura dixerimus, satis fortasse erit. si videlicet quemadmodum & ex eius calamitatibus aliæ pondus ac momentum quoddam ad vitam afferunt, aliæ leuiores videntur: sic quoque ea quæ amicis similiter B omnibus accidunt. In singulis vero calamitatibus differentia ea est, viuentibus ne, an mortuis contingant. quæ sane multo maior est, quam si nefariæ res ac dire in Tragœdiis prẹexistant, an agantur. Considerada igitur hoc modo etiam differentia est. Magis autem fortasse dubitandum de vita defunctis, an boni alicuius vel contrarii possint esse particeps. Videtur enim ex his etiam si pertingat ad ipsos quippiam, siue bonum siue contrarium: exile quoddam ac paruum id esse, vel absolute & simpliciter, vel ipsis. Sin minus, tantum saltem ac tale: vt neque felices eos qui non sunt, facere: neque eos qui sunt, priuare felicitate possint. Conferre igitur quid defunctis prosperi amicorum successus videntur: simili modo etiam infortunia: ita tamen ac tantum, vt neque felices reddere infelices, nẹq; quippiam tale efficere valeant.

D lxii. Hẹc est ergo quantitas eius, quod nõ oportuit determinate in istis rebus. Dicto aũt de hoc, ꝙ infortunia fiẽria circa filios mortui, & amicos ipsius omnes, nullã habent penitus dependentiã ad ipsum, dictio est irrecep C tibilis penitus, eo ꝙ est contraria ei, quod credunt homines. Cumq; sint res accidentes ipsis multẹ, & diuersimodẹ, quẹdamq; earum maiorem & quẹdam minorem habentes cum mortuo dependentiam, erit occupatio circa earum diuisionem vsq; ad particularia, & earum enumerationem prolixitatem habens, cuius non est finis. Cum vero dicta fuerit in eis dictio vniuersalis, & secundum viam descriptionis comprehendentis plurimum rei: tum forsan sufficiet hoc, quod dicemus in eis. Et est quoniam quemadmodum infortunia contingentia mortuo in vita eius, quẹdam grauius tolerantur ab ipso & aliqua impedimenta vitẹ faciunt, alia autem facilius nec impediunt vitam eius in aliquo: sic est quod contingit filijs & amicis omnibus. Dixit. Veruntamen vnumquodque accidentium, quẹ viuis accidunt, diuersificantur in malicia ab eis, quẹ accidunt eis, quando fuerint mortui ad modum diuersificationis rerum malarum inuentarum in orationibus poetarum ab ipsis existentibus in opere. intendo ꝙ operatio istarum est vehementioris malitiẹ. i. operatum ex ipsis peius est vehementer quam dictum. Oportet igitur nos distinguere hanc diuersitatem ad dissoluendum dubitationem accidentem in re mortuorum, & speculari si sint participantes viuis in aliquo bonorum aut suorum contrariorũ. Verisimile autem videtur, si continuatur ipsis aliquid ex his rebus, siue bonũ siue malũ, par

tum quid & exile esse. & hoc, quoniam non est possibile vt contingat vt iq partiũ.s.viuis & mortuis sedm modum vnum: neq; possibile est vt mortuis contingat absq; viuis. Iam ergo relinquatur vt sit ꝙ mortuis contingit ex his sedm quantitatem, quę non ponit infelices felices, si bonum fuerit. neque felices infelices, si malum. D. Apparet ergo iam ex hoc dicto ꝙ bonitas dispositionis viuorũ & malitia dispositionis eorum dependentiã habet cum mortuis, intendo ꝙ illi, qui sunt ex parte illorum mortuorum, quandã habet cum eis dependentiam sedm quantitatẽ, quę non ponit felicem infelicem, neque infelicem felicẽ.

Quòd felicitas bonum sit honorabile potius, quàm laudabile Cap. XII.



His ita definitis de felicitate, consideremus vtrum ex iis sit, quę laude, an potius quę honore digna habentur. nam eam non esse inter facultates reponendum manifestum est. Videtur aũt omne laudabile propterea laudari, quia qualitate aliqua prędicum est, & ad aliquid quodam modo refertur. iustum enim & fortem, & omnino bonum virum, quinetiam virtutem ob actiones & opera solemus laudare: robustum quoque, & cursui habilem, & vnumquenque ex aliis, non alia de causa, quam quòd qualitate quadam prædici fuit, & ad bonum quoddam, honestumque quodam modo se habent. Atque hoc ex Decorum laudibus perspicuum est. nam cum ad nos referuntur, ridiculi videntur. id autem contingit ex eo quòd laudes per relationem, vt diximus efficiuntur. At si talium est laus, optimorum plane nulla esse laudem constat, sed maius quiddam ac melius, quemadmodum videtur. Deos enim beatos ac felices dicimus. beatos item dicimus viros eos, qui maxime diuini sunt, Simili modo etiam bonorum: nemo enim felicitatem laudat, quemadmodum iustitiã: sed vt diuinius quid ac melius, beatam rem dicit, ac prædicat. Recte etiam videtur Eudoxus in defensione voluptatis principatum ei attribuere. ex eo enim ꝙ non laudatur, cum bonum sit, indicari existimabat a rebus laudabilibus esse præstantiorem. talem autem esse Deum, & bonum ipsum censebat: quippe cum ad hæc: reliqua etiam referantur. Laus enim virtutis est. Idonei enim ad honestas res agendas ea afficiuntur. Commendationes vero operum sunt, tam animæ quã corporis simili modo. Verum hæc exacte tractare forsitan eorum magis est, quorum labor in laudationibus conficiẽdis versatur. nobis vero satis id esse debet, ꝙ ex his quæ diximus, ex honorabilibus perfectisque rebus esse felicitatem constat. Videtur autem & ex eo ita se habere, quia principium est: huius enim gratia reliqua omnia oẽs agimus, principium vero & causam bonorum honorabile quoddam ac diuinum statuimus.

Dixit. His itaq; determinatis perscrutemur de felicitate, an est ex rebus laudabilibus aut ex rebus sublimibus, quę sunt excellentiores laudatione, & hoc, quoniam manifestum est eam non esse ex potentiis affectiuis, quę re-

Iusiue dicuntur ad aliquid, & sunt quale quoddam . Et omne, quod laudatur,
A non laudatur nisi per quale aliquod, & per relationem ad aliquid. Nos etenim
non laudamus iustitiam, & fortitudinem, & vniuersaliter bonum & virtutem,
nisi propter actiones existentes ab eis, aut quod contingit ab eis. & similiter
robustum & bonum cursorem, & vnumquodq; quod similatur virtutibus cor-
poralibus, equidem laudamus, eo ꝙ sunt cũ quali quodã, & cũ relatione ad aliẽ
quod alterum. Cumq; fuerint laudes pertinentes huiusmodi rebus: tunc mani
festum ꝙ res, quę sunt in fine bonitatis, non habent laudẽ: sed sunt excellẽtio-
res & pręstantiores laudatione, quemadmodum patet ex re ipsarum: qm̃ nos re
fertimus deificatos, & electos hominum ad felicitatẽ. Et laudat aliquis felicita
tem, quemadmodum laudat tristitiam: immo potius magnificat eam & honorat
secundum ꝙ ipsa est res diuina & optima. D. Et putat de Buxodo Poeta ꝙ vo-
luptatem posuerit in rebus, quę sunt in fine bonitatis, quoniam, cum sit laudabi
lium, posuit eam ex rebus bonis, quę sunt meliores rebus laudabilibus. D. Res
aũt, quę pręstantiores sunt laudatione, Deus est excessus & bonũ absolute. &
hoc, quoniam reliqua bonorum virtutis non referuntur nisi ad Deũ & ad bonũ
Laus autem poetica equidem pertinet virtuti, cum nos simus operantes res de
coras per virtutem: & sint laudes quidem pertinentes actionibus animalibus et
corporalibus secundum modum vnum. D. De his aũt perscrutari vsq; ad vlti-
B mum fortassis magis pertinet ad eos, quorum studium est ad laudum operatio-
nem: intendo poetas. nobis autem iam manifestum est ex his, quę diximus ꝙ
felicitas est ex rebus sublimibus & perfectis. Et videtur equidem esse talis, eo
ꝙ est principium secundum viam finis, uos enim omnes facimus quidem reli-
quas res omnes gratia ipsius, & credimus de eo, quod est principium bonorũ
& causa ipsorum quoniam est res diuina .

De duplici animæ parte, ac virtutis diuisione.
Cap. XIII.



Voniam igitur felicitas, animæ per virtutem perfectam operatio quædam est: de virtute cõsiderandum videtur. hoc enim modo fortasse efficietur, vt melius de felicitate etiam contemplemur. Videtur autem & is qui re vera ciuilis est, circa hanc maxime laborare. propositũ enim eius est, vt ciues bonos, legibusq; obtemperantes efficiat. Atq;
C huiusce rei argumentum tam Cretensium quam Lacedæmoniorum legislatores habemus: & si qui alii tales extiterunt. Quòd si ciuilis facultatis hæc consideratio est, patet inquisitionem hanc perinde atque a principio proposuimus, futuram. De virtute autem humana scilicet considerandum est: nam & de bono humano, & de felicitate humana quærebamus. Virtutem vero humanam dicimus non corporis, sed animæ felicitatem quoque animæ operationem appellamus. Sed si hæc ita se habent, perspicuum est, ciuilem quæ ad animam spectant, quodammodo cognoscere oportere: quemadmodum oculum, & totum corpus, eum qui curaturus est. Atq; eo magis, quo ciuilis facultas honorabilior, meliorq; medicina est. Elegantes quoque medici multa circa cognitionem corporis pertractant. Contemplandum igitur etiam ciuili homini de anima est: atque id, horum causa, & quatenus satis est ad ea quæ hic quæruntur. nam exactius absolutiusq; rem hanc excutere laboriosius fortasse est ac difficilius,

quam præsenti negocio conueniat. Dicuntur autem de ipsa in contrariis etiam disputationibus nonnulla, quæ satis sunt: vtendum ipsis est. Quemadmodum alteram partem eius esse rationis participem, alteram expertem. nam vtrum distinctæ sint, vt corporis partes & omnia diuisibilia: an ratione tantum duæ sint, re autem separari inter se minime possint, vt in circunferentia conuexum & concauum: illud vero nihil ad propositum refert. Irrationalis autem partis, alia communi & vegetali persimilis est. ita appello eam, quæ augendi, & alendi causa est. talem enim animæ facultatem in omnibus quæ aluntur statueret aliquis: & in fœtibus quoque: quin etiam eandem hanc in perfectis: & conuenientius etiam, quã aliam quampiam. Huius autem communis quædam virtus, non humana apparet: quippe cũ pars hæc & facultas in somnis maxime operari videatur: bonus autẽ & malus discerni in somno minime possit. Vnde inquiunt felices in dimidia parte vitæ a miseris nihil distare. Atq; hoc conuenienter euenit. ocium enim animæ somnus est, quæ v[illegible] na vel mala dicitur. Nisi quatenus paululũ motiones aliquę ad [illegible] pertingunt: eatenus.n. modestorum meliora quã quorumlibet visa apparent. Ac de his quidem satis. atq; hæc nutriendi facultas, est enim humanæ virtutis expers, omittenda est. Videtur autem [illegible] altera quædam natura animæ irrationalis esse: quæ rationis tamen quadam ex parte capax sit. Continentis enim & incontinentis rationem, animæ item id quod rationem habet laudamus: quippe cum recte & ad optima incitet. videtur tamen aliud quid etiam in ipsis esse, quod pugnet, resistatq; rationi. Plane enim quemadmodum resoluta corporis membra si ad dextram mouere volueris, e contra in sinistram deferuntur: sic quoq; in anima contingit. in contrarias enim partes incontinentium appetitiones feruntur. Sed in corporibus quidem quod præter propositũ fertur, videmus: in anima non videmus. Fortasse autem nihilominus in anima quoque esse quampiam præter rationem existimandum est, quod ei aduersetur ac resistat: quo modo vero diuersum sit, nihil refert. Quod tamen etiam ipsum rationis esse particeps videtur, quemadmodũ diximus: continẽtis enim rationi obtẽperat. Atq; etiam magis fortasse in temperante ac forti obediens est: omnia enim in his rationi consonant. Esse igitur irrationalis quoq; hæc duplex videtur. nam vegetalis nullo modo cum ratione cõmunicat: concupiscibilis autem & omnino appetibilis particeps rationis quodam modo est: quatenus ipsi obedit, imperioq; eius obtemperat. Ita profecto & patris & amicorum habere rationem dicimus, & non sicut mathematicorum. Parere autem quodam modo rationi irrationalem hanc partem admonitio, & omnis increpatio, & cohortatio indicat. Quòd si dicendum est hanc quoque partem rationem habere, duplex erit ea quæ rationem habet: altera.n. proprie & in se eam habebit: altera ita, vt is quid [illegible]

Felices in dimidia parte vitæ a miseris nihil distare ingunt

B

F

A partis audiens est. Virtus quoq; scdm hanc differentiā distinguitur. nā alias ex ipsis intellectiuas, alias morales dicimus: sapientiā, per spicaciam, & prudentiā, intellectiuas: liberalitatem & temperantiā, morales. Cum.n. de moribus loquimur, non sapientem aut perspica cē, sed mansuetum aut tēperantem aliquem dicimus. Laudamus ēt sapientem ex habitu: habitus vero laudabiles virtutes appellamus.

D Ixit. Cumq; ita sit felicitas actus quidā aīę, fiens scdm virtutē perfectā, scru tandū est de virtute pfecta quid est, & quę sunt spēs eius. forte etenim erit speculatio nostra in felicitatem, qñ processerimus hac via doctrinę, comino dior & nobilior. D. videtur aūt de eo, qui est secundum veritatē gubernator ciui tat. q studiū quidem suum est virtute pprię: ideo q vehementia voluntatis suę est, vt reddat ciues bonos, & legis obedientiores. Et huius exemplū sunt positores legum Cretensium, & Lacedęmonū, & siqui alij sunt huiusmodi. Et quādoqui dem est propositum nostrum in hac perscrutatione ad gubernationem ciuitatū: manifestum est, q quęstio & inuestigatio nostra fiet secundum intentionem no stram, quę fuit a principio. Oportet ergo, vt perscrutemur de virtute humana. & hoc patet, cum inquiramus bonum humanum, & felicitatem humanam. Non

B intendo autem per virtutem humanam virtutem corporis, sed virtutem aīę: cum dixerimus q felicitas est actus aīę. & cum sit res secundum hoc, necessarium est ciuili vt speculetur in re habitū aīę, cum dixerimus q est actus eius. Sciendū est igitur a ciuili dispositiones animę qualiter sunt, & quot sunt: sicut est sciendū medico curatori oculorum, & curatori corporis & dispositiones oculorum, & corporis omnes, & quot sunt. Immo istud magis necessarium est, eo q guberna tio ciuitatum honoratior & melior est arte medicinę: cum sit ciuitas honorabi lior corpore. Periti aūt medicorum valde subtiliant inquisitionem de dispositio nibus corporis: gubernatorē ergo ciuitatum speculari oportet in dispositionibus animę: speculari autem inquantum sufficit ad hęc quęsita. Subtiliatio perscruta tionis vltra hanc quantitatem fortasśis laboriosa sit, & egrediens ab eo, quod in tendimus in hoc libro. D. Etiam dictum est in scientia Naturali de dispositioni bus animę, in quo est sufficientia: & oportet vt quibusdam illorum vtamur hic, id est quibus indiguerimus. Diximus ergo q quiddam animę est irrationale, & quiddam eius rationale. D. non indigemus autem in hac perscrutatione, in cuius via sumus. inquisitione, an sint distincta, vt membra corporis, & vt omnis res diuisibilis: aut sint ratione, idest definitione duo & indistincta natura, i. subie cta: vt connexum & gibbosum in arcu circulari. hęc enim perscrutatio propria est scientię Naturali: & rationabile est quod est vegetatiuum, scilicet planta

C tiuum. Et intelligo per plantatiuum, partem animæ quę est causa nutrimenti & crementi. & hæc vis ex viribus animæ est in omnibus, quæ nutriuntur. & est inuenta in embryonibus & in animalibus perfectis, & hoc quidem est ita, eo q hæc vis primitus est in his rebus absque aliis. Dixit. Apparet au tem q huic potentiæ est virtus communis, quam participant plantæ, & ani malia. & propter hoc non est humana, & de membro animalium in quo est hæc vis, & quod operatur per hanc vim q operetur per ipsam in ho ra somni & vigiliæ. partis autem animæ, qua bonum operatur & malum, fere non manifestatur actio hora somni, vt illius. Et ideo dicitur q non est differen tia inter felices & infelices in dimidio vitę ipsorū. & hoc rectum est, propterea q somnus est ocium animę illius, de qua dicitur q est virtuosa aut vitiosa, nisi cum quidam motuum eius pertranseuntes in corpore paulatim ad vim rationalē vel rememorationem partis nutritiuę animę, & fiant propter hoc phantasmata bonorum hora somni meliora phantasmatibus malorum. Dixit. Et iam locuti sumus de istis rebus quantū sufficit. & oportet vt relinquamus potentiam ani mę nutritiuam: expers enim est virtutis humanę. Dixit. Videtur autem q sit animę hominis natura alia quędam irrationalis, participans tamen rationē ali quo modorum. & hoc, eo q exaudibilis est rationis & obediens ei. & propter

Gubernatio ciuitatū honoratior & melior est arte medicinę.

hoc laudatur qui continet animam suam a voluptatibus:quemadmodum lauda
tur qui continet rationem suam & partem animę suę rationalem.qui enim talis D
est,directus est,& inquisitor est rerum pertinentiũ virtuti. Et apparet, ꝙ in no
bis est aliquid aliud præter partem rationalem contrarians rationi & ducens
ad diuersum partis,ad quam ducit rationalis. Et accidit animę in hac dispositio
ne simile eius,quod accidit membris paralyticis,quando volumus ea mouere ad
aliquam partem,& ipsa inclinantur ad aliam:talis.n. est dispositio istius animę
cum anima rationali. Rationalis nanq;,quando voluerit mouere versus rem ali
quam,& fuerit vis contraria ei , vincens mouebit ad contrarium illius rei. &
propter hoc erunt motus eorum, qui non continent animas suas a voluptatibus
ad contrarium rectitudinis,sicut est dispositio in membro paralytico,nisi ꝙ mo
tus membri inordinati moti in corpore est res mota. videmus enim eum occula
tim:in anima autem non videmus oculatim sensu . Veruntamen fortassis opor
tet vt sciamus ꝙ in anima est aliquid diuersum rationi,contrarians ei,& contra
dicens non minus q̃ꝑ in corpore credimus esse motiones contrariantes motioni
bus naturalibus.etenim vt ęque res sensibiles sunt,& hęc eadem pars est illa ,
de cuius natura est vt obediat rationi ducenti ipsam : & fortassis in casto , &
forti facilius consentit,& obedit rationi,in eo ꝙ operationes eius & omnes cō
uenientes sunt rationi , Cumq; sic se habeat res,tunc palam est ꝙ illa,quę est
non rationalis ex partibus animę,est duobus modis: plantatiua,quę non parti
cipat ratione aliquo modorum:& concupiscibilis,quę participat ratione,secun E
dum ꝙ obedibilis est ei naturaliter,& ex his quę significant super hoc,ꝙ obe
dibilis est ei naturaliter. Et ex his,quę significant super hoc,ꝙ obedibilis est ra
tioni,est impressio , quam facit in nobis redargutio:& cum est effectus in no
bis redargutionis et exhortationis & amonitionis & reprehēsionis & castigatio
nis,& propter hoc manifestum est ꝙ,quando attribuimus rationem animę, hoc
est secundum duos modos: quorum vnus dicitur vere & per se,& est pars ap
prehensiua iudicatiua:& altera est pars obediens huic,& est illa pars, cui ac
cidit ex parte rationis simile ei,quod accidit filio de obediendo patri, & obedie
nti ei nisi fuerit,neque naturaliter,& est filius rebellis. D. Virtus ergo primo di
uiditur in duas virtutes,quarũ vna est intellectualis,& est apprehensiua: altera
vero obedientialis,& est virtus moralis,& sapientia,& prudentia, & intelli
gentia species sunt intellectualis:liberalitas vero & castitas,& quę his similan
tur,species sunt moralis. Et huiusmodi signum est,quia quando dicimus de mo
ribus hominis,non dicimus de eo,ꝙ sapiens aut intelligens:sed ꝙ humilis,aut ca
stus.sapiens aũt laudatur secundum industriam scientialem,quam habet:& vni
uersaliter ꝙ fuerit ex habitibus animalibus laudabile nominamus virtutes. Et
hic terminatur intentio huius tractatus , & est primus istius libri. & sint gratias
Deo donatori sapientię, & largitori felicitatis . F

A # ARISTOTELIS MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER SECVNDVS.

Cum Auerrois Exposi.

SVMMA LIBRI.

De virtute in genere, ac eius essentia. Quo pacto mediocritates inter extrema disponantur: vitiaque ac virtutes opponantur. Et quibus preceptis ad medium ducamur.

De productione virtutis intellectiuæ, ac moralis. *Cap. I.*

B 

Vm duplex igitur virtus sit, quemadmodum dixi mus, intellectiua & moralis: intellectiua vt pluri mum ex doctrina habet & generationē & incrementum: vnde & experiētia & tempore indiget: moralis vero ex more, idest assuetudine acquiritur: vnde etiam nomen habuit, parua in more immutatione facta. Ex quo etiam patet, nullam ex moralibus virtutibus natura in nobis acquiri. Nihil enim ex iis, quæ natura sunt, assuescere aliter potest. vt lapis, cum natura deorsum feratur, nunquam sursum ferri assuescet: neq; similes quispiam eum sursum proiiciendo velit assuefacere. neque ignis deorsum ferri: neque aliud quippiam aliter quam natura comparatum sit vnquam assuescet. neque igitur natura, neque præter naturam virtutes hæ in nobis acquiruntur: sed cum idonei ad ipsas suscipiendas natura simus, assuetudine perficimur. Præterea eorum quæ natura
C nobis eueniunt facultates prius accipimus, deinde reddimus operationes: id quod in sensibus perspicuum est. non. n. ex eo quod sæpe vel vidimus, vel audiuimus, sensus & videndi & audiendi accepimus: sed econtrario, habētes vsi sumus, & non vsi habuimus. sed virtutes accipimus, vbi prius fuerimus operati: quemadmodum etiam in aliis artibus. quæ. n. vbi didicerimus, facere oportet: ea faciendo discimus. sicut. n. ædificando ædificatores, cithara canendo citharœdi efficiuntur: ita quoq; iusta agendo iusti, temperantia temperantes, fortia fortes euadimus. Huic rei attestatur id, quod in ciuitatibus fieri consueuit. legum latores enim ciues assuefaciendo bonos reddunt: hæcq; est vniuscuiusque legum latoris voluntas. qui vero id bene non efficiunt, peccant. atque in hoc bona respublica a mala differt. Accedit ꝙ ex iisdem & per eadem omnis virtus & acquiritur, & corrumpitur, simili modo etiam ars. ex eo enim ꝙ citharam

pulsint, & boni & mali citharistæ euadunt . eadem ratione quoq; ædificatores , & reliqui omnes . nam eo quod ædificant bene, bo... ex eo quòd male, mali efficiuntur. nisi enim ita esset, nullo opus esset doctore, sed omnes vel boni fierent, vel mali. Ita igitur in virtutibus quoque est: agendo enim quę ad commercia hominum spectant, alii iusti, alii iniusti efficimur: agendo quę in terribilibus rebus consistunt, assuescendoq; vel confidere vel timere , alii fortes , alii ignaui euadimus. pari modo in iis quæ ad cupiditates & iras pertinent, temperantes alii, & mansueti, alii iracundi & intemperantes fieri consueciuntur: illi , quòd hoc: hi, quod illo modo in illis se gerunt . & vt vno verbo dicam, ex similibus operationibus habitus fiunt. vnde operationes qualitate quadam præditas oportet reddere , quippe cum ex operationum differentiis habitus quoque consequantur non igitur parum refert, sic ne an sic statim ab adolescentia consuescat aliquis : sed quam plurimum: immo totum in eo penitus consistit ,

DETERMINATIO SECVNDI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE. ARISTOTELIS.



Vm itaq; virtutes sint duorum modorum, intellectualis videlicet & moralis: intellectualis plerumq; & fit & augetur in nobis per doctrinam : & ideo indigemus in comprehensione eius exercitatione multa & spacio temporis longi : moralis vero comprehenditur per assuefactionem. & propter hoc Gręci deriuant nomen moris a nomine consuetudinis eliterantes ipsum de literatione notitiam facientes secundum quod currit consuetudo in nominibus deriuatiuis. D. Et fit si autem ... tum acquisitione per consuetudinem, s. per exercitationem in actionibus ... apparet : quoniam nulla virtutum moralium Inuenitur in nobis per naturam. Nullius enim rei per naturam existentis contrarium aquiretur per assuetudinem. lapis enim, qui naturaliter deorsum descēdit quāuis quis proiiciat ipsum sursum vicibus innumerabilibus, & quarum non comprehenditur multitudo, volens per hoc assuefacere ipsum moueri sursum, nunquam habebit possibilitatem in hoc. & similiter ignis nō est possibile vt recipiat per assuetudinem diuersum motum suę. & vniuersalitas nihil eorum, quę naturaliter habent actum aliquem, possibile est per consuetudinem recipere dispositionem, a qua procedit actus alius ab illo actu naturali, qui est ei. & si esset nobis aliquid virtutū vel vitiorum naturaliter, tunc non esset nobis possibile acqrere oppositū per assuefactionē. cumq; sic sit, tunc virtutes nō sunt in nobis scdm naturā neq; pręter naturam, scilicet inuoluntarie vel coacte: sed nos naturali sumus ad earum receptionē, & comprehensionem earum in nobis per assuetudinē. Amplius omne, quod in nobis existit naturaliter, primitus existit in nobis per potentiā, deinde erit in nobis ad postremum per seipsum existens per actum non ex parte nostrę electionis. intēdo quod nō erit in nobis, eo quod nos assuefacimus ipsum, sicut se habet in virtutibus & hoc manifestum est in sensibus. etenim ipsi fiūt primitus in nobis potentia. & tandē conuertūtur in nobis ad actū ex se. huiusmodi exemplū est, quod homo primitus videns est potentia: deinde fit videns actu , nō eo quod viderit multotiens . & similiter simus audientes actu, postquam fuimus audientes potentia: nō eo quod assueuerimus auditum, i. quod audiuerimus multotiens, sed res est ecōuerso, intēdo quod nos vtimur eis, eo quod existunt in nobis, non quod existāt in nobis ex vsu eorū. Virtutes autem inueniuntur nobis, postquam nos fecerimus eas multotiens, sicut est in reliquis artibus operatiuis, intendo quod acquirit quidē nobis ars per as...

A fuefactionem operum artis. & ꝓpter hoc addiscimus res, quas facimus postquã
puniimus fecerimus eas: vt ędificantes erimus ędificatores, & citharizãtes eri-
mus citharistę: & quando facti fuerimus ędificatores & citharistę. ędificabimus
& citharizabimus, secundũ ꝙ oportet. & hęc est differentia inter actionẽ primã
& secundam. & similiter facientes res iustitię erimus iusti & facientes res castĩ
tatis erimus casti, & faciẽtes res fortitudinis erimus fortes. D. Et attestat̃ huius,
quod videmus contingere in ciuitatibus. videmus enim ꝙ positores legum per
hoc, ꝙ assuefaciunt ciues de actione boni, faciunt eos fieri bonos. & hęc ẽst vo
luntas & intentio omnis legislatoris: nisi ꝙ qui nõ decenter fecerit hoc, peccat.
& per hoc diuersificatur ciuilitas bona a ciuilitate mala, Dixit. Amplius virtus
omnis equidẽ fit bona aut mala ex rebus vnis eisdem, & per vnas easdem. &
similiter omnis ars. verbi gratia, bona in percutiẽdo citharam, & in alijs in hoc
non fiunt tales nisi ex parte percutiẽdi citharam. & similiter se habet in ędifica-
toria, & in cęteris artificijs. Etenim ex ędificatione bona bonus fit ędificator, ex
mala malus. nã si non sic esset, non indigerent doctore in aliquo. intendo ꝙ do
ctor docet discipulũ actionẽ bonam. q̃, cum fecerit discipulus, fit ab eo actio bo
na in illo artificio. & si nõ esset res taliter, essent oẽs aut perfecti in artibus, aut
imperfecti in eis: intẽdo ꝙ non inuenirẽtur in eis ambo modi simul. Cumq; sic
se habeat res in artibus, erit similiter in virtutibus. conuersationẽ. n. ad seinuicẽ
B facientes homines, quidã fiunt iusti, actiones iustitię facientes: alij autem iniusti,
actiones iniurię agentes. & hoc modo se habet res circa pericula. conuersantiũ
enim inter res timorosas, quidã fiunt fortes, alij vero timidi. & similiter exercita
tione in actionibus concupiscentię & irę, fiunt quidam casti, mansueti, & humi
les: & quidã incõtinentes, proterui, & iracundi: & fiunt equidem tales ex cõuer
satione sic vel sic in rebus huiusmodi. & vniuersaliter habitudines animales nõ
fiunt nobis nisi ex parte operationũ. Et ꝓpter hoc oportet vt curent operatio
nes nostrę modo debito: etenim secundũ diuersitatem operationũ est quod sequũ
tur ipsas ex diuersitate habitudinum. & propter hoc nõ differt modicũ vt assue
faciat hominem a pueritia sua ad operationes bonas aut malas, sed multum dif
fert, immo est tota differentia in habitudine hominis.

Quod virtus ab excessu & defectu corrumpatur, ad mediocres inclinans operationes. *Cap. II.*

C Voniam igitur pręsens tractatio non est speculationis
causa, quemadmodum aliæ (non enim fit, vt co-
gnoscamus quid sit virtus, sed vt boni efficiamur:
alioqui nulla eius esset vtilitas) necesse est, vt de
actionibus, quomodo agendę sint, consideremus:
quippe cum in eis sita vis sit, vt habitus quoque pręditi qualita-
te quadam reddantur, sicuti diximus. Agere igitur secũdum rectam
rationem commune est, & in præsentia ita sumatur: dicetur autem po
stea de ipsa, & quid sit recta ratio, & quomodo ad alias virtutes sese
habeat. Illudq; prius concessum apud nos constet, omnem de agen-
dis disputationẽ figura quadam, non autem exacte pertractari opor-
tere: quemadmodum in principio etiam docuimus, cum pro subie-
cta materia rationes esse postulandas, quæq; in actionibus versantur
vtiliaq; sunt, nullam habere stabilitatem, sicuti neq; salubria, dicere
mus. Cumq; vniuersalis ratio eiusmodi sit, minus exquisitam quoq;
particularem esse manifestum est: quippe cũ neq; sub arte, neq; sub

Pro subiecta materia ratiões esse postulandas.

præceptionem aliquam cadat: debeantq; illi qui agunt, subinde op- D
portunitatem obseruare : id quod in medicina & in gubernandi arte
cõspicitur. Verum licet talis pręsens hæc tractatio sit, enitendum est
tamen, vt ei succurramus. Primum igitur illud considerandum: res
huiuscemodi & a defectu & ab excessu corrumpi solere (opus enim
est vt in obscuris manifesta adducamus testimonia) sicut in viribus
& sanitate conspicimus. quæ enim nimium excedunt modum exer-
citationes, & quæ item deficiunt, vires corrumpunt: simili modo
potus & cibi nimis vel copiosi vel tenues sanitatem: moderata ve-
ro omnia & faciunt, & augent, & conseruant. Idem quoque in tem
perantia, & fortitudine, & aliis virtutibus fit. Qui enim omnia fu-
git & timet, neq; quicquam sustinet, ignauus: qui cõtra nihil omni
no timet, sed omnia adit audax efficitur. Ita etiam qui omni volup-
tate fruitur, a nullaq; abstinet, intẽperans: qui omnes fugit: quemad
modum agrestes, stupidus quidam est. nam & temperantia & fortitu
do excessu & defectu corrumpi, a mediocritate autem cõseruari cõ E
sueuit. At vero non solum generationes & incrementa & corru-
ptiones ex iisdem & ab eisdem efficiuntur: verum etiam operationes
in iisdem quoq; erunt. nam in aliis, quæ manifestiora sunt, res ita se
habet: vt in viribus. nam & illę tum ex multi cibi sumptione, tum
ex multis laboribus sustinendis comparantur: & vtraq; hæc præstare
maxime omnium robustus potest. Idem in virtutibus contingit: ex
eo enim quòd abstinemus a voluptatibus, efficimur temperantes:
& effecti temperantes maxime abstinere a voluptatibus possumus.
pari ratione in fortitudine, assuescendo formidanda contemnere,
& sustinere fortes efficimur: effecti vero, maxime sustinere ac pati
terribilia possumus.

DIxit. Cum itaq; non sit intentio nostra in hoc lib. intentio speculationis et
scientię tantum, quemadmodum in libris alijs, sed intentio operationis (per-
scrutatio.n. nostra in ipso non est vt sciamus quid est virtus tantum, sed vt
operemur ea & boni fiamus; aliter enim non esset nobis in scientia ipsius vtili-
tas) oportet necessario vt perscrutemur de actionibus qualiter est nobis operan-
dũ eas. nã quemadmodũ diximus secundum earum diuersitatem diuersificaban- F
tur animę dispões. D. Ponamus igitur radicẽ vlem eis communem, & est, quod
actiones faciendum est secundum rationem rectã: & dicemus in postremo quę
est illa discretio recta, & qualis est habitudo sua ad reliquas virtutes. Et pona
mus etiam quod totus sermo, qui dicitur in oibus istis, non dicitur nisi secundũ viã
descriptionis, non scdm viã vltimę perscrutationis, intendo quę cõprehendat
plurimũ rei, vt diximus a principio scriptionis: qm̃ certitudo sermonis in omni re
oportet vt sit scdm materiã ipsius. hęc aũt materia mutabilis est. & hoc quoniam
res effectiuæ virtutum & proficientes non habent aliquid firmum secundũ dis
positionem vnã, sicut ẽt est dispositio in rebus effectiuis sanitatis. etenim ex ip
sis non est aliquid firmitatẽ habens scdm dispositionẽ vnã. Cũq: sit res in vni-
uersalibus, quę sunt in hac scientia isto modo, qm̃ non tolerant certificatiuam
inquisitionem ꝓpter sui mutabilitatem, potius est sic in particularibus, s. quod non
est possibilis in eis certificatoria inquisitio, quoniam non est sunt comprehensa
neq; arctata sub arte: neq; sub pręcepto vno. & necessariũ est agẽti semp vt spe
culetur in expedienti ex ipsis in illa hora, in qua ipse est: sicut se habet in medi
cina, & in arte nautarũ, Veruntñ & si sit sermo ille, in cuius via sumus cert om

A hoc cursu: tamen oportet secundum dispõnem aliquam vt dicamus qualitet spe
culandum, & vnde incipiendum in speculatione. Dicimus ergo ꝙ primũ, quod
ponimus huic speculationi, est ~ de natura vnius, & eiusdem actus est vt cor-
rumpatur ex additione & diminutione. Et oportet vt significemus super hoc,
qd occultus ex hac intentione in aliqua rerũ, per hoc qd apparet ex eis in qui-
bus.laiu rarum, vt qd videmus in fortitudine & sanitate. etenim exercitia supre
fluentia & deficientia corrũpunt fortitudinẽ: & similiter cibus & potus supfluẽ
tes super id qd oportet: aut diminuti ab eo qd expedit, corrũpunt sanitatẽ: cõmẽ
surati aũt conseruant sanitatem & augmentat. Et similiter est in castitate, &
fortitudine, & cęteris virtutibus. Qui.n. fugit ab omni re & timet ipsam & nõ
tolerat aliquid, hic est timidus: qui autem non timet aliquid penitus nec terretur
ab ipso, hic audax est: medius autem in hęc fortis est. Similiter qui oẽm volupta
tem respuit, & qui omni voluptati expositus est, neuter horum habet castitatẽ.
Cum itaq; sic se habeat res, virtutes quidem corrumpuntur ex superfluitate &
indigentia, conseruat aũt eas mediocritas. Dixit. Et non diuersificantur quidem
dispositiones solum ex parte vsitationis rerum earũdẽ vsitatione diuersificata:
sed actiones, quę vsitantur in rebus unis usitatione vna, diuersificantur etiã ex
parte acceptionis dispositionũ prętes illas actiones, & hoc euidens est in rebus
illis, quę sunt magis manifestę apud nos quam res istę. verbi gratia uirtus cor-
poralis acquiritur ex acceptione multi cibi & tolerãtia multi laboris, & qñ fa
cti fuerimus vigoriosiores, erimus potentiores ad usitationem laboris multi &
cibi multi. Et talis est dispositio in virtutibus. etenim casti simus ex retrahẽdo
nos a voluptatibus. & quando facti fuerimus casti, erimus potentiores ad re
trahendum nos a voluptatibus Et isto modo se habet in fortitudine. nã quando
assueuerimus uilipendere terribilia timorosa, simus tollerantes ea: & quando fa
cti fuerimus tolleratores earum erimus potentiores ad eorum vilipensionem.

Virtutem moralem esse circa uoluptates, ac dolores, Cap. III.



Ignum autem habituum sit vel voluptas vel ęgritudo,
quæ facta subsequitur. Nam qui a corporis voluptati-
bus abstinet, si eo ipso gaudet, temperans: si dolet, intẽ
perans est existimandus. qui item substinet terribilia
& vel gaudet, vel certe non dolet, fortis, qui autem do-
let, ignauus est. moralis enim virtus circa voluptates doloresque ver
C satur: quippe cum ob voluptatem mala agamus: ob dolorem vero
ab honestis abstineamus. Quapropter, vt Plato inquit, ab adole
scentia, ita institutos esse oportet homines, vt iis gaudeant, & doleãt
quibus gaudere & dolere debent: hæc enim recta eruditio est. Præte
rea si virtutes circa actiones & affectus sunt, & omnem affectum,
omnemq; actionem sequitur vel voluptas vel dolor: icciro virtus cir
ca voluptates & dolores versatur. indicant id punitiones, quæ per
dolores adhibentur: sunt enim medicationes quædam: at medicatio-
nes per contraria fieri consueuerunt. Præterea, quemadmodum etiã
prius diximus, omnis animæ habitus ad ea & circa ea naturam suam
habet, a quibus deterior fieri & melior consueuit: at per volupta-
tes & ægritudines praui habitus fiunt, dum persequũtur atq; fugiũt
homines, aut quas non debent, aut quando non debent, aut quemad-
modum non debent, aut quod aliis modis a ratione talia præscribun

Omnẽ affectũ, omnẽq; actionẽ sequitur uoluptas uel dolor.

tur. Vnde etiam definientes virtutes nonnulli impatibilitates,
quietitatesq; esse quasdam eas asseruerunt: non tamen recte: quia ab-
te dicunt, neque addunt, vt oportet, & quando, & cætera que ad-
iunguntur. talis igitur virtus esse circa voluptates & dolores fac-
tas quædam ponitur, quæ optimas res agat: vitium autem contrari-
De iisdem autem etiam inde esse manifestum poterit: q cum t-
sint quæ in electionem, tria item quæ in repudiationem cadunt, ho-
nestum, vtile, & iucundum: & tria contraria, turpe, inutile, & mole-
stum: circa omnia hæc bonus vir recte agit, malus vero peccat.
præcipue circa voluptatem. nam & communis hæc est anima-
& omnia, quæ in optionem veniunt, consequitur: quippe cum tam
nestum, quam vtile iucundum ac voluptuosum videatur. Adde q
ab infantia ipsa voluptas in omnibus nobis inoleuit: vt difficile sit
affectum eiusmodi vitę nostræ pene incorporatum atque imbibitum
extergere. Quinetiam ad regulam voluptatis & doloris actiones di-
rigere alii magis, alii minus consueuimus: vt propterea præsentem
tractationem circa hæc versari necesse sit. non enim parum ad actio-
nes facit bene ne an male gaudeamus, aut doleamus. Præterea vo-
luptati repugnare difficilius est, quam irę, vt Heraclitus inquit: at cir-
ca id qđ difficilius est, semper & ars & virtus versatur: qđ enim bene
fit, melius in eo est. quare propter hoc etiā circa voluptates & do-
res totum negocium & moralis & ciuilis versabitur. qui enim bene
his vtetur, bonus: qui male, erit malus. Virtutem igitur circa vo-
luptatem & dolorem versari, ab iisdemq; a quibus fit, augeri & cor-
rumpi, cum scilicet non eodem modo existunt, necnon circa eadē
operari, ex quibus ortum habet satis dictum sit.

Circa difficilius, semper ars, & virt' versatur.

Dixit. Oportet autem vt ponamus signum existentię dispositionum vir-
lium in nobis hoc, qđ sequitur nos pręsens operationis de voluptate et
stitia. Etenim qui ex retractione a corporalibus lętatur, habitum ha-
a quo denominādus est castus; qui vero ex retractione ab his tristatur, incast-
Similiter qui tolerat pericula vehementia, & est gaudens cū his aut non tristis
fortis est: qui aūt suffert ea, & tristatur ex eis, ille timidus est. & quidē hoc fit:
quoniam virtus moralis equidē est vt placeant homini ea, quę oportet vt p-
ceant ei: & displiceant ei, quæ oportet vt displiceant. ideo q nos qui lem
mus mala delectationis causa & retrahimur a bonis, causa eius quod est in ip-
sis ex cōtristatione. Et propter hoc oportet, quemadmodum Plato dixit, vt
cedatur cum homine ex pueritia sua via ducente ipsum ad hoc, vt gaudeat in
his, in quibus est gaudendū, & tristetur in his, in quibus est tristandum.
enim æqualis est, & sana doctrina. Amplius virtutes quidem existunt in actio-
nibus & passionibus: omnem autem actionem & passionem sequitur delecta-
tio & contristatio: propter hoc oportet vt sit virtus circa delectationem & tri-
stitias, intēdo vt ipsę ambę delectationes & tristitiæ sint scdm q oportet.
his, quę super hoc significant, est q prohibitio accidentium malorum & ces-
tio ipsorum, fit quidem per istas ambas res: intendo per delectationem & tristi-
tiā, quā ponunt illi de ciuitatibus. refrenationes enim siue resistentiæ medicinę
quędam sunt. medicinę aūt natę sunt fieri per cōtrariū. Et sicut ante diximus
vnaqueq; ex dispositionibus animę existit in illis rebus, quę appropiantur il-
li dispōni, & circa res, a quibus illa dispositio innata est fieri peior & me-
verbi gratia, dispō animæ nominata iustitia aut iniustitia inuenitur quidem

rebus approprialis vt possessionibus & honoribus, & quando similatur istis, et
A circa res istas versatur. & homines quidem fiunt deteriores propter delectatio
nes & tristitias, secundum ꝙ requirunt ex ipsis qđ nõ oportet: & faciũt hoc in
hora, in qua non oportet, aut eo modo quo non oportet, & vilier pręter modũ
aliquem ex modis, quos determinat intellectus sanus circa delectationẽ & tri-
stitiam. Dixit. Et propter hoc definiuerunt virtutes esse mortẽ concupiscentiarũ
& quietem earum. noq fuit aũt recte dictum sic absolute, sed cum hac determi
natione secũdm ꝙ oportet, & in hora qua oportet, & cętera, quę excipiẽda sunt in
hoc. Dixit. Iam igitur posuimus ꝙ virtus existit in delectatione & tristitia: in-
tendo in hoc vt delectemur in quo oportet, & vt tristemur in quo oportet. et pa
tet, qm̃ ipsa operatiua est optimorũ; malitia econtrario Dixit. Et delectabunt
nos ista, quorum fecimus mentionem per hoc qđ dico, s. ꝙ res quas eligimus,
sunt tres, decorum siue decens, vtiles siue expediens, delectabile siue voluptas,
& harum contraria tria, indecens vel turpe. inutile vel dãnosum, contristãs vel
molestum, & bonus est ille, qui in omnibus his directus est: malus aũt, qui pec-
cans est in omnibus his & proprie in voluptate: intẽdo eum qui delectatur, nõ
vt oportet. & hoc, quoniam delectatio cõmunis est omnibus animalibus, & se-
quitur oĩa ea, quę habent eligentiam, i. eligibilia. etenim decens & vtile eligibi
lia sunt & delectabilia. Dixit. Et hoc quidem difficile est nobis. intendit acci-
B dens illud, quod est delectatio & consequens ipsius: ideo ꝙ existit in nobis na-
turaliter, & est natum nobiscum, & connutritum nobis ab infantia: & propter
hoc timus commensurantes actiones, consequens uę delectationis & tristitię. Et
quidam nostrum in hoc pręcellunt quosdam. & oportet necessario pp oĩa hæc
vt sit nostra intentio in hoc libro toto circa delectationẽ & tristitiam. intendo
vt delectemur in quo oportet, & tristemur in quo oportet. non enim modicũ dif
fert delectari aut tristari in quibus actionum oportet Et iã palam est etiam, ꝙ
virtus est in delectatione tristitia, eo ꝙ circa delectationem difficilior est quam
circa irã, quemadmodum dixit Heraclitus: & ars & virtus semper quidem sunt
in actione rei difficilis: propterea ꝙ in ea est bonum & optimum. secundũ hoc
ergo oportet vt sit intentio intendentis virtutes & ciuilitatem in hoc libro toto
circa delectationem & tristitiam. nam qui vsus fuerit istis secundũ ꝙ oportet,
erit bonus: qui vero aliter quã oportet, erit malus. Iam ergo manifestum est, ꝙ
virtus quidem existit in delectatione & tristitia: & ꝙ ex quibus fit & agetur,
ex his eisdem corrumpitur & minuitur vsitata eas diuersimode: & ꝙ agit, post
quam perficitur in rebus illis, de quibus generatur.

Que inter iusta agere & iuste agere differentia sit. Cap. IIII.

C

Vbitaret autem quispiam quo modo dicamus iustos iusta agendo, temperantia temperantes effici oportere. nam si agunt iam iusta & temperantia, iusti iam sunt, & temperantes: sicut si grammatica & musica, grammatici & musici iam sunt. An neque in artibus ita res se habet: quippe cum possit grammaticum quippiam aliquis facere, vel ex fortuna, vel alio suggerente. tunc tamen erit grammaticus, si & grammaticum aliquid, & grammatice faciet: hoc est ex grammatica arte, quæ in ipso est. Preterea neq; simile hoc est in artibus & virtutibus. quę enim ab artibus fiunt, id in se ipsis habent, ꝙ benæ effecta sint: satis siquidem illud est, vt quoquo modo efficiantur. quę vero secundum virtutes fiunt, non si aliquo modo ipsa se se habeant,

continuo iuste & temperanter aguntur: sed si etiam qui agit, aliquo
modo affectus agat: primum quidem, si sciens: deinde, si eligens: at- B
que eligens propter ipsa: tertio, si stabili atq; immutabili affectu prę-
ditus agat. Hæc vero ad alias artes consequendas connumerari non
solent, sed ipsa sola cognitio sufficit: ad virtutes autem cognitio pa-
rum, vel nihil valet: reliqua non parum, sed multum ac totum confe-
rũt: quippe quæ ex eo etiam cõparentur, q sæpe iusta & temperan-
tia aguntur. Res igitur iustæ & temperantes dicuntur, cum fuerint
tales, quales vir iustus vel temperans ageret. iustus vero vir & tem-
perans est, non qui hæc agit: sed qui etiam ita agit, vt iusti & tempe-
rantes solent. recte igitur ex eo q iusta agit, iustus: & ex eo quod
temperantia, temperatus fieri dicitur. non agendo autem hæc ne
futurum quidem esser, vt bonus quispiam euaderet. Plerique tamen
cum hæc non agant, ad disputationem confugiunt, putantque ita
philosophari, ac probos futuros: qui sane perinde faciunt, atq; æ-
tantes: qui cum medicos diligenter audiant, nihil tamen eorum,
quæ ab ipsis mandantur, efficiunt. sicut igitur neque illi corpore vn- E
quam bene valebunt, dum ita curantur: sic neque isti animo, dum ita
philosophantur, bene habebunt.

DIxit. Et fortassis hęsitabit quis, & dicet, vnde oportet vt agat homo actio-
nes iustitię, donec fiat iustus: quia iustitia & castitas non generãtur nisi ab
actibus iustitię & castitatis: & actus iustitię & castitatis nõ inueniuntur ni-
si a iustitia & castitate. Nos igitur dicimus, quoniam omnis, qui iusta agit, iu-
stus est, & qui casta castus est sicut quicunq; scripturalia agit scriptor est, & qui
actiones cantoris agit, cantor est. Hęc autem hęsitatio soluitur per hoc quod di-
co, & est q res in artibus non sic se habent, nedum in his quę fiunt a virtutibus.
Intendo q non quilibet, qui agit actionem alicuius artis, est de artificibus il-
lius artis. possibile enim est vt aliquis, qui non est scriptor, scribat literam ali-
quam casu, aut aliquam, quam alius prędescripsit ei. & hoc modo addiscitur ars
scribendi: & fit quidam homo scriptor, non qui fecerit quodlibet scripturalium
qualitercunq;: sed quando fecerit secundum q scriptor faceret. intendo q fa-
ciat secundum habitum scripturalem, qui fit in ipso. Amplius artes & virtutes
in hac intentione non se habent vno modo. & hoc, quoniam bonitas rerum pro-
cidentium ab arte existit quidem a seipsis. & propter hoc sufficit artifici ad bo-
nitatem artificij sui, si res quam efficit, fuerit ipsa bona. Rebus autem fientibus F
secundum viam virtutum non sufficit vt in se sint bonę tantum: sed & vt facien-
tes sint habentes se aliqualiter. verbi gratia, vt iusta & casta facientes aliqua-
liter se habeant. primo vt sciant res, quas facient, secundo vt sint electores earũ
per se, s. propter actiones ipsas. tertio vt sint firmę habentes se non mutabiliter,
s. vt perpetuent actiones. Istarum autem conditionum nihil opponitur in artifi-
cijs, pręterquam vt sit artifex sciens eius, quod facit. Conditiones autem, in quas
communicant artes virtutibus, s. scientię eius quod agitur, non est necessitas in
virtutibus, vt in artibus. aut enim modicum indigetur ea in virtutibus, & minus
quam in artibus, aut non indigetur ea. Aliarum aũt duarum conditionum vtili-
tas non est modica: immo in eis est tota vtilitas & istæ duę conditiones acqui-
runtur quidem in virtutibus ex frequenter agere actiones, de quibus dicitur q
sunt actiones virtutũ. verbi gratia, electio actionum iustitię propter seipsas, &
constantia in ipsis acquiritur quidẽ ex frequenti reiteratione actionũ: de quibus
dicitur q sunt actiones iustitię. & similiter acquiruntur quidem hę duę conditio-
nes in castitate per reiterationem actionũ: de quibus dicitur q sunt ex actioni-
bus castitatis. actiones aũt iustitię & castitatis sunt actiones, quę fiunt secundum

exemplō actionum iusti & actionū casti. & iustus & castus non sunt, qui faciunt actiones iustitię & actiones castitatis scd̃m modū, secundū quem faciant ea non iustus & non castus, Siquidē igitur ex faciendo actiones iustitię, fit homo iustus, & ex faciendo actiones castitatis castus: non erit aliquis hominū iustus, absq; eo ꝙ faciat actiones iustitię, neq; castus absq; eo ꝙ faciat actiones castitatis. Dixit. veruntamen illi, qui sunt de numero pluriū, non faciunt has actiones, sed nituntur ad sciendū eas, & ęstimant, per hoc ꝙ ipsi philosophando erunt per scientiam virtutis virtuosi. & hoc factum ipsorū simile est facto in firmorū, qui audiunt quod pręcipiunt eis medici cum diligentia & studiose, & nihil tamen faciūt pręceptorum. & sicut illorum corpora non sanantur per huiusmodi regimen: sic nec illorum animę per hanc philosophandi modum rectificantur.

De affectu, facultate, habitu. & habitum esse genus virtutis. Cap. V.



Ost hæc autem quid sit ipsa virtus, considerandum est. Quoniam igitur tria sunt, quæ in anima efficiuntur, affectus, facultates, habitus; aliquid ex iis esse virtutem
B necesse est. Affectus autem voco cupiditatem, iram, *excandescentiam, timorem, fiduciam, inuidiam gaudium, amicitiam odium, desyderium, æmulationem, misericordiam eadenique omnia quæ voluptas vel dolor consequitur. Facultates vero seu potentias eas, quibus idonei esse dicimur, vt his omnibus afficiamur: idest quibus vel irasci, vel dolere, vel misereri possumus. Sed habitus eos appello, quibus vel bene vel male ad affectus nos habemus: vt ad irascendum, si vehementer aut remisse, male, si medio criter bene. simili modo ad reliqua. Affectus igitur, neq; ipsę virtutes, neq; ipsa vitia sunt. Nam neq; ex illis boni vel mali dicimur, sed ex virtutibus aut vitiis. neque ex illis laudari, aut vituperari consueuimus. non enim qui timet aut irascitur, laudatur, neq; qui irascitur absolute, vituperatur, sed qui quodāmodo ita afficitur: sed ex virtutibus & vitiis & laudamur & vituperamur. Pręterea irascimur & time
C mus sine electione: virtutes vero sunt electiones quædam, aut non si ne electione existunt. Ad hæc, ex affectibus moueri dicimur, ex virtutibus vero & vitiis non moueri, sed quodam modo disponi. Propterea neq; facultates & potentiæ sunt: quippe cum neque boni neq; mali ob id dicamur, quòd absolute *agere posimus; neque laudemur aut vituperemur. Adde quòd facultate præditi & potētes natura sumus: boni aut mali, sicut superius diximus, natura minime efficimur. Si ergo virtutes neque affectus sunt neque facultates: habitus necessario sunt. Quid igitur sit virtus genere, ita dictum est.

* Mul. cod. nō habēt excandescētiā.

* a. l. affici.

Post hęc autem inquirendum & speculandum quid est virtus. Dicimus itaq; ꝙ, cum res, quę inueniūtur in anima, sint tres, s. accidētia animæ, potētię et dispositiones: qd̃ istorum erit uirtus. Et intendo per accidentia, concupiscentiam, iram, timorem, audaciam, inuidiam, gaudiū, amorē, odium, desyderium, zelum, misericordiam; & uniuersaliter omne. quod sequitur delectatio aut tristitia. Et intēdo per potentias res, ex parte quarum denominatur ab his accidētibus.

intendo res, per quas possumus irasci, & tristari, & misereri. Et dico per dispositiones habitudines, per quas sumus ad ista accidētia habentes nos male aut bene. verbi gratia, quoniam nos, quando irascimur ira vehementi, i. magis quam oportet, aut ira remissa, i. minus quam oportet, erit habitudo nostra penes hanc dispositionem peruersa. qn̄ vero mediocriter, erit habitudo nostra in hoc directa, & sic se habet res in cęteris actionibus. Non erūt igitur virtutes, neq; vitia accidētia, vel passiones: nā penes ea neq; virtuosi neq; vitiosi dicimur: sed penes virtutes dicimur tales. Adhuc nō laudamur neq; vituperamur penes accidentia. nō. n. qui irascitur laudatur pp irā neq; vituperatur: & silr̄ habet se circa timorē: sed vituperatur quidem, qn̄ irascitur ira, qua non oportet: laudatur aūt qn̄ irascitur, quemadmodum oportet. cū igitur penes virtutes laus cadat & vituperium, penes accidentia autem non, manifestum est ꝙ accidentia nō sunt virtutes. Amplius irascimur & timemus inuoluntarie: virtutes autem & malitię aut voluntates sunt aut non prętet voluntatem. & cum hoc dicitur etiam de nobis ꝙ sumus patientes per accidentia: per virtutes autem & vitia non dicimur moueri, sed disponi aliqualiter. Et propter hoc apparet ꝙ etiā virtutes nō sunt potentię. non enim dicimur boni neq; mali, eo ꝙ habemus potentiam recipientem accidentia, neq; laudamur neq; vituperamur ex hac parte. Amplius potentes sumus natura, fieri boni vel mali, boni aūt vel mali non sumus natura, sicut iam ante diximus. Si ergo virtutes non sunt accidentia neq; potentiæ, remanet vt sint habitus. Iam ergo manifestum est quid sit virtus secundum genus. B

De duplici mediocritate, & virtutis substantia. Cap. VI.



Portet autem vt non solum ita dicamus, habitum esse virtutem: sed qualis nam habitus ea sit, quoque explicemus. Dicendum est igitur omnem virtutem, & ipsum id cuius est virtus, bene affectum reddere, & opus eius bene efficere. exempli gratia, oculi virtus & oculum ipsum, & opus ipsius bonum facit: quippe cum oculi virtute fiat, vt bene inspiciamus. simili modo equi virtus & equum ipsum probum efficit, & ad cursum, gestandumq; sessorem, ac sustinendos hostes idoneum. Quod si in omnibus ita se habet res, virtus quoque hominis nihil aliud erit quā habitus, ex quo & bonus homo ipse efficietur, & bene opus suum reddet. quo modo autem id fiet, & antea diximus, & nunc etiam esse manifestum poterit: si qualis nam sit natura ipsius virtutis contemplemur. In omni igitur re continua ac diuisibili aliud plus, aliud minus, aliud ęquale accipere possumus: atq; hæc vel quantum ad ipsam rem attinet, vel quantum ad nos. ęquale autem inter excessum & defectum medium quoddam est. Ac rei quidem medium id dico, quod ab vtroque extremo æque distat: estq;

Mediū q̄d. vnum & idem omnibus. quantum vero ad nos, quod neque modū excedit, neque deficit: idque non vnum & idem apud omnes est. verbi causa, si decem plura sunt, & duo pauca: sex media accipiunt quātum ad rem: quippe quæ ex æquo & superent, superentur. id quod scd̄m arithmeticam rationem mediū est. Quantum ad nos vero non ita est accipiendum. non enim si alicui decem minas comedere multum est, duas parū: sex ei Alipta comedēdas præcipiet. nam fortasse

A id quoque ei qui sumpturus sit, erit vel nimium vel parum: Miloni quidem parum: nimium autem ei qui exercitationem incipiat. Idem in cursu & lucta considerandum est. Ita igitur vnusquisq; scientiæ alicuius particeps excessum & defectum fugiens, medium quærit, atque eligit: ac medium quidem non rei, sed quod quantum ad nos medium est. Quòd si omnis scientia ad medium spectans, atq; ad ipsum sua opera dirigens ita opus bene absoluit: vt de bene absolutis operibus illud dici consueuerit, vt neq; demi neque addi quicquam posse fateamur: quasi excessus & defectus quod bene est, corrumpat: mediocritas conseruet. Si boni igitur artifices, vt nunc dicebamus, ad hoc spectantes operantur: virtus vero omni arte exactior est et melior, quemadmodum etiam natura: efficitur proculdubio vt ea medii coniectrix ac collimatrix sit. De morali loquor. hęc enim circa affectus et actiones versatur: in quibus excessus et defectus et medium est. vt & timeat, & confidat aliquis, cupiat & abhorreat, irascatur & misereatur, ac demum letetur & doleat magis & minus: atque
B vtraque hęc non bene. nam quādo oportet, & ob quæ, & erga quos, & cuius causa, & vt oportet, hæc facere, medium est atq; optimum: id quod est ipsius virtutis. Simili modo circa actiones est excessus & defectus & medium. at virtus circa affectus actionesq; versatur: in quibus excessus peccat, defectus vituperatur, medium vero & laudem & rectam exequutionem consequitur. Hæc autem vtraque ad virtutem pertinent. mediocritas igitur quædam virtus erit, cum medii ipsius coniectrix, collimatrixq; sit. Præterea peccare multis modis possumus: malum enim est infiniti, vt Pythagorici coniectabant, bonum autem finiti: recte agere vno vero modo tantum licet. atque iccirco illud facile, hoc difficile est facile siquidē est a scopo aberrare, sicut ipsum attingere difficile. ob id igitur excessus et defectus vitii est, virtutis mediocritas. nam,

Simpliciter bonus est, sed malus omnimode.

C Virtus igitur est habitus electiuus in mediocritate quantum ad nos consistens: quæ quidem mediocritas ratione præfinita sit: atque ita, vt prudens præfiniret: mediocritas autem duorum vitiorum, alterius per excessum, alterius per defectum: atq; eo etiam q vitia alia deficiunt ab eo quod fieri debet, alia exuperant & in affectibus & in actionibus: virtus vero medium & inuenit, & elegit. Quapropter substantia quidem & ratione quæ quid sit res exponit, mediocritas: quantū ad optimū autem spectat, & quod bene se habet: extremitas virtus est. Neque tamen omnis actio, omnisque affectus mediocritatem admittit. non nulli enim sunt affectus, qui statim vel ipso nomine cum prauitate implicantur: vt maleuolentia, impudentia, & inuidia. & item actiones, vt adulterium, furtum, homicidium. omnia enim hæc & huiuscemodi ita appellantur, quia non excessus ipsi aut defectus, sed ipsa mala sunt: vt nullo modo posſit quispiā

Virtutis definitio.

in ipsis recte agere, sed peccare semper necesse sit: neq; bene, aut nō bene se gerat, dum quatenus & quando, & quomodo oportet, adu[illegible]e rium committit: sed dum absolute vnumquodque horum facit, c[illegible]n tinuo peccet. Perinde igitur est, ac si quis iniuste, ignaue, intemperan terque agendo ponendam esse mediocritatem, excessumque & defe- ctum censeat: nam hoc modo exuperationis et defectionis medio- critas, exuperationis item exuperatio, & defectionis defectio inue- niretur. Quemadmodum autem temperantiæ & fortitudinis null[illegible] est excessus aut defectus, propterea ꝙ medium ipsum extremum et [illegible] quodam modo est: ita neque illorum mediocritas vlla, aut excessus aut defectus esse potest: sed vtcunque agantur, peccatum est. omni- no enim neque exuperationis aut defectionis mediocritas, neque mediocritatis exuperatio aut defectio vlla est.

Cognitio rei in suo genere nō est sufficiens.

NOn oportet autem vt hoc contenti simus, s. quoniam virtus est habitus tan tum: sed determinemus qualis habitus sit, cum non sufficiat cognitio rei in genere suo. Dicimus ergo ꝙ oīs habitus ponit rem. cuius est virtus, bon[illegible] & actum eius bonū. verbi gratia oculi virtus oculū reddit bonū & actū eius [illegible] num eo ꝙ virtute oculi videmus visione bona, & est oculus ea bonus. & simili ter virtus equi ipsum reddit bonum ferocem, flexibilem equitanti, tolerantē im pugnantes. Cumq; hoc sit cōmune omni virtuti, tunc virtus hominis est habi tus, per quē homo fit bonus, & ponit actum eius bonū. & iam determinauimus viam ad hoc qualiter fiat. vult scdm ꝙ ęstimo vt vtetur delectatio, secundū ꝙ oportet, & tristitia secundum ꝙ oportet. Dixit. Et declarabitur etiam nobis, si considerauimus in natura virtutis, quæ natura est. Dicimus ergo, ꝙ in omni continuo & discreto possibile est nobis accipere rem aliquam maiorem, & ali quam minorem & aliquam ęqualem: & hoc vel in re ipsa, vel in relatione ad nos. & ęquale est medium inter superabundantiam & diminutionem. Et inten do per medium secundum se hoc, quod distat ab vtroque extremorum æquadi stantia. & hoc medium est vnum & idem in omni. medium autem in relatione quo ad nos, nō est vnum & idem in omni re. verbi gratia mediū scdm se, sex ter duo & decē: superāt. n. duo in quatuor & superant a decem in quatuor. hoc ergo medium semper est res vna in se, neq; additū neq; diminutum. medium au tem quo ad nos non oportet accipi isto modo, intendo ꝙ sit res vna nec additio nem nec diminutionem accipiens. non enim quando accipere aliquem hominē decem minas multum est, & accipere duas minas parum, oportet vt commensu ratum homini, ad quem innuit doctor exercitij sit accipere sex minas. forte e[illegible] nim ꝙ hęc quātitas parū aut multū erit accipienti. verbi gratia exercitatio mod[illegible] cum incipienti aut exercita multum. & sic se habet in cursu & in lucta, intendo ꝙ medium in quantitate cibationis vniuscuiusq; istorum alterum est a quantita te cibationis alterius. Dixit. Et secundum hunc modum fugit omnis artifex in arte sua superfluitatem, & indigentiam: inquirit autem mediū & eligit ips[illegible]. & intendo medium quo ad nos, non mediū rei. Et q̄a omnis res in bonitate ope rationis suę intendit mediū, & ad ipsum dirigit operationes suas: & ideo cōsueue runt homines dicere de operibus bonis ꝙ ipsa sunt, in quibus non est possi[illegible] addirio neq; diminutio: eo ꝙ secūdum ipsos additio & diminutio corrūp[illegible] bo nitatem, medium vero conseruat ipsam. Cum itaq; periti artifices, vt diximus, operentur animaduertentes, & intendentes medium: virtus aūt omni arte me- lior sit & certior, quemadmodum & natura, intendo ꝙ ipsa est melior arte: de necessitate erit virtus intendens intentioni medij. intēdo virtutē moralē. [illegible]ūq; sit virtus equidem fiens circa passiones & actiones, necessariū est in ipsdem esse additionem, & diminutionem, & medium. Verbi gratia, quando nos fuerimus timentes, aut audentes, aut cōcupiscentes, aut irascentes, aut miserentes, & vni

versaliter

A uerfaliter delectantes, aut triftantes magis ꝙ oportet aut minus, nõ erimus circa medium. quod autem oportet, & quando oportet, & in quibus oportet, eft medium virtuofum. & hęc eft intentio virtutis. Et fcdm hanc fimilitudinẽ inuenitur in actionibus additio, & diminutio, & mediũ. & virtus etiam inuenitur in pafsionibus quidem & actionibus. & in pafsionibus inuenitur additio & diminutio & medium & additio & diminutio vituperabilia funt, & medium laudabile & virtus laudabilis. Virtus igitur mediocritas quædam eft, cum intendat medium. Adhuc errare quidem contingit multis modis. error autem malum. malum intendit ad partem infinitatis; quemadmodum ipfum determinauerunt Pythagorici: bonum autem eft ex parte finitatis. intendo ꝙ mala multa funt: bonũ autem vnum eo ꝙ rectum: rectum autem vnum. & propter hoc fit malum: cito & faciliter: bonum autem tarde & difficiliter. facilimum enim eft vt erret hõ a propofito figno, & difficilimum vt inueniat ipfum, & propter hoc erit additio & diminutio ex parte malitię: mediocritas aũt bonitas & virtus. intendo eo ꝙ additio & diminutio errores funt ex parte infiniti, mediocritas aũt recta eft & vna. & ppea boni fiunt fecundum modum vnũ boni, mali aũt fiunt mali multis modis. Et cum fic fit erit virtus habitus. vel electiuus: vel voluntarius in mediocritate exiftens, quę eft mediocritas quo ad nos. determinata per rationẽ in relatione ad virtuofos ex hominibus & eft mediocritas inter duo vitia: quorũ vnum eft ex parte additionis, & alterum ex parte diminutionis, i. quędã vitiorũ funt vitia ex parte diminutionis, fiue ab eo, quod oportet in pafsionibus &
B actionibus: & alia ex parte additionis fiue fupra his, quod oportet in ipfis. D. Virtus aũt medium inuenit, & facit ipfum. Erit igitur propter hoc virtus fcdm fubftantiam fuam & rationẽ fignificantẽ fuper quiditatẽ fuam medietas: fcdm autem ꝙ nobile & optimum extremitas & finis, cũ dicuntur fines meliores medij. D. Non recipit aũt neceffario omnis actio & omnis pafsio vel omne accidens medietatem. & hoc quoniam quędã accidentium mala vel malum per naturam fuam fecundum additionem & diminutionem, vt deftructio, & inuerecundia, & inuidia: & quædam actionum, vt homicidium, furtum, adulterium. hęc. n. funt in feipfis malum in omni hora, & omnis res ex ipfis eft mala. Et fimiliter non eft in extremitatibus vituperabilibus medietas, neq; additio, neq; diminutio, vt iniuftitia & timiditate & incontinentia, vel fi non, erit additionis & diminutionis medietas, & additionis additio, & diminutio. & ficut caftitatis et fortitudinis non eft fuperfluitas neq; indigentia, eo ꝙ fint medietates, medietas autem eft extremitas & finis modo aliquo: intendit modo illo quo eft indiuifibilis fecundum magis & minus, fic fe habet in extremitatibus.

Propter ꝙd malũ cito fit & faciliter: bonũ autem tarde & difficulter.

Virtutis definitio.

Mediocritatum inter duo extrema difpofitio.
Cap. VII.

C

AT vero non oportet folum vniuerfaliter hæc dicere, fed particularibus etiam accommodare. quæ enim de actionibus fiunt difputationes, fi vniuerfaliter tractantur, cõmuniores: fi particulariter, veriores funt. circa particularia enim actiones verfantur, quibus confentanea effe debent quæ dicuntur. Sumenda igitur hæc ex defcriptione funt. Circa timores quidẽ & fiducias mediocritas fortitudo eft. eorum vero qui excedunt, ille qui intrepiditate excedit, vacat nomine: multa enim funt, quæ nomen non habent: qui confidendo exuperat, audax eft. at qui & in timendo exuperat, & in confidendo deficit, is eft ignauus. Circa voluptates vero & ægritudines nõ omnes, fed corporales, atque eas maxime quę in tactu exiftunt,

circa ęgritudines autem minus, mediocritas temperantia est excessus intemperancia. at quia non admodum inueniri consueuerunt, qui in voluptatibus deficiant, iccirco neque nomen aliquod huiuscemodi homines adepti sunt: sed stupidi appellentur. Circa dationẽ acceptionemq; pecuniarum mediocritas est liberalitas: excessus & defectus, prodigalitas & illiberalitas seu auaritia: in quibus contrario modo excedũt & deficiunt homines. prodigus enim in largiendo excedit, in accipiendo deficit: auarus contra excedit in accipiendo, in dando deficit. Ac de his quidem nunc figura quadam ac summatim dicimus, hac ipsa breuitate contenti: postea accuratius de iisdem pertractabimus ac definiemus. Iam circa pecunias aliæ quoq; sunt dispositiones, e quibus mediocritas magnificentia est. nam magnificus a liberali eo differt, ꝙ ille circa parua, hic circa magna versatur. excessus est decori imperitia, seu indecorum, & ineptitudo operaria: defectus paruificienda: que vitia differunt etiam ipsa ab iis, quæ circa liberalitatem sunt. quo modo vero differant, posterius dicetur. At vero circa honorem & ignominiam mediocritas est magnanimitas, excessus inflatio quæ dicitur: defectus pusillanimitas. Sicut aũt magnificentiæ liberalitatem correspondete diximus, vt in eo ab illa differret, ꝙ circa parua versatur: ita magnanimitati, quæ in magno honore versatur, alia quædam virtus correspondet, cuius circa parua [illegible]cium est. fit enim, vt sicut oportet, honor appetatur: & magis [illegible] vel minus quam oportet. vnde qui in appetitione hac excedit, ambitiosus: qui deficit, in ambitiosus dicitur: medius nomine vacat. dispositiones quoq; ipsæ innominatæ sunt: ambitiosi tantum, ex[illegible]pta, quæ ambitiositas dicitur. hincq; euenit, vt extremi de media sed[illegible] decertent. & nos quoq; medium interdum ambitiosum, interdum inãbitiosum vocitamus: & modo ambitiosum, modo in ãbitios[illegible]m laudamus. Qua de causa vero id fiat, in sequentibus dicetur. nunc autem de reliquis eo modo quo cœpimus, pertractandum est. Circa iram igitur excessus, & defectus, & mediocritas quoque est. sed, [illegible] nominibus fere careant, medium mansuetum, mediocritatem mansuetudinem vocabimus. ex extremis vero ille qui excedit, iracũ[illegible]sit, & vitium iracundia: qui deficit, iræ vacuus: & defectus iræ [illegible]tas appelletur. Sunt aũt etiã aliæ tres mediocritates, quæ simi[illegible]nem quãdam inter se habent, sed tamen differunt: cum enim c[illegible]a sermónum, actionumq; communionem oẽs versentur, in eo sunt [illegible]si niles, ꝙ vna circa verum, quod in ipsis est, aliæ circa iucundum negociũ suũ habent: quod quidem iucundum duplex, alterum in [illegible], alterum in omnibus vitæ commerciis consistit. Dicendum ig[illegible]e his quoque est, vt magis in omnibus mediocritatẽ esse lauda[illegible]m perspiciamus, extrema vero neque recta, neque laudabilia, sed vi[illegible]e ratione digna haberi. ex his vero pleraq; nomine etiam ipsa v[illegible]. sed tentandum tamen sicut in cæteris, nomina quoque his [illegible]:

A quo & dilucidior fiat, & facilius intelligi oratio possit. Circa verum igitur qui mediocris est, verax: mediocritas ipsa veritas seu veracitas nuncupetur. fictio vero, si in maius quid, quam re vera sit, tendit, arrogantia, & qui eam habet arrogans: sin in minus, dissimulatio; quiq; ea est præditus, dissimulator appelletur. Circa iucũdum vero, si est in ioco mediocris, facetus, & dispositio ipsa facetudo est: excessus scurrilitas, & qui ea est prẹditus, scurra: quia autem deficit, rusticus quidam, & rusticitas ipsi habitus dicitur. si est in cæteris vitæ cõmercíis, qui sicut debet iucundus est, amicus, & mediocritas amicitia: qui excedit, si nullius rei causa, obsequiosus: si ob vtilitatem aliquam suam id facit, adulator: at qui deficit. in omnibusq; iniucunde se gerit, litigiosus quidam & morosus appellatur. Sũt quoque in affectibus, & in iis quæ circa affectus sunt, mediocritates quædam. verecundia. n. virtus quidem non est, sed laudatur tamen: simili modo verecũdus. nam & in his alius mediocris dicitur alius excedens, alius deficiens.

B atq; excedens quidem quasi pauidus qui in oĩbus verecundatur: deficiens qui nihil omnino veretur, impudens: mediocris verecundus appellatur. Indignatio quoq; inuidiæ mediocritas est & maleuolentiæ: qui quidem habitus circa illam ægritudinem & voluptatẽ versantur, quæ suscipitur ex iis quæ aliis contingunt. indignabundus. n. dolore afficitur, cum aliquos prospera fortuna indigne vti videt. inuidus vero hunc excedens ex omnibus dolorem percipit. at maleuolus tantum a dolendo deficit, vt etiam gaudeat. Ac de his quidem a[li]us erit differendi locus. De iustitia quoque quia non simpliciter di[ci]tur, postea distinguemus. ac de vtraque quo modo mediocritates sint, explicabimus. de virtutibus item rationalibus simili modo.

D lxii. Non oportet vt contenti simus in re virtutis hac definitione vniuersali aggregatiua; sed oportet vt adaptemus eã ad omnes res particulares, i. ad omnes virtutes. dictiones enim vniuersales aggregatiuę. non sunt in fine certitudinis: particulares aũt sunt magis appropinquantes ad verũ, s. in hac materia: ideo ꝙ actiones non sunt nisi circa particularia. Oportet igitur vt hęc

C descriptio adaptetur vnicuiq; ex ipsis scdm viam exempli donec determinetur vnumquodq; ex eis per hoc quod appropriatur ei. Dicimus ergo ꝙ fortitudo est medietas inter timorem & audaciã, superabuadantia aũt in priuatione timoris non habet locum in lingua grẹca. superabundantia aũt in audacia dicitur procacitas & superabundans in timore. deficiens vero in audacia dicitur timidus. D. Medietas aũt nõ inuenitur in oĩbus delectationibus. & sunt delectationes exeuntes a natura; & intentio eius in tristitia minus est quã in delectatione. medietas vero, quę inuenit' in ipsis, est illa quę nominatur castitas superfluitas aũt in eis est, quę nominatur incõtinentia. diminutio aũt circa delectationem fere non inuenitur. i. rara est vel pauca inuentio eius. & per hoc non est ei positũ nomen in nostra lingua nominemus ergo ipsam insensibilitatem. D. Medietas aũt quę in eo, quod est inter dationẽ et acceptionem largitas. additio aũt in eis & defectio est prodigalitas & auaritia. & morigerati his moribus cõtrariãtur adinuicem in eo, in quo potest additio & diminutio. ꝓdigus ergo superabundat in datione, & deficit acceptione: & auarus supabundat in acceptione, et deficit in datione. D Sufficiat aũt hęc quantitas sermonis in his rebus, cum sumus quidẽ rememorãtes eas summatim, & scdm viam descriptionis, i. vlis, sic se habens in pluribus: post vero distĩguemus eas, et definiemus certitudinaliter

Dixit. Et inueniuntur dispositiones aliç in datione & acceptione. & medius i
ipsis est qui nominatur magnificus: & est ille, qui expēdit excellenter in gran
dibus, in quibus decens fuerit hęc expēsa. excessus aūt dicitur grçce quidē, a
rocalia & banausia: arabice vero albadacn. & deficientia nominatur micrope
pia: & arabice medeletum. & extremitates magnificentię diuersificantur ab ex
tremitatibus largitatis: & similiter magnificentia diuersificatur a largitate. rē
aūt in qua diuersificantur, posterius dicemus. D. Medius aūt circa appetitum ho
noris & priuationem ipsius est ille, qui nominatur magnanimus: superabundā
tia aūt in hoc est ambitiositas, & deficientia pusillanimitas. Quemadmodū autē
diximus ꝙ largitati est proportio ad magnificentiam, cum sint differentes re
modica, s. quia magnificentia est mediocritas in distributione circa eximia. &
largitas est mediocritas distribuendi circa exilia: sic dicimus ꝙ inuenitur circa
honorem dispositio quędam, proportio cuius ad magnanimitatē est sicut propor
tio largitatis ad magnificentiā: cū hęc dispositio nominetur honor in rebus par
uis, magnanimitas vero in magnis. & hoc qm̄ posse est vt desyderemus honorē
vt oportet, & amplius quam oportet, & minus quā oportet: sicut inuenitur hoc
circa pecunias. Superabundās ergo in appetu eius dicitur amator honoris, et de
ficiēs dicitur nō amator honoris: medius aūt mediū non habet, & extrema no-
mē nō habent, preterquā amator honoris. D. Et propter hoc forsitan laudamus
eū qui nō amat honorē: & fortasse nominamus mediū amatorē honoris: & for
tasse nominamus eū non amatorem honoris. Et dicemus post causam, quare fa B
cimus hoc, nunc autem enunciabimus per descriptiones dispositiones residuas
secundum modum, quem proposuimus. Dicimus ergo, ꝙ inuenitur in illa, supe
rabundantia, & diminutio, & medium: & extrema ferre innominata sunt. me-
diocrem autem mansuetū dicimus, & mediocritatē mansuetudinem, superabun
dantem nunc iracundum, & malitiam iracundiam, & deficientem initiasci illē.
Dixit. Et sunt hęc ex dispositionibus animę tres medietates: inter quas est cō-
municatio & similitudo, & sunt cum hoc diuersificatę. & hoc, quoniam commu
nicant ꝙ inueniuntur circa sermones & actiones: & diuersificantur in hoc, ꝙ quę
dam inueniuntur circa verum, & quędā circa delectationē, i. per eas intenditur de
lectatio, earum autem, quę sunt circa delectationem, quędam sunt circa ludicra
quædam vero circa omne, in quo deducitur vita hominum. D. Oportet igitur vt
determinemus has dispositiones, quatenus palam fiat nobis ꝙ mediocritas in
omnibus his laudabilis & directa est: extremitates aūt neq; directę, neq; lauda
biles, sed vituperabiles. D. plures aūt harū dispōnum non habēt nomina. vnde
oportet vt ponamus eis nomina, sicut fecimus in alijs: vt fiant per hoc nobis fa
ciliores & manifestiores. Dicimus ergo ꝙ circa vsum verum is medius nomi-
netur verax, & nominetur medietas veracitas. circa simulationē vero veritatis
superabundās nominetur supbus: & dispōtio nominetur supbia. deficiens aūt no
minetur iron, & dispōtio nominetur ironia. Quod aūt fuerit ex ijs circa delecta F
tionem dico per qd intenditur delectatio in ludicris, medius in hoc dicitur arabi
ce addarifu grçce aūt eutrapelos: & potest latine apte dici iocans, & dispōtio
grçce eutrapelia, arabice addarafu. Superfluitas aūt grçce bomolochia, arabi-
ce vero almiraram. & secundum hanc dispōtionem grçce bomolcos, arabice au
tem almegitai: & deficientia grçce dicitur agricia, & arabice alsedemetu & ha-
bens eam grçce agricos, arabice autem alsedimi. Modus aūt secundus delectatio
nis illę, s. per quem intenditur delectabile, qd est in deductione vitę hominū, s.
in conuersatione viuendi est circa amicitias, & medius in his dicitur amicus,
medietas amicitia. qui aūt superabūdat, ita ꝙ nullius gratia, placidus: qui aūt pp
aliquam vtilitatem sui dicitur adulator: & qui deficit in omnibusq; indelecta-
bilis est, hic dyscolos dicitur. D. Et media quoq; inueniūtur, in passionibus, quę
virtutes nonsunt. vt verecundia, quę nō est virtus veruntū laudabilis existit. et
similiter verecundus medius est. superabundans aūt, s. qui verecundatur de qua
libet re, cataplix dicitur. qui autem deficit & penitus nō verecundatur, inuere
cundus vel anæschyntos dicitur, vel est. D. Et est hęc ē dispositio media inter
inuidiam. & grçce epichęrecacia: & Arabicę schęmetin a quę grçce dicitur ne

mefis. & hę dispositiones tres sunt de genere accidentium delectationis, et tri-
A sticię: quas habet homo propter res, quas habet homo, quę contingunt notis & propinquis. medius autem in his passionibus dicitur grçce nemesicos: & est ille qui tristatur propter bonum quod recipiunt indigni vel immeriti. superabundās aūt in hoc, & est ille qui dolet propter bonū, quod contingit cuicunq;: inuidus est. schemetin autem est ille, cuius tristitia de bono alicuius notorum suorum ad hoc peruenit, vt lętetur de malis contingentibus ipsis. Dixit. Et loquamur de hoc in alio loco ab isto. Quoniam aūt iustitia dicitur duobus modis, determinabimus post vtrunque modorum, et dicemus qualiter est medium in vnoquoq; eorum: & similiter dicemus reliquas virtutes intellectuales.

De virtutum ac vitiorum mutua oppositione.
Cap. VIII.



Vm tres autem dispositiones sint, duo scilicet vitia, per excessum vnum, alterum per defectum, & virtus vna quæ mediocritas est: omnes omnibus quodam modo opponuntur. extremæ enim & mediæ, & inter se con-
B trarię sunt: media vero extremis. nam quemadmodum æquale si minori comparetur, maius: si maiori, minus euadit: ita quoque medii habitus tam in affectibus quam in actionibus, si ad defectus spectemus, excedunt: si ad excessus, deficiunt. fortis enim respectu ignaui audax: respectu audacis contra ignauus videtur. similimodo etiam temperans, si ad stupidum referatur, intemperans: si ad intemperantem, stupidus. item liberalis ad auarum comparatus, prodigus: ad prodigum vero auarus. vnde efficitur, vt extremi medium ad alterum vterque expellant: & fortem quidem timidus audacem, audax timidum vocet. atq; in aliis simili modo. Cum hæc igitur ita inter sese opposita sint: extremis maior inter se quam cum medio contrarietas est, quippe cum longius a se mutuo quam a medio distent. quemadmodum magnum a paruo & paruum a magno abest longius, quā alterutrum ab eo quod æquale est. Adde ꝙ non
C nullis extremis cum medio esse similitudo quædam videtur: vt audacia cum fortitudine, & prodigalitati cum liberalitate. at extremis inter sese maxima est dissimilitudo. Quę vero maxime a se mutuo distant, contraria esse definiuntur: quare fit, vt magis contraria ea sint, quæ magis distant. Iam vero medio in nonnullis defectus, in nonnullis excessus magis opponitur: exempli gratia, fortitudini nequaquā audacia quę est excessus, sed ignauia quæ est defectus, magis aduersatur: temperantiæ item non stupiditas quę deficit, sed quæ excedit, intemperantia magis opposita est. Id vero duabus de causis euenit. vna est ex ipsa re: nam quia propius est & similius medio alterum extremum, iccirco non id, sed contrarium magis opponimus. vt quoniam similior esse fortitudini propiorq; audacia videtur, ignauiam vero dissimilior: ignauiam fortitudini magis opponimus. quippe cum ea, quę magis a medio distant, magis contraria esse videātur.

atque hęc vna ex re ipsa causa est. Altera est ex nobis ipsis. ad quę. n. D
nos natura quodam modo magis sumus affecti, ea medio magis esse cõtraria videntur: verbi causa, ad voluptates natura magis sumus affecti, iccirco ad intemperantiam sumus, quam ad modestiam procliuiores. hęc igitur magis contraria esse dicimus, ad quę maius incrementum in nobis fit: ac propterea intemperantia, quę est excessus, temperantiæ magis contraria est.

DIxit. Et vniuersaliter dispões oẽs tres sunt: duę quarum malicię sunt vna ex parte additionis, & altera ex parte diminutionis, tertia vero virtus est & est medietas: & omnes istę adinuicem sibi contrariantur. duæ enim extremitates contrariantur medio & cõtrariantur vtraq; alteri. & medium ẽt cõtrariatur extremitatibus. sicut. n. ęquale superfluens est comparatione ad minus & deficiens comparatione ad magis, sic dispositiones medię, quę sunt in passionibus & actionibus superabundant in comparatione ad dispões deficientes, et deficiunt in comparatione ad superabundantes. Fortis namq; in comparatione ad timidũ videtur procax: & in comparatione ad procacẽ timidus. & similiter modestus in comparatione ad incontinentem insensibilis videtur: & in comparatione ad insensibilem incontinens. & largus comparatione ad auarum videtur prodigus: & comparatione ad prodigum auarus. & propterea medius inter extremitates contrariatur vtriq; extremitatum, & nominatur nomine sui contrarii: nominatur ergo fortis in comparatione ad procacẽ timidus: & est vnum contrariorum: & nominatur procax in comparatione ad timidum. quod est alterũ suorum contrariorum, & similiter se habet in reliquis medijs. Cumq; media cõtrariantur extremis, erit contrariatio eorũ adinuicẽ maior contrariatione ipsorũ ad medium. etenim distantia extremorũ ab inuicem maior est distãtia vtriusque ipsorum a medio. Adhuc similitudo quędã inuenitur extremorũ quorundã ad mediũ: nã procacitas similatur fortitudini, & prodigalitas largitati: extremorũ aũt nulla est similitudo adinuicem: & res distantes abinuicem vltima distantia definiuntur esse contraria: necesse est ergo res magis distantes magis esse contrarias. Et quędam extremitatum magis contrariantur medio quam alię in additione & diminutione. verbi gratia fortitudini contrariatur timiditas, quę est defectio magis q̃ contrarietur ei procacitas, quę est additio. modestię aũt magis cõtrariatur incontinentia, quę est superfluitas, q̃ insensibilitas, quę est defectio. Contingit aũt hoc quidẽ propter cãs duas. quarũ vna est ex parte rei: altera vero ex parte nostri. Ex parte quidẽ rei, qm̃ quando fuerit vnum extremorũ similius medio quam alterum, minus videtur contrariari ipsi medio, alterum vero magis. v. g. quoniam procacitas similior videtur fortitudini, q̃ timiditas, & propinquior ei erit timiditas magis contraria ipsi q̃ procacitas: ideo ꝙ res distantiores a medio magis sunt contrariantes eidẽ. Ex parte vero nostri: qm̃ extremitates, ad quas nos sumus decliuiores, magis contrarię videntur esse medio, vt qm̃ naturaliter declinamus magis ad delectationem: & propter hoc ad incontinentiam proniores sumus. quã ad insensibilitatem; propter hoc incontinentiæ superfluitas magis contrariari videtur modestię q̃ insensibilitas.

E

F

De praeceptis, quæ ad ipsum medium ducunt. *Cap. IX.*



VIrtutem igitur moralem mediocritatẽ esse atque id quo modo: mediocritatemque esse duorum vitiorum, quorum alterum per excessum, alterum per defectum sit: necnon eiusmodi eam esse, propterea ꝙ medii coniectrix est, quod in affectibus actionibusque existit, satis

A dictum est. Iccirco probum esse etiam difficile est: quippe cum in vnaquaque re medium inuere sit difficile. vt circuli medium deprehendere non cuilibet, sed scientis solum modo est: sic quoq; & irasci, & dare pecuniam, & sumptus facere cuiuslibet est, & facile: at cui, & quantum, & quando, & cuius causa, & quomodo oporteat eadem hæc facere, non cuiuslibet, neq; facile est: siquidem recte facere, & rarum est, & laudabile, quemadmodum etiam honestum. Quo circa oportet eũ, qui medium coniectare, vult, primum a magis cõtrario recedere quemadmodum etiam Calypso ita monebat.

Sit procul a fumo, atque vndis cohibere carinam.

Sis memor.

Ex extremis enim alterum magis alterum minus peccabile est. Quoniam igitur medium assequi ita exquisite difficile est: secunda, vt inquiunt, nauigatione minima ex malis sumenda sunt. Id autem erit eo maxime modo, quo diximus. Spectandum vero est, ad quæ nos pro
B cliuiores sumus quippe cum alii ad alia natura propensi sint: id quod ex voluptate & dolore qui nobis euenit, facile perspiciemus: atque in contrarium nos ipsos abstrahendum. nam si procul a peccando nos ipsos remouerimus, ad medium deueniemus. id quod qui ligna distorta dirigunt, facere consueuerunt. In omnibus aũt a iucunditate & voluptate maxime cauendum est: non enim de ipsa incorrupti iudicamus. Quod ergo Troianorum proceres erga Helenam fecerunt id nobis quoque erga voluptatem faciendum est: in omnibusq; voce illorum erga ipsam vtendum. si enim ita nobis ipsam dimiserimus, minus peccabimus. Hæc igitur facientes, vt summatim dicam, maxime medium assequi poterimus. Quanquam id fortasse difficile admodum est, & præcipue in particularibus ac singulis. non enim facile [illegible] inire possumus quo modo, & quibus, & ob quæ, & quatenus irascendum sit. nos nanque interdum eos qui deficiunt, laudamus, et mansuetos vocamus: interdum qui exasperantur, infensiq; sunt, viriles ap-
C pellamus: qui vero parum a recte agendo siue ad maius, siue ad minus declinat: non vituperatur: sed qui multum excedit: is enim minime latet. quousq; autem & quatenus reprehendendus aliquis sit, definiri ratione non facile potest. non enim statui diuersum quippiam a sensibilibus debet: talia vero in particularibus constituta sunt, & in sensu iudicium est. Hoc itaq; tantum id declarat, medium habitum in omnibus esse laudabilem: oportereq; modo ad excessum, modo ad defectum declinare: ita enim facillime fiet, vt medium, rectumque ipsum assequamur.

D Iam ergo diximus sufficienter q̃ virtus moralis est medium, & quomodo sit mediũ: & q̃ mediũ eius est qđ inter duas malitias, quarũ vna est ex parte superfluitatis, & altera, ex parte diminutionis: & q̃ sit virtus q̃dem eo q̃ intendit intentionem medij in passionibus & actionibus. Et p̃p hoc difficile est fieri virtuosũ, eo q̃ sũptio medij in vnaquaq; rerũ difficilis est. vt ponere mediũ circuli nõ quis põt accipere, sed partem in hoc, & similiter irasci et da

re pecuniam & expendere facile est, & ad quod vnusquisq; potens est: verun- D
tamen facere hoc cui oportet, & quantũ oportet, & quando oportet, & vbi opor
tet, non omnis est neq; facile. hoc autem est factum bonum, rarum, laudabile, et
decorum. Dixit. Et propterea oportet vt omnis, qui intendit inuentioni medij,
elongetur ab extremitate magis contrariante medio. nam in quadam extremita
tum erratur magis, & in quadam minus. Cum itaq; inuentio medij fcdm veri-
tatem grauis sit & difficilis, oportet vt inquiramus; coordinationem propinq
medio, quando non possumus habere: & est vt sit hoc, quod operamur de malo
minus quod possibile est, & per quod maxime idonei erimus ad hoc faciendũ,
ista modo est vt consyderemus mala, ad quę nos sumus proniores naturaliter:
& quidam hominum ad quędam mala magis proni sunt naturaliter, Illud aũt,
per qđ sciemus rem, ad quam sumus proniores, est delectatio, & tristitia contin
gentes nobis in illa re, intendo ꝙ in malo, ad quod sumus proniores, magis dele
ctamur, & in eo, a quo sumus remotiores, magis tristamur. Quando igitur perce
perimus fcdm hanc viam, oportet vt retrahamus nos ab ipso ad oppositã partẽ
quanto enim magis nos elongauerimus a peccato voluntarie, tanto appropin-
quabimus ad medium naturaliter dimitendo animas nostras naturę proprię ad
similitudinem eius quod accidit eis, qui dirigunt trabes curuas. distorquent n.
eas ad partem contrariam vltra rectitudinem: tandemque cum dimissę fuerint,
ad rectitudinem conuertuntur. D. Oportet vt caute habeamus nos in iudicando
de re, ꝙ talis est aut nõ talis propter illud, quod accidit circa hoc de delectatio E
ne & tristitia. difficile nempe nobis est iudicare de aliquo, in quo delectamur
naturaliter, & ad quod proni sumus ꝙ non sit rectum. & similiter est nobis iudi
care de eo, in quo tristamur, ꝙ sit rectum & necessarium ad faciendum, D. Et
oportet vt assuescamus vt sit illud, quod occupat nos ex delectatione, in rebus,
simile ei quod occupat inueteratos ex tristitia in ipsis: & vt vtitemus sermonẽ
ipsorum, quem dicunt in vituperatione rerum delectabilium. quando enim pro-
iecerimus a nobis delectationem secundum hanc viam, minus peccabimus. &
vniuersaliter dico, ꝙ quando fecerimus hoc, potentes erimus ad inueniendum
medium, & ad accipiendum ipsum. Et fortasſis difficile est & graue, & pro-
prie in particularibus. non enim facile est vt determinemus in vnaq; rerũ parti
cularium, donec sciamus qualiter est irascendum nobis in quibuslibet rebus, &
cui irascẽdum, & in qua rerum, & quantum temporis in vnaquaq; earũ. Et pro
pterea ꝙ latet hęc intentio, fortasſis laudamus eum, qui minorat irã suam, et no
minamus ipsum mansuetum & humilem. & fortasse laudamus eũ, qui aggrauat
iram suam, & nominamus eum secundum diuersitatẽ huius. veruntamen qui pa
rum excedit a rectitudine, siue ad superfluitatem, siue ad diminutionẽ, non est
vituperabilis, qui vero excedit multum ab aliqua partiũ, hic vituperatur. non F
enim latet excessus eius, quando ad hanc deuenerit quantitatem. sed neq; faci
le est determinare sermone quantitatem, ad quam cum deuenerit homo, de his
erit vituperandus, cum hoc non sit idoneum facere, neq; in his neq; in alijs sen
sibilibus. iudiciũ enim de huiusmodi rebus in sensu est. Dixit, Quantitas ergo
eius, qnod dixit in rebus istis. significat ꝙ dispositio media in omnibus laudabi
lis est. & ꝙ quandoq; oportet declinare ad superfluitatem, quando fuerint ani-
mę nostrę proniores ad defectionẽ, & quandoq; ad defectionem, quãdo fuerint
animę: proniores ad superfluitatem. etenim per hanc viam comprehendemus
medium & decorum, Et hic finit huius tractatus intentio.

ARISTOTELIS MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER TERTIVS.

Cum Auerrois Exposi.

SVMMA LIBRI.

De spontaneo, & inuito: ac de iis, quę ad spontaneum consequuntur, De fortitudine: De temperantia: ipsarum speciebus, atque extremis.

De spontaneo & inuito. Cap. I.

B 

Vm virtus circa affectus actionesq; versetur, cum que in spontaneis laudes & vituperationes, in inuitis venia, interdum etiam misericordia existat: necessarium fortasse est iis qui de virtute considerant, spontaneum, & inuitum definire: id qđ etiam iis qui leges sanciunt, ad pręmia, pœnasq; instituendas minime inutile est. Videntur vero inuita ea esse, quę aut vi, aut ignoratione efficiuntur. Id autem est violentum, cuius principium extrinsecus eiusmodi est, vt ei neque qui agit, neq; qui patitur, quippiam conferat: quemadmodum si ventus aliquo, aut homines qui potestatem habeant, nos detulerint. Quæcũ que aũt timore maiorum malorũ, † vel ob honestum aliquod agun- tur: vt si tyrannus aliquibus quorum, parentes ac liberos in potestate haberet, turpe aliquid agere iuberet, quiq; id agerent, salui essent, qui non agerent perirent: vtrum spontanea sint, an inuita controuersum est. Tale quid etiam in iacturis contingit, quæ in tempestatibus fieri C consueuerunt. nemo enim sponte absolute sua abiicit, sed ob salutẽ tum suã, tum aliorum omnes, modo mentis compotes sint, facere id videntur. Mistæ igitur huiusmodi actiones cum sint, spontaneis tamẽ magis sunt similes: quippe cum eligendæ sint, tunc cum aguntur, finis vero actionis in occasione sit. & spontaneum igitur & inuitum, quando id agit quisque, dicendum est: agit autem sponte: principium enim mouendi instrumẽtarias partes in huiuscemodi actionibus in ipso est: at quorũ principium in ipso est, ea agere vel non agere in ipso quoq; est situm. spontanea igitur huiuscemodi sunt, simpliciter vero inuita: quippe cum tale quippiam per se eligat nemo. Ob actiones autem huiuscemodi interdum etiam laudantur homines, cum pro magnis & honestis rebus turpe aliquid, aut molestum sustinuerit: si vero econtrario, vituperantur. nam turpissima sustinere

Violentum quid.

† q̃ ob honest

vitupetantur. nam turpissima sustinere nullius honestæ, aut medi-
cris rei causa, malum est. Ob nonnulla vero laus quidem minime, D
sed venia exhibetur: cum ea quæ non debet, agit quispiam ob eius-
modi, quæ & humanam naturam excedunt, & a nullo sustinerentur.
quædam autem fortasse sunt, ad quæ perpetrandã nemo cogi, cõpelli-
ue potest: sed potius extrema quæque pati, ac mori cõuenit. etenim
ridicula ea sunt, quæ Euripideum Alcmæonem ad matrem interfi-
ciendam compulerũt. Sed difficile interdum est iudicare, quale pro
quali eligendum, ac quid pro quo sustinendum sit: difficilius etiam
in iis, quæ decreuerimus, persistere. vt plurimum enim quæ expectã-
tur molesta, quæ vero cogunt, turpia sunt: vnde & laudes & vitupe-
ria iis contingere consueuerũt, qui vel ferunt, vel non fuerunt coa-
cti. Qualia igitur esse violenta dicenda sunt? An simpliciter cum &
causa extrinsecus fuerit, & qui agit, nihil contulerit. quę vero licet
per se inuita sint, nunc tamen & pro his eligenda fuerit, principium
in agente habuerint: ea per se inuita, nunc autem & pro his sponta-
nea sunt: immo sunt spontaneis similia actiones enim circa particu- E
laria fiunt hæc autem spontanea sunt. quoniam igitur differentiæ
multæ in particularibus existunt: qualia pro qualibus eligenda sint,
definiri non facile potest. Quòd si quispiam & iucunda & molesta
esse violenta idcirco dixerit, quia extrinsecus sint & nos cogant: is effi-
ciet, vt ea ratione omnia sibi esse violenta vnusquisq; putet: quippe
cum horũ causa omnia omnes agant: alii violenter & inuiti ob mole-
stum: alii ob iucundum cum voluptate. Sed ridiculum sane est in ex-
terna potius causam referre quam in seipsum, quòd huiusmodi re-
bus facile capiatur: & honesta sibi, turpia iucundis ascribere. Vide-
tur autem violentũ id esse, cuius principiũ extrinsecus est, nihilq; ad-
confert ille qui cogitur. at qđ ob ignorationem fit, non spontaneum
quidem omne est: sed inuitum id est, quod vel dolorem vel pœniten-
tiam affert. qui enim cum ex ignoratione quippiam egerit, factum
minime ægre fert: is sane neq; sponte egit, id quod ignorauit: neq; F
inuitus, cum non doleat. ex iis igitur, qui ex ignoratione agunt, quẽ
facti pœnitet, fecisse inuitus videtur: quem non pœnitet, quia tamen
diuersus est, nõ sponte egisse dicatur. nam quia differt, melius est vt
nomẽ quoq; propriũ habeat. Diuersum quoq; est ex ignoratione,
& ignorantẽ agere. qui enim vel ebrius est, vel iratus, non videtur ex
ignoratione agere, sed ob aliud quippiam ex iis quę dicta sunt: quip-
pe cũ non sciens, sed ignorans agat. Vnusquisq; igitur prauus quid
agendum, a quibusq; abstinendum sit, ignorat: obq; huiuscemodi er-
rorem iniusti, & omnino mali homines efficiuntur. Inuitus igitur
dici debet, non si quis ignorat id quod conducit: non enim ignora-
tio, quæ in electione cõsistit, ĩuiti est causa, sed prauitatis: neq; ea quę
est vniuersalis: quippe cum ob eam homines vituperẽtur, sed ea, quę
circa particularia versatur, in quibus & circa quæ actio existit. in his

Violentum quid.

Diuersum ẽ ex ignoratione & ignorãtem agere.

A enim & misercordia & venia locum habet. nam qui horum aliquid ignorat, is sane inuitus agit. Melius autem fortasse est, vt hæc quænã & quot sint, explicemus. Considerandum igitur est, quis, & quid, & circa quid: aut in quo agat: interdum etiam quo, vt instrumento & cuius causa, vt salutis: & quo modo, vt sensim an vehementer. hæc.n. omnia nisi in sanus sit nemo ignorat: sed neque ipsum agentem: quo pacto enim se ipsum ignorauerit quispiam? ignorare tamen id quod agit aliquis potest: exempli causa, cum lapsos se dicendo esse in quiunt, aut ignorasse arcanum esse: vt Aeschylus mysteria: aut osten-dere volentes emisisse, vt catapultam. existimare etiam aliquis filiũ esse hostem posset, vt Merope: & mucronatam hastam retusam esse: et lapidem esse punicem. posse: item quis salutis causa verberatus ac fe-riens interficere: & mõstrare volens, quemadmodũ faciũt ii qui sum mis manibus certant, percutere. Cum in omnibus igitur his, in qui-bus ista actio, ignorantia contingat: fit, vt qui aliquid ex his ignora-
B uerit, inuitus egisse videatur. atq; id in præcipuis maxime. præci-pua autem esse ea videntur, in quibus ipsa actio est, & id cuius causa [illegible] sit. Oportet tamen, vt actio hæc quæ ex tali ignoratione [illegible]untarie facta esse dicitur, dolorem, ac pænitentiam afferat. Cũ [illegible]ur inuitum sit, quod vel vi vel ignoratione agitur: spõtaneũ illud esse [illegible]ebitur, cuius principiũ est in eo qui agit, particularia cogno-scente in quibus actio consistit. Fortasse enim non recte dicuntur in uita ra esse, quæ vel ex ira, vel ex cupiditate efficiuntur. Primũ enim nullum ex aliis animalibus sponte aget: sed neq; pueri. Deinde, vtrũ nihil ex iis quæ vel ex cupiditate, vel ex ira agimus, sponte faciẽ-mus? an honesta sponte, turpia inuiti agemus? An id ridiculum exi-stimandum est, cnm vna causa vtrorumq; sit. Absurdum fortasse etiã est, inuita ea esse dicere, quæ oporter appetere. oportet autem & ob aliqua irasci, & nonnulla appetere, vt sanitatem, & disciplinam. viden turq; ea quæ inuita sunt, molesta: quæ ex cupiditate fiunt iucundã
C da esse. Præterea quid interest inter ea quæ ex ratione, aut ex ira pec camus, ad hoc, vt inuiti fecisse videamur? fugienda enim ambo sunt: videturq; irrarionales affectus nihilominus humani esse: actionesq; ipsius hominis ab ira, & cupiditate proficiscuntur: vt absurdum sit in-uita hęc existunare.

Spõtaneum quid,

Oportet aliquãdo irasci

DETERMINATIO TERTII TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE. ARISTOTELIS.



Ixit. Quoniam quidem autem virtus circa passiones & actiones exiftit, & laus sit vel vituperatio in fientibus a nobis sponte, & indulgentia a fientibus nobis insspontanee, & fortassis misericor-diç: tunc forsitan necessarium est ei, qui de virtute scrutatur, deter minare facta fientia spõte, & fientia inspontanee, et cognitio huius

intentionis etiam vtilis est legum positoribus causa impendendi honores, & D
infligendi pœnas loco suo, Dixit. Putantur autem spontaneę res fientes coa-
cte, vel ignoranter a faciente eas, & res, quę veraciter inspontanee fit, est illa,
cuius fiendi principiū ab extrinseco est, & in nullo coadiutor est agēs vel patiēs,
vt si ventus leuet aliquem de loco ad locum penitus existentem in hoc impoten
tem sui. Si vero fecerit aliquid suspitione malorū grādium, metuēs incidere in
ea, si non fecerit ipsum, velut sicur tyrannus iubeat aliquos potentes, tamen sui
met existentes, quęlibet ignominiosa exercere in parentes, & qui exercent sua
dunt, qui vero nō interficiuntur: hoc dubiū est an sit de spontaneis. Et similatur
huic illud, quod fit in tēpestatibus maris de iactibus sarcinarum, nullus. n. sponte
iactat ees suas in tali dispositione constitutus. omnis autem intellectū habēs a ...
hoc causa propeię saluus, & eorum qui cum ipso sunt. Et sunt quidē huiuscem
di actiones mistę ex spōraneo, & inspōtaneo: attamen potius sunt de genere spō
tanei. fiunt. n. in hora, qua quis facit eas cum pręelectione facientis: & finis actio
nis, & complectio attribuitur spontaneo vel inspōtaneo secundū horam, in ... a
agitur. Factoe aūt istarum rerū in hora faciendi eas, spontaneus est & eligens.
etenim principiū mouendi mēbra sua organica in huiusmodi actionibus in ipso
est, & in quo fiunt principiū agendi aliquid in ipso est, & actio illius huiusmodi
ergo fiūt sponte. verūtamē inspontaneę fiunt simpliciter. nā nullus aliquid talē
eligit ꝓpter seipsam. In huiusmodi aūt operationibus fortasse laudatur homo, E
quādo tolerauit in ipsis res turpes malas incūbentes eis propter aliqua grandia
decora. si vero fecerit huius contrariū, vituperatur: turpia. n. tolerare nō propter
aliquod decorum factum est hominis vilis. & istud est de eis, quę significant ꝙ
sunt intrantes in actiones spōtaneas. Proptee vero quasdam istarum rerum non
laudatur homo: intēdo res turpes, ad quas cogitur: sed indulgetur ei, qn̄ fecerit
eas propter causas, quę excedūt vel superant naturam hominis, & quas non po
test aliquis tolerare. D. Sunt aūt fortassis aliqua his, ad quę non est recipienda
vllatenus coactio, sed pęmoriendum potius aut tolerādum pericula, quę sequi
possunt ex refutatione coactionis: vt ꝙ moriatur homo potius q̄ ꝙ interficiat
patrē & matrē. D. Ea. n. quę coegerunt Alcmęona occidere matrem suam, ridi
culosa sunt. vult vt existimo ꝙ fuerint res paruę. D. Est aūt difficile, vt determi
nemus seemonem quale quid sufferendum est & tolerandū, aut quale quid non
tolerandū. & difficilius hoc est determinare in qualis rei tolerātia est persene F
dum, & quascunq; molestias tolerandum. Item ꝙ ea, quę expectantur, vitupera
bilia sunt & tristia: illa vero, ad quę cogimur, fœda & molesta & ꝓpter hoc
sequitur hominē laus vel vituperiū ex hoc, ꝙ recipit coactionē, vel non recipit,
intēdo ꝙ in aliquo loco laudatur, eo ꝙ nō recipit coactionē: & indulgetur ei in
aliquo loco receptio coactionis, & in aliquo loco vituperatur. D. Oportet igi G
tur vt reuertamur ad dicendū res, quę fiunt inspontanee, quę res sunt. Dicimus
ergo ꝙ ea, quę absolute sunt inspontanea, sunt ea, quorū causę sunt ab extra, &
nullum coadiutoriū habent ab extrinseco. illa aūt, quę inspontanee fiunt, eo ꝙ
principiū faciendi ea ab extrinseco est primitus, in hora aūt, qua facimus ea,
pręeligimus ipsa pre quibusdam alijs, & principiū factionis suę quantū ad hoc
in nobis est, secundum se quidem inspontanea sunt: fiunt autem in hora, in qua
eligimus ea pre alijs de his quę sunt spōtanea, & sunt similiora spōtaneis, ideo
ꝙ actiones non fiunt nisi in particularibus; & particularia quidem agunt spon
te. Et propter hoc nō est facile seemone determinare quas actiones, quemadmo
dum diximus, oportet pręeligere alijs, diuersitas. n. multa est in particulari-
bus. Si vero dixerit quis ꝙ res decorę & delectabiles sunt de genere cogentiū,
eo ꝙ res pulchra & delectabilis est de eo quod cogit nos ad actionē ab extrin-
seco: sequitur secundū hunc, modū, vt omnia fiant coacte vel violēter. omnes. n.
agūt quęcunq; agunt gratia istorū: intendo pulcrū & delectabile. qui aūt agu
aliquid coacte & inspontanee, tristatur cum ipso, qui vero facit aliquid ꝓpter
bonum & delectabile, delectatur cum ipso. D. Et ridiculosum est vt homo eo-
rum, quę facit, causam ponat res, quę sunt ab extrinseco tantū: & ipse cū hoc
facilis est ad cadendū in ea, & ad seducendum per ipsa, & vt bonorū causam

seipsum, turpium aũt delectationem. D. Cumq; sic sit, videtur ꝙ factũ coacte sit Factum coacte quid sit.
A illud, cuius principium ab extra est, absq; eo ꝙ sit ei adiutorium a seipso: & ꝙ sit præter scientiam facientis ipsum: nõ etiam totum sit inspontaneũ, & hoc, quo niam res, actio cuius tristitiam affert & pœnitentiam, sit quidem inspontanee. Qui aũt facit rem aliquã, quęcunq; rerũ fuerit inscius, sed nõ tristatur de actio ne, non facit quidẽ ea sponte, cum nõ sciat eam: neq; facit eam inspontanee, cũ non tristetur cum ipsa. Qui aũt facit aliquid, & est sciens ipsum, si pęnitet quidẽ de facto suo, tunc iam putabatur ipsum fecisse inspontanee. si vero impenitens fuerit de facto suo, immo potius gaudeat de ipso, putandũ est ꝙ sponte fecerit ip sum. & est qdem inter vtrosq; factores differẽtia. Et melius est vt vtriq; habeat nomen propriũ. & videtur aliud esse vt quis agat aliquid & nõ sciat ipsum, & vt agat aliquid per ignorantiam. & hoc, quoniã ebrius & furiosus nõ putantur facere hoc, quod faciunt in hora ebrietatis & furoris absq; cognitione: veruntamen faciunt hoc quod faciũt, & sunt ignorantes in faciendo. Etenim oĩs malus ignorans est illud, quod oportet ipsum facere, & res a quibus oportet ipsum abstinere: & ꝓpter hanc ignorãtiã fiunt iniusti & simpliciter mali. volo dicere eo ꝙ faciunt quidem res, quas sciunt, ignorant aũt an sint bonę vel malę. Dixit. Et nõ est de natura actionis vt dicatur de ea ꝙ facta est inspõtanee, qñ factor eius fuerit ignorans ea, quę adhęrent ei, & sequuntur ipsam, eo ꝙ ignorãtia electionis (intendo electionem omissionem disciplinę) nõ est causa vt fiat actio in-
B spontanea, sed est causa malitię. & iste ignorãtia nõ est rerum vniuersaliũ. propter istas. n. non fit vituperatio: sed fit quidẽ propter ignorantiam rerum particularium, cum sint hę, in quibus fit actio. & inuenitur ignorantiã, quarundã istarum misericordia & ignorantia. qui. n. de his ignorauerit aliquid, agit equidẽ ipsum inspontane. D. Et ꝓꝓ hoc oportet agentem determinare quę agit & scire quę sunt, & quot sunt & quis agit ea, & quid est illud quod agit. & in quo agit qualiter agit, verbi gratia remisse aut intense. D. hęc igitur omnia nullus ignorabit nisi vesanus. & manifestum est ꝙ non ignorabit agens quod agit. non enim ignorat aliquis seipsum quando fuerit agens, intendo quoniã ipse actor. & ꝓꝓ ho: conatur excusare malos dicentes eos esse dementes, & non scientes ꝙ illud, quod dicunt, est de eis, quę non sunt dicenda. & ignorantia eius quod facit homo, & cum quo facit, & in quem facit, attribuitur errori qui excusabilis est. vt qui vult proijcere aliquid, & euadit de manu eius, & infert damnum. & qui putat filium inimicum esse & occidit eum. & qui putat de re, quę est lapis, eam non esse lapidem, & percutit cum ea, aut qui putat de re, quę est acuta, eam nõ esse acutã, & percutit cum eaet interficit: & forsan facit quis monstrase alij rem aliquam, & pungit cum digito suo, & interficit. Cum ergo existat ignorantia in his, circa quę existit operatio, ęstimabitur de eo quid aliquid ho-
C rum ignorauerit ꝙ facit ipsum inspontanee: & proprie qñ ignorauerit potiora, quę sunt in ipsis, & putant potiora esse illa, in quibus fit actio, & illud cuius causa fit: & oportet vt factor eius, quod hoc modo fit per ignorantiam, sit tristans propter ipsum & pęnitens. Cum igitur dicatur de eo, quod fit coacte aut inscienter, ꝙ fit inspontanee palam est quod hoc, quod agitur sponte est cuius agendi principium est in agente ipsum: & agens ipsum scit particularia: in quibus fit actio. Dixit. Fortassis enim non rationabiliter dictum est in spontanee fieri, quod fit ex concupiscentia & iracundia. primo quidem, quoniam Nullum animaliũ ꝑter hominẽ agit sponte aliqd
nullum animalium præter hominem agit sponte aliquid: neque etiam pueri: neque etiam agemus sponte aliquid eorum, quę ex concupiscentia fiunt aut iracundia. & agemus bona quidem spontanee, mala vero inspontanee: quod ridiculosum est, vna existente causa: intẽdo in bonum & malũ. & est inconueniens vt dicatur ꝙ concupiscentia nostri eius, quod cõcupiscendũ est, & ira nostra ei, cui est irascẽdum, est inspontanee. dignũ enim est vt irascamur in quibusdam rebus, & vt cõcupiscamus quasdam rerũ: & vult sanitatem & disciplinã. & putatur de rebus, quę fiunt inspõtanee, inferre eis tristitiam: & eas quę secũdum concupiscentiam fiunt, cõferre delectationem. Et id quod fit inspontanee, palam est ꝙ est indifferens ei quod fit per errorem rationis, cum sint ambo

fugibilia & contristabilia: & passiones bestiales videmus non minus existere
in omnibus quam in reliquis aīalibus. inconueniens igitur est inspontaneum D
dicere quod fit ab istis.

De electione. Cap. II.



CVm quid sit spontaneum, quidque inuitum definiuerimus: sequitur vt de electione iam disseramus: quippe
que & virtuti maxime esse affinis, & magis quam actiones mores ipsos iudicare videatur. Electio vero spontaneum quoddam esse apparet: non idem tamen prorsus est. spontaneum enim latius patet. nam & spontaneum cum pueris & reliquis animalibus commune est, electio minime: & que de improuiso fiunt, spontanea sunt, non autem ex electione. Qui vero eam vel cupiditatem, vel iram, vel voluntatem, vel opinionem quandam esse affirmant, non recte dicere videntur: electio enim non est communis nobis cum brutis, sed cupiditas et ira, est. Et incontinēs cum
cupiditate quidem agit, non tamen cum electione: continens contra B
cum electione, & non cum cupiditate. Adde quòd electioni cupiditas aduersatur: cupiditas autem cupiditati minime. Cupiditas præterea iucundi & molesti est: electio neque iucundi, neque molesti. Sed ira quoque esse multo minus videtur: minime enim quæ ex ira fiunt, ex electione facta esse existimantur. At vero neque voluntas vllo modo est: licet proxima ei esse videatur. electio siquidem eorum minime est, quæ fieri non possunt: quæ si quis diceret se eligere, stolidus videretur: voluntas vero est: vt immortalitatis. voluntas præterea est eorum etiam, quæ nullo modo ab eo qui vult, agi queunt. vt histrionem aliquem, aut athletam victorem euadere. cuiusmodi sane nihil quispiam elegit: sed ea solummodo quæ ex sese fieri posse existimauerit. voluntas præterea finis magis est: electio vero eorum quæ
ad finem spectant. vt, sani esse volumus: eligimus vero ea, quibus sani esse valeamus. felices queq; esse volumus, atq; ita dicimus: dicere E
vero, eligimus felices esse, minime conuenit. omnino enim in iis esse electio videtur, quæ in nostra potestate sita sunt. Verum neque opinio enim circa omnia versatur, nec minus circa æterna, & quæ fieri nequeant: quam que in nostra sita sunt potestate. adde quòd vero & falso, non bono & malo distinguitur: at electio his magis. In vniuersum vero esse idem cum opinione electionem forrasse neque diceret quispiā: sed ne cum aliqua quidem in particulari. bona etenim aut mala eligendo qualitate quadam affecti sumus: opinando autem minime. Et eligimus capere aliquid, aut fugere, aut eiusmodi quippiam: opinamur vero quid sit aliquid, aut cui, aut quo modo conferat, sed accipere vel fugere non admodum opinamur. & electio quidem laudatur, eo ꝙ eius est, cuius esse magis oportet, aut ꝙ recta est: opinio, quia est vera. Quæ itē maxime scimus esse bona, eligimus: quæ non

A admodum scimus, ea opinamur. videnturq; non iidem optima &
eligere & opinari: sed nonnulli sunt, qui melius opinantur, ob vitium
tamen ea quæ non decet, eligere consueuerunt. Antecedat autem an
sequatur electionem opinio, nihil interest: non enim id nunc consyde
ramus: sed an idem cum opinione aliqua electio sit. Quid igitur aut
quale est electio, quando nihil eorum est quæ dicta sunt? spontaneũ
sane esse quoddam videtur. non omne tamen spontaneum eligibile
est: sed id scilicet, quod est præconsultatum: quippe cum electio seu
propositum cum ratione, ac cogitatione existat: id quod significare
nomen etiam ipsum videtur. quasi id quod eligitur seu proponitur,
ex aliis legatur, ponatur ue ante alia.

D Ixit, Determinatis autem spontaneo & inspontaneo, consequenter de eligẽ
tia dicendum erit. hęc enim magis propria videtur esse rebus fientibus per
virtutem, & est quę iudicat de moribus ex operationibus. Dicimus ergo, ꝙ
manifestum est de electione, ꝙ est spontanea: & non est intentio electionis, intẽ
tio spontanei: eo ꝙ spontaneum communius est eo, quod fit per electionem. com
B municant enim in eo pueri, & animalia irrationabilia & rationabilia electione
aũt non. & de rebus, quę subito fiunt non dicimus ꝙ fiant per electionem. Qui
vero dicunt eligentiam concupiscentiam, aut iram, aut velle, aut opinionẽ quã
dam. i. credulitatem, non videntur in hoc recte dicere: ideo ꝙ eligentia non est
communis omnibus animalibus. concupiscentia autem, et ira communis est eis.
Et incontinens secundum concupiscentiam quidem operatur, secundum eligẽ
tiam vero non: continens aũt econuerso secundum eligentiam quidem opera
tur, secundum concupiscentia aũt non. Concupiscentia ergo eligentiæ contra
riatur, sed non contrariatur cõcupiscentia concupiscentię. & cõcupiscentia dele
ctabilis est & contristabilis, i. remotionis ab ipso: eligentia aũt non. & ira ẽt nõ
est eligentia, pp̃ea ꝙ res, quæ fiunt per iram, parũ fiunt per electionem. Et etiã
non est electio velle: quamuis videatur ei esse propinqua, eo ꝙ electio non est
impossibilium, velle autem est. si. n. dixerit quis ꝙ impossibilia eliguntur, stul
tus reputabitur: velle vero inuenitur circa res impossibiles: v.g. vellemus im
mortales esse. & velle etiam rerum est, quarum operatio non est in nobis: vt
athletam vincere, aut hypocritam. & nullus quidem eligit huiusmodi res immo
res ras eligit, quarum in se videt actionem. & adhuc velle quidem maxime fi
C nis: eligentia autem non est nisi eorum quę ducunt ad finem. v.g. sanari volu
mus: eligimus autem per quę sanamur. & felices esse vellemus, & asserimus nos
velle. non est autem dicendum eligere nos fieri felices, ideo ꝙ vniuersaliter
eligentia videtur earum esse, quę facere in nobis est. Neq; etiam eligentia opi
nio est. ideo quod opinio in omnibus est: non enim in perpetuis, & impossibili
bus minus est quam in his, quę ex parte nostri sunt. & opinio diuiditur in verũ
& falsum: electio vero in bonum & malum. D. & vniuersaliter non dicet fortas
se quis opinionem eligentiam vllo modo vnum esse. etenim secundum electio
nem nostram boni & mali quales dicimur, s. boni vel mali scd̃m aũt opinionem
non. Et per electionem requirimus aliquid & fugimus ab aliquo: per opinionẽ
aũt opinantes scimus quid est res, aut cui conuenit, aut qualiter conuenit. inquisi
tio aũt rei, aut fuga ab ipsa re fere non fit per opinionem tm̃. & electio maxi
me laudatur, eo ꝙ sit recti opinio aũt, eo ꝙ veri. Et eligimus res, quas scimus
proprie bonas: opinamur aũt res, quas fere non scimus, & non videtur eidem
ipsi esse eligentes quod melius, & opinantes quod melius: multi. n. opinantur qui
dem qđ melius, propter malitiam vero suam eligũt id, quod deterius est. Verũ
aũt opinio pręcedat electionem, aut sequatur, in hoc non est diuersitas. & hæc
non est res, de qua inquirimus: veruntamen qđ inquirimus, est vt sciamus an ele
ctio & opinio conueniant in aliqua rerum. D. Cum igitur eligentia non sit ali
quid eorũ, quę commemorauimus, videamus quid est et quale quid est, Dicimus

Velle est respectu finis, electio respectu eorũ, quę sunt ad [illegible]

ergo quoniam videtur ꝙ ſit ſpontaneum, veruntamen non omne, quod ſit ſponte, eſt ex electione: ſed electum eſt vt cum hoc ſit pręconſiliatū, ideo ꝙ electio quidem ſit pet rationem & intellectum. D

De conſultatione. *Cap. III.*



Erum conſultant ne de omnibus homines, quodlibetq; eſt conſultabile: an de quibuſdam non eſt conſultatio? Sed fortaſſe conſultabile id dicendum eſt, de quo mentis compos vir, non quiuis vel ſtolidus vel inſanus conſultaret. De æternis autem nemo conſultat: vt de mundo, aut diametro & latere, ꝙ nulla inter ſe æquabilitate conueniant: at neq; de iis quæ in motu quidem ſunt, ſed ſemper tamen circa eadem verſantur, ſiue neceſsitate, ſiue natura, ſiue aliqua alia de cauſa: vt de ſolſtitiis, atque ortibus: neque de iis quæ alias aliter eueniunt: vt de ſiccitatibus, & imbribus: neque item de iis quæ fortuna contingunt: vt de theſauri inuentione. Sed neq; de humanis omnibus conſultamus: verbi cauſa quomodo Scythæ optime adminiſtrare remp. poſsint, nullus ex Lacedęmoniis conſultat: nihil enim ex his eiuſmodi eſt, vt agi per nos ipſos valeat. Conſultamus autem de agendis rebus, atque iis quæ in noſtra ſitę ſunt poteſtate: hæc enim reſtant: quippe cum cauſę nullę alię eſſe videantur, quā natura, & neceſsitas, & fortuna: mens præterea, atque omne id quod per hominem agit: vnuſquiſque antem de iis, quæ per ipſum agi poſſunt, conſultet. Ac circa quidem exquiſitas ac certas ſcientias, eaſque quę ex ſeſe ſibi ſufficiunt, nulla conſultatio eſt: vt de literis: non enim dubitamus, quomodo ſcribendum ſit. Sed de iis, quæcunque per nos fiunt, neque ſemper eodem modo eueniunt, conſultamus. vt de iis quæ ad medicam artem ſpectant, & pecuniariam: atq; eo magis etiam in gubernandi arte deliberamus, quam exercitatoria, quanto minus exactis, atq; exquiſitis rationibus cōſtat. ac ſimili modo de reliquis. Magis etiā in * artibus quā in ſcientiis conſultatio eſt: eo quod in ipſis magis ambigere conſueuimus. Conſultatio autem de illis eſt, quæ vt plurimum quidem fiunt: incerta tamen ſunt quomodo euadant: & in quibus indeterminatio exiſtit. Ad magnas vero res conſultores etiam adhibere conſueuimus, nobis ipſis diffidentes, quaſi ſufficére ad diſcernendum ſoli nequeamus. Ac conſultamus quidem non de finibus, ſed de iis quę ad finem tendunt. nam neq; medicus an ſanare: neq; orator an perſuadere: neque ciuilis an bene legibus inſtitutam patriam reddere debeat: neque ex aliis quiſpiam de fine conſultat. ſed omnes, cum finem quēdam ſtatuerint, quo modo ac per quæ euenire is poſsit, deliberant: ſiq; is per plura fieri poſſe videatur, per quod nam facillime atque optime fieri queat, conſiderat. ſi per vnum, quo modo per id effici recte valeat: & illud item per quid, atque id tantiſper, donec ad primam cauſam deuenerint. id quod

E (beside "contingunt: vt de theſauri inuentione. Sed neq; de humanis omni-")

F (beside "Magis etiā in * artibus quā in ſcientiis conſultatio eſt: eo quod in")

*a.l. opinionibus.

Non conſultamus de finib', ſed de iis quę ad finē tendunt.

in inuen-

in inuentione extremum est. Qui enim consultat, quęrere videtur &
A resoluere prędicto, modo, quemadmodum designationē. Non quę-
libet aũt quæstio consultatio est, vt mathematicæ: sed quælibet tamen
consultatio, inquisitio est. & quod extremum est in resolutione, in
generatione esse primũ videtur. atq; hi cum in rem quę fieri nequeat,
inciderint, desistunt: vt si pecuniis opus sit, earumq; expeditio nullo
modo appareat: si vero fieri posse res videatur, eam aggrediuntur. fie-
ri autem posse ea dicuntur, quæ per nos fieri possunt: nam quæ per
amicos fiunt, per nos quodam modo fieri videntur: quippe cum prin
cipium in nobis sit. Quæruntur autem interdum instrumenta, inter-
dum vsus ipsorum simili modo quoq; in reliquis, interdũ per quod,
interdum quo pacto, aut per quid quippiã fieri debeat. Videatur aũt,
quemadmodum dictum est, homo esse actionum principium: consul-
tatio vero de iis esse, quæ ab ipso homine agi queunt actiones autem
aliorum causa fiunt. non est igitur consultabilis finis: sed ea in consul
B tationem veniunt, quæ ad finem ipsum spectant: neque hæc tamen
particularia: vt, an panis hoc sit, vel subigatur, vel qualitate affectus
sit, vt oportet: ad sensum enim hæc pertinent. nam si semper consulta-
ret quispiam, infinite progrederetur. Consultabile autem & eligibi-
le idem est: nisi quòd eligibile definitũ iam est: quippe cũ nihil aliud
sit, quam id quod ex deliberatione ante positum fuerit. definit enim
vnusquisque tunc inquirere quo modo sibi agendum sit, cum in seip-
sum principium reduxerit, in eamque sui partem, quæ principatum
obtinet: ea enim est quę eligit. Hec autem ex antiquis etiam rebus pu-
blicis manifestum est, quas Homerus imitabatur. nam reges ea, quæ
eligebant, ad populum referebant. Cum igitur eligibile nihil aliud sit
quam consultabile appetibile eorum quæ in nobis sunt: & electio quo
que eorum quæ in nobis sunt consultatiua appetitio erit. simul enim
atq; consultauimus, iudicamus: atq; inde secundum* consultationem appetimus. Circa quę igitur versetur electio, quodq; eorum sit, quæ
ad fines tendunt, figura dictum iam sit.

*a. l. voluntatem.

C

Dixit. Et videtur nomen eligentię significare in idiomate nostro electionē alicuius prę alio. Cumque notum sit, ꝙ electio non fit nisi in spontaneo a consilio, sciendũ est vtrum consilium conuenit in omni re, ita ꝙ omnia sint consiliabilia: aut quędam sunt, in quibus non est consiliandum. & fortassis dicē dum est ꝙ illud, super quod cadit consiliũ, non est illud de quo consiliatur stultus & demens, sed in quo consiliatur discretus. Et non inuenimus aliquem vtē tem consilio in rebus perpetuis, s. in esse mundi, & in suo fieri, aut in sua antiquitate: neq; in diametro vtrum est communicans alteri, aut non: neque vniuersaliter consiliatur in rebus fientibus per motum, siue fuerit ex parte materię, siue ex parte formę, siue per causas alias: vtpote in priuatione pluuię & multitudine sua: neq; consiliatur etiam aliquis in his quę casu fiunt, vt in inuē tione thesauri. Neque consiliatur aliquis in quibuslibet rebus quorumlibet hominum. nullius enim Lacedęmoniorum consiliatur qualiter scythę, qui nullam vicinitatem cum eis habent, optima vita viuant. nihil. n, agendorum hominum a nobis valde distantiũ fieri habet p nos. Consiliamur aũt de rebus, quarũ actio in nobis est, & currit per manus nostras. & hoc, qm̃ putatur ꝙ causę rerum sint

materia aut forma, aut casus, aut intellectus: & oẽ quod fit mediantibus hoibus,
& vnusquisq; cõsiliatur in eis, quę posse est ipsum agere, & q̃ currunt p manũ D
eius. Et nõ est cõsiliũ in artibus cęteris sufficiẽtibus p se: intẽdo eas, in quibus
non expectantur causę ab extrinseco; vt ars scribendi. nullus. n. dubitat in scri
bendo, ita ꝙ indigeat consilio, qualiter scribẽdę sint literę. Et nõ consiliamur,
nisi in eo, cuius factio in nobis est: cũ nõ fuerit scdm modũ vnũ & eundẽ. hoc
se habet in arte medicinę & in oĩbus facultatibus. & cõsiliamur magis in ne-
gocijs martialibus q̃ in exercitijs, scdm ꝙ illa deficiũt ab alijs in certitudine
agẽdorũ: intendo ꝙ ars exercitij potentior est in certitudine agẽdi recte q̃ ars
martialis. & hoc mõ se habet in cęteris artibus residuis, quę vtũtur cõsilio: in-
tendo ꝙ superant in hac intentione. Et vsus consiliationis in artibus magis est
quam in scientijs: & proprie in quo nobis ex ipsis incidit sępius dubitatio. Et
consiliatio equidem fit in rebus frequentius aduenientibus, in quibus nõ est ma
nifestum ad quid res deuentura sit: & in rebus, quarum finis incomprehensus in
definitus est. D. Et requirimus consiliari ẽt in rebus grandibus, in quibus non
confidimus nobismetipsis de sufficientia cõsilij in ipsis, & in operationibus ius
Et de finibus quidem non consiliamur: immo proprie consiliamur de his, quę
ducunt ad fines, & hoc, quoniam medicus non consultat de sanitate ipsa, sed
de his quæ ducunt ad sanitatem. & rhetor similiter non consultat de persuasio
ne metipsa, sed de his quę persuadet. & similiter ciuitatum gubernatores non
consultant in ipsismet operationibus studiosis, & positionibus quas ponunt: E
sed consultant quidem in his, per quę fiunt huiusmodi operationes. & vniuer-
saliter nemo consultat de fine metipso: sed omnis homo ponit finem quẽdam,
& inquirit de ipso qualiter fiat & per quid fiat. & quando manifestum fuerit ꝙ
plura sunt, per quę habendus est finis, inquirunt ea, per quę facilius & melius
possit fieri. & quando finis compleri poterit per rem vnam, inquirunt illam id,
qualiter erit & per quid erit: & deinde inquirunt de illa re, secunda qualiter erit
& per quid erit: & non desinunt ab inquirendo sic, donec perueniãt ad causam
primam, quę est postrema * in esse. ille enim qui consultat, inquirit quidẽ scdm
viam resolutionis per conuersionem. & ista est via inquisitionis secundum mo
dum resolutionis per conuersionem. Et iam manifestum est, ꝙ non omnis inqui
sitio est consiliatio, vt inquisitio in doctrinis, & vniuersaliter in speculatiuis. cũ-
que sic sit, erit omnis consiliatio inquisitio, & non conuertitur. & vltimum in
via resolutionis per conuersionem est primum per inquisitionem, vltimum in
esse: & est illud, gratia cuius sunt reliqua, de quibus inquiritur. & pp hoc po
nunt ipsum primum in inquisitione, & tandem requirunt ea, ex quibus necessa-
rio est esse eius. & si inueniũt in inquisitione aliquid imposse, desinunt ab ipsa.
v. g. qñ indigetur pecunia, & visum fuerit nõ esse posse eius adeptionẽ sine inq
sitione, intẽdunt eius acquisitionẽ. & si fuerit possis, pquirunt eã: & si imposs̃ de F
sistunt ab ea. possia aũt sunt ea, quorũ actio in nobis est, & hoc, qm̃ ea quę possi
bile est fieri per amicos nostros, potestas eorũ est in nobis modo quodam. prin
cipium enim eorum est in nobis. Et in rebus quidem, quę inquiruntur alterius
rei cã, fortassis inquisitio sit instrumentorũ, per quę agitur res illa: & fortassis
fit inquisitio modi vtẽdi illis instrumẽtis: & sic se hẽt in alijs rebus remanẽtibus,
de quibus inuestigatur gratia alterius rei fortassis. etenim inqritur de eo in eo p
qđ hẽt fieri actio: & forsan inquiritur in eis de modo, p quem habet fieri. D. Et
videtur, sicut diximus, homo esse principium actionũ suarũ: & consilium fit in
operandis ab eo: & operationum quędam fiunt gratia quarundã. finis vero que
admodũ diximus, non est de quo fit consiliandum: sed consiliatur qdem de his,
quę ducunt ad finem, neq; ẽt consiliatur in rebus particularibus notis sensu cõ-
prehẽsis: qm̃ sunt scdm ꝙ oportet. vt qm̃ nõ cõsiliatur. ꝙ hęc res bona, aut hęc
res sana: aut ꝙ hęc res facta est vt oportet: cũ hoc notũ sit vt in sensu. et hoc ideo,
qm̃ ista sunt principia consiliationis. si ergo de his fuerit consiliandum, indige-
mus alijs principijs, & pcedet res ad infinitũ: qđ est imposse. Et res quidẽ consi
liabilis & eligibilis vna est intẽtio determinata, & cõsiliabilis intẽtio indeter-
minata, & est quidẽ eligibile determinatũ, eo ꝙ res, in q̃ assensum est ad faciẽdũ

Forte legendũ in inuentione.

A ipsum pp iudiciũ consilij super ipsam, quũ bona. & propter hoc vnusquisq; hominũ cessat ab inquisitione & cõsiliarione, quãdo in seipsum reduxerit, et principiũ ad id, qđ vidit in illa re. & hęc est res, quę eligitur: intẽdo illud, de quo iudicatum est ipsum esse bonũ. D. manifestatur aũt ꝙ eligibile est illud, in quo cõsiliatur ex antiquis ciuilitatibus, quas sequebatur Homerus. dicebat enim ꝙ reges mandabant plebi obseruare res, quas eligebant per cõsilium. vult scdm ꝙ estimo per consilium, illud propter quod fuit electio ipsarum illarum: non ꝙ ipsi imponerent eis res per impositionẽ, ad modũ eius, qđ accidit apud nos in legibus, & quũ sic est. Itẽ eligibile est, in quo fit consiliatio cũ cõsyderatione eius scdm ꝙ in nobis est agere ipsum. Cũq; iudicauerimus super aliquid p consiliationem, desyderamus ipsum per voluntatem, & nitimur in ipsum. D. His ergo determinauimus eligibile quid est scdm viã descriptionis i. definitionis vniuersalis. & diximus in qua re sit, & ꝙ sit in rebus, quę ducunt ad fines, & diximus voluntatem esse finitum.

De voluntate, & eo quod est voluntate appetibile. Cap. IIII.

B 

Oluntatem vero finis ipsius esse, dictum iam est: quæ sane nonnullis videtur boni ipsius esse, nonnullis apparentis boni. sed euenit, vt & illis qui bonum esse voluntate appetibile asserunt, id quod vult is, qui non recte eligit, non sit voluntate appetibile: nam si est voluntate appetibile, erit continuo etiam bonum: at malum forte est: & illis qui bonum apparens voluntate appetibile esse inquiunt, nihil sit natura uoluntate appetibile: sed quod unicuiq; ita uisum fuerit. at aliud aliis uidetur: & aliquando etiam si ita inciderit, contraria apparent. Quòd si hæc non placent, nunquid dicendũ, simpliciter quidem ac re uera voluntate appetibile esse id quod est bonum: unicuique uero id, quod uidetur unicuique: ac probo, quidem, quod re uera etiam est, uidetur: improbo, quod cunq; inciderit. quemadmodum etiam in corporibus euenit: bene enim affectis salubria ea sunt, quæ re vera sunt eiusmodi: morbo correptis diuersa. simili modo amara, & dulcia, & calida, & grauia, & id genus reliqua. singula enim probus vir recte iu-
C dicat: & in singulis verum ipsi apparet. In vnoquoque enim habitu propria quędam & honesta & iucunda sunt. & in singulis plurimum fortasse probus vir in dignoscendo eo quod verum est, differt: quippe qui tanquam regula ac mensura ipsorum sit: plerisque autem e vulgo hominibus deceptio surrepere ob voluptatem videtur: quibus scilicet voluptas, licet non sit, bonum tamen apparet. eligunt enim iucunditatem quasi bonum, dolorem quasi malum fugiunt.

D Ixii. Quidam aũt hominũ putãt ꝙ voluntas sit boni, quidam putant ꝙ sit eius quod videtur bonũ. & sequitur dicentes ꝙ volitum sit bonũ vt non sit volitũ, nisi id, ꝙ est bonũ per se & rectũ. cum. n. fuerit quid ex volitis, erit bonũ. hoc aũt est inconueniens. forsitan. n. accidit multis velle eos hoc, qđ est malũ, & ipsum videtur bonũ, dicentes vero volitũ esse hoc, quod videtur bonũ, sequitur hoc non esse aliquid volitũ per naturam, sed erit illud, qđ volet vnusquisque hominum, secundum ꝙ sibi visum fuerit, donec velit aliquid, & eius contrarium abominet, intendo ꝙ velit rem vnam eandem vnus, & contrariũ

eius alter:immo iam volet vnus idem duo contraria in horis diuersis.si ergo ſi ſe habuerit res,non erit aliquid volitum per naturam: & hoc iterum eſt in con ueniens. Si igitur non fuerint perſuaſiuæ hæ duæ opiniones, oportet vt di mus quoniam bonum illud,qđ eſt bonum per ſe,eſt ſimpliciter volitũ & ſcđm veritatem,vnuſquiſque hominum vult ipſum,ſecundum ꝙ ei videtur bonus.er go vult bonum illud, ꝙ eſt in veritate; malus vero illud,de quo contingit vt videtur ei ꝙ ſit bonum Et hoc quoniam perceptio vel apprehenſio, quam ha bet bonus vel virtuoſus de bono, & iudicium eius de ipſo, ſimilatur iudicio ſa norum ſentientibus de rebus ſenſibilibus: & iudicium vero mali de ipſo ſimila tur iudicio infirmorum. Et illi,qui ſunt in diſpoſitione ſanitatis, diſcernunt ſa pores rerum,qui ſunt eis in veritate:intendo ꝙ ipſi iudicant de dulci, ꝙ dulce, & de illo,quod eſt amarum, ꝙ amarũ:illi aũt,qui ſunt infirmi, faciunt huius di uerſum:intendo ꝙ iudicant de dulci, ꝙ amarum: & ſimiliter contingit eis in vo cibus grauibus, & acutis, & odoribus, & reliquis ſenſibilibus. & quãdo ſic eſt, bonus ergo eſt ille,qui iudicat de vnaquaq; rerũ iudicium ſanũ, & videtur ei re rum in vnaquaq; earũ,eo ꝙ in vnaquaq; diſpoſitionum ſunt res venuſtæ,et res delectabiles,non ſcđm ꝙ imaginatur de ipſis. D. & dignum eſt vt ſit bono ma gna percellentia ſuper alterum in eo ꝙ iudicet de vero, & in dimiſsione eius qđ diminuitur vnuſquiſq; ex rebus:etenim ipſe exiſtit tanquam regula & men ſura rebus,per quam iudicatur de ipſis. & veriſimile eſt, ꝙ error in hoc accidit multis hoium non accidat niſi delectationis cauſa:eo ꝙ ipſe videntur bona, & B non ſunt:ita ꝙ volunt delectabile quaſi bonum, & a triſti fugiũt quaſi a malo.

Bonus eſt ille q iudicat de vnaquaq; rerũ iudiciũ ſanum.

De iis quæ in noſtra ſunt poteſtate. *Cap. V.*



Vm igitur voluntate appetibilis finis ſit, conſultabilia autem & eligibilia ea quæ ad finem ſpectant: actiones quæ circa hæc fiunt, & ex electione & ſpõtaneæ etiam proculdubio ſunt. at virtutum operatiões circa hæc verſantur: efficitur igitur, vt virtus quoque in no is & ſimiliter vitium ſit. In quibus enim in noſtra poteſtate ſitum eſt agere, ſitum eſt etiam non agere, & in quibus non agere, ſimiliter modo etiam agere. quapropter ſi agere cum honeſtum ſit, in noſtra eſt poteſtate,non agere quoque cum turpe ſit, in nobis erit collocatum. ſi item non agere,cum honeſtum ſit, in nobis eſt,agere quoque, cum turpe ſit,erit noſtræ facultatis. Quòd ſi honeſta agere & turpia, & ſimili modo non agere in noſtra eſt poteſtate: id autem erat, vt boni & mali ſimus: in noſtra poteſtate quoq; erit, vt & frugi ſimus, & nequam. Nam dicere neminem neque ſponte improbum, neque inui tum beatum eſſe,alterum falſum eſſe,alterum verum videtur: quippe cum beatus nemo inuitus euadat: improbitas vero ſpontanea ſit. Alioqui iis quæ nunc dicta ſunt, repugnandum eſt: dicendumq; hominem principium minime eſſe:neq; actionum ſicut filiorum eſſe generatorem. Quòd ſi hęc videntur, neque in alia principia referre actiones noſtras poſſumus,quæ in ea quæ in nobis ſunt: quorũ prin cipia in nobis ſunt, etiam ipſa in nobis eſſe, & ſpontanea neceſſe eſt. His atteſtari & priuatim ſinguli, & ipſi legumlatores videntur: qui eos,qui mala perpetrant,caſtigant ac puniunt,ſi tamen neque vi coacti ea egerint, neque ex ignoratione,cuius ipſi ſibi cauſam non ſunt

Nemo beatus inuitus euadit.

A buerint: eos autem qui honesta agunt, honoribus prosequuntur: vt & hos incitent, & illos phibeant. Atqui ad ea, quę neque spontanea sunt, neq; sunt in nobis, agenda hortatur nemo: quippe cum nihil an tiquum sit, vt persuasi simus aut calefieri, aut dolere, aut esurire, aut quoduis aliud eiusmodi: nihilo. n. minus ea patiemur. Nam ob igno rationem etiam puniunt, si sibi ipse ignorationis causa quispiā fuisse videatur. Vnde ebriis duplices pœnę institutæ sunt. in ipso enim quī inebriatur principium est: cum sui quisq; in eo dominus sit, vt nō inebrietur: id quod ignorationis est causa. Eos quoq; puniūt, qui aliquid eorum ignorant, quæ ad leges pertinēt: quę quidem & sciri debeant, & difficilia nō sint. Simili modo etiam in aliis, quęcūq; ignorare per negligentiam videntur, eo q̄ in ipsis sit non ignorare: quippe qui ad habendæ diligentiæ domini sint, ac potestatem habeant. Sed fortasse eiusmodi aliquis est, vt diligentiam non adhibeat. at vt eiusmodi sint huiles, atq; & iniusti & intemperantes euadant, ipsi in causa sunt: dū
B & dissolute ac remisse viuunt, & maleficia perpetrant, & incompotationibus, talibusq; aliis libidinibus ætatem degūt. operationes enim, quæ circa singula sunt tales homines reddūt. atq; hoc ex iis esse manifestum potest, qui ad quodlibet certamen, aut actionē sese exercēt: id enim operari assiduę solēt. ignorare igitur ex operationibus circa singula habitus existere, valde stupidi hominis est. Absurdum præterea est, & eum qui iniuste agit, iniustum esse nolle: & eum qui intēperanter, intemperantem. sed siquis nō ignorans ea agit, ex quibus iniustus efficitur: sponte iniustus est. non tamen si voluerit, iniustus esse desinet, & iustus erit. Nam neq; qui ægrotat, sanus efficitur: licet, si ita contigerit sponte ægrotet tum intemperanter viuēdo, tum medicorum præceptis non obtemperando. verum tunc quidem licebat ei non ægrotare: vbi tamen semel neglexit, non amplius licet. Quemadmodum neque qui lapidem proiecit, resumere eum amplius potest, quamuis in eo emittendi ac proiiciendi facultas fuerit: principium
C enim in ipso erat: eodē modo quoq; & iniusto & intēperanti a principio licebat nō esse eiusmodi: vnde spōte eiusmodi sunt: vbi vero semel tales euaserūt, nō amplius nō esse tales eis licet. Sed neq; animi solum vitia spontanea sunt. verū corporis et in nonnullis, quos. s. increpare consueuimus. qui enim natura deformes sunt, eos reprehendit nemo: sed illos qui per ocium & negligentiam tales euaserunt. si[illegible] modo si turpitudo vel ex infirmitate, vel ex mēbri alicuius mutatione contigerit. nullus enim ei, qui vel natura vel ex morbo, vel ex vulnere factus sit cæcus, cæcitate exprobrabit, sed miserebitur potius. at eum obiurgant omnes, qui ex temulētia, vel alia quapiam intēperantia excæcatus fuerit. atq; ita fit, vt vitia corporis, q̄ in nostra potestate sunt, vituperentur: quę nō sunt, minime. q̄ si ita est, in aliis quoq; vitia, quæ reprehenduntur, in nostra erunt potestate. Quòd si quis dixerit: omnes id appetūt, quod bonum esse ipsis videtur: visio-

nis autem dominium habet nemo: sed talis vnicuique finis apparet, qualis quisq; est. Verum si vnusquisq; habituum sibi quodam modo in causa est, visionis quoq; quodam modo erit: sin aūt nemo sibi est in causa, vt mala faciat, sed ex ignoratione finis ea agit, ex iisq; summū bonū consequuturū existimat: appetitio vero finis minime spōtanea est, sed oportet vt vnusquisq; idoneus natus sit, habeatque quasi visum, quo recte valeat discernere, & id qđ vere bonū est eligere: isq; is est bono ingenio præditus, cui bona hæc naturę affectio insita est: qđ enim maximum est, & pulcherrimū, quodq; ab alio accipere aut discere nullo modo licet, id quale natura est, tale ipse habebit: atque ita quidē bene & recte natura esse affectum ipsa erit perfecta ac vera naturę habilitas atq; aptitudo. Si inquā hęc vera sunt, cur magis virtus quā vitiū sponte acquiratur, non video. vtrinq; enim tam bono, quam malo simili modo finis vel natura vel quomodocunq; & apparet, & statuitur: ad quē postea cętera referētes quomodocunq; agūt. siue igitur finis non natura vnicuiq; apparet, qualiscūq; is sit, sed aliquid ēt apud ipsum est: siue naturalis qđē finis est, quia tamē reliqua probus vir sponte agit, virtus spontanea est: nihilominus vitiū quoq; spōtaneū sit, necesse est. nam similiter quoq; malo in actionibus inest facultas, vt ex sese agat: etiam si in fine nō sit. Si ergo quemadmodū dicitur, spontaneæ sunt virtutes: habituū.n. coauctores quodam modo nos sumus, ex eoq; ꝙ sumus qualitate quadā affecti talē ēt finem statuimus: vitia quippe quę simili ratione efficiantur, ipsa etiam spontanea erunt. Ac communiter quidem de virtutibus a nobis dictū est: genusque ipsarum figura quadam, i. ipsas mediocritates esse, atque habitus: † a quibus item fiant: ad ipsasque agendas idoneos esse homines secđm ipsas: in nobisque ēt eas esse, & spontaneas: atque ita demū, vt recta ratio præscripserit. Non simili aūt modo actiones spōtaneæ sunt, atque habitus. actionum enim a principio vsque ad finē domini sumus, cum singula quæque cognoscamus: at habituum principii tantum facultas in nobis est: singulorum aūt additio non nota: quemadmodum in ęgrotationibus. quoniam tamen in nostra erat potestate vel ita, vel non ita vti: etiam habitus ipsi spontanei sunt.

Margin note (beside the line beginning "habitus"): a.i. ex q̄bus.

Right-margin letters: "B" at the end of the line "quid ēt apud ipsum est…"; "C" at the end of the line "çipii tantum facultas…".

DIxit. Cum ergo sic finis volitū est, & omne quod ducit ad finem consiliabile & electum: tunc actiones, quę sunt in his, sunt fientes sponte & per electionē: operationes aūt virtutis in his fiunt: intendo in actionibus electionis & spontaneis. estq; virtus rerū, quas facere in nobis est, & similiter vitium. Et hoc, quoniam res, quas facere in nobis est: & non facere eas in nobis est. intendo ꝙ rerum, quarū in nobis est potentia faciendi eas, in nobis quoq; est potentia non faciēdi eas: et in quibus rebus dicimus sic, in his quoque possumus dicere non. & si fuerit in nobis facere res pulchras, ergo et facere res turpes in nobis est. Cūq; fuerit in nobis facere res pulchras, & res turpes, & fuerit in nobis faecre eas & non facere: sitq; hęc intentio esse nos bonos & esse nos malos: intēdo, ꝙ qn̄ fecerimus pulchra, & non fecerimus turpia, sumus boni: & econuerso, qn̄ fecerimus turpia, & non fecerimus pulchra, sumus mali: ergo manifestū est, ꝙ in nobis est vt simus boni & mali. D. Sermonis aūt dicentis ꝙ nemo malus sponte, neq; bene inspōtanee, videtur quiddam falsum esse quid

A dam vero verum ., & hoc, quoniam nemo insponta naee fit bonus: malitia autẽ
sponte fit. D. Sic ergo dicendum nobis est in his rebus. at oportebit esse dubi
tationem in eo ꝙ nunc diximus . & hoc, vt non dicamus hominem principiũ
esse neq; generatorem actionum, sicut est generator filiorũ . nisi ꝙ patens est,
quod quando inueniuntur ei istę actiones : & non est possibile nobis vt redu-
camus eas ad alia principia, preterꝙ quę in nobis sunt : tũc de manifestis est,
ꝙ id de rebus, cuius principiũ in nobis est, ipsum quoq; in nobis ẽ, & est de fiẽ
tibus sponte. D. Videtur autem vnusquisq; ex hominibus cõiter & legum la
tores proprie testificari huic dicto, cum puniant facientem malitiam verbo ad
verbum, quando non peruenerit hoc factum coacte, & propter ignorantiã eius,
& vlt cuius ipse causa huius facti. laudant autem eos, qui agunt actiones pul
chras, quatenus instigant hos ad hoc factum, illos aũt diuertant a facto illo. Si
ergo non esset ex parte ipsorum facere malitiam & virtutem, non instigarent
eos ad virtutẽ, neq; prohiberet eos a malitia, nec punirent pro ipsa. nullus.n.
hortatur alium ad agendũ aliquid, quod in ipso nõ est. intendo ad qđ non põt,
& ꝙ non fit ab eo spõte, cũ nihil prosit exigere ab hoĩe, vt non calefiat corpus
suum aut nõ doleat neq; timeat : & vniuersaliter vt nõ accipiat ipsum aliquid
ex his, q̃ currũt hoc cursu, etenim hic accipiũt nos proculdubio, nec est nobis
posse, vt nõ accipiãt nos. D. Et puniũtur quidẽ domini legũ pro ignorantia :
B cũ de quo putant ꝙ volũtas sua fuit causa ignorantię : vt in ebrijs. duplicãt.n.
penes eas, eo ꝙ principiũ huius facti in ebrio est, cũ fuerit in ipso nõ inebriari.
hoc aũt ignorantiæ causa. Et puniũt etiam eos, qui ignorant res necessarias in
lege, quarũ intellectus non est ei difficilis. Et similiter puniũtur pro facto rerũ,
de quarũ putãt factoribus ꝙ ignorẽt eas pp discendi pigritiã: eo ꝙ in ipsis erat
nõ ignorare eas, cũ in ipsis esset studere in eis. quinimo ĩ eis erat vt essent cau-
sę ipsarum: ideo ꝙ quando ipsi fuerint boni, erunt causę facti boni, in ipsis er-
go est vt agant bonum, & vt sint in dispositione, per quam fiant factores boni,
& causę ipsius. eodem modo, qui operatur malum, fit per factum suum causa
vt sit iniustus. & qui durat in potatione vini, est causa sibi vt fiat intempera-
tus. nam actiones in vnaquaq; rerum faciunt agentes esse illarum dispositionũ
& habituum proportionatorum ad bonum & ad malum . & hoc manifestum
est ex eo, quod acquirere facit exercitatio & frequentatio in vnaquaque rerum
ex rebus, quę aguntur scđm quẽcunq; modum aguntur . intendo ꝙ frequentia
acquirere facit habitum , pee quem fit perseuerantia in illo actu, D. ignorare
igitur ꝙ dispositiones & habitus non fiunt homini , nisi ex actione sua in qui-
buslibet rebus singularibus, est de natura eius, qui sensum non habet. Amplius
de his, quę preter rõnem sunt, est vt iniustus nolit esse iniustus , & agat actio-
C nes iniustitię : & vt intempeeatus nolit esse intemperatus , & agat actiones in-
temperatię. et si non sit homo iniustus , & est ignorans actiones , quas agit, fit
vtiq; per eas iniustus : & non fit homo iustus, quando voluerit vt faciat actio
nes iustitiæ. & ipse non cohibet se ab iniustitia. nec infirmus etiam fit sanus,
quando voluerit sanitatem, & ipse non custodit regimen suum . cumq; hoc sic
fuerit, tunc ille, qui non custodit regimen suum neque recipit quod dant ei me
dici quando infirmaius fuerit, infirmatur equidem sponte, et de voluntate sua.
& quidem possibile fuit ei in illa hora non infirmari: veruntamen non eligit il
lud. immo in hac dispositione est, tanquam qui proiicit lapidem, neque est ei pos
sibile vt resumat ipsum : sed tamen in principio rei erat possibile ipsi non ac-
cipere ipsum ad proijciendum cum eo . Principium ergo rei in accipiendo lapi
dem & proijciendi, cum ipso in eo erat. & similiter est dispositio in iniustitia &
in intemperantia: etenim in ipso erat in principio rei nõ facere illud. scđm hoc
igitur iustus fit iniustus spõte , & tempeeans intẽperans , qñ aũt conuersi fue-
rint ad hanc dispõnem & habitũ, iam non possibile est eis non esse tales : sicut
se habet in eo qui proijcit lapidẽ. D, Et non solum malitiæ aĩę fiunt spõte, ve
rum & in quibusdam hoĩum malitię corporis fiunt sponte : & sunt illi , quibus
improperamus illud, qđ accidit eis de hoc. Nemo nãque impeoperat ei, qui de-
formis fuerit naturalr: ĩpropat aũt ei, & vitupat eũ, qui talis fuerit ex segnitia

et negligētia:& sic se hēt in ęgritudine fiente per naturā. nemo nempe improperat cęco per naturam, aut causa ægritudinis, aut causa plagę. sed potius miseretur: illi vero, quē accipit cęcitas ex multa vini potatione, aut pp aliquā aliā causam intēperantię, vnusquisq; improperat, & maledicit. Pro malitiis ergo corporis, que ex parte nostri sunt, vituperamus habentes: sed pro his, quæ nō sunt ex parte nostri, non. & cum sic sit, in dispositionibus corporis, in reliquis quoq; maliciis, ī quibus vituperamus habētes eas, actiones in nobis sunt. Si aūt dixerit quis ꝙ oēs hoīes desyderant illud, de quo eis videtur ꝙ sit bonū; sed visio non est in posse eorū. at vero vnicuiq; eorū talis finis videtur qualis ꝙ ipse fuerit: & hoc est per necessitatē consequendi dispōnes suas. Si ergo fuerit vnusquisq; horum per aliquem modorū causa dispōnis sui; ipsius, & fuerit phantasia sua sequens sui dispositionem, erit ēt causa phantasię suę. si aūt non, non erit aliquis hominū causa faciendi malum: verū non erit cā eius nisi pp ignorantiam eius finis. Ideoque putatur ꝙ est optima rerum homini, vt sit de syderiū eius ad finē per hoc, quod videtur ei de ipso non voluntariū solē: immo indiget vt sit ei per naturā hęc pars aīæ in fine bonitatis: quēadmodū indiget vt sit visus, quo discernit discretione bona. & cum sic sit, indiget vere bonus eo, scdm ꝙ naturatus est ad ipsum: & hęc est perfecta & vera bonitas naturę. Cūq; sit hoc verū, nō erit magis sponte virtus quā malitia. nā scdm modū vnū existit finis bono & malo, siue per naturam, siue qualitercūq; positū fuerit, aut visum: & cęterę rerū, q̄ sunt ante finē, quas faciūt. scdm quēcunq; modum sunt, non. n. faciunt eas nisi pp finē. si ergo nō fuerit finis, siue bonus siue malus fuerit, vnicuiq; horum p naturā: aut fuerit p naturā et faciat bonus hoc, qd ante finē sponte, & malus similiter, tunc virtus fit sponte, & malitia ēt fit sponte, nō minus hac, cum inueniatur malum in actionibus, & in finē per se. Si igitur, vt dicitur, fuerint virtutes fientes sponte, eo ꝙ nos causę sumus dispōnum, ppter quas dicitur de nobis, ꝙ sumus virtuosi aliquo modorum, & ꝙ quales nos sumus, talem finem ponimus, i. facimus ipsum, & est in dispōne in qua nos sumus erunt ergo iterum tunc malitię sponte, sicut & virtutes. D. Iam ergo determinauimus rem virtutū determinatione cōmuni, & mentionē fecimus generis earū scdm viā descriptionis. & diximus ꝙ sunt medietates, & ꝙ sunt dispōnes, i. dispositiones medię: & ꝙ sunt operationes rerū illarū, à quibus fiunt per se; et ꝙ actus earum in nobis: et ꝙ fiunt sponte, & secundum ꝙ iubet recta ratio. D. Non fiunt autem actiones sponte ad similitudinem habituum, nos etenim domini sumus & potentes actionum a principio actionis vsq; ad postremum eius, ad sciendum partes actionum. Super habituum autem principia potentes quidem sumus: partes vero ipsorum & additamenta incognita sunt: & proprie habituum malorum: quemadmodum in ægritudinum dispositione. intendo quoniam principia ipsarū in nobis sunt, quando non conseruamus nos per dięias et exercitia: additamenta vero earum ignota: veruntamen ex quo fuerit res in principio earum in nobis, erunt vtique ex his, quę fiunt sponte.

E

F

De fortitudine, & forti. *Cap. VI.*



Ed iam repetita oratione, de singulis virtutibus, quæ nam sint, & quales, & quo modo differamus: ita enim fiet, vt etiam quot sint, facile constet. Ac primum dicamus de fortitudine: quam quidem esse mediocritatem quæ circa timores, fiduciasq; versetur, superius dictum iam est. Timemus aūt ea. s. quæ terribilia sunt. ea vero sunt, vt simpliciter dicamus, mala: vnde etiam timorem expectationem mali esse definiunt. ac timemus quidem mala omnia: vt infamiam, paupertatē, morbum, solitudinē amicorū, mortem. Non circa omnia tamen esse vir fortis videtur:

quippe cum nonnulla oĩno timere debeamus, q̃ & ti‑ere honestũ,
A & non timere turpe est: vt infamiã, qui.n.eam timet, modestus ac ve
recundus: qui non timet, impudens est. a nonnullis tamẽ per transla
tionẽ fortis appellatur: cum simile quid cũ forti viro ẽt ipse habeat.
nam ẽt fortis intrepidus quidam est, timoreq; vacuus Paupertatem
aut fortasse timere non licet, neque morbũ, neq; oĩno quippiã, quod
neq; a vitio proficiscatur, neq; per nos ipsos fiat. Sed neq; qui in his
est intrepidus, fortis ẽ: sed ex similitudine tamẽ fortis dicitur. nõnul
li siquidẽ sunt, qui licet in bellicis periculis sint timidi: liberales tñ
sunt, & in abiiciendis pecuniis fidenter se gerũt. Neq; p̃terea siquis fi
liorũ aut vxoris contumeliã, aut inuidiã, aut tale quippiã timet: is ti
midus est: neq; fortis, si flagris cædẽdus cõfidit. Circa qualia igitur
terribilia fortis versat? An circa maxima. nemo.n.tolerantior malo
rũ est. mors aũt maxime oium rerũ est horribilis: quippe cum termi
nus sit: nihilq; amplius hoi mortuo neque bonũ, neq; malum esse
B videatur. Sed neq; circa mortẽ quamlibet versari fortis videtur: vt
si in mari, vel morbo cõtigerit. Circa qualem igitur versabitur? An
circa eam, quæ in pulcherrimis rebus cõtingit: cuiusmodi sunt, q̃ in
bello oppetuntur: in maximo. s. & pulcherrimo periculo. His cõsen
tiunt etiam honores, qui & a ciuitatibus, & a regibus instituti sunt.
Ille itaq; proprie vir fortis dicetur, qui circa pręclarã mortẽ impaui
dus fuerit, circaq; ea quæ mortẽ afferunt, cum proxima sunt. eiusmo
di aũt maxime sunt, quæ in bello occurrere consueuerũt. Verũtamẽ
& in mari & in morbis vir fortis impauidus est: non ita tamẽ, vt ma
ritimi homines: hi enim desperata salute sua ægre eiusmodi genus
mortis ferunt: illi bona spe ob nauigandi peritiam freti sunt. Fortes
prætcrea in iis viriliter se gerunt, in quibus vires spectantur, aut prę
clarum est mori: quorum neutrũ in talibus generibus necis existit.

Mors maxime omnium rerũ est horribilis.

Dixit. Reuertamur itaq;, & dicamus de vnoquoq; istorum habituũ quid est,
& in quibus rebus existit, & qualiter est. & manifestabitur ex hoc quot
C sunt. Loquamur aũt primo in fortitudine. D. Diximus aũt in eo, quod prę
teriit de re fortitudinis q̃ est medietas in eo, qd est inter timorẽ & audaciam.
Et timemus quidẽ res timorosas. & hęc sunt vliter mala. & pp hoc definiũt ti
morẽ, dicentes q̃ est suspitio mali incidere apti. ac eius timetur incidia, vt est
mala: vt infamia, aut paupertas. aut ęgritudo, aut priuatio amicorum, aut mors.
Non videtur aũt circa oĩa hęc hoiem fortẽ esse, quędã nanq: oportet timere: &
eorũ timor decẽs est, non timere vero indecens, vt actiones infamabiles, qui.n.ti
met has & formidat, hic verecũdus est: qui vero nõ timet eas neq; formidat,
est inuerecundus. quidam tñ iam nominauerunt hunc fortẽ per modõ participa
tionis in nomine. ideo q̃ in eo est aliquid, qd similatur ei qđ est in forte: & hoc,
q̃m fortis non timet. Fortasis aũt in paupertatem & ægritudinẽ non oportet ti
mere, neq; penitus aliquid eorũ, quę contingunt a malo non fiente ab homine,
neq; p eius adiutoriũ. Veruntamen qui timet ista fortasis: neq; nominamus eũ
fortẽ, nisi scdm viã similitudinis. & hoc, q̃m hoium quidã timidi sunt in bellis.
& cũ hoc pportionãtur ad audaciã: intẽdo q̃ sunt audaces ad expendendũ pe
cuniam, quam habent inter manus. Et neq; qui timet verecundiam circa filios
& amicos, aut circa aliquid simile, is timidus est. neq; qui pręceps est in flagella
sẽ verbera, cũ pcacitate fortis est. D. Si itaq; isto mõ est tũc in quo ex timore.

fis, oportet vt dicamus hominem fortem. Dicamus igitur ꝙ hoc erit in maximis eorum. nullus enim inuenitur tolerantior eo terribilium: intendo eum, qui tolerat maxima ipsorum: terribilia autem & maxima sunt ea, ex quibus suspicatur mors, eo ꝙ ipsa est finis: sed videtur mortuo post mortē aliquid accidere, aut de bono, aut de malo. Non aūt videtur fortis ille, qui non timet quā cunq; mortem, vt puta mortē in mari, aut ęgritudinibus: sed fortis est ille, qui non timet mortem, quę est ex parte rerū decentiū valde: et est mors contingens in bello. & hoc, quoniā hęc mors est in maximo & optimo periculo. Et iam conuenerunt homines in hoc, ꝙ maxime exaltandus, & magnificādus, qui mortem sustinuerit in bellis cum regibus. & dicitur quidem scdm veritatem fortis ille, qui mortem decentem non declinat, neque res quę subito mortem ingerunt cum appropinquant sibi: & hęc proprie sunt ea, quæ in bello. Et non solum fortis est ille, qui hanc mortem non declinat, verum etiam ille, qui nō metuit mortem fientem in mari, & in ęgritudinibus. Et non est habitudo huius ad timorem mortis in mari, sicut habitudo marinariorum. & hoc, quoniam fortis diffidit de euasione in mari, & grauis est ei modus huius mortis: & marinarij autem commensurant euasionem propter longam experientiam. sed nauter tamen modorum istius mortis decens est vel pulcher. D

De terribilium diuersitate, & fortitudinis extremis.
Cap. VII. E



ID autem quod terrorem incutit, non omnibus est idem: dicimusque aliquid supra hominē esse: quod quidem vnicuique sanę mentis homini terribile est. at quæ hominem non excedunt, magnitudine differunt, & eo quòd magis vel minus efficiuntur simili modo ea quæ fiduciam nobis afferunt. Fortis autem vir, vt homo, erit interritus. timebit tamen etiam ipse huiusmodi mala. sed vt oportet tamen, & vt ratio præscribit, honestatis causa sustinebit, ac feret: quippe cum hic finis virtutis sit. efficitur autem vt magis & minus hæc timeamus: item vt quæ non sunt terribilia, quasi terribilia sint, timeamus. Peccataq; committuntur aliud cum timemus ea quæ nō oportet, aliud cum non sicut oportet, aliud cum non oportet, vel aliquid eiusmodi similiter quoq; circa ea quæ fiduciā afferunt. Qui igitur ea quę oportet, & cuius causa oportet, & vt oportet, sustinet, ac timet, & simili modo etiam confidit: fortis est. quippe cum † pro dignitate & sicut ratio præscribit, fortis vir & patiatur, & agat. Finis autē vniuscuiusq; operationis est, qui secundum habitum existit: at viro forti fortitudo ipsa honesta res est: talis igitur erit etiam finis: quippe cum fine singula definiantur: honestatisque causa fortis vir sustineat, atque agat ea quę ex ipsa fortitudine sunt. Ex illis vero qui exuperant, qui intrepiditate excedit, nomine vacat: multa enim huiusmodi nominibus vacare superius a nobis dictum est: posset tamen esse insanus quidam, atq; indolēs, siquidē neq; terrę motus neq; vndationes timeat, id quod Celtas facere dicunt. At qui confidēdo in terribilibus rebus excellit, audax est: qui quidem audax & arrogans esse, & fortitudinis affectator videtur. sicut enim ille circa formidabiles res se gerit, ita hic ipse videri vult: in qbusq; potest, illū imitatur. vnde efficitur, F

* a.l. ex habitu.

B vt plerique ex ipsis timidi audaces sint: in his.n. audacter se gerẽtes formidolosa non sustinent. Qui autem timendo excedit, is est ignauus: nam & quæ non oportet, & sicut non oportet, timet: & reliqua eiusmodi omnia ipsum consequuntur. confidendo etiam deficit. sed in doloribus excedens magis est manifestus: quippe cum desperabundus quidam sit, ignauus: omnia enim timet. econtrario fortis: confidere enim bene sperantis hominis est. Circa hæc igitur & ignauus & audax & fortis versantur: diuerso tamen modo. illi enim excedunt, & deficiunt: hic mediocriter se gerit, atque vt oportet. atque audaces quidẽ præcipites sunt, voluntq; ante ipsa pericula periclitari, in ipsis vero constituti absistunt: sed fortes in operibus ipsis acres ac celeres, antea quieti sunt. Itaq; sicut dictum est, fortitudo mediocritas est circa terribilia, & ea quæ fiduciam afferunt, in iis rebus, quas diximus: & ea de causa quia honestum est, eligit, ac sustinet: vel quia id nõ facere turpe est. Mori autem vt vel paupertatem, vel amorem, vel molesti quippiam fugiamus, fortis viri minime est, sed potius timidi: quip
B pe cum laboriosa fugere mollicies sit. neq; hãc mortem sustinet quispiam quia honestum sit, sed vt malum euitet ac fugiat. fortitudo igitur tale quippiam est.

Dixit. Et non est res timorosa vna & eadem oĩ hominĩ: sunt enim hę res excellentes naturã hominis: & huiusmodi expauescit oĩs intellectũ habens. ea vero, q̃ excedũt naturã hominis, diuersificãtur in magnitudine, et multitudine & paucitate: & similiter res super quas audetur. Cor itaq; fortis nõ trepidat, neq; mutatur, quemadmodum aliorũ hominũ; veruntamen, metuit terribilia prout oportet, & scdm ꝙ dictat intellectus, & sustinet propter honestum & decorum: hic.n. est finis virtutis & eius intentio. D. & timetur a rebus timorosis magis & minus q̃ oportet. & timetur & a rebus nõ timorosis quasi a timorosis. Et vniuersaliter peccatur in hoc, quando fuerit metus rei, de qua non oportet timeri, & quomodo non oportet, siue minus siue magis, & vbi non oportet, aut ꝙ curerit hoc cursu. & similiter se habet res in audacia super timorosa, si inuenitur ibi directio, & peccatũ. nẽpe qui tolerat ea, quę oportet tolerari, & grana cuius oportet & timet ea quemadmodũ oportet, & q̃ñ oportet, & gaudet super
C ea, & est in hac dispositione, hic fortis est. & hoc, q̃m fortis est, qui agit & patitur, quemadmodũ dictat. & oportere facit habitus & discretio. Et finis oĩs actionis est ꝙ sit scdm habitũ, & fortitudo est res decora forti. & similiter finis eius est & res decora. & hoc, q̃m oĩs res definitur quidem per finem. fortis igitur hoc qđ sufferet, decoris gratia sufferi: & agit quidem hoc ꝙ existit fortitudo. D. Addens aũt super fortem, in priuatione quidem metus, nomen non habet in idiomate nostro. intẽdit priuatũ motum omnino, i. in omni re. & iam diximus in pręcedentibus, ꝙ multa carent nomine. Veruntamen qui nihil penitus timet, neq; terrę motus neq; ꝓcellas, hic est amens & insensibilis ad dolorem: sicut narratur de Celtis. Ille vero, qui superfluit in bello sup̃ res timorasas, est procax. & putatur de procace ꝙ sit simulator fortitudinis. vult.n. vt appareat audax super res timorosas atq; fortis. nititur igitur assimiliari ei quantũ põt. & cũ hoc inuentur plures eorũ timidi procaces, & hoc, quoniã irruunt audacter, sed non sufferunt terribilia, superexcedens aũt in metu est timidus. & hunc de necessitate sequitur vt sit timens, a quo nõ est timendũ, & vt nõ oportet, & q̃ñ non oportet, & vbi nõ oportet. & est deficiens a securitate & a vita delectabili, & superfluit in tristitiis, i. tristatur & timet nimis. & pp hoc fit res eius manifestior in his. Timidus itaq; modicã habet fiduciã & difficilẽ, & expauescit ab omni re;

fortis vero contrarius est ei:eo q audacia existit ei,qui multā habet confidētiā & facilem. Timidus itaq:.& procax,& fortis circa has tres inueniuntur ac di uersificantur in ipsis.nam procax superfluit in ipsis: & timidus deficit: & fortis medius existit in eis,agens eas quemadmodū oportet.& procax præceps est & anhelat ad ingressum terribiliū:fere autem experiens declinat eas ab eis. et fortis vero quando experitur actiones,redditur acutus & agilis,& ante hoc existit morosus.Fortitudo igitur, vt diximus,medietas est in eo qd est inter timorosa & audacia.& hęc sunt,de quibus diximus,q fortis eligit in eis decentia et tolerat ea: & diuersum huius turpe reputat. D.Eligere aūt mortem fugiendo egestatē,aut amorē,aut aliquas tristitiarū non de natura fortis est,sed potius timidi.& hoc,quoniam fugere ab inferente dolorem vel tristitiam turpe est.& tolerat hoc fortis,quia pulchrum sit:sed fugit a malis.Quod ergo se habet isto modo,fortitudo est. D

De quinque modis fortitudinis non veræ.
Cap. VIII.



Icuntur autem etiam alię fortitudines quinque modis. Primum ciuilis: maxime enim ea similis est: quippe cum ciues tum ob mulctas & opprobria, tum ob honores legibus institutos pericula subeant: atque ob id fortissimi esse videantur illi, apud quos sicut ignaui ignominia,ita fortes honore afficiuntur. tales etiam Homerus inducit: vt Diomedem & Hectorem. E

Næ mihi Pulydamas faciet conuicia primus. & Diomedes:
Sic aliquando inter Troas iactabitur Hector:
Tydides metuens a me est in castra fugatus.

Atque hæc quidem fortitudo illi maxime,quæ prius dicta est, assimilatur ,ppterea q ob virtutem existit:ob verecundiam siquidem,& honesti appetionem,honoris scilicet,& opprobrii,quod turpe est fugiendi causa. Eodem referre etiam eos quispiam posset,qui ab iis, qui principatum obtinent coguntur: peiores tamen in eo sunt, q non ob pudorem, sed ob timorem id faciunt: atque vt non quod turpe, sed quod molestum est,fugiant.cogunt enim illi qui potestatem in alios habent: vt Hector: F

Si vero pugnam quem detrectare videbo:
Is certe nulla poterit ratione cauere,
Quin auibus,canibusque obiectus pręda voretur.

Et qui imperant,& si recesserint,verberant,idem faciunt:necnon qui ante fossas,vel tale quippiam acies instruunt: omnes enim cogunt. Verum non ob necessitatem,sed ob honestatem fortem esse oportet. Videtur autem vniuscuiusq; etiam rei experientia fortitudo quędam esse: Vnde etiam Socrates fortitudinem esse scientiam existimabat. Ac tales quidē alii aliis in rebus sunt:in bellicis vero milites: quippe cum multæ vanæ res belli esse videantur, quas ipsi maxime exploratas habent.vnde ob id fortes videntur, quia cuiusmodi res illæ sint, alii ignorant.atq; ita & subire eas,& nihil pati ex peritia militari ma

A ximè possunt. Item & cauere, & percutere, si armis vti valeant, eaq; habeant, quę & ad faciendū & non patiendum maxime idonea sunt. vt cum aliis quasi inermibus armati, & quasi certandi imperitis athletæ ipsi decerrent. In huiuscemodi enim certaminibus non fortissimi quique pugnacissimi etiam sunt: sed qui robore maxime prædici sunt, corporaque optima habent. Nam milites timidi tunc efficiuntur, cum vel crescit periculum, vel copiis & apparatibus destituūtur: primi enim fugiūt, at ciuilis exercitus manet, mortemq; oppetit. Id quod in Hermæo contigit. huic.n. turpe est fugere: morsque huiusce modi saluti anteponenda. illi vero initio tanquam superiores periculis sese exponunt: cognita deinde re fugiunt, mortem magis quā turpitudinem meruentes. sed vir fortis talis minime est. Et iram quoq; in fortitudinem referunt. fortes enim videntur esse illi etiam, qui ira cunde perinde ac feræ contra vulnerantes feruntur. propterea ꝙ fortes iracundi esse consueuerunt. ira enim est maxime ad pericula subeunda* perrectrix, ac precipitatrix. vnde etiā Homerus. vires iniicit ira: &, animos iramq; ciebat: &, per nares acris subiit furor: &, sanB guis ferbuit intus: omnia enim eiusmodi excitationem atq; imperum iræ significant. sed fortes quidem honestatis causa agunt, ira tamen ipsos adiuuat: feræ autem ob dolorem: propterea quòd enim vel percussæ sunt, vel timent incitantur: nam si in syluis vel salribus suis fuerint, non irruunt. Non igitur fortes sunt: quippe quæ dolore & ira in periculum impulsæ feruntur, nihil mali ac molesti præuidentes. nam eo modo etiam asini essent fortes, cum esuriunt: qui si etiam verberentur, a pabulo minime recedunt. Quin etiam adulteri multa ob libidinem audacia perpetrant. non igitur sunt fortes, qui ex dolore, aut ira in periculum impelluntur. Maxime autem naturalis esse hæc videtur, quæ est ex ira: videturq; esse fortitudo, vbi electionem, & id cuius causa faciendum vnumquodq; est, assumpserit. & hoies ēt cum irascūtur, dolēt: lætantur cum vlciscuntur, qui aūt ob hęc faC ciunt quippiam, pugnaces quidem sunt, sed non fortes: quippe cum non honestatis causa, neque vt ratio præscribit, sed ob affectum agāt: similitudinem tamen quandam habent. Neque etiam illi, qui bene sperant, fortes sunt. nam propterea in periculis confidunt, quia: & sępe & multos vicerūt: similes tamen sunt, eo ꝙ vtriq; sunt confidētes. sed fortes ob antedicta confidunt: hi aūt, quia se superiores esse, nihilq; mali vicissim perpessuros existimant: id quod ebrii quoque facere consueuerunt: in bonā enim spem inducuntur: cum vero ipsis talia non contingunt, quæ sperauerant, fugiunt. At vero fortis viri erat, ea quæ terribilia homini & sunt & videntur, ea de causa sustinere, quia id facere honestum: non facere turpe est. Ideo esse etiam fortioris videtur in improuisis terroribus intrepidum, imperturbatum que sese præstare, quā in conspicuis: ex habitu enim id magis proficiscitur, minusq; ex præparatione. Nam quæ antea palam fiunt, ex

*a.l. incitatrix.

consideratione quispiã eligere ac ratione poteſt:quę repẽte accidũ non nisi ex habitu. Fortes etiam videntur esse illi qui ignorant:& sane non longe ab sunt a bene ſperantibus:in eo tamen ſunt peiores, ꝙ hi nullam habent sui existimationem: illi habent. vnde etiam aliquandiu manent:hi vero decepti si vel cognouerint aliud quid esse, vel suspicati fuerint, fugiunt. Id quod Argiui fecerunt, cum in Laconas quasi essent Sicyonii, incidissent. Quales igitur sint fortes viri, & qui videantur fortes, dictum iam est. B

Primus modus.

DIxit. Dicitur aũt fortitudo aliter quinq; modis. Primus modus est fortitudo ciuilis. videtur enim magis proprius homini post fortitudinẽ, quę est ſcdm veritatem. & hoc, quoniam ciues videntur periculosa tolerare pp̃ter hoc, ꝙ mandant leges ex penis & opprobrijs infligendis ei qui fugerit a bellis: & propter honores exibendos ei, qui perseuerauerit in ipsis. & propterea putatur de eis ꝙ sint fortissimi hominũ, eo ꝙ timidi sint viri opprobriorũ, fortes vero sunt viri honorum. Hęc autem fortitudo similis existit fortitudini, quam determinauimus primitus, eo ꝙ ipsa fit quidem propter virtutem modo quodã, cũ sit quidem propter verecundiam, & desyderium pulchri: videlicet pp consecutionem honoris & fugam opprobrij, cum sit opprobrij turpe. Neq; similes existunt eis, qui fortitudinem exercent pp necessitatem & coactionem principantium ipsis & minantium penas, si non perseuerent, & propterea viliores sunt isti, q fortitudinem exercent timoris cã non verecundię, & fugientes triste non turpe. & hoc, quoniam domini impellunt consecutores suos ad fortitudinem. sicut fecit Hector, quando dixit, quem vero video fugientem a bello projiciam ipsum lupis & auibus ad deuorandum. Et idem factũ faciunt illi, qui mandãt vt percutiantur illi, qui fugiunt a bellis, & illis, qui fortitudinem exercent pp coactionem & necessitatem; quia actiones ipsorum perseuerare faciũt in fortitudine. Nõ sunt aũt isti fortes. oportet.n. vt fortis faciat hoc qd facit, non quoniã coactus ad hoc, sed quoniã videt ꝙ est factum decorũ.

Secundus modus.

Scđs autem modus fortitudinis est, qui fit propter peritiam & experientiã in vnaquaq; rerum. & propter hoc putabat Socrates fortitudinem esse scientiã. Et inueniuntur quidem homines pręualere propter experientiam in vnaquaq; rerũ quas frequentant. ideo milities inueniuntur in bellis in hac dispositione, in bellis nempe multę res nouę ac recentes emergunt, quarum isti proprie certitudinem habent. Videntur itaq; fortes, eo ꝙ fortitudinem habent siue potentiã operandi in bello ea, q̃ nõ possunt alij operari, propter hoc quod habent de scientia in ipsis. securãtur ergo ab occasionibus, quas parãt eis alii: & propter multiplicem aptitudinem ipsorũ possibile est eis vt pręseruent se ab incursu rei cuiuslibet. & sunt potentes ad inferendum quęlibet inimicis suis ex potentia, quam habent super vsum armorũ: cũ sint in dispositione, qua pręparantur eis vt noceant ipsi inimicis absq; receptione nocumenti ab eis. Sũt igitur habentes se tãquã armati, cõflictũ habentes cum inermibus, & tãquã edocti ad bella, pręliantes cum ignaris artis belli di. & hoc, qm̃ in hmõi non fortes pręcellentes sunt in bello, sed qui scientiores sunt artis præliandi; quemadmodum bellicosiores ferium robustiores. & quorũ habitudo corporis existit valitudinis habitudo. D. At vero milites superexcrescente periculo & multitudine prævalentę eorum præparationi titubant, et primi sunt fugientium mortem. sed fortitudinem habentes ciuilem, pseuerãt mortẽ expectãtes: eo ꝙ existimãt fugã turpem, et mortem eligibiliorem euasione cum fuga opprobriosa. Et eruditi quidem in bellicis in principio rei viriliter agunt, cõfidentes de peritia quã habent: cognoscentes autem mortis instantiã, in fugã conuertuntur, amplius mortem metuentes q̃ fugę turpitudinẽ. fortis autem nõ sic: fortitudinis enim aduertit decorem, nõ rem extrinsecam. E

Tertius modus.

Tertius vero modus fortitudinis est fortitudo proportionata furori. putatur.n. ꝙ qui facit aliqd propter irę exuberantiã, fortis existit in hoc, & ista est fortitudo, quę feris attribuitur, quę insultũ faciũt in ꝓuocantes eas, et istud ẽt putatur; eo ꝙ fortis ſcdm

A veritatem irascit in hora, qua exercet fortitudinem, intendo ꝙ putatur ꝓꝑ istud conuersum, s. ꝙ iratus sit fortis. & est quidem fortis iratus: eo ꝙ in euitabie, est quin prouocetur in hora agonis, & conflictus ira ipsius, quemadmodum dixit Homerus describens fortem, descripsit ergo eum per hoc, ꝙ iratus, & ꝙ impugnans eum excitabat in eo vim iracundię, & ꝙ ebulliebat sanguis eius. omnes ergo res istę, Intendo quę accidunt in hora, significant sup incitationem irę & eius ꝓuocationẽ; veruntamen fortis agit hoc, qđ agit propter decorẽ. & ira ꝓmouet eius actionem: ferę aũt agunt propter illatam molestiam: intendo ꝑꝑ verbera, aut metum. nam, si essent in latebris suis aut speluncis nõ ꝓsilirent. Nõ est igitur fortitudo, cum fuerit inuestigatio ad actiones dolor & iracũdia absq; aliqua pręuisione piculorũ. & si non, esset hoc, qđ accidit in eis hora famis suę. s. ꝙ nõ dimittũt prędã, quãuis percutiantur, habentes se ad similitudinem virorũ fortitudinis. Quartus vero modus est fortitudo cõcupiscentię. amatores enim audacter aggrediuntur terribilia cã cõcupiscentię. & verisimilius est vt sit ex parte naturę concupiscentialis, ꝗ̃ vt sit ex parte iracundię. Et quando ad eam iam fuerit eligentia & cõsultatio rei, cuius gratia fit, cõuertetur in fortitudinem & homines, qñ irascuntur, anxietatem sustinent; cum vero vltionem, adipiscuntur, delectantur. qui itaq; horum gratia bellicosi existent, nequaquã sunt fortes. non. n. qđ agunt, agunt ꝓpter decorem, neq; scđm ꝙ dictat descriptio ꝓpter accidens aliquod. veruntamen habẽt aliquid simile ei qđ habent fortes, & ꝓpter *Quartus modus.*
B illud fortes nominantur. Quintus aũt modus est, qui fit propter frequentem victoriã inimicorum: intendo propter assuetudinem. & hęc etiam non est fortitudo, illi enim qui multam de seipsis habent confidentiam propter consuetudinem non sunt fortes. non enim sunt audacter habentes in grauioribus, nisi quia sępe vicerunt gentes multas: similãtur autem fortibus eo ꝙ vtriq; audent. attamen fortes audent propter ea, quorum pręcessit memoratio: istij vero propter creditionem suam, ꝙ valentiores sint eis qui contra agunt: & ꝙ non recipient ab eis nocumentum. & simile huic facto agunt inebrietati ꝓpter illud, ad qđ deueniunt in hora ebrietatis ex cõfidentia de seipsis. qñ vero non euenit eis res scđm ꝙ putabãt, fugiunt: perseuerantes autem agere in rebus timorem incutientibus hominibus, & de quibus apparet ꝙ sint tales de natura fortis est. & facit qdem fortis hoc, eo ꝙ videt ꝙ factum decorum est, & ꝙ desistere ab eo turpe. Et propter hoc putatur de forti, ꝙ est intimorosus subito irruentibus: & ex improuiso intimidus & intrepidus quinimmo fortior existit in his ꝗ̃ in paulatinis & apparentibus ipsi, antequam incidat in ea & hoc, quoniam ille timor accidens fortis est quidem magis & minus ex parte dispositionis: intendo illã, quę est actu, non ex parte aptitudinis, In rebus autem manifestis atq; apparentibus, antequã *Quintus modus.*
C cadat in eas, cogitat hõ & discernit eas & eligit. res aũt subitaneas scđm quã exstatem habitus, i. actu existentis. nam non est in possibilis consiliatio. Et iam putatur de ignorante rem, ꝙ fortis; sed non est longe a bene confidente. attamẽ vel or eo existit, idro ꝙ confidentia illi est radix subiecta, cui innixus operatur: isti vero nihil tale existit. & propterea non perseuerat aliquo tempore: intendo propter ignorantiam eius, & confidentis quidem. tollitur fiducia, D. Illi autem, qui prosiliunt ad bellandum per modum astutię contra aliquã gentem appropriatam, percipientes quidem aut existimentes: ꝙ quibus bellantur, alij sunt ab eis, quibus bellari intendebant. fugiunt: quemadmodũ fecerunt Græci percipiẽtes ad rẽ in bello Lacones, cum ipsi exiuissent contra Sycionios dimicaturi.

De proprietatibus fortitudinis. Cap. IX.



Vamuis autem circa fiducias & timores versetur fortitudo nõ simili modo tamẽ in vtrisq;, sed in timendis rebus magis spectatur. qui. n. in his imperturbatus fuerit. sicutq; debet se gesserit: is magis est fortis, ꝗ̃ qui in illis, ꝗ̃ fiduciam

afferunt. Tolerandis igitur molestis rebus homines, sicut dictum est, fortes dicuntur. vnde etiam molesta res est fortitudo, & merito laudatur: quippe cum molesta sustinere, quã a iucundis abstinere difficilius sit. Veruntamẽ fortitudinis finis iucundus quidem esse videri potest, sed obscurari tamen ab iis, quæ circum ipsum accidunt, quẽadmodum in gymnicis certaminibus euenit. Pugili enim iucundus sanę finis est, cuius causa agit, coronæ videlicet et honores: verbera vero, cum sit carneus, dolorem afferunt: atque omnis demum labor molestus est. quia autem hæc multa sunt, finis ipse cuius causa certamen subiit, parua res cũ sit, nullam in se habere iucunditatẽ videtur. Si igitur circa fortitudinem idem est, mors & vulnera molesta quidem erunt forti viro, & inuito contingent: sustinebuntur tamẽ, quia id facere honestum, nõ facere turpe est. Ac quo magis omni virtute ornatus, & felicior fuerit, eo magis ob mortem dolebit: quippe cum eiusmodi vir maxime dignus sit, qui viuat: maximisq; bonis sciens priuetur: quod dolorem affert. nihilo minus tamen fortis erit: & fortasse etiam magis, quia honestatem in bello omnibus his anteponit. Non igitur in omnibus virtutibus inest, vt cum iucunditate operemur: nisi quatenus finem ipsum attingimus. Nihil autem fortasse prohibet, quin milites optimi sint illi, qui non modo tales, sed etiam minus fortes, & nullo alio bono pręditi sunt: hi enim prompti sunt ad pericula obeunda, vitamq; cum paruo lucro commutant. Ac de fortitudine quidem hactenus dictum sit. nam quid ea sit, ex antedictis figura quadam comprehendere non est difficile.

DIxit. Iam itaque determinauimus fortes secundum veritatem, & eos de quibus putatur, ꝙ fortes quidem homines sunt. Et fortitudo quidem inuenitur in rebus timorosis, & in rebus pertinentibus audacię: sed non secundum similitudinem vnã immo dignum est vt sit vigorosior in timorosis. qui enim intrepidus persistit in his rebus, secundum dispositionem quam oportet, amplioris est fortitudinis, eo ꝙ suffert ea, quę pertinent audacię. D. Res igitur est, vt diximus, quoniam sufferunt tristia, & ideo fit fortitudo contristans. & dignum quidem vt laudetur amplius quam temperantia: sufferre etenim tristia difficilius est quam a delectantibus se cohibere. D. Attamen finis intentus per fortitudinem delectabilis quidem videtur, nisi ꝙ occultatur eius delectatio per tristia circunstantia ipsum: vt contingit in agonis & conflictibus, quorum finis quidem delectans, puta pręmia & honores: exceptio vero verberum dolorosa, cũ carnes attingat. & similiter omnis dolor fiens ex multiplicatione verberum, & res, causa cuius incumbunt tristia, ad hoc deuenit, vt non appareat in ea delectatio & si sit in ea. Si igitur sic se habeat in fortitudine, sunt mors & vulnera forti quidem tristia & insponianea: tolerat autem ea, aut quia pulchrum, aut quia non tolerare turpe. Et quanto fuerit virtutis perfectioris & amplioris felicitatis, tanto plus de morte tristabitur, qui enim in hoc statu fuerit, dignissimus est vita. & hoc, quoniam priuatur bonis magnis valde, & hoc est sciens ipse: hoc aũt est res contristans. veruntamen non contristatur ex hoc propter defectum, quem habeat fortitudinis. fortassis aũt pręelectio eius rei decore, quam lucratur in bellis, amplior est illis rebus, quibus priuatur per mortem. Et per hanc causam deuenit ad hoc res decora, vt delectet intellectũ in oĩbus virtutibus: veruntamẽ hoc proprie sic fit, finẽ intentum animaduertẽdo. D. Fortassis aũt non est, quid prohibeat, qui in strenuitate militari inueniatur, qui non est in

hac

A hac habitudine fortitudinis, immo minoratus ab ea: & est ille, cui non est aliquid aliud laudabile, cuius timeat amißionem per mortem. talis igitur paratus est vehementibus periculis, & seipsum lucris modicis exponit. D. Hoc est igitur quod oportuit dicere de fortitudine: nec erit nobis difficile scire ex eo, per quod determinauimus, eam secundum viam descriptionis quid est.

De temperantia, & eius extremis. *Cap. X.*



Ost hanc autem dicamus de temperantia: hæ enim irrationalium partium esse virtutes videntur. Ac temperantiam quidem mediocritatem esse circa voluptates a nobis dictum iam est: nam minus, nec simili modo circa dolores versatur. in his etiam intemperantia existit. Circa quales vero sit voluptates definiendum est: animæque ac corporis voluptates distinguendæ: Vt ambitiositas, & discendi cupiditas. vterque enim ex his ea re gaudet, cuius est cupidus: corpus B queminime, sed cogitationem potius affectam habet. atque hi qui in talibus voluptatibus constituti sunt, neq; temperantes, neq; intemperantes dicuntur. non secus etiam qui in aliis sunt, quę ad corpus nō spectant. qui enim fabularum, narrationūq; studiosi sunt, & de quibuslibet rebus colloquendo dies conterunt: nugaces appellare consueuimus, non intemperantes. neque eos intemperantes dicimus, qui vel pecuniarum, vel amicorum causa dolore afficiūtur. Sed circa corporis voluptates temperantia solummodo versatur: atq; eas non omnes. Qui enim iis gaudent, quæ visu percipiūtur, vt colore, figura, pictura: neque temperantes, neq; intemperantes dicuntur: licet esse videantur: & vt oportet, etiam his, & per excessum, & defectum gaudeant. Simili modo in iis, quæ ad auditū pertinent. neq; enim quispiā vel eos qui supra modum cantibus, aut fabularum actione oblectantur intemperantes: vel eos, qui vt oportet, idē faciunt, temperantes appellarit. Neq; itē eos, qui odoribus gaudent, nisi scdm acidens. nā C qui malorum, vel rosarū, vel suffimentorum olfactu delectantur, minime vocamus intemperantes. sed eos potius, qui vnguentorum, aut opsoniorum odore illiciuntur: quippe cum his propterea oblectentur intemperantes, quia per hęc in recordationem concupitarū rerū venire consueuerut. Videre. n. ēt quoslibet alios licet, cū esuriunt, cibariorum odoribus oblectari. at vero talibus oblectari intēperantis est: ab eo n. concupitæ res eiusmodi sunt. Adde ꝙ neque cæteris animalibus ex his sensibus voluptas percipitur, nisi ex accidenti. nam neque canes odore leporum, sed comestione gaudent: sensum vero odor prębuit neque leo bouis voce, sed esu lætatur: ex voce autem prope eum esse cum senserit, ea videtur oblectari. simili modo neque si viderit, aut inuenerit ceruum, vel syluestrem capram, voluptate aliqua afficitur, nisi quia cibum inde habebit. Circa eiusmodi igitur voluptates temperantia & intemperantia versatur, quæ cæteris quoque anima-

libus cõmunes sunt: seruilesq; ob id ac ferinæ habentur. hæ aũt sunt & tactus,& gustatus. Sed gustatu parum vel nihil vti videntur: q p pe cum gustatus iudicium saporum sit. id quod faciunt ii, qui vel vina explorant, vel opsonia condiunt. at non admodum his oblectantur, vel non quatenus intemperantes, sed fruitione ipsa, quæ tota per tactum efficitur in cibis, in potibus, & iis quæ venerea nuncupantur. D
Vnde gulæ deditus quidam Philoxenus Eryxius guttur sibi lõgius gruis collo dari optabat: vtpote qui tactu oblectaretur. tactus aũt sensuum est maxime cõmunis, circa quem intemperantia versatur. Et merito esse vituperabilis videri propterea debet: quia nobis inest, non quatenus homines, sed quatenus sumus animalia. Talibus igitur oblectari, & acquiescere ferinum est. Nam voluptates, quę maxime liberales per tactum efficiuntur, exceptæ ab his sunt: vt illæ sunt, quæ in gymnasiis per frictionem calefactionemq; fieri consueuerunt. non enim circa totum corpus, sed circa partes quasdam intemperantis tactus versatur. E

Dixit. Et nos quidem determinabimus post hoc de re temperantię. videntur etenim ambę hę virtutes esse quidem partibus animę irrationabilibus. Et iam diximus ꝙ castitas mediũ existit delectationũ. & iam inueniunt in tristitijs etiam, sed minus ꝗ̃ in delectationibus & dissimiliter. & incastitas ei opposita circa easdẽ res inuenitur, circa quas castitas. nos aũt determinabimus hic delectationes, in quibus inuenitur, & quę delectationes sunt. Dicimus ergo, ꝙ virtutũ, quæ inueniũtur in delectatione, quedã sunt corporales, & quędam aĩales. & aĩales quidẽ, vt appetitus honoris & appetitus scientię. de vtrisq;.n. horũ, qñ receperit homo hoc, qd' amat, gaudet, preterquã patiatur aliqua pars corporis: sed qđ patiatur ex eo intellectus est, neq; de affectis his delectationibus dicitur, ꝙ casti neq; ꝙ incasti. & similiter non dicitur de affectis reliquis delectationibus, quæ non sunt corporales. & hoc, quoniã eos, qui amant historias & fabulas, & eos qui finiũt dies suos in loquẽdo de quacunq; re contingat, nominamus quidem eos exercitatores, intemperatos aũt non. neq; etiam nominamus sic eos, qui gaudent pecunia & amicis, & tristantur eorũ amissione. Quãdoq; sic fit, tunc castitas est quidem in delectatione corporali, nõ in hac omni. Nam eos, qui gaudent de eo qđ apprehendit visus, vt coloribus & figuris, non nominamus castos neque incastos; & si putetur de istis, ꝙ gaudent in his rebus qũo oportet, & amplius ꝗ̃ oportet, & minus quã oportet. Et similiter se habet F
in eo qđ apprehendit auditus, nemo.n. incastos nominat eos, qui superflue gaudent consonantijs, & representationibus, neque castos eos, qui quomodo oportet. Neq; eos qui gaudent, eo ꝙ apprehendit odoratus: nisi fortasse nominamus eos sic per accidens. etenim eos qui gaudent pomorum odoribus, & rosarum, et thuris non nominamus incastos, sed eos, qui coquinę, & pigmentorũ & pulmẽtorum. nam gaudet his incastus, eo ꝙ faciunt eum rememorari desyderiorũ suorum. Videmus autem quosdam alios, quando esuriunt, gaudere odoribus cibariorum: quod equidem incasti est: eo ꝙ ad hoc sunt eius desyderia. Neq; ẽt inuenitur delectatio cęteris animalibus gressibilibus in his tribus sensibus, nisi fuerit per accidens. canes enim non gaudent odoribus leporum, sed comestione: & odor ducit eos ad sentiendũ ipsos. neque etiam leo gaudet voce bouis, sed comestione eius: per vocem aũt eius sentit, ꝙ est propinquus ei: & propter hoc videmus eum gaudentem ad vocem eius. similiter non gaudet quando viderit, aut inuenerit ceruum vel hircum syluestrem: immo gaudet eo quod inuenit, quo pascatur. Castitas & incastitas nõ inueniuntur nisi in huiusmodi delectationibus, in quibus participat homo reliquis animalibus. & propter hoc fit vt sensus, q eas apprehendunt, proportionentur seruis & feris. & sunt sensus & tactus &

A gustus. Et patens est de eis in re gustus, ꝙ ipsi aut parum sunt utentes eo, aut non vtuntur eo penitus, & hoc, quoniam discrepatio saporum est quidem per sensum gustus: quomodo faciunt illi, qui potus probant, & qui fercula coquinæ sapida reddunt suis condimentis. D. Incastus autem fere non gaudet rebus istis metipsis: sed gaudet quidem, eo ꝙ apprehendit tactum tantum ex cibis & potibus & coitu. Et propter hoc optabat vnus ex ipsis, cum esset amator ferculorum coquinalium, vt essent fauces eius longitudine faucium gruis, vt prolongaretur delectatio in tactu cibalium, communior igitur sensuum, intendo inuentum in omnibus animalibus, est sensus ille, penes quem fit incastitas. Et iustum est nos opinari a nobis, ꝙ sensus iste opprobriosus est nobis, cum non sit: nobis secundum ꝙ nos sumus homines, sed secundum ꝙ nos sumus animalia. Declinare igitur ad hęc sensibilia, & vehementer diligere ea, equidem de natura ferarum. D. Oportet autem vt separemus ab his delectationibus tactualibus, in quibus inuenitur castitas & incastitas, eas, quę maxime conueniunt liberalibus & sunt illæ quę fiunt in exercitatione ex fricatione & calefactione. & hoc, quoniam tactus ille fit per totum corpus: tactus vero per quem delectatur incastus, non fit in toto corpore suo: sed fit equidem in quibusdam membrorum suorum.

B *Diuersas cupiditatum species esse.* *Cap. XI.*



T vero cupiditatum aliæ communes videntur esse, aliæ
propriæ, atq; oppositiciæ vt alimenti cupiditas natura
lis est: siccum enim vel humidum alimentum, vel etiã
vtrunque, cum indigent, omnes cupiunt. quin etiam
appetit & iuuenis, vt inquit Homerus, florensque cu
bile: tale vero ac tale, vel eadem non omnes, iccirco nostrum esse
id videtur. Habet tamen & aliquid naturale: quippe cum alia aliis
iucunda sint, & omnibus suauiora quædam sint cæteris quibusli-
bet. In naturalibus igitur cupiditatibus pauci; atq; hi in vno, i. ni-
mio peccant. qui enim comedit vel uilia quęlibet, aut bibit, quoad su
pra modum repleatur: is multitudine naturalis cupiditatis termi
nos excedit. naturalis enim cupiditas indigentiæ repletio est. atque
C iccirco huiusmodi homines ventrifurentes appellantur; propterea ꝙ
vltra quã deceat, ventri replendo student. ac tales quidem euadunt ii
qui seruili admodum ingenio prediti sunt. Circa uero proprias cupi-
ditates multi, ac multis modis peccant. nam cum talis cuiusdam rei
studiosi homines dicantur, quia oblectantur vel quibus non opor-
tet, uel magis quã pleriq; faciant, uel nõ vt oportet, vel nõ quo opor
tet: in omnibus sane intemperãtes excedunt: quippe qui & gaudent
nonnullis, quibus non oportet, quæ odio profecto digna sunt. & si ali
quibus gaudendum est, magis quã oportet, quamq; pleriq; gaudeãt
id facere consueuerunt. Atq; excessum quidẽ circa voluptates intem
perantiam esse ac vituperabile perspicuum est. Circa autem dolores
nõ quemadmodum in fortitudine, ita hic sustinendo temperans, nõ
sustinendo intemperans dicitur: sed intemperans vnusquisque est,
dum propterea ꝙ iucunda non consequitur, magis quã oportet, do-
let: doloremq; ipsi affert voluptas: tẽperans, dum absentia, abstinen-

tiaq; voluptatis nullo dolore afficitur. Intemperans igitur iucunda omnia appetit, vel ea quæ maxime iucunditatem afferunt: duciturq; a cupiditate adeo, vt ea omnibus aliis anteponat: atq; ita fit, vt doleat, dum & voto frustatur, & cupit quippe cum non sine dolore cupiditas sit. dolere autem ob voluptatem absurdum videtur. At qui deficiant circa voluptates, minusq; quam oporteat, illis oblectentur, nō fere inueniuntur: talis enim stupiditas humana non est. nam cætera animalia cū delectum ciborum habeant, aliis oblectantur, aliis minime. si vero quispiam sit, cui nihil sit iucundum, nullaque inter hunc & illum cibum differentia sit: is sane procul esse ab hominis natura videtur. Quocirca quia eiusmodi homines non admodum esse consueuerunt, effectum est, vt ne nomen quidem vllum consequuti sint. Temperans autem circa hęc mediocriter se habet: nam neque iis oblectatur, quibus intemperans maxime consueuit, sed potius ægre afficitur: neque omnino iis gaudet quibus non oportet: neque vlla aliqua huiusmodi re vehementer oblectatur. neque si absit, dolet: neque cupit nisi mediocriter: neque magis quam decet, quapiam re, neque quando non decet, afficitur: neq; demum tale aliquid appetit: sed ea tantummodo iucunda, quæ vel ad sanitatem, vel ad bonam habitudinem faciunt: atque ea quidem mediocriter, & sicut decet. & cætera etiam, quæ his impedimento nō sint, *vel pręter honestatem, vel supra facultates. nam qui ita facit, magis tales voluptates amat, quā dignū sit. At temperans non eiusmodi est, sed sicut recta ratio præscribit.

* a. l. vel quā tum ad honestatē spectat. vel facultates.

DIxit. Vtrum autem ex cōcupiscentijs aliquid cōmune esse omnibus animalibus, & aliquid propriū: vt cōcupiscentia cibi & naturalis est & cōmunis. omnis nāq;, cuius corpus indigēs est cibo, desyderat cibū humidū & siccū. & fortuitu vtrūq; simul & adolescens & perfectus desyderat cum eo coitum. desyderium aūt huius cibi vel illius vel vnius eiusdē cibi, non est omnis, cuius corpus indiget nutrimento. Et propter hoc contingit vt sit desyderiū istarū rerū ex parte nostri, i. per electionē nostram: & tamen non est quidem torū ex parte nostri. Verum in hoc est aliquid naturale. & hoc quoniā homines diuersificantur in eis: eo ꝙ delectat eos naturale. quendā ergo delectat aliquid, & aliū aliud ab hoc: & quędam delectant quosdā plus ꝙ alios. D. Pauci vero sunt, qui peccāt in vtendo desyderijs naturalibus: qn vero accidit in his peccatū, plurimū illius fit in re vna, s. in pluri. qui enim comedit & bibit hoc qđ contingit eū desyderare naturaliter, donec superfluat in repletione ex eis, pertransit quidem rē naturalē in multitudine. desyderiū vero naturale non est nisi ad replendū, qđ diuersificauit defectio, & non excedit ipsum vsque ad additionē. Et propter hoc dicitur de eis, qui excedunt in hoc vsq; ad additionē, ꝙ sunt dōmini ventriū siue ventriculi: eo ꝙ implent ventres suos amplius ꝙ indigeant: & in hac dispositione inueniuntur serui. In delectationibus aūt proprijs multi ex hominibus peccāt multis modis. & hoc, quoniā multi amatores huiusmodi rerū, peccāt in eis: aut quia delectantur aliquo, quo non oportet delectari: aut quia vtūtur eo amplius quā oportet: aut quia vtūtur per modū, quo cōmunitas hoīum vtitur his rebus: aut scđm ꝙ non oportet. iam ergo patet, ꝙ incastitas superfluitas est in delectationibus, & ꝙ vituperabilis. In tristitijs autem non dicitur aliquis incastus, quia tolerat ea & suffert; sicut dicitur in eis fortis. neque dicitur incastus, quando non tolerauit eas. verūtamen iam non nominatur etiam castus, eo ꝙ non tristetur propter carentiam desyderati. Incastus ergo cōcupiscit omnia delectabilia, & ex delectabilibus delectabiliora. &

peruenit ex prosecutione concupiscentię ad hoc vt semper cuncta eligat dele-
A ctabilia: ideoq; angustiatur cum non acceperit ea desyderans ens, & hoc, qm̄ desyderium tristitia sequitur propter priuationem rei delectantis, attamen incō ueniens videtur propter causam delectabilis contristari. D. Et fere non est inuenire hoiem deficientē ab oibus delectationibus: intendo vel gaudeat eis minus q̄ oportet: eo q hæc maneries insensibilitatis nō est de natura hominū. & hoc, qm̄ cetera aialium discernūt species nutrimētorū, & quibusdam eorum delectantur, quibusdam vero non. Vt ergo inueniatur aliquis, cui nihil sit delectabile, longe est abesse hominis. & propter paucitatem inuentionis eius non est positum ei nomē. Castus itaq; medius est in istis. nō enim delectatur quibus delectatur incastus proprie: quinimmo molestatur. & non delectatur penitus, quo nō oportet delectari: neq; vehemens fit desyderiū eius ad aliquid ex istis: & nō angustiatur, qn̄ tolluntur delectabilia, & nō cōcupiscit nisi scd̄m quantitatē moderate. neq; amplius q̄ oportet, neq; in hora, qua non oportet, neq; qd non oportet: & vniuersaliter non desyderat aliquid immensurate. Res vero sanitati pertinētes & equalitati habitudinis, & cum hoc habētes delectationē, desyderat in quantitate mēsurata, & quomodo oportet: reliquas vero delectationes dimittit: aut ideo q̄ recedentes sunt a bono: aut quia impedimentū pręstantes substantię nostrę in cōplemento. & hoc, qm̄ qui festinat ad istas delectationes, amat delectationes amplius q̄ mereatur. sed castus non sic; immo desy-
B derat secundum imperium discretionis sanę vel rectę rationis.

De temperantiæ extremis. *Cap. XII.*

Intemperantia vero spōtaneo magis similis, quam ignauia videtur: quippe cum hęc ex voluptate, illa ex dolore existat: ex quibus altera eligenda: alter fugiendus est. Ac dolor quidem exturbat & corrumpit naturam eius, qui eo afficitur: voluptas autem nihil tale facit. Magisque spontanea est: atq; iccirco maiori opprobrio prosequēda. Nam & assuescere his rebus, cum plures in vita hominum eiusmodi sint, facilius est: assuetudo ipsa periculo vacat. in formidolosis autem rebus contrarium est. Ignauia etiam non simili modo vt particularia esse spontanea videri posset: ipsa enim doloris est expers: res autem particulares dolore adeo exturbant, vt & arma abiicere, & cæ-
C terea indecore gerere homines non vereantur: atq; iccirco esse etiam violentæ videntur. At intemperanti econtrario euenit. particularia n. quippe cum ea concupiscat, atq; appetat, spontanea sunt: totum aūt atque vniuersum minus. nemo n. est, qui intemperans esse cupiat. Nomen autem ipsum intemperantiæ seu incastigationis de puerilibus peccatis dicere consueuimus. vtrum vero ab vtro dicatur, nihil ad præsens negocium refert: posterius enim a priore dictum esse satis constat: ac non male videtur fuisse translatum. nam quod turpia appetit incrementumque magnum accipit, castigandum est ac temperandum: huiusmodi autem maxime est & cupiditas & puer: quippe cum & ex cupiditate viuant pueri, & maxime in ipsis voluptatis vigeat appetitio. Si igitur non obediens, neque imperanti subditum id fuerit, longe lateq; efferetur: insatiabilis siquidem rerum iucundarum appetitio est, & stulto vndecunque occurrit, cupiditatis præterea

Be 5

operatio quod cognatum sibi est: auget: & si magnæ vehementesq; fuerint cupiditates, rationem extrudunt: Quapropter mediocres D eas esse oportet. ac paucas, rationique minime aduersantes. Atque id quod tale est, obediens, ac castigatum temperatumque appellamus: Sicut enim puerum ad pædagogi præceptum viuere oportet: ita concupiscibilem animæ facultatem rationis imperio obtemperare: atque ideo temperantis cupiditas cum ratione consentiat, necesse est. quippe cum vtrisque propositus scopus honestae sit. nam & temperans cupit quæ oportet, & quando oportet: & ratio quoque ita præscribit. Atq; hæc de temperancia dicta a nobis sint.

Dixit. Incastitas autem similior est ei quod fit sponte, quam timiditas: propterea ꝙ incastitas fit delectationis causa: timiditas autem & tristitia: & delectatio est quod appetitus: tristitia vero a quo fugitur: eo ꝙ tristitia permutat & corrumpit naturã habentis ipsam: sed delectatio non facit, qñ non recipitur. Dignior ergo est vt fiat sponte: intendo ꝙ actus incastitatis secundum delectationem dignior est vt fiat sponte quam actus timiditatis secundum timorem. Et propter hoc magis sequitur opprobrium ex parte eius, quam sequatur illud, quod fit ex parte tristitiæ. & hoc, quoniam declinatio nostra ad declinationem facilis est: cũ in mundo multa sint delectabilia, neq; assuefactio eorum vllã habet difficultatem. In timorosis vero se habet econuerso: intendo ꝙ tolerare ea difficile est. Dixit. Et a timiditate quidem non videtur fugi, quemadmodum fugitur a rebus particularibus timorosis: ideo ꝙ in timiditate non est tristitia. res autem timorosæ cogunt eum, cui accidunt ad actiones turpes: ita ꝙ armorũ reiectiones, & ad committendum cætera turpia. propter hoc igitur videtur de eo quod facit homo apud istas dispositiones ꝙ facit ipsum inspontanee. Quod autem accidit propter in castitatem est econuerso. intendo ꝙ particularia rerum delectabilium, quæ concupiscit, fiunt ab eo sponte, eo ꝙ concupiscit & desyderat ea: vniuersaliter autem eorum minus est in eis in hoc. & hoc, quoniam nullus inuenitur, qui desyderet esse castus. Dixit. Et nos quidem in idiomate nostro absolute dicimus nomen incastitatis de peccato, quod fit a pueris, eo qđ similitudo quædam est inter istas duas intentiones: intendo intentionem incastitatis secundum veritatem, & hanc intentionem, quæ ipsius inuenitur. Certificare autem quod eorum ab altero denominatum aut transumptum sit, non indigemus in hoc loco. vult ideo ꝙ est inquisitio idiomatis. Dixit. nisi ꝙ manifestũ est ꝙ nomen postremum in positione accommodatum est a primo. Dixit. vi F detur itaque non malum, immo bonum esse vt transmutetur ab isto. etenim oportet recondi & refrenari turpia cupientem & desyderantem & in hoc excedentem. taliter autem se habet desyderium & pueritia. & hoc, quoniã pueri quidem viuunt per desyderium proprie: etenim concupiscentia siue cupiditas delectabilis in ipsis fit proprie. Si igitur puer non fuerit obsequendo mandato educantis ipsum, superfluet in persequendo quod delectat. & hoc, quoniam penitus insatiabilis est ei, qui intellectum nõ habet, concupiscentia rei delectabilis: & actus desyderij suum simile augmentat. & si fuerit desyderium magnũ vehe-

Si desyderiũ fuerit magnum vehemens peruertit rationẽ.

mens peruertit rationem. Propter hoc igitur oportet vt sit secundum mensurã & vt sit paucum, & non contrarians discretioni. Qui autem talis fuerit, nominatur obediens, disciplinabilis. Et quemadmodum aũt oportet vt sit desyderiũ pueri, prout visum fuerit doctori, sic oportet vt pars concupiscibilis sit, ꝑut imperauit ratio. ideoq; oportet, in casto vt pars concupiscibilis concordans sit rationi: ita videlicet, vt ambo bonum velint, & intendant. Castus igitur desyderat qđ oportet desyderari, & qualiter oportet, & quando oportet: & similiter etiã ordinat ratio res istas. Dixit. Hoc itaque est, quod oportebat nos dicere de castitate.

A ARISTOTELIS

MORALIVM NICOMACHIORVM

LIBER QVARTVS.

Cum Auerrois Expoſi.

SVMMA LIBRI.

De liberalitate. De magnificentia. De magnanimitate. De moderato honoris ſtudio. De manſuetudine. De comitate De ueracitate. De facetudine: ipſarūq; omnium extremis. De verecundia.

B *De liberalitate & eius extremis.* *Cap. I.*



Nunc dicamus de liberalitate. Circa pecunias autē eſſe mediocritas videtur. liberalis.n.non in bellicis rebus, neq; in iis in quibus temperans, neque item in iudiciis, ſed in datione, acceptioneq; pecuniarum, ac magis in datione laudem meretur. pecunias autem omnia ea dicimus, quorū æſtimationem numus metitur. Prodigalitas autem & liberalitas exceſſus & defectus circa pecunias ſunt. atque illiberalitatem quidē illis ſemper attribuimus, qui magis quā decet, pecuniis ſtudent: at prodigalitatem complicantes aliis interdū adiūgimus: nam incōtinentes, & eos qui in intēperantiā opes conſumūt, prodigos vocare cōſueuimus. iccirco huiuſmodi hoīes eſſe improbiſſimi videntur, propterea ꝙ multa ſimul vitia habeant: nō tamen proprie ita appellantur Debet enim prodigus eſſe is, qui vno tantū vitio ſit præditus, vt ſcilicet fortunas ſuas conſumat. prodigus enim ſeu inſeruatus eſt, qui per ſe ipſe perditur. nam eſſe ſui ipſius perditio videtur etiam bonorum diſsipatio: vtpote cum ea ſint, ex quibus vitam traducamus. Atq; ad hunc modum ſane prodigalitatem accipimus. Iis autem, quorum eſt vſus aliquis, & bene & male vti licet: at diuitię ex vtenſilibus ſunt: optime vero vnaquaque re vtitur is, qui virtutem vnicuiq; rei conuenientem habet: & diuitiis igitur is optime vtetur, qui ea virtute erit creditus, quæ circa diuitias verſatur. atque hic ipſe vir liberalis eſt. Vſus aūt pecuniarum ſumptus ac datio, acceptio vero & conſeruatio eſſe poſſeſsio potius videtur. atq; iccirco liberalis viri magis eſt dare quibus oportet, quā accipere vnde oportet, & nō accipere vnde nō oportet.* magis.n.beneficio afficere, quā affici, & honeſta agere, quā non agere turpia, virtutis proprium eſt.

(Margin, beside "Prodigalitas autem & liberalitas…":) Quibus illiberalitatem quibus ue prodigalitatē attribuamus.

C (Margin letter beside "proprie ita appellantur".)

(Margin, beside "Iis autem, quorum eſt vſus…":) Rebus, quarū eſt vſus, bene & male vti licet.

(Margin:) * Virtutis magis eſt beneficio afficere, ꝙ affici: & honeſta agere ꝙ non agere turpia

At obscurum non est ex datione consequi vt beneficia conferamus, honestáq; agamus: ex acceptione vero vt beneficiis afficiamur, non agamusq; turpia. gratia item ei qui dat, exhibetur, non ei qui non accipit: & laus etiam magis nō accipere preterea quam dare facilius est: suum.n. quisq; magis non profundare, quā alienum non accipere cōsueuit. Liberales quoq; illi dicuntur qui dāt: qui autem non accipiunt non liberalitatis, sed iustitiæ non minus laudem consequuntur: qui vero accipiunt, ne prorsus quidem laudantur. Quin ēt liberales maxime omniū fere, qui virtute quapiam alia prędiri sunt, amari cōsueuerunt: vtilitatem enim afferunt: at id in datione collocatum est. At vero omnes ex virtute actiones & honestæ sunt, & honestatis causa fiunt: & liberalis igitur honestatis causa dabit, & recte dabit enim & quibus, & quæcunque, & quando oportet: reliquisque aliis modis, qui rectam dationem consequuntur: atque id vel iucunde, vel sine dolore. quod enim ex virtute fit, id vel cum voluptate, vel sine dolore certe afficitur: minime autem molestum est. nam neque qui vel us quibus non oportet, vel non honestatis, sed alia quapiam causa dat, esse liberalis dicetur, sed alius quidam. neque qui moleste dat: is.n. pecunias honestis actionibus anteponeret: at hoc minime liberalis est. Sed neque accipiet vnde non oportet: non enim eius, qui non magni facit pecunias, talis acceptio est. neque erit petax: non enim ad eum spectat qui beneficia in alios confert, vt facile beneficiis afficiatur. vnde autem oportet, accipier, ex propriis videlicet possessionibus: non quia honestum id sit, sed quia necessarium, vt habeat quod det. neque res suas negliget: quippe cum ex ipsis velit aliquibus suppeditare. neque dabit quibuslibet, vt habeat quod det quibus oportet, & quādo, & vbi honestum est. Liberalis viri etiam valde est ita in dando excedere, vt pauciora sibi relinquat: quippe cum ad se minime respicere liberalis proprium sit. Liberalitas tamen pro facultatibus dicitur: nō enim in multitudine eorum quæ dantur, sed in habitu eius qui dat, actio liberalis consistit: qui quidem habitus est, qui dat pro facultatibus. Vnde nihil vetat, quin liberalior aliquis sit, qui pauciora dederit, si modo ex paucioribus etiam fuerit elargitus. Illi autem esse liberaliores videntur, qui non ipsi acquisiuerūt facultates, sed ab aliis accepere: propterea ꝙ indigentiam experti minime sunt: & omnes sua ipsorum opera, vt parentes, & poetæ, magis amare consueuerunt. At vero facile non est, vt liberalis diues sit, qui neque accipiendi, neque conseruandi, sed erogandi potius est studiosus: neq; pecunias propter ipsas, sed dandi causa æstimat. Atque idcirco crimini dari fortunæ non sueuit. ꝙ qui maxime digni sunt, minime ditescant. id autem non absque ratione accidit: quippe cum fieri minime possit, vt habeat pecunias is, qui nullam diligentiam adhibet, vt eas habeat. id quod in cæteris etiam rebus fit. Non dabit tamen quibus non oportet, neque quando non oportet, & reliqua huiuscemodi: alioqui non ageret se-

Non in multitudine datorum, sed in habitu eius, qui dat, actio liberalis cōsistit.

Amare omnes sua ipsorum opa consueuerunt.

A cundū liberalitatē:neq; ita expensas pecunias posset in ea quę debet, expendere. Sicut enim diximus, is est liberalis, qui pro facultatibus & in ea quæ debet, sumptus facit: qui vero excedit prodigus. atq; ideo tyrannos prodigos non dicimus: facile enim esse minime videtur, vt dationibus & sumptibus excedere opum multitudinem possint. Cum igitur liberalitas mediocritas sit, quæ circa pecuniarum dationem acceptionemque versatur: liberalis dabit & expendet in ea quæ oportet, & quotcunq; oportet, tam in paruis quam in magnis, atque id iucunde faciet: accipiet item & vnde oportet, & quotcunque oportet. Nam cum virtus circa vtraque sit mediocritas, vtraque vt debet, faciet. moderatam enim dationem talis acceptio consequitur: quæ autem non est talis, contraria est. quæ igitur consequuntur, in eodem simul contingunt: quę vero sunt contrariæ, minime. Quòd si inciderit vt præter quam deceat, & bene se habeat expenderit: dolebit quidem, sed moderate, & sicut debet. nam ob quæ oportet, & sicut oportet, & lætari & dolere ad virtutem spectat. Est etiam

Ad virtutē spectat ob quæ oportet, & sicut oportet, lætari & dolere.

B liberalis quantum ad pecunias attinet, in societate vitæ perfacilis. iniuria enim affici potest, cum magni pecunias non estimet: magisq; ægre fert, si quid quod oportuerit, non expenderit: quam dolet, si quid expenderit, quod minime debuerit. neque Simonidi assentitur. prodigus vero etiam in his peccat: nam ob quæ oportet, & sicut oportet, neque lætatur, neque dolet. id quod progredientibus manifestius patebit. Dictum a nobis est prodigalitatem & illiberalitatem excessus esse & defectus: atque eas in duobus, datione & acceptione consistere: nam etiam sumptum in dationem reponimus. Prodigalitas enim in dando & non accipiendo excedit: in accipiendo aūt deficit. illiberalitas contra in dando deficit, in accipiendo excedit: sed in paruis tamen. Ac quæ ad prodigalitatem quidem spectant, non admodum coaugeri consueuerunt: quippe cum facile minime sit, vt qui nulla ex parte accipit, omnibus largiatur. cito enim priuatos eos homines qui

C dant, facultas defecit.: qui quidem prodigi esse etiam videntur: id est inseruati. Nam qui huiusmodi est, non paulo melior illiberali esse videretur: cum & ab ætate, & inopia curari facile possit: atque ita ad medium redire. cum.n. ea habeat, quæ sunt liberalis, quippe qui det quidem & nō accipiat, sed neutrum tamē neq; vt debet, neq; bene faciat: si ad hoc tātum vel assueuerit, vel aliquo alio modo fuerit mutatus, liberalis euadet. fiet siquidem vt & det quibus oportet, & non accipiat vnde non oportet. vnde neque esse moribus prauus videtur. in dando enim & non accipiendo excedere non mali & ignobilis, sed stolidi potius hominis est. Qui autem hoc modo est prodigus, longe illiberali & auaro, cum ob antedicta, tum propterea esse melior videtur: quia ipse multis, illiberalis nemini prodest, immo ue sibi ipse quidem vtilia est. Pleriq; tamen prodigi, sicut dictum est, etiam vnde non oportet, accipiunt: atque in hoc sunt illiberales: qui ideo ad accipiendum

Cur pdigus illiberali melior sit.

prompti efficiuntur, quia cum velint expendere, facere id facile ne queūt. cito.n. ipsis opes deficiūt: vt aliū de sibi cōparare eas cogātur. quoniā præterea nullam honestatis curam habent, vndiq; nullo ha. bito delectu accipiunt. dare enim cum cupiant, quo pacto & vnde id faciāt, non curant. Quapropter neq; liberales eorum dationes sunt, cum non sint honestæ, neq; huius ipsius causa, neq; vt oportet, eff ci untur: immo interdum eos, quos oporteret esse pauperes, diuites red dunt. atq; iis qui moderati sunt moribus, nihil, adulatoribus aut & ceteris, qui aliam quampiam voluptatem ipsis suminiſtrant, multa largiuntur. Vnde efficitur, vt pleriq; ex his intēperantes etiam sint. nam & quia facile expendunt, in intēperantias etiam profusos sum ptus faciūt: & quia non ad honestatem spectantes viuunt, ad volup- tates quoq; declinant. Prodigus igitur si incorrectus permaneat, in hæc transit: si curationē admittat, ad mediocritatem deuenire, hone- statemq; potest. At illiberalitas incurabilis est. nam & senectus, & omnis imbecillitas reddere illiberales videtur: magisq; quā prodiga B litas, hominibus natura insita est: nam pleriq; sunt pecuniarum cu pidi magis, quā ad dandum prompti: & late patet, multiformisq; est. Multi.n. modi esse illiberalitatis videntur. nam cum in duobus constituta sit in dandi excessu, & defectus accipiendi: non omnibus integra adest, sed interdum separatur. atq; ita fit, vt nonnulli in ac- cipiendo excedant, alii in dando deficiant. nam qui his nominibus præditi sunt, vt dicātur parci, tenaces, retracti & restricti, oēs in dādo deficiūt. Nō appetunt aūt aliena, neq; accipere volunt alii ob pro 1- tatē quandam, turpiūq; rerum euitationē. videntur.n. aliqui, vel cer te dicūt, propterea †conseruare, ne aliquando agere turpe aliquid co gantur. Inter hos est ēt cuminiseca, & vnusquisque alius huiusmo , qui nomen fortius est ab excessu, quod nemini quicquam daturus si. Alii ob timerem ab alienis abstinēt: propterea φ facile minime est, vt si aliquis aliena acceperit, alii ab eo quicquam non accipiant: atq; c F circo neq; accipere, neq; dare ipsis placet. Nonnulli vero in accipiē do excedunt, dum & vndecunq; & quodcunq; accipere nō verentur: vt sunt, qui illiberalia opificia exercēt, & leones, & id genus cæteri: & fœneratores, † qui etiam parua magnis cum vsuris accipiunt. qui qui dem omnes neq; vnde debent, neq; quantū debent, accipiunt. Com munis autem his omnibus turpis quæstus viderur causa.n. lucri om- nes, atq; eius parui, opprobria subeunt. Nam qui magna vnde non oportet, & quæ non oportet, accipiunt, vt tyrannos, qui vrbes popu- lantur, & templa diripiunt: non illiberales, sed improbos potius, sed impios, sed iniustos appellare consueuimus. At aleator, & fur seu spoliator, & latro ex illiberalibus etiam ipsi sunt: cum turpi lucro de- diti sint, vtriq;.n. lucri causa negociantur, & oppobria sustinent. & hi quidem pericula maxima acceptionis causa subeunt. illi ab amicis quibus dare deberent, lucrantur. vtriq; igitur cum vnde nō oportet,

*a.l. obseruare.

*a.l. qui paulatim & magnis cū vsuris accipiūt.

A velint lucrũ comparare, turpi lucro dediti sunt. atq; omnes huiusce modi acceptiones sunt illiberales. Merito vero illiberalitas contraria liberalitati propterea esse dicitur, ꝙ maius malum quã prodigalitas est. magisq; in ea peccant homines, quã in prodigalitate, de qua superius iam diximus. De liberalitate igitur, & oppositis vitiis hactenus dictum sit.

DETERMINATIO QVARTI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE.

ARISTOTELIS.



Ixit. Post hoc autem dicendum de largitate quid est. Videtur itaq; medietas esse circa pecunias, non enim laudatur largitas circa bellica, neq; circa ea, in quibus fit homo temperatus vel castus, neq; circa iudicia, sed circa dationem & acceptionem pecuniarũ. dignius autem est vt sit circa dationem. & intelligo per pecunias omne illud, quod æqoippollet numismati. Et prodigalitas quidem superfluit: auaritia vero deficit a medietate hac. Et nos quidem referimus auaritiam ad eos, qui plus debito amant & laborant ad pecuniarum coaceruationem: prodi- B galitatem vero ad immersos concupiscentijs & expendentibus quicquid habent in voluptatibus. huiusmodi enim nominantur prodigi: ideo deteriores videntur alijs ab eis. plura enim mala simul inueniuntur in his propter multiplices maneries suarum concupiscentiarum: & propterea non bene conuenit eis illud nomen. Dr natura nanq; est prodigi vt sit in eo malum vnum: & est dissipatio vel perditio pecuniæ suę. & hoc, qm̃ prodigus mactat seipsum manu sua: eo ꝙ putatur ꝙ destructio pecunię hominis sit mors ipsius: cũ vita eius per pecuniam compleatur. secundum igitur hunc modum est prodigalitas. Dixit, Et ea, quibus indigetur, sunt quę expenduntur vsu & bono, & quę vsu prauo, & diuitię sunt dr rebus vtilitatem afferentibus: & directus, ille. s. qui virtutẽ habet in vnaquaq; terũ, vtitur vnaquaq; rerũ meliori modorũ: & virtuose se habẽs circa pecunias vtitur eis optime: & hic est largus. Dixit. Est aũt scitum ꝙ vsus pecunię est expensio eius & datio: aggregatio vero eius & conseruatio lucratio ipsius est. est ergo de natura largi potius vt det vbi oportet, ꝙ̃ vt accipiat vnde oportet, & vt non accipiat vnde non oportet, de natura etenim virtutis est vt sit homo per eam conferens potius beneficia alteri quam ab altero ea re- C cipiat: & vt sit per eã operãs honestũ potius ꝙ̃ a turpi declinãs. D. Et de nõ occultis est: qm̃ beneficiũ & famosum vel notoriũ donũ inueniuntur in datione: & quoniam receptio beneficij ab altero a se: & vt non faciat turpe inueniũtur in acceptione & retributione. & gratię debentur quidem datori; nõ ei qui accipit: & grates etiam & cohibitio ab acceptione facilior est quam datio: eo ꝙ dare habita grauius est ꝙ̃ dimittere acceptionũ eius quod nõ habetur. Largi aũt sunt illi qui dant; sed qui accipiũt non laudantur, qm̃ largi. veruntamen quãdo equaliter se habent in acceptione, non minus sunt in vsu ęqualitatis ꝙ̃ largi. at tamen non laudantur valde: sed largi diliguntur & laudantur valde: eo ꝙ proficiunt, & profectus earum existit per ipsorum donationem. Dixit. Et factũ quidem virtutis decorum est, et propter decorum fit, et factum eius rectum est; eo ꝙ ipsa facit equidẽ cui oportet, & quantum oportet. & vniuersaliter facit oẽs res scdm ęqualitatem certam. & proprium factum virtutis est ꝙ fit delectabiliter & absq; tristitia. Qui vero dat cui non oportet, & non propter decorum, sed propter causam aliam, hic non est largus, sed nominandus est nomine alio. neque & qui dat et tristatur, largus est, & hoc, qm̃ pręelegit diuitias facto pulchro hoc autem non est de facto largi. Et non accipit etiam aliquid vnde non oportet & hoc, qm̃ hæc acceptio nõ est de natura eius, qui nõ honorat pecunias. neque & interrogat vel petit ab aliquo: propterea ꝙ non est facile bono & beneficio vt recipiat beneficiũ ab aliquo, accipit aũt vnde oportet accipere: intẽdo a

Prodig' mactat seipsum manu sua.

possessionibus suis: non quia hoc pulchrum sit, sed quoniam coactus ad hoc, qua
tenus habeat quid det, neq; etiam perdit hoc, quod habet cũ accipiat quidẽ pe D
cuniam vt aliquibus dignis sufficiat per ipsam. & non indifferenter cuicũq; tri
buit: sed consyderat cui oportet, & quando, & cuius gratia, & vt datio eius fiat
decenter. Et de natura quidem largi valde est vt addat in datione, donec non re
linquat sibi ipsi nisi modicum, cum non sit eius intentio respectu suiipsius. Lar
gitas autẽ est quidẽ secundum id quod possidet largus. non enim largior est mul
tum dans ex multo possesso modicum dante ex modica possessione: donec pre
cellat datio eius secundum proportionem eius ad possessam datio- em a e rius.
D. Et scimus ꝙ illi, qui non acquirunt diuitias per seipsos, sed occupant eas abs
que accquisitione, largiores sunt aliis, eo ꝙ non senserunt vexationem & anxie
tatem indigentię in earum acquisitione. neque etiam fuerunt hę diuitię aliquod
opus ex operibus ipsorũ, vt propter hoc ament eas, eam omnes homines amẽt
opera sua: vt parentes qui natos suo amant, & poetę qui amant metra sua. & pp
hoc fit, vt acquisitor pecunię amet esse. Et difficile quidem est ditari largũ vel
diuitem fieri: cum non accipiat aliquid neq; conseruet, immo distribuat pecunia
neque honoret eam propter seipsum, sed distribuendi causa. Veruntamen homi
nes culpant fortunam circa largos, & dicunt fere nunquam ditatur ille, qui me
retur diuitias. attamen hoc non accidit circa largos pręter rationem & casu: eo
ꝙ non est possibile alicui vt fiat pecuniosus nisi intendat pecuniarum aggrega
tioni: quemadmodum non fit in aliis rebus: intendo ꝙ non fit alicui aliquid ab E
sque eo ꝙ intendat, & laboret ad illud. Dixit. Et non dat largus, sicut diximus
cui non oportet, & non vt non oportet: & sic de reliquis dispositionibus quę
non conueniunt, si enim fecerit hoc, non erit factum eius ad imperium virtutis:
& si expenderit pecuniã suam in his, non erit expensa eius prout oportet. Res
igitur est, quemadmodum diximus, scilicet ꝙ largus expendit secundum quan
titatem habitorum, & in quibus oportet. qui vero superfluit in his prodigus. &
propter hoc non nominantur superflue diuites prodigi: eo ꝙ expensa rorũ nõ
superexcrescit in comparatione multitudinis diuiti rum suarum. Cumque sit
largitas in datione & acceptione pecuniarum, tunc largus quidem dat & expẽ
dit in quo oportet & quantum oportet; & hoc in paruo & in multo modo debi
to & delectabiliter: & accipit vnde necesse est, cum necesse est. Et hoc quon
virtus cum sit medietas in eo ꝙ est inter vtrasq; res simul, erit largus agẽs eas
ambas simul secundum ꝙ oportet: intendo ꝙ dat vt oportet & accipit vt opor
tet. & hoc, quoniam dationem virtuosam sequitur huiusmodi, accepio, quando
vero acceptio non fuerit huiusmodi, contraria erit virtuti: ideo ꝙ acceptio et da
tio, quarum vtraque sequitur suam comparem, necessario fiunt secundum apti
tudinem vnam eandem. & intendo, quoniam qui dat vt oportet, acipit vt opor
tet: & dat vt non oportet, quia accipit vt non oportet, vt autem inueniamus F
duo contraria ex istis in dispositione vna non contingit. Et propter hoc, quan
do accidit largo vt expendat pecuniam suam aliter quam expedit, & pręter
rectitudinem, anxiatur & tristatur, si vero expenderit eam mensurate & secun
dum ꝙ oportet, gaudet & delectatur ex hoc. igitur virtutis est vt delectetur ho
mo, & gaudeat ex isto: anxietur autem & tristetur ex altero. Dixit. Et largus
bonam facit communicationem in pecunia: non enim potest iniuria cum non ho
noret pecuniam. & vehemens fit eius anxietas, quando non expendit, in quo
necessaria est expensa. prodigus vero peccat in his, eo ꝙ non delectatur, in qui
bus est delectandum: neque etiam tristatur, in quibus est tristandum. Et quan
do processerimus in sermone, apparebit hęc intentio magis, iam autẽ diximus
ꝙ prodigalitas & auaritia sunt additio & diminutio, & sunt in duabus rebus,
scilicet in acceptione & in datione. Prodigalitas quidem addit super medieta
tem in datione: & deficit a medietate, quę est in acceptione. auaritia autem defi
cit a medietate in datione, & addit super ipsam in acceptione: pręterquã in re
bus paucis. Duę ergo dispositiones prodigalitatis fere non coniunguntur & nõ
perdurant: eo ꝙ nõ est possibile homini vel nõ facile ei vt det cuilibet, & a ne
mine accipiat quicquam, cui enim nihil restauratur habita finiatur velociter

Non fit aliquid alicui, nisi intendat & labores ad illud.

quibus autem non restaurantur, sunt illi, de quibus putatur ꝙ sint prodigi. At-
A tamen de prodigo videtur ꝙ sit multo melior auaro. & hoc, quoniam ablatio
vel perditio dispositionis prodigi, & rectificatio ipsius facilis est ex par
te etatis vel difficultatis: & possibile est ei vt appropinquet medio. cum in eo
inueniatur quod inuenitur in largo, scilicet ꝙ dat & non accipit: nisi ꝙ differen
tia inter ipsum & largum est, ꝙ ipse neutrum horum agit, prout oportet. Si
ergo expergefactus fuerit, & obedilem se reddiderit ad transmutandum, ab hoc
efficietur largus: & hoc per commensurationem huius facti, scilicet vt det cui
oportet, & non accipiat vnde non oportet, & propter hoc putatur de eo ꝙ nõ
sit peruersi moris vel male creationis: quoniam non est de natura mali & vilis
vt superfluat in datione & non accipiat, immo hoc non est nisi de natura opu-
lenti. Dixit. Qui itaq; fuerit prodigus secundum hunc modum, scimus de ipso,
ꝙ multo melior est auaro, propter causas, quarum fecimus mentionem: & quo-
niam prodigos multis hominum proficit, auarus autem nemini neque sibimetip
si. Veruntamen plures prodigorum, quemadmodum diximus, accipiunt aliquid
vnde non oportet. sunt ergo secundum hunc modum auari, & non accipiunt ni
si quia volunt expendere, aut quatenus facultatem habeant expendendi. habi-
ta enim ab ipsis velociter consumuntur: coguntur igitur ad acquirendum ex lo
cis alijs. & quoniam ipsi cũ hoc non sollicitantur ad rem honestam & decorã,
B tunc angustiantur eorum pectora, & accipiunt ex omni loco, in quo quasi ve-
nandi opportunitatem inueniunt. & hoc, quoniam non desyderant nisi vt dent,
neque curant vnde accipiant & qualiter. Et ideo fit vt dationes ipsorum nõ ꝓ
portionentur largitati, neque sunt decore; neque agunt eas propter decorum,
neque quemadmodum oportet. aut ipsi fortassis dicant eum cui pertinet vt sit
pauper et ei qui mores habet honestos, non dant quicquam, & fortasse pecuniã
multam dant, requirendi ab ipsis adulatorie, aut per modũ alium delectantẽ
eos. & propter hoc plures ipsorum submerguntur in delectationibus suis. cum
enim expendere sit facile eis, conuertunt expensas suas in sua desyderia; quo-
niamq; vita & conuersatio ipsorum non est decens, neque decora, proni fiunt
ac decliues in voluptate. Cum itaque prodigus non fuerit obedibilis disciplii-
ne, traducitur ad ista; cum autem studiosus fuipsius fuerit, & circunspecte rem
suam animaduerterit ad medium, etiam conuertetur ad id quod opportunum est.
Auaritia autem est pestis irremediabilis. & huius causa est, quoniam putatur
de senectute & de omni debilitate ꝙ reddant habentem eas auarum, & homi-
nes per naturam proniores sunt ad eam quam ad prodigalitatem. plures enim
hominum amat collectionem pecunie, magisquam eius distributionem. Auari-
tia autem siue illiberalitas de multis rebus dicitur, & est multarum specierum.
Et putatur ꝙ sint multe eius dispositiones. cum enim inuenitur circa duas res,
scilicet in defectu dationis & superfluitate acceptionis, si ne aggregentur am-
C be eius species vniuersaliter in vno aliquo, sed fortasse seiunguntur. donec su-
perfluant quidam hominum in accipiendo, & quidam eorum deficiant in dan-
do. & hoc, quoniam qui nominatur schahyhan, & leymen, & bachileu, est ille,
qui deficit a datione, sed non concupiscit opes alterius, nec vult accipere quic-
quam ab aliquo. Et quidam ipsorum faciunt hoc, vt recedant a suspitione rei
turpis. etenim ipsi dicunt ꝙ conseruant opes suas, timendo ne conuertantur
ad actum rei turpis. Et de istis est ille, quem nominat vulgus numeratione len-
tium. & ꝙ similatur huic non nominant eos per huiusmodi res, nisi propter
superfluitatem retentionis sue ad hoc, ne vlli dent quicquam. Et quidam ipso-
rum cohibent se, ne accipiant aliquid ab aliquo: eo ꝙ vident non esse rem faci-
lem vt accipiat; homo rem alterius, & non largiatur alteri de suo. sunt itaque
propter hoc contingentes se ab acceptione. neq; largiuntur aliquid de suo. Qui-
dam vero valde excedũt in acceptione, donec accipiũt ex omni parte, & omni
modo & omne quod possunt: quemadmodum faciunt lene, & prostibularij, &
similes istis qui accipiunt modicum pro multo. etenim omnes isti accipiunt vn-
de non oportet, & quantum non oportet. Et commune est eis lucrum turpe: om
nes nanq; ipsi portãt opprobrium & inuerecundiam publicã causa lucri parui,

Et hoc, quia qui eximia vnde non oportet accipiunt, non nominamus auaros, vt tyrannos, quando depredantur ciuitates, & expoliant altaria: sed dignus est vt nominemus eos malos, & incredulos, & iniuriantes. Lusores autem talorū & alearum, & latrones sunt de auaris, eo ꝙ requirunt lucra turpia. & faciunt hoc quod faciunt lucri causa, & sustinent ignominiā. & latrones sustinent discrimina maxima rapiendi siue accipiēdi cā: & aleatores lucrantur de amicis suis, quibus oportunius fuerat vt darent vtrique. itaque tam aleatores quā latrones querunt lucra, vnde non oportet. sunt igitur propter hoc lucratores lucrorū turpiū voluntarie. Dixit. Et omnes isti modi accipiendi de natura sunt auaritię: & necessario dicitur ꝙ auaritia sit contraria largitati. auaritia enim maior malitia est quam prodigalitas: & plus peccant in ea homines quam in prodigalitate. D. Tātū igit̄ nos oportebit dicer̄ de largitate, et de malitijs cōtrarijs ei.

De magnificentia, & eius extremis. *Cap. II.*



Equi videtur, vt de magnificentia seu magnidecētia disseramus. nam etiam ipsa esse quædam virtus videtur, quæ circa pecunias versatur: non in omnes tamen quæ ad pecunias spectant, actiones, sicut liberalitas, diffunditur, sed in sumptuosas tantùm: atque in his liberalitatem magnitudine excellit. nam sicut nomen ipsum significat, in magnitudine decens sumptus est. magnitudo autem est ad aliquid, non enim aut triremis, aut supplicationum præfecto idem sumptus est: sed qui est decorus & ipsi, & in quo, & circa quod fit. Atqui in paruis aut mediocribus pro dignitate sumptus facit, magnificus minime dicitur: vt id, Mendico panem poscenti sæpe ferebam: sed qui in magnis. nam qui est magnificus, liberalis etiam continuo est: liberalis autem, non continuo magnificus. Huius vero habitus defectus paruificentia seu paruidecentia, excessus decori imperitia & ineptitudo quædam operaria appellatur. & eiusmodi cæteri habitus, qui non excedunt magnitudine circa quæ oportet: sed in quibus non oportet, & sicut non oportet, splendorem affectant. Verum de his posterius dicemus. Magnificus autem seu magnidecens esse scienti similis videtur: quippe qui & quod decet contemplari, & magnos consone facere sumptus possit, quemadmodum enim in principio diximus, habitus operationibus definitur, & iis quorum habitus est: magnifici vero sumptus, & magni sunt, & decentes: talia igitur erunt et opera. ita enim fiet, vt sumptus, & magnus, & operi decorus euadat: vt & opus sumptu, & sumptum opere dignum esse oportet, vel etiam sumptum excedere. Atque huiusmodi sumptus magnificus honestatis causa faciet: commune enim hoc est virtutibus: iucunde et & large: eo ꝙ nimis exacta ratio paruifici est: considerabitque magis quo modo pulcherrimum ac decentissimum opus efficiatur, quam quanti constet, quomodoque fieri minimo precio possit. Necesse vero est, vt magnificus sit etiam liberalis. nam & liberalis expendet, & quę oportet, & sicut oportet. in his tamen quod

A est magnum, magnifici est: vt magnitudo. Si circa eadem liberalitas sit, etiam ab æquali sumptu opus magnificentius faciet. non. n. eadē & possessionis & operis virtus est. nam possessio anteponitur, quę est dignissima ac preciosissima: opus, quod magnum & pulchrum est, talis. n. rei spectatio est admirabilis. quod autem est magnificum, est admirabile: operisq; magnificencia virtus in magnitudine est. Ex impensis autem quas honorabiles dicimus, illæ sunt, quæ ad Deorū donaria, ædificationes, & sacrificia pertinēt: quæq; ad omne deniq; geniorum numen spectant. quæ item ad publicam munificentiam gloriosæ sunt: vt, sicubi vel ludorum edendorum, vel triremium extruendarum, vel epuli ciuitati exhibendi splēdide gerendam præfecturam existimant. In omnibus autem, sicut dictum est, ad agentē quoq; haberi relatio debet, quisnā, & ex quibus facultatibus agat. digni enim his esse sumptus debent, & non solum operi, Verum etiam facienti decenter esse accommodati. Atq; iccirco pauper nequaquam esse magni-
B ficus potest, cum ea non habeat, ex quibus sumptus decenter faciat. nam qui id aggreditur, stultus est: præter dignitatem enim aget, preterq; id quod oportet. id autem secundū virtutem est, quod recte fit. Decent etiam eos huiusmodi sumptus, quibus tale aliquid precessit vel ab ipsis factum, vel a maioribus, vel ab iis qui ad ipsos pertinēt: nobiles item, & illustres, & qui sunt huiusmodi. omnia neque hæc magnitudinem in se habent & dignitatē. Ac maxime quidē talis magnificus est: in talibusq; impensis magnificentia. sicut dictum est, versatur: quippe quæ & maximæ sint & honorificētissime. Sed ex priuatis tamen etiam illæ ad magnificum spectant, quæ semel fieri consueuerunt: vt nuptiæ, & siquid tale est: & si alicui rei vel tota ciuitas studet, vel qui in dignitate cōstituti sunt: quę etiā ad hospitū susceptiones, & dimissiones attinent, ad munera item & remunerationes. non. n. magnificus in suum, sed in publicum decus sumptuosus est. munera autem quandam cum templorum donariis habent similitudinem.
C Magnifici etiam est, ita ædes extruere vt diuitis conueniant: quippe cum etiam hoc ornamentum quoddam sit, & in ea opera sumptus magis facere, quæ sunt magis diuturna: pulcherrima enim hæc sunt. & in singulis decorum seruare: nam non eadem sunt Diis & hominibus, aut ad templum & sepulchrum ornandum accommodata. Et quoniam vnusquisq; sumptus suo in genere est magnus, magnificentissimus est ille, qui in magna re est magnus. Hic vero, qui in his magnus est. estque inter magnitudinem quæ est in opere, & eam quæ est in sumptu, differentia. pila enim & lecythus pulcherrima pueris quidem doni in se habent magnificentiam: huiusce tamē rei precium paruum est, & illiberale. atq; iccirco magnifici est, vt in quocunque genere quippiā fecerit, magnifice id faciat. quod enim eiusmodi est, & superari nō facile potest: & ita se habet, vt sumptus dignitas postulat. Ac magnificus quidem talis est. At qui excedit ineptusque

est, sumptus faciendo supra quam deceat, excedit, sicut dictum est. in paruis.n. rebus multa impendit: splēdoremq; absone affectat: vt qui & sodales, qui symbolum dederunt, nuptiali conuiuio excipit: & q[illegible] litatem gerēs comœdis in transitu purpuram exhibet, sicut Megarenses consueuerant: atq; hæc omnia non honestatis, sed ostentandarū diuitiarum causa faciet, vt inde in admirationē sui homines adducat. atq; vbi multa oporteat expendere, pauca: vbi pauca, multa expendet. At paruificus in omnibus deficiet: nam & si magnos sumptus fecerit, in paruo deficiendo postea honestatem perdet: & quodcunq; fecerit cunctando faciet, spectandoq; id, vt quam minimum expendat: conqueretur insuper, ac maiora quam decet, se facere omnia existimabit. Ac sunt quidem habitus hi vitia: non tamen huiusmodi, vt opprobria afferant: propterea ꝙ neq; aliis nocent, neque deformes admodum sunt.

DIxit. Et oportet post hoc loqui de magnificentia. videtur etenim ꝙ & ipsa virtus sit circa opes. non complectitur tamen oēs actiones, quę sunt circa opes, veluti largitas: sed est quidem circa expendere tamen tantum. pręcellit aūt largitatē in expendēdo multitudine eorū quę expenduntur, & immensitate: quemadmodum significat nomen eius in lingua Gręcorum, significat enim congruitatem expendendi in grandibus: & grande quidem dicitur ad aliquid: ideo expensa circa aliquam multitudinem est grandis in comparatione expensę circa vnum in multitudine. congruitas aūt expendendi est circa expēsorem, & id in quo expendit. Et de expendente quidem in rebus paruis, vt cōtento eo quod congruit circa expensionem in eis, non dicitur ꝙ sit magnificus. sed proprie de eo, qui in grandibus. & hoc, quoniam magnificus largus quidē est: largus vero non de necessitate est magnificus. Defectus vero in magnificētia nedelenten, & additio super ipsam vocatur badathā, & tarmandathan & nō excedit bodachum magnificum magnitudine eius quod facit in rebus. quę [illegible]gruunt: sed magnitudine eius, quod facit in eo quod oportet, & non cuilibet se ab eo quod non oportet. Et determinabimus dispositionem eius posterius. Magnificus aūt similatur scienti. propterea ꝙ scire potest quid congruat: & expendit expensas excellentes studiose. & hoc, quoniam res se habet, vt diximus, a principio, s. ꝙ dispositio acquiritē & determinat vt vel definitur per actiones, cum sit ipsa, quę agit actione. expensę igitur magnifici expensę sunt excellentes & congruę: & similiter etiam opus eius, & hoc, quoniā expēsa eius pertingit ex magnitudine sui & congruitate sui ex parte operis ad hoc vt fiat opus in ea ęquale expensę, & expensa ęqualis operi; aut fiat opus superans expensam. D. Cumq; currant actiones magnifici hoc cursu, tunc quidem agit eas gratia decori & honesti, hoc enim est commune virtutibus, & agit etiam eas cum delectatione & alacritate: ideo ꝙ perscrutatio certificatiua in commensuratione & subtiliatio nimia in circunspectione est medeletum. & circunspectio quidem eius, vt fiat hoc quod operatur in fine bonitatis & honorificentię, maior est quam circunspectio eius, vt quantitas eius, quod expendit modica. Cumq; sic fit, oportet vt magnificus largus. nam largus expendit quod oportet, & vt oportet. & propter magnanimitatē magnifici agit hoc, qd' agit largus, & expendit ad similitudinem expensę, quam expendit secundum excellentius, qđ fit ex opere. & hoc, quoniam virtuositas possessionis, intendo diuitias, & virtuositas operis non est vna. & ideo ꝙ virtuositas possessionis est vt sit pars eius ex pecunia plus, & vt sit pecunia bona vt aurum: virtuositas autem operis est vt sit grande. & qui contemplatus fuerit hoc modo opus, miretur de ipso. & propter hoc est magnificus res admiranda, & magnificentia virtus quā facit in maximis expensis, Et est de expensis, de quibus dicitur ꝙ sunt pciosę

& ho-

honorificę: vt expensę in rebus diuinis; intendo sacrificia, & vota, & opera
A & honorificę: vt expensę in rebus diuinis; intendo sacrificia, & vota, & opera uenlibilium: & omnia quę sunt ad ornamenta diuinorum: & quod distribui-tur communitati, vt hospitalitas & donationes, distributio victualium illis de ciuitate. Atque res istę, quemadmodum diximus proportionantur actoribus suis, id est factores earum determinantur per ipsas, cum scitum fuerit qui sunt, & de quibus opinionibus expendunt. non enim solum oportet vt opes conue niant operationi: sed & ipsum operantē conuenientem oportet esse. Ideoq; non erit miser magnificus, cum non habeat pecuniam, ex qua possit facere expen-sas multas, secundum ꝙ congruit & necesse est. quicunq; vero miserorū hoc conatus fuerit, demens est vt conetur rem excedentem posse suū, & quod o por tet. nam res quidem fit secundum imperium virtutis, cum fuerit habens se se-cundum rectitudinem. Et magnificentia quidem conuenit ei, qui in his rebus habet aliquam pręminentiam: siue per se ipsum, siue per suos antecessores, scili cet qui habuerit honorificentiam & generositatem, & ꝙ similatur istis, huius-modi etenim rebus pertinet excellentia & potestas. Dignus igitur est vt sit ma gnificus ille, qui est cum hac determinatione, & vt sit magnificus in expensis huiusmodi, quemadmodum determinamus, eo ꝙ sunt maximę expensarum & honorabilissimę. Et expensę proprię magnificis sunt omne illud, quod expē datur in vna vice. vt expensę nuptiales, & quod eis est simile: aut quia commu
B nicant illi de ciuitate secundum totalitatem suam: aut honoratiores ipsorum, aut in expediendo nuncios, aut in faciendo encenia. & hoc, quoniam quidem magnificus non est expensalis in rebus suis, sed in rebus communibus: & est q dam similitudo aliqua inter encenia, & oblationes, & sacrificia. Et magnifi-cus interdum habitaculum conueniens sibi, etenim hoc decorum est ei. & plu-rimum quod expendit, est in rebus permanentibus tempore longo, cum sit hoc decens & optimum. & expendit in omni operatione sua hoc, quod conuenit ei. & hoc, quoniam res pertinentes Deo, & res pertinentes hominibus non sunt eę vnę et ędem: neque res pertinentes loco oratorio sunt res pertinentes loco se pulturę: & tamen sunt interdum in generibus expensarum expensę vnę in genere suo. Honorabilior igitur expensarum est expensa magna fiens in re magna. Inter magnitudinem autem in opere & magnitudinem in expensa differentia est, etenim donum troci & flagelli propellentis ipsum ex magnis est, quo ad exultationem pueri ex ipso: attamen precium eius paruum est & modicum. & propter hęc opera magnifici in quacunque materia vel quocun que genere fiant, studiosę fiunt & magnificę. & hoc quoniam ad similitudi-nem huius facti non deficit commensuratio eius a mensura rei, in qua expen-dit. Determinatio itaque magnifici hęc est. Dixit. Qui autem superfluit in isto est ille, qui dicitur arabice badichun. & superfluit quidem eo ꝙ excędit men-suram debitam, & optimam, vt diximus. consumit enim in qua indigetur mo-
C dicis expensis multa, & transgreditur terminum in pluribus: vt pręparans cō uiuium nuptiale, & consumens ipsum cum adulatoribus & histrionibus con-fluentibus ad ipsum. & qui suspendit cortinas purpureas super portas exterio-res, sicut faciunt ambitiosi, & inanis gloriæ cupidi. & non facit hoc, quod facit amando honestum & decorum: sed vt videatur ab hominibus abundare diui-tiis, & existimant ꝙ per hoc mirentur de factis suis. vbi vero oporteret expē-dere copiose, modicum expendit: & vbi oportet modicum, expendit multum. Deficiens vero a magnifico, qui arabice dicitur nedlum, deficiens est a magni fico in omni re, & perdit res grandes in eo ꝙ diminuit ex rebus. corrumpi-tur igitur decorum. & destruit ipsum, & laborat in omni, quod agere vult, vt sit exilis expensa ipsius. & similiter eius datio & in omni quod agit, videtur ei, quod plus est quā oportet. Hęc igitur morum maneries malitię sunt: attamen nō acquirunt dominis suis opprobria. non sunt enim damna inferentes vicinis ipso rum, & non sunt turpes valde.

De magnanimitate, & eius extremis. *Cap. III.*



Am vero magnanimitas circa magna, vel ex nomine versari videtur. circa qualia autem versetur, primum assumamus. qua in re nihil refert, habitum ne ip'um, an eum, qui secuudum habitum est, consideremus. Esse sane magnanimus is videtur, qui cum magnis sit dignus, magnis quoque sese dignum esse existimat: nam qui non pro dignitate id facit, stolidus est: at virtute præditus neque stolidus, neq; stultus est quispiam. Atque est quidem magnanimus hic, quem dicimus. Qui autem paruis est dignus, eisdemque se dignum censet,

*a. l. modestus.

* temperans, non magnanimus est: quippe cum magnanimitas magnitudine consistat, perinde ac pulchritudo in magno corpore. nam parui elegantes, & concinni, non autem pulchri dicuntur. At qui cum sit indignus, dignum se magnis putat, inflatus quidam est. non omnis tamen est inflatus, qui maioribus, quam. sit, dig u se esse censet, Qui autem minoribus dignum quam sit, se esse arbitratur, pusillanimus est: siue magnis, siue mediocribus, siue etiã paruis dignus sit, modo minoribus dignum se esse censeat. maxime iam esse videtetur huiusmodi, is qui magnis est dignus. nam quid fecisset, si tantis non esset dignus? Est igitur magnanimus magnitu e extremus, in eo vero quod oportet, medius: eo enim dignum se censet, quod pro dignitate est. illi autem excedunt, & deficiunt. Si autem magnis se esse dignum existimat magnanimus, dignus cum sit, & præcipue maximis, circa vnum maxime versabitur: quod quid ex dignitate ipse definiendum est. dignitas autem ad externa dicitur: quorum maximum id esse statueremus, quod diis attri mus, quodque maxime appetunt, qui in dignitate constituti sunt, quod item ob prçclarissimas res dari præmium consueuit: at huiusmodi est honor: externorum enim bonorum id maximum est. circa honores igitur & ignominias vt oportet, versatur magnanimus. Quin absque ratione quoque magnanimi munus circa honorem esse apparet. magni etenim viri honore seipsos dignos maxime existimant, ac pro dignitate illi quidem. sed pusillanimus deficit, tam ad ipsum, quam si ad magnanimi dignitatem spectemus. in atus autem ad se solummodo, non autem ad magnanimum excedit. At

Maiori honore dignus ẽ, qui est melior: maximis, qui optimus.

magnanimus siquidem maximis est dignus, optimus quoque ne cesse est. maiori n. honor dignus est, qui est melior: maximis vero, qui est optimus. oportet igitur vt qui magnanimus re vera est, bonus etiam sit esse etiam magnanimi videtur id quod in vnaquaque

* a.l. q alliquẽ lçseris, reus sit.

* a.l. aliquid quod lçseris fugiat.

virtute magnum est. nulloque pacto ei conuenit vt * suasione aliqua fraudulenter vtatur, ac fugiat, aut iniuste agat. cuius enim causa turpe aliquid faciet is, cui nihil est magnum? nam siquis diligenter singula consideret, magnanimus si non est bonus, prorsus ridiculus vi-

debitur, immo neq; honore quidem erit dignus, si sit malus: quippe cum virtutis premium sit honor, bonisq; attribuatur. Videtur igitur magnanimitas quasi ornamentum quoddam esse virtutum: nam & maiores ipsas reddit, & sine ipsis esse non potest. ac propterea re vera esse magnanimum difficile est, cum id existere sine integritate nullo modo queat. Ac maxime quidem magnanimus circa honores & ignominias versatur, ob eosq; honores qui & magni sunt, & a probis viris exhibentur, mediocriter quidem lætabitur, vtpote sibi accommodatos, vel etiam minores quam sibi conueniat: integræ enim & absolutæ virtuti nullus honor tribui dignus potest: admittet tamē eos magnanimus a probis viris, licet inferiores sint, propterea quod non habent illi maiores quibus afficere ipsum valeant. sed qui a quibuslibet e vulgo hominibus, ob paruasque res exhibentur, eos prorsus contemnet: non enim est eis dignus. simili modo etiam ignominiam, quippe quæ circa ipsum iure non accidat. Maxime igitur, B sicut dictum est, circa honores versatur magnanimus, nihilo minus tamen & in diuitiis, & potestatibus, & omni tam prospera quam aduersa fortuna, quomodocunque contigerit, moderate se geret: vt neque in prosperis successibus lætitia gestiat, neque in aduersis rebus tristitia supra modum obruatur. Nam neque circa honorem quasi maxima res sit, ita se gerit. potestates autem & diuitię ob honorem expetendæ sunt: qui enim ipsas habent, ob eas affici honoribus volunt. cui vero vel honor ipse paruus est, ei cætera quoque sunt parua. Quapropter magnanimi esse etiam contemptores videntur. Quin etiam fortunæ prosperitates videntur conferre ad magnanimitatem. qui enim nobiles sunt, & diuites, & in potestate constitui honore digni habentur. in excellentia enim quadam sunt. omne autem, quod bono aliquo excellit, est honorabilius. propterea huiusmodi res magis reddere magnanimos homines consueuerunt: nanque a C quibusdam honorantur. sed re vera solus bonus honorandus est. cui tamen vtraque insunt, is magis habetur dignus, qui honore afficiatur. Qui autem sine virtute huiusmodi bona possident: neque merito magnis honoribus dignos se esse arbitrantur, neque recte magnanimi dicuntur: quippe cum hæc absque integra atque absoluta virtute esse non possint: sed contemptores, contumeliosi, atque huiusmodi vitiis præditi efficiuntur. non facile enim fit, vt sine virtute consone ac moderate prosperos rerum successus quispiam ferat. dum igitur hi ferre prosperam fortunam nequeunt, putantq; se alios excellere, omnes alios despiciunt: ipsi vero agunt quodcunq; forte inciderit. imitantur enim magnanimū, licet ei similes minime sint. atque id faciunt in quibus possunt. quæ enim ex virtute sunt, ea non agunt, sed contemnunt alios. At magnanimus iure ac merito contemnit: nam vere opinatur. plerique alii autem ita vt forte incidit. Neq; vero aut* paruipericlitās, aut frequēti periclitans, ppterea

Honor virtutis ē prēmiū

* a.l. frequēti periclitās. aut libēti pericliitans.

quòd pauca sunt, quæ magnifaciat: sed magni periclitans est. & cum periclitatur, vitæ suæ non parcit, quasi dignum omnino non sit et viuere. Talisque est, vt afficiat beneficiis alios, ipse affici erubescat. excellentis enim illud est: hoc eius, qui excellitur. estque eiusmodi, vt plura retribuat. ita enim fiet, vt qui prior contulerit beneficium, insuper debeat, beneficiumq; accepisse videatur. Meminisse præterea eorum, videntur, quibus benigne fecerint: eorum autem a quibus acceperint, minime quippe cum is, qui acceperit, minor sit eo qui beneficium contulerit: ipsi autem velint esse superiores: vnde etiam illa iucunde, hæc iniucunde audire consueuerunt. Atque iccirco neq; Thetis beneficia Ioui dicitur commemorare: neque Lacedemonii ad Athenienses: sed tantummodo ea, quibus fuerant affecti. Magnanimi quoq; est * a nemine quippiam, aut vix tandem petere, sed promptè aliis ministrare: præstareq; se apud eos qui in dignitate sunt, præclaraq; fortuna vtuntur, magnum: apud mediocris sortis homines mediocrem: eo quòd illos superare difficile, atq; egregium, hos facile est. & inter illos gloriari est a generoso animo minime alienum, inter humiles vero inuidiosum: quemadmodum inter imbecilles * viribus non contendere. Neq; ad honoratas res accedere, aut vbi alii principatum obtinent: ociosumque esse accunctatorem, nisi vbi magnus aliquis honor magnumq; opus est: paucasque res agendas, sed magnas eas ac celebres aggredi. Necesse etiam est vt aperte tam odium quam amorem præ se ferat: latere enim velle timentis hominis est. Maioremq; curam veritatis, quam opinionis habeat: dicatq; & agat omnia aperte: id enim est contemptoris. ideo liberior in loquendo est: est enim etiam eius, qui liberior in loquedo sit, vnde est & contemptor, & verax, nisi vbi per dissimulationem loquitur, dissimulatione autem vtitur ad multitudinem. Magnanimi quoq; proprium id est, vt viuere ad alterius arbitrium non possit, nisi ad amicu: est enim seruile. vnde etiam omnes adulatores famulari: & humiles homines adulatores sunt. Adde quòd neq; est admirator: nihil enim magnum ipsi est. neq; iniuriarum memor quippe cum magnanimi nō sit meminisse, & præsertim malorum, sed ea potius despicere. Neq; hominiloquus: neque enim aut de se, aut de altero quippiam dicet. neque vt vel ipse laudetur, vel alii vituperentur, curat. sed neque est laudator: atque iccirco fit, vt neq; maledicus ne in inimicos quidē, nisi ob contumeliam sit. De necessariis item, aut paruis minime est querulus, aut precabundus: ita enim se gerere eius hominis est, qui circa hęc studeat. eiusmodi præterea est, vt honesta potius & infructuosa, quam fructuosa & vtilia acquirat, & possideat: est enim eius qui ex se sufficiat. Quin etiam & motus ipse magnanimi esse tardus videtur, & vox grauis, & loquutio stabilis. nam neque qui circa pauca studet, est festinabundus. neque qui nihil magnum existimat, contentus & vehemens. acuta autem vox, & celeritas ex his

*a.l. nemine indigere.

*a.l. viribus contendere.

A efficitur. Ac talis quidem magnanimus est. Qui autem deficit, pusillanimus: qui excedit, inflatus est. sed neque hi tamen mali, non enim malefici sunt: sed esse peccantes videntur. pusillanimus enim cum bonis dignus sit, seipsum iis ipsis priuat, quibus est dignus: videturque paruum quoddam in eo habere, quòd & bonis dignum se non esse existimat, & se ipsum etiam ignorat. alioqui cum bona sint, quibus est dignus, ea proculdubio appeteret. Non tamen huiusmodi homines stolidi, sed esse * intelligentes potius videntur: talisque opinio peiores etiam ipsos reddit. singuli enim ea quæ dignitati suæ conueniunt, appetere consueuerunt. adde ꝙ & ab honestis actionibus & studiis quasi sint indigni, & ab externis quoque bonis similimodo abstinent. At inflati stolidi sunt, seque ipsos ignorant, atque id palam: quasi enim sint digni, honorabiles res aggrediuntur, deinde redarguuntur: vestituq; etiam, & habitu, atq; huiuscemodi rebus ornantur: prosperasque fortunas suas esse manifestas volunt: de ipsisque prædicant, quasi ob eas honores sint consequuturi. Magnanimi- C tati autem pusillanimitas magis est opposita, quam inflatio: quippe quæ & magis contingat, & peior sit. Magnanimitas igitur circa honorem magnum, sicut dictum est, versatur. *a.l. pigri

Magnanimitas autem videtur esse in rebus magnis, quemadmodum significat nomen eius.

Dixit. determinemus igitur primitus res, in quibus inuenitur. & non differt siue speculemur magnanimitate, vel in magnanimo. Et videtur ꝙ magnanimus sit ille, qui præparat animum suum vel seipsum ad res eximias, ens aptus ad hoc; qui enim fecerit hoc absque merito, stultus est neq; ignarus. qui ergo fuerit huius dispositionis, est magnanimus. Qui vero aptus fuerit ad res exiles & pro tali se exhibuerit, est homo sanę opinionis, nõ aũt magnanimus: eo ꝙ magnanimus circa grandia est: quemadmodum venustas circa corpora grandia est, formositas vero circa corpora. Qui autem exhibet seipsum tanquam aptum grandibus, non existens autem, est qui Arabice dicitur mutefennichum, & Latine potest ambitiosus nominari. & non omnis qui seipsum tanquam ingerit dignum pluribus quã mereatur, superambitiosus est. Qui vero seipsum minus idoneum reddit quam mereatur, hic pusillanimus est: siue in se idoneus sit ad grandia, aut ad mediocria, aut ad exilia: dummodo in morẽ C se reddat suo modulo. de isto igitur putatur ꝙ proprie sit pusillanimus. qui autem magnorum est meritorum & ad parua se commetitur, hic potius talis est qui enim meretur gaudia, & seipsum adaptat minoribus, tunc quid sit non meretur ea re: Intendo ꝙ tunc potissime rebus exilibus se exhiberet. Magnanimi igitur finis est in magnitudine rerum, quas operatus est, & medius in operando ipsas, & exhibet se idoneum ad quę oportet & secundum ꝙ oportet. pusillanimus vero deficit ab ipso in hoc. Cum itaque sit magnanimus, idoneum seipsum reddens ad res magnas, emeritus ens ad hoc, & proprie ad ees, quę sunt in fine magnitudinis, necessarium est vt hoc sit in re vna: & meritum quidem est secundum ea bona, quę ab extra sunt & est illa res vna, quæ ab extra maxima earum: & est cum quo seruitur Deo excelso: & quod desyderant qui sunt sublimium potestatum, & strenui in rebus, quę sunt in fine venustatis. quod aũt currit hoc cursu, honorificentia est: ipsa enim excellentior est bonorũ quę sunt ab extra. magnanimitas igitur inuenitur quidem in appetitu honorum & priuatione secundum modum debitum. Et manifestum est absq; syllogismo de re magnificorũ ꝙ expetunt honorẽ per hoc, ꝙ maximi hominũ ꝓprie idoneos se credũt ad honores: & factũ hoc sc̃dm quãtitatẽ meriti. Pusillanimus aũt defi

est ab hoc, ad quod ipse idoneos existit, & ab eo quod meretur magnanimus.
Superambitiosus autem addit super meritũ suiipsius. sed non super hoc, quod D
meretur magnanimus. D. Cum enim magnanimus meritor existat, quod
quod in rebus est, erit optimus hominum. & hoc, quoniam bonus semper maximi,
sur quod magnum est in rebus: & optimus quod maximum. necessarium mere.
est vt magnanimus sit bonus. & videtur de magnanimo ꝙ sit ei in igitur
virtutum, quod magnum est ex ipsis. non conuenit igitur ei penitus vnaquaque
quando mouerit ipsum aliquod modicum quid, neq; vt intueretur: & hoc, vt fugiat,
niam respectu cuius non magnificator aliquid, hunc non producet animus qu o
ad factum turpe. D. manifestabitur autem particularia prosequenti ꝙ magnanimus
mus, quando non fuerit bonus, ridiculo erit in omnibus: neq; merebitur honorari
rari etiam, quando fuerit malus: cum honor equidem præmium sit virtutis, &
accipiunt quidem ipsum probi ex hominibus. Videtur igitur ꝙ sit magna
tas ornatus virtutum eo ꝙ magnificat eas, neque est magnanimitas nisi per virtutes.
sutes. & propter hoc difficile est inueniri magnanimum secundum virtutem:
non enim possibile est inueniri nisi bonum & beneficium. Cumque sic sit, non
inuenitur magnanimus proprie nisi in honoribus & in priuatione eorum. &
quando honoratur secundum eximia, & a melioribus hominum gaudet ga dio
modico: ideo ꝙ in hoc non recipit ab eis, nisi quod debetur ei ex merito
nus debito. virtuti etenim perfectę non inuenitur honor & reuerentia equalis ei
& quantum meretur. veruntamen multotiens accipiat iste hunc honorem, eo ꝙ E
non est possibile honoratoribus suis vt honorent eum plus hac quantitate. q
do autem honoratur secundum exilia & a vilioribus hominum, ignominia est
ei per hoc & vilipensio: est enim aliud a suo merito, & similiter se habet res
sua in priuatione honoris: intendo ꝙ, quando priuatur eo, vilipensum se reputat
aliter enim non esset iustus in semetipsum. Magnanimus ergo, quemadmodum
determinauimus, requirit honores magis omni re, & requirit diuitias & potestates.
states. omnis autem felicitas & infelicitas contingens ei ab extrinseco videtur
tur ei, ꝙ sit cum mensura. Non ergo ex prosperitate extollitur, neque ex aduersitate
uersitate deprimitur. neque apud ipsum honor est de maximis rebus: potestas
autem & diuitię non eliguntur nisi propter honorem. qui enim habuerit potestates
states & diuitias, amat vt honoretur per ipsas: cui vero modicus honor fuerit,
huic etiam residuę res alię minorantur: ideoq; videntur isti esse domini abundantiarum.
dantiarum. Et iam quidem putatur de felicitatibus exterioribus ꝙ addunt
ad magnanimitatem: vt generositas, potestas, & diuitię: eo ꝙ generosi merentur
tur honorem. & similiter potentes & diuites, ideo ꝙ habent valorem & bonitatem
tem ex rebus virtuosis: & omnis virtuosi meritum potissimum honor est. ideo
que & cum existũt istæ res magnanimis, efficiunt eos magnanimiores. & ideo F
nunquam honorificant quidam quosdam propter ista bona exteriora. honoratus
tus autem, secundum ꝙ solus bonus est: & ille, in quo aggregantur ambę res
magis meretur honorari. Et illi autem, quibus inueniuntur ista absque eo ꝙ
virtuosi existant, non se reddunt idoneos ad res eximias ex honorificentia secundum
cundum viam rationis: intendo secundum viam laudationis. neque dicitur de
eis ꝙ sint magnanimi secundum certitudinem. & honorantur quidem secundũ
ꝙ res istę non penitus vacuę inueniuntur a virtute. cum enim inuentę fuerint
vacuę a virtute, expositi erunt linguosis: intendit poetas & rhetores. & hoc, quoniam
non facile inuenit quis bona in homine aliquo secundum ꝙ oportet absq; virtute.
sute. quando vero non inueniuntur in eis bona secundum ꝙ oportet: & ipsi putant
sat ꝙ in hoc pręcellant alios, a se vilipendunt homines. sciunt vero homines
hoc quod est in eis: imitantur enim magnanimos, licet dissimiles eis existant. &
imitantur quidem in quibus possunt: attamen non operantur secundum virtutis
exigentiam, & propter assimilationem suam, cum magnanimi vilipẽdunt alios
a se, & hoc, quoniam magnanimus secundum veritatem ex debito paruipendit
alios, eo ꝙ credit verum: vulgus autem credit quodcunq; contingit eis. Et magnanimus
gnanimus quidem non est frequens discrimini: veruntamen, cum ceciderit in ea
magnus existit in eis: vitamq; suam paruipendit, indebitum iudicans vt super,

uituti deferimini. Et magnanimus impensor est beneficiorum hominibus, & ex
A impenso sibi beneficio verecundatur: eo φ illud est de natura exercentis vir-
tutem, illud vero est de natura eius, erga quem virtus exercetur. & quando be
neficium ei impensum fuerit, retribuit retributionē multam. & hoc per rē ama-
tam ei, qui incedit beneficium: & cum hoc non est tardus ad retribuendum. Et
putatur de eis, φ ipsi recordentur beneficiorum, & quæ impendunt, non recor-
dantes sibi impensorum: eo qđ inferior est beneficiatus benefaciente. cumque
magnanimus amet excellentiam, delectat ipsum audire suum beneficium: piget
autem ipsum audire hoc, per quod fuerit ei benefactum. Estque de natura ma-
gnanimi vt nihil ei deficiat, cum grauiter ferat defectum: & de natura eius est
vt expedite & prompte seruiatur ei. & vt magnificetur in conspectu magnatū
qui domini potestatum sunt & felicitatum: & vt apud mediocres hominum hu
milis inueniatur, nam exaltatio eius super dominos potestatum & felicitatum
difficile est & honorificum: super istos autem facile. & excellentiā super illos
non vile est: super istos autem modici valoris. Amplius de natura eius est, vt
sit tardus in motu, & prolongator expediendorum, nisi in loco honorificen-
tiæ grandis & facti excellentis. & facta eius sunt pauca, sed eximia diuulgata.
Odit palā, & amat palā. latitare etenim timidi est. Et plus veritati innititur, φ̄
priuationi & palā loquitur, & facit paruipēdit etenim res. & ꝑp hoc est seuerus
B & verax, nisi in rebus, in quibus indigetur solatio & ioco. & interdum iocosus
est multis hominū. Et est qui nō potest cōmode viuere in venādo gratiā et amo
rem hominum: etenim factum illud factum seruorum est. & ꝓpter hoc oēs adu-
latores sunt quasi operarij conductitij siue mercenarij: & illi de gente minuta
adulatores sunt. Neq; admiratur quicquam, cū non sit aliquid respectu eius exi
miū. neq; iniuriarū vltiones meditatur in annos, cū nō sit de natura magnani-
mi vt magnorū seruet memoriā aliquo modo: quinimmo de natura eius est dissi
mulatio eorū & auersio ab ipsis. Neq; de natura eius est vt narret hominibus ne
que de se neq; de alijs. non enim ad hoc suam opponit diligentiam, vt seipsum
laudet, neq; aliū vituperet. neq; enim laodator est. & propter hoc non est male
dicus, neq; de inimicis suis, nisi cū indiguerit nimis, & in rebus necessarijs. Ne-
que est lamentator. neque supplicator. hoc etenim pertinet ei, qui vehementi di
ligentia requirit res istas. & instat impetrationi rerum excellentium, quę sunt
absq; fructu. amplius φ̄ impetrationi rerū fructuosarum vtiliū. hic etenim mos
quidē est eius. qui sibimetipsi sufficiens est proprie. Et videtur de magnanimo
φ sit tardi motus, grauis vocis, morosus in loquendo. cuius enim vehemētia nō
est nisi in rebus paucis, non eget agilitate: quoniam cui nihil est multum coe-
est, talis nō est curiosus. acūitas autem vocis & motus velocitas inueniūtur qui-
C dem agili & curioso. Hęc itaque est determinatio magnanimi. Qui vero addit
super istum Agabice dicitur mutafennichum, & potest Latine ambitiosus vel
vanagloriosus vel superambitiosus nominari. qui autem deficit ab ipso pusilla
nimus dicitur. veruntamen istis moribus morigerati non putantur iniqui vel ma
li: nō enim malefactores sunt sed errantes potius. & hoc, quoniam pusillanimus
idoneus est ad aliqua, & indignum se reputat ad ipsa, videtur ergo in hoc mali
tia quędam esse. eo φ non intromittit se de bonis suę pertinentibus idoneitati,
& est ignarus suiipsius. aliter enim appeteret ea quę meretur, cum bona sunt. Et
huiusmodi non sunt stulti, sed potius ignari. videtur itaq; φ hęc opinio de ipsis
deteriores ponat eos alijs a se: cum vnusquisq; hominum appetat hoc, ad quod
est idoneus. & isti fugiunt ab operationibus & artibus bonis, eo φ reputant se
non esse idoneos earum. & similiter se habet in bonis exterioribus. Superambi
tiosi aūt stulti sunt, & ignari suiipsius simul. & hoc patere est manifestū in re ip
sorum: accipiunt namq; res preciosas, ac si sint idonei earū, & ex hoc incurrūt
infamiā: & ornant se vestibus & apparatibus, & quę his sunt similia: & amāt,
vt diuulgentur benefacta eorū: & multa prędicāt de seipsis, quatenus honorētur
ab hominibus per hoc. Opponitur autem magnanimo pusillanimus plus φ̄ su-
perambitiosus: nā pusillanimitas deterior est superābitiositate. Et magnanimus
requirit magnificentiam condecentem sibi, quemadmodū prędiximus.

De moderato honoris studio, & eius extremis.
Cap. IIII.



Irca honorem autem esse quędam alia virtus etiã videtur, vt superius diximus, quæ magnanimitati ita respondet, vt magnificẽtiæ liberalitas: illæ enim vtraq; sicut a magnis adstinent, sic in mediocribus & paruis nos vt oportet, afficiunt, ac disponunt. Quemadmodum autem in datione & acceptione pecuniarum & mediocritas est & excessus & defectus: ita quoq; in honoris appetitione licet & magis quã oportet & minus, & vnde oportet, & vt oportet, vnumquodq; se gerere. nam & ambitiosum vituperamus, quippe qui & magis quam oportet, & vnde non oportet, honorem affectet: & inambitiosum, eo quòd ne ob honesta quidem facta honore affici velit. Interdum tamen fit, vt vel ambitiosum quasi virilem & elegantem, vel inambitiosum quasi modestum & temperantem laude prosequamur, vt superioribus in libris dictum iam est. Perspicuum autem est cum pluribus modis talis cuiusdam rei studiosus & cupidus aliquis dicatur, non semper nos ad idem honoris cupidum, id est ambitiosum referre: sed cum laudamus, ad id quòd magis quam plerique e vulgo: cum vituperamus ad id ꝙ magis quam oporteat, honores ipsos appetat. Quia vero nomine vacat mediocritas, fit, vt de ea quasi deserta sede extrema decertent. Verum in quibus est excessus & defectus, ibidem quoque esse medium necesse est. appetunt autem honores & magis & minus: ergo etiam vt oportet. Laudatur igitur hic habitus, quæ est circa honorem nomine vacans mediocritas: qui sane si ambitioni comparetur, inambitiositas: si inambitiositati, ambitiositas: si vtrisq;, vtraq; esse quodammodo videtur. Id quod etiam circa

*a,l. medius alias virtutes est. Extremi autem hic videntur inter se opponi, propterea ꝙ * medium nullum nomen * sortitum est.

* fortitus.

DIxit. Et videtur ꝙ proportio appetitus honoris ad magnanimitatem sit proportio largitatis ad magnificentiam. etenim hę duę virtutes, intendo largitatem vel liberalitatem, & appetitum honoris, non sunt in rebus grandibus, sed proprie in rebus paruis sc̃dm modũ debitũ; magnanimitas aũt & magnificentia sunt in grandibus rebus. Et similatur quidem appetitus honoris largitati: eo ꝙ quemadmodum in acceptione & datione est mediocritas, & superfluitas, & defectus, sic est in desyderio honoris: intendo ꝙ sit plus q̃ oportet, et minus q̃ oportet, & vnde non oportet. ille aũt, qui non amat honorẽ, est ille q neq; in rebus decentibus amat honorari. D. Et fortasse laudamus amatorẽ honoris, eo ꝙ virilis est, & amans decorũ. & forsan laudamus eũ, q nõ amat honorẽ eo ꝙ modestus & temperans sc̃dm ꝙ dicimus in precedentibus. Et manifestum est ꝙ amator honoris, cũ dicatur sc̃dm plures modos, non laudamus amatorem honoris in omni loco, cum non dicatur semper de re vna eadem: sed laudamus plus q̃ laudet ipsum vulgus vel plures hominum, qñ se habuerit debito modo, & vt oportet: vituperamus aũt, quando exiuerit ab opportuno. Et cum sit medium in eo quod est inter hæc duo, non habens nomen, verisimile est vt accidat dubitatio in extremitatibus: intẽdo ꝙ in eo, qđ declinat versus extremitates de

A bitatur: de medio vero scdm veritatem palā est, ꝙ laudabile. Et in quibuscunque rebus fuerit superfluitas & diminutio, in ipsis ẽt est mediocritas. cumq; sit sic appetentes honorem plus quam oportet, & minus quam oportet, erit hic appetens honorem vt oportet. Laudatur quidem hęc dispositio, eo ꝙ est mediocritas in appetitu vel amore honoris, aut vere innominata est, & palam est de re eius, ꝙ in comparatione amoris honoris, est non amor honoris: & in comparatione ad nō amorē honoris, est amor hōnoris. hęc ergo dispōtio, s. media, virtus que reliquarum comparata, quodammodo erit vtraq;. Et videtur ꝙ intentio inuenta sit etiam in cęteris virtutibus: intendo ꝙ media in eis sunt ipsa extrema quodammodo, & sunt alia ab ipsis mō alio. Et iam patet de re extremorū in hoc more; quoniam opposita sunt; quoniam medium innominatum est.

De mansuetudine, eiusq; extremis. Cap. V.



Am vero mansuetudo circa iram mediocritas est. nam cum nomine hac in re careat medium, & fère etiam extrema, ad medium mansuetudinem ipsam referimus: licet ad defectum qui nomen non habet, declinare magis videatur. at excessus iracundia quædam dici B potest: nam affectus est ira, quam quæ efficiunt, sunt multa et diuersa. Qui igitur ob quæ oportet, & quibus oportet irascitur, adde etiam quo modo; & quando, & quousque debet, laudatur: esseq; is mansuetus potest: quippe cum mansuetudo ipsa laude afficiatur. Mansuetus enim ille est, qui perturbatione vacat, & ab affectu minime ducitur, sed quemadmodum ratio ipsa statuerit, ita & ob id, & tam diu succenset: peccareq; potius videtur in defectu: quippe qui non ad vltionem, sed ad veniam dandam promptior sit. At defectus, siue iræ vacuitas quædam sit, siue quippiam aliud, vituperatur: nam qui & ob quæ oportet, et sicut oportet, & quando, & in quos oportet, non irascuntur, hi profecto esse stolidi videntur. qui enim non irascitur, neque videtur sentire, neq; dolore affici, neq; esse idoneus ad vlciscendum. Attolerare si lacessaris, patiq; vt tui contumelia afficiantur, seruile profecto est. C Excessus vero secundum omnes quidem modos fit: nam & in quos non oportet, & ob quæ non oportet, & magis item, & citius, & diutius quā oportet, existit: nō tamen ita, vt vniuersa eidem insint: non enim id potest. nam malum etiam se ipsum perdit, & si integrum sit, intolerabile euadit. Iracundi igitur cito quidem irascuntur, & quibus non debent, & ob quæ non debēt, & magis quam oportet: sed, quod optimum in se habent, cito etiam desistunt. hoc autem ipsis propterea euenit, quia iram minime continent, sed reddūt. vnde ob celeritatem manifesti sunt, deinde cessant. supra modum autem celeres sunt, & ad omnes res & quacunq; de causa iracundi, ii qui sunt excandescentes & summe biliosi. vnde nomen etiam habent. Acerbi vero difficulter reconciliantur, & longo tempore irascuntur. continent enim iram, & nō nisi vbi reddiderint, cessant: nam vltio his iram se dat, dum voluptatem loco doloris inducit: quod quousque non

Ir ę defectus quo pacto vituperabilis

Malū ē se ipsum perdit

euenit, grauatum animum habent. quia vero id non est manifestũ neq; suasione apud eos vtitur quispiam: & ipsi secum iram conco- quere non nisi mora quadam, tẽporis possunt. suntq; huiusmodi ho- mines tum sibi ipsi molestissimi, tũ iis qui maxime ipsis sunt amici. Infestos aũt eos dicimus, qui & ob quæ non debent, & magis itẽ quã, debent, & diutius succensent: & placari sine vltione† vel etiam pu- tione non possunt. At vero mansuetudini excessum magis opponi- mus: quippe cum & magis fiat: humanum enim magis est vindi- sumere: & ad conuictum hominum infesti etiam peiores sint. Quod autem tum in superioribus etiam libris diximus, tum ex iis quæ d- cuntur, satis constat, quo modo, quibus, ob quæ, quanto tempore ira- scendum sit, quousq; item aliquis progrediens vel recte facturus sit, vel peccaturus non est facile definire. qui enim paululum transgre- ditur, non vituperatur, siue ad nimium, siue ad parum deflexerit. immo interdum & eos qui deficiunt, laudamus, mansuetosque ap- lamus: & eos qui infesti sunt, tanquam ad imperandum idoneos, ri- riles nuncupare consueuimus. Quantum igitur, & quo modo quis- piam transgressus sit vituperandus, statui ratione nõ facile pote- particularibus enim & sensu iudicium est. Veruntamen illud sa- perspicuum est, sicut medium habitum, quo efficitur, vt & qui- oportet, irascamus, & ob quæ, & quo modo oportet, & secundum cætera omnia huiusmodi, esse laudandum: ita excessum & defe- si parum quidem peccant, parum: si paulo amplius, magis: si m- tum, vehementer esse vituperandos. ex quo efficitur, vt medi- habitum consectandum esse manifestũ sit. Atq; hæc de habitibus, circa iram existunt, dicta sufficiant.

†a.1.& punitione.

Qui parum trãsgreditur non vituperatur.

B

DIxit. Et mansuetudo mediocritas est circa iram. cum autem medium non ha- beat nomen in hoc more, & fere similiter sit de extremis, nominauim- medium mansuetum, cum sit propinquior extremo, quod est ex parte defe- ctus: & est illud, quod non habet nomen: intendo in irascibilem, & priuatum ira extremum autem alterum, quod est ex parte superfluitatis, est ille, qui nomina- tur iracundus vel furiosus: & hoc, quoniam hęc passio nominatur vniuersa- ter ira. res autem inducentes hanc passionem sunt multę diuersę. Et qui irasci- tur ei, cui est irascendum, & pro quibus est irascendum, & vt oportet, & quan- tum, hic laudatur. Et conueniens est vt iste sit ipse mansuetus, cum mansueti- laudetur. & hoc, quoniam de natura mansueti est vt sit moderatus, non vlcisci- propter iram, sed est in hoc quod ordinauerit intellectus, & est eius exacerba- tio in mensura horę secundum ꝙ mensurauerit intellectus: & ponitur ꝙ pecca- tum in mansuetudine sit quidem maxime in defectu: eo ꝙ mansuetus non est amans vindictam, sed ignoscens & acceptans excusationem culpę defectus. Er- go in hac passione, siue fuerit priuatio iræ, siue quicquid fuerit, vituperabilis est qui enim non irascuntur cui irascendum, reputantur insensibiles & incontrista- biles: cumque vir non irascitur, non quęret vindictam. Et tolerantia aud- nis vituperii, & non irasci pro proximis suis, & pro eis quos habet in reueren- tia & veneratione, moris seruorum est. Et superfluitas & contingens in om- nibus istis: intendo vt irascatur homo cui non oportet, & ex quibus non opor- tet, & vehementius ꝙ̃ oportet, & diutius quam oportet. veruntamen oĩa hæc non aggregantur in re vna eadem: ideo ꝙ hoc non est possibile. propterea ꝙ malũ est corruptiuũ suiipsius, quando aggregatę fuerint oẽs eius partes, cũ nõ

F

A fi hoc tolerabile. ad irascibilem enim festinat ira, ex quo nõ oportet, & cui nõ oportet, & plusq̃ oportet. & sedatur ira eius velociter: & istud melius est, qđ est in eis. & accidit quidem ipsis vt tales existant, eo ꝙ non recipiunt irã, sed exaggerant: & propter acuitatẽ ipsorũ manifestant irã, & tandem quiescũt. q autem addunt super istos, sunt veloces, ad irascendum acuti: qui irascuntur ex omni re, & in omni re. Irę itaq;, qui amaricatum habet animum difficilis est se paratio: & permanet tempore longo, eo ꝙ reprimit iram suã; quiescit autẽ ab irascendo, cum fuerit ei satisfactũ: eo ꝙ satisfactio quietat irã, adeo ꝙ acquirit domino suo delectationem cum tristitia: cum vero non sumpserit satisfactionẽ, continuatur eorũ iracundia. & hoc, quoniam, cum non fuerint manifestãtes ira cundiã suam, non pręparatur alicui sedatio ipsorũ. & pp hoc durat eorũ iracũ dia tẽpore lõgo: & qui fuerit cũ hac dispõne, contristans est seipsum, et amicos suos proprios. Illos ergo, qui irascuntur ex quibus nõ oportet, et plus quã oportet, et diutius q̃ oportet, et nõ mitescũt nec parcunt, donec sumpserint satisfactionẽ et vindictã, potius opponimus mansuetudini quã extremitatem alterã: intendo priuationẽ irę. et qui habent vindictam virilitatis, et qui irascũtur ira ipsorum, maię sunt societatis amicitię. Et iam patet ex quod diximus in pręcedẽtibus, et eo quod dicimus nũc, ꝙ non est facile definire iram sermone, qualiter oportet vt fiat in omni loco, et quantum, quam diu, et vsq; ad quem terminũ, donec diu gatur in ipsa vt peccetur. Si ergo pertranseatur terminus in ira modicũ

B versus superfluitatem. uel uersus defectum, non vituperatur. nos nanq; fortasse laudamus deficientes, nominantes eos mansuetos: quorũ autẽ grauis fit ira ꝓportionatur virilitati, eo ꝙ apti sint principatui. Non est autẽ facile nobis sermone determinare vsquequo pertransiens in ira modum & quantitatem, erit quis vituperabilis, ideo ꝙ est res particularis, quæ sensu discernitur, et per hoc ꝙ appropriat cuiq; singularum ex ipsa. et hoc infinitum est. Verũtamen posse est nobis vt perueniamus in declaratione huius ad hanc quantitatem. Dicimus ergo ꝙ dispositio media, per quam fit ira, contra quem irascendum, et quantum oportet et secundum alia huiusmodi ex conditionibus laudabilis est. superfluitas vero et defectio vituperabiles. q̃ ergo modicũ pertransibit mediũ, vituperatur vitupetio modico, quando plus, plus, et quando multũ multũ. cũq; sic sit, manifestũ est, quod oportet vt cohibeamus nos per dispositionem mediam.

De comitate, & eius extremis. Cap. VI.

C AT in congressionibus quoq; & conuictu, sermonumq; et negociorum communitate esse alii placidi & obsequiosi videntur, qui omnia in gratiam laudant, nullaq; in re aduersantur: sed minime molestos existimant se esse oportere iis, quibus cum habent consuetudinem. alii e contrario in omnibus aduersantur, nullamque sibi habendam rationem putant, ne molesti sint. qui morosi & litigiosi nuncupatur. Verum sicut hos vtrosque habitus esse vituperabiles. ita medium esse laudabilem constat, quo videlicet efficitur, vt vnusquisque & quæ oportet, & sicut oportet, vel admittat, vel graue ferat. Nomen tamen huic medio nullum impositum est: sed amicitiæ maxime similis videtur. talis enim est qui habitu hoc medio est præditus, qualem modestum ac probum amicum esse volumus: si id videlicet assumpserit, vt diligat. nam ab amicitia in eo differt, quòd est sine affectu diligendi eos quibuscũ versatur. non enim quia vel amat, vel odit, suscipit singula vt debet, sed quia est talis: quippe cũ idem

factuꝛus sit tam apud notos, quam ignotos: tam apud familiares, quã eos, quibus cum nulla familiaritas intercesserit. vbique tamen prout singulis conueniet. non enim perinde familiares atque externos aut studio prosequi, aut dolore afficere nos conuenit. In vniuersum igitur dictum est in congressionibus hunc vt oportet, se esse gesturũ. spectans autem ad honestatem & vtilitatem id attendet, vt dolorem non afferat, vel collætificet & obsequatur. videtur enim circa voluptates, doloresq́; eos versari, qui in congressionibus existunt: in quibus si vel non honestum ipsi fuerit, vel damnosum etiam obsequi, id minime faciet, sed grauate se geret, potiusq́; esse molestus volet. si item obsequium facienti aut dedecus, atq; id non paruum aut damnum, aduersario autem dolorem paruum allatura sit, non admittet, sed ægre feret ac repudiabit. diuerso autem modo cum iis qui in dignitate constituti sunt & priuatis, cum magis item & minus familiaribus, cæterisq́; diuersi inter se generis hominibus congressiones faciet: singulisq; id quod decet, attribuet. ac collætificare quidem per se eliget, cauebitque contristare. sed euenientia tamen ipsa si maiora fuerint, honestatem inquam & vtilitatem consequetur: voluptatisq́; causa magnę quæ postea subsequutura sit, paruum dolorem afferre nõ verebitur. Ac medius quidem talis est, nomenq́; non habet. Qui autem obsequitur, si nulla alia de causa id facit, nisi vt iucundus sit, placidus est & obsequiosus: si vt emolumentum aliquod adipiscatur, atq; id vel pecuniis, vel iis rebus, quæ pecuniis comparantur, adulator. at eum qui omnia moleste accipit, esse morosum & litigiosum iam diximus. quia vero medium caret nomine, inter sese extrema ipsa opponi videntur.

Dixit. Et iã determinauimus dispositiones inuentas in ira. Dispositiones autẽ quę sunt in societatibus & incollocutionibus, & communicationibus nũc dicemus. Qui ergo per istas intendunt, & cas iũt beniuolentias hominũ, et sunt illi qui nituntur vt delectari faciant per associationem suam alios, & nõ offendunt neq; molestant aliquem ex eis quibuscum viuunt in aliquo, quinimmo valẽt vt non cõtristent eõ, quẽ associantur. sunt quidam modus hominũ. Et sunt alii contrarij istis, qui diuersificantur eis in omnibus suis dispõnibus, quibus non est cordi, neq; curant de aliquo ex eis, quæ appropriantur alij ab ipsis. & sunt illi, qui nominantur maligni, dyscoli, & intractabiles. Et manifestũ est quod duę dispões, intendo extremitates ex ipsis vituperabiles sunt: & dispõtio media inter ipsas laudabilis. nos enim per hanc recipimus quẽ oportet, & vt oportet. & propter hoc in habentibus eas, malitia est, & nõ est eis nomen. D Et similatur mos iste dilectioni. qui enim ẽ in dispõne media huius moris, ppꝛietas eius siue attributio est attributio dilectoris. & hoc, qm̃ quasi declinamus ad hoc vt dicamus quod blandus & tractabilis dilector noster propter velocitatem suã ad recipiendum societatem, & familiaritatem exhibendum. attamen diuersificatur mos iste a dilectione: eo quod vacuus est eius passionis, quę in dilectione existit. non sollicitetur per societatem eius, quem diligit, quemadmodũ sollicitatur dilector. & hoc, quoniam ipse non recipit vnumquemq; . quẽ recipit secundũ quod oportet ad amandũ ipsum, & nõ obediendum, sed recipit quidem eum, quẽ recipit: eo quod natura sua talis est, & propter hoc amat cognitum & incognitũ & familiarem & non familiarem secundum modũ vnum. neq; facit hoc, quod facit de hoc in vnaquaq; rerum, secundum quod ei pertinet, non enim oportet vt sit ...

A ta eius pro extraneis & familiaribus, & receptio eius ipsorum secundum modum vnum : veruntamen non molestat aliquem . D.Et iam diximus qualiter oportet esse associationem & conuictum.& quando proportionaueris dispões eius,intendo associãs ad factum honesti & vtilis,videbis intẽdere ipsum in eis vt non contristet aliquem,aut hilarem eum faciat, videtur enim ꝙ dispositiones . Suiuendi vel associandi sunt circa delectationem & tristiciã: & in quo ex istis non fuerit res honestã,s.fuerit in ipso res damnosa, graue est habenti eas, vt hilarem faciat aliquẽ,& interdũ eligit vt contristet.& istud acquirere facit factorem eius turpitudinem:& hęc turpitudo aut erit non in modico , aut erit eius contrariũ.dispõtio aũt huic contraria:intẽdo eam,in qua est honestũ vel vtile,neq; molestationem modicam recipit . graue enim esset hoc habenti ipsam.cõuiuu aũt potentibus,& plebeis,& perfecte notis,& minus notis cõuictu diuerso s.ẽm debitum modũ:& in cęteris dispõnibus diuersificatis alijs tribuit vnicuiq; quod suum est & verecundatur de eo qđ hilarẽ facit eum solum,et si ne suo grato est contristare eum aliquem.& si fuerint res, ad quas cõuertuntur eius dispõnes ex rebus grandibus,intendo honestum & vtile,declinat ad illud & plane conuersatur in eo:& interdum contristat contristatione modica ꝑp illud,quod sequitur post ex delectatione:intendo quatenus postea hilarẽ faciat. Hęc igitur est determinatio medij in hoc more: intendo associationẽ. & non est B ei nomen positum.Qui vero hilares faciunt quoscunq; indifferenter,& intentio ipsorum est vt gaudere faciant homines absq; causa,sunt illi qui placere cupiũt hominibus . qui autem hoc emolumenti causa faciunt,nominantur adulatores: qui autem rixosus est & in omnibus intractabilis est, vt iam diximus malignus & dyscolus . Et iam declarauimus de re extremitatum ambarum ꝙ sunt oppositę:& ꝙ medium innominatum est .

De veracitate , & eius extremis. *Cap. VII.*



Irca eadem fere etiam arrogantiæ mediocritas versatur : quę quidem etiam ipsa nomen non habet. non ab re autem erit , vt de his quoq; differamus . nam & singula pertractando melius quę ad mores spectant, percipere poterimus : et virtutes esse mediocritates tunc demum credemus , vbi in omnibus id ita se habere perspexerimus . In conuiuendo igitur qui cum voluptate & dolore congresiones fa C ciunt,dicti iam sunt . nunc de veracibus & mẽrientibus , atq; id tam verbis,quam actionibus & fictione dicendum est. Arrogans quidem est is, qui illustria quędam vel quę non habet, vel maiora quam habeat, fingit, ac sibi vendicat . dissimulator contra , qui quę sibi insunt vel negat , vel diminuit . At medius cum sit ipse ille qui est, & tam vita quam verbis verax, ea ipsa plane quæ sibi insunt, neq; maiora, neq; minora esse confitetur . Atque horum vnumquodque potest & alicuius & nullius rei causa fieri. qualis aũt vnusquisque est, talia etiam, nisi alicuius rei causa faciat,& agit,& dicit : necnon ita vitiam quoq; suam omnem instituit . ac per se quidẽ mendacium prauum est & vituperatione dignum, verum honestum & laudabile. iccirco fit vt verax ipse qui est medius, laudem mereatur: mentientes aũt vituperio afficiendi sint: utrique illi quidem, sed magis tamen arrogans. Sed de utrisque his iam dicamus: ac prius de ueraci. non enim de eo intelligi volumus, qui in pactionibus uerum dicit , atque iis quæ ad

Qualis est vnusquisque talia et agit & dicit.

Mendacium per se prauũ & vituperatione dignũ est.

iniustitiam vel iustitiam spectant : id enim est alterius virtutis . sed de eo qui licet nihil huiusmodi intersit, & vita & verbis propterea verum dicit, quia talis ex habitu est: qui sane, cum sit huiusmodi, meito esse probus videtur . qui enim veritatis est studiosus, & vbi nihil refert, verum dicit : multo magis vbi referet, id faciet . vbi enim turpe est mendacium, cauebit profecto, quod per se etiam euitabat. Talis aūt est laudabilis : licet magis ad id declinet, qđ vero minus est, nam quia inuidiosæ sunt nimiæ excellentiæ, id esse moderatius videtur, atq; aptius . Qui aūt maiora quā habeat, fingit, si id nullius rei causa facit, prauo quidem similis est : alioqui.n. minime gauderet mendacio: vanus tamen potius videtur, quam malus . Sin alicuius causa, aut gloriæ & honoris: atq; is non admodum est vituperabilis, sicut arrogās : aut argēti, eorumq; quæ ad argentū pertinēt, qui deformior. At arrogans non in potestate, sed in electione consistit: ex habitu n. & quia est talis, arrogans est. Quemadmodum etiam mendax, alter est, qui mendacio ipso gaudet: alter, qui vel gloriam vel lucrū appetit. Qui igitur gloriæ causę arroganter se gerunt, eiusmodi res simulāt, ob quas laudari, felicesq; prædicari homines consueuerunt: lucri, eas quarum fruitione alii oblectantur : quæq; etiam si non adsint, latere facile possunt: vt medicum esse, aut vatem, aut sapientē. atq; iccirco pleriq; huiusmodi res sibi fingunt atque arrogant: quippe cum in ipsis ea sint, quæ diximus . At dissimulatores minus quā sit dicentes, moribus esse elegantiores videntur. apparet enim eos nō quæstus gratia id facere, sed vt euitent importunitatem, ac fastum. atq; hi quoq; maxime illustria & clara solent recusare : quemadmodum etiam Socrates faciebat. Qui autem parua & manifesta dissimulant, † versute delicati dicuntur, & contemnendi sunt. Adde q hæc arrogantia interdum videtur: vt Lacedæmoniorum vestitus. nam tam excessus, quam nimius defectus ad arrogātiam spectat. qui vero moderate dissimulatione vtuntur, eaq; dissimulant, quæ non nimis sunt aperta, atque ante oculos posita elegantes videntur. A veraci quidem arrogans magis opponitur: peior enim est.

† a. l. versute gloriosi.

Dixit, Et in his rebus inuenitur medium elationis, et hoc medium, quod elatione est, non habet nomen, et non est malum ut has res determinemus. Dixit. et fortassis perfectius cognoscentes erimus dispōnes morū, qn sciuerimus ex definitione uel termino earum, q ipsę sunt mediū, et securi erimus de hoc, q uirtutes mediæ sunt, quando sciuerimus q ipsę sic sunt in uniuersū. D. Iam aūt diximus de his, qui utuntur associationibus loco delectationis et tristitię. nunc uero determinabimus de illis, qui ueraces existunt, uel mendaces secundum modū unū in dictis et in factis, i. ueraces et simulatores. Dicimus ergo q putatur de elato q simulet inesse sibi res honorabiles, et non sunt: et inesse sibi res eximias, quarum non habet potestatem, vel ad quas non potest. Qui aūt utitur ironia, est secundum diuersum istius: eo q aut negat quod inest ei honorificā, aut uilefacit ipsum . Medius uero horū est uerax in modo suo uiuendi et dicto, et confitetur hoc, quod in ipso est, neque addat in hoc, aut diminuat. Et forsan unusquisque facit hoc quod facit, propter aliquam rerum, et fortassis facit ipsum non propter aliquid penitus, et unusquisq; ipsorū dicit, et facit secundum

A ꝙ ipse est, et similiter usus uiuendi est secundum ꝙ ipse est, dum non facit qđ fa cit propter aliquam rerũ. et mendacium in seipso malũ est uituperabile: ueritas aũt bona laudabilis .i. ideoq; uerax, et est medius, laudabilis existit. extreme uero mendaces sunt, et ambo uituperabiles, et proprie superelatus uel superbus hic enim magis mendax est. D. Et nos determinabimus eos simul, incipientes a uerace. nolumus aũt per ueracẽ eũ, qui uerax in eo ꝙ confitẽtur homines sibi inuicẽ, s. fictio et simulatio, et est id in quo ueritas adducit ad iustitiã, et menda ciã ad iniustitiã, istud. n. est de natura uirtutis alterius, sed uolumus per ipsum ueracẽ, illũ, in quẽ non cadit controuersia, et diuersitas, et est ille, qui uerax est de seipso et de usu suo uiuendi: ideo ꝙ statu eius est status iste. et uidetur de eo ꝙ sit quasi submissas habens alas: et hoc eo ꝙ amator sit ueritatis. et si fuerit uerax in eo, ubi non habet locum ueritas, tunc dignius est ut uerax sit, ubi locũ habet: ideo ꝙ qui ueretur mendacium propter seipsum: intendo eo, ꝙ mendaciũ hoc non ueretur ipsum propter quantitatem uel mensurã aliquam. Quiq; fuerit cũ hac determinatione, hic laudabilis existit. & manifestum est de re ipsius qui declinat amplius ad deficientiam ꝙ studiosior est ueritatis eo, qui declinat ad superfluitatẽ: eo ꝙ superfluitas põderosa uel grauis est. Qui aũt simulat magis ꝙ in eo sit absq; causa, iam malus uidetur. non enim aliter ueretur mendacio, sed potius uanus est quam malus. Si aũt simulat pp̃ aliam causam, et est cã illa gloria uel honor, tunc non est ualde uituperabilis vel superelatus. Si uero

B fuerit hoc causa pecuniẽ uel eius, quod ducit ad pecuniam, tunc turpior est eius dispõno dispositione superelati. Et superelatus non est superelatus potentia tantum: iuuendo naturaliter, sed et iam scđm electionem: eo ꝙ est superelatus quidẽ per naturam et morigerationem ad similitudinẽ mendacis. Etenim quidam ex mendacibus mentiuntur, gaudendo ex mendacio: quidam uero mentiuntur, desyderantes ex hoc exaltari. Qui ergo utuntur elatione, ut per hoc exaltentur, simulant res, propter quas laudantur homines et pro felicibus habentur. qui uero utuntur ea emolumenti uel lucri causa, simulant res, in quibus sequuntur eos illi, quibus appropinquant, et res quas possibile est esse; et latet de eis, qm̃ tales ad similitudinẽ eius qđ faciunt ostensores, et medici, et sapientes; ideo quoniam res istẽ latent propter istud. ergo plures hominũ simulant res huiusmodi et fingunt eas intendo ꝙ insit eis res, quas diximus; id est ꝙ sint sapientes & ostensores. Contrarij aũt, superelatis et sunt vilificãtes se, eo ꝙ dicunt de se minus ꝙ̃ sit in eis, patens est de re ipsorũ, qm̃ placentiores sunt secundum mores, eo ꝙ putatur de eis ꝙ non dicant de se hoc, quod dicũt quẽrentes hoc lucrari, sed fugiẽtes cognosci. et ipsi non deueniunt ad vltimum in negatione rerũ honorabilium, quemadmodum faciebat Socrates. At illi, qui simulant res exiles apparabiles, nominantur dolosi vel fraudulenti, et sunt uiliores omniũ. et hoc, quoniam superfluitas et deficientia nimia proportionãtur uituperabilibus. Sed

C qui utuntur rebus istis mensurate, et in rebus non uilibus ualde, et non apparibilibus, palam est de re ipsorum ꝙ acceptabiles sunt. Et manifestum est ꝙ uilificantes se oppositi sunt ueraci, eo ꝙ sunt digniores eo.

De facetudine, & eius extremis. Cap. VIII.



Vm autem in vita requies etiam quędam sit, in qua homines ioco vtantur: videtur etiã hic, esse congresio quędã moderata & dicendi ea que oporret, & vt oporret, & audiendi. differentia quoq; in eo erit, vt & inter tales quosdam dicamus, & tales audiamus. Circa quæ excessum etiam esse medii, & defectum perspicuum est. Qui igitur ridiculis excedunt, scurræ esse atque importuni videntur qui ridicula penitus affectant, adeo vt studeant potius risum mouere

quam honeste loqui, doloreq; eum non afficere quem cau lant r
Qui autem neq; ipsi quicquam ridiculi dicunt, neque a ios d c tes D
æquo animo patiuntur, rustici & duri sunt. At qui apte ac mod a-
te iocantur, faceti ac versatiles dicuntur, quasi ad versionem apti: mo
rum enim huiuscemodi esse videntur motiones: atq; vt corpor , ita
etiam mores ex motionibus iudicantur. Quoniam vero ridic lum
admodum redundat, & pleriq; sunt, qui iocis delectantur & cau las
magis quam deceat: effectum est, vt scurræ quasi elegantes facet nu
cupentur; quos tamen differre ab elegantibus, ac non parum quidem
ex iis quæ diximus, manifestum est. Huic autem medio habitui con-
gruit etiam vrbanitas seu dexteritas. vrbani vero est ac dexteri ho-
minis talia dicere & audire, qualia probo atq; ingenuo conueniunt.
Quędam enim sunt, quæ & ioco dicere & audire talem hominem
decet: & ingenui hominis locus a seruilis, & item eruditi ab inerudi-
ti ioco distat. Id quod ex comœdiis veteribus & nouis licet vnicuiq;
perspicere: illis enim verborum obscœnitas, his obscœnitatis suspi
tio tantum risum faciebat. Hæc autem in honestate non paruam ha E
bent differentiam. Vtrum igitur ea re definiendus est aptus cau a-
tor, quòd ea dicat quę in genuum hominem decet, an ꝙ molestia nō
afficiat audientem, aut etiam oblectetur? An hoc quoq; nullam cer
tam definitionem admittit. aliud enim alii & odiosum & iucundum
esse consueuit: quocirca talia etiam audiet: nam quæ quisq; audire
patitur, eadem quoq; facere videtur. sed non omnia faciet: cau la
enim conuicium quoddam est. legum latores autē, cum onn a
conuitia prohibeant, debebant fortasse cauilla etiam vetare. Elega s
igitur & ingenuus quasi sibi ipse lex sit, ita se geret. ac talis quidem
medius est, siue vrbanus & dexter, siue facetus appellandus sit. Scur-
ra autem cum superetur ridiculis, neque sibi neque aliis parcit, mo
do risum moueat: eaque dicit, quorum nihil elegans diceret, nonnul
la autem ne audiret quidē. At rusticus est ad huiuscemodi consuetu-
dines ineptus: cum enim nihil ipse conferat, omnia ęgre accipit. A F
requies sane & iocus in vita esse necessaria videntur. Tres igitur hæ,
quas diximus mediocritates, in vita sunt; quæ in verborum omn ,
actionumque quarundam communitate versantur: in quibus i ud
interest, ꝙ vna circa veritatem, reliquæ circa iucunditatem cons :
ex iis vero quæ circa voluptatem sunt, altera in iocis, altera in re i-
quis vitæ congressionibus locum habet.

Vt corpora ita etiam mores ex motionibus iudicā tur.

Dixit. Et ex quo est hominum in vita sua tranquillitas, & est vsus eius diu? di hora huius tranquillitatis in solatio iocoso, tunc videtur qd hic ē est associatio saporifera, in quo collocutio fit de eo, quod ꝙ oportet, & vt oportet. Et manifestum est ꝙ in his ēt est superfluitas, & defectus, & medium. Et hoc, quoniam illi, qui excedunt in eo, de quo ridetur, putatur de eis ꝙ sint placentes: eo ꝙ ducuntur ad res, de quibus ridetur de necessitate. & intentio ipsorum vt plurimum est, vt rideatur de ipsis, & vt sit sermo eorum sermo placens & vt non contristent eum, cum quo iocantur. De illis aūt, qui dicunt aliquid ꝓ uocationi risus, & moleste, ferunt cū qui tale quid dixerit, putatur ꝙ syluestres

sint

sint & inepti. Qui autem vtuntur ioco saporose, nominantur cōpositi apti, ideo
A φ illę dispōnes oēs sunt, de quibus putatur φ sint unius & eiusdem moris, quę,
alimodum enim ex motibus corporum iudicatur sup dispositiones eorum, simili
ter habent mores. Et qn̄ delegitur res prouocatiua risus, & exhilarat presen
tes ioco & gesticulationi plus q̄ oportet, nominatur factor eius representator,
& scurrilatur. Manifestum est aūt ex eo quod iam diximus, φ homines diuersifi
cantur diuersitate, non his rebus tantum. Et liberalitas vultus proprie est in dis
positione media: intēdo φ nomen liberalitas vultus appropriatur dispōni mediç
in hoc more, & de natura soluti vel liberi vultus est vt dicat & audiat qd̄ cō
gruit viro suaui liberali ad dicendum & audiendum. Sunt etenim hic res conue
nientes ei, qui huius fuerit dispositiones ac dicendum & audiendum scd̄m modū
lo.1. & iocus liberi diuersificatur a ioco serui: iocusq; eruditi diuersus est a ioco
in eruditi. Et scitur hoc ex poematibus, quę posuerunt Antiqui & Moderni in
fatyricis vel reprehensius. & hoc, qm̄ quidam ex ipsis sunt, quos ridere facit
turpiloquium: & quidam, quos ridere facit suspitio: & inter istas duas res dis
fert non modicū quę earum habenda pro decenti sit. D. An igitur oportet vt de
finiatur scurrilitas & turpiloquium per hoc, quod dictum est, φ non conuenit
viro libero: an per hoc, quod est dictum, φ non contristat auditorē suū. & hęc
descriptio secunda quasi interminata est. etenim cōtristabile & delectabile vni
C cuiq; hominū alterū est ab eo, quod est alteri. Et simile hinc accidit in rebus. q̄
audiuntur. nam putatur de viro φ faciat rem, cuius auditionem suffert: eo φ nō
omnem rem facit omnis homo. & hoc, quoniam vituperium & scurrilitatem
non facit vir liber. D. & quidam ex legum latoribus prohibent vituperia. &
conuenientius est quibusdam eorum vt prohibeant scurrilitatem. Viri aūt libe
ri acceptabilis hęc est dispositio: cū sit sibimetipsi hoc, quod est lex illis de ci
uitate. medius ergo in hoc more, & est habens hanc dispositionē, nominatur se
reni vultus. Representator aūt minor est concitatore risus. etenim ipse non reci
pio, neq; ab alio nisi res prouocatiuas risus: & dicit etiam res, quas non placet
viro acceptabili dicere neq; audire eas. Syluester autem, & rudis non est ap
tus huiusmodi solatijs: cum nihil eorū conueniat ipsi, & conturbetur & moleste
tur ex oibus eis. D. Et iam putatur φ tranquilla quies, & iocosum solatiū ne
cessaria sunt in vsu viuendi hominis. Media ergo determinata in conuictibus
tria sunt. & omnia communicāt in hoc, φ sunt in dictis quibusdā & factis: & di
uersificantur in hoc, φ quoddam eorum est circa verū, s. φ habens nominatur
verax, & alterum est circa delectabile: & est duorum modorum: vnum, qd̄ est
circa ludicra & iocosa, s. φ habens nominatur aptus & compositus: & tertiū
quod est circa vitam eius, qui viuit absq; iocis.

C *De verecundia.* *Cap. IX.*

De verecundia autem quasi de virtute aliqua dicendum non est: affectus enim magis esse quam habitus videtur: quippe quę timor quidā infamię esse definiatur, existatq; non secus ac timor, qui circa res terribiles accidit. Rubescunt siquidem qui pudore afficiuntur: qui mortem timent, pallent: vt corporalia vtraq; esse videantur: id quod affectionis magis quam habitus est. At non omni ętati affectus hic conuenit, iuuenili tantum. nam qui ea sunt ętate, oportere esse verecundos existimamus: propterea quòd cum ex perturbatione viuant, ob idq; in multis peccent, a verecundia peccare prohibentur. ac iuuenes quidem, qui verecundi sunt, laudamus: seniorem quòd sit pudibundus, laudauerit nemo. nihil enim eum quicquam agere

debete censemus, in quo pudor consistat. nam pudor probi viri esse nullo pacto potest, cum ob malas res exoriatur, neque enim a-é de res eiusmodi sunt. Quòd si alia sunt re vera turpia, alia opi-ne, nihil refert: neutra enim agi debent. Quare minime est erube-scendum: praui nanque hominis est, esse eiusmodi, vt turpe aliquid agat. ita vero esse affectum, vt si turpe quid egeris erubescas, ac pro-pterea probum te esse existimare, absurdum plane est. nam ex iis quæ sponte agimus, verecundia existit: probus autem vir sponte nunquam male aget. Quocirca verecundia ex conditione probata res est: si enim ageret, erubesceret. at hoc circa virtutes mini-e con-tingit. si vero impudentia malum est, & cum quis turpia ag-e n-n verecundatur, nihilo magis bonum est existimandum cum quis tur-pia agendo erubescit. Sed neque continentia, virtus est, sed quod-dam aliud mistum: de qua posterius pertractabimus. Nunc de iu-stitia dicamus. D

Dixit. De verecundia aũt non oportet nos loqui secundum ꝙ sit virtus quę-dam; potius enim videtur esse passio quã dispositio. Neq; passio hęc cõue-nit omni ętati: sed proprie conuenit adolescentię, cum videamus oportere huiusmodi verecundantes esse: intendo adolescentes. Et sit quidem vere-[illegible] laudabilis in huiusmodi: eo ꝙ cum vitia ipsorum vincatur a passionibus pec-cant multipliciter, & verecũdia arcet & ꝓhibet eos ab hoc. senes aũt laudat, eo ꝙ sint verecundantes: videmus etenim ꝙ non oportet facere senes [illegible] quę sit verecundandũ. neq; virtuosus etiam verecundatur: cũ verecundia non fiat nisi propter mala, & hęc non sunt flenda. D. Cumq; rerũ turpium quędam sic sint scdm veritatem, quędam aũt sic sit putatiue: non differt quin cauendũ sit ab vtriq;, donec non incidatur in verecundiam ex ipsis. Et virtuosi dispositio hęc est: intendo ꝙ de natura ipsius non est vt faciat vllam ex his duabus tur-pitudinibus. de natura aũt mali est vt sit in dispositione, per quam agat aliquid ex turpibus rebus. & pro hoc fiat qñ fecerit aliquid ex istis verecũdetur. [illegible] que putabitur de ipso ꝙ salus sit a turpi secundum dispositionem. Verumtñ [illegible] re ꝙ verecũdari bonũ est in rebus fientibus sponte, est super quo conueniunt homines: propterea ꝙ verecundans, qñ fecerit turpe factum & verecundatur ex ipso, speratur ei conuersio ad virtutem, propter hoc dictum est de verecundia ꝙ est bona, non ꝙ numerata sit in virtutibus: nisi quia irreuerentia sint [illegible] tas malũ: & est vt non verecundetur homo facere turpe. optimum aũt homini et dignissimum ipsi est vt non faciat, vnde sit verecundandũ. D. Neque [illegible] tentio animę virtus est: & loquemur in hoc in hac parte: sed ipsa est res mixta loquamur autem in ipsa postea. Nunc autem loquamur de iustitia. E F

ARISTOTELIS
MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER QVINTVS.

Cum Auerrois Exposi.

SVMMA LIBRI.

De iustitia, & iniustitia. De iure, & iniuria: ac ipsorum speciebus. De æquitate, & æquo.

De iustitia & iniustitia, & modis iusti. Cap. I.



B E iustitia & iniustitia consyderandum est, circa quales actiones versentur, qualis itē sit mediocritas iustitia: & ius etiam quorum sit medium. Hęc autem consyderatio eadem docendi via progrediatur, qua vsi in superioribus etiam fuimus. Videmus igitur omnes eiusmodi habitum appellare iustitiam solere, ex quo ad agendas res iustas homines idonei efficiuntur: ex quo item iuste agunt, voluntq; iusta: iniustitiam quoq; simili modo, ex quo iniuste agunt, & volunt iniuste agunt, & volunt iniusta. Iccirco etiam a nobis vt in figura hæc statuantur. Neq; enim scientiis et facultatibus & in habitibus idem est modus. nam facultas & scientia eadem cum sit, esse cõtrariorũ videtur: habitus autem contrarius contrariorum esse nullo modo potest. verbi causa, ex sanitate contraria minime aguntur, sed salubria tãtummodo: quippe cũ sane quẽpiã incedere dicamus, cũ ita incedit, vt sanus. Sæpe quidem contrarius habitus ex cõtrario, sæpe C item idem habitus ex subiectis sibi rebus agnoscitur. nam et si bona corporis habitudo fuerit nota, mala quoq; habitudo innotescet: & ex bene habitus corporibus bona habitudo, & ex bona habitudine vicissim corpora ipsa quæ bene affecta sunt, fiunt manifesta. si.n. bona habitudo carnis densitas est, necesse est vt & mala habitudo raritas sit: & quod bona habitudine est affectum, spissitudinem in carne efficiat. Sequitur aũt plerũq;, vt si vnum multis modis dicitur, alterũ quoq; dicatur: vt si ius, ẽt iniuria. Iustitia aũt & iniustitia dici pluribus modis videtur. sed quia proxima ipsarum cognominatio est, latet, nec sicut in iis, q̃ procul distant, magis apparet. magna.n. in forma differẽtia est. vt clauem æquiuoce dici manifestũ est, & eam quæ collo aialiũ subiacet, & eam qua fores clauduntur. Sed sumamus quot modis iniustus dicatur. Videtur igitur iniustus is esse qui & illegitimus, & pluris vsurpator, & iniquus est: quare iustũ quoq; esse & legitimum

Sępe contrarius habitus ex cõtrario, sępe ex subiectis sibi rebus agnoscitur.

& æquum patebit. Ius ergo etiam ipsum legitimum, & æquum e[...] iniuria contra illegitima & iniqua. Nam quia iniustus etiam est plu-
ris vsurpator, circa bona non omnia versabitur: sed circa ea tantum, D
in quibus fortunæ prosperitas et aduersitas consistit. quæ semper quidem absolute ac simpliciter bona sunt, quibusdam tamen non semper bona euadũt: homines autem ea optant, ac persequuntur. At non opus est. optare enim deberent, vt quæ simpliciter sunt bona, sibi ipsis quoque bona essent: et eligere ea quæ sibi ipsis bona sunt. Quãquam iniustus non semper plus, sed in iis quæ simpliciter mala sunt, minus etiam eligit. sed quia minus de malis esse quodam modo bonum videtur, in bonis autem est pluris vsurpatio: propterea pluris esse vsurpator videtur. est item iniquus: hoc enim continet, & commune est: necnon illegitimus: hoc est legum transgressio, id est iniquitas omnem iniustitiam continet, estq; omni iniustitiæ commune. Quoniam autem illegitimus iniustus, legitimus vero iustus est omnia legitima esse quodam modo iusta perspicuũ est. nam quæ sunt a legumlatrice facultate definita, ea legitima sunt: quorum singula iusta esse affirmamus. leges aũt de omnibus præscribunt, ea spectantes quæ vel communiter omnibus conferunt, vel optimis quibusq;, vel principalibus, qui scilicet aut virtute, aut tali aliquo modo huiusmodi fuerint: atq; ita vno quidem modo ea iusta dicimus, quæ felicitatẽ eiusq; partes ciuili societati & efficiũt, & conseruant. Quin etiam lex præcipit & id quod fortis viri opus est, vt non deserere ordines, non fugere, non abiicere arma: & id quod est temperantis, vt nõ cõmittere adulterium, non contumeliose se gerere: & id quod est mansueti, vt non verberare, non maledicere: simili modo quoq; secundum alias virtutes et vitia alia iubet, alia prohibet. ac recta quidem lex est, q̃ recte: mala, q̃ tumultuarie posita est. Atque hæc quidem iustitia virtus perfecta est: nõ absolute tamẽ, sed ad alterũ. vt propterea sæpe iustitia virtutum præstantissima esse videatur: & neque hesperus, neque lucifer sit adeo admirabilis. adde quod in prouerbium dicimus.

Iustitia virtutũ prestantissima.

Iustitia in se virtutes complectitur omnes.

Ac perfecta quidem maxime est, quia perfectæ virtutis est vsus: perfecta autem, quia qui eam habet, nõ solum secum, sed cum altero etiã virtute vti potest. Multi enim sunt, qui in priuatis rebus virtute vti possunt: in cæteris quæ ad alium spectant, non possunt. vnde recte illud Biantis dictum videtur: principatus virum ostendet: quippe cum ad alterum iam, & in societate princeps versetur. Ob id quoq; ipsum iustitia sola ex omnibus virtutibus esse alienum bonum videtur, quia ad alterum spectat: agit enim ea, quę alteri conducũt, aut principi, aut reipublicæ. Pæssimus igitur est, qui & secum & cum aliis prauitate vtitur: optimus autem non qui secum, sed qui cum aliis virtutẽ exercet: quippe cum id difficile admodũ sit. Itaq; neq; hæc iustitia

Biãtis dictũ principatus virũ ostẽdit.

A pars virtutis, sed integra virtus est: neq; huic opposita iniustitia pars vitii, sed integra est vitiositas. quid vero virtus & iustitia hæc differat, ex iis quæ diximus, iam patet. vtraque enim eadem est: esse tamen vtrarunq; non est idem. nam quatenus ad alterum spectat iustitia, quatenus talis quidam est habitus, virtus simpliciter est.

DETERMINATIO QVINTI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE. ARISTOTELIS.



Dixit. Scrutandũ autem de iustitia quid est & in quo est: cum sit iustitia circa actiones. & si fuerit medium, tunc quod mediorum est, & cui rei est medium. Sit autem perscrutatio nostra de hoc secundum modum, quem meretur hęc materia, secundum ꝙ precessit de sermone nostro. Dicimus igitur ꝙ videmus omnes dicẽtes ꝙ iustitia est, per quam possumus super res iustas, & per quã iuste agimus & volumus res iustas. & similiter etiã inuenimus eos dicentes ꝙ nõ iustitia, in nõ iustitiã, est habitudo vel dispositio illa, ex qua nõ iuste facimus neq; iustũ B volumus. Cumq; fuerit hoc notoriũ nobis de re iustitiæ & nõ iustitię, sit istud primus apud nos de re eius tãquam radiis: posita aũt tanquam discriptio ad id quod volumus scire de substantia eius. deinde inquiramus post istud quę sunt actiones iustę & iniustę: & ponamus inquisitionẽ nostram ad illud ex notiori earum: intendo ex notiori istarũ duarum actionũ. Etenim non est modus in scientię formatum & dispositionum: sicut modus in formis & dispositionibus in ipsis. scientia enim contrariorum possibile est vt sit potentię vnius: quẽadmodũ receptibile contrariorũ est potentia vna. & propter hoc generatur a cognitione vnius cõtrarij cognitio cõtrarij alterius. in formis aũt existẽtibus, fiue efficientes, siue naturalibus siue artificialibus, non est hoc possibile: intendo vt generetur contrariũ. v. g. forma sanitatis, existens in aĩa medici non generat ęgritudinem, immo nõ generat nisi res sanatiuas. In cognitione vero possibile est vt cognoscantur formę & dispositiones ex suis contrariis: quẽadmodum possibile est vt cognoscantur ex suis subiectis. etenim possibile est, quãdo erit dispositio bona notior, vt cognoscatur ex ea praua; intendo contrariã eius: & similiter cognoscitur dispositio bona ex praua, quando fuerit praua notior. v. g. si fuerit dispositio sanatiua æqualitas complexionis, & fuerit hęc notior, tunc necesse est vt sit dispositio ęgritudinalis exitus ab ęqualitate complexionis. cũq; manifestũ fuerit de re alterius contrariorũ, ꝙ dicitur * vniuoce & iudicio intentionẽ generalem vniuersalẽ, i. vniuoce, plerũq; ita dicitur & C reliquum, vt iustitia & nõ iustitia. Et hoc quidem latet in rebus propinquis ad inuicem: intẽdo an sit ęquiuoce, aut non, vt accidit in iustitia. & propter hoc indigent vt significetur super hoc in eis ex notiore cõtrariorũ: in rebus aũt distantibus manifesta est ęquiuocatio. D. Cumque putetur de spẽbus, de quibus dicitur non iustum, ꝙ sint notiores eis, de quibus dicitur iustum, numeremus quot modis dicitur iustum. Dicitur, ꝙ videtur de eo qui diuersum agit legi, ꝙ sit nõ iustus: & similiter videtur dici non iustus de eo, qui lucretur possessiones multas per rapinam vel fraudem: & vniuersaliter de eo, qui non seruat ęquitatem sed excedit. Cum itaq; non iustus, s. faciens iniuriã dicatur secundũ istas duas intentiones, tunc patens est, ꝙ tenens legẽ iustus est, & similiter seruans æquitatem iustus est. D. Non iustus autem, qui est dominus possessionis multę, nõ est in omnibus bonis, sed in bonis, quę sunt bona felicem facientia hominem, non illa, quę sunt bona in seipsis. absq; eo ꝙ sint beatificantia. & hoc, quoniam quędam eorum, quę sunt bona in seipsis & semper, interdum non sunt in quibusdam hominum bona, neq; semper & propter hoc fit ꝙ rogant homines in orationibus suis sępius vt res, quę sunt bonę in seipsis semper, sint bonæ eis semper: & vt eligant ex bonis hoc, quod sit bonum ipsis. D. Iniustus autẽ eligit

Scia contrariorum possibile ẽ vt sit sciẽ vnius: quẽadmodũ receptibile contrariorũ est potentia vna.

* Forte legẽ dũm multiuoce

semper de bono plus & de malo minus: intendo de malo absolute, & videtur etiam ꝙ ille, qui non est malus, bonus sit modo quodam: & multitudo possessionis per eum de bonis est: & ideo videt, vt sit dominus possessionis mul... & est vniuersaliter iniquus. & hęc est res propria ei. & bonum in quo est iniuria, cō mune est omnibus. Et quando positum fuerit esse de per se notis, eum qui aduersus est legi, esse non iustum: tunc manifestum est ꝙ lex iusta est, & ꝙ omnes res legales iustæ sunt modo quodam nam per omne qđ pręcipit legifer, aut prohibet; tendit aut ad bonum commune omnibus, aut ad bonum virtuosis natura... ter ex hominibus, aut simile aliquid huic intentioni. Vniuersaliter enim pręcipit hoc, quod efficit felicitatem, & illud quod eam conserua..., & illud quod efficit partes eius, quod eam conseruat etiam a malitijs ciuilibus, secundum ꝙ mandat strenuo vt agat actiones strenuitatis legalis, vt ꝙ non relinquat aciē vel ordinationem, & ne fugiat. & ne reijciat arma. & similiter præcipit casto, vt ... opera castitatis, vt ne fornicetur, ne sit falsidicus: & pręcipit pacifico facere qđ suum est, vt ne percutiat aliquem: neq; dicat dictum malum: & similiter in cęteris sint virtutibus & vitijs: intendo ꝙ pręcipit virtutes omnes, & prohibet omnia vitia. & hoc vniuersaliter, siue virtutes secundum veritatem & certitudinem, aut per modum aliquem: intendo genere ex modo quodam. D. Et iam ista iustitia & iustitia communis, & est simpliciter ęqualis virtuti vtitur ... si ꝙ ipsa, quando accepta fuerit per modum, quo est virtus, est in capitulo qualitatis, & dicitur absolute non ad aliquid: & quando accepta fuerit secundum ꝙ iustitia est in capitulo relationis & ad aliquid: etenim iustitia quidem est in hominibus iustum agens in eis: ex hoc modo putatur de iustitia ꝙ ipsa sit perfectissima virtutum agentium, & vtilissima eorum, & maxime placens, ita vt magis placeat ipsa quam sydus Veneris matutinum oriens cum Sole, et vespertinum occidens cum ipso. & dixit quidem hoc, eo ꝙ in vsu eorum fuit de re placente dicere ꝙ esset placentior sydere Veneris. D. Et, cum iustitia ... cta fuerit communiter, est virtus perfecta vt in pluribus. est virtus quidem, eo ꝙ actiones iustitię, non procedunt nisi a virtute perfecta vere, eo ꝙ ille ... eam habuerit, potest vti virtute in se, & in altero. D. & propter hoc putatur ꝙ recte dixerit Biantes dicens ꝙ facit virum notum, cum sit vtens virtute in nō vtente ea, s. in subdito. princeps enim relatiue dicitur ad subditum: & propter hoc habet quidem nomen istud vsum virtutis in altero. Et ex hinc putatum est de iustitia ꝙ sit bonum extraneo inter cęteras virtutes: intendo ꝙ sit bonum ad alterum. & hoc, quoniam ipsa quidem semper agit quod bonum est, aut ... participanti, aut principanti & subdito. Cumq; sit completam habens malitiam qui vtitur malitia in se & in amicos suos tunc virtuosus completam habens virtutem est ille, qui vtitur virtute in se, & in alterum; completam quidem eo ꝙ vsus eius in altero difficilis est. D. Et ista iustitia, quam determinauimus, nō est pars virtutis, sed est tota virtus: & iniustitia opposita ei non est pars malitię, sed est ipsa tota malitia. & est quidem distinctio inter ipsas & inter virtutem: eo ꝙ ipsa est ad aliquid, et virtus non, est ad aliquid: est ergo ipsa & virtus vnum in subiecto, diuersum in ratione.

Iustitia, qñ accipit sēdm ꝙ est virtus est i cap. qualitatis sed qñ accipitur vt iustitia, est in cap. ad aliqđ

Virtus & iustitia sūt vnū in subiecto, sed suo in ratione.

Quid iustitia particularis, & quotuplex.

Cap. II.



Værimus autem eam quæ in parte virtutis iustitia est: est enim quędam vt dicimus. simili modo & de iniustitia ea quærimus, quæ locum partis obtinet: quæ quòd sit, illud est argumentum, quòd qui aliqua alia praui... operatur, licet iniuste agat, nihil tamen amplius vsurpat. cuiusmodi exempli causa est, qui aut abiicit scutum ob ignauiam, aut aliquem ob acerbitatem maledictis insectatur, aut ob aua

A ritiam pecuniis non iuuat. Quando autem plus vsurpat alquis, sæpe id nullo ex talibus vitiis, at neque vniuersis, sed prauitate tamen quadam agit, cum vituperetur, atque iniustitia. Est igitur alia quædam iniustitia, quæ tanquam pars est integræ illius & vniuersalis: item iniuria quædam, quæ in parte consistit illius iniuriæ vniuersalis, quæ præter legem est. Adde quod si alius lucrandi causa adulterium committat, pecuniasq; accipiat, alius tribuat, damnoque afficiatur ob cupiditatem: hic intemperans magis esse videbitur quam pluris vsurpator, ille iniustus, et non intemperans. perspicuum scilicet, propterea quòd lucrandi causa id facit. Præterea alia omnia iniuste facta ad quandam prauitatem semper referuntur: vt si adulteratus sit aliquis, ad intemperantiam: si astitem in acie deseruerit, ad ignauiã: si verberauerit, ad iram. at si lucratus est quispiam, ad nullum aliud vitium redigi id, quam ad iniustitiam potest. Quare perspicuum est esse iniustitiam quandam ab illa integra & vniuersali iniustitia diuer-
B sam, quæ locum partis obtineat, atq; vniuoca sit: eo quòd in eodem genere est: definitio. vtriusque enim vis in eo consistit, vt ad alterũ spectent: sed hęc tamen circa honorem, aut pecunias, aut salutem, aut si cuncta nomine vno possent comprehendi, circa ea omnia versatur, ob voluptatem, quæ e lucro consequitur: illa autem circa vniuersa, circa quę etiam probus vir munus suum exercet. Esse igitur iustitia plures, atq; ex his vnam quandam quæ diuersa a tota & integra virtute sit, iam paret: quæ autem ea sit, & qualis statuendum est. Definitum iam fuit iniurium id esse quod & illegitimum, & iniquũ esset. ius vero, quod & legitimum & equum. ex illegitimo vero iniustitia prior illa, de qua diximus, existit. At quia iniquum & illegitimũ non est idem, sed diuersa ita sunt, vt pars & totũ: omne enim iniquum est illegitimum, nõ omne autem illegitimum est iniquum: & plus omne est iniquum, non autem contra iniquum omne plus est:
C efficitur, vt iniuria quoque et iniustiria non eadẽ, sed diuersa ab illis sint: atque hæc vt partes, illa vt tota habeantur. hæc enim iniustitia vniuersę illius iniustitiæ pars est, & iustitia iustitiæ similiter.

Licet hæc Aristotelis lectio sanctior aliis esse videatur, quia tamen duæ aliæ habere explanationem reperiuntur, eas subiungendas esse iudicauimus, vna hæc est:

Quoniam autẽ iniquum et plus non est idem, sed diuersa ita sunt, vt pars et totum: omne enim iniquum est illegitimum, non autẽ omne illegitimum est iniquum: & plus omne est iniquum, non aũt contra iniquũ omne plus est: efficitur vt iniuria quoq; et iniustitia, &c.

Altera lectio est, quam agnoscere hic videtur, & explanat Ephesius, in hunc modum:

Quoniam autem iniquum & plus nõ est idem, sed diuersa ita sunt vt pars & totum: omne enim plus est iniquum, non omne autem iniquum plus est: efficitur, vt iniuria quoq; et iniustitia, &c.

Quare etiam de iustitia particulari, & particulari iniustitia, de iure item & iniuria dicendum est. ea igitur quæ ex tota virtute constituta est iustitia, et iniustitia, quarũ altera totius virtutis, altera totius vitiositas usus ad alterũ est: omittatur: ius quoq; et iniuria, quæ ex his dependent, quo modo definienda sint, manifestũ est. Pleraq; enim legitima ea fere sunt, quæ ex integra ac tota virtute præcipiuntur. nam lex secundum vnamquanq; virtutem viuere iubet, secũdum vnumquodq; vitiũ prohibet. effectricia autem totius virtutis ea sunt legitima, quæ legibus ad publicam institutionem sancita sunt. Quæ vero ad singulorũ institutionem spectant, qua absollute vir bonus euadit, ciuilis ne sit facultatis in alterius, postea definiemus. non enim idem fortasse est virum aliquem, & ciuem omnem esse bonum. Iustitiæ igitur particularis, iurisque eius, quod ad ipsam attinet, vna species est, quæ in distributionibus aut honoris, aut pecuniarũ, aut cæterarũ rerum consistit, quæ diuidi in eos possunt, qui eiusdem ciuitatis participes sunt: in his enim euenit, vt alter alteri vel iniquam, vel æquã habere portionem queat: altera, quæ in commerciis hominum emendandis versatur. Cum ius duæ sunt partes. nam ex commerciis alia sunt spontanea, alia inuoluntaria. spontanea eiusmodi sunt: venditio, emptio, mutatio, sponsio, vsura, depositio, conductio: atque hæc spontanea ea de causa dicuntur, quia principiũ commerciorum horũ spontaneum est. ex inuoluntariis aũt clandestina alia sunt vt furtum, adulteriũ, veneficiũ, lenocinium, seruorum seductio dolosæ perpetratum homicidium, falsa testificatio: alia violenta, vt flagellatio, vincula, mors, rapina, mutilatio, conuiciatio, contumeliæ illatio.

D

Dixit. Nos aũt in isto loco non inquirimus iustitiam, quę est ęqualis virtuti sed iustitiã, quę est pars virtutis: intendo eã, quę est eius species. & similiter quęrimus iniustitiam illam, quę est pars malitię. & signum eius ꝙ sit hęc iniustitia communis, est ꝙ nos inuenimus in cęteris malitiis factorem, de quo dicimus ꝙ agit nõ iuste, & tamẽ nõ iniuriatur alicui: vt qui fugit a cõgressu ꝓpter timiditatẽ. nos etenim dicimus de eo ꝙ non iuste agit. & similiter qui ammittit peregrinationes, dicitur de eo ꝙ iniustus est. & similiter qui negligit acquirere pecunias propter stultitiam suam, dicimus de eo ꝙ non iuste agit. at tamen nulli iniuriatur. & similiter se habet, qui multas acquirit diuitias non ex defraudatione, sed per auaritiam: & iniuriãs est habens malitiam vnã ex istis malitijs. Quemadmodũ ergo ille, de quo dicimus ꝙ est raptor, est habẽs malitiã particularẽ sub malitia vl'i, siliter, de quo dicimus ꝙ est raptor, est dominus iniurię particularis sub iniuria vl'i, quę est diuersum legi. Et significatur etiam super hoc ꝙ hęc malitia propria dignior est nomine iniurię per hoc, ꝙ quando homo aggregat pecunias ex lenocinio, & alter congregat eas ex circumuentione alterius in negotiationibus, primus dignior est vocari incastus quam vt vocetur iniustus. & si nominauerimus eum iniustum, erit hoc nomine communi. secundũ vero nominamus quidem iniustum tantum. Et etiam, quoniam cętere species malitiarũ proportionantur semper alicui generi ex malitia, quod est pręter genus iniurię, verbi gratia quoniam malitia, quę est lenocinũ. ꝓportionatur ad incastitatẽ: & fugã ex aciebus litis proportionatur ad timiditatẽ: interfectio autem & defraudatio in pecunijs nõ proportionatur semper nisi malitię illi, quę est iniuria. Cũq; sic fuerit, tũc manifestũ est, ꝙ hæc est iniuria particularis participans in nomine iniurię vel iniustitię vl'i, & in definitione secũdum modũ, secũ

A quam participant species generi in istis duobus. & est quidem hoc particu-
lare participans vniuersali in nomine & definitione, eo ambo sunt ad ali-
quid: veruntamen vnum ipsorum relatiue dicitur ad diuitias & honores et
salutem, aut ad aggregans ista, si possibile fuerit comprehēdere hoc nomine vno. et
nomen iustitiæ & iniustitię dicitur quidem primo & principaliter ex istis qua
sunt de eo. quod fit circa pecunias, & ab hoc transumitur ad illas alias res. Cū
que iam declaratum sit ex hoc dicto iniustitię dicitur communiter & proprię
& similiter iustitia, nunc dicamus quid est hęc iustitia: intendo particularem, et
quę res est, cum dicatur secundum plures intentiones. D. Dicimus ergo, quoniā
dictum est in eo quod præterijt non iustus dicitur de duabus rebus, s. de diuer
so legi, & de non ęquo: & quoniam iustus dicitur de istorū oppositis: obserua
tor ergo legis iustus est, & ęquus iustus est. qui autem est secundum diuersum
legi, est iniustus communis, qui dictus est primitus: qui vero conuenit cū le
ge est iustus cōmunis & inquisitio quidem hęc est ī iniustitia propria, & iustitia
propria: intendo in descriptione eius & enumeratione suarum specierum. iam
enim descripta fuit in eo quod precessit. iustitia communis per descriptionē vir
tutis: & cōnumeratę fuerunt species eius per ipsius enumerationem: cum nō sit
iustitia communis aliquid plus vsus virtutis vniuersalis in relatione ad alie
rum, dicitur iustitia: & quando accipitur in relatione ad aliquid aliud, intendo
. quando accipitur virtus relatiue ad virtuosos, nominatur virtus. & similiter
B iniustitia vniuersalis non est aliquid plus vsus malitię vniuersalis in alterū.
D. Et fere vt in pluribus illud, quod mandant leges, virtutes sunt vniuersales,
nō particulares: eo mandāt vt sit vita cum oī virtute, & phibent ab oī vitio
& similiter mandant res effectiuas virtutum vsum, & istę res sunt ēt oēs res
vniuersales, quę ponuntur ad instructionem: intendo quę ponuntur instructiue
ad acquisitionem virtutum vniuersalium. & ars legum est illa, quę definit ista:
intendo artem regitiuam ciuitatum, sicut definit virtus vniuersalis. D. Res autē
particulares, per quas fit vnusquisq; hominum virtuosus vel bonus vero mo-
do, vltimo distinguemus, s. an speculatio de ipsis sit artis ciuilis an alterius. for-
tassis. n. non est res, per quam fit vnusquisque hoīum bonus aut malus res vna
in vniuerso rerum, quemadmodum non sunt res, quę faciūt bonū particulare
in vnoquoq; hominum, res vnę eędem: intendo in hominibus. Res vero, in qui
bus fit iustitia propria, iniustitia propria, vniuersales etiam. sunt res vniuersa
les, & sunt vnę oībus. & manifestum de re istius scię speculatur in eis. Et
huius iustitię sunt duę spēs, quarū vna est diuisiua: intēdo eam, q diuidit res cōi-
catas, vt pecunias & honores & alia ex rebus cōicatis: etenim in diuisione isto
rum inter eos est æqualis & non ęqualis & scda est factiua contractuū siue ne-
gociationū. & hæ sunt duarū partiū, qdam, s. voluntaria, vt vēditio, mutuatio,
C accomodatio, fideiussio, depositio: alia non voluntaria; intendo ex vtraq; parte
vt furtū, & adulteriū, & incātatio, & falsum testimonium, & proditio: & qdā,
quę sunt vehementer iniuriosa, vt vulneratio & interfectio, & inuinculatio.

De iure distributiuo. *Cap. III.*



Voniam autem & iniustus iniquus, & iniuria iniqua est, medium quoddam esse iniqui perspicuum est: id autem est æquum. in quacunque enim actione est plus et minus, in eadem esse æquum necesse est. si igitur iniuria est iniqua, ius est ęquum: id quod etiam absque ratione omnibus manifestum est. cum vero æquū sit medium, ius quoque proculdubio medium quoddam erit. Est autem æquum in minimis duobus. Necesse est igitur, vt ius & medium, & æquum sit, & ad quoddam, & quibusdam. & in eo quidem est mediū, est aliquo-

rum,ea autem sunt plus & minus : in eo ꝙ est æquũ, duorum: in e[illegible] vero ꝙ ius,quibusdam , & ad quosdam . Itaq; necessario consequ[illegible]tur, vt ius iu quatuor minimis versetur: nam & ii quibus ius aliq[illegible]d est,duo sunt,& res duæ etiam in quibus ius ipsum consistit. et in quibus ęqualitas est . sicut enim se habent ea in quiqus, eademq; modo etiam illa . nam si non sunt æquales,neque æqualia habebũt. Inde enim pugnę & criminationes oriri consueuerunt,cũ aut ęquales non ęqualia,aut non æquales æqualia habent & potiuntur. Hoc autem ex eo quod pro dignitate fit , etiam patet . Ius enim quod est in distributionibus, pro dignitate quadam esse oportere omnes fatentur. Dignitatem tamen non omnes esse eandem afferunt : sed populari statu vtentes libertatem, principatum paucorum sectantes diuitias,& nonnulli nobilitatem , qui in optimatum administratione degunt,virtutem . Ius igitur quiddam est,quod in proportione c[illegible]. Quod enim proportionem constar,id non tam vnitario numero,quã numero in vniuersum proprium est . nam proportio æqualitas est rationum,in quatuorq́; minimis reperitur . disiunctam sane in quatuor B consistere perspicuum est:sed & continentẽ nihilo minus. vno enim hæc perinde ac duobus vtitur,bisq́; id accipit, in hunc modum . qualis primi respectus est ad secundum, talis secundi ad tertium : bis .n. hic secundũ dictum est. Quare si scd̃m bis positum sit, quatuor [illegible] ea quę constant proportione . Est autem etiam ius in minimis quatuor . ratioq; eadem est : quippe cum disiuncta simili modo inter se ea sint & quibus, & quæ. Sicut igitur primus terminus sese habeb[illegible] secũdum, ita tertius ad quartum . igitur etiam alterna vice , sicut [illegible]mus ad tertium,ita secundus ad quartum. quare etiam totum ad totũ,quod distributio binatim copulat: quæ, si etiã ita cõposita fuerint, iuste copulat.Primi igitur termini cum tertio,& secundi cum quarto iugatio ius illud est,quod in distributione cõsistit.Ius aũt est med[illegible] eius inquam quod præter proportionem est . quod enim proportione constat, est medium : ius autem constat . Hanc vero proportio- F nem mathematici geometricam vocant : propterea ꝙ in geometrica euenit,vt eandem totum ad totum rationem habeat, quã habet a[illegible]terutrum ad alterutrum . Non est autem continens hæc proportio:nõ enim vnus & idem terminus efficitur , & cui et quod . Ius hoc igitur est id, quod proportione constat : iniuria id,quod præter proportionẽ est. vnde fit vt alteri plus , alteri mnus exhibeatur . id quod & in actionibus ipsi contingit : qui enim iniuria afficit plus , qui afficitur, minus ex bonis habet . in malis aũt contra quippe cum minus malum, si ad maius comparetur, boni locum obtineat. minus enim malum magis expetendum est , quam maius : at quod est expetendum, est bonũ : & quod magis, maius . Atq; hæc vna iuris species est.

DIxit. Cumq; fuerit non iustus ens non ęqualis: & fuerit factum non iust. intendo iniuriã, factũ inęquale: & fuerit medius in nõ ęquali ens, ęqualis


A etenim in actione inuenitur in ea equale, erit iustus æqualis. Et hoc etiam mani
festum est ꝙ concedunt omnes hoies absq; syllogismo. Cũq; sit equalis medius
esse iustus et medius & equalis, & ideo medius indiget rebus, de quibus dica-
tur multum & parũ. etenim mediũ est inter multitudinẽ & paucitatẽ: & ideo ꝙ
equalis, indiget duobus, eo ꝙ equalitas ad minus duobus est. Et ideo ꝙ .i.
iustus indiget quatuor, eo ꝙ iustitia, quod minus in quatuor est, etenim alio res
quibus est iustitia, due sunt: secundum hunc inuenitur equalitas rebus diuersis,
intendo scdm modũ ꝓportionis, i. erit ꝓportio dationis ad dationẽ, sicut ꝓpor-
tio habitudinis eius cui datur, ad eum cui datur. nisi enim esset hec ꝓportio, nõ
inueniretur in eis neq; æqualitas neq; inequalitas. & diuersitas ꝓportionis est
quidem, qñ fuerit in equalitate nõ equalitae. aut in nõ equalitate equalitas. Et
est manifestum, ꝙ iustitia diuisiua est quidem in hac proportione, ex hoc ꝙ oẽs
vident ꝙ oportet vt sit in dationibus iustitia; & non vident ꝙ meritũ hoium
ad dationem sit vnum. Sed principes ciuitatum cõmunaliũ vident ꝙ, meritũ sit
scdm libertatem: intendo ꝙ iustitia in dationibus est vt proportio dationis ad
dationem, vt proportio libertatis ad libertatem. & hoc, qm̃ isti vident ꝙ felici-
tas sit libertas: principatus aũt paucitatis vidẽtur: qm̃ meritũ est scdm diuitias,
q scdm eos sunt felicitas. & ex eis sunt, q vident ꝙ nobilitas, generis intẽdo, sit
est idoneitatis vel meriti. Domini aũt principatus nobilis scdm veritatẽ vidẽt
B hoc de virtute: & vniuersaliter oẽs conueniunt in hoc, ꝙ ideonetas sic secundũ
ꝙ vident de felicitate hominis: & si diuersificentur in quid sit hæc felicitas. Cũ
que sic sit, iustitia necessario est quid proportionale. Etenim ꝓpoetionalitas nõ
est propria cuidam numero, sed est propria numero simpliciter. & qm̃ peopor-
tionalitas est equalitas in definitione & sermone, nõ in quãtitate, erit ad minus
in quatuor rebus. & hoc aut in rebus discretis: & tunc res manifesta est: et hoc
quoniam intentio æqualitatis in eis ꝓportione est, vt sit ꝓportio primi ad scdm
sicut ꝓportio tertij ad quartũ; aut in continuis, & tunc erit in tribus rebus, qñ
fuerit proportio primi ad mediũ sicut proportio medij ad tertium. Et est manife
stum ꝙ etiã hoc in quatuor est, eo ꝙ medium accipitur bis in proportione. v.g.
qñ, si fuerit ꝓportio A ad b, sicut proportio B ad C, tunc accipitur B bis in ꝓ-
portione. ideoq; erunt cõproportionalia quatuor in ratione. & si nõ in subiecto.
Cũq; fuerit hec iustitia ꝓportionalis, intẽdo diuisiuã, ad minus erit in quatuor
& ratio in eis est: vna: intendo ꝙ ratio proportionis est inter duo ex his, idest
inter duos terminos est ratio proportionis, que est inter alia duo, idest terminos
eorũ. u.g. ꝙ si fuerit hec duplex erit & illa duplex, & ex quo hec iustitia est ꝓ
portio inter quatuor & est hec proportio inuenta in cõpositione & in permu-
tatione & conuersione: manifestũ est ꝙ in hac iustitia accidit huius, donec ꝙ
qñ fuerit ꝓportio istius dationis ad istũ receptorẽ dati, sicut ꝓportio istius da
C tionis ad istũ receptorẽ, erit ꝓportio dationis ad dationẽ, sicut receptoris ad re
ceptorem. & similiter erit aggregatio duarũ dationũ ad alterã earum propor-
no aggregationis duorum receptorum ad alterum earum: intendo idoneitatem
recipientium. Cumq; sit hec iustitia proportionalis, tunc est mediatrix: eo ꝙ
similitudo ꝓportionis est cõmediatio quedã inter proportiones diuersas scdm
minus & magis. Et ista ꝓportionalitas est illa, que scitur per proportionẽ geo
metricam: intendo eam, que est proportio primi ad scdm, sicut proportio tertij
ad quartum: & proportio, que est in hac iustitia, non est continua. intendo in
tribus rebus. & hoc, quoniam nõ erit aliquid vnum numero ens idẽ duabus re
bus. Et, cum sit iustitia in diuisione ens proportionale, tunc in iustitia opposita
isti iustitie est, vt diuersificetur proportio, erit ergo quoddam plus & quoddam
minus, vt ꝙ sit datio nõ scdm ꝓportionẽ equalitatis. erit ergo vni plus q̃ opor
tet, & alteri minus. istud etiam accidit in actionibus communicabilibus, in iu
riam enim accipit de bono eius, patiens iniuriã minus: istud est in bono. in ma
lo aũt econuerso. et sit hoc, eo ꝙ minus de malo eligibilius est, sicut magis de bo
no eligibilius est. D. Vna ergo species iustitie est ista, iustitia, q̃ fit in diuisione
rerum communicabilium scdm proportionalitatẽ, ut in pecunijs & honoribus.

De iure commutatiuo & emendatiuo. Cap. IIII. D



Eliqua vero altera iuris est emendatiui, quod in com-
merciis tum spontaneis, tum inuoluntariis fit: diuer-
samq; a priore speciem habet. Ius enim publicorum
bonorum distributiuũ ea semper fit proportione, quę
dicta superius est. nam si ex pecuniis publicis facien-
da sit distributio eadem ratione fiet, quam habent inter se ea quæ fue-
rint contributa. iniuriaq; item huic iuri opposita prætereandem est
proportionem. Ius uero quod in commerciis est, est quidem æqu[um]
quoddam, & iniuria iniquum: non tamen illa constat proportione,
sed arithmetica. nihil enim refert, probus ne vir malum, an malus
probum suo priuarit: neque probus ne an improbus adulterium cō
miserit: sed ad solam nocumenti differentiam lex spectat: perinde-
q; personis vtitur ac si æquales sint, si ille iniuria afficiat, hic afficia
tur: hic lædat, ille lædatur. Quare iniuriam hanc, cum sit iniqua,
æquare iudex conatur. Nam cum hic percussus est, ille percusit. E
hic interfecit, ille autem interiit, affectio & actio in partes nō æquas
diuisa est. sed de lucro detrahēs iudex damno redigere ad æqualita
tem eas conatur. Dicuntur enim hæc absolute loquēdo de talibus et
rebus. licet nō nullis minime idoneum nomen esse videatur, ut lucrũ
ei qui percussit, damnũ ei qui percussus est, accōmodari possit. Sed
vbi tamē perpessio ipsa fuerit mensurata, hoc damnũ, illud lucrũ [v]o
catur. Quare æquũ pluris & paucioris mediũ est: lucrũ autē & damnu[m]
est & plus & minus, contrario tamē modo plus enim boni, et min[u]s
mali est lucrũ: contrariũ vero, damnũ. quorũ quidem medium æqu-
um est, quod esse ius dicimus. Ius igitur emendatiuum lucri & dam
ni mediũ est: vnde etiam cum altercantur hoīes, ad iudicē conf[ugi]
unt. ad iudicē aũt ire est ire ad ius ipsum: quippe cum iudex n[ih]il
aliud sit, quam ius quoddam animatum. & quærunt iudicem m[edi]
um: & vocant non nulli mediatores, quasi si medium fuerint conse F
quuti, ius quoque ipsum sint consequuturi. Ius igtur mediũ quod-
dam est: siquidem & iudex. iudex aũt ad æqualitatem redigit. Et
quemadmodum si linea in duas inæquales partes. diuisa sit. illud
quod maior pars dimidiũ excedit ab ea aufert, & adiungit minori:
cum aũt totum æqualiter fuerit bipartitum, tum vero suum se habere
inquiũt, cum æquũ quisq; acceperit: Aequũ autē medium est pluris &
paucioris aritmetica proportione: ac propterea appellatur ius δίκαιον,
eo ꝙ δίχα, idest bifariam diuisum est quasi δίχαιον, idest bipartitum
dixeris, & iudex δικαστὴς, quasi διχαστὴς, idest bipartitor dicitur.
Si enim duo sint æqualia, & ab altero aliquid auferatur, & addatur al
teri, id duabus talibus partibus alterum excedet: nam si dempta qui
dem esset vna pars ab altero, non adiũcta tamen alteri vna tantũ par
te eiusmodi excederet. efficiet igiť vt & id cui est adiunctũ, vna parte

A medium, & medium vna similiter illud excedat, a quo detractum est. Ex hoc ergo cognoscemus & quid ab eo detrahendum sit, qui plus habet: & quid ei qui minus habet, adiũgere debeamus. Id enim quo medium excedit, minus habenti addendum est: id autem quo exceditur, a maximo est detrahendũ. Sint ęquales inter se lineæ A A, & B B, et C C: demat urq; ab A A pars quędã A E, & addatur ei in qua est C C: efficiaturque C D. Quare tota D C C linea excedet E A parte ea in qua est C D: & ea in qua est C F: excedet igitur etiam mediam, id est B B parte C D.



B Est autem hoc in aliis quoq; artibus. tollerentur enim, nisi & quod facit, & quantum & quale facere: & quod eo afficitur, & tanto & tali afficeretur. Quin etiam nomina hæc damnum & lucrum & sponte neis contractibus videntur emersisse. cum enim quis plus habet, quã suũ erat, lucrum: cum minus, quã a principio habuerat, damnũ facere dicitur, in vendendo scilicet et emẽdo, aliisq; huiusmodi, quæ legibus permittuntur. Cum autem neque plus neque minus, sed sua cuique per se ipsa euaserint: sua ipsorum habere dicuntur, neq; dam num pati, neque lucrari. Quare ius lucri cuiusdam & damni eorum est medium, quæ præter spontaneum fiunt: cum æquum quisque & prius & posterius habet.

C DIxit. Species aũt secunda est, quę fit in rectificando connegociationes in rebus volũtarijs & nõ voluntarijs. Et in hac iustitia est ẽt species iustitię. q̃ fit scdm viã ꝓportionalitatis: intẽdo illam, quę fit in diuisione rerũ communicabilium. veruntñ differentia inter vtrasq; est: qm̃ iustitia, quę est in connegociationibus, est in rectificatione ęqualitatis inter connegociantes: intendo ęqualitatẽ verã, non ęqualitatem, quę fit scdm viam ꝓportionis. Veruntñ cum sit ęqualitas quasi medium inter detrimentum & lucrum. i. additio lucri sup ipsam, vt additio ipsius super detrimẽtũ: & sit hęc dispõrio ꝓportionis nnmeralis nolauit eam Ari. scdm mensurã ꝓportionis arithmeticę. & ꝑp hoc non est in hac iustitia diuersitas ex eo, ꝙ vnus connegociantium est honorator altero, & illud cõe est, donec sit in connegociatione illa, quę est in damno: etenim non est differẽtia inter hoc vt malus priuet bonum, aut bonus malum, quin oporteat vt priuet priuator. & similiter oportet vt fornicator puniatur pęna ęquali suę fornicationi, siuę sit fornicator malus, aut bonus. & ex quo est diuersitas in istis malitijs damniferis, necessariũ fecit lex vt seruet in his vsus ęqualitatis, nõ usus ꝓportionalitatis. Et ꝑpea, qñ iniuriatur alter alteri, aut damnum intulerit, & fuerit hoc scdm inęqualitatẽ, conatur dominus iustitię legalis ut conuertat ad ęqualitatẽ, Etenim cum uerberauerit eum, qui uerberauit, & uulnerauerit eum

qui vulnerauit, & interfecerit eum qui interfecit, iam conuertit actionem &
passionem in istis per differentias equalitatis. dominus itaque iustitię semper D
conatur ut diminuat ex lucro & equet ipsum cum detrimento: intēdo ut am-
bo simul detrimentum subeant scd̃m dispositionem vnam, aut lucrentur ambo
scd̃m dispositionem vnam. Etenim lucrum & detrimentum possibile est, vt
dicantur communiter de omnibus: in quibus est negociatio: siue sit vtilis siue
damnosa: & si sit non conueniens damnus quemadmodum cōuenit profi...
possumus enim dicere de eo, qui percutit: q̃m lucratur: & de eo qui percu-
titur, ꝙ perdit. Et vtr̃ ĩ passionibus quę fiunt ab uno ad alterum, q̃n nō fue-
rit in eis equalitas q̃dam, nominantur damnũ vel perditio & quędam lucrum.
Et cũ sit equatur mediator inter plus & minus, & lucrũ & damnũ utrunq;
plus altero & minus modis contrarijs, lucrũ quidem plus de bono, minus de
malo, damnũ aũt plus de malo, & minus de bono, & sic equator inter utrũ
intēdo inter lucrũ & damnũ iustitia rectificans, tunc iustitia rectificans necessa-
rio erit in actionibus medians inter lucrum & damnum. Et propter hoc quan-
do contendũt, conueniũt ad dominũ istius iustitię, i. iudicē. nã iudex est iustitia
rectificatiua aĩata, i. cui est aĩa. & ideo quidã hoĩum noĩant huiusmodi com.
mediatores, cũ sit qdē ipsorũ intētio inuenire mediũ: et q̃n iuenerint ipsum, sũt
iusti: etenim iustitia res commedians est. D. Et dominus iustitię rectificatiuę
equat inter diuersos, q̃n inciderit connegociatio diuersa per hoc, ꝙ diminuit de
parte maiori excedēte mediũ, & addit minori partē illam: scd̃m quã deficit a me- E
dio, ut cōtingit ei, qui diuidit lineã in duo dimidia inæqualia, q̃n vult equare in-
ter ea. diminuit enim a linea maiore hoc, in quo excedit dimidium lineę. &
addit minori illud, in quo exceditur a dimidio lineę. etenim linea equans est
mediũ in eo, quod est inter lineã maiorē & minorē scd̃m proportionis arithme
tice mensuram: intendo quod diminutio eius a maiore est vt additio eius sup
minorē, quãdo fuerit maioris & minoris ex linea illa, quę diuisa fuit in duas
partes non propinquas distantes a medio distantia una. D. Et deriuatur qui-
dem nomen iustitiæ in Greco a diuidendo in quo dimidia. & dominus iustitię.
i. iudex, est ille, qui diuidit inter hoĩes p duas partes coęquales: & oportet
ipsũ scire qd est diminuēdũ a maiori, & qd addēdũ minori. Cũ enim fuerint
duo coęqualia: & auferuntur ab uno ipsorũ duę partes, et addũtur alteri: illud
cui fit additio, fit maius scd̃m istas duas partes, & scd̃m eas excedit medium, et
deficit minus amedio scd̃m easdē, aut q̃n aufert ab uno coęqualiũ pars una &
addit alteri tũc quidē. deficit minus a medio scd̃m unũ. et excedit ipsum maius
scd̃m unũ. Oportet igitur, q̃n voluerit iudex coęquationem. vt addat illi qd de-
ficit a medio excessum illum in quo excedit ipsum mediũ, et diminuat a maiori
additionem illã. scd̃m quã excellit mediũ. Et ista equalitas inuenitur in oĩbus
artibus eo ꝙ actio cuiuscũq; artis terminanda est in qualitate & quãtitate. & F
passio ab actione agẽtis in eis & terminata in qualitate et q̃titate. et si nõ, tũc
longe esset inuẽtio medij in eis, intendo in artibus diuersis, si non essent actio-
nes & passiones ꝓprię vnicuiq; arti terminatę in qualitate & quãtitate. Et
est quidē intentio damni & lucri in connegociationibus voluntarijs, ꝙ q̃n hõ ac-
ceperit plus q̃ pertineat ei, qd dederit, dicitur lucrari: & q̃n acceperit minus q̃
dederit dicitur perdere: vt contingit in venditione & emptione, aut in cęteris
rebus, in quibus permittit lex connegociationes. Quando aũt nõ accipit ne-
plus neq; minus q̃ dedit, tunc non dicitur lucrari, neq; perdere. Est itaq; iusti-
tia mediatrix inter lucrum & damnum in rebus voluntarijs.


De retaliatione numo & indigentia. *Cap. V*



Idetur autem nonnullis & retaliatio absolute & simpli-
citer ius ipsum esse: quemadmodum Pythagorei dice-
bant: ius enim absolute esse retaliationem definie-
bant. Verum retaliatio neque ad distributiuum, ius
neque ad emēdatiuum accommodatur. volunt tamen

ipsi Rhadamanti quoque ius hoc dicere.
A Si contra passus fuerit quod fecerit idem:
Iudicium plane rectum, vindictamq; fiet.

Sepenumero enim dissidet: vt si magistratum quis gerens percusse-
rit, repercutiendus non est, si aūt magistratum gerentē quis percusse
rit, non solū est percutiendus, sed supplicio in super afficiēdus. adde
q sponte ne an inuiti fecerimus, multum refert. Sed in communitati
bus cōmercialibus tale ius retaliatum conseruat rem, si ex proportio
ne, non ex æqualitate existat. contra enim faciendo ex proportione
ciuitas continetur. Vel enim dant operam homines vt malum red-
dant, alioqui esse seruitus videtur, nisi par pari referatur: Vel vt bonū
recipiant, alioqui nulla fiet participatio: participatione autem ciui-
tates consistunt ac continentur. vnde etiam Gratiarum templum ob-
uiam statuunt, vt retributio efficitur. quippe cum id proprium Gra
tiarum sit, vt & ei qui nobis gratificatus est vicissim in seruiamus: &
B ipse rursus gratificando nos prouocet. Coniunctio autem quæ per
diametrum fit, retributionem hanc facit, quę constat proportione.
exempli gratia, sit ędificator, in quo statuatur A: sutor, in quo B: do
mus, in quo C: calceus, in quo D.



C Oportet igitur, vt ędificator à sutore opus ipsius accipiat, & ipse suū
illi tradat. Quòd si primum sit ęquum ex proportione, deinde reta-
liatum efficiatur, erit id quod dicimus: sin minus æquum non
erit, neq; consistet. nihil enim vetat quo minus opus alterius alterius
opere præstabilius sit. quo circa adæquanda ea sunt. Est autem hoc in
aliis quoq; artibus: tollerentur enim, nisi & quod facit, & quantum
& quale faceret: & quod eo afficitur, & tanto & tali afficeretur. Non
enim ex duobus medicis societas fit, sed ex medico & agricola: &
demum diuersis & non æqualibus. sed hi tamen adæquādi sunt. Id-
circo omnia ea quorum est per mutatio comparabilia esse quodam
modo debent ob quod numus in vsum venit, qui quodam modo me
dium efficitur: metitur enim oīa: quare etiam excessum & defectum:
quot s. calcei domui vel alimento æquales sint. Oportet igitur quot us
est ædificator, aut agricola ad sutorē, tot calceos ad domū, aut alii
mentū æquiparari. nisi .n. ita sit, nec permutatio nec societas esse vllo

modo poterit : id autem non erit, nisi æqualia omnia quodam modo inter se sint.oportet igitur, vt vno quodam, sicut dictum est etiam prius,cuncta mensurentur. at id est re vera quidem indigentia, quæ omnia continet: nam si nulla re indigerent homines, aut non similiter,efficeretur vt vel non esset vlla omnino,vel non eadem permutatio. sed indigentiæ tamen loco ex pacto quasi substituitur numus, vnde etiam nomisma appellatur,eò quod non natura, sed νόμῳ, ideft instituto & lege constet:in nobisq; sit eum mutare,atq; inutile reddere. Erit igitur retaliatio,cum adæquata iam singula fuerint:vt quo loco est agricola ad sutorem, eodem opus sutoris ad agricolæ opus sit. Cum autem permutarint,in figuram proportionis redigere opus nō est:alioqui alterum extremum vtrasque haberet exuperationes. sed vbi habuerint sua quisq;,ita æqui & socii efficiūtur:eo quod in ipsis fieri hæc æqualitas pōt.Sit Agricola A: alimentū C : sutor B:opus ipsius adæquatū D.si autem nō hoc modo fiat retaliatio,nulla erit societas.

Numus. Nomisma.

6 agricola A ———————————————— B sutor 3

4 alimentum C ———————————————— D calcei 4

Indigentiam vero quasi rem vnam quādam esse quæ contineat, illud declarat:quod cum mutua ope non indiguerint aut vterq; aut alter, permutationem non faciunt: quemadmodum cum eo,quod quispiā habet,alius indiguerit,vt vino,pro quo frumenti exportationē concedunt.id igitur adæquatū prius fit,necesse est. Sed licet nūc non indigeat quisquā : pro futura tamen permutatione quasi sponsor, si indigētia inciderit, eam fore,nobis intercedit numus:qui enim eū affert, accipiendi facultatem habeat necesse est. Idem tamen etiā ipsi huic contingit:nō enim semper æqualiter pōt:quamuis magis soleat permanere. iccirco precio cūcta æstimata esse oportet.ita.n.semper erit permutatio.at si ea fuerit,societas quoq; sit necesse. Numus igitur, vtpote mediū, commēsurabiles inter se efficit res, atq; ita adæquat. neq;.n.vlla eē societas pōt,nisi sit permutatio:neq; pmutatio,nisi sit æqualitas:neq; æqualitas,nisi ēt cōmensuratio sit. Ac re quidem vera fieri nō pōt,vt quæ adeo inter se distant, cōmensurabilia efficiantur: sed pro indigentię tamen ratione satis cōmode fit.vnum igitur quoddam esse oportet atq; id ex cōstitutione. vnde ēt nomisma. ideſt numus vocatur. hic enim est,qui cōmensurabilia reddit omnia. numo.n. oīa mensurātur.Sit Domus A : minimæ decem B : lectus C: sitq; A dimidium ad B: si quidē quinq; minis domus digna esse cēseatur,aut æquali re : lectus autem,ideſt C decima sit pars ipsius B. patebit profecto quot lecti domui æquales euadant:nimirum quinque.

A	B	C
domus		lectus
5	10 minæ	1
		sia

A Ita autem fieri consueuisse permutationem ante quam numus inue- niretur, perspicuum est. nihil enim interest an lecti quinque, pro do mo vna exhibeantur: an tantum, quanti lecti ipsi quinq; constant. Quid igitur iniuria, quid item ius sit, dictum iam est. His ita defini- tis perspicuum est iustam actionem inter afficere iniuria & affici me dium quoq; esse: illud enim plus habere est: hoe minus. Iustitia vero non eodem modo, quo alię superiores virtutes, mediocritas est: sed ob id quia medii est: iniustitia autem extremorum. Ac iustitia quidem est, qua iustus dicitur iusti operator ex electione, ac distributor tam si bi ad alterum, quã alteri ad alterũ: non ita vt expetẽdarum rerum maiorem partem sibi, minorem alteri exhibeat, damnosarum e con- tra: sed æquũ ex proportione distribuat. & alteri ad alterum simi li modo. Iniustitia autem contra est, qua iniusti operator & distribu tor vnusquisq; dicitur. id autẽ excessus & defectus est vel vtilis rei, vel damnosæ præter proportionẽ. atq; idcirco iniustitia excessus est C & defectus, quia exuperationis & defectionis est. In se quidem exu perationis rei illius quæ absolute est vtilis, & defectionis damnosæ: in alus in vniuersum quidem similiter, quantũ tamen ad id spectat, quod præter proportionem est, vtro modo inciderit. iniuste facti autem minus est iniuria affici, maius afficere. De iustitia quidem & iniustitia, quęnam sit vtriusque natura: de iure similiter & iniuria in vniuersum, ad hunc modum dictum iam sit.

Dixit. Et quidam hominum vident quod iustitia absolute in omnibus rebus est iustitia, quę fit in rebus, quę sunt contrarię passionibus dolorificis connegociationibus secundum equalitatẽ: et est illa, quę nominatur pars digne retribuens. & est via antiqua in iustitia, quę proportionatur Pythagoricis, & Academicis famosa apud eos in positione legũ. D. Hęc aũt iustitia nõ est in aliquo ex iustitia diuisa; eo quod virtus non habet partẽ condigne retributiuã, neq; ex honore, neq; ex pecunia. & inuenitur quidẽ hęc iustitia magis in iustitia rectificatiua: sed tamen in hoc quod ex ea est voluntariũ, & hoc in vtilitatibus commutabilibus: vt pars condigne retributiua, quę est in venditione & precij & solutione, & in alijs quę sunt in connegotiatione. in parte aũt quę est in damnis, C multotiens cõtingit iustitia per actionẽ diuersam ab illa actione, aut inequali ei: intendo eã, quę per damnũ intulit. D. Et pp hoc putatur de domino positionis legum, quod contradicat sibi in dicto suo, cum dicit quod iustitia absolute est pars cõdigne vel ex equo retributiua; post dicit quod, qñ dominus principatus vulnerauit aliquẽ iniuriose, nõ oportet solum vt vulneretur, sed etiam vt penis afficiatur. Et dixit quidem hoc, vt ęstimo, eo quod vulneratio a principe ab intensiore malitia procedit, quã malitia, quę non est a principe. D. Et sit quidem iustitia, quę est pars coęquans in rebus proportionalibus diuersis non in conuenientibus coęqualibus: intendo per proportionales res, in quibus est cõicatio inter hoies per modum proportionalitatis nõ ex parte cõueniẽtię spẽi. non. n. est hoi vita, nisi fuerit aggregatio vtilis in vita: nisi fuerit connegociatio per res cõuenientes in proportione non in spẽ. etenim connegociatio suppleus defectum vniuscuiusque connegociantium non fit conuenientibus in arte vna: vt connegociatio inter medicũ & medicũ. non. n. indiget medicus medico. & non fit nisi in diuersificatis in arte: vt connegociatio inter agricolam & medicũ. hęc. n. supplet agricolę medicationẽ qua caret, & medico cibum quo caret. & hęc connegociatio non fit nisi fuerit iustitia: & est vt det medicus agricolę iuxta mensuram, qua dederit ei agricola. Dixit. Et pp hoc ciues obseruant leges obserua

tione valida, vt fiat coequa retributio. hoc, n. est ,pprium legi, & si quidē co[mmunicatio] retributio cōicabilibus ex parte ,pportionalitatis propter aggregationē necess[ariam] fariam hōibus in vita sedm modū opinionis, non sedm modum. conuenientię. Et hęc vt oppositio, quę fit secundum duas extremitates diametri cadentis in circulo, & in rebus quidem oppositis inuenitur coęqualitas ex parte proportionis. nisi enim esset artī domificatoris ad artē artificis calciamentorum proportio eadem, quę est operi domificatoris, s. domui ad opus calcificis, s. ad calceū, nō posset comprehendi notitia ęqualitatis inter illa duo opera, nisi enim esset, [nego]catio, non inueniretur inter eos connegociatio. nam quando non indiget alter connegociantium socio suo, aut vterq; vtroq;, non erit penitus connegociatio. fit vero, qñ vterq; eorū indiget eo, quod est apud alterum, vt qñ habens vinū indiget tritico, q.d habet alter, & econuerso. Cū itaq; connegociatio fit pp indigentiam: & quorundā indigentium non semper conueniant in eadem hora indigentię: v. g. carpentarius interdum indiget agricola, qui illa hora non indiget carpētario, sed medico, vel aliquo alio. & sic de alijs in alijs: posuerūt inter se hoīes per modū conuenientię aliquid, qd sit instrumentū cōnegociādi in oibus, & hoc est numisma. hoc igitur isto modo factū est vice supplentis indigētias ab solutę. Cumq; ēt venditor nō semper in illa hora egeat emptione rei alterius, sed egebit in posterum, factus est et denarius tanq̄ fideiussor supplendi necessitatē futurā. &, cū ista inueniātur in denario expositione, & sit nomē legis apud Grecos, denominatiue sumptū a positione, nominatus est denarius in lingua Greca, noīe denominatiue sumpto a lege. Cūq; sit ēt ęqualitas necessaria ad permanentiā connegociationis & durationē eius, & difficilis sit cognitio coęqualitatis inter res diuersas: posuerunt denarium tanquā ęstimatiuam ęquipollentiarum in rebus. Factus est ergo quasi commediator quodammodo, cū sit ęquus inter additionem & diminutionem. & hoc, qñ si esset proportio artis, domificatoris ad artem calciatoris proportio dupli, tunc oporteret vt esset proportio domus ad calceū hęc proportio. Esset ergo cōnegociatio iusta in hoc, vt daret domificator domum vnā, & acciperet calceos duos: sun cum sit ęqua pensio inter res difficiles, posuerūt oibus rebus sedm ,pportionē suā ęquiualentiā vnius eiusdē rei. & est denarius, p hunc igitur facilis est eius inuētio ęqualitatis etenim non refert vt dētur in cābio domus duo calcei, aut det' ęstimatio precij ipsorū. denarius ergo positus est in ciuitatibus pp istas duas cās: inuēdo pp facilitatē inuentionis ęqualitatis, & pp conuenientiā indigentię. D. Iam ergo manifestum hoc est ex dicto quid sit iniustitia, & quid iustitia. Et ex huiusmodi distinctione manifestū est q iusta cōnegociatio est in eo, qd est inter facere iniustū et pati eā. etenim iniuriatori est magis de bono & iniuriato minus. Iustitia aūt q̄ est in connegociatione, est cōmediatio inter eos, non per modū, per quem cęterę virtutes sunt mediatio: eo q ista medium est relatum alteri. virtutes aūt [alie] quarū media non sunt rel ita ad alterum. & similiter iniuria hęc est in extremitatibus per relationem ad alterū: malitię aūt sunt in extremitatibus non relatis ad alterū. Et pp hoc, qñ acipitur virtus sedm q est relata ad alterū, est iustitia vniuersalis sedm q predictū est. & ex isto manifestū est q iustus est, qui facit iustitiam inter se & alterum, & inter alterum & alterū: & iniustus est ille, q dat sibi plus de bono & alteri minus, & de damno sedm huius diuersum, inuendo q det ex ipso alteri plus, & sibi ipsi minus, sed iustus est ille, qui dat ęqualę inter se & alterum, & inter alterū: iniustus autem est contrarius huic.

De iniuria & iure ciuili, herili, & familiari. Cap. VI.

Hāc partem vsq; ibi. Nō ē aūt, nō exponit Auer.



Voniam vero fieri potest, vt quis licet iniuste agat, non tamē sic iniustus: qualia nam iniuste facta quispiam committens in vnaquaq; iniustitia iniustus continuo esse dicendus est? fur ne, an adulter, an latro? An ita quidem nihil interierit. nam concumbere cum muliere quis posset non igna

A rus quacum rem habeat: nō tamen ex electionis principio, sed ex affectu id faceret: qui sane iniuste quidem agit, nō tamen est iniustus. sicut neq; fur, licet furatus sit: neq; adulter, licet adulteriū cōmiserit. simili modo etiam de aliis. Quo modo sane retaliatio ad ius sese habeat dictum iam superius est. Non est aūt ignorādum id quod nunc quærimus & simpliciter ius, & ciuile ius esse hoc autem est quod cōmunionē vitæ affert, vt liberis hominibus & æqualibus necessaria sufficiant: atq; id vel proportione vel numero. quare quibus hoc non adest, inter eos neq; ius ciuile esse existimandū est: sed ius quoddā, & per similitudinē. Est enim ius inter illos, quibus etiam lex est: lex autem inter eos est, in quibus est iniustitia: iudicium enim iuris & iniuriæ diiudicatio est: in quibus vero est iniustitia, in iis quoq; iniuste facere est. Non in oībus tamen, in quibus est iniuste facere, est etiam iniustitia. hoc aūt est cum quis plus ex simpliciter bonis, minus ex simpliciter malis sibi attribuit. Propterea non sinimus dominari hominē, sed rationem: eo φ sibi ipsi id facit, & tyrānus euadit. est aūt

B qui dominatur, iuris ipsius custos: at si iuris, æqui etiā. Quoniā vero esse ipsi nihil amplius videtur, siquidem est iustus, non enim amplius ex simpliciter bono sibi attribuit, nisi id ipsi proportione conueniat: iccirco alteri laborat Atq; ideo iustitiam alienum esse bonū inquiūt, quēadmodum etiam prius dictum est. merces igitur quædam danda est: ea aūt est honor, & donū. quibus vero hęc satis non sunt ii tyrāni efficiūtur. At vero Herile ius ac paternum idem cum his minime est, sed simile. nullius enim erga sua simpliciter iniustitia est: possessio autem, & liberi quoad tantuli fuerint & non separati, quasi quædam vniuscuiusq; sunt: at sese lædere eligit nemo: vnde nullius erga se iniustitia est. igitur neq; ciuile ius neque iniuria erit: quippe quæ & lege existant, & inter eos, in quibus esse lex potest: hi autem erāt illi, quibus & dominandi, & obtemperandi æqualitas inest. Iccirco magis erga vxorem, quā liberos & possessiones ius est: id enim est

C ius familiare. quod tamen a ciuili etiam ipsum diuersum esse cōstat.

Nullius erga se iniustitia est.

D Ixii. Et oportet ne lateat nos, φ iustitia absoluta, de qua hęc est perscrutatio, est iustitia ciuilis, et ista est iustitia illa, in qua communicant hoies vt inueniatur ei coequa distributio. & hęc, vt dictū est, iustitia est duarū partium. aut iustitia ex parte proportionis, & est iustitia diuisionis, & est quodā modo equalitas: aut iustitia ex parte ęqualitatis, & est iustitia connegociationibus: & quibus neutra partium huius iustitię inuenitur. apud illos est iustitia per modum similitudinis. D. & factum iustitię est principibus, apud quos est lex. & apud quos est lex, apud eos est iniuria: & sunt principes. & discernuntur quidem per hoc, φ dicitur de eis de iniuria & de iustitia secundum iudicia eorū. iustus ergo est qui iudicat scdm iustitiā: & iniustus ex principibus est ille, φ dat sibi de bono plus q̄ alteri, & de malo ecōtrario. Et ideo φ faciens iustitiā est illē, qui facit iniustitiam, vides homines refutantes ne dominetur hō eis vniuersaliter, eo φ ipse conuertitur in tyrannum, & partitur bonum sibi ipsi plus. et princeps absolute est cōseruator iustitię: &, cū sit seruator iustitię, est seruator equalitatis: &, cū sit seruator equalitatis, nō dat sibi aliquid plus de bono. qđ est bonū per modū simplicem: intendo paruū impermixtū malo, nisi nō sit

alius, qui laborat similiter suo labori. & non laborat aliquis vt ipse, nec procurat vtilitatem ciuium vt ipse veruntamen nō est eius vt det sibi secundū suum meritum, Et propter hoc dictum est, ꝙ iustitia est bonum alteri nos iust ergo eius præmium reuerentia & honor: intendo Iustitiam ex altero. Et istud non est iustitia illa, quę est iustitia scd̃m veritatem. & illa que nominatur iustitia: eo ꝙ factum eius est factū iustitię vna eadēq; scd̃m tyrannos, magis scd̃m non tyrannos. etenim non iniuriatur aliquis in eo ꝙ suum est alio aute: sed iniuriatur quidem tn̄ aliquo, scd̃m ꝙ est nonbus suū quodāmodo: quemadmodū iniuriatur pater filio quandoque. quamuis enim pars ipsius sit, tn̄ iā obsistit i isufficientia propria disparatus ab eo. D. Et propter hoc non obnat aliquis iniuriam ad id quod babet. & similiter iniustitia ciuilis nō proportionatur ad hoc quod habet: intendo ad hoc, quod habet iustus, sed ad qd alterius est, nā iustitia ciuilis est in eo, in quo lex. & in rebus, in quarū natura est vt in eis sit lex. & istę sunt illę, in quibus iusti est vt quidā sint prelati & quidam subditi. intēdo ꝙ iustitia scd̃m veritatē inuenitur qdem inter hoies quorū determinatio est hęc determinatio, i. quidam eorum pręlati, quidam subditi,

De iure naturali & legitimo. *Cap. VII.*



Iuile autem ius aliud naturale est, aliud legitimum. naturale, quo vbicunque eandem vim habet, & non ... vel ita videtur, vel minime: legitimum, quòd a principio vtrum hoc an illo modo fiat, nihil refert. vbi vero fuerit institutum, refert. vt mina captiuos redimere ... capram sacrificare, non duas oues: ea item quę de singulis sanciunt, ... Brasidæ sacrificare: nec non ea quæ sunt decretalia. Sed non nullis omnia esse huiusmodi videntur: quia quod est natura, immobile est, & vbique eandem vim habet: quemadmodum ignis qui & hic & apud Persas vrit: iura vero moueri vident. At hoc non ita est, sed quodam modo. quanquā apud Deos fortasse nullo modo est: apud nos autem est quoddam etiam naturale, quod mobile sit, licet non omne: sed ęst tamen aliud natura, aliud non natura. Quidnam autem sit quod natura est, ex iis quę possunt aliter sese habere: & quid non natura, sed lege & institutione, siquidem vtraq; mobilia simili modo sunt: perspicuum est. & in aliis quoque eadem determinatio accommodabitur, natura enim dextra manus potior est: licet fieri possit, vt omnes ambidextri sint. Iura vero ex institutione & vtilitate similia mensuris sunt: non enim vbique sunt æquales vinariæ & frumentariæ mensuræ, sed maiores sunt vbi emunt: vbi vendunt minores simili modo non naturalia, sed humana iura, non eadem ubiq; sūt. nam neq; respublica apud omnes est eadem: sed vna tantum ubiq; ea est secundum naturam, quę optima est. Vnumquoq; autem ius & legitimum, vt vniuersalia sese habent ad particularia. nam quę agūtur, multa sunt: illorū autem vnūquodq; est vnū: vniuersale .n. est. iniuste autem factum et iniuria, iustificatio item & ius inter se differūt: iniuria enim cum natura fit vel constitutione, cū fit, iniuste factum euadit: prius uero quā facta fuerit, iniuria tantummodo est.

nã vbi est facta, iniuste factũ dicit. simili modo etiam iustificatio. Sed
A id tamen quod commune est, potius iste factum: iustificatio vero in
iuste facti correctio vocatur. horum autem sigillatim quales nam
& quot species sint, ac circa quæ versent, postea considerandum est.

lxii. Iuris aũt ciuilis, quiddam est naturale legale, & quiddam legale tan
Dum, i. positiuum. ius aũt naturale est, cuius mensura est in oĩ loco & in oĩ
tempore, & non cadit in ipsum commensuratio. lex aũt non naturalis, ge
nere quidem quasi naturalis est, & non est in ea diuersitas. commensuratione au
tem diuersificatur scdm diuersas gentes, ut iustitia posita commensuratiue in de
collocutionibus, & oblationibus, & orationibus positis in legibus & foris. D.
Et quidã hominũ uident q oẽs iustitię legales positiuę sunt, in quibus incidit
commensuratio, & uariatio scdm q uidetur unicuiq; ex legumlatoribus, qđ sit
conuenientius uariare scdm locũ & tempus. quę uero sunt per naturã nõ diuer
santur: cũ sit uis eius una in oĩ loco: sicut ignis uis una est in oĩ loco: intẽdo q
ipse mouetur sursum, ubicũq; ponatur in mũdo & quacũq; hora ponatur. Ex
rebus igitur iustis scd'm hęc quędam erunt effectiuę iusti, & ex parte naturæ,
& quędam effectiuę ex parte cõsuetudinis, nõ ex parte naturę sitę per suã qua
litatẽ, sed ex parte positionis & usus earum. & quemadmodũ dextra manus est
dextra naturaliter. & sinistra interdũ fit dextra usualiter: sic est dispõtio in iu
B stitijs naturalibus & consuetudinibus. & cõmensuratio diuersificata scd'm ma
gis & minus scd'm quãlibet legẽ in istis iustitijs diuersis per legẽ, intendo me
dia quę sunt in ipsis, & si sint multę & diuersę scdm diuersas gentes, sunt tamẽ
oẽs conuenientes in hoc, q faciunt factũ iustitię. Et quasi in hoc similatur men
suris diuersis, quibus utuntur in qualibet ciuitate. ipsę etenim etsi sint diuersæ
oẽs, tamen faciũt factum iustitię: intẽdo mẽsuras tritici, & olei, & consimilium:
quę mensurantur. nã non sunt istę mensurę quantitatis unius apud oẽs gentes.
Et igitur est dispositio rerum iustarum quodammodo, & istud est ut commen
suratio orationũ, & seruitiorũ in qualibet lege, & hoc, quoniam quemadmodum
leges, & modi uiuendi non sunt uni in omni loco, sic se habet in rebus iustis. &
est quidam modus uiuendi naturalis unius in omni loco: politiuus aũt non est
unus in omni loco. D. Proportio aũt istarum rerũ iustarũ quę docentur, uel no
tificantur in hoc libro ad res, ad quas ponit dominus legũ, est proportio rerum
uniuersalium ad res particulares, quę aguntur. & particularia multa sunt, uni
uersalia uero comprehensa sunt: & unumquodque ex ipsis unum est non multũ.
Et illud, de quo hoc dictum ex iusto, est in generibus suis primis. dicta aũt in
speciebus omnis generis ex istis duobus generibus: intendo diuisiuum & dire
ctiuum, & quid sint, & quot sint, & in quo sint, est de quo dixit, q perscrutare
C tur postremo in alio libro ab isto.

De triplici nocumento, q alijs irrogatur.
Cap. VIII.



Vm iura vero & iniuriæ sint ea, quæ diximus: & iniuste agit, & iuste quispiam, cum sponte agit. nam cum inuitus facit, neq; iniuste neq; iuste agere censendus est, nisi ex accidenti: accidit. n. vt ea quæ agunt, vel iusta sint, vel iniusta. At iuste vel iniuste factum spontaneo & inuito definitur. Cum. n. spontaneum fuerit, vituperatur: tuncq; etiam est iniuste factum. Quare fit vt iniustum quidem esse quippiã possit, quod tamen nondum iniuste factum sit, nisi id etiam affuerit, vt sponte factum sit. Appello autem spontaneum, quemadmodum

etiam prius dictũ est, illud quod in sua quisq; potestate situm cum
sciens, neq; ignorãs agit, aut quẽ, aut quo, aut cuius: id est aut quẽ ver
beret, aut quare, aut cuius causa: & unum quoq; illorum, non per ac-
cidens, neque per vim. vt si quis apprehensa manu ipsius alium verbe
ret: non spõte aũt ipse id faciat, non est enim in ipso. fieri etiam pot,
vt qui verberatur, sit pater. ipse autem hominem eum quidem esse
aut ex præsentibus aliquem sciat, patrem tamen esse ignoret. simili
modo quoque de illis quorum causa quippiam fit, definiendum est,
iisq; quæ ad actionem totam spectant. Quod autem ignoratur, aut
non ignoratur, nõ est tamen in ipso: vel per vim fit. inuitũ est, multa
enim ex iis, quæ sunt natura, scientes etiam agimus & patimur: quo-
rum nihil neq; spontaneum est, neq; inuitum: vt senescere, vel mori.
Sed id quod per accidens fit, tam in iustis quam in iniustis simili mo
do contingit. nã sicut si quis inuitus & timore inductus reddiderit de
positum, is neq; iusta agere neq; iuste facere dicendus est, nisi per ac-
cidens: sic pari modo qui coactus & inuitus non reddiderit, per ac-
cidens iniuria afficere, & iniusta agere est dicendus. Ex spontaneis E
autem alia cum electione agimus, alia sine electione. cum electione
ea agimus, quæ præ consultauimus: sine electione, que nulla præcõ
sultatione adhibita facimus. Verum, cum tres sint læsiones, quæ in
societatibus eueniunt: quæ cum ignoratione fiunt, sunt peccata, cum
neque quem, neque quod, neque quo, neque cuius causa existimaue
rat quispiam, ea egerit: vel enim non esse percussurũ, vel non hoc, vel
non hunc, vel non huius causa putauit: sed accidit id, cuius causa mi
nime putarat, verbi gratia, non vt vulneraret, sed vt stimularet: aut
non quem, aut non sicut volebat. Quãdo igitur præter rationem eue-
nerit læsio, infortunium est: quãdo vero non præter rationẽ, sed sine
tamẽ vitio, peccatum. peccat enim quisq; cum in se principiũ causæ
habuerit: infortunate egit cum extrinsecus. At cum cognoscens qui-
dem, sed sine tamen præconsultatione agit quispiam, iniuste factum
est: vt sunt, q̃ ex ira fiunt, aliisq̃ affectibus, qui necessarii, naturalesq; F
hominibus accidũt. qui in his. n. lædunt & peccãt, iniuste quidẽ agũt,
suntq; hæc iniuste facta, non dum tamen iniusti ob hæc, neq; praui ip
si homines habentur: quippe cum læsio ipsa ex prauitate minime
euenerit. Nam cum ex electione leserit quispiam, tũc demũ iniustus
ac prauus est. Quocirca recte ea quæ ex ira fiunt, non esse ex pro
uidentia iudicantur: non. n. principium affert, qui iratus facit. sed qui
ad iram prouocauit. Præterea neq; hic factum sit necne, sed iure ne
an iniuria factum sit controuersia est: ira si quidem apparẽs iniustitia
est. non n. sicut in commerciis factum ne sit, contendunt, vbi necesse
est alterum prauum omnino esse, nisi ex obliuione id faciant: sed de
facto consentientes, iure ne an iniuria id factum sit, altercantur: quod
qui insidiose fecit, minime ignorat. quare alter iniuria se esse affectũ
putat, alter minime. Si autem ex electione læserit, iniuste agit: & ex

A his iam iniuste factis iniustus est, qui iniuriam facit. cum vel præter proportionem fuerint, aut æquum. simili modo et iustus est vnusquisque, cum ex electione iuste egerit iuste agit aūt, si tantummodo sponte aget. At ex iis, quæ inuiti agimus, alia ignoscenda sunt, alia minime. nā quæ non modo ignorantes, sed ex ignoratione committimus, sunt ignoscenda: q̄ vero nō ex ignoratione, sed ignorantes facimus, ex affectu eū neq; naturali neq; humano, venia digna minime sunt.

ET cum iustitia, & non iustitia sit, quę definita est ante: & est ea, a qua agitur iustum & non iustum: tunc quidem agens per iustitiam nominatur iustus; et agēs p nō iustitiā non iustus. qn̄ fecerit factū voluntarie. quando vero fecerit iustus nō voluntarie, aut iniustus, tunc non nominatur quidem iustūs aut iniustus per accidēs, i. accidit eis vt agant actiones iustitię, aut non iustitię. deinde, qui illud sic facit dictū iustū communiter & ꝓprię. Communiter ergo dicitur de oī facto iusto, siue contingat per voluntatem, siue per naturam, siue absq; volūtate: proprie vero dicitur de facto iusto, quod fit a volūtate. & similiter iniustū dicatur cōiter de oī facto, quod fuerit iniustum qualitercunq; contingat: & dicitur proprie de eo quod contingit per voluntatem. Quod autem de iusto contin-
B git a voluntate, nominatur æquitas: & quod contingit ex ipso, ab ambabus rebus iustitia. & similiter nominatur iniquitas iniustitia, quę fit a voluntate & nominatur iniustitia illa, quę fit ab illis duabus rebus. Cumq; hoc sic fuerit, tūc ois ęquitas iustitia est, & non oīs iustitia ęquitas. & similiter oīs iniquitas iniustitia est. & non omnis iniustitia iniquitas. Et factum voluntarium, quemadmodum dictum est in eo quod preterijt, est quod facit quis, & videt ꝙ facere illud in ipso est, & in hora faciendi nō latet eū, quod facit ipsum, & cui facit ipsum, & cum quo facit ipsum, & propter quod facit ipsum, vt qd̄ percutiat, vidēs ꝙ percussio in eo est, non in alio: & nō facit cū alius faceret hoc inuite, aut de necessitate: vt ꝙ quis ꝑcutiat aliquē manu alterius. etenim ille cuius manu ꝑcutitur ..lius percussor, est insponanee vel inuite. & similiter fit in eo, qui percutit scitū sibi nō ignotū: vt ꝙ percutiat hominē, de quo scit ꝙ est vnus ex hoībus, sed non scit ꝙ est pater eius. etenim de isto dicitur ꝙ percussit patrē suū inuolūtarie. & similiter accidit in eo, quo ꝑcutitur, & gratia cuius percutitur. Quod aūt si fuerit, attamen principiū faciendi ipsum non est in nobis, sed similatur insponianeo, tunc ipsum neq; nominatur voluntarium, neq; inuolūtariū. Et oēs modi eius, quod per accidens, ęquales sunt in oībus speciebus actionum iustitię. etenim si quis reddit apud se depositum in spontanee propter metum, non dicitur
C de eo factor iustitię nisi per modum accidentis. & similiter in cęteris actionibus iustitię, quando agunt inuoluntarie, dicitur ꝙ factor earum est iustus per modū accidentis. Et de rebus voluntarijs est, quod agitur per electionem pręcedentem: vt de eis est ꝙ non agitur per electionem pręcedētem. quod aūt agitur per electionē pręcedentem est illud, quod agitur, postquam operatur in eo consiliū, vel meditatio: sed qd̄ agitur absq; electione pręcedēte, est quod operatur absq; pręcogitatione. D. Et cū quidem hoc si est, tunc damnum accidens in connegotiationibus trium specierum est, vnum, quod accidit propter priuationem sciētię. & hoc quoniam quando quis fecerit factum non sciens cui fecit, neq; cum quo fecit, neq; propter quam rem fecit, vt ꝙ putet factor non se vulnerare & idē per factum suum, & tamen vulnerat ipsum, aut ꝙ putet non percutere cum gladio, & tamē percutit ipso. Hęc etenim damna sunt absq; volūtate: & damnū absq; voluntate infortunium. damnum aūt, quod fit cum voluntate, sed absque malitia, immo propter ignorātiam, est ex peccato facilitatis, qn̄ fuerit hęc ignorantia ex eo, quę in eo est non ignorare vel scire. si vero cā ignorantię fuerit ab extra, tūc est infortuniū purū. hęc igitur sunt dāna, quę fiunt ex priuatione scientię. Sed dāna, quę fiunt a scientia, veruntamē nō a pręcogitatione vel cōsilio: vt qd̄ fit a multis ex accidētibus nęcessarijs vel naturalibus, sunt iniusta,

hi.misto modo inferentes damnum, iniustitiam factum: non tamen perha... sti sunt secdm veritatẽ: eo φ necessarium, qđ est cũ hic, est abs... malit... quã dicitur de faciente iniustitia φ est iniustus scdm veritatẽ. E... quidam Antiquorum non iudicabat eum, qui per iram faciebat... tum & ignoscebat irascenti: ideo φ videbat φ principiũ quidem actionis ... ex prouocatore irę, non ex irascente: cum per factum turpe iniuriose prouoca ret eum ad iram. Et pp hoc non contendunt contrarientes in iudicio de facto qñ fuerit dãniferum ex parte irę, sit dãniferum vel non: immo confitentur ... factor ipse: sed contendunt sit iustitia, aut non. Conatur itaq; factor prohi... sit iustitia: sed inficiatur passus φ sit iustitia. & hoc qm holes conce... se, qui cogit in connegociationibus socium suum ad irascendum, est malitio... & quod irascens non facit dãnum ex parte malitię: & propter hoc confi... damnum inferens factum, quemadmodum diximus, & dicit φ sit iustiti... uersarius improbat esse iustitiam immo esse iniuriam. Et tertia species ... num, quod fit ex pręcedenti consiliatione. & iustus scdm hunc modum est ... iustiator in veritate, cũ ex proposito venerit absq; proportione in rebus, in ... bus est iustitia per proportionẽ, aut absq; ęqualitate in rebus, in quibus ... tia per equalitatem. & propter hoc iustus in his in veritate est ille, actio ... cuius pręcedit electio. iustus autem, qui opponitur predictis duabus speciebus ... in iustitia: intendo eum, qui facit iustitiã inscienter, aut propter passionem ... centem ipsam: non est iustus scdm veritatem. D. Et scdm quasdam igno... tiarum ignoscitur ex ignorantia damnum inferenti, scdm quasdam vero non. & scdm quas nõ ignoscitur, sunt illę quę fiunt ex parte omissionis vel dis... ne, aut quarũ ipsemet cã existit, vt in dispõne ebrietatis: scdm quas vero ig... scitur, sunt fientes per occasionẽ naturalem, aut pp occasionem accidentalem. B

De eo, quod est pati iniuriam. *Cap. IX.*



Vbitare autem quispiam posset, an satis de facienda patiendaque iniuria definitum sit. Ac primum an ... id quod Euripides dixit: ab surde inquiens,

Quo modo parentem occiderim exponam breui:
Volens volentem, vel nolentem non volens.

Vtrum re vera fieri possit, vt sponte quispiam iniuriã afficiatur, nec ne, an omne id inuitum sit? quemadmodum iniuria afficere quoque spontaneum totum est: an spontaneum aliud, aliud sit inuitum? Et simili modo de iustificando: iuste agere.n. spontaneum totum est: F vt merito vtroq; modo opponi debeat, & iniuria affici & iustificari: vt vel spontaneum vel inuitum vtrũque esse affirmemus. Absurdum autem videretur, si iustificari spõtaneum esse totum diceremus: quippe cum nonnulli sint, qui non sponte iustificentur. Nam etiam de eo dubitaret quispiam, vtrum vnusquisque qui iniustum aliquid passus est, iniuria quoq; afficiatur: an sicut in agendo, ita patiendo quoque res sese habeat. fieri.n. potest, vt in vtrisq; ex accidenti iusta consequamur. idem autem in iniustis quoq; euenire manifestũ est: quippe cum non idem sit iniusta agere & iniuste agere idest iniuria afficere: neq; iniusta pati, & iniuria affici. similiter quoque iuste agere quempiam & iustificari dicẽdum est. non.n. potest quispiam iniuria affici, nisi aliquis sit, qui iniuria afficiat: neq; iustificari, nisi iuste quispiam agat, iureque afficiat. Verũ si absolute iniuria afficere est spõte

A lædere, sponte autem lædere, est scientem quem, & *quod, & quo- * a.l.quo.
modo · intẽperans vero sponte seipsum lędit: sponte is iniuria affice
retur: possetq; fieri, ut ipse seipsum quispiam iniuria afficeret. at hoc
vnũ ex iis est, quæ in dubium ueniũt, Verum iniuria afficere se ipsum
quispiam posſit Adde quòd sponte etiam obtemperantiam aliquis
ab alio volente iniuria afficeretur: vt hoc modo quispiam sponte af-
fici iniuria queat. An fortasse non recta deffinirio est: sed, cum dici-
mus lædere esse scientẽ & quem, & *quod, & quo modo addendum *a.l. quo.
est, pręter illius uoluntatem qui læditur. læditur igitur spõte aliqs,
atq; iniusta patitur: nullus tamẽ est qui iniuria sponte afficiatur, quip
pe cum id velit nemo: ne incontinens quidem: sed præter uolunta-
tem agat. nemo .n. vult id, quod non esse bonum existant. at incon-
tinens quod non esse agendũ purat, id agit. qui .n. sua ipsius dat sicut,
Homerus inquit Glaucũ dedisse Diomedi,
Aut ea pro ferreis, ac pro centena nouennis,
B Nulla afficitur iniuria: quippe cum in ipsius potestate sit dare. iniuria
vero affici, minime in ipso est: sed esse aliquẽ oportet, qui iniuria af-
ficiat. Atq; iniuria affici quidem non esse spontaneum manifestum
est. Duo præterea ex iis quæ proposuimus, supersunt dicẽda. vtrum
is, qui plus præter dignitatem distribuit, iniuriam offerat an is qui
id habet fieri ne item posſit, vt seipsum quispiam iniuria afficiat. Nã
si fieri potest id, quod prius dictum est: & qui distribuit iniuria affi
cit, nõ qui habet plus: si quis alteri quã sibi plus distribuit spõte et sci-
ens, is se ipse iniuria afficit: id quod facere modesti homines consue
uerunt. modestus .n. eiusmodi est, vt imminui sua nõ difficulter pa-
tiatur. An neq; hoc simplex est: ex alio .n. bono, si ita incidit, plus
vsurpauit: vt ex gloria, aut eo quod absolute honestũ est. Sed solui-
tur etiam ex iniuria afficiẽdi definitione. nihil .n. præter suam pati-
tur voluntatem, vt propterea affici iniuria minime posſit, sed lædat
tantũ: si modo pati ipsum quippiam dicendum est. Perspicuum quo
C que est, eum qui distribuit, iniuria afficere, non eũ semper qui plus
habet. non .n. cui iniustum inest, is iniuriam facit, sed cui inest id ut
sponte hoc faciat: id autem est, vnde principium actionis proficisci
tur: quod sane in distribuente, non accipiente consistit. Adde ꝙ, cum
facere multis modis dicatur: & quodã modo inanimata interficiant,
& manus, & seruus, cum mandauerit aliquis: hæc sane non iniuste fa
ciũt, sed iniusta tamen committunt. Accedit ꝙ, si ignorãs iudicauit
quispiam, non iniuria afficir, quantum ad legitimum ius attinet,
neque iniustũ iudiciũ est: sed quodam modo tamen iniustum. aliud
enim legitimũ, aliud primũ ius est. At si sciẽs iudicauit iniuste, plus
sibi vsurpat & ipse vel gratiæ vel vindictę: perinde quidem ac si quis
iniuste facti quoq; ipse partem acceperit: & ille etiam, qui ob hæc in
iuste iudicauit, plus habet. Etenim in illis qui agrum adiudicauit, is
non agrum, sed argentum accepit. Homines autem in sua potestate

strum existimant, vt iniuria afficiant. propterea etiam ius ipsum putant facile esse: quod tamen non est. rem habere enim cum vxore vicini, & percutere proximum, & manu porrigere pecuniam & facile est, & in ipsis: sed ita tamen se habentes hæc facere, neq; facile, neq; in ipsis est. Simili modo quoq; cognoscere iusta & iniusta nullam sapientiam esse existimant: propterea ꝙ difficile minime est ea intelligere, de quibus leges præscribunt. Verum iusta non hæc sunt nisi per accidens: sed ea sunt iusta, quę quodam modo aguntur, & quodam modo distribuuntur. Id autem difficilius est quã salubria cognoscere: nam illic mel, vinum, veratrum, adustionem item & incisionem noscere facilius est: quo modo autem ad sanitatem afferendã, cui, & quando adhibenda hæc sint, tam est sane difficile cognoscere, quã medicum esse. Ob id autem ipsum etiam iusti hominis esse existimant nihilo minus iniuste agere: quoniam nihilo minus iustus immo etiam magis facere vnumquodq; ex his potest. nam & rem habere cum muliere, & percutere: & vir fortis scutum abiicere, & in fugam versus in vtram partem velit, currere potest. Sed ignaue agere, & iniuste non est hæc facere, nisi per accidens. nam hæc facere est, cum aliquis ita se habens agit. Quemadmodum etiam mederi & sanare non est incidere, aut non incidere, vel medicamenta adhibere, aut nõ adhibere: sed quodam modo vtraq; hæc facere. Iura autem inter eos sunt, qui bonorum simpliciter sunt participes: in quibus & excessum habent & defectum, quibusdam. n. horum non est excessus: vt fortasse Diis: quibusdam nulla pars vtilis est, vt incurabilibus & malis, sed nocent omnia: at quibusdam quadamtenus: atque hoc propterea humanum est. a

ET fortasse quæreret quis quæstionis difficiles in definitione conditionum iniuriantis, & cui iniuriatur. Primo quidem ac si dicat, quando iniuriatur quis alicui volẽs, & ille cui fit iniuria, vult vt iniurietur et, an noĩatur iste iniuriator, an nõ? & similiter, si fecerit quis iniuriã alteri nõ volens, sed volẽte eo, cui fit iniuria, noĩabitur ne receptor iniuriator? At primũ de hoc perscrutandũ est in istis, an actio iniuriosa rei, quę fit ab altero alteri, sit tota voluntaria, an quiddã eius voluntariũ, & quiddã eius inuoluntariũ. Et similiter locum habet hęc perscrutatio circa actionem iustam. omni. n. speciei ex speciebus iustitię, est species opposita ex speciebus iniustitię. Et forsan inconueniẽs est opinari ꝙ omnis passio iustitię, quę accidit homini totaliter, sit volũtaria. nã multi hominum agunt actiones iustitiæ absq; voluntate. & similiter est in iniustitia. Et propter hoc inquisitio est, an omni cui obuiat iniuria, sit iniuriatum, siue sit hoc voluntarie, aut inuoluntarię: aut quod fit ex hoc voluntarie non. similiter et quod fit ex hoc preter voluntatẽ nisi forma tantum: intendo in actionibus & passionibus. & manifestum est ꝙ possibile est in vtriusq;, scilicet actionibus & passionibus. vt dicatur de eis ꝙ sunt iusta per modum accipientis. Cumq; sic sit, tunc in iniuria in hęc similis erit ei iniustitia: intendo ꝙ possibile est in vtriusq. vt dicatur de eis iniuria per accidens, etenim non est vt agat homo actiones iniuriosas, & vt iniurietur alteri res vna. Manifestũ est ergo, ꝙ id, quod nõ fit per voluntatẽ, nõ est iniuriosum: illud aũt, quod fit per voluntatẽ vtriusq;, intendo iniuriãtis & cui fit iniuria: si dixerimus ꝙ terminus iniurię absolute est, vt alter alteri dãnũ inferat per voluntatẽ suã: & dixerimus ꝙ terminus voluntatis est, vt factor faciat cui facit hoc actum, & propter quid facit, & quo, & fuerit qui

A nõ cohibet seipsum voluntate sua a malitia inferẽs sibi dãnũ sua volũtate, tũc putabitur ꝙ certe dicitur de ipso ꝙ iniuriatur sibiipsi voluntate sua.cũq; certũ fuerit hoc tunc possibile est vt dicatur ꝙ interdum iniuriatur ei alter sua volũtate intendo voluntatẽ eius cui fit iniuria. Attamen ista est altera questio ex questionibus grauibus, que sunt in isto capitulo.s.an possibile sit vt iniurietur ꝙs sibiipsi. An ergo nostrũ est dicere,ꝙ si fuerit possibile vt dãnũ inferat alter alteri volũtate vtriusq;: intendo eius quẽ tangit dãnũ & inferentis dãnũ, tunc possibile est vt dicamus esse possibile vt alter alteri damnũ inferat cũ voluntate vtriusq;. Aut non est hec dictio sana:immo possibile quidẽ est vt damnũ inferat alter alteri volẽti.quãdo fuerit is,cui dãnũ infertur, ignarus iuris. etenim non est possibile vt inferatur homini volenti dãnum cognoscenti ius.nullus.n. vult vt fiat sibi iniuria,sciens ꝙ est iniuria absolute : & nullus velit illud quod sit.s.ꝙ non vtile,aut ꝙ damniferũ. illi autem,qui dat pecuniam suam absq; reditu,aut absq; reditu æquali,non fit quidẽ iniuria:intendo non iniuriatur ei alter: eo ꝙ data ab eo fuit per suam electionem:sed vt fiet iniuria homini non est ab eo sed ab altero propter hoc,quoniam quidẽ iniuria ab altero non est voluntaria ei,cui fit iniuria.manifestum est:eo ꝙ nullus iniuriam vult,sciens ꝙ est iniuria.et aũt qui tribuit absque reditu nullus iniuriatur.vt.n.iniurietur homini non est absq; ipso,sed ab iniuriãte.verũtamẽ ꝙ nõ est volitũ ab eo , cui fit iniuria, B vt ei iniurietur, manifestũ est.Res aũt,quarũ primo proposuimus perscrutationem due sunt. Vna earum est quis iniuriatur:an ille,qui diuidit inequaliter:an ille, cui contingit plus:intendo an iniurietur ei,cui cõtingit minus:an ambo.Secunda autẽ est,si porrexerit alteri plus quam sibiipsi,tunc iniuriatur per hoc sibiipsi:diminuit etenim sibiipsi scienter & voluntarie,quemadmodum faciũt humiles & inferiores:intẽdo ꝙ ipsi diminuunt sibiipsis voluntarie & scienter ex honore. Aut neq; hoc est veritatem habet absolute,sed est in ipso distinctio que dam: & est vt sit porrigere eius alteri plus secundum mundum,qui fit in bono pu ro. Aut oportet vt dicamus ꝙ nõ cõuenit ei terminus iniustitie secundũ veritatem:intendo iniurie absolute.etenim ille,cui fit iniuria , est ille qui obuiat damno sine sponte sua per se : iste autem non obuiat dãno sine sponte sua;non ergo facit ei iniuriã ille,qui accipit ab eo quod dat ei , nisi ꝙ est inferens ei dãnum solũmodo. Et est patiens,quoniã iniuriator est ille,qui diuidit iniuste,nõ ille,cui contingit plus.non.n.oportet vt denominetur ab iniuria ille,apud quẽ est res, secundũ quam fit iniuria:sed ille, qui facit hoc voluntarie.& quando fuerit diuisor accipiens ab alio,& dans illi,tunc principium actionis iniurie est ex illo qui diuidit,non ex illo qui accipit.Amplius , cum factum damniferum dicatur multis modis:proportionatur enim ei qui caret eligentia vt bestie , aut mancipio;tunc fortior qui facit iniuriam isto modo non dicitur iniurians,quamuis fecerit facta iniurie.Et propter hoc, quãdo iudicauerit diuisor iudicium iniurie C non sciens,nõ noiatur quidẽ iniuriator secundum ius legale,neque nominatur iudicium iniustum : & est quasi iniustum , eo ꝙ ius legale hoc est preter illud, quod est ius in seipso,verumtamen lex ignoranti.Si autem iudicat iniuriæ sciẽs tunc denominandus est a specie iniurie.qui enim scienter iudicat, iniuste non facit hoc,nisi ꝓpter beniuolentiam,quam habet erga illũ, cui adiudicat plus:aut ꝓpter vindictam,quam querit in illũ,cui fit iniuria:aut vt accipiat partem ex illo.in quo iudicauit,& propter hoc adiudicauit.D.Et homines vident ꝙ potẽtes sunt ad iniuriam.& propter hoc vident ꝙ actio iuris facilis: & ꝙ non latet aliquem, quemadmodum non latet eum iniuria.& est manifestum , ꝙ non latet aliquẽ,ꝙ nõ oportet eũ iacere cũ vxore vicini sui,aut contristare proximum suum:sed latet multos hominum notitia multarum rerum preter istas,quas oportet facere:intẽdo ꝙ facere eas est ius,& nõ facere eas est iniuria:aut ecõuerso. Et propter istud vident homines ꝙ scientia rerum iustarũ & iniustiarũ nõ sit sapientia:& ꝙ non sit difficilis cognitio rerum,quas ponit lex:& non est ꝙ scit populus ex hoc oẽs species iustitie, que non est iustitia per accidẽs.immo iustitia quam scit populus ,est iustitia absoluta:& quando fuerit diuisa est alicui speciei iustitia & alteri nõ ẽ,& hec illa,q̃ sciunt poterit. D,Et elongatio populi a

Humiles diminuunt sibi ipsis sponte. & scienter.

ſcientia huius plus eſt q̃ elongatio eius a ſciētia ſanationis. etenim poſſibile eſt vt ſciat q̄ mel, & vinū, & elleborus, & cauteriū omnia ſanatiua ſunt [illegible] aūt oportet vt fiat ſanatio cum eis, & cui, & quando, huiuſmodi ſcientia [illegible] net medico. Et videtur quidē eis q̄ operatio iuris in eis eſt. & q̄ facilis eſt eo q̄ putant q̄ non ſit eis difficilius q̃ facere iniuriam, & q̄ ſi fuerint [illegible] tentia effectiua in ſubiecto vno, & fuerit hō potēs vt agat actiones iniuſtas [illegible] potens eſt enim vt iaceat cum muliere non ſua, & vt vulneret alterū, & vt [illegible] giat a centro belli: tunc potens eſt vt faciat actiones iuris. Et non eſt ſic [illegible] etenim iniuriæ & iuris nō eſt vnū niſi per accidens. Nā quemadmodū [illegible] ſanationis nō eſt in ſecādo, aut in nō ſecādo neq; in propinādo medicinā, aut nō propinando: ita dico ſi conceſſerimus q̄ iſtud ſit æquiparabile rei iuris. ſed [illegible] pinando de ea quantitatē competentem, & in hora competenti, & ſic de [illegible] cunſtantijs: ſimiliter in re iuris nō ſufficit vt faciat, aut non faciat ſed [illegible] de hoc quantum oportet, & quando oportet. D. Species aūt iuſtitiæ inueniuntur in iuſtis: & ſunt illi qui iam acquiſierunt bona, quæ ſunt bona per ſe, & [illegible] eſt præminentis in hac intentione, intendo ex parte additionis acquiſitionis [illegible] norum, ſunt quidem in quibuſdam eorum non potentes accipere additione [illegible] bonū: vt iuſtitia proportionata diuinis. non enim poſſibile eſt inuenire [illegible] perfectiorem hac. in quibuſdam aūt eorum nō inuenitur bonum proficiens [illegible] nitus: & iſti ſunt mali, quibus nō eſt curatio vel rectificatio, ſed vniuerſum [illegible] tum damniferum eſt, in quibuſdam vero ipſorum inuenitur bonum & malum vſque ad terminum quendam: & iſtud eſt plus, & eſt humanum.

De æquitate æquo, & bono. Cap. X.



Equitur, vt de æquitate & æquo & bono, quo modo ſe habeat illa ad iuſtitiam, hoc ad ius reſpiciat, diſſeramus. Neq; enim ſi quis recte conſideret, ut idem abſolute ſpectare neque vt diuerſum prorſus genere uidetur et interdum æquum & bonum, hominemque [illegible] eiuſmodi laudamus, ita vt ad alia quoque trāsferre hoc nomē laudādo conſueuerimus, æquum hominem probum appellantes: interdum, dum rationem ſequimur, abſurdum videtur æquum & bonum, ſi præter ius quiddam eſt, eſſe laudabile. vel enim ius nō eſt honeſtum: vel æquum, vel bonum non eſt ius, ſi diuerſum quid [illegible] uel ſi vtrūq; eſt honeſtū, idem utraq; ſunt. Ac dubitatio quidē circa æquum & bonum fere ex his contingit: in qua omnia quodam modo recte ſeſe habent, nihilq; eſt quod ſibi aduerſet ac repugnet nā cum æquum & bonum iuris cuiuſdam æquum ſit, melius ius quoddā eſt: neq; tamē quaſi diuerſum aliquod genus eſt iure ipſo melius. Ius igitur & æquum & bonū idem eſt. cum enim vtraq; honeſta ſint, æquum & bonum honeſtius, meliusq; eſt. Dubitatio autem hæc oritur, quia æquum & bonum ius eſt non ſcđm legem, ſed legitimi iuris correctio. Cuius rei cauſa eſt, quod lex in vniuerſum omnis ſtatuit: nec fieri poteſt, ut recte de quibuſdam in vniuerſum definiat in quibus enim neceſſe eſt, vt in vniuerſum dicatur, recte autem id non poteſt: lex id ſumit quod vt plurimum fit, non ignorās ſane quod peccatur. & nihilo minus tamē recte ſeſe habet quippe cum peccatum in lege minime ſit, neque in legiſlatore, ſed in rei ipſius natura cō-

A sistat. statim rerum agendarum materia eiusmodi est. Quando igitur lex in vniuersum dicerit, & prętet vniuersalę postea quippiam contigerit: tunc recte se habet, si qua legislator omisit, absolutęq; ac simpliciter loquendo peccauit, corrigatur defectus id quod legislator etiam ipse si adesset, dixisset: & si sciuisset, ita prescribentem legē in iuisset. Iccirco ius quidem est & melius quodam iure, non eo tamen quod absolute est & simpliciter, sed eo quod ex absolute loquendo peccat. estq; ea æqui & boni natura, vt legis qua parte deficit, ob vniuersale, emendatio sit. id enim est in caussa, ut etiam non omnia secundum legem sint, propterea quod ut de quibusdam lex sanciatur, fieri nullo modo potest. quapropter decreto opus est: indefiniti enim infinita etiam esse regula debet. sicut ædificationis Lesbię plumbea norma, quę ad lapidis figuram transmutatur, neque immobilis manet: sic decretum ad res ipsas accommodatur. Quidnam igitur æquū & bonum, et quid ius, & quo iure melius id sit pspicuū est. Ex quo etiam patet quisnam æquus & bonus vir sit: qui.n.ta B ... git, atque agit, neque est exactus iuris exequutor in peiorem partem, sed imminuit potius, et si legem ad id adiutricem habeat: is æquus & bonus est; habitusq; ipse æquitas, quæ quidem iustitia quædam, nec diuersus ab ea habitus est.

Dixit. Speculatio aūt in beneficentia & benefico, & qualiter est proportio dispōnis. per quam uir est beneficus ad dispōnem, per quā est iustus, & proportio actionis ad actionem: intendo actionem benefici, quę est beneficentia, & actionem iusti, quę est iustitia: oportet ut sequatur hoc, quod diximus. Nō enim manifestatur in perscrutantibus de eis, quod sunt quasi res vna absolute, & ex oibus modis, & nō quod ipsę etiā sunt condiuersificatę specie. nos.n. forsan laudamus beneficentiam & beneficum, donec extollimus ipsum usq; ad summum uerū, quę sunt apud nos finis laudationis: dicimus, quod beneficus preminentior eo ... lo, & quod melior. ergo cū posuerimus quod beneficentia est quid pręter iustitiam & laudabile, patet quod hoc est inconueniēs. & hoc, quoniā sequitur ex ipso vt iustitia non sit beneficentia: vel vt beneficentia non sit iustitia, si fuerint duę res, & nō fuerint res una virtuosa. & vtrunq; istorum est inconueniens. Difficultas C quod est in hac quęstione, fere quidem sequitur eam ex parte eius, cuius fecimus mentionē; & sunt ambæ laudabiles; intendo iustitiā & beneficētiā: & non est in eis quid contrarium per seipsas ex parte, cuius laudantur in plus & minus. Superetogatio ergo, & si sit melior iustitia, tūc ē ex specie iustitię: nō quod sit species altera a iustitia, sed sunt ambę ex genere uno. At uero hęsitatio et dubitatio quidem est qualiter inuenitur iniustitia melius: et virtuolius ea existente indiuisibilis ex modo quo est ęqualis: nisi quod hoc soluitur p hoc, qd' beneficentia non est iustitia polita in lege, sed ē rectificatio iustitię legalis. Et cā in hoc est, qm̄ iustitiam legalem positam posuit legislator vniuersalem: & ulē non uerificatur in ea in quibusdā rebus, nō erit ergo uniuersale in eis uniuersale sano modo, cumq; fuerint hic res cogentes dominum legis ut poneret in eis formas uniuersalia, & nō esset possibilę in naturis earū, tunc dignū fuit vt poneret eas lex uniuersales. & illę quidem uerificātur secūm plurimū, et ponit hoc sciens quid sit in eo de peccato. & factū eius sanū est nō minus facto suo in eo, in cuius natura possibile est ut sint fora uniuersalia, quę ponit in eo. & propter hoc fuit hic peccatum nō in lege, neq; ex parte latoris legis, sed ex parte naturę rei. fundamentū etenim rerū uoluntariarū uelociter permutatur. Et qm̄ fuerit dominus legis dicens orationes uniuersales, & acciderit in eis aliquādo preter id,

Vniuersale apud leges nō uerificatur ī quibusdam rebus.
Fūdamentū rerū uelociter pmutaī.

quod intendit ex iustitia & correctione, tunc statim sanat sanatione, quam vi[illegible] legislator in eo, quo secutum est peccatũ, ex modo quod dixit in eo dictionẽ ab- D
solutam, & est quidem necessaria sanatio illius vniuersalis: ideo ꝙ nos scimus ꝙ illam conditionẽ, quam dimisit legislator, si fuisset pręsens propter mat[illegible] mutabilitatem, non dimisisset eã: & si duceretur per illud ad hoc vt cõderet le- gem. D, Et propter istud facta est beneficentia iustitia quædã: & est melior iu- stitia quadam, non ea iustitia, quę est iustitia absolute & scdm veritatẽ, sed est melior peccato, qđ sequitur iniustitia legali ex iudicio vniuersali. natura ergo, q est benefico, per quam est beneficus, est quidem sanatio eius quod deficit le[illegible] ex re vniuersali, quã posuimus. ista igitur est cã in hoc vt non sint oĩa fo[illegible]le- galia necessaria in oĩ hora; immo indiget in quibusdam horis commensu[illegible] & in quibusdam non redditur ad forum vniuersale. Et manifestum est [illegible] ex foro posito in præcipiendo bella in lege Saracenorum. pręceptum enim [illegible] landi in ea vniuersale est, donec extirpetur radix eorum, qui diuersi sunt ab eis & sunt hic horę, in quibus eligibilior est pax bello. & quia populus Saraceno- rũ teuuit pro necessario hoc pręceptum vniuersale: et cum hoc fuit possibile ex- tirpare suos inimicos: consecuti sunt damna multa ex hoc. & istud fuit ex [illegible] trãria ipsorũ intentionis legislatoris. & pp̃ hoc oportet vt dicatur ꝙ magis [illegible] da est pax, quandoq; ꝙ̃ bellum. D. Iam ergo patet quid est beneficentia & [illegible] tia, & qua iustitia beneficentia est melior. Et ex hoc etiam manifestũ est, ꝙ E
beneficus & supererogans est qui eligit has res & operatur eas; & est vt non vsq; ad vltimum inuestiget vniuersale declinans versus malitiam in pluribus ex modo vniuersali, sed diminuat inde partem malam. & pp̃ istud inuenimus indulgentiam esse cõmendatam in multis punitionum legalium in horis qui[illegible] dam, & in indiuiduis quibusdam: & inuenimus dimissorem vltionis in eis excel- lentẽ esse: quãuis lex sit faciens pro eo ad sumendam vltionem, tunc itaq; be- neficentia iustitia est, & non alter habitus.

De eo quod est facere iniuriam sibiipsi. *Cap. XI.*



X his quæ diximus, manifestum etiam fit, an fieri pos- sit, vt quis iniuria seipsum afficiat, necne. Nõnulla n. sunt iura, quę ad vniuersam virtutem spectantia a[illegible] bus sunt instituta: exempli causa, lex nõ iubet se ipsum quempiam occidere: quæ autem non iubet, vetat. Præ- terea cum quis præter legem lędit non referens læsionem, sponte in- iuriam facit: qui autem sponte facit, is sciens & quem, & quo mod[illegible], F
facit. atqui ob iram seipsum iugulat, spontę præter rectam legem id agit, quod lex non permittit: iniuriam igitur facit. sed cui? ciuita- ti nimirum, non sibi: quippe cum sponte patiatur: nemo vero sponte iniuria afficiatur. Vnde etiam ipsum ciuitas mulctat: eiq; , qui se ip- sum necauit, quasi ciuitatem iniuria affecerit, ignominiam quędam irrogatur. Adde ꝙ neque eo modo quispiam seipsum iniuria afficere, quo iniustus ille est, qui solummodo iniuste agit, & non omnino est prauus: id quod diuersum ab illo est enim quodam modo iniustus ita prauus, vt ignauus: non vt, totam in se habens prauitatem. Qua- re neque secundum hanc sibi facit iniuriam quispiam: simul.n. idem auferri, ac detrahi eidẽ posset: quod omnino nequit: sed semper inter plures esse ius & iniuriam necesse est. Nec non spontaneum, & ex ele- ctione, & prius. nam qui propterea ꝙ passus est, idem vicissim facit

A iniuriam facere minime videtur. ipse aūt seipsum iisdem simul & afficit, & afficitur. Præterea fieri posset vt sponte quispiam iniuria afficeretur. Ad hæc vero sine particularibus iniuste factis iniuriam facit nemo vel cum sua vxore adulterium cōmittit, vel parietem suū perfodit, vel suas ipsius opes furatur. Ac demum quòd iniuria seipsum quispiam afficiat, defitione ea soluitur, qua iniuria affici vnumquēque constitutū est. Perspicuum autem est vtrunq; tam iniuria afficiq̃ afficere, esse malum: alterum est minus, alterum amplius habere, quā sit mediocre. Quemadmodum in medicina salubris, in exercitatoria eiusdem, quę ad bonum habitū facit. peius tamen est iniuria afficere: quippe cum id cum vitio sit, & vituperabile: & cum vitio quidem vel perfecto, & absolute, vel prope. Non enim omne quod spontaneum est, est cum iniustitia. at iniuria affici sine vitio & iniustitia est: iniuria igitur affici per se minus malum est. Nihil tamen vetat, quin ex accidenti esse maius malum posit. sed ars tamen id nihil curat: quippe quæ inquit lateris dolorem maiorem esse morbum quàm cespita-
B tionem. licet ex accidenti alterum interdum euenire queat: si contingat, vt ex cespitatione aliquis ceciderit, atq; ita ab hostibus captus, fuerit, atq; interfectus. Ac vero per translationem & similitudinem est ius non sibi ad se ipsum, sed sibi cū quibusdam ex suis: quanquam nō omne ius, sed herile tantū vel familiare. In his .n. rationibus pars animę nostrę rationis particeps ab ea quæ est expers, distat ad quæ cū spectamus, esse iniustitia quedam ad se ipsum videtur: quoniā scilicet fieri potest, vt in his aliquo modo præter suas appetitiones quispiam afficiatur. Sicut igitur principi & subdito, ita his quoque inter se esse ius quoddam videtur. Ac de iustitia quidem, cæterisq; moralibus virtutibus in hunc modum definitum sit.

Lxii. An aūt possibile sit vt iniurietur quis sibimet & non iustitiam faciat D aut non sit possibile patet ex eo quod dictum est. Iam .n. dictum est q lex est communis: & est vniuersitas virtutum, quas pręcepit lex. & similiter de iniurijs ex eis est communis: & est incursio maliciarū, quas prohibet lex, et
C de visito virtutum, quas pręcipit: & ex eis sunt propriæ, s. in quibus est æqualitas, & nō ęqualitas. Et iā determinatū est in eo qd' pręterijt, q iniuriās in istis est, qui scit cui iniuriatur, & quomodo, & quare. qui igitur interficit seipsum ex iracundia, non est iniurians secundum intentionem propriam: eo q non iniuriatur alteri a se, neq; ex præcedenti consultatione, sed causa irę. est autem iniurians quidem secundum intentionem cōem iniariętcum istud ei factum contra legē: prohibet enim lex, ne quis occidat seipsum. & iniuria quā perpetrat, aut est in se, aut in ciues: sed in se non, qm̄ violens non vult autem is, cui fit iniuria: sed iniuriatur quidem ciuibus, cum non velint hoc factum, neq; permittant: immo prohibeant. & propterea videmus eum, qui facit hoc factum occultare se a ciuibus & consequitur eos apud ipsum abhorrescentia multa. & huius causa est q iniuriatur eis. Amplius, iniuriatos quidē secundū veritatem malignus est simpliciter: talis autē est qui operatur ex habitu acquisito ei. occidēs vero seipsum iniuriatur vna vice tantū: non ergo pcedit eius iniuria ex habitu, a quo dicatur iniuriator: immo res rara interdum in bonis inuenitur. Amplius si iniuriatur qs sibimet, & sit iniurię acceptio ab altero & datio alteri: tunc necessarium est vt sit acceptio & datio, & vniuersaliter additio & ablatio inuētę in re vna simul. at hoc impossibile: immo necesse est iustitiā & iniuriā fieri in rebus pluribus vna,

& voluntarie, & electiue . ideo quem pęnituerit iniurię, non est iniuriator
iuriante vero sibimet pęnitet iniurię : & vniuersaliter oporteret vt esset
res eadem agens & patiens simul : quod est impossibile . Amplius
sequitur vt fiat iniuria viro voluntate sua: intendo vt alter iniurietur
lupiate suimet : & iam dictum est hoc esse impossibile. Amplius,non
aliquis absque eo ꝙ faciat ex actionibus iniurię particularis: vt ꝙ
adulteretur,& non adulteratur aliquis cum vxore sua , neque
domus suę,neq; furatur pecuniam suipsius. Et similiter impossibile est
minetur iniuriator secundum vniuersum, quod conditionatum est in
& cui fit iniuria: intendo ut nominetur iniuriator secundum veritatem.
Manifestum est autem ꝙ facere iniuriam & recipere eam vtrunq; malum
nam faciens eam accipit plus,patiens vero minus,quę ambo sunt pręter
iniuria est & malum. verumtamen iam quęritur, vtrum illorum magis
dum facere iniuriam vel pati.& quando perspicaciter fuerit inquisitum,
ꝙ peius est facere eam ꝙ pati. pati enim eam absq; malitia est: facere uero
uitiosum est.& propter hoc malum quod est in iniuriante malo,quod est
cui fit iniuria, maius est per se: per accidens autem potest malum &
rium, quod est in eo,cui fit iniuria maius esse : vt quod accidat ei
vt relinquant eum sui, & incidat in manus aliquorum,qui occidant eū &
ti tradant,qui ante factam sibi iniuriam non habuerunt huiusmodi potestatem. E
Dixit.Sed potentię quidem effectiuę, vtpote ars medicinę, non speculatur
eo quod per accidens,sed quod per se,& non curant quod est per accidens:
ꝙ dicat ꝙ dolor ilij periculosior est omni dolore: quamuis possit inueniri per
accidens dolor periculosior eo. Dixit.Ex parte autem iustitię,quas dicimus per
modum similitudinis & transumptionis a iustitia ciuili , & est iustitia , quę est
in potentijs animę,non oportet vt dicamus ꝙ exercet quis iustitiam in seipsum
aut iniuriatur sibiipsi . Et hoc, quoniam illic iustitia quidem proportionatur
parti ex partibus animę pręter eam , cui proportionatur iniuria . & non proportionatur iustitia toti : immo iustitia proportionatur ex ea parti principanti
sicut proportionatur in conuersatione ciuili parti principanti . Et propterea
distinguuntur potentię animę in id , quod habet rationem , & in id quod non
habet rationem; quemadmodum distinguitur ciuitas in prelatum & subditos naturaliter . quando ergo obedit quod non habet rationem , ei quod rationem habet, fit iustitia : & quando non obedit, fit iniuria. videtur igitur quę huic parti
intendo quę non habet rationē: proportionetur iniuria in anima: cum huic parti
pertineat vt agat secundum sua desyderia . Et vniuersaliter quemadmodum
inuenitur iustitia & iniuria inter prelatum & subditos, sic inuenitur in virtutibus
vel potentijs animę. Dixit.Iam igitur patet ex his tractatibus quid est iustitia:
& est postremum sermonis virtutibus figuralibus,intendo moralibus, conuertamur igitur ad uirtutes rationales . F

A
ARISTOTELIS MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER SEXTVS.

Cum Auerrois Exposi.

SVMMA LIBRI.

De principijs agendi. De intellectus habitibus, scientia.s.arte, intellectu, sapientia, prudentia. De prudentię partibus, & his, quę ad eam consequuntur. De sapientię, ac prudentię vtilitate. De naturali virtute, ac virtutum & prudentię connexione.

De recta ratione, duplici virtute, & partibus animæ. Cap. I.

B



Voniam prius diximus & medium esse eligẽdum, excessum neq; defectum,& medium esse sicut ratio recta pręscribit,hoc iam distinguamus.In omnibus enim antedictus habitibus, quemadmodũ in aliis,est quidam scopus ac finis,in quem respiciens is qui habet rationem,intendit,ac remittit. estq; quidam mediocritatum terminus, quas inter excessum & defectum esse dicimus,cum secundum rectam rationem extiterint. Ac si ita dicamus, verum quidem est non tamen perspicuum:quippe cum in omnibus aliis studiis,circa quę est scientia,verum sit dicere,neque amplius neque minus esse elaborandum,neque ociandum,sed mediocriter, atque vt recta ratio pręscribit nã qui solum hoc habet,nihil amplius cognoscet:verbi causa qualia corpori exhibẽda sint:si quis dixerit,ea quæ iubet me
C dicina,& sicut is qui ea est præditus, statuit. Idcirco oportet etiam circa animi habitus non solum vere hoc dictum esse,sed etiam determinatum,quænam sit recta ratio,quæque eius finitio sit.Cum igitur virtutes animi diuideremus,alias morum,alias mentis esse diximus. Ac de moralibus quidem iam disseruimus: de reliquis nunc dicamus si prius tamen de anima nonnulla exposuerimus.Superius.n.duas esse animæ partes dictum est,alteram rationis capacem, alterã expertem.nunc vero eodẽ modo rationis capax diuidẽda est. statuanturq; duæ esse ratione præditæ partes: vna, qua eiusmodi res contemplamur,quarum principia aliter sese habere non possunt:altera, qua ea consideramus,que esse aliter possunt.Ad ea.n.quę genere sunt diuersa cognoscenda,ex animę quoq; prrtibus diuersa genere ea est, quæ ad vtrũq; cognoscendum est apta-siquidem ex similitudine quadam atq; affinitate cognitio ipsis contingit.Quarum altera sciendi,altera

De iis, quę non possunt aliter se habere, consultat nemo.

ratiocinandi facultas dicatur. consultare.n & ratiocinari idē est ac D de iis quæ non possunt aliter sese habere, consultat nemo. Quare rōcinatrix vna quędam pars est eius animæ partis, quę rationis est capax. Quis igitur vtrarunq; harum optimus habitus sit, statuendum est: is.n.est vtriusq; virtus: at virtus ad opus proprium spectat.

DETERMINATIO SEXTI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE, ARISTOTELIS.



CVm itaq; iam dixerimus ꝙ oportet vt eligamus mediū: & est in quo nec est additio neq; diminutio: sicque medium recipit terminum sanum: etenim Deus sanus est, in quo non est additio, neque diminutio: tunc necessarium est nobis vt narremus de medio in vniuerso habituum voluntariorum: intendo ꝙ recipit terminum sanum. etenim omnibus habitibus latitudo quędam est: siue sint habitus morales, siue rationales. Ad illud itaque medium intendimus speculationem. addimus igitur & demimus, donec inueniamus ipsum. & terminus medij conuenit cum termino rationis sanę. ambo enim definiuntur per hęc, ꝙ non recipiunt additionem, neque diminutionem. Veruntamen non inuenitur medium in habitibus moralibus acquisitis per assuetudinem, sicut inuenitur in habitibus scientificis: intendo ꝙ inuentio medijs in moribus manifestior est inuentione eius in habitibus rationalibus. Et hoc, quoniā medium in moribus est mediū secundū veritaem, cum inuentum sit inter extremitates: medium autem in habitibus scientialibus est, vt non fiat attributio rei per maius eo, quod sustinet, neque per minus. & hoc mediū est certa ratio, vel sanus sermo. & quando fuerit hęc scientia in anima alicuius, non oportet vt sciat aliquid plus ea, neq; minus: vt ꝙ quęrat aliquis, & dicat quibus rebus oportet vti. & dare corpori humano, & conuerti in ipsum. & dicantur ei res, quas mandat medicina & medicus: & propter illud non fiunt res manifestę absq; terminis, sed occultantur. ideoq; oportet nos contentos esse ex notitia habituū notitiā occulta solum modo, & est notitia esse ipsorum: sed sunt sciendi per terminos suos. Dixit. Et cum iam dixerimus quid est sana ratio, aut rectus sermo, & quidam terminus eius & distinxerimus virtutes animę, & dixerimus ꝙ quędam earum figurales, i. morales, & quædam earum rationales, i. cum intellectu: & iam locuti fuerimus in virtutibus figuralibus & speciebus suis: nunc dicamus de virtutibus rationalibus, & suis speciebus secundum similem modum. Et iam diximus in eo quod pręterijt, ꝙ ex partibus animę est, quæ recipit rationem. i. terminum: & ex ea est, quę non recipit eam. illius autem, quę non recipit terminum, iā distinctę sue sunt species. illa vero, quę recipit rationem, & est pars rationalis, diuiditur primo in duas partes: vna quarū est pars rationalis, quę apprehendit entia: quorū cās impossibile est in nobis esse: & sunt illa, quæ non est possibile esse nisi a causis suis naturalibus. & scđa est illa, quę apprehendit entia, quarū cās possibile est esse in nobis: & ista sunt ea, quorū cās possibile est esse, pręterquam naturales. Necesse quidē est ergo vt diuidantur partes animę recipientis scđm diuisionem generum, quę recipiuntur, & vt mutentur secundum illorum mutationem: eo ꝙ necesse est vt diuidatur receptiuū diuisione receptibilis, & diuersetur eius diuersitate. & icctrco oportet vt dicatur ꝙ nomen scientie de eis dicitur scđm modum proportionalitatis: & assimilationis. Et apprehensio, quę appropriatur entibus, quorum principia non sunt in nobis, nominatur scientia speculatiua: & apprehensio, quę appropriatur entibus, quorū causę in nobis sunt, nominatur cognitiua operatiua: intendo eam, in qua est cogitatio pp operationē. nō.n. meditamur neq; cogitamus ad operandū res, quarū operationē impossibile est esse in nobis, sed est penes naturā. & vtitur quidem hō cogitatione opatiua in rebus quas posse est esse a volūtate. Cūq; sic sit, cogitatiua est vna ex partibus aię ra

A tionalis, quę recipit rationem: & altera pars est speculatiua. & habitudo bona in vnaquaque; istarum est virtus illius partis: & virtus est secundum quantitatem operationis proprię.

De principiis agendi. Cap. II.



Ria autem sunt, quæ in anima actionis, ac veritatis dominium habent: sensus, intellectus, & appetitus. Sed ex his sensus nullius principium actionis est. id quod perspicuum est ex eo, quod bestiæ sensum cum habeant, actionis participes, minime sunt. Quod vero in cogitatione affirmatio & negatio est, idem in appetitu persequutio est, & fuga. Quare cũ moralis virtus habitus electiuus sit, electio vero cõsultatrix appetitio propterea oportet, si modo electio proba est, vt & ratio sit vera, & appetitus rectus: & eadẽ & illa dicat, & hic persequatur. Atque hæc cogitatio seu mẽs, & veritas actiua est. Cõ-
B templatiuæ autem cogitationis & nõ actiuæ neq; effectiuę bene & male esse, est verum & falsum: hoc enim totius cogitatiuæ opus est, sed actiuæ & cogitatiuæ veritas est, quæ appetitui recto consentanea sit. Electio igitur actionis principium est, vnde est motus, non cuius causa. electionis vero appetitus, & ratio quæ alicuius causa est. Vnde neque sine intellectu & cogitatione, neque sine morali habitu electio est. bona etenim actio, & quod item contrariũ in actione est, sine intellectu & cogitatione, & moribus non existit. Cogitatio vero ipsa nihil mouet, sed ea quæ causa alicuius est, & actiua. hæc. n. etiam effectiuæ dominatur: quippe cum causa alicuius faciat, vnusquisque qui facit: neq; finis absolute, sed ad aliquid & alicuius sit, id quod fit. non tamen id quod agitur. bona enim actio finis est. finis vero ipsius est appetitus. Iccirco vel appetitiuus intellectus, vel intellectiuus appetitus electio est. Tale autem principium est homo. Nihil-
C autem est eligibile, quod factum est. verbi causa Ilium expugnasse eligit nemo non enim consultat quispiam de eo quod factum est, sed de eo quod futurum est, esseque aliter potest. quod autem factum est, quin factum sit, fieri nullo modo potest.

Cõtẽplatiuę & actiuę mẽtis opera.

Iccirco recte Agatho inquit:

Renanque sola hac ipse priuatur Deus:

Vt facta minime infecta possit reddere.

Vtrũq; igitur intellectiuarum partium opus veritas est. Quocirca secũdũ quos habitus vtraq; maxime verũ dicet, ii vtrarũq; virtutes erũt.

Quo solo priuetur Deus.

Dixit. In aïa ergo sunt tres partes: vna est ad actionem, & est concupiscentia: & duę ad verũ, & sunt sensus. & intellectus, & apprehensio. Sensus nõ est apprehẽsio intellectus. & hoc manifestũ est ex hoc, ꝙ bruta cõmunicãt nobis in apphẽsione sensus, & nõ in intellectu. Quod ergo est in intellectu affirmatio & negatio, huius compar in concupiscentia est prosecutio & refutatio: intendo prosecutionem delectabilis, & refutationẽ cõtristabilis. Et quemadmodũ virtus moralis est habitus electionalis: & electio, q̃ est ei, est cõcupiscẽtia pro-

uenies à cogitatione,& ab vsu oppositionis : & ideo apprehensio est vera & cõcupiscentia sana,quando fuerit electio virtuosi. Similiter illa, quę est actui in rebus operabilibus vel scientialibus est affirmatio, & actio q̃ e concupiscentię prosecutio:ideoq; q̃n istius motus prouenientis a cõcupiscentia principiũ fuerit,ex intellectu erit virtus . Ergo operatio quę est partis cogitatiuę q̃ est a bono & a malo,est veritas et falsitas.& hoc, q̃m operatio omnis partis intellectualis est aut verum,aut falsum:& operatio quę est parti cõcupiscentię est prosecutio & refutatio,siue cõueniat ei pars rationalis,aut non. Et operatio earum virtuosa,q̃n conueniunt , intendo partem intellectiuam & operatiuam , est veritas & desyderium cõueniens ei. Principiũ ergo tunc actionis,& motus est potentię electiuę,a qua fit motus,nõ vel illius gratia, cuius fit motus;intendo q̃ potentia electiua est principium effectiuũ , non illud gratia cuius est motus . & ideo electio est desyderium cũ apprehensione rationali gratia alicuius. Et preterea non est electio absq; intellectu & absq; virtute morali:eo q̃ actio intellectus & consultatio, q̃n fuerint cõtraria , erunt actio absq; intellectu & absq; virtute morali: & potentia effectiua, a qua est inceptio motus , non mouet nisi pp aliquid : & hęc potentia effectiua est omnis quod agitur:& omne quod agitur,agitur propter aliquid . Et nõ est hęc potẽtia perfectio p seipsam rei, quę inuenitur:sed est perfectio relata ad rem illam, quę est per se cõplementum , quia concupiscentia non est nisi propter istud cõplementum:ideoq; terminus electionis est intellectus habens concupiscentiam, aut concupiscentia intellectus 8 rum autem,quę inueniuntur ab ista concupiscentia & intellectu,principium est homo . Et non pendet electio cum rebus pręteritis. non enim eligit aliquis also die apertionem ciuitatum Coldrę : ideo q̃ apertio earũ iam fuit,neq; meditatur aliquis in cõparatiõe eius quod iam fuit:sed qđ erit ex his, quę possibile est fieri.& illud quod iam fuit,necessarium est,ideo q̃ non est possibile nisi ut fuerit. Et propterea videbatur quibusdam Antiquorum vel Deum priuatum esse potestate in hac specie ex factis solummodo:intendo q̃ faciat non fuisse quod iam fuit . D.Et actio vtriusq; partis intellectus,intendo actiuę & speculatiuę , est veritas,i.fides,siue credulitas. Et habitus, per quos sumit fidem quęlibet earũ electę, sunt eis vt in pluribus : intendo per habitus scientias.

Habituum intellectualium enumeratio : quod scientiæ obiectum, & quæ proprietates. Cap. III.



Vmpto igitur altius principio rursus de ipsis dicamus. Sint autem ea , quibus anima affirmando aut negando verum dicit,numero quinque.hæc vero sunt ars, scientia , prudentia , sapientia , intellectus. nam existimatione & opinione fieri potest, vt mentiamur. Scientia igitur quid sit,inde manifestum est:si exquisite tractare,& non eos qui similitudines opus est. Omnes enim id quod scimus , non posse aliter sese habere existimamus: quæ autem aliter esse possunt, cum extra cõtemplationem fuerint,an sint,nec ne, latent scibile igitur necessario est:ergo æternum. quæ enim necessario sunt,absolute omnia sunt æterna : quæ autem sunt æterna , generationi , & corruptioni minime subiacent. Omnis præterea scientia eiusmodi est , vt doceri: scibile vero, vt disci posse videatur. ex præcognitis autem fit omnis doctrina : vt in resolutoriis etiam diximus. nam altera ex inductione fit:altera ratiocinatione. atque īductio quidē principiu est vniuersalis,ratiocinatio ex vniuersalibus. Sūt igitur principia, ex quibus

Vide principium primi libri Poste.

A constat ratiocinatio, quorum non est raciocinatio: ergo inductio. Efficitur igitur, vt scientia quidem demonstratiuus sit habitus: & quæcumque alia in resolutoriis definiuimus. Quando enim quodammodo credit, & nota ipsi sunt principia: scit. Nam si non magis quam conclusio, ea nota sint, scientiam ex accidenti habebit. Ac de scientia quidem in hunc modum definitum sit.

D ixit. Et illi, in quibus sumit fidem aïa per affirmationẽ & negationẽ: intẽdo sumit quidẽ in negatione & affirmatione, sunt quinq; facultates: intẽdo artẽ, & scda est scia, intẽdo speculatiuã: & tertia est prudẽtia, & quarta sapientia, & quinta intellectus. in putatione autem & arbitratione potis est falsitas: ideoq; non oportet connumerari habitus verificis. De scientia autem manifestum est, φ non est possibile in ea esse falsitatẽ, si oportet vt pręcise dicamus in ea, neq; dubitemus. Oẽs enim vident φ scientia vera in vltimo est illa quę non potest esse per modum alium extra animam: intendo quę non põt pmutari ad oppositum. qđ aũt possibile est esse per modũ aliũ pręter modum illum scdm quẽ scitur, intendo vt permutetur extra aĩam, hoc occultũ est absq; certitudine: intendo si est, aut non. Cũq; fuerit scientia certitudinalis ens illa, quę nõ permutatur, tunc scitum per ipsam est necessarium, & necessariũ sempiternum:
B ergo ipsum sempiternum tandem. & hoc, qm̃ omne quod fuerit necessarium absolute, est sempiternum: & semper sempiternum est quod neq; generatur neq; corrũpitur. D. Videtur aũt scientia omnis disciplina, & scibile & discibile esse; verũtamẽ iam dictum in libro Demonstrationis, φ omnis disciplina equidẽ fit ex rebus quarum pręcessit scientia & sunt propositiones vniuersales primę; at tamẽ illę accipiuntur & dicuntur ex parte dictionis: intendo ex parte allocutionis per eas. sed conclusio accepta ab his propositionibus addiscitur ex parte syllogismi compositi ex his propositiõibus. Erit igitur φ omnis scibilis addiscitur aliquid ex parte sermonis ipsiusmet: intendo antecessionem scientię significationes vocabulorũ: & aliquid addiscitur ex parte sciendi propositiones syllogismi & syllogismum. & propositiones, ex quibus scitur cõlusio, non sciuntur per syllogismum, sed sciuntur quidẽ ex parte significationis vocabulorum. Principiũ igitur discendi propositiones vniuersales est scientia significationis vocabulorũ: & principiũ sciẽtiæ cõclusionis est sciẽntia propositionũ vniuersalium. & cum hoc sic sit tunc scientia simpliciter est habitus demõstrationalis: intendo φ est forma demõstrationis cõcollecta in aĩa ex propositionibus & cõclusione, & cęteris rebus cõditionatis in demõstratione ex eo, quod iam numeratum est in libro Demonstrationis. Quando igitur contingit alicui credulitas rei alicuius: & fuerint principia prima illius rei nota apud ipsum: tunc iam
C contingit eis scientia illius rei. Si verò non fuerint nota apud ipsum, est scientia eius apud ipsum per modũ accidentis. D. Sufficit aũt distinctio scientię in hoc loco scdm hanc quantitatẽ: cũ intẽtio hic de ipsa sit distinguere eã ab alijs.

Principiũ discendi ppositiones vniuersales est sciẽtia significationis vocabulorum.

De arte. Cap. IIII.



Ius autem quod esse aliter potest, aliud, efficiendum, aliud agendum est. Effectio autem & actio diuersum quid est. de ipsis autem his, extraneis etiã sermonibus credimus. Quare etiam habitus actiuus cũ ratione ab effectiuo habitu cum ratione diuersum quid est. neque a se mutuo cõtinentur: neque enim actio effectio actio est. Quoniam autem ædificatoria, ars quædam est, atque id quod habitus quidam cum ratione effectiuus: neque vlla ars est, quæ non sit habitus cum ra-

tione effectiuus: neque vllus huiusmodi habitus, qui non sit ars, efficitur, vt & ars, & habitus cum ratione vera effectiuus idem fit. D Ars autem omnis circa generationem versatur, comminiscitur que, & contemplatur, vt eorum aliquid fiat, quæ & esse & non esse possunt quorumque principium est in eo qui facit, non in eo quod efficitur. Neque enim eorum est ars, quæ ex necessitate vel sunt vel fiunt: neque eorum, quæ sunt secundum naturam: in se enim hæc principium habent: Quia autem effectio & actio diuersum quid est, non actionis sed effectionis esse artem necesse est: & quodam modo circa eadem versatur & ars & fortuna. sicut etiam Agatho inquit:

Quid sit ars: quidq; inertia. Fortunam amat ars artem ipsa fortuna inuicem.

Ars igitur, sicut dictum est, habitus quidam est. cum ratione vera effectiuus: inertia autem econtrario, habitus cum ratione falsa effectiuus, circa id quod aliter esse atque aliter potest.

DIxit. Scia vero, cuius scitū possibile est esse scdm alium modū ab eo scdm quē scitū est, diuiditur in duas diuisiones: vna quarū est scia artificians. al- E tera efficiens. Etenim res artificiatę, alię sunt a rebus effectiuis per consi- liationem: & res effectę: scdm dictionē. famosam sunt res conferentes in vita. & oportet quidem vt hic recipiamus dictiones famosas, magis quā in alio loco. Cū que sit artificiatum aliud ab effecto, tūc habitus animalis artificians, qui fit cū ratione, alius est ab habitu animali efficiente, qui fit ēt cū ratione. Etenim carpentaria, & similiatur ei ex cęteris artibus, est habitus cum ratione. & nō est habitus quis efficiens cum ratione veridica. & ōis ars est propter fieri rei il- lius, ad quam est ars tantummodo: intendo ꝙ finis eius est existentia rei artifi- ciatę: & artificiata sunt res, quarum principia ab extra sunt: intendo in efficien- te, non in efficiendo: qm̄ ars nō agit illud quod fit per necessitatem & p naturā. & hæc sunt, quorū principia sunt in semetipsis. hęc .n. est differentia inter artifi- ciatum & naturatum. Cūq; sit factio aliud ab artificiatione: & artificiatū aliud ab effecto: tunc necessario est vt sit ars propria artificato absq; effecto, nisi fiat per modum fortunę & euentus. Etenim in arte accidit multotiens quod est ca- su: intendo ex actionibus damniferis & vtilibus. & propter hoc dixerunt qui- dam Antiquorum de ea, ꝙ est germana casus. Et qm̄ sic, est tunc ars habitus cō- munis artificians cum ratione veridica; & terminus non artis est contrariū hu- ius termini: intendo habitus artificians cum ratione mendacij. F

De prudentia. *Cap.* V.



E prudentia vero ita statuere possemus, si considerare- mus quosnam esse prudentes dicamus. Videtur igitur prudentis uiri esse proprium, posse recte consultare de iis quę sibiipsi bona sunt, atque utilia. non ex parte, vt quænam: ad sanitatem & robur conferant, sed quæ ad bene viuendum in* vniuersum, Cui rei argumento illud est, quod eos etiam, qui circa aliquid consultāt, prudētes appellamus, cū ad finem aliquem bonum de iis quorum non est ars, recte ratiocinātur. Quare invniuersum quoq; is erit prudens, qui est consultatorius. De iis vero, quę aut esse aliter non possunt. aut nequeūt sub actionē ipsius cadere, consultat nemo. Quapropter si modo scientia est cum

*a.l. vniuersum.

A demonstratione, & eorum quorum principia possunt aliter se habere,
nulla est demonstratio: omnia enim possunt aliter se habere: de neces
sariis autem non licet consultare: prudentia neque sciētia, neq; ars es
se ullo modo poterit. Scientia quidem, propterea quia id ꝙ in actio
nem venit, esse aliter potest: ars, quoniam aliud actionis, & aliud effe
ctionis genus est. Restat igitur vt prudētia habitus sit vera cum ratio
ne actiuus circa ea quæ & bona & mala homini sunt. Nam effectio-
nis finis diuersum quid ab ea est: actionis vero nōn semper. ipsa n. bo
na actio finis est. Propterea Periclem atq; huiusmodi viros prudētes
esse existimamus, quia & quæ sibi & quæ aliis hominibus sunt bo
na possunt contemplari. eos autem esse tales putamus, qui familia-
res & ciuiles sunt, Inde etiam est ꝙ tēperantiā σωφροσύνην appellamus,
vtpote prudentiam conseruantem. talem enim existimationem con
seruat: quippe cū iucundum & molestum non omnem existimatio-
nem corrumpat, & peruertat, verbi causa triangulum tres angulos
B duobus rectis æquales habere, vel non hăbere: sed eas tantum quæ
ad agendas res spectant. Principia enim agendarum rerum sunt id
cuius causa res aguntur. illi autē qui aut uoluptate aut dolore corru
ptus est, principium statim non apparebit, neque eius causa, atq; ob
id oīa eligi, atq; agi oportere: vitium. n. eiusmodi est, vt principium
corrumpat. Quam ob rem necesse est prudentiam habitum esse cum
ratione vera actiuum circa ea quæ humana bona sunt. Iam uero ar- Prudētię definitio.
tis est uirtus, prudentiæ autem minimæ. Atq; in arte quidē qui spon-
te peccat, magis eligendus est minus, qui in prudētia idem facit: si-
cut etiam uirtutes. Igitur prudentiam non artem, sed virtutem quan
dam esse manifestum est. Cum autem duę sint anime partes, quæ ra
tionis capaces sunt: prudentia alterius virtus esse videretur, id est
opinatrix: nam circa id quod aliter se habere potest & opinio & pru-
dentia uersatur. Adde quod neque habitus est duntaxat cum ratione
cuius rei indicium est, ꝙ eiusmodi habitus esse obliuio potest, pru-
C dentiæ non potest.

Dixit. Nomen autem prudētię absolute dicimus de eis, quibus est bonitas consiliationis inuentione eius, qđ est directius et vtilius hominibus, non in pte vna ex particularibus vtilibus vt vtilibus in sanitate & robore, sed in oībus particularibus, in quibus existit cōmoditas uiuēdi. Et signum huius est ꝙ nominamus prudentes eos, qui potestatē habēt versandi cogitatum ad inueniendū finē nobilē. & hoc in rebus, quę inueniuntur absq; arte & magisterio. Vniuersaliter ergo prudentes sunt illi, qui possunt inuenire per cogitatū suum res conferentes & res nocentes. & nō uersatur aliquis cogitatum suum, quemadmodum dictum est, in impossibilibus, neq; in necessarijs. Et scīa quidē in rebus, in quibus est demonstratio: & demōstratio quidē est in necessarijs iterum igitur prudentia non est scientia: neq; etiam est magisteriū. Scientia quidē non, eo ꝙ scitum impossibile est aliter se habere magisteriū autē non, intendo artem, eo ꝙ subiectū eius est diuersum genere. Et cum sic sit, tunc prudentia uniuersaliter est habitus animalis efficiens cum ratione ueridica bonorum humanorū. Et iam patet ꝙ magisterium aliud est a prudētia: eo ꝙ finis actionis inuēti per consiliationē alius est ab inuento per consiliationē; finis autem artis est

ipsummet artificium. Dixit. Prudentes autem secundum veritatem sunt illi qui inuentione bona tantum, et huius causa vident homines ꝙ prudentes sunt, sicut talis & talis: & qui fuerunt famosi prudentes apud eos, eo ꝙ potentiam habuerunt ad inueniendum bona, quæ fuerunt bona eis & hominibus: & videtur ꝙ similes horum industriam habent ad constituendum quodammodo vitam dum in domo & in ciuitate: intendo eos, qui potentiam habent gubernandi propriam familiam, & rempu. D. Ideo nomen casti in græco deriuatum est a nomine prudentis. prudens enim est qui custodit opinionem suam, ne corrumpant eam meror aut gaudium: intendo dilectionem & concupiscentiam: sicut custodit castus actionem suam, ne corrumpat eam delectatio vel voluptas. & est quidem sic, eo ꝙ non omnis opinio corrumpitur a voluptate & tristitia. corruptio namque credulitatis ꝙ tres anguli sunt æquales duobus rectis non fit ex parte voluptatis & tristitiæ: sed ex parte corruptionis principiorum, quæ necessariam faciunt corruptionem credulitatis tantum. Opinio autem prudentialis corrumpitur quidem ex istis duabus: intendo ex parte corruptionis principiorum, & gratia delectationis & tristitiæ. & corruptio eius, quæ fit ex parte delectationis & tristitiæ, statim apatet: intendo ꝙ magis apparet quam corruptio quæ fit ex parte propositionum. Cumq; opinionem prudentialem certam non committetur corruptio ex parte concupiscentiæ, tunc de necessitate prudens non eliget res ambas simul: intendo ad inuentionem boni & mali: eo ꝙ inuentio mali est a principio corrupto ex parte concupiscentiæ: & distinguuntur etiam, eo ꝙ inuentio mali est ab habitu malitioso. Et cum sic sit, tunc prudentia secundum veritatem est habitus effectiuus cum ratione veridica bonorum humanorum. Et propter hoc magisterium indigens est virtute: prudentia autem fere est ipsa virtus. Ideoq; qui male agit in magisterio & peccat voluntarie, melior est eo, qui peccat in prudentia; & est deterius in prudentia, quemadmodum in virtutibus. Et ex hinc apparet ꝙ prudentia virtus quædam est, & non magisterium: intendo artem. D. Et ex quo est iste habitus partis animæ, quæ habet rationem: intendo partem rationalem: tunc ergo iste habitus, intendo prudentialem, est virtus illius partis, quæ habet putationem. putatio enim est in rebus contingentibus: & iste habitus, qui est prudentia, est etiam in contingentibus. & non est prudentia habitus rationalis tantum. Et huius signum est: quoniam omnis habitus veridicus proportionatur huic parti: intendo rationalem: & non proportionatur omnis habitus veridicus prudentiæ. E

De intellectu. *Cap. VI.*



Voniam vero sciẽtia de vniuersalibus ac necessariis existimatio est: rerum autem demonstrabilium, scientiæq; omnis principia sunt: cum ratione.n est scientia efficitur, vt principii rei scibilis neque scientia, neque ars, neque prudentia esse possit. Quod enim est scibile, demõstrabile est hæ autem circa ea versantur, quæ esse aliter possunt. Sed neque vero sapientia horum est: sapientis enim est, de nonnullis habere demonstrationem. Si igitur ea quibus verum, & nunquam falsum dicimus circa ea quæ vel possunt, vel non possunt aliter euenire sunt scientia & sapientia & prudentia, & intellectus: ex tribus autem horum esse nihil potest, tria dico prudentiam, sapientiam, & scientiam: restat intellectum esse principiorum. F

Dixit. Neq; apprehensio principiorũ scientia est. nam scientia est ex habitibus veridicis: & est apprehensio rerũ vniuersaliũ necessariarũ ex rebus, quæ sunt de necessitate prima demõstrationis: intẽdo propositiones primas.

A & hoc, quã omnis, quod est præter principia, scientia est, principiorũ aũt non est scientia: intendo φ non sciuntur ex parte alterius a se, imo sciuntur quidẽ per seipsa. neq; etiam scientia magisterium est: eo φ res necessariæ non fiunt per artẽ, & res factæ per artem sunt res cõtingentes. D. Et eã, per quæ possibile est vt veraces simus, neq; mẽtiamur in rebus necessarijs, tria sunt, sciẽtia, sapiẽtia, intellectus. cum autem intellectus principiorũ primorũ sit, intendo propositiones intellectas primas, tunc non est prudentia, neq; sciẽtia, neq; sapientia.

De sapientia. Cap. VII.



Apientiam autem in artibus attribuere illis consueuimus, qui ab solutissimi in ipsis sunt: vnde Phidiam sapientem marmorarium, Polycletum statuarium sapientem dicimus, nihil aliud hic sapientiæ nomine quam artis ipsius virtutem significantes. Cæterum esse alios quosdam omnino, non ex parte sapientes existimamus, neque alia aliqua in re sapientes: queadmodum inquit Homerus in Margite:

B Is nec fossor erat, nec erat robustus arator,
Aut alia re aliqua sapiens. sic numina diuum
Concessere. Qua propter exactissimam scientiarum esse sapientiam manifestum est. Sapientẽ igitur nõn solũ ea quæ ex principiis sũt cognoscere, sed ẽt circa principia ipsa verũ dicere oportet. Quã re sapiẽtia erit intellectus & scientia: ac quasi habens caput scientia rerum præstantissimarum. Absurdum. n. est, si quis scientiã ciuilem, aut prudentiam honestissimam esse existimat: nisi scilicet homo sit optimum omnium quæ in mundo sunt. Nam si salubre & bonum hominibus ac piscibus diuersum est, albũ autem & rectum idem: sapiẽs quoq; idem prudens diuersum esse omnes asseuerarent. id enim singula quod circa seipsum quod bene se habet, considerat, prudens esse dicerent, eique seipsa committerent. Vnde etiam bestias nonnullas prudentes esse inquiunt, quæcunq; in vita traducendã prouidendi habere vim quandam videntur. Perspicuum autem est ciuilem &
C sapientiam eandam esse nullo modo posse. nam si eam quæ circa sibi ipsis vtilia versatur, sapientiam dicent, multæ erunt sapientiæ: non enim vna est quæ omnium animalium bonum consideret, sed singulorum diuersæ. nisi scilicet vna quoque sit medicina circa omnia quæ sunt. Quod si hominem cęterorum animalium optimum esse dixerint, id nihil refert: quandoquidem homine alia natura sunt longe diuiniora: vt ea quæ sunt manifestissima, ex quibus mundus constitutus est. Constat igitur ex iis quæ dicta sunt, sapientiam esse rerum præstantissimarum natura scientiam & intellectum. Vnde Anaxagoram & Thalem atque huiusmodi homines, cum ignorare ea quæ sibi vtilia sunt, viderint, non prudentes, sed sapientes esse dicunt: ac superuacua quidem, & admiranda, & difficilia, & diuina cognoscere ipsos asserunt, sed inutilia tamen: propterea quòd non humana bona inquiunt. prudentia autem circa humana bona versatur, atque eã

quæ in consultationem cadunt. Prudentis enim id maxime opus esse dicimus, vt recte consultet: de illis autem consultat nemo, quæ euenire aliter nequeunt: neque de iis quorum finis aliquis non est atque is eiusmodi, vt agendum bonum sit. Bonus autem consultor absolute ille est, qui quod optimum homini ex agendis rebus est, coniectura assequi ratiocinando potest. Adde quod neque vniuersalium tantum prudentia est, sed opus est, vt singula etiam cognoscat: est enim actiua. at actio circa particularia versatur. Hinc fit, vt nonnulli etiam nescientes nonnullis scientibus actuosiores sint: & in reliquis illi qui sunt periti. nam si quis leues quidem carnes cognouerit, facile concoctu esse, & salubres, quæ tamen leues sint ignoret, is profecto sanitatem non efficiet: sed ille efficiet magis, qui auium carnes esse leues & salubres sciuerit. prudẽtia vero actiua est. Quare vel vtraque, vel hanc potius habere oportet. Esset autem quædam etiam hic architectonica ac princeps.

Vide consimile ĩ proœmio Metaphysi.

DIxit. Et cum sapientia proportionetur in artibus & magisteriis, eis qui sunt periti in ipsis & excellentes, tunc manifestum est ꝙ sapientia non significat super aliud, nisi super virtutem magisterij. Si ergo fuerit hoc magisterium in fine certificationis, tunc palam est ꝙ de illo dicetur sapientia absolute, non sapientia alicuius. Et manifestum est, ꝙ sapientia, cui inuenitur iste modus ex scientia, intendo certificatiuum, est illa, quę cognoscere facit principia: intẽdo principia creditionis & principia existẽtię cognitione certitudinali. Et propter hoc necessariũ est sapiẽti vt non solum sciat ꝙ est post principia: sed vt etiam cognoscat principia scientia exquisita in fine certitudinis: intẽdo propositiones. Et cum sic sit, tunc erit sapientia & intellectus & scientia ex rebus honorabilibus valde: intendo in fine. Incõueniens.n. est vt aliquis putat ꝙ scientia ciuilis & prudentia sint in fine ex virtute: nisi credat ꝙ homo sit nobilissimum, quod est in mũdo. si autem fuerint hic res nobiliores homine, tunc scientia illarũ & intellectus earũ est nobile illud, qđ est in vltimo. D. Et oẽs vident sapientẽ alium esse a prudente: ideo ꝙ prudẽs apud eos est, qui opinat opinionẽ rectã in oĩbus quę agit homo ꝓp seipsa, & quę eligit ꝓp seipsum: & placide accipiunt eius eligentiã hoĩes, & confidunt in ipsius cogitatione. Et propter hoc dicunt homines de quibusdam ferarum ꝙ sint prudentes, & sunt illę quę habẽt potentiam ad præuidendum, & laborant ad gubernãdum seipsas labore studioso. D. Est etiam manifestum ꝙ non est sapiẽtia & scientia ciuilis res vna eadẽ. nã si asserat quis ꝙ sapientia quidẽ sit in scientiis conferentibus homini, tunc erunt sapientię, & quemadmodum vtilitatem ferentia oĩbus animalibus non sunt vna, nisi existente medicina vna omnibus speciebus animaliũ, similiter conferens cognitio hominum non est res vna eadem. Si aũt dicatur hoc, eo ꝙ homo nobilior est cęteris animalibus: intendo ꝙ cognitio conferentis ei est sapientia & est nobilior rerum: tunc nõ est hoc quidẽ rectum, cũ sint hic res diuinę, quę nobiliores sunt homine: vt res, quę sunt principia, ex quibus constitutus est mundus: & cum sic sit, tunc notitia illorum perfecte est sapientia, non notitia rerum conferentium. Iam ergo patet ex eo qđ dictũ est, ꝙ sapientia est intelligentia & scientia illa, quę est in rebus honoratis valde naturaliter: intendo quę sunt in fine honorabilitatis. Et ꝓp hoc dicimus ꝙ Plato & Socrates sunt sapientes: & nõ dicimus ꝙ sunt prudentes: cũ videamus eos ignorasse res bonas sibiipsis. & dicimus ꝙ sciuerunt res multas: & res admiranda & res difficiles, & venerabantur illas, etsi non fuerint cõferẽtes: eo ꝙ ipsi non requirebãt bona cõferentia humana, sed diuina. prudẽtia aũt est in bonis humanis, & in quibus pose est, vt versetur consiliũ: intẽdo vt dispensetur. Etenim actio prudentiũ scđm plurimũ quidẽm est versationis consilij, nemo aũt, vt diximus

A verſat conſilium in rebus, quas impoſsibile eſt aliter eſſe, & ſunt res neceſſariç. neq; etiam aliquis verſat conſilium in his, in quibus non eſt complementũ; in tendo finem. D. Et prudens poliens conſilio abſolute eſt ille, qui arbitratur co gitatione quid eſt melius hoĩ ex factis, & inuenit ipſum. Et non eſt prudentia cõpleta cognitio vniuerſalium ex rebus cõferentibus tantũ & ipſorũ inuentio ſed oportet prudentem ſcire res vniuerſales & particulares ſimul ppea φ hęc ſcĩa eſt operatiua, & operatiuum quidem circa particularia eſt. Et propter hoc inuenimus quoſdam hominum minus ſcientes: v.g. in arte Medicinę operantes melius quibuſdam plus ſcientibus de vniuerſalibus, & ſunt illi, quorũ multiplicata eſt experientia plus q̃ eorũ ſcientia. ſed apud quẽ eſt ſcĩa vniuerſalis abſq; particulari, huic non eſt poſsibile operari quicquã per eã. ſciens. n. φ carnes leues bonę ſunt ad dirigendũ & conuenientes ſtomaco. nõ ſciens aũt q̃ carnes ſunt, non operabitur per eas penitus. ſciens vero φ pulli ſunt bonę digeſtionis, põt per eos operari ſanitatem. Et cum ſit in oĩbus rebus operatiuis, & ſit prudentia operatiua, tunc neceſſe eſt vt ſint eis ambę: intendo vniuerſale & particulare, melior. n. eſt cũ vtraq;, quã cũ alterutra earum. D. Prudentia aũt ciuilis eſt, cuius proportio ad alios habitus prudentię eſt proportio artis carpentarię principalis ad alias artes particulares, quę ſunt ſub ea.

Apud quem eſt ſcĩa vniuerſalis abſque particulari, nõ eſt ei poſſe operari qcquã p eã.

B *De partibus prudentiæ.* *Cap. VIII.*



Atque eſt quidem & ciuilis prudencia idem habitus: eſſentia tamen ipſis eadem non eſt. Eius autem prudentiæ, quæ circa ciuitatem verſatur, altera eſt vt architectonica ac præſes, quæ eſt legiſlatrix: altera vt particularis, quæ communi nomine ciuilis appellatur: atque hæc actiua eſt conſultatiua. decretum. n. vtpote extremum agenda res eſt. Iccirco ciuitatẽ adminiſtrare hi tantummodo dicuntur: hi enim perinde ac manuales artifices ſoli agunt. At vero prudentia etiam maxime ea eſſe videretur, qua circa ſeipſum & vnũm quiſpiam vtitur: atq; hæc communi nomine prudentia appellatur. illarum autem alia familiaris, alia legiſlatrix, alia ciuilis dicitur: atq; huius altera conſultatiua, altera iudicialis. Species igitur *cognitionis quędã eſ- C ſet, ſibiipſi proſpicere: ſed differentiam magnam tamen habet. videturque ille qui ſua cognoſcit, in hisq; verſatur, prudens: ciuiles autẽ *negocioſi. Vnde etiam Euripides?

*al. prudentię.

*a. l. curioſi.

Quo nanq; pacto valeo prudens dicier?
Cui ſic licebat inter alios milites
Negocio eſſe ſine vllo, & æquam ſumere
Partem bonorum cætero cum exercitu?
Nam curioſos, atq; agentes plurima

Odere diui. Quærunt enim quod ſibi bonum eſt: idq; agendum eſſe exiſtimant. Ex hac igitur opinione euenit, vt prudentes hi ſint: tametſi fortaſſe vniuſcuiuſq; bonũ ſine familiari & ciuili non eſt. Præterea vero quo modo proprium vniuſcuiuſq; bonũ adminiſtrare oporteat, obſcurum eſt, atq; iccirco conſiderandum. Huiuſce autem rei iudicium quoq; illud eſt, φ iuuenes licet geometrici & mathematici, atq; in eiuſmodi rebus ſapientes euadant: prudentes tamen euadere

Pueri mathematici euadunt, prudentes minime.

non videntur. Causa autem ea est, ꝙ particulariū est prudētia, quę ex experientia * nobis innotescūt: iuuenis autem expertus non est. experientiam enim temporis afferet longitudo. Nam illud etiam consideratione dignū videtur: quid sit, ꝙ puer fieri mathematicus potest, sapiens, aut naturalis non potest. An quia illa per abstractionem sunt, horum autem principia ab experientia sumuntur: & hæc nō credunt quidem iuuenes sed, dicunt: illorum vnumquodq; quid sit, obscurum non est. Præterea error in consultando, vel circa vniuersale, vel circa singulare contingit, vel enim omnes aquas ponderosas esse prauas, vel hanc esse ponderosam ignorant quispiam. Prudentiam autem non esse scientiam perspicuum est: est enim ultimi, sicut diximus quippe cum eiusmodi sit id quod in actionem cadit. Vnde etiam intellectui opposita est. ille. enim. est terminorum, quorum nulla ratio est: hæc vltimi cuius non est scientia, sed sensus. neque is propriorū sed eiusmodi, quo sentimus in mathematicis triangulum esse vltimū sistet. enim. etiam illic: sed hic sane sensus magis est qui est prudentia: ille species altera est.

*a.l. pruden rer efficiunt. Experiētiā temporis afferet longitudo.

D

E

ET ista prudentia & ars gubernandi ciuitates sunt vnum subiecto. Et prudentia ciuilis est. cuius proportio ad alias prudentias est proportio principātis carpētarię ad reliquas particulares artes carpentarias. & est prudētia ꝙ pertinet positori legum: intendo ꝙ per ipsam elicit constitutionis vtiles in oī tempore, aut in pluribus. & hęc est, quę noīatur prudētia ciuilis sc̄dm veritatē. Prudentia vero, per quam inuenitur vtile sc̄dm tēpus aliqd, si noīnetur ciuilis, hoc erit sc̄dm participationē nominis. & est quidē sc̄dm veritatem operatiua, sicut aliqua rerū particulariū operabilium: dicitur vero ciuilis, eo ꝙ per istā prudentiam fit commensuratio & emendatio peccati incidentis in constitutionibus, quas promulgauit dominus legum: intendo positorem, rerum vniuersalium inuentatum per prudentiam vniuersalē, & per artem, & per vltimā singularem vniuersalem. Et ex isto modo dicitur de proposito mensuris & ponderibus in ciuitate ꝙ sit ciuilis: & est quidem sc̄dm veritatem, sicut vnus illorū, qui operantur opera particularia, vt artifices operantes manu. D. Et putatur ꝙ nomen prudentis dicitur quidem secundum plurimum de potestatem habentibus inueniendi bona sibiipsis aut ciuilibus hominum, non de eis, qui possunt inuenire ꝙ bonum & melius simul de ciuitate vel rei pu. aut vnicuiq; maneriei hominum. & non est ita. etenim hęc prudentia particularis fit certa, quando extiterit post vniuersalem communem. speciebus autem prudentiarum, alię quidē sunt regimen domesticum, alię ciuile proprium & cōmunem, alię consiliatiuā, alię patrocinatiuū. D. Et fortassis scire rem ad operandū altera maneries est scire eam tantum absq; operatione: immmo in hoc diuersitas magna existit. D. et putatur de eis, qui sciunt bona sibiipsis. & perseuerant in eorum inuentione, ꝙ sint prudentes, ciuiles aūt, intendo eos, qui adinueniunt bona communia, sunt illi de quibus putatur ꝙ multo sint pręstantiores in operationibus. Et propter hoc dixit poeta Euripides, sc̄dm ꝙ estimo, qualiter est possibile ꝙ sit prudens ille, cui possibile est accipere bonum absque operatione laboriosa, & accipit ipsum cum labore, & multitudine operationis. vult vt ęstimo. cum fuerit cociuis facit se solitarium. Veruntamen cum illi, qui multum insudant operationibus, inquirentes sint per eas bonum sibiipsis, & iudicent opportunum esse vt agant istud, intendo operationes multas, videtur propter hoc ꝙ omnes prudētes inquirant quid bonum sibiipsis. attamen fortassis non erit illud possibile absque gubernatione ciuili. Et vniuersaliter immanifestum, qualiter oportet vt inquirat homo bonum sibiipsi: an per modum quo singularis est, aut quo est pars

F

dritum, D. Et signum eius, quod dixit est f. ꝙ prudentia est quidem cum ętate: et ed ꝙ iuuenes inueniutur Geometrę, et vniuersaliter boni in disciplinabilibus, & habentes notitiam rerum earūdem significatarum, & non sunt prudentes. Et in hoc est, ꝙ prudentia quidem existit in aduentione rerum particulariū: et propositiones, per quas adinueniuntur, fiunt notę quidem ex parte multę experientię: & iuuenes non sunt multę experientię: eo ꝙ longo tpe indiget multę experientię adeptio D Fortasis aūt interrogabit quis, quare inueniuntur ex iuuenibus periti in quadriuialibus, & non in naturalibus. neque etiam inueniuntur sapientes: intendo in metaphysica: intendo prudentes. Huius cā, qm̄ quędā ꝓpositionum istarum scientiarum accipiuntur ex scientijs alijs: & quędam comprehendantur ex multitudine experientiarum; & quasdam earum non est possibile credere iuuenes: & in quibusdam earum non sunt manifesti termini: Neque maniclum est in eis si fueri· peccatū incidēs in propositione vniuersalj aut particulari: vt in iudicādo an ista aqua mala. hoc. n. indiget duarum propositionū verificatione vna quarum est, ꝙ aquę ponderosę malę: altera ꝙ hęc aqua ponderosa. vult ꝙ difficilis sit scientia huius, nisi pręcesserit ante id scientia artis logices. & hoc nō erit nisi in lōgo tpe. D. Neq; prudētia est scīa: eo ꝙ prudentia est apprehēsio rei operatę, & operatū oppositū est scito intellecto. Etenim intellectus nō apprehendit res particulares operabiles: prudētia vero apprehensio quidem est rerū sensibiliū. & ego non intendo per sensibilia hoc, qd apprehendūt sensus: immo volo ęquidē per illud potētiā illā, q̄ sentit ꝙ simplicius illud, qd est in figuris, est figura triū angulorū & est phantastica, attū phantastica, q̄ videre facit opabile, propinquior est sensui, q̄ phantastica, quę est in doctrina.

B

Intellect' nō apprehendit res particulares operabiles.

De bona consultatione. *Cap. IX.*

Am vero quærere & consultare inter se differunt: consultare enim quærere aliquid est. Oportet autem de bona consultatione quidnam sit, statuere: vtrum scientia aliqua, an opinio, an bona coniectatio, an aliquod aliud genus. Scientia quidem non est: non. n. de iis quæ sciūt inquirunt. bona autem consultatio, coniectatio quædam est. qui vero consultat quęrit, & ratiocinatur. Sed neque bona coniectatio est: quippe cum & absque ratione, & citum quid bona coniectatio sit: lōgo autem tempore consultent. Vnde aiunt, cito agenda esse quæ consulraueris: tarde vero ac diu consultandum. Adde ꝙ solertia & bona consultatio diuersa inter se sunt solertia vero bona quędam coniectatio est. Neque vero bona consultatio opinio vlla est sed quoniam errat, qui male consultat: qui bene, recte id facit: bonam consultationem esse rectitudinem quandam perspicuum est: quæ tamen neque scientiæ est, neque opinionis. scientiæ siquidem neq; rectitudo vlla est, neq; error: opinionis aūt veritas rectitudo est. Accedit, ꝙ definitum iam omne id est, cuius est opinio. Quinetiam neq; sine ratione, bona consultatio est: cogitatione igitur est inferior: quippe cum nōdum sit enunciatio. nam opinio non inquisitio, sed enunciatio iā est. qui autem consultat, siue bene, siue male id faciat, quærit aliquid, ac ratiocinatur. Sed bona consultatio consultationis rectitudo quædam est: iccirco primum quid sit, & circa quid versetur cōsultatio, est quęrendum. Quoniam vero rectitudo pluribus modis dicitur: non om-

C

nem rectitudinem esse bonam consultationem perspicuum est. in con- D
tinens.n.& prauus quod proponit sibi ratiocinãdo videre, assequetur: vt ita recte quidem consultauerit: magnum tamẽ malum sibi comparatit. At bene consultasse esse bonum quoddam videtur. talis.enim. rectitudo consultationis bona consultatio est, quæ ad bonũ assequẽdum spectat. Sed fieri tamẽ potest, vt falsa ratiocinatione id assequamur, quodq; oportet facere assequamur per quod tamen oportet, nõ assequamur: sed medius terminus falsus sit. quare neque eadem erit bona consultatio qua quod oportet quidem assequetur quispiam, non tamen per quod oportet. Preterea fieri põt, vt multo tẽpore aliquis, aliquis vero cito consultans quippiam assequatur. ergo neque illa adhuc bona cõsultatio ẽ: sed ea rectitudo, quæ secũdũ vtilitatẽ & id*quod oportet, & sicut, & quando, existit. Fieri item potest, vt & absolute bene consultet quispiam, & ad quẽdam finẽ. Bona itaq; consultatio absolute ea est, quæ ad finem absolute: quædam vero bona consultatio, quæ ad quẽdam finem spectans pficitur. Si igitur prudẽ- E
tium est bene consultare, bona consultatio rectitudo ea esse videtetur, quæ secundum Vtilitatem ad quendam finem spectat, cuius prudentia Vera existimatio est.

* a.l. quo ẽ opus.

DIxit. Et manifestũ est ꝙ inter querere absolutum & versationem consilij differentia quedam est. etenim versatio consilij querere quiddam est, s. querere cogitatione: querere vero interdũ cõtingit absq; cogitatiõe. Vnde hoc, in quo nobis est consyderandum, est an bonitas versionis consilij est scientia, an bonitas sagacitatis, aut genus quoddã ad bonũ. Et putatur non esse sciẽtia: eo ꝙ illius qui versat consiliũ, actio est questio scientie rei alicuius: qui aũt scit rem, non quærit eius scientiam. De bonitate aũt versationis consilij manifestum est ꝙ est versatio quedã consilij: & versatio cõsilij est inquisitio p meditationem. Et similiter non est etiã bonitas sagacitatis & arbitrationis. etenim bonitas fit semper per velocitatem intellectus, & mutationẽ cogitationis velociter: versatio vero consilij semp fit in tempore longo. Ideoq; dicunt homines ꝙ non oportet vt cito agãtur res ille in quibus est versatio cõsilij, neq; ille, in quibus versatur cõsiliũ tempore modico. Et bonitas arbitrationis est velocitas intellectus: & velocitas intellectus est absq; bonitate versationis cõsilij. Neq; & F
est bonitas versationis cõsilij putatio ex putationibus; eo ꝙ putatio non est inquisitio. verũtamen si fuerit ille, qui bonificat versationem consilij, nõ peccãs, tũc patet ꝙ bonitas versationis cõsilij est certitudo quedã cõsilij. Et hinc declaratur ꝙ nõ est scia. nam scientiæ non est bonitas, cum non sit peccatum in ea: putationi aũt sane inuenitur veritas, sicut inuenitur versatio consilij, & nõ est versatio consilij putatio sana. Attamen, cum sit absq; ratione, tunc remanet, vt ptineat potentie cogitatiue. & ppistam potentiã requirit ꝙ est bonũ quoddã, de quo nondum apprehendit ꝙ bonũ: putatio aũt non requirit ꝙ nondum est apud eam bonum quoddam, sed fit hoc quidem postquam apprehendit, quoniã bonũ quoddam. & propter hoc putatio apprehẽdens, non requisitrix. qui vero versat consiliũ versatione bona aut mala, post hoc requirit aliquid & cogitat in ipso. Bonitas ergo versationis consilij certitudo quedam est, ideoq; perscrutandũ nobis est primo quid est versatio cõsilij, & in qua re sit ista certitudo. Certitudo enim inuenitur in multis speciebus: & propter hoc non omnis certitudo est bonum consilium. mali nanq; interdum versatur consiliũ sanũ ad inueniendum malũ aliquod. & hoc factum eorũ non est bonitas consilij: est etenim malum & bonitas consilij bonum. Et propter hoc putatur ꝙ bonitas cõsilij sit

A Inuentio boni. verũtamen hæc inuentio interdũ fit non per se, & hoc, qñ inuenta fuerit veritas per propositiones falsas: & interdum fit per se, s. quando inuẽta fuerit veritas per propositiones veras. Iterum ergo non sufficit vt dicatur de bonitate versationis consilij ꝙ est adeptio boni, & inuentio eius quod oportet inueniri, donec additio fuerit ei. & per hoc, & qđ oporte vt inueniatur, inuẽtio inuentionem boni, per illud per qđ oportet inueniri. & est syllogismus verarũ propositionũ & sanę figurę. & similiter etiam non est introitus tempori in terminum bonitatis versationis consilij. Iam enim inuenitur bonum per cogitationẽ sanam in tempore lõgo, & iam inuenitur in tempore breui. neq; etiã certitudo est certitudo consilij, quod proportionatur ad omne bonũ, sed ad bonũ conferens, nõ ad bonũ, quod est iustitia, neq; ad aliquod tale in bonis. Cũ ergo fuerit homo interdum mouens consiliũ, quod est bonum absolute ex inuentione finis, qui est etiam finis & complementum absolute, tunc certitudo inuenta in hoc consilio, est bonitas versationis consilii absolute. Qui autem versauerit consiliũ in eo, qđ est finis quis nõ absolute, sed quibusdã prudentiũ, tũc bonitas versationis cõsilij in hmõi finibus est sanitas talis cõsilij in relatione ad illũ finẽ: & prudẽs est, qui habet putationẽ veram a bonitate versationis consilii.

De perspicacia Cap. X.

B 

IAm vero perspicacia quoque est & hebetudo, quibus homines perspicaces atque hebetes dicimus. neque omnino idem cum scientia vel opinione hec est: homines enim essent perspicaces. neque est vna aliqua ex singulis sciẽtiis: verbi causa neq; medicina: de salubribus. n. esset. neque geometria: nam circa magnitudines uersaretur. neque enim de iis quæ semper sunt, & motu carent, pspicacia est, neq; de iis quæ quomodolibet fiunt: sed de quibus dubitaret quispiam, atque cõsultaret. Ideo circa eadem quidem, circa quæ prudentia, versatur idẽ tamen prudentia & perspicacia non est: prudentia. n. præceptiua est: quid enim agendum aut nõ agendum sit, finis est ipsius: pspicacia vero iudicatiua tantummodo idem nãque est perspicacia & bona perspicacia: perspicaces siquidem ẽt bene perspicaces sunt. Neq; vero habere neq; acquirere prudentiã perspicacia est: sed sicut perspicere dicitur discere, cum scientia quispiam vtitur ita quoq; cũ opinione vtitur ad ea iudicanda, de quibus prudẽtia est, alio dicente: & iudicanda quidem recte. bene. n. & recte idẽ est, & inde nomẽ hoc venit pspicacia. qua bene pspicaces homines sunt, ex ea scilicet quæ in discẽdo consistit. discere enim sæpenumero, perspicere dicimus

C

DIxit. Et potẽtia ingenij, & non ingeniũ, per quã dicimus ꝙ hoc est habẽs ingeniũ, & hoc non habet ingenium, est etiã aliud a potentia putationis & scientię. nam si non, esset oĩs, apud quẽ esset sciẽtia aut putatio, ingẽniosus, nec etiã potentia ingenij est vna ex scientijs particularibus, vt scientia Medicinę, qua existit in rebus receptiuis curationis, vt scientia dimẽsionis q̃ existit in magnitudinibus: eo ꝙ ingeniũ non est in rebus necessarijs. neq; in rebus, quarũ nomina causaliter se habet, sed in rebus difficilibus, in quibus versatio fit cõsilij. Et pp hoc fit quidem ingeniũ in rebus eisdem, in quibus est prudentia: verũtamen non est ingeniũ & prudentia res vna. nam prudentia est apprehensio agendorũ & non agendorum: ingenium aũt est sententiãs & iudicãs, & est ipsum, & acceptio intentionis vtiũ & idẽ. attamen, quemadmodum nominamus receptionem scientię disciplinam & scientiam, sic quãdo fuerit ille, qui vtitur

putatione, iudicans in rebus, in quibus est prudentia, iudicium bonum, & dicit de eo ꝙ est ingeniosus. D. Et transumitur quidem istud nomen ad hoc factũ in prudentia ex speculatione in doctrinalibus. videmus .n. quadriuiales dominos ingeniorum vel ingeniosos. & postquam consilium bonũ est cuius finis bonũ, et hoc quidem inuenitur ex virtuoso, erit consilium bonum iudiciũ rectum procedens a virtuoso. & propter hoc multotiens dicimus ꝙ virtuosi domini sunt consiliorum bonorum: & ꝙ domini consiliorum bonorum sunt virtuosi. cõsiliũ ergo bonum est iudicium sanum existens in virtuoso, vt diximus, & sanum est verax. Cumq; sit hoc totum, quemadmodum determinauimus, tunc omnes habitus, quos definiuimus, tendunt ad vnum finem, Nos quidem dicimus, ꝙ hoc est consilium, vel opinio, & discretio, vel ingenium, & prudentia, & intellectus: & proportionamus eas ad homines eosdem: intendo ꝙ quosdam eorum nominamus consiliarios, & quosdam ingeniosos, & quosdam prudentes. & tota eorum vniuersitas intendit rem vnam, & sunt particulares postremę operabiles. & propter hoc sunt omnes istæ potentię operatiuæ, D

De sententia. *Cap. XI.*



Iam quæ vocatur sententia, qua bene sentientes, & habere sententiam quosdam dicimus, est æqui & boni viri iudicium rectum. Cui rei id argumentum est, quod æquum & bonum virum maxime esse ad consentiendum id est ignoscendum idoneum dicimus: æquitatem vero esse, habere consensionem & veniam circa* singula consentientem sententia est iudicatiua recta æqui & boni viri: at recta ea est, quę est veracis. Sunt autem omnes habitus consentanee ad idem tendentes: nam & sententiam, & perspicaciam & prudentiam, & intellectum ad eosdem referentes dicimus: dum & sententiam, & intellectum iam habere, & prudentes, & perspicaces appellamus. omnes enim facultates hæ vltimorum sunt & particularium. Atque in eo quidem ꝙ ad iudicandum idoneus quispiam est, de iis quæ egit prudens, perspicax & bene sentiens, seu consentiens erit: nam æqua communia bonis omnibus sunt, in eo ꝙ ad alium spectant. Agendæ autem res ex iis sunt quæ particularia & vltima omnia sunt, nam & prudentem oportet ea cognoscere: & perspicacia & sententia circa agenda versatur. at hęc vltima sunt. Intellectus quoque vltimorum est in vtramq; partem: primorum enim & vltimorum terminorum intellectus est, non ratio. ille quidem, qui in demonstrationibus versatur, immobilium terminorum & primorum: alter qui in actiuis consistit, vltimi, & eius quod euenire aliter atque aliter potest, & alterius propositionis. Hæ enim eius cuius causa aliquid ẽ, principia sunt: quippe cum ex singularibus vniuersalia existant, quorum sanè habere sensum oportet: is autem sensus intellectus est. Quocirca esse etiam hæc naturalia videtur, ac sapiens quidem natura nemo est: sed sententiam habet, & perspicaciam, & intellectum. Indicium cuius illud est, quòd hęc se qui etiam ætates existimamus: talisq; ætas intellectu & sententia prędita est, quasi cã ex natura ipsa sit. Ideo & principium & finis intelle B F

*a.l. aliqua

ctus

A ctus est. ex his enim, & de his demonstrationes fiunt. Quare perito rum hominum & seniorum seu prudentum pronunciationibus & opinionibus absq; demonstratione, non minus quã demonstrationibus attendendum est, quia namq; ex ipsa experientia visum habent, principia intuentur. Quid igitur sapientia & prudentia sit: & circa quę vtraq; versetur: tum alterius alteram animę portionis virtutem esse, dictum iam est.

lxii. Sententia aũt & iudicium fiunt quidem in rebus, quibus est prudentia, & bonitas ingenij vel discretionis, & bonitas consilij. Et qdẽ fiunt istę virtutes ad finem suũ. intendo ꝙ, quando fuerit finis inuentus per eas bonum, tunc fiunt virtutes, & postquam est omnis notitia operabilium notitia rerũ particularium: eo ꝙ intentum per hanc notitiã est operatio, & operabilia & ingenium & consilium sunt quidem in operabilibus: & ista sunt vltima in generatione & particularia. D. Et intellectus, cum sit comprehensorum terminorum primorum. & termini primi sunt semper vltima, intendo particularia, tunc intellectus inuenietur ex vltimis, i. ex particularibus scdm spẽs duas; vna quarũ est apprehensor terminorũ primorũ, qui sunt rebus necessarijs & sunt principia demonstrationũ speculatiuarũ: & altera est apprehensor terminorũ primorum, qui sunt rebus prioribus; & sunt principia conclusionum operatiuarum. et B sunt quidẽ termini vniuersales: eo ꝙ vniuersale quidem inuenitur particularibus: & intellectus non est aliquid nisi apprehensio vniuersalis. Et ꝓpter istud patet de re intellectus ꝙ est res comprehensa nobis ex particularibus per naturam. & propter hoc intellectus est aliud sapientia. & similiter opinio, & ingenium sunt ẽt cõprehensa per naturã, vt intellectus. Et huius signũ est, qm̃ videmus quidem ꝙ hominem oportet addiscere res, quãdo fuerit habens intellectũ & opinionem: eo ꝙ natura causa est intellectus & opinionis, non voluntas. & eo intellectus naturaliter habet initium & consumationem: intendo & generatur & cõpletur; eo ꝙ vniuersitas rerum, quę sunt per naturã, initiũ habent & consummationẽ. demonstrationes igitur fiunt ex huiusmodi propositionibus. D. Et ideo oportet vt auscultemus narrationẽ dominorũ experientiarum, & sunt seniores, absq; exigentia demonstrationis super eo ad quod innuunt. & illud non est minus eo, in quo auscultantur demonstrationes: & ꝓpterea ꝙ seniores iam apprehenderunt per experientiam propositiones, ex quibus habuerunt demonstratiuã sufficientiam ad illud, quod nobis ostendũt, apud nos aũt non sunt illę propositiones: nam experientia quidẽ fit ex parte ętatis. D. Iam dictum est quid est prudentia & quid sapientia: & in quibus rebus est vtraq; earum: & ꝙ vtraq; earum virtus, & cuius partis ex partibus animę est virtus.

C

De vtilitate sapientiæ, & prudentiæ. *Cap. XII.*



Dubitaret aũt quispiam de ipsis his habitibus qua in re vtiles sint. sapientia.n. nihil cõtẽplatur quo fieri homo felix possit: quippe cũnullius sit generationis: at prudentia hoc quidem habet, sed cuius causa opus ipsa est? siquidem prudentia est, quę circa ea versatur, quæ iusta, & honesta, & bona homini sunt: ea autem sunt huiusmodi, quæ agere viri boni est. at nihilo magis ad agendũ idonei eõ ꝙ cognoscimus ipsa hęc, sumus, siquidem habitus virtutes sunt: quemadmodum neque salubria, neq; bonæ habitudini conuenięntia, quę non eõ ꝙ faciunt, sed quia ex habitu existunt dicũtur, nihilo enim ad agendum idonei magis ex eo sumus, ꝙ medicinam aut exercitatoriã

habemus. Quòd si non horum causa prudentia studenda est, sed vt
probi fiant: iis sanè qui probi sunt, nihil erit vtilis: quin etiam neque D
iis qui nō habent: quippe cum nihil referat, habeat ne aliquis, an ha-
bentibus aliis obediat satisq; nobis sit: quemadmodum & in sanita-
te. nam quamuis sani esse velimus, medicina tamen non discimus.
Accedit ad hæc quod absurdum esse videretur, si principalior & præstan
tior quam sapientia ea esset, quæ ipsa esset deterior: quæ enim facit,
circa singula dominatur, atq; imperat. De his igitur dicendum est:
nunc enim de ipsis tantum dubitationem exposuimus. Primum itaq;
vtrasq; per se necessario esse expetendas dicimus, cum vtriusque ani-
mę portionis virtutes sint, licet neutra ex ipsis quicquam efficiat. De
inde etiam efficiunt quidem, non tamen vt medicina sanitatem: sed
vt sanitatis bonæ habitudinis operationes, sic sapientia facilitatem.
cum enim totius Virtutis pars sit, dum habetur, atque operatur, faci
lem facit. Præterea opus & ex prudentia & ex morali virtute perfici-
tur. virtus enim propositum scopum: prudentia quæ ad ipsum tendūt, E
recta efficit. Quartæ autem animę partis, id est altricis, nulla talis vir
tus est: quippe cum in ea agere aut non agere situm minime sit. At ve
ro de eo, quòd ex prudentia ad agenda vel honesta vel iusta nih lo
aptiores sint homines, paulo altius incipiendum est, hoc sumpto ini-
tio quemadmodum iusta agentes nonnullos nondum esse iustos di-
cimus, vt eos qui ea quę a legibus præcipiuntur, vel inuiti faciunt,
vel ex ignoratione, vel ob aliquid aliud, & non ob ipsa, cum tamen
ea agant, quæ oportet, quęque bonum virum decet: ita licet: vt quo-
dam modo se habens quispiam singula agat, vt bonus sit: id est ex ele
ctione, & ipsorum eorum causa quæ aguntur. Electionem igitur re-
ctam virtus facit: quęcunque autem natura comparatum est, vt illi-
us causa agantur, non virtutis, sed alterius facultatis sunt. At-
tendendum autem est, ac de his manifestius dicendum. Est itaque
facultas quædam quam calliditatem vocant; ea est talis, vt quæ ad
suppositum scopum conducunt, agere, possit atque hęc quidem si F
propositum honestum sit, est laudabilis: si prauum, versutia est. Vnde
etiam prudentes callidos, & versutos esse dicimus. Prudentia vero
hæc facultas non est: non sine tamen facultate hac existit, sed habitus
oculo huic animæ non absque virtute acquiritur, sicut diximus, &
& perspicuum est. Ratiocinationes enim agendarum rerum princi-
pium habent. quandoquidem eiusmodi est finis, & quod optimum
est: quodcunq; illud fuerit. Sit enim verbi causa, quod inciderit: id ni
si bono viro non apparet: propterea quod distorquet prauitas, facitque
vt circa actiua principia fallamur. Quare non posse quempiam pru-
dentem esse nisi bonus sit, manifestum est.

DIxit. Et fortassis quęret quis quęstionem grauē, & dicet, quę vtilitas est
sapientię. nō enim videmus acquiri eius notitia aliquid, per qd felix fiat
hō; propterea quod ipsa nō efficit aliquid, neq; operatur. per prudentiā autē

A sequntur res felicitantes. at neq; secundum ꝙ prudentia tantum, intendo per se, sed scdm ꝙ est in rebus bonis iustis: & istę sunt, quas operatur vir bonus. & propter hoc nos nõ sumus magis operatores per hunc habitũ, eo ꝙ sit habitus rebus bonis: sed eo ꝙ habitus prudentię tantũ: intendo eo ꝙ nos facimus bonã consiliationem, quemadmodum qm̃ quando fuerimus scientes res curatiuas, nõ sumus cõpletius operantes in arte medicinę, sed eo ꝙ magis medici tantũ. Non est igitur prudentia felicitans per se, cum non dicatur de eo prudentia propter felicitatem, sed propter hoc ꝙ ꝑ se pertinet virtuosis rebus. nõ est ergo proficiẽs per se penitus. ideoq; videmus ꝙ oportet nos recipere consiliũ virtuosis illis, quibus non est scientia versationis consilij, neq; a scientibus illis, quibus non est virtus. quemadmodũ facimus in sanitate. etenim sani esse volumus: attamẽ nõ proficimus in sanitate, nisi per vtrasq; res simul: intendo per sciẽtiam medicinę & per velle sanitatẽ. ideoq; quando volumus sanitatẽ, addiscimus medicinã. est igitur sapientia felicitãs per se: prudẽtia vero ꝑ aliud, non per se. Amplius, fortassis videbitur esse inconueniens vt sit res, quę est sub sapientia magis certa quã sapientia. nam sapientia regit oẽs artes, & principatur eis, et imperat quid operentur scdm ꝙ dictum est in altero loco ab isto. Veruntamen nõ illud propositum, neq; hoc intentũ a nobis: intendo quę inter vtrasq; præeminet. nõ enim intendimus, nisi determinare quę vtilitas sapiẽtię. Dicimus ergo

B ꝙ necessariũ est vt sit eligibilis per se vt sit virtus, & si non agat aliquid: eo ꝙ ipsa est perfectio partis ex partibus animæ: & omne qđ est complementũ vel plectio partis ex partibus aīę, est virtus. Amplius, ipsa quidem facit felicitatẽ per se, non quõ facit medicina sanitatem: immo est quasi ipsamet. sanitas igitur ipsa quidem facit felicitatem, non per hoc, ꝙ ipsa sit alterũ a felicitate; sed qm̃ ipsius comprehensio tantũ est ipsamet felicitas cum sit ipsa volita non propter aliud a se. & hoc est felicitatis dispositio; intendo ꝙ ipsa quęritur propter se, & alia ab ea ꝑꝑ eam. D. Et intellectus quidem proportinatur perfectiont, & cõplemento in prudentibus secundum mensuram habitus prudentię, et secundũ mensuram virtutis moralis coniugatę prudẽtię. etenim virtus rectificat propositum: et prudentia sanat inuentionẽ propositi: intendo finis. Pars autem concupiscibilis, et est ea, cui proportionantur virtutes figurales, i. morales, non habet hanc speciẽ virtutis: intendo virtutem apprehensionis, cum non habeat partem rationis. D. Quoniã aũt non sit prudens perfectius operans & melius consilians, eo ꝙ actio sua fieri habeat in rebus virtuosis & bonis, dicere oportet, postquam resumpserimus sermonem a supra paruin, & ponamus principium nostrũ de hoc illud quod dico. & hoc est: quoniã quemadmodum dicimus ꝙ quidam hominum operantur res iustitię absq; eo ꝙ sint iusti, sicut illi, qui faciunt quod præcipiunt leges aut pręter voluntatem suam, aut propter ignorantiam

C eius quod operantur, aut agunt hoc propter aliquid aliud nõ gratia illarum rerum earundem: & vniuersaliter quemadmodum non nominamus istos virtuosos, quamuis operentur quod oportet, & totum quod operatur virtuosus: sic videtur ꝙ sit res in prudente illo, qui habet potentiam, per quam inuenit particularia bonitate consiliationis, i. particularia, cum sit bonum siue malum, quando contingerit eum inuenire per consiliationem particularia, quę sunt bonum. non dicimus de eo, ꝙ virtuosus neq; ꝙ bonus; intendo ex modo, quo est bonę consiliationis tantum, ad inueniendum omne, cuius inciderit ei electio. D. non enim omne, super quod cadit electio, est virtuosum: immo illud, quod cõuertit ad hoc electionem, vt sit virtuosa, virtus est, non potentia prudentiæ. Et propter hoc potentia, per quam inuenitur vel extrahitur omne illud, super quod ceciderit electio, non est virtus moralis, sed potentię alterius: & est illa, quę nominatur, quando inuenitur per eam bonum, industria vel prudentia proprie, vt quando inuenitur per eam malum, astutia, vel calliditas, vel dolositas. Et propter hoc est, quod videmus ꝙ quidam prudentium sunt astuti, & quidam callidi, & quidam fraudulenti. Veruntamen potentia, per quam inuenitur bonũ, & est illa, quę nominatur prudẽtia, secundũ veritatẽ non est partis alterius ex partibus animę ꝙ illius, cuius est potẽtia ad inueniẽdũ quodcũq; cõtingit de bono aut malo, neq;

idem etiam est absque virtute. & hoc; quoniam factori ascribitur bonitas vel malitia, ex oibus quidē factis suis præsens intentum per huiusmodi facta. & de bono aliud quidem est in dicto & est rectum: & aliud in fine, & est quod apprehenditur per dictum. & quando non fuerit bonū in fine, non apparet bonū quod est in dicto, sed vincit malitia, quę est in fine super bonitatem, quę est in dicto et similiter vincit finis super principiū factoris, & efficit ipsum malum, cū fuerit malus. Et cum sic sit, non potest esse prudentia illa, quę est virtus absq. hoc, quod coniungetur ei virtus figuralis: & nō inuenitur hęc prudētia nisi in viro bono. D

De naturali virtute, & de virtutum & prudentiæ connexione. Cap. XIII.



Sed considerandum rursus etiam de virtute est: nam simili modo quoq; virtus sese habet. sicut prudentia cum calliditate non idem quidem, sed simile tamen quod est: ita virtus naturalis cum ea, quæ propriæ virtus dicitur. Omnibus enim singuli ex moribus esse quodā modo natura videntur. nam & iusti & temperantes & fortes sumus, & cætera statim ab ipso ortu habemus. Sed aliud tamen est quod quærimus, vt proprie bonum sit, & talia alio modo adsint. Etenim pueris & bestiis naturales insunt habitus: sed sine intellectu, & mente esse noxii apparent. Cæterum tantum inspici videntur: quod quemadmodum in corpore valido quòd sine visu mouetur, contingit, vt vehementer erret, propterea quod visu caret: ita quoq; hic euenit.† si intellectum acceperit, in agendo differt: atq; habitus licet similis sit, proprie tamen virtus tunc erit. Quare quemadmodum in opinatiua parte duæ species sunt, calliditas, & prudentia: ita in morali duæ quoq; sunt: quarum altera virtus naturalis, altera proprie virtus est: atque harum ea quę proprie virtus est, non sine prudentia existit. Vnde etiam omnes virtutes prudentias esse inquiunt. & Socrates partim recte quærebat, partim errabat. quod enim prudentias esse oēs virtutes opinabatur, errabat: recte dicebat, quod non sine prudentia esse eas asserebat. Signum autem illud est, quòd nunc omnes cum definiunt virtutem, vbi habitum eam esse dixerūt, & ad quę est, adiungunt secundum rectam rationem, recta autem ratio est, quæ secundum prudentiam existit. Videtur igitur vaticinari quodā modo omnes talem esse habitum virtutem, qui secundum prudentiam existit. Paululum tamen transeundum est. virtus enim non tantum secundum rectam rationem, quam cum recta ratione habitus est. at recta de huiusmodi ratio est prudentia. *Ac* Socrates quidem rationes virtutes esse existimabat; scientias enim eas esse omnes dicebat: nos cum ratione esse arbitramur. Ex his igitur quæ dicta sunt, constat neq; proprie bonum esse sine prudentia, neque prudentem sine morali virtute quempiam posse. Quin etiam ratio illa hinc solui poterit, qua separatas esse inter se virtutes dissereret aliquis: eo quòd idem ad omnes aptissimus minime sit, atq; iccirco alias iam, alias non-

E

†a.l. si verò

F

A dum acquisiueris, hoc siquidem in naturalibus virtutibus licet: in his vero quibus absolute bonus vocatur quispiam, non licet. simul enim cum prudentia, quæ vna est, omnes existent. Perspicuum autem est & prudentia esse opus, etiam si non esset actiua, propterea quod partis animæ virtus est: & sine prudentia & virtute esse electionem rectam non posse: eo quòd hec finem: illa quę ad finem tenduut vt agamus, facit. At vero neque pręsidet sapientiæ: neque melioris quàm ipsa partis est. quemadmodum neque sanitati medicina: neque enim ipsa vtitur, sed vt fiat prouidet: quocirca illius causa præcipit, non autem illi. Simile præterea illud est, si quis ciuilem, propterea quòd de omnibus præcipit, quæ in ciuitate sunt: Diis præesse ac dominari etiam diceret.

Dixit. Inquiramus etiam & perscrutemur de proportione virtutis naturalis ad virtutem electiuam; & est illa, quę est in fine nobilitatis & honorificētię. & proportio quidem istius virtutis, intendo naturalē ad electiuā, propinqua est proportio prudentię ad solertiam: quemadmodum est prudentia, quā B do proprie dicitur, & bonitas opinationis non sunt res vnā, sed consimiles: sic similatur virtus naturalis virtuti directiuę: intendo electiuam. etenim in omni specie ex speciebus virtutis, vna per naturam, & altera per acquisitionem. Et hoc, quoniam nos multotiens inuenimus vnum ex hominibus per naturā castum aut audacem, & sic de alijs virtutibus. & sunt inuentę in eis istæ virtutes statim a natiuitate eorum, nisi quod nos inquirimus quidem virtutē illam, quę fit per electionem & acquisitionem. Et hoc quoniam virtutes naturales inueniūtur in pueris, & multę earum in feris & in multis animalium: & vniuersaliter vt plurimum sunt damniferę, quando fuerint absque intellectu & discretione. Et videtur quod virtus naturalis non appareat nisi propter exuberantiam ipsius: intendo in quibusdam indiuiduorum: quemadmodum contingit corpori mobili motu vehementi vt manifestetur manifestatione vehementi magis quàm mani festetur quietum. & si non, tunc non esset nudus ab eis vllus: intendo a possibilitate recipiendi virtutem electiuam. & virtus equidem fit, quando fuerit actio secundum quod vidit intellectus, & in hora quam videt, & in quantitate quam videt. quando igitur quod videt intellectus de hoc, conuersum fuerit in habitum, statim facta est veritas secundum veritatem directiua. Quemadmodum enim in specie naturalis duæ sunt species putationis, vna naturalis, & sunt prima putabilis: & altera acquisita & apprehensa a primis. & quemadmodū C etiam in intellectu sunt duę species: vna naturalis, & altera acquisita, & est quę nominatur scientia; sic videtur quod sit in virtutibus figuralibus: intendo morales. Et propter hoc est quod dicimus, quod virtus figuralis electiua non fit absque prudentia. & propter esse eius semper cum prudentia dixerunt quidam hominum quod omnes virtutes morales prudentiæ sunt: vt Socra. Et isti modo quoddam peccant, & modo quodā recte dicunt, peccant quidem, credentes quod omnes virtutes sint prudentię: dicunt vero recte, eo quod nō est possibile vt inueniatur virtus figuralis electiua absque prudentia. Cuius signum est, quod omnes definientes virtutem moralem, dicunt eam esse habitum, qui fit secundum commensurationem rectę rationis. rectum autem est secundum mensuram intellectus, verbi gratia in fortitudine, dicuntque quod est audacia secundum quod oportet, & quando, & quantum, & cętera huiusmodi. & omnia ista in vnaquaque dispositionum non comprehenduntur nisi per prudentiam. D. Et iam videtur verisimile quod aggregatio Antiquorum in conuenientia ipsorum quod hic habitus, intendo moralem, proportionetur prudentię, cucurrit cursu diuinationis, velut in proportione eius ad intellectum: & non incluserunt per hoc totū, quod oportuit includi. Et propterea dicimus nos quod ipsa non est recta ratio tantum, sed est habitus excellens cum recta ratione: & ratio recta coniugata ei est prudentia. Et Socrates iam pu

tabat ꝙ omnes virtutes essent scientię: nos autem dicimus sunt cum ra [illegible]
tendo rationem sanam. Et hoc manifestum est ex eo quod dictum [illegible]
est possibile vt sit virtus electiua absque prudentia, sicut dic [illegible]
non sit possibile vt sit prudentia: intendo virtutem rationalem abs [illegible]
morali. D. & ista pars animę, intendo moralem, proportiona [illegible]
mi: si hoc transire permissum fuerit. vult propterea ꝙ audita ratione [illegible]
eius imperio. D. & manifestũ est ꝙ istarum virtutum, intendo ration [illegible]
moralem, quędam coniugatę sunt quibusdam: propterea ꝙ non inuen [illegible]
ipsarum completa, quando separata fuerit a sua socia: intendo quan [illegible]
ea fuert vis prudentiæ a morali & electioe prudentia. nam ho [illegible] quidem [illegible]
turali ex ipsis possibile est: in directiua autem, intendo honorabilior ex [illegible]
rali, & est electiua, non est possibile. non enim possibile est vt abs [illegible]
tia: sicut non est possibile in prudentia secundum ꝙ operatiua est vi [illegible]
virtute morali. nam actio virtutis moralis non fit absque eligentia san [illegible]
tia autem sana non fit absq; prudentia, virtus ergo moralis est illa, [illegible]
mum, quod est finis: & virtus prudentię est illa, quæ monstrat illi poten [illegible]
agat, ideoq; non attribuitur hęc actio, intendo actionem virtutis morali [illegible]
ti prudentię: cum non sit operatrix virtutis moralis: sed est quidem [illegible]
trix illi potentię, est igitur quasi effectrix potentię operantis finem, [illegible]
operatur finem. Et ideo non attribuitur hęc actio, intendo moralem, [illegible]
sapientię, neque alicui ex virtutibus rationalibus: quemadmodum no [illegible]
buitur actio sanationis arti medicinæ. ipsa enim non sanat, sed monstrat [illegible]
do fiat sanatio ei, qui facit eam, & est adiutor medicinę. hęc est igitur p [illegible]
tio habitus prudentię ad habitum moralem: intendo ꝙ prudentia est, [illegible]
rat: & mos est, qui operatur. non attribuitur itaque hęc actio prude [illegible]
quia imperat ei, non ꝙ operatur eam. Et videtur ex quo attribuitur [illegible]
isto modo, ꝙ sit quasi princeps habitus moralis: quemadmodum gubernatio [illegible]
uilis vniuersalis, intendo autem regiminis ciuilis, est habitus principa [illegible]
bus habitibus, qui sunt in ciuitate: intendo artes, quę sunt sub h [illegible]
ipsa imperat artibus, quę sub ea sunt, quid agant. D. Et post hoc [illegible]
accipiamus in inceptione alia: vult post finitionem sermonis in virtutibus mo [illegible]
libus & rationalibus.

ARISTOTELIS MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER SEPTIMVS.

Cum Auerrois Exposi.

SVMMA LIBRI.

De heroica virtute: De continentia, & earum oppositis. De continente & incontinente. De uoluptate, & ipsius speciebus, ac de dolore.

De heroica virtute, continentia, & earum oppositis. *Cap. I.*

B Ost hæc alio sumpto initio dicendum est, rerum circa mores fugiendarum tres species esse, vitium, incontinentiam, & feritatem: quarum duabus quæ sint contraria, manifestum est: alterum enim virtutem, alterum continentiam vocamus. feritati autem maxime conuenire quispiam diceret virtutem, quæ supra nos est heroicam quandam, ac diuinam quemadmodum Homerus Priamum de Hectore dicentem inducit, eo quòd valde erat bonus,

hominis mortalis filius ille
uidebatur: sed magna e stirpe deorum.

ex hominibus, sicut dicunt, ob virtutis excellentiam diuini huiusmodi quidam scilicet esset habitus, qui feriati oppo- Nam sicut bestiæ neque vitium est, neque virtus, ita neq; Dei: præstantius quid virtute, illa diuersum quoddam a vitio ge-
C Quoniam vero rarum est, ut vir diuinus sit: quemadmodum Lacones, cum aliquem valde admirantur, diuinus, inquiunt, vir est: ferinus natura inter homines rarus aliquis est maxime tamen barbaros reperitur. fiunt vero nonnulla etiam ex morbis, & læ- quin etiam eos homines, qui vitiis exuperant, ita infama- Sed de tali quidem affectione posterius mentio quædam facien- de vitio autem dictum est prius. De incontinentia vero & mol- & deliciis nunc est differendum: de continentia item & toleran- enim quasi iidem cum virtute & prauitate habitus sint, ne- diuersum genus, vtraque harum existimanda est. Oportet sicut in aliis fecimus, ponere ea quæ apparent, & prius dubi- deinde ita demonstrare. ac maxime quidem omnia illustria & a circa hos affectus: sin minus, pleraque, & præcipua produ- debemus. nam si soluātur ea, quę difficultatem habent, illustria

vero & probabilia relinquantur; satis erit demonstratum. Videtu igitur continentia et tolerantia ex bonis & laudabilibus: incontinē tia vero & mollicies ex prauis & vituperatione dignis rebus esse Idē quoque esse continens & perstans in consilio rationis, idem inconti nens & rationis consilio excedens. atq; incontinens quidem cogno scens praua esse quæ agit, ob affectum tamen agit: at continens eum prauas sciat esse cupiditates, ob rationem eas non sequitur. Tempe rantem quoq; continentem & tolerantem esse dicunt. atq; eum qui eiusmodi sit, alii omnem esse temperantem asserunt, alii minime & intemperantem incontinentem, & incontinentem intemperantem confuse, alii diuersos esse aiunt. At prudentem interdum negant esse posse incontinentem: interdum nonnullos qui sint prudentes et cal lidi, esse incontinentes affirmant. adde quòd incontinentes & iræ, & honoris, & lucri etiam dicuntur: Atque ea quidem quæ dicuntur, huiusmodi sunt.

DETERMINATIO SEPTIMI TRACTATUS LIBRI NICOMACHIAE. ARISTOTELIS.



Ixit. Dicto itaq; de virtutibus moralibus & rationalibus, oportet vt vertamus nos ad genus alterum. Dicimus igitur ꝙ spe cies quæ inueniuntur in moribus vituperabilibus sunt tres, malitia, intem perantia, ferocitas. Contraria aūt duorum ex istis, intendo maliā & intemperantiam manifesta sunt: malitię enim contrarium est bonitas vel virtus, & contrariū intemperantię est temperantia. ferocitati vero contrarium dicendum est ꝙ sit virtus superexcellens humanam naturam & est virtus, de qua dicitur ꝙ sit diuina; prout dicimus de quibusdam hominibus ꝙ sint angelici & diuini propter eminentiam virtutis in eis. Et oportet [illegible] vt sit hic habitus cōtrarius ferocitati: eo ꝙ quēadmodū feris non est in [illegible] té neq; malitia, neq; virtus: nam hominis hęc ꝓprię sunt immo eis est mal[illegible] excedens genus malitię humanę: & propter hoc nominatur homo egre[illegible] speciem suam in superfluitate malitiæ, ferinus vel lupinus sit cū Deus [illegible] bonus modo quo homo, immo bonitas eius superegrediens est genus natur[illegible] bo nitatis, quę est homini, nominatur qui præcellit in hoc habitu & egreditur ge nus suū. diuinus. cumq; sit istarū extremitatū dispōtio hęc dispōtio, oportet eas contrarias esse per naturam. Et pp̄ hoc viri diuini pauci sunt valde in homini bus: & viri ferini vel lupini pauci sunt ēt. & sunt quidē scdm plus in homini bus, qui sunt in distantia nota ex parte australi: & sunt nigri siue Aethiopes, & eorū contermini. & ēt ex altera parte Sclaui, & eorū cōtermini. D. & [illegible] ta fuit ferocitas in quibusdā hominum ex parte infirmitatis accidentis e[illegible]. D. & sermo de malitia ferina ingrediens est sub sermone de malitia vniuers[illegible]: quamuis oportuerit vt propriam faceremus rememorationem istius malitię ex cęteris malitijs. & iam primitus diximus de virtute & malitia. De qu[illegible] aūt [illegible] loqui volumus est intemperantia & dissolutio & relaxatio, et est obedientia & executio concupiscentiarū, & de istorū oppositis: & est retentio a concup[illegible] tijs & tolerantia. non enim oportet ęstimari de istis habitibus oppositis, intēdo continentiam sui a voluptatibus & incontinentiā, ꝙ intrent sub opposit[illegible] sunt malitia & virtus ex oī mō: intēdo ꝙ continens sit virtuosus, & d[illegible] vitiosus. neq; ēt ęstimandum est ꝙ egredientes sint ab istis generibus ex [illegible] do, donec sint duę naturę & duo genera diuersa. D. Oportet igitur vt facia[illegible] in perscrutatione de hoc simile ei, quod fecimus in perscrutatione de eo, qd pre

Deus nō est bonus modo quo hō: sed bonitas eius supegreditur genus naturę humanę.

esse de iſtis rebus. videlicet vt præmittamus ſermones & orationes dubitabi-
les, qui componuntur ex propoſitionibus famoſis, deinde ueniamus poſt hoc cū
A ſermonibus demonſtratiuis. demonſtrationes enim perfectiores ſunt & nobilio-
res, quã inducuntur poſt orationes dubitabiles. & hoc neceſſariū eſt vt faciamus
aut in oibus iſtis paſsionibus, de quibus loquimur in hoc libro. aut in pluribus
earum, aut in præpollentibus. quando enim inductus fuerit ſermo, per quem diſ
ſoluitur dubitatio, quam neceſſariam fecerunt propoſitiones famoſæ, & in quo
conſeruantur etiam illæ ꝓpoſitiones, intēdo vt nō deſtruantur in toto, tunc erit
in demonſtratione adducta ſufficientia completa. Dixit. Et iam putatur de cō
tinentia & tolerantia vel patientia ꝙ ſunt de habitibus virtuoſis laudabilibus
& putatur ēt de incontinentia intolerantia ꝙ ſint de habitibus uituperabilibus.
Et ſimiliter putatur continens eſſe ille, qui perſeuerare facit rationem in eo ꝙ
meretur vt abſtineatur ab eo: & ꝙ ille eſt non continens, qui facit non perſeue
rare rationem abſtinendo a concupiſcentijs, & hoc q̄m non continens eſt ille, q
ſcit ꝙ operatio eſt mala, & operatur eam. Continens aūt eſt ille, qui poſtquam
ſcit ꝙ concupiſcentiæ malæ, abſtinet ab eis, & non ſequitur concupiſcentiā
obediens rationi. Et quidam hominum nominant caſtum continentem & tolerā
tem, & nominant etiam continentem & tolerantem caſtū, & quidā neutrū no-
minat nomine alterius. & ſimiliter ēt quidā nominant non caſtum non cōtinē-
tē & non continentem non caſtū. & eſt ex hominibus, qui dicit ꝙ non caſtus
B alius eſt a non continente. De prudente aūt quidā dicunt ꝙ impoſsibile eſt vt
ſit incontinens. dicunt ergo, omnis prudens continens eſt. & forte dicunt ꝙ inue
nitur aliquis hominum prudens in hoc, ꝙ non continet animam ſuam in ira, nec
in honore nec in lucro. D. Hæc eſt ergo ſumma eius, quod dixerunt homines
de iſtis rebus.

De continente & incontinente. *Cap. II.*

DVbitaret autem quiſpiam quo modo recte exiſtimās aliquis agat incontinenter. Nam vt ſciens quiſpiam agat, aiunt nonnulli fieri nullo modo poſse. abſurdum enim eſt ſi adſit ſcientia, vt exiſtimabat Socrates, aliud quid dominari, ac quaſi mancipium hominem trahere. Socrates enim aduerſus rationem omnino pugnabat, quaſi nulla eſset incontinentia. neminem ſiquidem aiebat exiſtimantem præter id quod optimum eſt, agere, ſed ex ignoratione. quæ
C ſane oratio iis aduerſatur quæ euidenter apparent. quærendumque eſt circa affectum, ſi ex ignoratione agit quiſpiam, quis ignorationis modus ſit: nam non exiſtimare qui incontinenter agit agenda eſse ea quæ agit, ante quā in affectu ſit cōſtitutus, maniſeſtū eſt. Sunt aūt nonnulli qui alia concedūt, alia non. ſciētia enim nihil eſſe potētius concedunt: illud non dant, præter id quod viſum fuerit melius, agere neminem. ac propterea inquiunt incontinentem non ſcientiam, ſed opinionem habentem a voluptatibus ſuperari. Verūtamen ſi opinio, non ſcientia, neque valida exiſtimatio eſt, quæ reſiſtit, ſed remiſſa qualis eſt in ambigentibus: venia danda eſt quod non in his perſiſtat quiſpiam aduerſus vehemētes cupiditates ac prauitati, aut alicui ex aliis vituperatione dignis rebus venia non datur. Prudentia igitur reſiſtente id fit: validiſsima enim res ea eſt. ſed eſt abſurdū. fiet enim

Demonſtrationes perfectiores ſunt & nobiliores, quã inducuntur poſt orationes dubitabiles. Vide. 1. Cœ. cō. 85.

vt idem simul & prudens sit & incontinens. at facere sponte prauissima quæque prudentis esse nemo diceret. Præterea ad agendum eo neum esse prudentem superius demonstratum est: quippe qui vltimorum quidam sit, & virtutes reliquas habeat. Adde quod si continens ex eo est quod vehementes & prauas habet cupiditates: neque temperans erit continens, neque continens temperans: propterea quod neque quod nimium est, neque prauas habere cupiditates est temperantis: sed tamen oportet. Nam si bonę sint cupiditates, habitus qui prohibet, ne eas sequamur, prauus est: qua re efficietur vt non omnis continentia honesta sit, si imbecillæ vero sint & non prauæ, nihil egregium erit: si prauæ & imbecillæ, nihil magnum. Præterea, si continentia facit, vt in omni opinione persistamus etiam in falsa, praua est: si item ab omni opinione exturbat incontinentia, aliqua incontinentia reperietur, quæ honesta sit: vt Sophoclis Neoptolemus in Philoctete. laude dignus enim est, cum in iis quæ ipsi Vlysses suaserat, quia mentiri ægre ferebat, non potest. Quin etiam captiosa ratio mentiens, dubitatio est. dum enim volunt incredibilia conuincere, vt si assequuti fuerint, arguti esse videantur: facta ratiocinatio dubitatio euadit. vincta enim mens est, dum stare quidem non vult, propterea quod non placet quod conclusum est: quia tamen quo modo [illegible] rationem non habet, progredi non potest Euenit autem ex quadam ratione, vt imprudentia cum incontinentia virtus sit. contraria enim agit ob incontinentiam quam existimet: mala autem esse bona, non esseque agenda existimat, quare bona & nō mala aget Accedit quod qui ex eo quod persuasus est: & ex electione iucūda & agit & sectatur melior esse eo videretur, qui non ex consilio, sed ex incontinentia eadem agit aptior enim est, vt curetur: quippe qui admittere dissuasionem posit. at incontinens ei prouerbio est obnoxius, quo dicimus, quando aqua fauces strangulat, quid amplius bibere opus est? nam si non persuasus esset ea quæ agit, si dissuaderetur, desisteret: nunc autem persuasus, nihilominus alia agit. Insuper si circa omnia incontinentia & continentia versatur, quis absolute incontinens erit? nā omnes incontinentias qui habeat. est nemo. quosdam autem absolute esse dicimus. Ac tales quidem dubitationes incidunt. ex his autem alia tollenda sunt alia relinquēda: quippe cum dubitationis solutio nil aliud quam inuentio sit.

Dubitatiōis solutio nihil aliud q̃ inuētio est.

D Ixit: Et fortasse hęsitabitur qualiter possit esse vt homo videat opinionem suam, & non contineat animam suam. Iam enim dixerunt quidam hominū ꝙ qui sciuerit ꝙ quid malū est, non est possibile vt agat ipsum: [illegible] putetur ꝙ illud quod facit rem, non est aliquid aliud ab eo, quod scit eam. si autem fuerit pars illa, cui est scientia alia ab ea, quę continetur, donec homo sit in hora, qua non continet aīam suam quasi liber, in hora aūt qua continet quasi captus: tunc possibile est vt quis, apud quē est scientia malitię rei nō contineat aīmā suam ab ea, & secundū istud fuit ꝙ quidā apud quē est scientia cō[illegible] & quidā non. Socrates autem contradicebat huic opinioni sermone [illegible], dicēs ꝙ nec vnus eorum, qui habent scientiā rei, est incontinens: & ꝙ non est

A possibile vt faciat aliquis factum prauum nisi propter ignorãtiam. D. sed huic dictioni contradicunt ea, quę sunt apparentia sensui. videmus enim quamplurimos habentes sciẽtiam malitię rei, & tñ non continent ab ea propter passionẽ concupiscentialẽ. D. consyderare igit̃ nos oportet, si fuerit itaq; passio ex parte ignorantię solum, tũc ablatio ignorantię causa est ablationis passionis. ablato vero ignorantię sciã est, & nõ inuenietur sciens incontinens, & si fuerit passio ex parte potentię alterius, tunc erit passio cum scia: intendo priuationẽ continentię, & manifestũ est ꝙ apud illum, qui continet se, est scientia eius, a quo se cõtinet, antequã veniat ad passionem, an aũt sit apud eum scientia, qñ venerit ad passionẽ, in hoc dubium est. Ex hominibus ergo sunt, qui absolute dicunt ꝙ putat sed non scit, cum. n. concesserint ꝙ non est res melior scia: incontinẽs vere vituperabilis est, cum vincãt eum voluptates: dixerũt ꝙ incontinẽs nõ est sciens, sed possibile est vt habeat opinionẽ. Et hoc, qm̃ cum fuerit ei opinio, & nõ fuerit scia firma prohibitiua sed debilis, quẽadmodũ in ebriis, tunc possibile est vt patiatur a cõcupiscentijs malis. & pp hoc indulgetur istis: & proprie qñ desyderia vehementia fuerint. & non sunt malitiosi, cum nihil ex malitijs habeat indulgentiã neq; ex vituperijs, Cumq; hoc sic fuerit, tunc prudẽtia illa, quę prohibet a malitijs, fortis est valde. veruntamen qñ posuerimus istud, sequitur ẽt inconueniẽs: & est, ꝙ quidã prudentes nõ continent se: & nullus dicit ꝙ prudens faciat aliquid mali voluntarie. Et etiam iam demonstratũ
B iam in tractatu, qui est ante istum, ꝙ prudentia est virtus rationalis operatiua: & ꝙ cõsyderat in particularibus: & ꝙ impossibile est quin cõtingat ei virtus singularis. istud itaq; est, qđ accidit dubitationis in eo, qui nõ continet se, an habeat scientiã, an nõ. Quod aũt incidit dubitationis in eo qui continet an sit casus an nõ, est istud, si habuerit continens desyderia vehemẽtia praua in hora cõtinentię sue, tunc continens non est castus: eo ꝙ qui habet concupiscentias fortes nõ est castus: & castus est ille, cui non inueniuntur malitię. Amplius si continens cõtineat se a desyderijs directis, tunc habitus prohibens ab executione horũ desyderiorũ prauus non est, igitur omnis cõtinens virtuosũs: castus aũt omnis virtuosus est. Amplius, non erit cõtinens quid preciosum, cum sit cõtinẽs, qui continet se fcđm opinionẽ visam sibi, neq; operatur eius diuersum. opimo. n. erit praua, & interdũ bona. quędam ergo cõtinẽtia nõ erit virtus, fallitur, qui cõtinet se fcđm opinionẽ prauam: & si incõtinẽs est ille, qui nõ cõtinet se fcđm omnem opinionẽ, erit ergo quidã incontinẽs res virtuosas, vt ille qui nõ continet se fcđm opinionem corruptiuam. Et Arist. exemplificat eos per indiuidua famosa apud eos, laudata ex hoc, ꝙ nõ continuerũt se secundum opiniones erroneas, & ex eis vituperauerunt propter continentiã sui secundum tales opiniones. Qui ergo nõ potuerit certificari per seipsum de opinio
C ne falsa, contingit vt non esse continentẽ virtuosius sit quam esse continentẽ. qui enim potest certificari de falsitate conclusionis, alligatus est propter opinionem. nam non est in potestate alicuius non opinari hoc qđ opinatur, credit itaq; ergo necessaria est. Et etiã ille, qui est non continens, permutatur ab opinione erronea p quãcunq; modicã hęsitatioñe accidentẽ ei, & est facilis psuasionis, quãuis nõ appareat ei fœditas sua, & corruptio per sermonẽ persuasionũ perfecta persuasione: eo ꝙ nõ est in electione eius vt appareat ei fœditas sua, quandiu non fuerit apparentia pfecta, neq; vt ignoret ꝙ sciũt ex hoc. Accidit igitur ex hoc vt fiat ei, qui nõ sit cum cõtinẽtia, virtus, operatur. n. cõtra eius qđ putat: eo ꝙ nõ est apud eum continẽtia. & hoc, qm̃ bona interdũ opinatur, & nõ facit bonũ, aut facit bona & mala simul. & hoc fcđm ꝙ putas de eo. Et erit fcđm hoc ille, qui requirit res exhilarantes & delectantes, & gaudeat ei quacũq; modica psuasione, melior eo, qui facit hoc p ratiocinatiõ nẽ, eo ꝙ facilius permutabilis est ab opinionibus turpibus quã cõtinẽs. istud ergo ex quo putatur ꝙ nõ continẽs melior sit continente, quãto magis ne sit cõtinentia virtus. veruntamen qui non continet se, diuersus est legi in fine virtutis. n. diuersus est legi huic, nõ inuenitur remedium per quod possit recti ficari, & est vniuersaliter, quemadmodum dicitur in prouerbio, quãdo aqua

suffocauerit, tunc quid erit bibendum super eam? & est hoc falsum sic, eo quod naturalis ex igit q, quando credit hō rem aliquam, operetur secundum credulitatem illam, & quando variata fuerit illa credulitas, abstineat ab operatione. et qui est non continens, dū retinet se ab operatione, non est creditio eius ad non se esse huius operationis magis q̄ fuit ante, dū non continebit se. Et propter non est differentia inter eius duas dispositiones, nisi q non agit ipsum in una duarum dispositionum, & agit ipsum in scda. D. Et etiam de quo perscrutandū est in re continentię est, q̄m, si non inueniantur continens & continens in omnibus actionibus, tunc in qua earum est continens & non continens absolute et in qua earū non. apparet enim q non continentia & continentia dicuntur secundum modum vnum de omnibus rebus. neq; continēs & incontinens dicuntur secundum modū vnum. & hoc, quoniam de quodam homine dicimus q non continens absolute, & de quodam etiam q continens absolute de quodam aūt dicitur hoc cū determinatione, vt non continens iræ, aut cōtinens iræ. D. Species igitur dubitationum, quę incidunt in his rebus hę sunt, & species alię similes his.

Quonam pacto incontinentes agant. Cap. III.



Rimum igitur consyderandum est, vtrum cognoscētes nec ne, agant, & quo modo cognoscentes. deinde circa quæ incontinens & contines, hoc est vtrum circa omnes voluptates & ægritudines, an circa, definitas aliquas statuendus sit. tum vtrum continens & tolerans idem sit, an diuersus. & simili modo de ceteris quæ cognata contemplationi huic sunt. Initium autem consyderationis est, vtrum continens & incontinens in eo quòd circa quædam, an eo quòd quodam modo versantur, habeant differentiam id autem dico tale est: vtrum incontinens ex eo quòd circa talia versatur tantummodo, sit incontinens, an ex eo quòd quodam modo versatur, an non, sed ex vtrisque. Deinde an incontinentia & continentia circa omnia versetur, nec ne. qui enim absolute est incontinens, nō circa omnia versatur, sed circa quæ intemperans, neque absolute ad eas sese habet: idem enim cum intēperantia esset: sed eo q hoc modo habet. ille enim ex electione ducitur præsentem voluptatem semper esse persequendam existimans: incontinens vero cum non existimet, persequitur. Nam si vera opinio, & non scientia sit, ex qua incontinenter agunt homines, nihil ad rationem id refert: cum nonnulli ex iis qui opinantur, non ambigant, sed certo se scire existiment. Si igitur opinantes propterea quia leuiter credūt, magis quā scientes præter existimationem suam agent: sciētia ab opinione nihil differet: nonnulli enim sunt, qui nihilo minorē iis quæ opinantur, quā alii quę sciunt, fidem adhibeat. id Heraclitus ostēdit. Sed quoniam duobus modus scire dicimus: tam enim dicitur scire, qui habet scientiā & ea non vtitur, quam qui vtitur: differentia erit, si quis agat ea quæ nō debet dum habet quidem scientiam, sed non contemplatur, & dum habet & contemplatur: hoc enim videtur absurdum: sed non dum

A non contemplatur. Preterea cum duo propositionum modi sint, nihil vetat, quo minus qui vtrasq; habet, præter scientiam agat, dum vniuersali vtitur, & non particulari. particularia enim ea sunt, quæ in actionem veniunt. Diuersum autem est vniuersale: alterum enim in ipso, alterum in re est: vt omni homini sicca conferre: & ipsum esse hominem: vel siccum esse quod huiusmodi est: an vero hoc huiusmodi sit, aut non habet, aut non operatur. Ex his igitur modis incredibile est quanta differentia futura sit: vt si ita cognoscat quispiam, nihil absurdum: sin aliter, mirandum videatur. Ad hæc habere scientiam alio modo contingit hominibus, quam dictum sit. nam dum habet quis, & ea nō vtitur, diuersum esse habitū videmus: vt & habere quodam modo & non habere videatur: cuiusmodi est qui dormit, quisquam, qui vino oppressus est. ita autem affecti sunt etiam illi qui in perturbationibus sunt constituti. iræ enim & venereorum cupiditates, nnullaque huiusmodi corpus etiam manifeste immutant, quosque in furores inducūt: vt pateat simili modo affectos incontinē-
B tes dici oportere. Quod autem verba ex scientia dicant, id argumentum nullum est: qui enim sunt in his affectibus constituti, demonstrationes, & carmina Empedoclis dicunt: qui item primum didicerunt, [illegible] dunt quidem verba, nondum tamen sciunt. cognatum enim, [illegible] esse oportet: ad quod tempore opus est. Quocirca eos: qui incontinenter agunt, ita dicere existimandum est, vt illi faciunt, qui histrionis munere funguntur. Adde quod ira quoque naturali quadam ratione inspicere causam quispiam posset. altera enim vniuersalis opinio est: altera de particularibus rebus, quibus præsidet [illegible] us. quando autem ex ipsis vna euaserit alibi quidem enunciet [illegible], effectiuis vero, agat statim, necesse ē. vt, si omne dulce gustā[illegible] est, hoc autem est dulce, vt pote vnum quoddam ex particularibus: necesse est vt qui potest, & non prohibetur, simul hoc quoque agat. Quando igitur vniuersalis opinio in est, quę prohibeat gusta-
C [illegible] altera vero, quæ omne dulce suaue esse dicat hoc autem est dulce, [illegible] hæc est, quæ operatur: forte vero adest cupiditas: illa quidem [illegible] endum esse ait, cupiditas ducit: quippe cum mouere vnūquodq; [illegible] membris queat. Quare fit vt ex ratione quodāmodo & opinione incontinenter quispiam agat: q̄ quidē opinio nō per se, sed ex accidē[illegible] contraria sit. cupiditas enim non opinio rectę rationi contraria est. Vnde etiam bestiæ incontinentes propterea non sunt, quia particularium imaginationem & memoriam habent, non vniuersalium existimationem. Quo modo vero soluatur ignorantia, & incontinens rursus efficiatur sciens: eadem ratio est, quę & de temulento & dormiente, non propria huius affectionis: quę quidē a naturę indagatoribus audienda est. Quoniam autem vltima propositio est expositæ seu ui rei opinio, actionumq; domina est: hanc vel non habet, qui in affectu est constitutus, vel ita habet, vt non tamen eo quod habet eā

liceat scire, sed dicere duntaxat, non secus ac vino oppressus Empedoclis carmina propterea item quod vltimus terminus non est vniuersalis, neque ita vt vniuersalis scientiam efficere videtur. At ... quærebat Socrates videtur contingere. non enim affectus existit ... D
sente, ea, quæ videtur * proprie esse scientia, quippe quæ neque ipsa
ra,l.domina ex effectu distrahatur: sed præsente ea quæ sensiua est. Verum igitur cognoscens nec ne, & quo modo cognoscens agere incontinenter quispiam possit, hactenus dictum sit.

DIxit. Quando igitur voluerimus firmare super veritatem in omnibus istis rebus, oportet vt inquiramus sermones, qui tollant quasdam illarum rerum & dimittant quasdam earum: intendo qui tollant partem falsam ex vnoquoq; istorum contrariorũ: & an solutio hęsitationis est inuentio partis veræ in vnoquoq; istorum sermonũ contrario. Perscrutemur ergo primo an ille, qui est non continens, sciens sit, an non, & si sciens, qualiter scit, & est non continens. Deinde perscrutemur secundo in quibus actionibus oportet vt ponantur continens & non continens; intendo an oporte vt ponantur in vnoquoq; contristabilium & delectabilium, an in quibusdam speciebus eorum definitis: & an continens & tolerans est res vna, an vnumquodq; eorũ alterum est a socio suo. Et similiter perscrutemur in re eorum, de quibus earũ perscrutationi cognata est perscrutatio, & dependet ab ea. Ea aut, de quibus perscutantur ex rebus continentes & non continentes, duo sunt, primum, an continens & non continens sint in rebus vnis eisdem, intendo in actionibus vnis eisdem: an ergo continens & non continens sunt in omnibus actionibus, an quibusdam earum. De re nempe continentis patens est ꝙ non dicitur secundum vnam intentionem in omnibus rebus. & hoc, quoniam absolute dicitur in rebus, in quibus est castitas vel temperantia eodem modo non continẽs. si enim diceretur continens absolute de rebus, quę sunt extra actiones, in quibus fit castitas, contingeret vt de quo dicitur ex istis actionibus non continens, diceretur de eo non castus etiam. & hoc, quoniam non continens absolute dicitur quidem de eo, qui non est castus. & si res sic se habeat, tunc nõ cõtinens dicetur quidẽ de rebus, quę sunt extra actiones castitatis cum determinatione, i. non cõtinens irę, aut non cõtinens amoris pecunię. nisi .n. in istis esset cõtinentia, esset delectabile psens ex ipsis electum apud vnumquenq;. D. Quoniam autem ex arbitratione occulta, quę non est scientia, sed opinio vel putatio, interdum fit continentia, tunc non est in hoc diuersitas: eo ꝙ multi ex habentibus arbitrationes, qui sunt putationes, non dubitant in eo quod videtur eis de hoc: immo putant ꝙ illud quod apud eos est scientia, sit veridica. & pp hoc inuenimus ex istis qui operantur amplius, quã operatur habens scientiam. Si ergo habentes putationem cũ hoc ꝙ operantur plus quã operetur sciens, eo ꝙ credulitas ipsorũ nõ est minor credulitate sciẽtis, interdum faciunt diuersum eius qđ vident, intendo ꝙ putauit tunc sciens interdum faciet diuersum eius quod scit, sed inuenimus plures in habentiũ putationes credentium ꝙ sit scientia exquisita facientes diuersum eius qđ putant necessariũ est ergo vt aliquis, apud quem est scientia, interdũ agat diuersum suę scientię. D. et istud est, qđ arguit talis vir Heraclitus, cuius fecit memoriã ex Antiquis Theo ꝙ non cõtinens sit sciẽs. D. Et tamen distinctio in hoc est. quoniam cũ habẽs scientiam dicatur dupliciter, vno modo de vtente scientia, altero de non vtente: vt sit malus ille, apud quẽ est scientia & nõ vtitur ea, non ille apud quẽ nõ est scientia penitus; manifestum est ꝙ non continens vituperabilis est: eo ꝙ habet sciam, & non vtitur ea. Scia ergo inuẽta cũ incõtinentia est scia dicta de nõ vtente, nõ de vtẽte: & ẽt eo ꝙ sciens est equidẽ habens sciam, qñ fuerit ei actu species syllogismi ambarum. veruntamen interdum habet ambas, & operatur secundum non scientiam, & hoc est, quando fuerit sciens propositionem vniuersalem vsu tantum, & particularem ab'q; vsu: propterea ꝙ operatio nõ est nisi in particularibus. Et hoc, quoniam non est possibile vt ab vniuersali fiat ope-

A ratio alicuius: eo ꝙ quiddam eius in mente est, quiddam extra animam, proposi tio a sit particularis est illa quę agit. verbi gratia quoniam apud quē fuerit scien tia ꝙ res siccę conuenientiores sunt omni homini, & non fuerit vsus propositio ne dicente ꝙ ipse homo non recipiet res siccas: sed quando fuerit huiusmodi in ventam homini alicui, & dixerimus ꝙ non est factum diuersum scientię facto rum: tunc aut dicemus de isto ꝙ non habet scientiam, aut ꝙ non facit diuersum sui scientię. dubitatio ergo incidens in isto est quidem propter diuersitatem intē tionum, de quibus dicitur nomen scientię. Iā ergo patet ex isto ꝙ non est impos sibile vt inueniatur actio diuersa scientię: & iam ēt inuenimus dispositionē sciē tialē in eis, qui non vtuntur ea, diuersificari donec miretur de hoc. Et putatur nomē scię dici modis alijs preter duos modos prędictos. videmus.n. ꝙ dispōtio scialis, quę non est in vsu, diuersificatur in inuētione sua in vigilante & dormiē te, & in demente & ebrio. Cumq; sit sic, tunc scd̄m istū modū inueniūtur dis positiones sciales in dominis concupiscentiarū, qui non reguntur scd̄m suas sciē tias, vt iracundi & voluptuosi. & quędam dispositionum permutant corpora permutatione manifesta, quanto magis scientiam. & cum non fiat operatio a dispositionibus scientialibus sic se habentibus, manifestum est ꝙ oportet crede re ꝙ dispositiones scientiales, quę sunt in eis, qui non continent se, taliter se habent: intendo vt in ebrijs & dementibus. D. De hoc ꝙ dicetur ꝙ orationes virtutis sint ipsa virtus. non habemus signum penitus. etenim illos, quibus

B sunt istę occasiones ex ipsis vt desyderosos naturaliter inuenimus venientes ex his cum demonstrationibus super actiones virtutes, & introducunt exhor tationes Empedo. & aliorum, quę continent istigationes ad virtutes absq; hoc ꝙ operentur aliquid ex his: eo ꝙ ille qui operatur secundum hoc quod scit de virtutibus, indiget in hoc assuetudine, & non prępacatur ei adeptio huius assuetudinis, nisi in tempore cui sit quantitas. Et cū hoc totum sic sit, tūc opor tet vt credamus ꝙ scientia apud illos, qui non continent se, est vt scientia illo rum, qui succedunt occasionibus. D. Et forsitan patebit hęc intentio etiam, quā do perscrutatum fuerit de hoc ex ipsis, quę dicta sunt in scientia Naturali. illic enim iam demonstratum fuit ꝙ apprehensio, quę est rationis, est vniuersalis, & quę est phantasię, est particularis, i. in particularibus: & quorum melius est motiuum, eo ꝙ bonum; & peius motiuum, eo ꝙ delectabile solū. duę ergo opi niones sibi contradicentes sunt naturaliter. Quando ergo conueniunt ambę opiniones in re aliqua: intendo opinionē vniuersalem, quę est ex parte intelle ctus, & particularē quę est ex parte cōcupiscentię: tunc oportet ꝙ dicatur ꝙ comprehensio conclusionis ex duabus opinionibus est scd̄m fortunā: eo ꝙ earū conuenientia per fortunam est: & oportet vt sit actio statim sequens comprehē sionem conclusionis. vt si apud nos fuerit opinio, q̄m expedit vt gustetur oē

C dulce: & cognoscimus per sensum, ꝙ hoc dulce: statim gustabimus ipsum, dū modo non sit aliquid prohibens. cum vero fuerit opinio vniuersalis prohibens gustationē vt sciamus ꝙ oē dulce mouet choleram; & fit apprehensio huius, ad quā innuitur fiens per sensum, q̄m dulce mouēs ad ipsum, tunc motio rationis: erit hęc contraria motioni concupiscentię, quę si vicerit, erit non cōtinentia cū existentia scientię. Erit igitur non continentia interdum cū ratione, q̄n fuerit ratio conueniens concupiscentię: & interdum non erit, quando fuerit aduersans ei. & ne continentia, quę est contraria per se opinioni sanę, est illa quę fit ex parte concupiscentię solū: illa vero, quę fit ex parte ambarū simul, intendo ra tionē & concupiscentiā, nō est cōtraria rationi sanę p se, licet per accidens. D. & propter hoc ꝙ incontinentia fit, quando concupiscētia contraria fuerit opi nioni vniuersali, nō dicimus ꝙ ferę habeāt incontinentiā, cū nō sit eis apphē sio vniuersalis; & est quidem eis apprehensio particularis, & est phātasia, & memoria. D. Cū itaq; eī, q nō continet se, tā vicerit concupiscentia ipsius: tunc quomodo est possibile ut sit sciens. nisi sicut dicimus in ebrioso & dormiente ꝙ est sciens: et huic occasioni, quę est victoria concupiscentię, non est termi nus innut motus: oportet ergo vt regeamus notitiā eius a domino sciæ Natura lis. Et pp hoc ē, ꝙ dicimus ꝙ dominus huius occasionis, aut nō scit ꝑpositionē

Nō est post vt abv'i fiat operatio ali cuius: sed ꝑ positio particularis est illa, quę agit.

maiorem, quę est caput syllogismi, & causa actionum honorabilium ... erit hoc per modum deficientem, donec nō sciat qualiter non scit ... tur cum ea, sicut loquitur ebrius sermones Empedoclis instigatio ... fesico φ non est ei scientia neq; opinio vniuersalis ex parte cuius putat ... uersale similiter particulari: intendo φ non distinguit extremitatem ... & minorem in syllogismo; neq; ordinat in se ipso ordinatione vera ... scientiam propter victoriam concupiscentię. Et ex hinc videtur φ ... ra per aliquem modorum. etenim non fit hoc occasio ei, de quo putat ... scientia veridica: neque inuenitur in scientia venusta ista occasio. D. Hę ... quantitas dictionum de eo, qui non continet se cum scientia & sine scientia, & qualiter scit & non continet se, sufficiens est hic.

Circa quæ continens & incontinens versetur. *Cap. IIII.*



Am vero vtrum aliquis absolute incontinens sit, an omnes ex parte: & si sit, circa quæ versetur, dicendum deinceps est. Circa voluptates quidem & dolores continentes & tolerantes, necnon incontinentes & molles versari perspicuum est. Quoniam vero ex iis, q̃ voluptatem afferunt, alia necessaria sunt, alia eligenda quidem per se, sed eiusmodi tamen vt excessum etiam habeāt necessaria quæ ad corpus spectant; coiusmodi sunt alimentum, Veneris vsus ac cætera huiusmodi corporalia, circa quæ temperantiam & intemperantiam cōstituimus: non necessaria, sed per se eligenda, victoria, honor, diuitiæ ac reliqua talia quæ bona sunt & iucūda: eos qui in his præter rectā rōnem quæ in ipsis est, absolute quidem incontinentes non dicimus: sed addentes pecuniarum, lucri, honoris, iræ incōtinentes appellamus & nō absolute. vt pote diuersos & qui ex similitudine dicātur. Non secus atq; ille homo dicebatur qui in Olympiis vicit. illius enim cōmunis ratio a propria parum distabat: sed diuersa tamē erat. Cui rei id signum est, qd' incontinētia, nō vt error tantū sed vt vitium quoddā φ aut absolute, aut ex parte aliqua sit, vituperatur. horum autem nemo sed illorum qui circa corporales fruitiones versantur, circa quas temperantem & intemperantem existere diximus, qui non ex electione, sed præter electionem & consilium excessus & iucundorum sectatur, & molestorum fugit, famis videlicet, sitis, caloris, frigoris, cæterorumq; oīum, q̃ ad tactum gustatumq; spectāt: is nō cū additione φ circa hæc scilicet sit, verbi causa iræ sed absolute tantummodo incontinens dicitur. inditio illud est: nam intemperantes circa has nō circa aliquam ex illis dicuntur. & propterea incontinentem & intemperantem, continentem item & tēperantem nō ex illis quēpiam eodem constituimus, propterea quod circa easdē quodam modo voluptates doloresq; eosdem versentur, quāquā hi circa eadē quidē vtriq; versantur, nō tamē eodem modo: illi enim eligunt, hic non eligunt. Vnde magis intemperātem eū diceremus, qui vel nihil, vel leuiter cupiens & excessus sectatur, & dolores medriocres fugit, quā hunc qui propterea idem facit, qā vehementes cupiditate afficitur. quid n. faceret

A cerret ille, si aut valida aliqua cupiditas, aut in necessariatum rerum
inopia vehemēs dolor incesseret. Quoniā vero ex cupidiratibus & vo
luptatibus aliæ sunt ex iis, q̃ genere sunt honesta ac proba:nam iucun
dorum nōnulla natura sunt expetenda, alia his cōtraria, alia med'a,
sicut prius diuisum a nobis est: vt pecuniæ, lucrum, victoria, & ho-
nor:in oibus porro & talibus, & modiis, nō quia afficiuntur, & cupiūt,
& amant, vituperantur homines: sed quia quodam modo, afficiun-
tur, & excedunt. Iccirco quicunque præter rationem vel superantur,
vel aliquid ex iis quę natura sunt honesta & bona, persequuntur. vt il
li qui circa honorem magis quam oporteat, student, vel circa filios
& parentes: bona enim hæc sunt, & qui circa ea student, laudari con-
sueruntsed in his tamē excessus etiam quidam est, siquis quęmadmo
dum Niobe aduersus Deos pugnaret: aut: erga patrem ita esset affe-
ctus, vt Satyrus qui patricola appellabatut valde enim insanire vide
batur. Nulla igiť circa hęc prauitas existit ob id quod dictum est: pro-
B pterea ꝙ vnumquodq; per se est ex iis quæ natura sunt expetēda: pra
ui tamē & fugiendi excessus ipsorū sunt simili modo quoq; neq; incō
tinentia, quippe cum incontinentia non modo fugienda, verū etiam
ex iis sit, quæ vituperatione digna habētur. ex affectus tamē similitu
dine incontinentiam adiūgentes circa vnūquodq; dicunt. vt malum
medicum, malum histrionem, quem absolute malum nullo modo
vocarent. Quemadmodum itaque neque hic propterea quod vnum
quodque ipsorum non vitium, sed proportione simile est: ita videli-
cet etiam illic existimandum est incontinentiam & continentiam eā
duntaxat esse, quæ circa eadem, circa, quæ temperantiam versatur, &
intemperantia. nam circa iram per similitudinem dicimus: vnde etiā
addentes iræ incontinentem, sicut honoris, & lucri appellamus.

D Ixit. Si autem inueniatur incontinens absolute in specie vna aut in multis
tunc q̃ sunt illa vna, aut quæ sunt illę multę, & de hoc loquamur. Manife
stum est aūt ꝙ actiones eorum qui continēt se, & sunt tolerātes siue patiē-
tes, & eorum qui non continent se, & sunt dissoluti vel lubrici, sunt circa dele-
C ctationes & tristitias. Attamen quædam rerum, quę faciunt delectationem &
tristitiam, sunt de necessitate: & quędam earū cū electione non necessarię: &
quibusdam istarum est superfluitas, & quibusdam non. necessariarum autem quę
dam sunt corporales, & quædam animales. corporales vt desideria, quę fiunt
in nutrimento, & vniuersaliter quæ proportionantur sensui tactus: de quibus
diximus in precedentibus ꝙ circa ea est castitas & non castitas, vel temperan-
tia & intemperantia. Et aīales necessarię sunt, vt victoria & honor, & diuitię.
& istę sunt necessariæ vno modo, & electiuę alio modo. De illis aūt, qui exce-
dunt in hoc genere, intēdo aīale, q̃titate & ęquale, non dicitur, ꝙ incōtinētes ab
solute sint, sed ꝙ incontinentes circa lucrū, aut honorē, aut victoriā, aut irā. et
sic non dicitur ēt de eis non continens, scdm ꝙ istę species intrātes sunt sub nō
continente vniuersali: donec sit nō cōtinēs intentio vna dicta de oibus istis spe-
ciebus. Deinde distinguitur vnaquęq; ab ipsis distinctione appropriāte ipsam,
& potior significationum super hoc est, ꝙ non continens absolute nō vitupera
tur per hoc, ꝙ peccet in facto suo tm̄: sed ēt pp hoc, ꝙ iniurians sit sibi ipsi ab-
solute: ideoq; vilipenditur ab oibus. Qui aūt proportionatur ab illa, intēdo vi-
ctoriā, lucra, & q̃ similatur eis, non est vilis apud quenq̃, Neq; ēt de eo, qui

vtitur delectationibus corporalibus, ad quas proportionatur non cast[illegible], dicitur incontinens, quãdiu requisierit res exhilarantes necessarias, & fugerit res tristantes: vt sunt fames, & sitis, & alia ab his, quę proportionantur sensui tactus & gustui; sed dicitur quidem incontinens in his, quando concupi[illegible] ex his hoc, quod est ab electione, vt colores coquinales varios, & multimodos sapores, cum scientia eius, ꝙ hęc damnifera sunt. neq; dicitur incontinens in his, sicut dicitur in ira. absolute enim dicitur in istis: in ira vero cum determinatione: intendo incontinens irę. Et huius signum est, quoniã incontinens in concupiscentijs proportionatis sensui tactus & gustus dicitur dissolutus. & propter hoc oportet vt ponamus non continentem & non castum, & castum & continentem in delectationibus & tristitijs vnum & idem. & incontinens in istis etiam diuersificatur, quoddam enim est ex electione, & quoddam est ex victoria concupiscentię. Ideoq; dicimus, ꝙ non castus magis est quis, quando fuerit debilis concupiscentię: eo ꝙ nõ castitas quidem fit tunc ex parte electionis purę: & ei est fugere a contristabilibus paruis, & quęrere exhilarantia modica. [illegible] hoc desyderat vehemens desyderiũ, ignoscendũ: & proprie, quãdo acciderit ei in rebus necessarijs. Et desyderiorum & delectationũ quędam sunt bona [illegible] suosa absolute: eo ꝙ quoddam delectabile eligibile est naturaliter: & quoddam contrarium huic, intendo malum absolute: & quoddam inter hoc, vt de[illegible] lucrandi diuitias, & honoris, & victorię, & quod similatur istis ex me[illegible] hoc, quoniam huiusmodi media non vituperantur secundum suum vniuersum & do secundum modum quo sunt desyderium pecunię, aut honoris: & vi[illegible] sur secundum modum superfluitatis & defectus. Et propter hoc omnes [illegible] nent se magis quã oportet a desyderijs, & sollicitẽ sunt in inquisitione re[illegible] quę sunt per naturam conferentes & bonę: vt illi qui studiosos exhi[illegible] sos in inquisitione honoris, & filiorum, & pecunię: commendantur & [illegible] superantur. veruntamen in hoc est excessus quis: vt in regibus, qui o[illegible] lios suos, vel patres causa inquirendi principatũ. Cũq; sic sit, tunc non est [illegible] ex istis secundum vniuersum naturę suę malum: malitię aute naturaliter [illegible] illę, a quibus fugitur secundum vniuersum ipsarũ, & sunt in fine vituperationis. & similiter non castitas vel intẽperantia non est quidem solum ex his a q[illegible] giendum, sed ex vituperabilibus: veruntamen postquã fuerit excess[illegible] [illegible] passio, secundum ꝙ non oportet dicitur de ipso absolute nomen non virtutis [illegible] tendo malitię. attamen non dicitur nomen istud, intendo nomen malitię, de [illegible] quoq; ex ipsis absolute, sed cum determinatione. Sicut ergo non dicitur hoc nomen malitię, eo ꝙ sit hęc malitia absolute, sed eo ꝙ sunt hic res proport[illegible] tę malitię: sic dicitur nomen malitiæ de excessibus in istis rebus, quarum [illegible] stantia bonum per modum similitudinis & proportionalitatis. & ex quo sunt non continentia & non castitas malitię absolute, est necesse vt sit continentia & incontinentia in rebus, in quibus inuenitur castitas & non castitas. qui autẽ non continet se circa iram, dicetur quidem de eo non continens secundum similitudinẽ nõ cõtinentis circa res, in quibus non est castitas. & propter hoc nõ absolute dixerũt de ipso nomen incontinentis, sed dixerunt incontinentem irę. & similiter fecerunt in honore & lucro: intendo in illo, qui est in excessu circa illa.

Circa iucunda prçter naturam non esse incontinentiam eiusq; duas esse species. Cap. V.



Vm autem nonnulla iucunda natura sint, atque ex his alia absolute ac simpliciter, alia pro generibus anim[illegible] atque hominum: nonnulla vero non natura, sed partim ex læsionibus, partim ex consuetudine, partim etiam o[illegible] naturas prauas huiusmodi sint: circa quoque horum singula [illegible] cere similes habitus possumus. Dico autem ferinos: cuiusmodi [illegible]

A ex mulier, quam grauidarum ventres rescindere, atque inde fœtus comedere consueuisse inquiunt. vel ea, quibus aiunt quasdã efferatas circa Pontum nationes oblectari. alios enim crudis, alios humanis carnibus vesci, alios sibi inuicem infantes ad epulandũ mutua re perhibent, vel quod de Phalaride dicitur. Atq; hi quidem ferini habitus sunt. alii vero nonnullis ex morbo & in insania contingũt: vt illi, qui matrem mactauit, & in cibum sumpsit: qui item conserui iecur comedit. alii item morbosi sunt, vel ex consuetudine: vt pilorũ euulsiones, vnguium rosiones, carbonum etiam & terræ comestiones: præterea venereorum vsus cum maribus: id quòd tum natura, tum consuetudine euenit, quemadmodũ illis qui a pueritia cõsueuerunt. Quibuscunq; igitur in causa est natura, eos incõtinentes appellaret nemo sicut neq; fœminas, quòd non subagitent, sed subagitentur: simili modo neq; eos qui ex consuetudine morbose sese habent. Ac cùm habet quidem vnumquoq; horum quispiam, vitii terminos excedit, perinde atq; immanitas ac feritas: cum habet tamen & vel superat, vel superatur, ea neq; continẽtia absolute neq; incõtinentia est: sed ex similitudine. sicut etiam ille qui circa iram affectus est, non incontinens, sed hoc modo affectionis incontinens dicendus est. Omne enim excedens vitium & imprudentia, & timiditas, & intemperantia, & acerbitas partim ferinum, est, partim morbosum. Qui nanq; talis natura est vt omnia timeat, etiã si mus obstrepuerit, ferina is timiditate timidus est, quidam etiam felem ex morbo timebat. ex imprudentibus item qui irrationabiles sunt, & sensu tantummodo viuunt, ferini habentur: cuiusmodi nonnullæ longinquorum Barbarorum nationes sunt. Qui autem ex morbo aut comitiali, aut insania idem faciunt, morbosi sunt. Fieri vero potest vt ex his aliqua interdum quispiam habeat tantum & non superetur. quemadmodum si Phalaris cupiens infantem edere, se cohibuisset: vel ad venereorum nefariam voluptatem incitatus, quispiam. fit etiam, vt non solum habeat aliquis, verum etiam superetur. Quemadmodum igitur prauitas, quæ homini cõuenit,
C absolute prauitas dicitur, quæ vero cum additione appellatur, non absolute, sed ferina, vel morbosa prauitas vocatur: eodem modo esse incontinentiam patet aliam ferinam, aliam morbosam. absolute vero solam eam, quæ intemperantiæ humanæ corespondet incontinentiam itaque & continentiam circa ea tantum versari, circa quæ intẽperãtia & tẽperantia circa alia vero aliam incontinentiæ speciẽ esse, quę non absolute, sed per translationẽ ita dicatur, perspicuũ est.

Dixit. Et cum delectationum quędam sint per naturam & quędam non sic: & quę per naturã quędã inueniuntur sic absolute: intẽdo vniuersitati aialium & hominibus: & quędã appropriãtur quibusdã speciebus aialiũ & mo du solum: & non per naturam, quędam propter amentiã & ęgritudinẽ, & qdã propter consuetudinem, & quædam propter naturam malam ferinam: tunc manifestũ est q dispositiones malę contrarię sunt speciebus istarũ delectationũ & q ipię supersluunt per superfluentiam istarum rerum: intenduo inueniunt scd'm

earum naturalitatem. D. Et intelligo quidem per delectationes ferinas, ut illius de qua narratur quod scindebat uentres pregnantium, & comedebat embriones, & ut dicunt quod quidam hominum tacti sunt syluestres in confinio terrae Ponti, quorum quidam amabant comestionem carnium crudarum, & quidam ... humanarum, & quidam inuitabant vicissim quosdam ad conuiuia facta ex embrionibus filiorum suorum; intendo quod inuitabant et reinuitabantur. D. Omnia ... hęc facta feralia sunt & lupina: & quędam eorum fiunt propter ęgritudinem & amentiam, quę aut propter amentiam, ut quod narratur de viro, qui amens factus comedit matrem suam: & de altero, qui comedit hepar socij sui. quę vero propter ęgritudines & assuetudines sunt, ut delectatio ex depilatione capillorum, & pungitione vnguium, & comestione carbonum & luti. D. & de istis est concubitus masculorum, etenim hoc accidit quibusdam hominum ex parte naturę malę, quibusdam vero ex parte consuetudinis: ut illis qui consueuerunt incarcerationem a pueritia. Dixit. De illis ergo, quibus causa est natura mala, nemo dicit quod incontinentes sunt. & similiter quibus ęgritudo causa est victorię horum desyderiorum super ipsos, nemo dicit quod sint incontinentes, cum non sit de natura ipsorum esse continentes: sed sunt res alię. quemadmodum non dicitur de feris vel lupis quod sint incontinentes, eo quod comedunt carnem crudam. omnes enim isti sunt in ... egredientes terminum, sicut est ferina, & propter hoc non oportet ut dicatur incontinens de omni eo, qui non possidet seipsum in huiusmodi desyderijs. Et hoc, quoniam omnis stultitia superflua, & timiditas superflua, & non ... intemperantia superflua, quędam est naturalis, & quędam ęgritudinalis. Timiditas quidem naturalis, ut eius qui timet omnia. quidam enim istorum expauescit vocem muris, quando clamauit, qualis est timiditas feralis: & quidam eorum expauescunt propter causam ęgritudinalem. & vtrisque ista desyderia egredientia a natura inueniuntur in stolidis, quibus non est intellectus naturaliter, & non ... nisi sensu ut habitatores extremitatum habitabilium: intendo distantiam meridionalem & distantiam septentrionalem. & hoc aut per naturam, aut propter illud, quod accidit eis pluries ex causis ęgritudinalibus inducentibus illa desyderia, ut epilepsia & mania. D. Et forte possibile est ut aliquis istorum desyderiorum egredientium a natura sit in homine aliquo, qui retinebit se ab eis ita ut non vincant ipsum: ut contingit viro famoso apud ipsos, qui desyderabat comestionem infantis, & tamen retinebat se ab ea. & ut contingit in multis hominibus, qui desyderant concubitus fœdos, & tamen retrahunt se ab eis & fortuitu non erit possibile eis, in quibus fuerint huiusmodi res ut contineant seipsos. Cum itaque istud sic fuerit, dicetur de quibusdam malitijs quod sint malitię absolutę, & sunt naturales: & de quibusdam quod sint ferales, propter eorum augmentum & superfluitatem: & de quibusdam earum quod sint ęgritudinales. & vtrisque non dicitur nomen malitię secundum vnam speciem simplicem. & cum nomen non virtutis, & malitię nomen significent idem, manifestum est quod non virtus dicitur de tribus speciebus: aut absolute, aut quędam feralis, aut quędam ęgritudinalis. & quę dicitur absolute, est illa, quę dicitur non castitas vel intemperantia: & est melior illis. D. Quod igitur incontinentia & continentia dicitur de rebus, in quibus est castitas, & in alijs rebus species alię sunt incontinentię, de quibus dicitur hoc nomen per modum transumptionis: intendo per accommodationem, iam patuit ex his, quę diximus.

Habitatores extremitatum habitabilium vtuntur solum sensu.

Nomen malitię non dicitur secundum vnam speciem simplicem.

De incontinentia irę, & voluptatum differentiis, & vitio humano. *Cap. VI.*



Am vero minus turpem esse incontinentiam irę quam cupiditatum consyderemus. ira enim audire quidem rationem videtur, sed non recte tamen percipere, quemadmodum festini ministri faciunt, qui prius quam omnia quę dicuntur, audiuerint, excurrunt: deinde † ab actione

A aberant.& canes quoq; antequã inspexerint, an amicus sit quispiam, si strepitũ tantũmodo fecerit, latrãt: ita ira ob feruorem, celeritatem q; naturæ, audiens quidem, sed non quid præcipiatur, attendens, ad vindictam incitatur. nam statim vbi ratio vel imaginatio contumeliã, aut contemptum esse ostenderit, ipsa quasi ratiocinando collegerit bellũ ei esse inferendũ, indignatur. at cupiditas si tantũ rō aut sensus suaue esse aliqd dixerit, ad fruitionẽ eius incitatur. quare ira rationẽ quodã modo sequitur cupiditas nõ seqtur. turpior igit cupiditas est. irę enim incõtinẽs a ratione quodã modo vincitur: hic vero a cupiditate nõ a ratione superatur. Præterea magis ignoscendum est, si quis naturales appetitiones sequatur: nam talibus etiam cupiditatibus q̃ cões oĩbus sunt & quatenus sunt communes, venia magis dari consueuit. at iracundia & acerbitas naturalis magis est quam cupiditates quæ ex ce..ũt, & necessariæ minime sunt. quęmadmodum ille, qui se excusabat q; patrem verberasset: nam hic, inquit, suum, & ille item suum verB berauit: & commonstrans infantem, hic etiam inquit, vbi vir euaserit, me ipsum verberabit: gentile.n. nobis hoc est. ille quoq; qui trahebatur a filio, vbi ad ianuam deuẽtum est, desistere iubebat: nam se q; eousq; patrẽ suũ traxisse. Adde q; qui insidiosius agũt, sũt in iustiores. iracundus vero minime est insidiosus, sed apertus, sicut etiã ira. at cupiditas huiusmodi, est qualem etiam Venerem dicunt.

Cypigenæ enim fraudes nectentis, &

Zonam de pectore soluit, inquit Homerus,

Hic fraus est, quæ vel prudentes decipit ipsos.

Quare si iniustior & turpior incontinẽtia hæc est quã ea q̃ circa iram versatur: & absolute incõtinentia, & quodã modo vitiũ erit. Accedit q; dolore affectus cõtumelia vtitur nemo. Qui aũt ex ira q̃spiã facit cũ dolore id facit: q vero cõtumelia vtitur, cũ voluptate si igit ea sũt iniuriora ob q̃ idignari maxime cõuenit, incõtinẽtia quoq; cupiditatis huiusmodi erit: quippe cũ in ira contumelia minime sit incontinen C tia itaq; cupiditatis ea quæ circa irã existit esse turpionem, continentiam item & incontinẽtiam circa cupiditates & voluptates corporis versari, manifestum est. Harũ aũt ipsarum differentiæ sumẽdæ sunt. sicut enim a principio dictũ fuit, aliæ tã genere quã magnitudine humanæ sunt ac naturales: aliæ ferinæ: aliæ ex læsionibus & morbis euenientes ac circa harum primas tẽperantia & intemperantia versatur: vnde bestias neq; temperantes neq; intemperantes dicimus, nisi per translationẽ: & si quo alio modo omnino aĩaliũ genus aliud ab alio tum contumelia & salacitate, tũ voracitate differet. Non enim electionem, neq; rationem habent: sed è natura non secus ac furentes hoĩes excesserunt. feritas aũt minus quidẽ quã vitiũ sed horribilius tamen malũ est. quippe cũ nõ sit corrupta quemadmodũ in hoĩe optima pars sed desit, & nõ habeat. Simile nãq; est perinde ac si inanimatum ad animatum cum ferre velimus, vtrum peius sit. semper enim prauitas

eius quod non habet principium: intellectus autem est princip im minus idonea ad nocendum est. Non secus igitur est ac si ad iniustum hominem quispiam conferat. verunque enim a modo peius est. millies plura enim mala homo malus quam be perpetraret. D

DIxit. Nunc autem dicemus de incontinentia, quę circa iram, quoniam mi nus fęda ea, quę circa concupiscentiam. videtur enim ꝙ ira audit aliquid a ratione intellectus: sed non audit per totum. intendo ꝙ potentia ira scibilis in dispositione irę imaginatur quiddam eius, quod imperat potentia intellectus, sed non totum. Habet ergo se in hoc admodum seruientium, qui anticipiant hoc, quod mandatur eis, antequam complere percipiant. ergo in hoc ergo dominos suos. & ad modum latrantium, cum audiunt vo antequã cognoscant an sit vox amici an inimici. & causa in hoc est, q ira propter caliditatem naturę suę & festinantiam vel velocitatem cum aliquid a potentia rationali imperij ad vindictam, non discernit illud audi te, & pertransit fines mandati. etenim intellectus & phantasia ambæ exqui ciunt rem irascibilem: qm̃ ipsa mendax, & vix mandatum oportunum ad vindi ctam, sed vis irascibilis non accepiat de vindicta illud, quod videtur intellectui sed argumentatur oportere bellari contra omnem incutientem huiusmodi me dacium, & peruenire vsque ad finem in vindictis, concupiscentia autem sta im vt indicauerit ei intellectus aut sensus. ꝙ hoc delectabile conuertitur ad ipsum. E absque hoc ꝙ mandet ei penitus de hoc intellectus aliquid, intendo neq; par neq; multum, econuerso ei qui est in vi irascibili. irascibilis ergo secundũ modum auditrix est aliquo modo ab intellectu, & sequens ipsum quodammo do: concupiscibilis aũt nihil audit ab ipso, neq; sequitur eum, Amplius homo ampliorem potestatem habet super concupiscentias naturales q̃ super iram. ma gis ergo intrant sub voluntatem, i. plus sunt in rebus voluntarijs, & & concupiscentias naturales communes oĩbus hę superant se adinuicẽ, scdm se superãt in cõmunitate. D. & hoc qm̃ cõcupiscentię ꝑprie difficilioris sunt fugationis. ira ergo magis naturalis est q̃ volũtaria: cõcupiscẽtia vero volũtaria magis q̃ naturalis: intẽdo ꝙ volũtas est vincẽtior super eam q̃ natura, ecõ so vt in ira, & non est solũ ira naturalior concupiscentia cõi, sed ẽt propria. et ideo cadit magis ignorantia circa irã q̃ circa concupiscentiã propriã ꝑp hoc ꝙ sit naturalis domino concupiscentię, vt in illo qui ignoscebat filio suo verbera ti iniq;, ꝑp hoc ꝙ ipse ẽt iam verberauerat patrem suũ: & ꝙ filius filij sui erit verberaturus esset ipsum veniens ad ętatem, vt in illo, qui dicebat filio de hone stanti ipsum appropinquãti tã introitu portę domus, hic cessa: nã hic cessaui ego a dehonestatione patris mei. Amplius qui magis laterę quęrunt magis iniurian F tes sunt: irati: aut non quærunt latebras, concupiscentię vero quęrunt. D. & ꝑp hoc cũ concupiscentię proportionentur veneri, dictum est ꝙ ipsa postemit nati latenti & fraudulenta occisione, & capit ipsum. Cũq; res sit scdm hęc inconti nentia, quæ de cõcupiscentia dicitur, iniuriosior est & turpior, q̃ incontinentia, quę fit in ira. & ideo irascens non est incontinens absolute, sed in continens irę. D. Amplius, si ille, qui vituperat per iram, vituperat ꝑp impetũ accidentẽ ei. aũt amore retrahẽdi, non vituperat nisi delectationis cã: tunc irascens simila e quęrenti vltionem. ideoq; si sit mouens iram iustã vt pluribus magis iniuriãs il lo qui mouet irã, sic erit in concupiscentia iusta motor eius magis iniurians illo qui mouet ad cõcupiscentiã iniustã. nõ aũt se habet sic res: ideo ꝙ motor in cõcu piscentia iusta est iustus: ideoq; nõ est vituperatio irati detractatoria: & est de tractoria eius, qui incępit vituperationẽ. D. Quod ergo incontinens in concupi scentijs turpior est incontinenti in ira: & ꝙ incontinẽtia in cõcupiscẽtijs & de lectationibus corporalibus, patet ex dictis. D. Oportet aũt vt accipiamus ad di stinguẽdũ cõcupiscibilia, & ea in quibus est castitas, iã aũt dictũ fuit ꝙ concupi scentiarũ q̃dam sunt humanę naturales, in genere & q̃titate, & q̃dam ferales, et

A ... egritudinales. & castitas & nõ castitas inueniũtur quidẽ in rebus natura... ex ipsis: ideoq; non dicimus de feris ꝙ castę neq; ꝙ incastę, nisi per tran... ptione nominis. D. & vlt species aialis ferocis, s. quę pessima est in illo ge... pere, aut pessima in alio genere per id, qđ in eo est de ferocitate & mansuetu... dine, minus mala est in homine feroce: eo ꝙ aial ferox non habet intellectũ ne... que eligentiã, hõ aũt ferox habet. Bit ergo malitia inuenta in hoie feroce vehe... mentius contristans & iniurosior: eo ꝙ contristatio fit quidẽ scdm quãtitatem ... corruptionis boni: & bonũ, qđ corruptũ est in hoie feroce, melius est bono, qđ corruptum est in alio aiali feroce. & hoc, qm̃ proportio boni, qđ corruptum est in hoie, ad bonũ, qđ est corruptũ in alio aiali, est sicut proportio boni, qđ corrumpitur in aiato ad bonũ quod corrumpitur in inaiato. ideoq; malitia, quę est in aiato, maior est, ea quę est in aiato. & silr malitia q̃ est in rationali, maior est ea q̃ est in irrationali. Et ista cõparatio eadẽ est cõparationi injurię fere ad ... hois feralis. & qm̃ iniuria feralis non est multifaria, cũ nõ habeat prin... cipium intellectus: iniuria aũt humana habet principiũ intellectus: et ꝙ hõ prin... cipiũ intellectus innatus est necessario. & propter hoc. sicut dixit, conueniens est ... faciat ferox ex iniuria magis, eo ꝙ fera vicibus multis est.

De continente, incontinente, tolerante, & molli. *Cap. VII.*

B



T vero circa tactus gustatusque voluptates & dolores cupiditates item & fugas, circa quas intemperantia & temperantia definita prius est, ita se habere quispiã potest vt vel qu bus pleriq; sunt superiores ab iis vincatur: vel ea superet quibus plerique sucumbunt. Ex hiis ... circa voluptates versatur, alter incontinens, alter cõtinẽs ... dolores, alter mollis, tolerans alter dicitur. plurimorum ve... ro ha...tus medii sunt, licet magis ad deteriores declinent. Sed quia ... nonnullæ voluptates necessariæ sunt, aliæ non necessariæ: & quadam ... excessus vero & defectus necessarii minime sunt: & simili mo... do etiam circa cupiditates & dolores res sese habet: qui iucundarũ rerum excessus vel cum excessu, vel ex electione & propter ipsas, nul... la... quę aliã ob rem euenientem persequitur, intemperans est. Nec ...

C se enim est hunc non esse eiusmodi, vt eum pœniteat, quare est incu... rab...is nam quẽ nõ pœnitet, incurabilis est q vero deficit, est huic op... po...i...qui est medius, temperans. simili modo quoque qui corporis do... res non quia sit inferior & vincatur, sed ex electione fugit. At eo... rum qui non eligunt, alter ob voluptatem, alter ob quod fugit dolo... rem ex cupiditate euenientem, ducitur: quare inter se differunt. vnĩ cuique enim peior esse videretur, si quis aut nihil, aut leuiter cupiens ... aliquid perpetraret: quã si vehementi cupiditate affectus idẽ fa... ceret item si non iratus, quam si iratus verberaret quispiã. quid. n. age... ret, si in affectu esse constitutus? ideo intemperans incontinente dete... rior est. Est ex iis vero quos diximus, alter in molitiæ specie magis est incontinens incontinenti autem continens: molli tolerans op... ponitur. tolerare enim in resistendo consistit continentia in continẽ... do & cohibendo. diuersum autem est resistere & cohibere. non secus

ac non superari, & vincere, vt hac causa continentiæ quam tolerãtia sit expetibilior. Qui vero deficit in iis aduersus q̃ plerique renituntur & possunt: is mollis est, & delicatus: delitiæ.n.mollitia quædam est. D
qui i.s.pallium trahit, ne si ipsum tollat, dolorem sibi laborãdo [illegible] dum egrotantem imitatur, miserum esse non existimat, cum misero similis sit. Pari modo quoque circa cõtinentiam & incontinentiã res sese habet. non enim si quis vehementibus & modum excedentibus aut voluptatibus, aut doloribus vincitur: id mirum est. quin si reb[illegible] vincitur venia etiam dignum habetur: vt Theodecti Philoctetes a vipera morsus: aut Carcini in Alope Cercyon: & sicut ii qui cum co[illegible] bere risum nitantur: in profusum cachinum erumpunt: id quod Xenophãto contigit. Sed si ab iis vincitur, iisque nequit repugnare, quibus plerique possunt resistere: atq; id non ex natura generis, aut morbo. Quemadmodũ apud persarũ reges mollities ex genere ẽ: & sicut fœmina a mari distat. Iocosus quoque esse intemperans videtur [illegible] molis. iocus.n.cũ sit requies, relaxatio est. Iocosus vero ex iis e[illegible] qui in hac excedũt. Incontinẽtia alia temeritas, alia imbecillitas est. nam E
alii vbi consultarunt, in iis quæ decreuerunt, ob affectum postea non perstant alii quia non consultarunt, ab affectu ducuntur. nonn[illegible] quemadmodũ qui se prius titillantur, nõ titillãtũr: ita qu[illegible] q[illegible] ipsi[illegible] præsenserint, ac præuiderint, seq; ipsos & rationẽ præexci[illegible] iucundum siue molestum quippiam fuerit: ab effectu non [illegible]antur. præcipue vero celeres, & atrabile effecti temeraria incont[illegible] sunt incontinentes illi enim ob celeritatem, hi ob vehementia[illegible] rationem non expectant, propterea quod procliues ad sequendam imaginationem sunt.

DIxit. Quod autem delectationes & tristitię, quę fiunt in sensu tactus & gustus, intendo ꝙ inquisitio & fuga, quę fiunt in istis rebus in ea[illegible] fit castitas & non castitas, iam determinatum in pręcedentibus hu[illegible]. Et qui nominatur ex his incontinens & continens, est is qui circa delectationes qui vero nominatur dissolutus & tolerans, est is qui est circa tristitias. & [illegible] vno quoq; istorum duorum generum dispositiones multę superant se in malitia, & F
superant se opposita ipsorum etiam secundum hoc in bonitate. & hoc etiam secundum superationem delectationis in seipsis. Et hoc qm̃ quędam delectationes sunt necessarię, & quędam in hora quadam: & malitia in istis est in additione & diminutione. & similiter de tristitijs intrantibus de necessitate malitia in ipsis est in aditione & diminutione. qui autem superfluit in inquirendo add[illegible]es rerum delectabiliũ ex electione sua non propter rem accidentalem talis est incastus. Conueniens.n.est vt hunc non sequatur pęnitentia ex prosecutione desyderiorum ideo hic incurabilis est. qui enim non pęnitet ex prosecutione cõcupiscentiarũ, insanabilis est. qui vero deficit circa concupiscentias necess[illegible] oppositus est ei, qui superfluit in ipsis. medius aũt inter eos castus est. & sim[illegible] q̃ fugit tristitias viles volũtarie, non pp̃ hoc ꝙ vincant ipsum illę tristitię, vituperabilis est etiam. D. Fugientes autem res, quas non concupiscunt, duobus modis sunt: vnus sequitur delectationes, alter fugit tristitias. & ideo est inter eos diuersitas, & est cõueniẽs ꝙ putetur de eo, qui facit turpem actionem q[illegible]e, et remisse absq; cõcupiscentia, ꝙ in oĩbus dispositionibus suis peior sit eo, q̃ f[illegible] actionẽ turpẽ pp̃ concupiscentiã vehementem. & propter hoc ille, qui [illegible] verberat absq; ira, peior est eo qui verberat cũ ira. & dignior ignoscentia illo est ille, qui

verbetal propter aliquam occaſionem vincentem ipſum . & cuius gratia eſt in-
A caſtus peior inconiinente; eo ꝙ incontinens victus eſt a deſyderio, & incaſtus
eligit ipſum, prẹterquam vinceretur ab ipſo. Et vnus eorum, de quibus dicitur
nõ continẽs, eſt diſſolutus, & alter nõ caſtus, & opponũtur ſitu. continẽs quidẽ
non continenti & diſſolutus toleranti. & tolerãtia aliud eſt a cõtinẽtia: tolerãtia
enim refutatio eſt, cõtinẽtia vero retractio. & refutatio aliud eſt a retractione, ſi-
cut vincere aliud, eſt a vinci . & pp hoc cõtinentia dignior eſt ꝙ tolerantia, in-
tẽdo nobilior. D. Qui aũt debilis eſt ad implendũ eã, ad quorũ repulſionẽ potẽ-
tes ſunt plures hominum, eſt diſſolutus & lubricus. etenim lubricus eſt diſſolu-
tus quis, vt illi qui requirũt aliquẽ, qui referat eius geſta oĩbus horis ſuis: quã-
tenus non cadant in triſtitiam neq; laborem penitus. & vt illi, qui ſe aſsimilãt
ęgris in exigendo ſuſtentationes & conſolationes. hi .n. ęgri ſunt, nõ confitẽtes
ſe ſanos in aliqua horarum cum in omnibus diſpoſitionibus ſuis diſsimilentur
ſe illis, qui requirunt media. D. Et in continentia & non continentia diuerſitas
in receptione ignoſcentiæ, & receptione. non enim mirũ eſt, neq; a quo ſit diſ-
ſentiendum vt indulgeatur ei qui ſuperatus eſt a concupiſcentijs fortibus & ui-
tijs ſuperfluis, vt quod indultum fuit tali, quando non continuit ſe tunc, cum
morſus fuit a vipera. & in hoc genus intrant illi, qui vincuntur a riſu. Non in-
dulgetur autem ei, qui vincitur a rebus , ſuper quorum repulſionem potentes
ſunt plures hoĩum, cum non vicerit eũ per naturam propriam ſibi: vt in diſſolu-
B tione, quę inuenitur in quadam gente & non in alia : vt in diſſolutione, quę ap-
propriatur fęminis & non maſculis . D. Et videtur de iocoſo ꝙ ſit non caſtus
& lubricus . & iocus dignior eſt vt ſignificet ſuper hoc, ꝙ dominus eius ſequi-
tur quidem per ipſum recreationem, quę fit per iocum , qua ſignificet ꝙ domi-
nus eius ſuperfluus ſit. in requiſitione recreationis . D. Et quædam incontinẽ-
tia cum prudentia eſt : quędam autem abſq; ea. prudentes quidem ſunt illi,
qui verſant conſilium, & percipiunt rectum, poſtquam dimittunt ipſum, & ſe-
quuntur paſsiones. debiles aũt ad pręuiſionem ſunt illi, qui ſequuntur paſsiones
abſq; eo ꝙ vtantur conſiliatione. & continentium quidam ſunt qui continent
ſe propter opinionem rectam, vt illi qui non gargarizant in principijs paſsionũ
ſ..., eo ꝙ iam reperti ſunt ꝙ gargariſmus non proficit in illa hora: & quidam
ipſorum ſunt, qui continent ſe propter quancunq; leuem ęſtimationem ſuper-
uenientem eis . D. & illi qui ſunt non continentes cum prę uiſione, ſunt quibus
dominatur cholera nigra. etenim quidam iſtorum propter velocitatem quę eſt
in eis: & quidam eorum propter voluptatem non ſequuntur rationem: intendo
non auſcultant ad hoc quod mandatis, & ſequuntur phantaſiam.

C *Quæ incontinentis & intemperantis differentia ſit.*
Cap. VIII.

At intemperans ſicut dictum aſt, non eſt eiuſmodi, vt eũ pœniteat, perſtat enim in propoſito : ſed incontinentẽ quodam modo pœnitet . quo circa non ſicut dubitauimus, ita ſeſe res habet, ſed hic facile poteſt ſanari, ille incurabilis eſt: quippe cum prauitas ex morbis aquę in tercutem & tabi : incontinentia comitialibus per quã ſimilis ſit. illa enim continua, hæc non continua improbitas eſt. atque omninò diuerſum eſt incontinentiæ & vitii genus : vitium enim latet, incontinentia nõ latet . Ex iis autẽ ipſis illi qui exturbantur, meliores ſunt, quã qui rationem habẽt, atq; in ea non perſiſtũt. a minori .n. affectu ſuperantur : et nõ incõſulti vt alteri ſunt. nam ſimilis incontinens eſt iis, qui & cito, & pauco vino, & pauciore etiã quã pleriq; inebriãtur.

Incontinenriam igitur non esse vitium manifestum est. sed quadã ex parte fortasse. hæc enim præter electionem, id ex elect[illegible] ne e[illegible] d B actionibus tamen habet similitudinem. quemadmodum D[illegible] in Milesios dicebat: Milesii sane non sunt quidem imprudentes: [illegible] tñ agunt, quæ imprudentes solent: sic incontinentes licet in[illegible] sint, iniuste tamẽ agunt. Quoniam vero alter talis est vt non e[illegible] persuasus sit, voluptates corporis supra modum, & præter rect[illegible] tionem sequatur: alter autem persuasus est, quia est talis vt eas [illegible] tur: illi dissuaderi facile potest: huic non potest. Virtus enim & pra[illegible] tas principiũ altera corrũpit, altera conseruat. in actionibus a[illegible] p[illegible] pium illud est cuius causa res fit, sicut in mathematicis suppo[illegible] nam neq; illic ratio est quæ doctrinã tradat principiorũ, neq; h[illegible] sed virtus vel naturalis, vel assuetudine cõparata recte opinãdi c[illegible] ca principium præceptrix est. Ac temperans quidem huiusmodi e[illegible]: hu[illegible] contrarius intemperans. est etiam quidam qui ex affectu ẽ recta [illegible] ne exturbatur: quem sanè superat affectus, vt ex recta ratione minime agat, non tamen ita superat, vt talis euadat, qui eiusmodi volup[illegible] E effuse sibi esse sectandas persuásum habeat: atque hic est inconti[illegible], qui intemperáte melior est: nec est absolute prauus: quippe cum i[illegible] eo id quod optimum est, i. principium ipsum conseruetur. cõtrarius hu[illegible] alius est qui persistit, neque ex affectu exturbatur. Hinc igitur a[illegible] u probum, alterum prauum esse habitum patet.

Dixit. Incastus ergo, quẽadmodũ dictũ est, nõ pœnitẽs. & pp hoc nõ est [illegible] dinẽs incastus: eo ꝙ incontinens pœnitens est. vni ergo nõ est curan[illegible] ille cui non est pœnitentia: alius autem sanabilis est. D. incastitas itaque [illegible] tur ęgritudinibus incurabilibus, vt tympaniti & phthisi: incontinẽtia vero [illegible] bilibus, vt causis doloris capitis. & vlr quidẽ genus incontinẽtis aliud est [illegible] re incasti. Incastus enim occultat incastitatẽ suam, cum incaste agat ex prop[illegible] & electione: incontinens autem non est possibile vt occultet. est.n. quasi [illegible] ab illecebra. Et illi, quorũ incontinentię causa est debilitas intellectus eorũ, [illegible] liores sunt eis, in quibus salua est ratio, & nõ sequũtur eã. & hoc, qm illi [illegible] debilium intellectuũ, ducuntur a minore accidẽte passionis, quod acci[illegible] & nõ prçuident & percipiũt rectam rationẽ. & vlr incõtinẽs qui[illegible] similis est ei, F qui inebriatur a modico vino pp debilitatẽ cerebri sui, & non similatur e[illegible] inebriatur ex eo, ex quo inebriãtur plures hominũ: intendo ꝙ incontinẽs [illegible] bilis est a modica passione propter debilitatẽ intellectus sui: quemadm[illegible] lis cerebri vincibilis est a pauco vino propter debilitatem cerebri sui. In[illegible] nens ergo non est malus absolute, sed est secundũ diuisiõem malitiam [illegible] quiddam actionis eius per electionem, & quiddã nõ per electionem: inte[illegible] vincibilis est a passione. & similiter indulgetur incontinentię eius, qui paucę est experiẽtię. & pp hoc hmõi nõ iniuriãtur scdm veritatẽ, licet faciãt ac[illegible] rię: intẽdo incõtinẽtes pp paucã experiẽtiam. Cũ itaq; qui talis est, nõ [illegible] qui vtitur delectationibus corporalibus superflue, & in cõparatione nõ [illegible] corrupta, & est incastus, tunc põe est vt agat actũ virtutis, narrãdo scien[illegible] ex parte experiẽtię & sufficiẽtię persuasiõis: intẽdo eũ, qui perpetrat [illegible] per modicã experientiã: incasto aũt non est hoc põe. Ideo non seiungitur vir[illegible] a malitia, nisi ex parte sanitatis principij speculationis & corruptionis ip[illegible] & hoc, qm principiũ in virtute sanũ est, & in vitio corruptũ. & intẽdo per p[illegible] piũ rẽ, propter quã est actio: & est illud, quod habet se ex rebus operab[illegible] ha bitudine terminorum & principiorum ex rebus indoctrinalibus: & non est ra-

A tio veræ, intendo eã, per quam acquiritur opinio recta effectiua boni: sed effectiuã boni est virtus naturalis & sensualis. & hoc, quoniam virtus sensualis causa est sanitatis opinionis: & natura causa est virtutis voluntariæ: & actionis virtuosæ causa sunt istę duę: intendo virtutem & opinionem rectam. Et propterea ille, qui facit bonum inuentum in delectationibus & tristitijs cum virtute & opinione sana, est castus. & contrarius ei incastus est: intẽdo eum, qui fecit malum, quod est in delectationibus & tristitiis cum malitia & opinione corrupta. & forsitan aliquis hominum diuertit a ratiocinatione sana, quę videtur ei a ratiocinatione corrupta, quę apparet ei propter occasionem, quę est in ipso: intendo fortitudinem concupiscentiæ, vt ꝙ ducat ipsum hoc ad opinandum ꝙ oporteat eo requirere delectationes inuerecunde & vi, & ad non considerandum exigẽtiam legis circa illud. & hic quidẽ ẽt est incontinens. & magis ignoscendum est ei quã incasto, eo ꝙ incastus natura facit actiones incasti propter ratiocinationẽ peruersam, quã videat in his actionibus ex parte occasionis, quę fit in ipso: sed facit eas propter malitiam. & hac de causa est species hęc non continentię melior non castitate. neque est malitiosa simpliciter, eo ꝙ principium actionis ipso saluum est & bonum: intendo rationem. & est quidem victus ab occasione. & inuenitur species alia opposita ei, & est ille qui constans est: & non recedit ab eo, quod videtur ei de recto propter occasionem. Et manifestum est quod
B hęc dispositio virtuosa est, & contraria eius vitiosa: quamuis non sit vitiosa simpliciter.

De continentis & pertinacis conuenientia & differentia. Cap. IX.



Trum igitur cõtinens is est, qui in qualicunque ratione & qualicunque electione, an qui in recta tantum persistit? vtrum item incontinens, qui in qualicunque & ratione & electione perstat, an qui in falsa ratione, & non recta electione permanet? nunquid ex accidenti in qualicunque, per se vero in vera ratione, & in recta electione persistit alter, alter non persistit? nam siquis illud ob hoc eligit & sectatur hoc per se: prius illud ex accidenti sectatur, atque eligit: per se autem sim-
C pliciter & absolute appellamus. Quare fit vt quodam modo in qualicũque opinione: absolute autem in vera alter perseueret, alter nõ perseueret. Sunt autem nonnulli in opinione perseuerantes, quos pertinaces vocant, vt obstinati, & qui non facile dissuasionem admittunt: qui similitudinem quidem cum continente quandã habent, sicut prodigus cum liberali, audax cum forti: diuersi tamen in multis sunt. cõtinens enim ex affectu & cupiditate non immutatur: nam cum incident, suasioni obtemperans est: ille non a ratione. cupiditates enim admittunt plerique, atque a voluptatibus ducuntur. Ac sunt quidem pertinaces qui suæ sunt sententię homines, & ineruditi, & rustici. atque hi quidem suę sunt sententię, ex voluptate & dolore: gaudent enim cum vincunt, si non dissuasi fuerint: dolent contra si sua, perinde ac sint decreta, irrita fuerint effecta. vt hac ratione incontinenti magis, quam continenti similes sint. Sed sunt etiam quidam qui in iis quæ decreuerunt non perstant, neque tamen ob incontinentiam: vt

in Philoctete Sophoclis Neoptolemus, at qui is ob voluptatem q[illegible] dem, non persistit: sed honestum erat. verum enim dicere ipsi erat ho- D
nestum cum ad mentiendum ab Vlysse fuisset persuasus non enim o[illegible] nis qui ob voluptatem quippiam agit, intemperans est, aut p[illegible] uus, aut incontinens: sed qui ob turpem voluptatem agit. Cu[illegible] autem sit quidam etiam talis, qui corporalibus minus quam oporteat oblectetur, neque in ratione tamen persistat: inter hunc & incontin[illegible] tem medius continens est. incontinēs enim in ratione non pers[illegible] quia magis quam oportet: hic, quia minus quā oportet, quippiam [illegible] ctatur. at continens perstat, & ob neutrum immutatur. S[illegible] con[illegible] vero honesta est, vtrosq; hos contrarios habitus esse prau[illegible] am videntur, necesse est. quia tamen alter ex his in paucis, & [illegible] let reperiri: fit, vt, quemadmodum temperantia intemp[illegible] contraria tantum videtur, sic incontinentiæ continentia esse vi[illegible] tur. Ceterum quia multa dicuntur ex similitudine, consequitur, v[illegible] tinentia temperantis quoque per similitudinem sit. nam & contin[illegible] eiusmodi est, vt nihil præter rectā rationem ob corporis volupta[illegible] faciat: & similiter temperās sed ille tamen prauas habet cupid[illegible] hic non habet: atque hic est talis, vt præter rationem non oblectetur ille vt oblectetur quidem, sed tamen non ducatur. Similes [illegible] inc[illegible] tinens & intemperans inter se sunt qui quidem, cū sint diuersi [illegible] corporis voluptates sequuntur: sed alter oportere existimans, a[illegible] non existimans id facit. E

DIxit. Et si continentia est dispositio bona, tunc queritur an [illegible] ille, qui constans est in omni opinione recta, quam videt siue non [illegible] an ille qui cōstans est in opinione recta? & similiter queritur cū [illegible] tinente, an est ille, qui non est constans in quacunq; opinione, aut qu[illegible] cōstans in opinione recta? & iam dubitatum fuit de hoc in precedenti[illegible] & quando determinata fuerit res in isto, patebit ꝙ cōtinens per se est ille [illegible] stans est in re vera: & incontinens, qui non est constans in ipsa. incōtinen[illegible] scd̄m quācunq; opinionem, & continens scd̄m quācunq; opinionē. & sunt con tinens & incōtinens per modū accidentis: intendo ꝙ ipsi contigerit ꝙ opinio sana sit, que videtur ei, est virtuose cōtinentie: & quādo contigerit hu[illegible] uersum, est continētia in ipso, non vitius, & similiter in incontinente qd̄ opp[illegible] nitur huic. & comparatur res rei scd̄m veritatem, quando fuerit per se. [illegible] F
igitur tres modi ille, qui cōstans est in quacunq; opinione: & oppositus h[illegible] inconstans in quacunq; opinione: & medius inter eos, virtuosus videlicet [illegible] est firmus vel constans in opinione recta, & non constans in opinione fals[illegible] Et eos, qui constantes sunt in quacunq; opinione, nominant eos homines f[illegible] in proposito: & sunt illi, quorum difficilis est permutatio ab eo quod cred[illegible] & recipiunt ex facili illud, quod primo proponitur eis ex opinionibus. & [illegible] assimilatur continēti scd̄m veritatē, quem mediū esse iam diximus. & e[illegible] latio ipsi est sicut similatio prodigi ad magnificū, qui medius est inter p[illegible] & auarum: intendo ꝙ hec extremitas istorum est honorabilior extremitate ei opposita, cum propinquior sit medio. ideoq; continens scd̄m opinionem omnem melior ē incōtinēte scd̄m oēm opinionē. & ē inter eos magna diuersitas. etenim cōtinēs scd̄m oēm opinionē nō mutatur pp cōcupiscentiā & passionem, & v[illegible] est bone creditionis, obediens dicto rationis: qui vero fuerit incontinēs [illegible] omni opinione, non obedit rationi, & sequitur omnes concupiscentias. D. & f[illegible] quidem propositi, & continētes scd̄m omnem opinionē sunt hoīes, qui habēt [illegible]

A positum approbatum sibi: & non est apud ipsos cognitio. & isti sunt rusticolæ: intendo hoies rudes habitatores villularum. & sunt quidem isti propositum haben tes proprium in delectatione & tristitia: ideoq; gaudent isti ex victoria sua super delectationem & tristitiam: et tristantur, qn variatur credulitas ipsorū, & in gre fuur super eos dubitatio in opinionibus, de quibus credunt q sint venustæ. Similiter ergo sunt continentibus q incontinentibus. D. Sunt aūt quidā hoium, qui non firmantur in eo quod opinantur, & credunt, nō propter incontinentiā, sed non propter delectationē vilem, sed propter delectationē nobilē bonā: intendo vt ille, qui recedit ab opinione falsa, quā credebat propter delectationē suā ex sermone veraci. ex hoc itaq; non est incastus, neq; malus, neq; incontineus ille, qui non firmatur secundū rōnem propter delectationem quālibet, sed qui nō firmatur propter delectationem turpē. D. Et cum pos sit vt quidā hoīum appetāt delectationes minus q oportet, et non firmantur secundū rōnem: intendo q secū dū opinionē rectā, tunc ille, qui est secundū hanc dispositionem, est inter continentem & incontinentem. & hoc q̄m incontinens, qui non appetit minus quā oportet, non firmatur in eo, quod ei vr̄ vt in pluribus. incontinens aūt, cuius appetitus minor est q oportet, est quidē incontinens in paucioribus: intendo q incontinens est in paucioribus. continens aūt est ille, qui firme consistit propter id, quod ei visum fuerit, & non mutatur. Si ergo fuerit continens virtuosus, oportet vt sint istæ duę dispositiones contrarię ciuiles. veruntamen vna earū deterior est altera: nā vna earum e t in paucis, & altera in multis, erit ergo malitia il lius agens, & ista plus. D. Et queadmodum putatur de castitate q sit continentia incastitatis: sic putatur de continentia q sit contraria incontinentię. D. nihil est cogens vt sit continens ipse castus, nisi nominetur continens propter similitudinem secundum q nominantur multę res nominibus multarum rerum propter similitudinem, quę est inter eas, & modus dissimilitudinis, qui est inter istos duos est, q̄m continens & castus sunt ambo nō faciētes diuersum eius, quod mandat faciendū ratio & opinio recta ex passione a delectationibus corporalibus. Veruntamen differentia est inter eos, q incontinente inueniuntur cōcupiscentię prauę: nisi quod retinet seipsum ab eis, & tristatur ex retentione: casto vero non est concupiscentia praua, & vnus eorum non delectatur ex facto ratione gratia contristationis suæ ex retentione concupiscentiarum, & est continens: alter aūt delectatur ex facto rationis, & est castus. Et quemadmodum continens similatur casto, absq; hoc q sit ipse castus: similiter non continens similatur non casto, cum ambo requirant res delectabiles corporales. attamē inter eos tamen differentia est: & hoc, eo q vnus eorum videt appetendum esse delectabilia corporalia, & fugiendum esse a contristabilibus, & facit secundum q videt hoc. & alter facit hoc, & non videt istud, & est incontinens.

C

Prudentiam & incontinentiam simul in eodem non esse. *Cap. X.*



Ed neq; vt idem simul & prudens & incontinens sit, fieri vllo modo potest. qui enim prudens sit, eum simul & probum esse moribus demonstratum est. Adde q non in eo solum q cognoscit, est prudens quispiam, sed in eo q est actuosus: incontinens autem actuosus non est. Calli dum [illegible] esse incontinentem, nihil vetat. vnde et prudentes esse nō [illegible] tur, qui sint incontinentes: propterea q calliditas eo modo quo [illegible] diximus a prudentia discrepat: estq; quantum ad rōnem [illegible], proxima: quantum ad electionē, diuersa. Neq; igitur vt cognoscens, & contēplans, sed vt dormiens, & vino oppressus. ac sponte qui[illegible] agit, q [illegible] dam. n. modo cognoscit & quid, & cuius causa facit: prauus

tamen nō est: quippe cum electio eius proba sit. quare semiprauus est, & non iniustus. non enim est insidiosus. Alter.n.ex ipsis in iis quę cō- D
sultauit, non perstat: alter qui atra bile est affectus, ne consultat quidē omnino. Ac similis quidem est incontinens ciuitati, quæ omnia quidē quę fieri debent, decernat, legesq; bonas habeat, sed eis tamen non vtatur: quemadmodum Anaxandrides canillatus est: Nil iura curans consulebat ciuitas: prauus vero vtenti quidem legibus, sed malis, similis est. Versatur autem incontinentia & continentia circa id quod multitudinis habitum excedit: nā alter amplius, alter minus perstat, quam multitudinis facultas sit. Atque ex incontinentiis sanabilior illa est, qua qui atra bile sunt præditi, vti consueuerunt, quàm ea quæ illorū est qui consultant, sed postea tamen in iis quę consultarunt, non persistunt. incontinentes item ex assuetudine, quā ex natura sanari facilius possunt: quippe cum consuetudine quā naturam immutare facilius sit, nam ob id quoque consuetudinem mutare est difficile, quia naturæ perquā similis est: quemadmodum etiam Euenus inquit: E

Consuetudinem q̄ naturā immutare facilius est.

Consuetudo quidem rerum tractatio longa est:
Quam procedentem naturam dicimus esse.

Quid igitur continentia sit & incontinentia, quid tolerantia & mollities: quamq; hi habitus inter se rationem habeant, dictum iam est.

DIxit. Est aūt impossibile vt sit homo prudens & incontinēs simul. iam enim demonstratū fuit in tractatu p̄cedenti q̄ prudens & virtuosus more vnus sunt. Amplius prudens quidē non est solū prudens per sciam, sed & per operationē: intendo vt sit operatio eius conueniens suę scię: incontinētis aūt operatio non conuenit suę scię. Astutū vero nihil prohibet incontinentē esse. ideo putant quidā hoium q̄ contingat incontinētem prudentē esse: & hoc eo q̄ differentia, quę est inter astutum & prudentem, scdm q̄ ante iam determinatū est, fando in pręcedenti tractatu. & hoc, qm̄ vnum sunt in forma, & diuersificantur solū ex parte electionis. prudens nanq; non adinuenit semper nisi bonū. astutus aūt adinuenit & bonū & malum. D. Et non refert inter eum qui scit et operatur per sciam suam, & eum qui scit & non operatur, aut operatur & non scit, nisi sicut dormientem & vigilem, & sicut inter ebrium, qui bibit de voluntate sua & sobrium. ebrius ergo similatur ei qui scit & non operatur per scientiam suam: operatur enim turpe & videt q̄ turpe: sed dispositio ebrietatis facit hoc facile ei. qui aūt operatur absq; scientia est sicut dormiens. & ideo non est vnus ex istis malitiosus veraciter: eo q̄ quisq; istorum est bonus potentia & aptitudine. malitiosus aūt non est bonus neq; potentia neque actu. & propter hoc non est vnus duorum modorū incontinentium iniuriosus: intendo eum qui est incontinens propter priuationem scientię, & eum qui est incontinens habens scientiam propter victoriā concupiscentiæ. neuter.n. istorum fraudulentus est. intendo per fraudulentum, qui facit iniuriam ex pręconsiliatione & electione rationali. vnus enim incontinentium est ille, qui inconstans est in opinione, quam videt: & alter mobilis vtilis in moribus, nihil pręmeditans. D. Et similatur incontinens ciuitati, quę habet leges nobiles, & non vtitur eis penitus. & malitiosus similatur ciuitati habenti leges iniquas, & vtenti eis. Incontinentia ergo & continentia, qm̄ super excedunt, ponunt habentēs scdm dispositionem, in qua excedunt plures hominum: continens quidem superflue, eo q̄ eius continentia plus est q̄ plurium hominum: incontinens autē, eo q̄ eius continentia minus est q̄ plurium hominum. Qui aūt incontinentium citius curabilis est, est ille, cuius incontinentia est propter choleram nigram, cum non peccent ex pręmeditatione & pręiudicio, qui autem F

A preme[d]itantur & prejudicant & non constant super iudicatum, difficilius cura[bilis] sunt. & similiter illi, qui incontinentes sunt propter assuetudinem, cuius [cur]abiles sunt illis, qui incontinentes sunt propter naturam. permutatio. n. cō[suetudinis] facilior est permutatione naturę, difficilis est enim cōsuetudine, eo q[uod] [ass]imilatur naturę. D. Ex hac ergo dictione demonstratum est quid continēs & [q]uid incontinens. & quid tolerans & quid dissolutus vel mollis, & qualis [si]t p[r]oportio istarū dispositionum quarundam ad quasdā. Et hic explicit po[s]tremum eius, quod dixit de intentionibus, quę appropriantur huic tractatui: ne[c] que repetetur in alio ex tractatibus istius libri, loquitur enim in tractatu, qui est post hunc, de delectatione, & perscrutatio de ipsa complebitur in postremo tractatu huius libri.

De voluptate. *Cap. XI.*



T vero de voluptate & dolore contemplari eius est qui circa ciuilem facultatem philosophatur. is enim finis eius architectus est, ad quem spectantes vnumquodq; tum malum tum bonum appellamus. Præterea de B his considerate necessarium etiam est: quippe cum vir[tutem] moralem & vitium circa voluptates, & dolores constitueri[mus]: & felicitatem plerique existere cum voluptate afferant: vnde etiam beatum a verbo χαίρειν quod est gaudere, μακάριον nominarint. Quibusdam igitur nulla voluptas neque per se neque ex accidenti esse bonum videtur: non enim posse idem & bonum esse & voluptatem asserunt. alii nonnullas bonas, plerasq; prauas esse opinantur tertia sententia præterea est, etiam si omnes sint bonæ, optimum tamen voluptatem esse nullo modo posse. Atque omnino quidem nō esse bonum propterea dicunt, q[uod] omnis voluptas generatio est sensi[bi]lis in naturam: nulla enim generatio finibus est cognata. verbi cā[usa] nulla ædificatio domu. est. Temperans præterea voluptates fugi[t]. [i]tem prudens quod dolore vacat, persequitur, non quod iucundum est. voluptates etiam prudentiæ sunt impedimento. atque eo magis, C quo quis magis oblectatur. vt in venereorum voluptate contingit: in qua constitutus nemo intelligere quippiā potest. Huc accedit q[uod] vo[lu]ptatis nulla ars est: cum tamen bonum omne opus artis esse censeatur. Adde q[uod] pueri quoq; & bestiæ voluptates p[er]sequuntur. Quòd autem non oēs esse probas dicant, propterea est, quia turpes etiam nō[n]nullæ, & probrosæ, & noxię quoq; reperiūtur. quippe cum morbosa sint quædam ex iis quæ voluptate afficiunt. At non optimum esse voluptatem asserunt, ob id quia non finis, sed generatio est. Atque ea quidem quæ dicuntur, huiusmodi sunt.

Improbatio rationum de voluptate. *Cap. XII.*

AT enim non effici ex his vt voluptas aut bonum aut optimum non sit, hinc perspicuum erit: primum, quia bonum dupliciter

ter, alterum enim absolute, alterum alicui bonum dicitur: & naturæ & habitus id sequentur: quare sequentur quoque idem & motiones, & generationes. Quæ item esse prauæ videntur, absolutæ al[illegible] prauæ, non tamen alicui, sed eligendæ alicui sunt talis nt huic quidem, nisi aliquando, & paruo tempore, & non sunt eligendæ. quædam vero ne voluptates quidem sunt, sed videntur: quæcunque cum dolore, & medicinæ causa existunt: cuiusmodi voluptates ægrotantium sunt. Præterea cum bonum aliud operatio sit, aliud habitus, quæ in naturalem habitum constituunt, ex accidenti suaues ac [illegible] sunt, operatio autem est in cupiditatibus* submolesti habitus, ac naturæ. Nam sine dolore etiam & cupiditate voluptates existunt, ut contemplandi operationes, quæ minime indigentis naturæ sunt. Argumento id est, quòd non eadem iucunditate oblectantur, dum repletur natura, & dum constituta est: sed dum est constituta, iis quæ absolute sunt iucunda: dum repletur, contrariis etiam gaudent. acidis siquidem & amaris delectantur: quorum nihil neque natura, neque absolute iucundum est; quare neque ipsæ voluptates. sicut enim iucunda inter sese distant, ita quoque voluptates quæ ab ipsis eueniunt. Ad de quòd non est necesse, ut aliud quid melius voluptate sit, quemadmodũ nõnulli dicunt, finẽ ipsum generationis generationes.n. voluptates non sunt, neque cũ generatione omnes existunt, sed operationes sunt & fines: neque ex iis quæ gignuntur, sed ex iis quibus vtimur, efficiuntur. finis item non omnium diuersum quid est, sed earum quæ ad naturæ perfectionẽ deducuntur. Vnde sensibilẽ generationẽ voluptatem esse dicere, non rectè se habet; sed potius dicendum est, operationẽ esse eam habitus qui secũdũ naturã est, & potius q̃ sensibile, impedimento vacantem. Videtur aũt ex eo generatio esse, quia proprie bonum est: operationem enim generationẽ esse existimant, cum tamẽ diuersa sit. Nam quod aiunt prauas eas esse: quia morbosa nonnulla sunt iucunda, idem de salubribus dicendum esset. q̃dã.n. ex ipsis ad rem pecuniariam praua sunt: vt hoc modo praua ambo essent. at in hoc non sunt praua; quippe cum contemplari quoque quatũ ad sanitatẽ attinet, nocumentum interdum afferat. Neque prudentiæ vero, neque alicui habitui impedimẽto est ea quæ ab vnoquoq; pcedit voluptas, sed alienæ. nam quæ à contemplando & discẽdo proueniunt, magis vt contemplemur, ac discamus, efficiunt. Nullam vero voluptatẽ artis vllius esse opus probabiliter contingit: quippe cum neque alterius operationis vllius ars sit, sed facultatis. tamẽ & vnguentaria ars, & obsonatoria esse voluptatis videntur. Quod autem temperans fugiat & prudens dolore carentem vitam persequatur, psequantur itemq; pueri quã bestiæ omnia eodem modo soluuntur. Nam quia dictum est quo modo bonæ absolute, & quo modo non bonæ voluptates omnes sint; tales pueri & bestiæ persequuntur: harumque indolentiam prudens sectatur, quæ cũ cupiditate & dolore existũt, & corporis sunt

* 3.1. definitionis.

huius-

A huiusmodi.n.sunt hæ: harum itē excessus secundū quos intēperās in temperans est: propterea temperans has fugit: nam etiam temperantis voluptates sunt.

De voluptatum speciebus. *Cap.* XIII.



Aeterum dolor quoque esse malum & fugiendum conceditur: atque alius absolute malum, alius, eo quod quodam modo impedimēto est: fugiendæ aūt rei, quatenus est fugienda & mala, bonum contrarium est: bonum igitur quoddam esse voluptatem: necesse est. Nam quemadmodum soluebat Speusippus, non competit solutio, sicut maius minori & æquali, ita contrarium hic esse. non enim idem quod malum aliquod voluptatem esse quispiam dixerit. Iam vero si nōnullæ voluptates sunt prauæ, nihil vetat aliquā esse optimum: sicut scientiam aliquam, licet prauæ quędam sint. fortasse vero etiam necessariū B est, siquidem vniuscuiusq; habitus operationes sine impedimēto sūt, siue omnium operatio sit felicitas, siue alicuius ipsorum, si impedimento vacet, eā esse maxime expetendā. hoc autē est voluptas. Quare efficitur, vt quædam volupras optimum sit licet multæ voluptates forte absolutæ prauæ sint. ac propterea omnes felicem vitam iucundam esse existimant: voluptatēq; felicitate consentanee annectū r: quippe cum nulla opatio quæ impeditur, pfecta sit, felicitas vero sit ex perfectis. Ideo fit, vt ex corpris & externis bonis, fortunaq; ipsa insup in digeat felix; ne hæc impediant. Nā qui eū qui rota torquetur, & calamitaribus magnis opprimitur, si bonus sit, felicem esse dicunt: vel: inuiti, vel sponte nihil dicunt. Quia vero insuper fortuna indiget felix: idem esse nonnullis fortunæ prosperitas & felicitas videtur: cum tamen non sit: nam ipsa quoque cū excedit, impedimento est ac fortasse non amplius fortunæ prosperitas appellari iure pōt: quippe cum eius C definitio ad felicitatem spectet. Quod item omnes & bestiæ & homines voluptatem sequuntur, id ipsam esse quodam modo optimum indicat:

Non prorsus fama illa petit quam multa der orbem.
Turba hominum celebrat.

Sed quia neque eadem natura, neque idem habitus optimus aut est, aut videtur: neque voluptatem eandem omnes sequuntur. fortasse etiam non eam sequuntur, quam putant, neque quam dicerent, sed eandem. omnia enim natura diuinum quid habent. Sed corporis voluptates nominis huius hæreditatem consequutę ex eo sunt, quod sæpe in ipsas incidunt homines, homnesque earum sunt participes. Vnde quia solæ notæ sunt, solas has esse opinantur. Perspicuum etiam, est nisi volupras sit bonum & operatio, fieri non posse, vt iucunde felix vitam traducat. Cuius enim causa indige-

ret ipsa, si non est bonum. sed etiam molestè viuere poterit. nam ne- D que malum neque bonum est dolor, si neque uoluptas. Quare fugeret. neque igitur probi viri vita erit iucundior, nisi etiam [illegible] tiones ipsius sint.

De corporis uoluptatibus. Cap. XIIII.



T vero de corporis voluptatibus considerandum [illegible] est, qui nonnullas voluptates valde eligendas esse [illegible] cunt, illas videlicet quæ honestæ sunt, sed non corporales, & eas circa quas versatur intemperans. Qui fit igitur, vt contrarii dolores praui sint. malo etenim bonum contrarium est. An ita bonæ sunt illæ quæ sunt necessariæ, propterea quod non est malum, bonum est. An aliquatenus bonæ sunt, Habitum enim & motuum quorum, melioris excessus non est, neque uoluptatis est excessus: quorum autem est, est etiam vo[illegible] E tis. at corporis bonorū est excessus, & prauus prosequendo excessum, & non necessarias voluptates prauus est: omnes siquidem & obsoniis & vinis & venereis. quodam modo oblectantur, sed non vt debent. Contra in dolore. non enim excessum fugit quispiam, sed omnino fugit: quippe cum excessui dolor contrarius minime sit, sed ei qui excessum persequitur: Quoniam autem non tantum opus est, vt verum dicamus, sed etiam oportet, vt falsi causam explicemus: hoc.n. ad [illegible] dem facienda conducit: nam cum rationi consentanea visa fuerit causa, cur verum appareat esse, quod verum non est: facit, vt vero ma[illegible] fidem adhibemus: iccirco dicendum est, qui fiat, vt corporis volupta tes expetibiliores esse videantur. Primum igitur quia expellit dolorē: atque ob doloris excessum excedentem voluptatē quasi medela quædam sit, atque omnino corporis voluptatem persequuntur. med[illegible] au tem vehementes fiunt: vnde eas etiam persequūtur, quia circa cōtra- F rium videntur. atque ob duo hæc bonum non esse voluptas videtur, sicut dictū est, quoniā aliæ prauę naturę actiones sunt siue ab ortu vt bestiarū, siue ex consuetudine vt prauorum hominū: alię sunt medelę quia sunt indigentis · meliusque est habere quam fieri: aliæ acc[illegible]dunt, dum perficiunt, ex accidenti igitur probæ sunt. Adde quod quia vehementes sunt, ille eas persequūtur, qui lætari aliis nequeūt. ipsi siquidē sitis quasdam sibi præparant, quando igitur in noxiæ sunt increpatio ne vacat: quando noxię, prauū est neque enim habent alia quibus lætē tur, & neutrum habere plerisque molestum est ob naturam. Semper.n. laborat animal: quemadmodum etiam naturales disputationes testan tur quæ videre & audire esse molestum asserunt. sed consueti [illegible] sumus, vt inquiunt. similiter etiam in iuuentute ob auctionem perin de ac temulenti afficiuntur: & iuuentus iucundum quid est. Atrabile

A vero affecti natura semper medela indigent. corpus.n eorum ex temperatura semper mordetur: semperq; appetitu uehementi incitatur: voluptas autem & contraria & quæ vis, modo sit vehemens, dolorem expellit. ac propterea intemperantes ac praui euadunt. Quæ autē sine dolore sunt voluptates, excessum nō habent. atq; hæ natura nō ex accidēti iucundarum rerum sunt. Ex accidenti autem iucūda appello quæ medicinam afferūt: nā quia accidit, vt medicinam consequamur dum id quod sanum substat, agit aliquid: propterea esse iucundum videtur: natura vero iucunda, quæ talis naturæ actionem efficiunt. Nulla autem res propterea est, quæ eadem semper suauis sit, quia simplex natura nostra minime est, sed insitum diuersum quid etiam habet quo est coruptibilis: vt si alterum quid agat, id alteri naturæ sit præter naturam. cum vero adæquantur, neque molestum, neque iucūdum id quod agitur esse videtur. Nam si alicuius natura simplex sit, et semper eadem actio erit iucundissima. atq; iccirco Deus semp. vna ac simplici gaudet voluptate. neq; enim motionis tantum, sed immo
B bilitatis etiam operatio est: magisq; in quiete quā in motu voluptas consistit. At vero mutatio omnium res suauissima est, vt poeta inquit ob prauitatem quandam. sicut enim homo prauus mutabils est: ita etiam natura: quæ mutatione indiget: non.n. est simplex neque proba. Ac de continentia quidem & incontinentia, & de voluptate & dolore: quidq; vnum quodque horum, & quomodo alia ex ipsis sunt bona alia mala, dictum iam est. post hac vero de amicitia dicemus.

Deus semper vna ac simplici gaudet voluptate.

Voluptas in quiete magisque īmotu consistit.

ARISTOTELIS MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER OCTAVVS.

Cum Auerrois Expoſi.

SVMMA LIBRI.

De amicitia, & eius ſpeciebus. De amicis: ac de multis, quę circa amicitiam & amicos ſunt conſyderanda.

De amicitia. *Cap. I.*



Abſq; amicis viuere eli geret nemo.

Oſt hæc ſequitur, vt de amicitia diſſeramus: quippe quæ aut virtus quædam, aut cum virtute eſt. B
Resq; eſt ad vitam maxime neceſſaria. abſq; amicis enim viuere, licet cętera bona omnia ſuppeterent, eligeret nemo. nam & diuites, & principatus, poteſtatesq; habentes maxime indigere amicis videntur. Quid enim prodeſt eiuſmodi proſperitas, ſi beneficium tollatur, quod erga amicos & præcipue fit, & maxime laudatur? aut quomodo ſine amicis cuſtodiri, cōſeruariq; poſſet? quanto.n.amplior, tanto etiam periculoſior eſt. In paupertate etiam & reliquis infortuniis amicos eſſe vnicum refugium putant. Iuuenibus item conducit ad id vt non peccent & ſenioribus ad obſequium & ad defectum actionum, ad quas ob imbecillitatem auxilio indigent: & iis qui in ſtatu ſunt conſtituti, ad honeſtas actiones capeſſendas. Si bini ſimul ire parent, nam & ad intelligendum & agendum magis idonei ſunt. Ineſſe etiam natura ei videtur quod genuit, erga id quod genitum eſt: ei item quod genitum eſt, erga id quod genuit: atque id non tam in hominibus, quā in auibus, & pleriſq; aliis animalibus contingit: & iis item quæ eiuſdem nationis ſunt, & hominibus præcipue: vnde humanos, ideſt hominū amatores laudamus. Quā familiaris etiā atque amica res ſit homini vnuſquiſque homo, in erroribus quoq; conſpicere licet. Videtur etiam ciuitates continere amicitia. & legislateres magis ipſi quā iuſtitię ſtudent: concordia.n.eſſe ſimile quid amicitiæ videtur, quam illi maxime affectant: ſeditionē vero, quæ inimicitia eſt, maxime expellūt. nam ſi ſint amici, iuſtitia opus non eſt: ſin autem ſint iuſti, amicitia indigent. Adde ꝙ id quod maxime ius eſt, eſſe amicabile videtur: neq; ſolum neceſſariū eſt, verum etiam honeſtum. amicorum.n.amatores laudamus. multorumq; amicitia vna quædā eſſe ex honeſtis rebus videtur. præterea nonnulli eoſdem & bonos viros & amicos eſſe opinantur. Con F

A ...uersia autem de ipsa non parua est. nam alii similitudinem quan-dam eam esse statuunt, & similes amicos. vnde similem inquiunt ad similem ire, & graculum ad graculum, & cætera huiusmodi. alii econtrario figulos omnes tales esse inter se dicunt: ac de ipsis altius, & naturalius inuestigant. Euripides quidem inquiens:

Humentem amare pluuiam cum terra est arida,
Cælumq; sacrum cum grauatum est imbribus,
Telluris arentis cadere in sinum appetere.

Et Heraclitus aduersarium esse conferens: & ex differentibus pulcherrima coaptationem fieri: & omnia ex lite oriri. contraria vero his afferunt cum alii: tum Empedocles, simile.n.simile appetere ait. Sed naturales dubitationes missas faciamus: quippe quæ præsenti considerationi minime sint accomodatæ. quæ autem humanæ sunt, & ad mores affectusq; pertinent: inspiciamus: vtrum videlicet inter omnes homines amicitia contingat: an fieri non possit, vt praui amici sint: vtrum item vna species amicitiæ an plures reperiantur. Qui B enim vnam esse speciem, ex eo opinantur, q̃ magis & minus admittit non idoneo argumento nituntur: nam ea etiam, quæ diuersa sunt specie, magis & minus admittere consueuerunt. de quibus antea iam dictum est.

DETERMINATIO OCTAVI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE. ARISTOTELIS.



Dixit. Dictione autem in his quę præcesserunt sequitur dictio in dilectionibus, & modis eorum. dilectio etenim virtus est de nostris virtutibus, & est de rebus necessarijs homini in vita sua. & existentia eius per ipsam nobilior est, cum hoc q̃ est necessaria ei in vita. Fortassis enim nemo volet vitam absq; amicis: intendo nemo ex illis, quibus sunt reliqua bona, vt diuites, & rectores. & domini potestatis, & vniuersaliter illi, qui in bona & venusta in dispositione sunt, & hoc, C illi vident q̃ venusta dispositio cupitur quidem ꝓpter benefacere famosum & notorum. Nam si non, tunc quidem quod remanet de venusta dispositione, quando desunt ex ea exhibitio beneficij famosi & notorij, & benefacere notorium, sit quidē maxime erga amicos, & p amicos existit hō præcipue honoratus, & laudatur. & ē qualiter est possibile vt sit homo saluus absq; amicis. etenim quanto maior fuerit opulentia & excellentia dignitatis eminentior, tanto est eius suspicatio imminētior, et saluationis indigētia, quę ab amicis est amplior. Et ē videtur q̃ nō sit refugiū in paupertate, & in cęteris calamitatibus fortunæ nisi versus amicos. Et amici sunt adolescētibus refugium, & ducatus ad nō peccandum: & senibus subsidium in suis indigentijs & calamitatibus, & occasioni bus et iuuenibus ex defectu suarum operationum, & pp debilitatē ipsorum: & adiuuant iuuenes in actionibus suis nobilius nā duo, qñ coniunguntur, fortiora sunt ad agendum & intelligendum. D. Videtur autem quoddam genus dilectionum esse per naturam: vt habitudo patris cum filio. & istud genus dilectio nis ... solum inuenitur in hominibus, sed in pluribus animalium. & de istis est dilectio, q̃ inuenitur vnī speciei, & præcipue homini. & ex hoc laudatur amator hominum, estq; in hoc loco difficile, an possit sit vt oīs homo amet omnem ho-

minem, & vt amicus sit omni homini. Et videtur φ dilectio, q̃ propria est ci- bus adinuicē honoratior sit ea quæ propria est vni, & φ studiū legislatoris in cōmensuratione huius dilectionis & firmatione eius sit plus studio [illegible] do iustitiā & eius cōmēsuratione. & videtur φ cōuenientia in opinione [illegible] uatio quędā sit dilęctionis. ideoq; maxime legislatores ad inducendū vnitatem opinionis & firmandū eam, laborantes ad remotionē dissensionis, eo φ confer tas in opinione inimicitia est. & quando fuerint homines amici, nō indigent [illegible] sitione iustitię: quando vero iusti fuerint, adhuc indigent amicitia. non [illegible] necessitate diligentes sunt ; sed esse iustos diligentes res est, per quā [illegible] pletior fit, & melior. D. Et quidā homines vident φ amicos esse honos [illegible] tute amicitiæ est: intendo φ amicū esse bonum est, nobilius. & quidā [illegible] x vir- amici & boni sunt vnū & idem, i. omnis amicus bonus est: & omnis bo[illegible] cus. Et in hoc est dubitatio non modica. Iam quidam vident φ amicum est [illegible] le, & inimicum contrarium. & quidā vident econuerso : & φ vterq; [illegible] mouet alterū, & mouetur ab altero. Et Antiqui naturaliū dixerunt in [illegible] tione dictionis contrarias sententias. vna, quarum erat, φ agentia in [illegible] consimilia: vt dictum Empedoclis, φ simile appetit simile: & vt [illegible] rius φ diuersa equaliter apta sunt, vt ex eis bona fiat comparat[illegible]. D [illegible] ista dubitatio, & quod circa ipsam est ex difficilibus quęstionibus, oportet [illegible] linquatur in hac scientia: etenim est essentialis Naturali scientię. quod [illegible] de quęstionibus pertinet moribus & accidentibus animę inquirendū est in [illegible] cia: vt an possibile sit φ omnis homo diligat omnem hominem, aut non est [illegible] sibile vt dilectio sit inter malos: & vt sit perscrutatio an species dilecti[illegible] vna vel plures. Etenim qui putant φ dilectio vnica sit species, propter [illegible] recipit magis & minus, non habent signum sufficiens ex hoc: eo φ addi[illegible] & diminutionem recipiunt res diuersę secundum speciem. & iam dicta est de hoc dicto in alio ab hoc libro.

De amabili. *Cap. II.*



Ortasse vero de his constabit si amabile ipsum cognitum fuerit: quipe cum non quodlibet amari videatur, sed quod amabile est: id autem aut bonum, aut iucundum, aut vtile sit. Vtile id esse videri potest, per quod bonum aliquod aut voluptas afficitur: ita vt bonum & iucundum amabilia sint, vt fines. Verum igitur bonum amant, an quod ipsis bonum est? discrepant enim interdum hæc. similiter quoque circa ipsum iucundum. Videtur autem quod ipsi bonum est, amare vnusquisque: & esse quidem quod absolute bonum est, amabile: cui vero, qd' cuique est, at amat vnusquisque non quod ipsi est bonum, sed quod apparet: sed id nihil refert nā amabile apparens erit. Cum tria uero sint, propter quæ amant homines, de inanimatorum amore amicitia minime dicitur: qppe cū neque redamatio neque voluntas boni illorum vlla sit ridiculum enim esset fortasse, si vitio quispiam bona vellet: nam si modo aliquid est saluū esse illud vult aliquis, ut ipse habeat. Amico aut inquiunt bona uelle oporte re illius causa: eosque qui ita bona uolunt: si non idem ab illo existat beneuolos dicunt beneuolentiam enim in mutua affectione amicitiam esse. An addendum est non latentem, nam multi beneuoli sunt iis etiam quos non viderunt: quos scilicet putant modestos esse,

A vel vtiles quo etiam modo illorū quispiam erga hos affici posset: ac beneuoli quidem esse inter se hi uidentur: amicos autem eos qui quo modo inter se affecti sint, ignorant, appellare quis posset? Oportet igitur, ut beneuoli mutuo inter se sint, uelintque bona ob unum aliquid ex iis, quæ dicta sunt.

lxii. & forsan patebit hęc intentio quãdo scitum fuerit an amatum vnum
Dūi, an plura. pate enim ꝙ nō amatur omnis res, sed amatur quidem amatū
tantū: & ꝙ amatum triplicis est speciei, bonum, & delectabile, & vtile. D.
Fortasse adī putabitur ꝙ vtile est conferens ad hęc duo, & si sic est, erit ꝙ oẽs
ambuni, aut bonū, aut delectabile. Vtrum ergo amici amant se adinuicem pro-
pter bonum quod in seipso bonū, aut ꝓpter bonū quod est in relatione ad ipsos
bene enim in quadam istarum amicitiarum diuersitas est. & huiusmodi accidit
in amicitia ex parte delectabilis relationis: intendo ꝙ alter amet alterū propter de-
lectationē ex ipso: intẽdo ꝙ accidit in hoc ẽt diuersitas et corruptela. Et illę duę
species amicitię communes sunt omnibus hominibus. videtur enim quod quili-
bet amet delectabile, quod apud ipsum est delectabile, & similiter bonum, ꝙ
est bonum comparatum ei. illi autem, quorum alter amat alterū propter ama-
tionem boni in seipso: intendo eos, quorū vterq; amat socium suum propter bo-
B num, quod est in eo, habẽt amicitiã, quę non corrumpitur neq; mutatur. non. n.
amat alter alterum, eo ꝙ bonus sibi, intendo amatori: sed eo ꝙ paret ei, quoniã
in seipso bona amãtur. ergo in hac est equidem scitum tantū: & in tali est, quod
conferat aut delectat D. Propter hoc igitur necesse est vt modi amantiū tres
sint, & similiter amationū. dixit. cui aũt nō est anima huic nō dilectio vel ama-
tio. quibus. n. non sunt animę, in his nō inuenitur redilectio: intendo retributio-
nem secundū ęqualitatē, ideoq; ridendū est de dilectione dicẽtis ꝙ bonus amat
bona p medū, quo dicimus ꝙ bonus amat eum q est bonus & forte velit dictor
ille per hoc ꝙ bonus vult ꝙ bona saluentur & conseruent saluatione & cōsee-
uatione in existentia sua, donec et sint. D. Et iam dixerunt ꝙ amicus est ille. q
vult bona amico suo, & propter amicū suū. illos autem, qui volunt sibi inuicem
bona p istum modum, nominamus castigatores vel exhortatores. & hoc, quãdo
fuerit vtriq; eorū ab altero vtilitas, quæ est alteri ab ipso. quando vero nō fue-
rit hoc, nō nominamus eos exhortatores: exhortatio. n. quę est dispositio, est di-
lectio duorū coæquipollentiū in passione: intendo in corretributione, cum ex-
hortatio quidẽ inueniatur ab hac dispositione. D. Addendū autem ad hūc termi-
num, quando neuter eorū occultat a socio suo statū suum: sæpe enim fit exhor-
tatio ab indiuiduo ad indiuiduum, quãuis non manifestet ei statum suum, et hoc
[illegible] propter illud, quod imperat ex vtilitate in illo indiuiduo aut aptitudine ad bo-
C num. verumtamẽ huiusmodi nō nominantur exhortatores, donec fit ab altero ad
alterū coæquipollentia in hac intentione, & ęqua corretributio. & quando hoc
fuerit, non poterit esse vt celet alter eorū statum suum ab altero: immo patefa-
ciant sibi status suos adinuicē. & qñ fuerit exhortatio dilectio, qualiter est pos-
sibile in coamantibus ꝙ celet alter alterū statum suū? Necessarium ergo est vt
amantes exhortentur se adinuicē, & velint bona sibi inuicē, & correuelẽt sibi
inuicem status suos, neq; celent quicquam ex eis quæ de eis dicuntur.

De speciebus amicitiæ. *Cap. III.*

EA vero inter se specie differunt: ergo dilectiones quoque & amicitiæ. tres enim æquales numero amabilibus amicitiæ species sunt: quippe cum in vnoquoque sit redamatio non latens. qui autem mutuo se amãt, volūt sibi mutuo bona eatenus, quatenus amant. Qui qui-

dem ob vtilitatem amant se mutuo, non per se amant: sed quatenus bonum aliquod a se mutuo percipiunt. Similimodo qui ob voluptatem amici sunt: non.n. vrbanos amant, quia qualitate quadam affecti sed quia iucundi ipsis sunt. ita & qui ob utilitatem, & qui ob uoluptatem amant, illi ob suum bonum, hi ob suam uoluptatem diligunt, nõ quatenus est ille qui amatur, sed quatenus est utilis, aut iucundus. Ex accidenti igitur amicitiæ hæ sunt. non enim quatenus is est qui amatur, quicunq; is sit, eatenus amatur: sed quatenus bonum aliquid alter, alter uoluptatem affert. Huiusmodi autem amicitiæ dissolui facile possunt, cum similes ipsi non permaneant. nã si non amplius iucundi, aut utiles fuerint, amare desistunt. at utile non permanet, sed alias aliud euadit quo fit ut dissoluto, eo ob quod amici erant, amicitia quoque ipsa dissoluatur quippe quæ propter illud erat. Maxime uero inter senes huiusmodi amicitia uidetur existere non enim qui hac ætate sunt, iucundum persequuntur, sed utile, quicũque item ex iis qui nibus in statuque constitutis hominibus utilitatem sectãtur. Tales neque uiuere simul consueuerunt: quandoque ẽt neq; sunt iucundi. neque tali consuetudine indigent, nisi utiles sint. eatenus.n. sunt iucundi quatenus bonum aliquod sperant. inter has hospitalem etiam reponunt. At iuuenum amicitia esse ob uoluptatem uidetur quippe qui ex affectu uitam traducant & maxime quod sibi iucundum est quod'q; est præsens sectentur mutata autẽ ętate iucunda ipsa etiã diuersa fiunt: unde cito amici & fiũt, & esse desinunt. quia amicitia una cum iucunditate mutatur. talis uero uoluptatis uelox mutatio est. Iuuenes etiam amatorii sunt. quippe cum ex perturbationis affectu & uoluptate multa illa amatoriæ affectiõis uis oriatur. ideo fit ut & amẽt, & cito desistant, sæpe eodem die sentẽtiam mutãtes, simulq; tamen & uersari, & conuiuere uelint, ita.n. id quod ex amicitia requirunt ipsis euenit. Bonorum uero & eorum qui inuicem uirtute sunt similes, amicitia perfecta demum est. hi n. mutuo sibi bona similiter uolunt, quatenus sunt boni: boni autem sunt per se at qui amicis bona uolunt ipsorum causa, maxime amici sunt: quippe cum p se, ita sese habeant, & non ex accidenti. unde horum amicitia præcipue permanet, quo ad boni fuerint, uirtus uero stabilis res est. Est; uterque & absolute bonus & amico, nam boni & absolute, & sibi mutuo boni sunt. utiles ite & iucundi similiter boni.n. sunt & absolute, & sibi mutuo iucundi singulis siquidem propriæ actiones, & tales uoluptatem afferunt, bonorum aũt actiones tales uel similes sunt. Vnde fit ut talis amicitia stabilis merito sit in ipsa enim omnia quæ amicis esse debent, coniũguntur, nam cum omnis amicitia ob bonum sit, aut ob uoluptatem, uel absolute, vel amanti, & per similitudinem quandam: huic oia antedicta per se in sunt. *huic.n. similes etiam reliquæ sunt & absolute bonũ absoluteq; iucũdum in est. hęc autem maxime amabilia sunt & maxime etiam & quę maxime est amicitia atque optima in his est. Par autem

*a.l. hac ratione.n. simi les & in reli quis sunt.

A est, vt raræ tales amicitiæ sint: quippe cũ pauci huiusmodi reperiantur. adde q tempore & cõsuetudine indiget. nam, vt est in prouerbio peri nequit, vt mutuo hoies sese cognoscant prius quã salem qui dicitur, consumpserint: neq; prius sese admittant, sintq; inter se amici, qui alter alteri amabilis & videatur esse, & credatur. Qui aũt cito segerunt amice inter se, volunt illi quidem esse amici: sed non sunt tamen, nisi quoq; & amabiles sint, & se esse non ignorent: ac voluntas quidem amicitiæ velox est, amicitia minime. hæc igitur & tempore & reliquis perfecta est: ex omnibusq; his existit: similisq; vtrique ab vtroque est. id quod inesse amicis necesse est.

Dixit. Cum amata tria sint diuersa secundum formam, oportet vt sint modi dilectionũ diuersi scdm formam. species ergo dilectionum tres sunt, equales numero speciebus rerum amatarum: & in vnaquaq; earum est coequipollentia in dilectione nõ latens, i. corretributio secundum equalitatem. D. Et qui diligunt seinuicem, volunt bona sibi inuicem secundum speciem dilectionis qua diligunt. Qui ergo diligunt propter vtilitatem, non volunt bonum dilectionis propter dilectum, sed vt bonum volitum contingat eis ex dilecto. ipsi ergo

B volunt bona quidem amato, eo q eis bona. Similiter qui amant delectationum causa amant quidem vt contingant bona amicis suis propter suam delectationem e contrario illis, qui se amant inuicem propter formam amati, quę est virtus. Ideoq; dilectiones, quę sunt pp delectans aut pp conferens, sunt dilectiones propter accidens etenim diligitur quidem conferens & delectans: & ex quo acciderit conferenti & delectanti q sint in hoc indiuiduo, diligitur hoc indiuiduum. D. Dilectiones autem, quę sunt propter vtilitatem & delectationem, sunt citę dissolutionis: eo q delectatio cito permutatur, & similiter vtilitas. quãdo ergo mutatur gratia cuius erat dilectio, mutatur & dilectio, cum fuerit dilectio relatiua. D. Et dilectio, quę est propter vtile, est vt plurimum dilectio senorum. etenim seniores non requirunt delectabilia, immo vt plurimum vtilia: eo q non amant concupiscẽtias, & delectantur quidem plurimum in vtilibus. & scdm hũc modũ est amicitia eorum, qui ex adolescentibus & iuuenibus requirunt qd melius est & vtilius. Et qui sunt scdm hanc dispõnem, nõ conuiuũt sibi inuicẽ vt plurimum. & hoc. qm isti vt plurimũ non coassociantur se delectationis cã: neq; fit inter eos associatio penitus nisi fuerint proficiẽtes sibi inuicẽ, delectabilius enim apud ipsos est proficuũ. qd sperant ex societate amici. & amicitia inuenitur in isto genere. quãdo enim cõtingit vtilitas, contingit hęc

C amicitia. De amicitia autem adolescentium putatur q sit quidem causa delectationis: eo q adolescẽtes amãt quidẽ concupiscentias, & vt plurimũ requirũt delectabile apud ipsos, & pręcipue illud quod est pręsens. ideoque, qñ mutata fuerit ppinquitas, quę est inter ipsos, mutatur & dilectio. & ideo cito fiũt amici, & cito intersecantur, etenim amicitia mutatur, mutata hac delectatione: intẽdo eã quę fit ex coniunctione. & hęc delectatio cito mutatur. Et adolescentes sunt amatores: eo q plurimũ amoris fit quidẽ cũ vitio concupiscentię & delectationis. & hęc est in adolescentibus valida, & iccireo cito et copulantur, et fit diuortiũ inter eos multotiens in vna die: & trãsmutãtur a dispõne ad dispõnem & volũt vt sint copulati per eam in vita sua. etenim fit quidem amicitia eis, quando fuerint scdm hanc dispõnem. D. Amicitia aũt perfecta est amicitia bonorum consimilium in virtute. isti enim volunt sibi inuicem bonum propter suam consimilitudinem in virtute & volunt bonum amico inquantum amicus id est virtuosus: intendo q vnusquisque eorum vult socio suo secundum q bonus. qui autem volũt bonum magis vtilitatis & dilectionis causa, horum amicitia est quidem propter seipsos per se, non per modum accidentis. & est propter amicos suos per modum accidentis: & hoc, quoniam ipsi volunt quidem bona amicis suis propter semetipsos. Dixit. Amicitia vero bonorum est ami-

citia per se, non enim volunt bonum amico propter seipsos: sed volunt ei
bonum ei inquantum bonus & virtuosus. horum igitur amicitia dura
durauerit vita ipsorum: & ex quo fuerit virtus firma, erit istorum ami
sua. Et vnusquisque istorum bonus est absolute, non relatiue: neque pe D
tur bonitati eius malitia aliqua. & isti proficiunt sibinuicem per se, &
etiam delectantur ex seinuicem absolute, i. delectatur alter ex altero: e
nes appropriatę vnicuiq; ex modis animalium delectabiles sunt ei. & actio
propriç hominibus inueniuntur quidem in virtuosis consimilibus: & ex
militudine, quę est inter istos delectatur vnusquisq; eorum actione amici
quemadmodum delectatur: quemadmodum delectatur suipsius actione. Et
ista dilectio ex ceteris modis dilectionum digna est vt perseueret, &
permaneat plus ceteris dilectionibus: eo quod aggregantur in ista omni
oportet inueniri in coamantibus. omnis enim dilectio prçter istam, fi
dem propter delectationem aut propter vtilitatem & vtraque istarum
est per modum absolutum, aut per modum comparationis ad amantem
modum quendam similitudinis. & indubitanter ea quę est absolute, & per
est ea, quę non est absolute, & ista dilectio est illa, cui inuenitur vtile abs
& dilectabile absolute. & propter hoc oportet vt sit ista dilectio ens ve
ma dilectionũ, cũ amatũ in ea sit amatissimũ amatorum: intendo bonum abs
te, & vtile absolute. & huic dilectioni inuenitur per se bonum & vtile, cum in
uenitur ei bonum absolutum & vtile absolutum. examinatio & experien E
fiunt quidem magis in istis rebus absolutis: intẽdo ꝙ amici examinant quidẽ se
adinuicẽ, & probant & exquirũt in bonis absolutis & hoc, quoniam am
delectationis secdm veritatem est. qñ delectatur vterq; amicorũ cũ altero dele
ctatione absoluta: & similiter est in vtilitate. Nisi ꝙ fortassis ista dile
ca est & rara, eo ꝙ isti pauci: sunt intẽdo virtuosis: & eo ꝙ indigetur in cog
tione esse huius dilectionis tpe experiẽtię. vt dicitur in prouerbio, ꝙ oportet vt
ne recipiatur dictũ eorũ in professione amicitię, donec appareat ꝙ vter &
amatus sit ab altero, & verificet per facta sua ꝙ talis. D. Illi
promptitudinem in voluntatibus suis quem amant, volunt vt sint am
sunt donec dilectio sit ex vtrisque, & sit ex eis æqualiter, id est, vt vter
rum diligat alterum secdm quantitatem, qua diligit eum alter. etenim v
prompta ad voluntatem amati, interdum conuertitur in amicitiam. &
tur amicitia in voluntate prompta in aliqua horarũ. D. & hęc amicitia
amicitia bonorum, fit completa ex parte temporis, cum sit longissimi tempo
& ex parte causarum amicitię: & etiam ex parte eius, ꝙ causę amicitię sunt
vtroq; ipsorum consimiles. & hoc oportet vt sit in amicis.

Honestam amicitiam proprie dici amicitiã, alias vero ex accidenti. *Cap. IIII.* F



T vero quæ ob iucundum existit amicitia, huius simili-
tudinem habet nam boni iucundi inter se sunt: simili
modo quoque qui ob vtilitatem amant: quippe cum
boni quoque tales erga se mutuo sint. Maxime autem
inter hos etiam amicitiæ tunc perdurant, cum æquali-
tas ab vtrisq; mutuo exhibetur, vt voluptas: neque tantummodo ta.
verum etiam ab eodem, vt vrbanis: sed non vt amatori & amato. hi
enim non iisdem oblectantur: sed alter amore illius, alter obsequiis
amatoris gaudet. quo fit, vt desinente ętatis flore, quandoque etiã
amicitia ipsa desinat: quippe cum alteri facies non amplius iuc a
sit, alteri obsequium non præstetur. Multi autem permanent, si pa-

A res moribus cum ſint,ex conſuetudine mores dilexerunt.at qui non
iucunditatẽ in amatoriis rebus,ſed vtilitatem compẽſant,ii minus &
amant, & pſeuerant.Qui vero ob vtilitatẽ ſunt amici:vna cũ vtilita
te diſſoluuntur:nã nõ ſui mutuo erãt amici, ſed vtilitatis.Atq; ob vo
luptatẽ quidem & vtilitatẽ & praui inter ſe , & boni erga prauos , &
neuter erga qualemcũq; eſſe amicus poteſt:at per ſeipſos non niſi bo
nos eſſe manifeſtum eſt.praui enim , niſi vtilitas aliqua intercedat ,
mutua conſuetudine non oblectantur.ſolaque eſt bonorum amicitia
ea qua nullus calumniæ locus pateat.non enim facile cuipiam de eo
credunt,qui longo tempore ab ipſis fuerit probatus & credere in his
eſt,& nulla injuria ſe mutuo afficere:& quic quid demũ in vera ami
citia eſſe cenſetur.In aliis vero ſocietatibus nihil vetat , quo minus
ta a exiſtant.nam cum homines eos quoque amicos uocent, qui ob
vtilitatem ſunt amici , ut ciuitates : confœderationes enim inter ci-
uitates fieri vtilitatis cauſa uidentur : & eos qui ob voluptatem ſe
B mutuo diligunt , Vt pueri : fortaſſe tales homines dicere amicos nos
quoque debemus:ſpeciesq; amicitiæ eſſe plures:ac primo quidem &
proprie cum quæ bonorũ eſt hoĩum,quatenus ſunt boni : reliqua ve-
ro per ſimilitudinem : quatenus.n.bonum quid, & ſimile inter ipſos
eſt,eatenus ſunt amici.iucundum ſiquidem voluptuoſis hoĩbus bonũ
quid eſt. ſed non admodum hę coniunguntur:neq; iidem & ob vtili
tatem & ob iucunditatem fiunt amici.quæ.n.ex accidenti ſunt , non
admodũ copulantur Cũ vero in has ſpẽs amicitia diſtributa ſit : pra
ui ob vtilitatem voluptatem , qua in re ſunt ſimiles: boni ob ſeipſos
ſunt amici.in eo.n.ꝙ boni ſunt , ſeſe mutuo amant ,atq; hi abſolute
amici,illi ex accidenti ſunt,& quia cum his habent ſimilitudinem.

E T Boni delectantur ex inuicẽ delectatione conſimili, intendo coęquali,&
ſimiliter proficiunt ſibi inuicem.Et dilectio quidem ſtabilior eſt,quãdo fue
rit cauſa inducens eam res vna eadem in vtroq; diligentium ,intẽdo in ſpe
cie & quãtitate: vt ꝙ ſit vterq; ipſorũ ꝓficiens alteri ſcd̃m ęqualitatẽ & ma-
xime qñ fuerit delectatio & vtilitas in re vna eadem, non in duabus rebus di-
C uerſis: vt in amante & amaſia.itẽ vterq; delectatur ex altero:attamen delecta-
tio ipſorũ eſt in duabus rebus diuerſis. amator enim delectatur forma amaſię:
& amaſia delectatur ſeruitio amatoris. & qñ defecerit alterũ iſtorum, forte de
ficiet dilectio:eo ꝙ immutus in aliqua horarum amaſię eſt non delectabilis, aut
non erit ſeruitiũ ab amatore.Et multotiens firmatur amicitia amatoris, qñ vter
que amauerit alterũ pp experientiã morũ ſuorum ex longa conuerſatione ſi-
mul.etenim longa conuerſatio facit eos hereditare aſsimilationem in moribus
& inter eis ſocietatis delectabilis eſt apud iſtos in cambio & pmutatione ab
amico ad amicũ.& cõferẽs vtilitatẽ in hac amicitia,intẽdo amicitiã amoris, eſt
amatę:etenim amator vtilis eſt:attamen ſunt paucę:amicitię & ſtabilitates.D.
Illi aũt,qui ſunt amici propter vtile,cum ipſorum amicitia diſſoluatur ad ami-
citiam vtilitatem,intendo permutetur,non ſunt amici ſcd̃m veritatem alter alte
rius: ſed ſunt amici quidẽ gratia illius,quod vident bonũ eſſe ſuipſius, ſiue de-
lectationem,ſiue vtilitatem.& ideo poſsibile eſt vt ſit hęc amicitia inter malos
& inter bonos & malos,& inter eos,in quibus eſt aliquid ex vtroq;:intẽdo ex
malitia & bonitate.D.Manifeſtũ eſt aũt ꝙ qui ſunt amici per ſe. ſunt boni tan
tum:eo ꝙ mali non gaudent ex inuicẽ, niſi adſit vtilitas.& dilectio bonorũ ſola
nõ iraſci,neq; admittit turbationes detractorias:eo ꝙ nõ ẽ leue vt admittat di

ctio aut detractio contra eum, qui iã probatus est tempore multo. & ... amicus in hac dilectione non infert iniuriam amico suo ... q videatur iniuria. & ex quo non fit iniuria in h... quin ipsa sit perseuerantissima. in modum autem ... hibet incidere iniuriam, & simile iniuriç. D. Postquam autem ... dine hominum nominare amicos eos, qui coniūguntur causa ... ex ciuibus huius ciuitatis: & pręcipue in eo, in quo non est ... bonum, vt illi qui coadiuuant se inuicem in ... ille causa boni esse vt saluationis, vel alterius ex his circa ... lum: & eos, qui amant se inuicem causa delectandi, vt pueri: ... vt nominemus & nos huiusmodi amicos, i. ponamus eos in ... Secundum hoc ergo multę erunt species dilectionis: ... rum secundum veritatem est dilectio bonorum secundum q boni ... qui diligunt se inuicem causa bonitatis tantum, de reliquis autem ... men dilectionis per modum similitudinis & transumptionis: eo q ipsi ... sunt amici secundum bonū quoddam, aut simile bono, non secundum ... solutum: delectatio namq; bonum quoddã est amatori dele... se habet in vtili: intendo q est bonum quoddam, & ista dilectio n... tur conclusione, neq; copulatur copulatione pura, donec fiant ipsi & ... forū res vna, intendo & vniuntur, eo q amicitia ipsorū non est pp ... est quidem propter delectabile aut vtile. amicitia ergo eorum per accid... eo q id qđ per accidens est non; vniuur vnione bona. D. Cū ... diuiur in species dilectionis, intēdo dilectionē dilectionis & vtili... tur mali etiã amici adinuicem pp delectabile & vtile: intendo dele... seinuicem, & proficiunt sibiinuicem, quando fuerunt consimiles: boni autem sunt amici per se, i. secundum q boni.

Qui dicendi amici, & qui ad amicitiam apti. *Cap. V.*



Quemadmodum autem in virtutibus alii ex hab... ex operatione boni dicuntur: ita quoque amicitia ... nam qui in conuictu degunt, mutua consuetu... oblectantur, & bona sibi mutuo suppeditant qui ... ro dormiunt, vel locis diuisi sunt, non ... illi quidem: sed ita tamen affecti sunt, vt amice op...ren... loca non amicitiam absolute, sed operationem dissoluunt. ... diutucna absentia fuerit, amicitiæ quoque videtur obliuio ... cere. vnde dictum est: multas iam amicitias dissolu... tas. Senes autem aut austeri esse ad amicitiam idonei non ... tur: quippe cum parum uoluptatis in ipsis insit: cum mol... aut non suaui versari possit nemo. natura enim quod molest... fugere: quod iucundum, appetere videtur. Sed qui se mutu... mittunt, non tamen simul viuunt: beneuolis potius, quam ... similes sunt. nam nihil est ita amicorum, vt simul viuere ... enim indigi appetunt: simul autem diem traducere etiam b... pe cum solitariis his esse minime conueniat: simul vero d... non liceat, nisi iucundi sint, iisdemque oblectentur. id quod habere ... dalicia amicitia videtur. Ac maxime quidem amicitia, sicut ... iam diximus, bonorum est. quod .n. absolute bonum, ac iucu... amabile, ē; atq; eligibile: vnicuiq; vero, qđ vnicuiq; ē tale, bonus aut

E bono ob vtraq; hæc. Ceterum dilectio affectui, amicitia habitui simi lis est. Dilectio.n.nihilominus est erga inaiata cum electione vero re damantiæ electio ab habitu est: & bona volunt iis quos amant, illorū causa non ex affectu, sed ex habitu: & amantes amicum, quod sibiipsis bonum, est amant. bonus.n. vir amicus effectus bonū ei fit, cui est amicus. vterq; igitur & quod sibi bonum est, amat: & equalē vicem vo luntati & iucunditati refert. æqualitas.n. amicitia dicitur. At hæc in bonorū amicitia maxime insunt. In austeris vero & senibus eo minus amicitia fit, quo sunt morosiores, minusq; cousuetudinibus gaudēt: hæc.n. maxime videntur esse amica, amicitięq; effectricia. atq; iccirco iuuenes cito amici efficiuntur: senes non ita: quippe cum non fiant amici illis, qbus nō oblectantur. Simili modo quoq; austeri. sed hi be neuoli quidem inter se sunt, quia bona volunt & ad indigentias subue niunt: amici tamen nō admodum sunt, propterea ꝙ non simul diē tra ducunt, neq; mutua consuetudine delectantur. quę ad amicitiam per

F tinere maxime videntur.

D Iximus. Bristi sunt socii per habitū dilectionalem animalē, et per actū huius habitus. quemadmodū in virtute dicitur ꝙ virtuosus est virtuosus habitu: & ꝙ est virtuosus actu, intendo actu illius habitus; similiter in amicitia amici.n. interdum sunt amici actu, scdm ꝙ cognoscuntur in vita, & congaudēt in eadem. & sortitur alter ex altero bona: & interdū sunt amici per habitū dilectionalē solū, & si non agant actiones amicitię. & hoc, qn̄ fuerint dormien tes aut seiuncti in locis, quando enim seiuncti fuerint non agunt actiones amico rū. verumtamen habitus eorū aīalis habitus est amicorum: eo ꝙ seiunctio loca li non dissoluit amicitiā absolute, sed dissoluit quidem actiones amicitię. D. Si vero fuerit absentia diuturna, id putatur ꝙ necessariā faciant resolutionē amicitię per obliuionem, ideoq; dicitur ꝙ peregrinatio vel discessio multas dissoluit amicitias. D. Et nō videtur ꝙ veterani repleti amaritudine sint viri amici eo ꝙ delectatio in ipsis modica est: & nō pōt aliquis finire dies suos in asso ciatione contristāte, aut q̄ę non delectat. patet.n. ꝙ natura vt plurimum respuit contristans, & concupiscit delectās. D. Propter hoc igitur qui amant seinuicē, & nō coniunguntur in vita, potius assimilantur exhortatoribus q̄ amicis: eo ꝙ nihil istorū amicorū similatur associationi in vita, cū non delectantur ex seinui cē. sunt igitur tanquā egentes, qui non desyderant nisi vtilitatem tantū: cū non sit apud eos delectatio, & isti sunt amici vtilitatis. viri autem glorię & exul tantis. ipsi sunt qui desyderēt associationē. & pp hoc dicitur, ꝙ non oportet vt illi tales sint viri diuitiarū, sed nobili fulgētes comitatu. aliorū enim ab istis non est possibile vt sit associatio adinuicē: eo ꝙ nō delectantur ex seinuicē, ne que gaudent ex rebus eisdē: quemadmodū putatur esse in amicitia associatiua. C Quumque sic sit, amicitia, quę maxime est, amicitia bonorum est, sicut dictū est multotiens, putatur.n. ꝙ amatū virtuosum est bonū absolutū, & delectabile absolutū. & vtraq; istarū intētionum existit coamicantibus propter virtutem scdm ęqualitatem: intendo ꝙ vterq; eorū delectatur ex socio suo delecta tione absoluta, & amat ipsum, eo ꝙ bonū absolutū, non quoddam. bonus enim desyderat bonum scdm ambas has intentiones, & desyderatur ipse a bono: in tendo propter desyderiū delectandi ex ipso, & desyderium bonū. D. Coamica tio ergo passio est: amicitia vero habitus virtus. Ideoq; non est amicitia in ina nimato: ipsa enim quidem cum contretributione: & fit quidem contretributio ex parte electionis: & electio ex parte habitus rationis. & ppter hoc amici boni volunt bona suis amatis nō propter passionē, sed ppter habitū, qui virtus est. & quando amauerint amicum, amant bonū qđ existit in ipsis, & propter hoc,

quando bonus fit amicus, facit amicum suum bonum. unusquisq; igitur amico rum bonorum amat in socio suo bonum inuentum in ipso, & cōtembut ei f equalitatem in voluntate, & in specie voluntatiua, i. vult ei ex ... pol retributionis & vtilitatis speciem, quam vult ei alter, & quantitatem, ... alter. & ista est, quę dicitur amicitia equalitatis. & hoc maxime quidē in ... in amicitia bonorum. D. Et parum contingit vt inueniatur amicitia inter ... sos vel magnanimos: propterea ꝙ graues & difficiles sunt adinuicem, ... pter paucitatē gaudij sui ex cōclusione & associatione. & hoc, eo ꝙ vide ... sociatio vt plurimū sit amicitia & effectiua amicitię. Ideoq; adolescente. sunt velocis amicitię propter velocitatem ipsorum ad associationem & delectatio nem eorū ex ipsa. veterani autem graues sunt ad amicitiam propter paucitatē alacritatis suę ex occursu alterius alteri: immo sunt sicut serui ... ales in moti bus. & scdm veritatem sunt quidem exhortatores, eo ꝙ volunt bona sibi inui cem & succurrunt indigentia: amici vero non, eō ꝙ non perseuerant in societa te, neq; gaudent ex inuicē. quod maxime prę alijs amicitię est: intendo ꝙ actio ista est actio amicitię magis ꝙ cęterę actiones. D

In qua amicitia plures possint esse amici. Cap. VI.



T vero vt multis quispiam sit amicus amicitia perfecta, fieri non pôt. quemadmodum neq; vt amore multorum simul aliquis capiatur. exuperationi.n. simile hoc est. quod autem est huiusmodi, ad vnum spectare naturā consueuit. Multos vero eidē simul vehementer placere, non facile est: fortasse etiam neque bonum esse. opus praeterea est & experimentum capere, & consuetudine vti: id quod perquam difficile est. Ob vtilitatem tamen & iucunditatem fieri pôt, vt multis quis placeat: multi.n. tales sunt: & in breui tempore ministrationes fiunt. Magisq; ex his ea similis est amicitiae quae ex iucunditate existit, cum eadem ab vtrisque exhibentur: & sese mutuo, vel iisdem oblectantur: cuiusmodi iuuenum amicitię sunt: magisque in his quod liberale est, conspicitur. Quae vero est ob vtilitatem, vulgarium hominum est. Et beati vtilibus minime indigent, sed iucundis. volunt.n. simul cum aliquibus viuere, & molestiam paruo tempore tolerant. nam assidue, sustineret nemo: quin ne bonum quidem ipsum, si molestum ipsi esset. iccirco amicos iucundos quaerunt. fortasse vero oportet vt etiam bonos, cum tales ipsi sint: & sibi ipsis item bonos. ita.n. ipsis inerunt ea, quae amicis inesse debent. At qui in potestatibus constituti sunt, distinctis amicis vti videntur: alii.n ipsis vtiles, alii iucundi sunt. vt aūt vtraque iidem exhibeant, non admodū contingit: quippe cum neque iucundos cum virtute, neque vtiles ad honestas res quaerant; sed alios vrbanos voluptatis causa, alios idoneos ad agenda ea quae mandata fuerint. haec autem in eodem non admodum sunt. probum quidem virum esse simul & iucundū & vtilem, dictū iam est. Sed ei qui excellit, huiusmodi amicus fieri non solet, nisi etiam virtute excellatur: sin minus, non adaequatur ex rata portione superatus. Caeterū non admodū tales esse consueuerūt. At ... hae quidē amicitiae in aequalitate consistunt. eadem.n. ab vtrisq; exhi

A bentur, volūtq; sibi mutuo: aut alterum pro altero recompensant, vt voluptatem pro vtilitate. has autem minus esse amicitias, minusq; permanere dictū iam est. Sed & ob similitudinem & ob dissimilitudinē eiusdem & esse & non esse amicitiæ videntur. ex similitudine. n. qua habent cum ea quæ est ex virtute, videntur amicitiæ: quippe cū altera iucunditatē, altera vtilitatem in se habeat, quæ vtraque illi etiam insunt: in eo vero quod illa calumnia vacat, stabilisq; est, hæ cito immutantur, aliisq; multis differunt: ex illius dissimilitudine amicitiæ non videntur.

lxii. Et fortassis non contingit inuenri plures vno amico amicitię perfectę sicut nō contingit amatorem vnum habere plures amasias simul. oē. n. D quod in fine est & superexcellentia, naturā habet, quę exigit vt cōparetur vni. quod. n. in fine est & vnū est. Ideoq; nō est possibile vt vni placeāt plura placentia vltima. illud. n. in quo alius ei communicat, non dicitur esse in vltimo. & etiam rara est multitudo amicorū scdm bonitatē propter paucitatē bonorū neq; & quia non est certum virum amicum esse, nisi post longam, experientiam, & per conuersationē multam & societatem. & hoc est difficile. hęc est ergo res, quę approB priatur amicitię bonorū. In amicitia aūt, quę fit propter vtilitatem & delectationem, possibile est esse plures vno amico simul. possibile est enim vt placeāt vni plures ex istis eo quod multi taliū inueniuntur, & acquiritur eorum experientia modico. Et videtur quod plus istis duabus sit amicitia, quę fit propter delectationē, cū ista sit ambobus scdm ęqualitatem: intendo vt gaudeāt ex inuicem ęqualiter, & lętantur ex rebus vnis ęqualiter: & ista est vt amicitia adolescētiū: & quibus maxime est hęc amicitia, sunt viri libertatis. Amicitia vero, quę fit per vtilitatē, est amicitia mercatorū. D. Viri aūt glorię & exultationis nō indigēt rebus vtilibus, sed delectabilibus quidē, & pp hoc nolūt associari quorundā hominum. & hoc, quoniam isti non sustinent contristans. Dixit Et fortassis nō tolerat aliquis contristabile tolerantia sempiterna, etiam si fuerit contristabile bonum ipsum: intendo quod non tollerat aliquis bonū contristans, quāto minus cōtristans, qd non est bonum. & propterea requirimus vt amici delectabiles sint & boni sint: & tales sunt, in quibus inuenitur quicquid inueniri oportet in amicis. D. Domini autem potestatum & regnorū, & qui similantur eis ex istis modis hominū, videntur vti amicis: & acceptare eos propter prępollentiā sup eos. & causa in hoc est quoniam socii dellectationum secūdum eos, qui vident quod C ipsi sint amici, alii sunt a sociis ciuitatum. quod autem sint socii delectationis eisdem sociis vtilitatis non contingit, multotiens, sed parum: eo quod isti nō eequiuntur delectabiles cum virtute, neque vtiles cū virtute. si enim requirerent delectationem cum uirtute, coniungerent cum delectatione vtilitatem. & similiter, si requirerent vtile cum virtute, coniugerent cum vtili delectationē, sed isti desiderant quidem ex hominibus eum, qui est facilis motus propter delectationem & volunt delectabiliorem motuum actioni, quam imperant. & ista non coniunguntur in eodē multotiens: intendo delectabile isto modo & vtile, quāuis iam dictum sit quod simul delectabile & vtile. Veruntamen virtuosus virture perfecta non fit amicus neque vni istorum intendo viros potestatum & regnorum, nisi fuerint excellentis virtutis, intēdo virtutē perfectam & si nō tūc coequabitur virtuoso in uirtute: & quando non ęquatur et, non assimiliter ei. & non inuenitur in istis dilectio quę fit scdm ęqualitatem vt in pluribus: quanto minus ą fit scdm ęqualitatē in virtute absolute: eo quod ista dilectio fit quidē, qñ inuenitur in vnoquoq; ipsorū res vnę eædē: vt quod sit inuenta in vno ipsorū gratia cuius est dilector, ipsa eadem virtus, quæ est inuenta in altero: aut vtilitas, quę est in vno ipsorum ipsa eadem vtilitas, quę est in altero. & similiter se habet in dilectione. in amicis autem istorum, intendo dominorū regni, & in dominis regni non inueniuntur res eędem, gratia quarum sunt amici; sed rex

accipit amicos dilectionis causa, & amici associantur ei propter vtilitatem. Et iam dictum fuit de his, quę sunt prçter dilectionem ... ctiones minus, & quod non perseuerant. Dixit. Quibus ... dilectiones propter similitudinem, quæ inueniuntur inter eas & ... quæ sunt propter consimilitudinem in virtute: aliis vero visum est quod ... dilectiones propter priuationem similitudinis. Modus autem ... illis est, quando inuenitur ... tis delectabile: & vtile: & hę ... in illis magis quam in illis: intendo in dilectione delectabilis, & in dil... lis: eo quod in illa inueniuntur delectabile & vtile perfecte ... propter appetitum virtutis. Modus vero priuationis simili... quod illa non mutatur: intendo amicitiam appetitus virtutis: ... autem ... velociter, & seiunguntur ab inuicem. propter hoc igitur videtur mult... ne nominentur istæ dilectiones: eo quod non assimilantur illi.

De amicitia in supereminentia Cap. VII.



Altera est amicitiæ species ex supereminen[tia] ... erga filium, & denique seniori erga iuniorem, & ... erga Vxorem, & principi omni erga subditos. Sed ... inter se etiam differunt, non enim eadem est p... bus erga liberos, & principibus erga subditos ... neque patri erga filium, & filio erga patrem: neque viro erga vxorem, & vxori erga virum. diuersa enim vnicuique horum virtus ... uersumque opus est: diuersa item ea ob quæ amant: diuersi ... etiam amores, & amicitiæ erunt. atque eadem quidem vtriq; ab ... ro neq; exibentur, neque sunt requirenda: sed cum parentibus ... ri ea tribuunt, quę debentur iis qui genuerunt, & parentes fi... ea quæ filiis exhiberi debent: stabilis talium, ac bona amicitia ... In omnibus autem amicitiis, quæ per supereminentiam existunt, am... etiam proportione esse debet. vt meliorem amari magis, quã amare, & vtiliorem, & aliorum vnumquenque similiter. cum enim pro di... gnitate amor extiterit: tunc quodã modo æqualitas fit. id quod ... amicitiæ videtur. At vero æquale in iustis & amicitia esse non si... ter videtur. nam in iustis primo est quod est pro dignitate, secundo quod in quantitate est: in amicitia vero quod est in quãtit... primo, secundo quod pro dignitate est. id aũt perspicuum est, si multa ... tutis & vitii, affluentiæ, aut alicuius alterius distantia fuerit: non .n. amplius sunt amici. sed ne esse quidem se dignum putant. Hoc au... in Diis clarissime patet, qui plurimum omnibus bonis pręstant. itẽ in regibus: neque enim his plerique esse amicos se dignum ducunt, cum inferiores longe sint: neque optimis & sapientissimis, illi q... nihil sunt. In his tamen exacta prætinitio non est, quousque sint amici. multis enim ablatis adhuc manet. si vero longe separatus aliquis sit, vt Deus, non amplius manet. Vnde etiam in dubitatione venit: nunquid amici maxima ex bonis velint, vt Deos esse? non n... amplius ipsis erunt amici neque etiã erunt bona. amici.n. bona sunt. Si igitur rectè dictum est amicum amico velle bona eius ipsius causa

A eum ipsum qualiscunque est, manere oporteret: homini autem perma
nenti maxima bona adesse volet, & fortasse non omnia: sibiipsi enim
maxime bona vnusquisque vult.

lxii. Et ex speciebus dilectionis est species altera, quę inuenitur secundū
additionem & superfluitatē: sicut dilectio patris ad filium, & senis ad iu-
uenem, & viri ad mulierem, & omnis pręlati ad subditum. D. Et in hac
dilectione diuersitas est inter condiligentes, & inter istos modos metipsos, eo ꝙ
non est dilectio patrum erga filios, vt dilectio prælatorum erga subditos: neq;
dilectio patris erga filium, vt filij erga patrem: neq; viri erga mulierem, vt
mulieris erga virum: eo ꝙ virtus vniuscuiusq; istorū & actio eius diuersa est:
& ex quo coamatio in istis & propter virtutem aut actionem, necesse est vt
diuersificentur dilectiones in istis penes diuersitatem eorum, gratia quorum fiūt
dilectiones. & propter hoc non requirit quilibet horum a suo compari speciem
vnam ex actione, secundum ꝙ meretur sua dilectio. pater ergo requirit a filio
reuerentiam: & quando reueritus fuerit ipsum secundum ꝙ conuenit, firmabi-
tur dilectio patris & debitum habitudinis. quod autem requirit filius a patre, est
vt sint erga ipsum actiones patris, & similiter requirit prelatus a subdito donec
fit dilectio inter ambos, aliud ab eo quod requirit subditus a prelato. & simili-
ter est dispositio viri cum muliere. D. Et oportet vt sit dilectio perfecta in istis
B secundum proportionem, non secundum ęqualitatem: intendo quando sunt co-
gentia ad dilectionem in dilectis secundum ęqualitatem. & hoc, quoniam opor
tet vt amet vilior ex ipsis meliorem amplius ꝙ̄ melior viliorem. & similiter
est in viliore: intendo ꝙ vilior amicorum oportet vt sit amatus magis quam
amans. quando ergo amor inuentus fuerit in amicis secundum mensuram meri
ti erit statim ęqualitas quędam: intendo dilectionem ex parte proportionis; &
si non sit ęqualitas vera, prout est in amicis, quorū actiones sunt speciei vnius,
& mensurę vnius. Aequalitas ergo in dilectione dicetur etiam secundū duas
intentiones, quemadmodum dicitur in iustitia. vna earum est ęqualitas in quā
titate: altera ęqualitas ex parte proportionalitatis, veruntamen primum in iu-
stitia aliud est a primo in dilectione. nam primum in ęquali in iustitia est quod
fit penes mensuram meriti ęqualis ex parte proportionis. & secundum est illud
quod fit penes quantitatem. primum aūt in dilectione intendo pręcedens, est
ęquale in quantitate: dilectio vero, quę est secundum proportionalitatē, poste-
rior est illa dilectione: intendo vt sit dilectio vniuscuiusq; amicorū scdm̄ pro-
portionem debiti vnius ad alterum non scdm ęqualitatem. &, quando diuersan-
tur debita, manifestum est ꝙ inuenitur inter debita distantia multa; intendo vt
diuersentur penes virtutem & vitium, aut penes esse, aut penes aliquid aliud.
C cumq; fuerit distantia valida inter duo, patens est ꝙ non sit inter ea amicitia:
neq; pręparat quisquā eorum seipsum ad hoc. Et istud patet valde in Dijs. ne-
mo enim pręparat seipsum ad hoc vt sit eis amicus, cū sit pręeminentia eorū in
bonis multa valde. Et declaratur hoc etiam ex regibus. nam qui sunt multo in
feriores ipsis, non pręparant seipsos, vt sint amici eis. & similiter quibus nō est
quantitas idoneitatis in aliqua rerum, non pręparant seipsos, vt sint amici vir-
tuosorum & sapientum valde ex hoībus. D. Nō est aūt in hoc quantitas nota
in distātia, versus quā finiatur amicitia. & si supfluat distantia nō erit amicitia.
apparet.n. ꝙ, qñ superat vnus alium in rebus multis, adhuc fit inter eos cū hoc
amicitia. qñ uero supuenerit ipsum in fine multitudinis rerū & bonitatis, tūc iā
nō erit amicitia, terminus aūt inter hęc duo immanifestus & indeterminatus in
seipso. D. Et ex hinc depēdet difficultas quędā, & est ꝙ fortuitu amici nō uolūt
amicis suis bona extmia. si ergo hęc sic fuerit, casus distātię dissoluet amicitiā.
& ēt tūc nō erūt ipsi sub uno gn̄e ex generibus boni. Et iā putat ꝙ amici sint
spēi bonitatis sub gn̄e uno: intēdo coęquales in bonitate: vt ꝙ coęquat vni spēi
ideoq; dictū ē ꝙ amicus uult bona amico suo, eo ꝙ ipse est ipse: uerūtamē si fue
rit amicus ens ille, qui uult amico suo bonū illud, qđ cōuenit ei inquantū hō, &
scdm dispōnem, scdm quā meretur bonū humanum, uolet ergo & bona extmia.

Amicitiam magis consistere in eo ut amet, quam ut ametur. Cap. VIII. D



Lerique asit ob ambitionem amar magis videntur vel-
le, quam amare: vnde amatores adulatorum plerique
sunt. adulator.n. amicus est qui excellitur, aut se esse ta
lem, magisq; amare, quam amari se simulat. amari aut
& honorari, qđ videlicet & pleriq; appetũt, prope acce
dere inter se videntur. sed nõ per se tamen honorem eligere videntur
sed ex accidenti. gaudent enim pleriq;, cũ ab iis, qui in potestate con
stituti sunt. honorãtur, ob spem: quippe cũ si aliqua re indiguerint,
eam ab ipsis consequuturos se esse existiment; atq; ita honore quasi si
gno quodam beneficii accipiendi lætari consueuerint. Qui vero a
probis viris & scientibus honorem affectant, ii propriã opinionem
de se ipsis confirmare cupiunt: gaudentq; ꝙ boni sint eorum iudicio
qui id dicunt, credentes, at amari per se gaudet. quo circa id melius
esse, quã honorari: & amicitia expetenda per se esse videretur. Sed in E
eo ꝙ amat aliqs magis, quã in eo ꝙ amatur, cõsistere videtur. Argu
mento sunt matres, quæ amando gaudent. nonnullæ.n. filios suos
educandos tradunt, amantq; scientes, redamari non curant, si vtrũq;
nõ potest: sed satis ipsis videtur, si liberos suos bene agentes in pri..e
amantq; ipsos, etiam si ob ignorationem illi quæ matri debentur, tri
buere nequeant. Cum vero amicitia magis in amando consistat, &
amatores amicorum laudentur: amare esse amicorum virtus videtur.
quare inter quos hoc pro dignitate fit: ii stabiles amici sunt: amicitia
que eorũ ꝑmanet. at hoc modo illi etiã qui inæquales sunt, amici ma-
ximo essent: eo ꝙ adæquari possunt, ęqualitas vero et similitudo ami
citia est. & præcipue ea quæ est ex virtute similitudo. cum enim stabi
les per se ipsi sint: etiã inter se mutuo ꝑmanent: & neq; indigent prauis
neq; talia subministrant: sed vt ita dicã, etiam ꝓhibent. bonorũ siqui
dem est neq; ipsos peccare, neq; amicis permittere. Praui aũt firmi F
tatem quidem nullam habent, neq;.n. sibiipsi similes permanent sed
ad paruũ tempus tamen amici fiunt, prauitate inter se mutuo delecta
ti. qui vero sunt vtiles & iucundi, diutius durãt: permanent.n. quoad
voluptates & vtilitates sibi mutuo exibuerint. Ex contrariis aũt ma-
xime videtur fieri amicitia, quæ ob vtilitatem existit. vt pauper diui
ti, imperito sciens amicus fit. quod n. consequitur aliquis indigens,
illud appetens aliud quid recompensat. Huc trahere etiã quispiã pos
set amatorem & amatũ, pulchrũ item & turpem. Vnde amatores ridi
culi. interdum videntur, dum sicut amant, ita se esse amando censent
si simili modo sane essent amabiles, fortasse censere ita deberent: cũ
nihil vero huiusmodi habeant, ridiculum est. Sed forsitan neq; cõtra
riũ per se contrariũ appetit, sed ex acidenti: medii aũt appetitio est,
quod bonum est. verbi causa sicco bonũ est non si humidum euadat,

A sed fiad medium perueniat. calido item & aliis, simili modo. Verum hęc cum paulo a proposito alienora sint, in præsentia omittantur.

D Ixit. Et multi eorum, de quibus putatur ꝙ ament honorem, volunt amari magis ꝙ amare. & pp hoc est ꝙ multi sunt amatores laudatores ex homi nibus. laudator enim est amicus, addens in amicitia eius, cum quo conue nit: & ipse vult esse amator magis ꝙ amatus. & vt vir sit amator, propinquũ est ad hoc vt sit honorator eius, qui appetit honorẽ nõ p se, sed pp vtile: & maxi me qui appetit honorem a regibus & principibus. nã appetit quidẽ eũ p modũ a. calentis, nõ p se. ipsi, n. appetunt quidem honoratiorẽ, propter spẽ consequẽ di suum propositum: ęstimant. n. ꝙ impetrent ab honoratiuis omne, quod indi gent. gaudent ergo ex honoratione eorũ, & ponunt eam signum ex audiendi tos. D. Illi aũt qui desyderãt honorem ab eis, qui sunt emeriti & noti, desyde rant quidẽ honorẽ ab eis, quatenus per hoc intelligere faciant: qm̃ & ipsi eme riti sunt & noti, quemadmodũ illi, gaudẽt ergo per hoc ꝙ ipsi boni, & per credi mentẽ eius de ipsis honoratorũ suorũ cũ non honorẽt boni nisi bonos, neq; eme riti & noti nisi emeritos & notos, & siľer ẽt appetunt vt sint amati: eo ꝙ dile ctio eligibilis est p se. Et putatur ꝙ potius sit in amato ꝙ in amãte. Et signũ hu ius sunt matres, quę gaudent ex sua dilectione. quędã. n. ipsarũ dant qcquid ha

B bent filijs suis absq; retributione. neq; requirũt remunerationẽ ex eo, qđ impar tiũtur filijs de bonis. & vniuersaliter nõ diligunt aliquid nisi bonũ statum, et de corã filiorũ suorũ. & ẽt amãt eos, quãuis ipsi nõ reuerẽtur eas aliqua reuerẽtia debita matribus, pp ignorantiã ipsorũ et negligẽtiã ꝓprij iuris. Cũ ergo dilectio potior sit in dilecto ꝙ in diligente: & laudatur q amat amicos: necesse est vt sit virtus amicitię visitatio habituo amicitiæ ab vnoquoq; coamãtium, donec ag gregentur eligibile & laudabile in vtrisq;: intendo vt vterq; ipsorum sit amãs amatus. & qñ sic est, tũc in quibus inuenitur dilectio scđm meritum vel idonei tatẽ, nõ scđm ęqualitatẽ, sunt ẽt pseuerãtes in amicitia. & ista est amicitia cõꝓ portionalium in virtute. amicitia autẽ ęqualitatis dignior est vt sit in coęquali bus in virtute: quemadmodum amicitia proportionalitatis dignior est vt sit in diuersatis in virtute: intendo vt sit amicitia, i. dilectio, & actio dilectionis in quolibet ipsorum secundum mensuram virtutis suę ad virtutem comparis sui. & sit quidem istorum amicitia perseuerans vt amicitia coęqualium eo: ꝙ isti consimiles sunt, i. comproportionales: & proportionalitas est ęqualitas quędã: intendo amicitia quędam coęqualis, quanto magis consimilitudo virtuosorum: eo ꝙ cura perseuerantis amicitię eorum est perseuerantia ipsorum et in virtute. & isti, vt dicunt, non indigent rebus malis. neque ergo faciunt eas sibinui cem: immo prohibent eas abinuicem, cum non faciant hoc vt peccent circa bo

C na, neque vt mandent amicos suos peccare circa ea. Malorum autem consimi lium non perseuerat dilectio; eo ꝙ ipsi non perseuerant in sua consimilitudi ne: sed variantur in dispositionibus suis. fiunt autem in tempore modico: & quis que eorum lętantur ex malo sui comparis. isti ergo, prout diximus, non sta biliuntur ex parte consimilitudinis: ex parte autẽ vtilitatis, & dilectionis stabi liuntur multotiens, quãdiu perseuerant lucrantes sibiinuicem delectationes & vtilitates. D. Et attribuantur ꝙ dilectio, quę est propter vtilitatem, vt pluri mum est equidem inter contrarios: vt dilectio pauperis erga diuitem, & igno rantis erga scientem. veruntamen diues non amiciatur pauperi inquantum pauper: sed vult ab eo pro hoc, quod dat ei pecunia, aliam rem. D. Et fortas sis intrare facit quis in dilectionem contrariorum amasium & amasiam, & for mosum & deformem. at si amicitiam exhibuerit deformis formoso propter eius formam: non tamen amicabitur formosus deformi propter suam deformi tatem. Et ex hinc apparet ꝙ amasij sunt digni vt derideantur, cum volue rint aliquando vt amentur, cum autem amentur, fortasis in ipsis est idoneitas gratia cuius amantur: quando vero non fuerit in eis idoneitas rei vllius & ve lint amari, tunc digni sunt derisione. D, Et fortasis appetet contrarium suum per accidens. & hoc, quoniam contrarium appetit quidem illud, quod est

bonum : & hoc est mediocre . verbi gratia quoniam non est bonum sicco vt at humidus , sed vt deueniat ad medium . et similiter calido non est bonum vt fiat frigidus, sed temperatus . vult, vt æstimo, φ excessus in rebus [illegible] fyderat mediũ. D. Nisi φ hæc perscrutatio immanifestabilis est ex hac scien- tia, idest non est essentialis ei . relinquamus ergo eam . D

De ciuili amicitia. *Cap. IX.*



Idetur autem, quemadmodum in principio dictum est circa eadem, & in iisdem & amicitia esse, & ius: in omni. enim societate esse quoddam ius videtur, & amicitiæ quoque: conuectores enim & cõmilitones tanquam amicos appellãt. pari modo ẽt qui in aliis societatibus versantur. quatenus aũt inter se commercium habent, eatenus amicitia inter ipsos est: nam & ius. & prouerbium cõmunes res amicorum esse inquit: recte sane. in cõitate siquidẽ amicitia est fratribus autẽ & sodalibus cõmunia omnia sũt: reliquis definita, atq; aliquibus plura quibusdam pauciora: quippe cum amicitiæ quoque aliæ magis sint, aliæ minus. Differunt aũt & iura ipsa. non. n. eadem sunt parẽtibus erga filios, & fratribus inter se: neq; sodalibus eadem, & ciuibus. similimodo ẽt in reliquis amicitiis diuersæ igitur ẽt iniuriæ ad vnumquemq; horum sunt: incrementumq; accipiunt, quo magis erga amicos fiunt vt pecuniis sodalem priuare grauius est, quã ciuẽ: & nõ opẽ ferre fratri quã alieno: patrẽ itẽ percutere quã quẽlibet alium. Augeri etiã simul cum amicitia ius ipsum natura consueuit: vtpote cũ iisdẽ circa sit & æqualiter pertingant. At vero societates oẽs partibus ciuilis similes sunt. nam ob vtile aliquod conueniunt hoĩes, aliquidq; eorum comparantes quę ad vitam pertinent: & ciuilis societas vtilitatis gratia videtur, & a principio cõstitisse, & perseuerasse id. n. & legislatores cõiectant, & ius esse inquiunt, quod cõiter conducit. Reliquæ igitur societates pticulatim vtilitatẽ appetunt. exempli causa, nauigatores eã quę ex nauigatione euenit, vel ad pecuniarum comparationem, vel tale aliquid spectantem. commilitones eam q̃ ex bello acqrere siue pecunias, siue victoriam, siue vrbẽ appetant similiter quoq; tribules, & curiales. Nonnullæ vero societates fieri ob voluptatem videtur, choreatium scilicet sodalium, & contributorum quę sacrificii, & conuictus causa conficiuntur. Atq; hæ quidẽ oẽs sub ciuili cõstitutę sũt. nõ enim præsentem vtilitatem ciuilis appetit, sed ad oẽm vitam spectat. Et qui sacrificia faciunt, circa eaq; conuẽtus, honores Diis exhibent & sibiipsis cum voluptate requiem comparant. prisca. n. sacrificia & conuentus videntur post fructuum collectiones quasi primitiæ quędam fieri cõsueuisse: in his. n. maxime temporibus ocio vacabant. omnes igitur societates partes esse ciuilis videntur . tales autem amicitiæ tales societates consequentur. E F

Idetur autem, quemadmodũ dictum est primo, φ neq; dilectio, neq; iustitia inuentę sint, nisi in eo, quod proportionatur nobis, etiam in nobis : eo

ꝙ putatur ꝙ in omni communicatione & connégociatione iustitia quędam
A ꝙ putatur ... & amicitia quædam. etenim consociati in itineratione nominantur amici:
& similiter cõmilitantes nominantur amici:& vniuersaliter quicunque commu
nicant in actione aliqua, nominantur amici. & mensura amicitię eorum,& se
cundũ mensuram cõmunicationis & coadiuuationis. & dictum est quidem in
prouerbio, ꝙ quod amicorum est, commune est: eo ꝙ amicitia communitas. &
ꝑp hoc vniuersum. quod confratrũ est & sociorum, cõmune est. & portio vię
consortium in istis cõicationibus ex vtilibus, gratia quorum est cõmunitas men
surata. est quibusdam magis & quibusdam minus: ideoq; sunt quędam amici
tiarũ magis,& quędã earũ minus: intendo ꝙ amicitia sequitur bonũ existens in
cõnegociatione. Et similiter iustitia diuersificatur in seipsa diuersitate cõicatio
nis. & propter hoc est dilectio patrum, & filiorũ,& fratrum,& sociorũ adinui
cem, & dilectio ciuiũ vnius ciuitatis adinuicem diuersificatorũ. intendo ꝙ di
lectio patrũ erga filios diuersa est a dilectione fratrum. & similiter dilectio di
uersatur a dilectione sociorũ. & similiter dilectio sociorũ diuersatur a dilectio
ne ciuium. & similiter in cęteris dilectionibus. Et ꝓpter istud sunt species iu
stitię in eis diuersę: & malitia aduersatur iustitię magis circa dilectionem ma
iorem ꝙ̃ circa minorem. & pp hoc rapina, pecunię, et defraudatio ipsius a so
cio peior est ꝙ̃ a conciue: & derelictio sine adiutorio peior est derelictione ex
B tranei. & similiter frangere caput patris peius est ꝙ̃ frangere eius, qui non ẽ
patet. D. Et patet ꝙ iustitia augetur per augmentum dilectionis, quasi ambę
sint in rebus eisdẽ, & finitur per augmentum eius apud modos ęqualitatis. D.
Et vniuersitas specierũ cõicationũ particularium similis est partibus habitudinis
ci ... intendo cõmunicationẽ publicam. oẽs.n. desyderant rem vnam eandẽ:
& est illud, quod desyderat habitudo ciuilis. per oẽs.n. eos inquiritur conue
niens in vita. & videtur de cõitate ciuitatis vel ciuili, ꝙ gaudet per illud, qđ
conuenientius est vt per ipsum incipiatur consociatio & perduret etiã. & istud
est propositũ latoris legum: dicũt ꝙ iustitia est conueniẽtius cõi: intendo homi
ni cõmuni. Etenim reliquę cõicationes particulares desyderant cõuenientius
particulari: vt nauigatores maris causa lucrãdi pecunias, aut alterius causa ex
tis, pro quibus laboratur in mari. & similiter cõmunicantes ẽ in malitia desy
derant conuenientius in pręlio: vtputa pecuniã, si huius fuerit appetitus: aut vi
ctoriã, si illa desyderetur: aut captionẽ ciuitatis, si ad hoc tendat desyderiũ: si
militer se habet in hoibus vnius lucri: intendo ꝙ iquisitio eorũ est boni parti
cularis inquisiti per illam viam. D. Et putatur de quibusdam cõicationibus, ꝙ
sunt causa delectationis ex conclusione, & recreationis, vt coniunctiones ciui
um in festis decollationum, & sacrificiorũ: intendit quod apud nos dicitur Pa
scha. D. Verisimile est enim ꝙ omnia ista intrent sub habitudinem ciuilẽ, intẽ
C do cõmunicationẽ publicam. ciuitas nempe non desyderat hoc, quod conueniẽ
tius est alicui, sed quod oibus. D. Et qui offerũt sacrificia in tota vita sua, &
honorant Deũ in istis congregationis, ipsi quidem lucrantur sibiipsis per hoc
recreationẽ ex operatione illa cum delectatione. & hoc patens est ex decolla
tione & celebratione antiqua Paschæ. fiebant.n. post frugum collectionem:
& eligebãt quidam illam horam propter duas intentiones: vna, quia tunc quie
uerunt a frugũ collectione: secunda, sacrificiũ tunc erat quasi gratiarum actio
pro adeptione frugum illius anni, & quãdo sic est, tunc iam patet, ꝙ vniuersę
communicationes partes sunt habitudinis ciuilis, & ꝙ sequitur omnem cõmuni
cationem amicitia quędam scdm modum illius communicationis.

De speciebus ciuilitatis. Cap. X.

CIuilitatis vero tres species, sunt, totidemq; transgressiones, quasi
corruptiones quædam illarum. Ac ciuilitates quidẽ, regnum, &
optimi potentia, & tertia quæ a censibus existit: quam censi potẽ

Tirānus suā rex| subditorum.

tiam vocare accommodatum videtur:ſed plerique rempublicam eā
appellare conſueuerunt. harum optima regnum, peſſima cenſipoten-
tia eſt. Ac regni quidem tranſgreſſio tyrannis eſt. ambo enim vnius D
imperio conſtant: plurimum tamen differunt. Tyrannus enim ſuam,
rex ſubditorum vtilitatem ſpectat. non enim eſt rex niſi ex ſeipſe ſuf-
ficiat, omnibusque bonis excellat: at qui talis, eſt nulla re indiget.
quocirca vtilitatem non ſibi, ſed ſubditis procurabit. nam qui eiuſ
modi non eſt, ſortititius potius eſt, quam rex. Tyrannis vero econtra
rio huic, ſuum ipſius bonum perſequitur. clariusque eam eſſe peſſi
mam manifeſtum eſt. id enim eſt peſſimum, quod optimo eſt contra-
rium. e regno autem in tyranidem tranſitus fit: tyranni. enim prin-
cipatus vnius prauitas eſt: & prauus rex, tyrannus euadit. Ex optimi
potentia autem in pauci potentiam fit mutatio vitio, principium qui
præter dignitatem res ciuitatis diſtribuunt, & omnia, aut pleraque
bona ſibiipſis reſeruant, & magiſtratus ſemper iiſdem demandant,
diuitias plurimi facientes. vnde pauci atque iidem praui loco optimo- B
rum dominantur. Sed ex cenſipotentia in populi potentiam hæ
enim finitimæ inter ſe ſunt. multitudinis enim & cenſipotentia eſſe
conſueuit & ęquales omnes qui in cenſu ſunt. At populi potētia quip
pe cum paulum reipublicæ ſpeciem tranſgrediatur, minime pra-
ua eſt. Ac reſpublicæ quidem ſeu ciuilitates in hunc maxime modū
immutantur. ita. n. ad minimum & facillime trāſeunt. Quarū ſimilitu
dines & quaſi exēpla ſumere ēt in familiis quiſpiam poſſet. patris. n.
erga filios ſocietas figuram regni habet: quippe cū patricura filiorū
ſit. vnde ēt Homerus Iouem patrem appellat: eo ꝙ regnū paternum
imperium eſſe debet. At apud Perſas patris imperiū tyrānicū eſt, qui
ut ſeruis filiis ſuis vtuntur. Tyrannicū itē eſt heri erga ſeruos in eo. n.
id quod hero vtile eſt, agitur. Sed hoc eſſe rectum videtur. Perſicum il
lud prauum, atq; errans eorum. n qui ſunt diuerſi, diuerſa quoq; im-
peria ſunt. Viri & vxoris optimatū poteſtati ſimile apparet: pro digni
tate ſiquidem imperat vir, ac circa ea circa quæ virū decet: quæ autē F
vxori conueniunt, ea illi attribuit. na ſi oīum dominus eſſe velit vir
in paucipotentiam delabitur: præter dignitatem enim id facit. & nō
quatenus eſt melior. Interdum vero vxores quoque, quibus patrimo
nium omne obtigit, dominantur, vnde non ex virtute ſed ex diuitiis
& potentia ſicut in paucorū potentatu imperia fiunt. Fratrū aūt ſocie
tas cenſipotentiæ ſimilis eſt. ſunt. n. æquales, niſi quatenus ætatibus
diſtant. vnde ſi longe ætatibus diuerſi ſint, fraterna inter ipſos ami-
citia non amplius: eſt Populipotentia autem in iis maxime cohabita-
tionibus apparet quæ ſine domino ſunt. ibi enim æquales oēs. in iis
item, vbi cum princeps imbelis ſit, poteſtatem agendi quidlibet vnuſ
quiſque habet.

DIxit. Et ſpecies habitudinum ciuilium tres ſunt & oppoſitę eis tres. Pri-
ma eſt principatus regis: in quo dis regē vnū virtuoſum, Secūda principatus

A bonorū:Intendit reges multos coadiutores in gubernationē virtuosam nobilem.
& illud fit per hoc, vt vnusquisq; ipsorum adducat partem gubernationis aliā
ab ea, quam adducit alter: cum non contingit aggregari partes gubernationis eī
ultis in vno. D. & tertia est principatus honoris: Intendit ciuitatem, cuius finis
est honor. D. & quidā hominum nominant eā vsum vitę: & melior oīum ista-
rū est principatus regis: & vehementior oppositionū est oppositio, quę nomi-
natur principatus congregationū. D. Et principatus tyrannidis & regni vnus
& idem est per formā: & inter vtrunq; diuersitas est multa: eo ꝙ intentio ty-
ranni est bonū suum: & intentio regis est bonum eorum, quibus pręest, non bo-
num suipsius. non tamē est rex, qui non est excusatus ab omni exigentia procu-
rationis, & non est virtuosus vniuersitate virtutum. & hoc qm̄ rex quādo fuerit
virtuosus & excusatus ab omni exigentia procurationis, non est indigens ali-
qua re: cumq; nō fuerit vllius egens, non erit intentio eius in principatu ad vti
litatem propriam: sed intendet vtilia gregi suo. D. qui vero non fuerit talis, con
ueniens est vt sit princeps sorte: intendit casu, non merito vel idoneitate. Tyrā
nus aūt contrarius est regi scd̄m veritatē: eo ꝙ inquirit proprium bonū, & rex
bonum alterius. & istud oppositum est peius oppositorum & magis patens, qm̄
malum: & est in seipso tale, eo ꝙ contrarium est bonū absolute, quod est princi
patus regis: & contrarium bono absoluto est malum absolutū. D. Et principa-
B tus mutatur ex regno ad tyrannidē: eo ꝙ tyrānidis malitia est pertinens prin
cipatui vnitatis: intendo malitiā contra principatū regis vnius. cum ergo vter
q; principatus regni tyrannidis pertineat principi vni: & non differunt nisi se
cundū finē principis, fit mutatio istius principatus ex regno ad tyrannidē mu
tatione principis tantū: & hoc est facillimū. D. Sed principatus bonorū ꝓpter
multitudinem principiū mutatur ad principatū paucorū: intendit principatum
diuitum, qui ponunt finem gubernationis diuitias: & istud est oppositū huius
principatus. D. & est deterior principatuū: ideo ꝙ principes diuidūt bona ciui
tatis non scd̄m merita: & conuertunt vniuersa bona aut plura ipsorum ad seip-
sos: et student vt principatus semper sit eorūdem, velut filiorū, & nepotum, vt
arbitror: ideo ꝙ diuitię apud eos sunt cā principatus. D. & principes huius
ciuitatis pauci sunt & mali loco eorum, qui merentur principatum ex virtuo
sis. D. Principatus aūt honoris mutatur ad principatum cōmunitatis: intendo
congregationalē: & est qui nominatur scd̄m libertatē. D. Etenim isti duo prin-
cipatus cōpropinquos valde habent terminos: eo ꝙ principatus honoris requi
rit vt sint principes in ipso multi, et vt omnes coęquales sint in honore. D. Et
principatus libertatis paucę est malitię: eo ꝙ oppositio eius ex specie principa
tus honoris pauca. D. Ad ista nanq; opposita ꝑmutantur isti principatus vt plu
C rimū, & festina est permutatio quorūdam adinuicē. quod aūt est extra istas cō-
permutationes, vt ꝙ permutetur regnū ad aliud q̄ ad tyrannidem, parū est &
grauer. Et istud est, qd̄ narrauit Arist. & est diuersum vię vel semitę Platonis, Nota differē tiā inter Platonē & Ari.
cui videt ꝙ principatus regni primo permutatur ad principatum honoris, &
principatus honoris ad principatum diuitiarū, & principatus diuitiarū ad prin
cipatū congregationū, & principatus cōgregationis ad principatū tyrannidis.
Et verisimile est, quoniā quādo perscrutatio exquisita fit de hoc, patet ꝙ res
eā quę currit cursu naturę in cōpermutatione istorum principatū est, vt dixit
Arist. non vt dicit Plato. D. Et est possibile vt inueniamus simile istis regimī
nibus in regimine domus: intendo hospitium: conuersatio enim patris cū filijs
suis in hospitio similatur conuersationi regis cum grege suo. curiosus est, n. rex
gregis suo: quemadmodum pater filiorū. & ideo nominauit Homerus regem pa
trem: indiget. n. rex, vt eius regimē sit paternū regimē D. Apud Persas autem
regimē patris tyrannidale est: ipsi enim tractant filios tanquam seruos. & regī
men domini erga seruū tyrannidale: eo ꝙ dominus vtitur seruo, ꝓut ei melius
fuerit, non seruo. Videtur aūt ꝙ regimen patris erga filios directū sit. Persarum
aūt peccans. Quoniā aūt regimē vel principatus bonorū diuersum est: eo ꝙ
quilibet eorū exercet propriū officiū, & saluat alteri officiū sibi proprium: si-
militur ipsorum regimē regimini viri, & mulieris in hospitio. vir etenim domi

-natur in hospitio rebus,quę ad eum pertinent, & diminuit dominium muliert per res sibi pertinentes . quãdo ergo vir dominatur vniuerso, quod [illegible] & mulieris conuertitur ad paucitatem regiminis. intendit φ c[illegible] sitionẽ similantem principatui paucorum,intendo diuitis.& facit quidem h[illegible] idoneitatẽ,quã arbitratur ex seipso, siue potentiam, siue diuitias, non per hoc φ illud melius . Et fortasse dominantur mulieres in huiusmodi hospitijs & [illegible] uiratibus similibus istis hospitijs, quando fuerit in eis ista idoneitas . dominiũ ipsorũ non fit scdm virtutẽ tunc,sed propter diuitias aut potentiã. Veruntamẽ admodum res se habet in dominio,vel in principatu paucorum:intendo φ [illegible] fit scdm virtutem,sed scdm diuitias. D.Dominiũ autem fratrum in domibus [illegible] milatur principatui honoris : eo φ fratres coęquantur in omni re , pręterquã in annis . & propter hanc causam,quando fuerit diuersitas in annis m[illegible] erit illis dilectio fraterna . Principatus autem cõmunitatum, intendo principatum liberorum, vt plurimum similatur statui hospitij,in quo non est pater [illegible] lias vel dominus . familia enim illius hospitij coęquales sunt : & similiter [illegible] cipatu aggregationis princeps debilis est .

De amicitia regia,paterna,familiari & fraterna. Cap. XI.



IN unaquaque autem ciuilitate eatenus amicitia appa ret,quatenus & ius. Regi sane erga subditos in benef[illegible] cii supereminentia.bene facit enim eiis qui sub [illegible] suo sunt: siquidem bonus cum sit,ipsorum cu[illegible]am habet,vt bene agant , non secus atque ouium pa[illegible] de Homerus Agamemnonem pastorem populorum dixit. Ta[illegible] autem paterna etiam est:tametsi magnitudine beneficiorum, præ[illegible] auctor enim eius est quod videtur esse maximum,vt videlicet [illegible] liis eorumque educationis, & institutionis:id quod maioribus [illegible] attribuitur. Nam & pater filiorum, & maiores nepotum, & rex [illegible] ctorum natura imperium obtinet. Atque amicitiæ hæ in supereminentia sunt atque iccirco honorantur parentem.ac ius inter h[illegible]s n[illegible]n idem est,sed pro dignitate.sic enim & amicitia. Viri item & v[illegible]s eadem amicitia est,atque in optimi potentia constituta: quippe cũ [illegible] cundũ virtutem & pstantiori amplius bonum sit,& vnicuiq; φ c[illegible]nit. ita quoque etiam ius. At vero fratrum amicitia sodalitiæ est [illegible] lis:æquales siquidẽ sunt & coætanei. atque huiusmodi simil[illegible]ũ [illegible] similiumque * affectuum plerunq; sunt huic similis reipublicæ [illegible] amicitia est, quę ex censis cõstat:quippe cũ in ea æquales inter [illegible] esse ciues debeant,ac probi:per vicesq;,& ex æquo principatus fiat.[illegible] modo amicitia. In trãsgressionibus autem sicut iuris , ita amicitiæ est parum admodum est:& minimum omnium in pessima. in tyrãnide si quidem amicitiæ reperitur aut nihil,aut parum . in quibus enim principi & subdito cõmune est nihil, in iis neque amicitia est quippe cum neq; ius aliquod sit,sed tale quippiam,quod artifici erga instrumentum animę erga corpus , hero erga seruum : nam hæc [illegible] tem ab iis consequuntur, qui ipsis vti consueuerunt . Sed erga ina

* a.1.discipli narum .

nimata neq; amicitia vlla est:neq; ius:neq; erga equum, aut bouem,
A neque erga seruum, quatenus seruus est: nihil. n. habent cõmune. nam
sicut seruus animatum est instrumentũ; ita instrumentum inanimatus
seruus est. quocirca in eo ꝙ est seruus, erga ipsum amicitia non est: in
eo ꝙ homo, est: quippe cum vnicuique homini ius quoddam esse vi-
deatur erga vnumquenq;, qui cum ipso legis, ac fœderis esse parti-
ceps potest. & amicitia igitur erit, quatenus homo est. Atq; in tyran-
nidibus quidem & amicitię, & iuris parum admodum est: in populi
administrationibus plurimum. cum enim sint æquales, multa inter se
habent communia.

fxit. Et vnicuique ex istis sex modis conuenientiũ regnatio est propria,
D intendo gubernationem propriam: & in vnoquoq; eorũ inuenitur dilectio
sc͠dm mensuram iustitię inuentæ in ipso. Dilectio quidem regis erga sub
ditos abundans est sc͠dm abundantiam ipsorum in benefactionibus & operatio
nibus, & ipsi diligunt eum sc͠dm benefactionem eius ipsi. rex enim, qñ bonus
fuerit, benefacit his, super quos regnat, & visitat eos propter esse actiones eorũ
iustas: quemadmodũ visitat pastor gregem suum. & propter hoc Homerus poë
ta nominat prelatos nomine deriuato a nomine gregis. & istud regimen est no-
B bilius regiminũ. Et diuersificatur quidem regimen patris, & regis in magnitudĩ
ne vtiliũ. intendo ꝙ regimen regis maioris est vtilitatis, & cõmunius regimine
patris: in genere vnum sunt. putatur enim de patre ꝙ ipse sit causa esse filiorũ;
& nutritionis eorum, & doctrinationis. ideoq; debitum habent filij, vt retri-
buant patri, in delectationibus bonorum in quibus oportet. & ipse similiter opor
tere habet hanc honoris exhibitionem suis antecessoribus ex parentibus. pater
itaq; filiorum prelatus est naturaliter. et quemadmodum est pater eis, quos ge
nuit, sic est filius eis qui precesserunt congenitoribus, & hęc dispositio regis er
ga eos, quos regit & manu tenet intendo ꝙ amor eius erga eos est amor pater-
nus, & honoratio ipsorũ erga eum est honoratio filialis. etenim rex est causa
esse animę, & fieri eius, & enutritionis eius & doctrinationis eius, & gratia
huius honorandi filij patres. D. Et dilectio & iustitia in istis non est vnum &
idem, sed superabundans sc͠dm idoneitatem: intendo ꝙ dilectio erit plus, vbi iu
stitia fuerit plus. D. Et similiter dilectio in principato bonorũ fit ẽt sc͠dm mẽsu
ram virtutis: intendo ꝙ melior est amabilior, & vniuersaliter erit dilectio ipsis
secundum mensuram, quam oportet vnicuiq; ex ipsis: & similiter iustitia. Dile-
ctio autem fraterna est quidem coęqualis. & similiter dilectio sociorum: eo ꝙ
ipsi coęquales, & propinqui, & consimilium passionum inueniuntur simul, &
C in hora vna, & consimilium morum vt plurimum. & isti similantur socijs prin-
cipatus honoris. eo ꝙ ista maneries vitæ vult vt sint ciues coęquales in idonei-
tate vel merito, & vt sit regimen in ipsis particulare, & sc͠dm ęqualitatem: in-
tẽdo in omni indiuiduo. & similiter dilectio in istis est etiam coæqualis, & iusti
tia econuerso et, quod est in ciuitate regis. & honorũ. D. Quemadmodum autẽ
in oppositionibus tribus iustitia modica est, eo & dilectio: & minime fit in pe-
iori earum, & est tyrrannis, etenim in tyrannide nihil est dilectionis, & iustitię
nisi sit quid modicũ: in tyrannide nanq; nihil est cõmune prelato & subdito, ne
que est in ea dilectio, neq; iustitia. & hoc, qm̃ cõmunicatio, quę est iner prælatũ
& subditum similis est communicationi, quę est inter artificem & instrumentũ,
& animam & corpus, & dominum & seruum, per instrumentum enim proficit
viens eo & ipsum per illum etiam. attamen instrumento non est dilectio erga
artificem, neq; animę erga corpus, cum neutris istorũ sit anima. & similiter nõ
inuenitur inter ea iustitia. Neq; est etiam dilectio & iustitia in quiditate anima-
rum qualitercunq; contingat. in quiditatibus. n. animarũ, quibus nõ est ratio, nõ
inuenitur dilectio neq; iustitia, nisi sc͠dm communitatẽ rationis. similiter neque
seruus amatur inquantũ seruus, est enim seruus quidẽ inquantum instrumentũ, &

instrumento non est dilectio. ideoq; dictum est, q seruus est instrumentum animatum: & instrumentũ seruus inanimatus. inquantum ergo seruus non proportionatur ei dilectio: & proportionatur quidem inquantum homo. D. putat autem hoc esse necessario iustitia quędam inter quoslibet duos homines, & communicantes maxime, siue per legem, siue per conditionem & conuenientiam, & similiter dilectio ineuitabiliter erit inter quoslibet duos homines cõparticipantes secdm mensurã eius, qđ est inter eos de iustitia. D. In principatibus autem tyrannidalibus modica est dilectio, & similiter iustitia. in principatu vero communitatũ, inuendo congregationalem iustitiam & dilectio est plus: eo q in illis sunt res multę cõmmunicatę: & sunt coęquales in illis rebus. & oĩs dilectio, vt dictũ est, fit quidem in conuersatione communicabili, i. participabili. D

De amicitia sodalitia, & filiali. *Cap. XII.*



N cõmunicatione igitur & societate omnis amicitia constitit, sicut dictum est. consanguineam tamen & sodalitiam segregaret quispiã: nam ciuiles, & tribules, & nauticæ & q̃ sunt huiusmodi, socialibus magis similes sunt esse enim quasi ex pactione quadam videntur inter has vero aliquis etiã hospitalitiam reponeret. Consanguinea autem multiformes videtur, & tota ex paterna dependere. parentes.n. amãt liberos quasi ex se quiddam: sint liberi autem parentes, quasi ex illis quippiã sint. magisq; sciũt parẽtes qui ex se orti sint liberi, q̃ nati ex illis se esse genitos. maiorem item id a quo aliquid est, cum genito habet necessitudinis cõnexionẽ: quã quod factũ, est cũ qui fecit. proprium.n. ei a quo oritur quippiã est id quod ex ipso oritur vt dens vel capillus, & quodlibet ei qui id habet: illorum aũt nulli id a quo oritur vel minus. accedit ẽt longinquitas temporis. hi siquidẽ liberos statim vbi nati sunt, amant: illi progressu tẽporis parẽtes, vbi intelligentia, aut sensum adepti sunt. Atq; hinc cur matres magis diligant, etiã patet. Parentes igitur filios vt seipsos amant: qui.n. ex ipsis oriuntur, sunt quasi alteri ipsi, dum separati sunt. filii. autem parentes vt ab illis producti. At fratres se mutuo diligunt ex eo, q ex iisdẽ nati sunt. eadem.n. quam cum illis habent, natura ipsos inter se esse idẽ facit vnde inquiunt eundem sanguinẽ, eademq; radicẽ, atq; huiusmodi. sunt itaq; idem quodã modo ẽt in distinctis. Multum etiam ad amicitiã facit & coeducatio, & ætas: ætate.n. æqualem æqualis delectat: & consuescẽtes sodales sunt. vnde fraterna hæc amicitia sodalitiæ est persimilis. Patrueles item, & reliqui cognati ex his coniunctioni habẽt eo quod videlicet ab iisdẽ sunt: suntq; alii propinquiores, alii alieniores quo vel propius, vel longius auctor generis abest. Estq; amicitia filiis erga parentes, & hominibus erga Deos tãquam erga bonũ quoddam, atq; excellens. beneficia.n. maxima cõtulere: quippe cum sint in causa vt & sint, & enutriti atq; educati fuerint, posteaquam in lucẽ venerunt. habetq; huiusmodi amicitia iucũditatem atq; vtilitatẽ eo magis quã aliene: quo etiã cõmunior vita inter ipsos est. Sunt itẽ in fraterna ea quæ in sodalitia, & magis inter probos, & omnino similes:

A quo coniunctiores etiam ab ortu se mutuo diligunt, quoque moribus
sunt similiores, qui ex iisdem nati sunt, simulq; nutriti atq; instituti si
militer. Temporis præterea comprobatio plurima ac firmissima est.
Atque in cæteris cognatis ita amicitię ratio pro portione seruatur.
Viro item & vxori amicitia esse natura videtur: homo enim coniuga
le magis, quam ciuile animal est quanto prior magisq; necessaria est
familia quam ciuitas, & filiorum quoque procreatio animalibus com
munior. Sed aliis quidem animalibus eatenus communicatio est: at
homines non sobolis procreandæ tantummodo, sed rerum etiã quæ
ad vitam spectant, comparandarum causa cohabitant officia enim cō
tinuo diuisa inter ipsos sunt, alia viri, & alia vxoris: sibique: mutuo
opitulantur, quæ propria sunt in commune constituentes. atque ob id
& vtilitas & iucunditas esse in hac amicitia videtur: esse etiam posset
ob virtutem si probi essent: est siquidem vtriusque virtus: atque eius
modi re gauderent. Vinculum autem ipsorum esse filii videntur. vn-
B de citius qui liberis carent dissolui consueuerunt: quippe cum filii
commune bonum ambobus sit. quod autem commune est, connectit.
At vero cum quæritur quo modo viro cum vxore sit conuiuendum,
& demum amico cum amico nihil aliud queri videtur, quam quo pa
cto ius est, neque enim amico erga amicum, neque erga alienum, & so
dalem, & condiscipulum idem ius esse constat.

Dixit. Et conueniens est vt distinguatur inter dilectionē, quę est ex parte
conuenientię generis, i. consanguinitatis, & dilectionē, quę est ex parte so
cietatis: intendit ꝙ illa naturalis est, & ista cōsuetudinalis. D. Dilectiones
aūt ciuiles & sociales: vt illę, quę sunt inter hoīes connauigantes in eadem na
ue. aut coitinerantes in eodem itinere, & quęcunque huiusmodi sunt, similātur
dilectionibus, quę fiunt a simul cōuersantibus ꝓpter participationē in re vna,
aut in rebus vnis eisdē. nam fiunt quidem causa cōretribuēdi in vtili, & causa
conueniendi scd̄m indigentiam alterutram. D. & fortassis intromittet aliquis
in hoc genus dilectionem extraneorum adinuicem. D. Et iam patet ꝙ dilectio-
nes generis multę sunt dissolutionis & corruptionis, nisi ꝙ omnes proportio-
nātur dilectioni paternæ. & parentes amant filios, eo ꝙ sunt pars ipsorum: filii
C vero amant parentes, eo ꝙ sunt ab ipsis. & recognoscentia parentum erga il-
los qui ex ipsis sunt, plus est q̄ recognoscētia filiorum erga illos, a quibus sunt.
& propter hoc genitum magis proprium est genitori q̄ genitor genito. etenim
illud, quod est pars alicuius, magis proprium ei quā sit res suo factori. genitum
autem pars generantis est, vt dentes & capilli, & generans factor est geniti.
& non solum precellit dilectio patris dilectionē filii scd̄m hanc intentionē,
sed etiam in tempore. intendo ꝙ dilectio patris erga filium prior est tēpore di-
lectione filij erga patrē: eo ꝙ patres diligūt statim ex quo nascuntur: filii vero
amant quidem post processum temporis, dum cognouerint filij parētes suos aut
intellectu aut sensu. Et declaratur ex isto ꝙ matres amplius diligunt q̄ patres:
eo ꝙ plus partiū filii ex matre est. Parentes ergo amant filios propter seipsos:
eo ꝙ illud, quod est ex aliquo, est quasi alterū ipsum: preter quam quod est di-
stinctum. filij vero amant parentes: eo ꝙ fieri ex ipsis est. Fratres amāt seinui
cem: eo ꝙ fieri eorū est ex hoīnibus eisdem, & sunt parentes eorum, & hoīes
qui continuantur hac cōtinuatione adinuicē, genus sunt. & propter istud dictum
fuit de generibus, ꝙ sanguis vnus est & radix vna. & hoc ideo ꝙ isti sunt res
vna per spēm quandam, & sunt distincti. sunt ergo vnum quibusdam, & sunt di
stincti quibusdam. D. Et coniunctio in nutritione & cohabitatione in crescētia

multum facit ad conuenientiam dilectionis.vt accidit in caballis, qui copulantur in vno vinculo: etenim cum iungantur sub eodē iugo,amant se ... commixti socij sunt propter habitudinem suam in loco vno: ide... dilectio socialis dilectioni fraternę. D. Dilectionis autē filiorū, fratrū, & reliquorum propinquorū cā est φ sunt progeniti a quibus... id est ex patre vno aut matre vna: & excellentia eorum in dilectione ... appropinquationē eorum vni principio,in quo participant,& ... so. D. Et dilectio filiorum erga parentes & hominū erga Deū ... et dilectio rei effectiuę boni & nobilis. & hoc,quoniam actio ipsorum ... gnitudo beneficij,cū sint cā fieri & nutritionis & instructionis,dicitur ... ctorū pater,aut filiorū. D. & in dilectione sociorum plus est delectatio ... litatis,φ in dilectione extraneorū fcdm mensurā cōicationis eorū ... uersationis in vita: intendo φ communicatio eorum in vita amplior ... gior φ extraneorū. Et similiter in dilectione fraterna est ex delectatio ... litate admodum eius. quod est in dilectione sociali,& maxime in idone... similibus ex ipsis.etenim dilectio eorū adinuicem est secundum ... similitudinis in moribus,& appropinquationem quibusdam eisdem ... qui fuerunt cā ipsorū.& maxime qn̄ nutriti fuerint simul & ... longata fuerit experientia eorum adinuicem in veritate complementi ... firmetur dilectio eorū valde, Et similiter inueniuntur dilectio in reliquis ... gentibus ad dilectionem secundum mensuram,quę inuenitur in illis,quę ... vno genere,intendo φ quemadmodū excellit dilectio generis fcdm ex... eorum in propinquitate,& elongatione ab effectiuo dilectionis,sa patre ... lis,sic excellit ea,quę est ex parte reliquarum rerum effectiuarū dilecti... cundum excellentiam illarum in seipsis. D. Dilectio aūt,quę est inter vir... mulierem,naturalis est:& est prior dilectiōne ciuili,tempore,& natura: quemadmodū dilectio cōdomesticorum prior est natura,& ... dilectione con... cundum mensuram,qua domus naturaliter pręcedit ciuitatem: & est ... cessaria in esse,intendo in esse hominis. Amplius actio communis mulieri ... ro generatio est:& est prior actionū communiū naturaliter,cū communis ... mini & alijs: intendo quoniam inuenitur aīalibus. Et est prima ... tium coniunctionem maris & fęminę in vno,vbi est gratia cuius ... mal in mansione vna; mas aūt & fęmina ex hominibus non morantur in vna mansione propter generationē tantum,sed cum hoc propter coadi... in vita. etenim operationes viri & naturaliter alię sunt ab operationibus mul...: & vterq; eorū indiget operatione sui comparis: & qn̄ deduxerunt operat... proprias in commune, inuenietur sufficientia in uita. & propterea uidetur φ ista dilectio aggregat vtile.delectans etenim qn̄ virtuosa fuerit, inuenitur ... eos fcdm mensuram idoneitatis naturalis: Intendo ex eo φ vterq; ipsorum est virtus propria sibi: & erit quantitas dilectionis inter eos secundum quantitate idoneitatis. D. & causa vniens est,vt delectetur vterq; eorum per existentiam colligationis inter eos.& putatur φ colligatio sit proles.ideoq; ris,qui prolē no habēt,cito finibilis est delectatio.etenim proles est bonum commune eis, & ... mune coniungit & ligat. D. Et inquisitio quidē qualiter oportet vt sit societas viri ad mulierem in vita,& vniuersaliter qualiter oportet vt sit societas amici ad amicū in vita, patet φ non est aliud, quā inquisitio qualiter fiat iustitia inter eos in vita.etenim palam est φ non oportet vt sit vita amici cum amico,sicut vita eius cū extraneo:neq; etiā vt sit vita eius cum socio absolute,sicut cū socio in doctrinatione.

De duplici iure,& de compensanda amicitia. *Cap. XIII.*

CVm tres sint amicitiæ, quemadmodum in principio dictum est, & in vnaquaque alii in æqualitate,alii in excelentia sint amici:

A similiter enim boni fiunt amici,& melior peiori:similiter etiam iucũdi,& ob vtilitatem, vel æquales in adiumentis exhibendis, vel differẽtes: eos qui in æqualitate consistunt & amando & reliquis adæquari oportet: eos vero qui sunt inæquales, reddere quod proportione superemineẽtiæ requiritur, Expostulationes autem & querelæ in ea amicitia fieri consueuerunt, quæ ex vtilitate est, vel sola, vel maxime: atque id non iniuria: qui enim ob virtutem amici sunt, ad beneficia sibi mutuo conferẽnda sunt prompti: quod virtutis & amicitiæ proprium est eorum vero qui in hoc certant, ex postulationes nullæ neque pugnę esse possunt, quippe cum erga eum qui amat te benefacit, indigetur nemo, sed si gratus sit, benefaciendo etiam ipse respondeat: quique benefaciendo exuperat, cum consequatur id quod cupit, accusare nullo modo amicum possit. nam vterque bonum appetit. Neq; in iis admodũ q̃ ex voluptate cõsistunt, cõtingere accusatio cõsueuit: simul enim vtrisq; id fit, quod cupiunt, si conuictu mutuo ob-
B lectantur. ridiculus enim videretur, qui non oblectantẽ accusaret, cõ liceat non simul degere. At ea est expostulatrix amicitia quæ ex vtilitate contrahitur, nam cum ob commodum proprium mutua consuetudine vtantur, pluris semper indigent, minusque se habere existimant, quam conueniat: accusanturque ꝙ quãtum indigent, tantũ ẽt non consequuntur, cum digni sint: qui vero benefaciunt, tantum exhibere nequeunt quantum indigent illi qui accipiunt. Videtur autẽ sicut ius est duplex, alterum nõ scriptum alterum legitimum: sic amicitia, quæ ex vtilitate fit moralis altera esse, altera legitima. querelæ igitur nunc præcipue oriuntur, cum non ex eadem contractus fiunt ac dissolutiones. Ac legitima quidem in condictis consistit altera omnino vulgaris e manu in manum liberalior altera in tempus, ex pacto tamen quid pro quo reddendum sit. in qua menifestum quidẽ est & non ambiguum quod debetur: sed amica dilatio conceditur. vnde inter nonnullos ex his iudicia minime fiunt: sed acquiescendum
C putant, cum fide inter se contraxerint. Sed moralis non in condictis versatur, sed tanquam amico donat aut quodcunq; aliud alteri exhibet deinde aut æquale aut amplius sibi esse recipiendum censet, quasi non dederit, sed mutuarit. cum autem non sicut contraxit, etiam dissoluat alterum accusabit. hoc vero contingit, propterea quod volunt quidem honesta omnes, aut plerique, sed vtilia tamen eligũt. honestum enim est beneficium conferre, non vt vicissim recipiamus. vtile autem beneficio affici est. Siquis igitur potest, retribuere debet dignas gratias is quæ accepit, atque id sponte inuitus enim amicus faciendus non est. igitur eo ꝙ aberrauerit in principio, ab eoq; acceperit beneficium, a quo non oportebat: non enim ab amico accepit, atque eo qui propter ipsum id faceret: perinde ac si ex condictis beneficio affectus sic ita dissoluendum. pepigisset siquidem qui potest: se esse redditurum: & eum qui nõ potest, neque ille qui dedit, dignũ cẽsuis-

ſet qui acciperet. quare ſi poteſt, reddendum eſt. in principio aũt eſt conſiderandum, a quo et qua conditione beneficio afficiatur qui ipſi am, vt his acquieſcat, vel minime. Dubitationem aũt hæc res habet, D vtrum vtilitate eius qui accepit, an beneficio eius qui cõtulit, metiẽdum ſit id quod retribuere debemus. qui enim acceperũt, extenuantes rem talia ſe accepiſſe a benemeritis dicunt, quæ ſicut illi parua erant, ita ipſi accipere ab aliis poterant: illi vero contra, quæ maxima erant apud ſe, & ab aliis non licebat, & in periculis, ac neceſſitatibus huiuſmodi ſe dediſſe aiunt. nunquid igitur quia ob vtilitatem eſt amicitia, eius qui beneficio eſt affectus vtilitas menſura eſt: hic.n. eſt is qui indiget: & ille huic opitulatur, quaſi æquam gratiam recepturus. tanta igitur fuit opitulatio, quantum adiutus eſt. vnde tantũ eſt illi reddendum, quantũ eſt conſequutus vel etiã amplius. id qd' honeſtius eſt. In amicitiis autem quæ ex virtute exiſtunt, criminationes nullæ ſunt. ſed eius electio qui beneficiũ contulit, menſuræ ſimilis eſt: quippe cum virtutis, ac morũ pręcipua vis in electione cõſiſtat.

Dixit. Cum aũt dilectiones ſint trium ſpecierum vt dictum eſt ante. & ſit in vnaquaq; earum interdum dilectio & amicitia ſcđm ęqualitatẽ ex vtroq; amicorum, & interdum ſit ſcđm pręeminentiam; erit amicus peiori ſcđm ęqualitatẽ: & erunt ſimiliter condelectantes ſcđm ęqualitatẽ: intendo bonos. D. & ſimiliter inueniũtur amici cauſa vtilitatis coęqualis & diuerſi: & ſimiliter in amicitia propter delectationẽ inueniuntur duę ſpecies. D. veruntamen in coęqualibus oportet vt ſit dilectio eorum coęqualis: & vt ipſi coęquales ſint in vniuerſo cęterarum rerum: qui vero non ſunt coęquales oportet vt pręeminentia inter eos in dilectione ſit ſecundum menſuram ꝓportionis eorum adinuicẽ. E D. Et ſpecies querelarum, quę fiunt dehoneſtandi cauſa, inuenitur quidem in dilectione, quę eſt propter vtilitatem; & merito inueniuntur in hac tãtum, aut plus quã in cęteris. etenim illi, qui ſunt amici propter virtutẽ, amant beneface re ſibi inuicem in actu: eo ꝙ beneficentia in dilectione inuenitur inter diligentes naturaliter propter virtutẽ & dilectionẽ: intendo ꝙ in natura virtutis, & dilectionis eſt vt ſequatur eas beneficentia. D. & iſtorum contentio nõ eſt querela neq; litigatio: eo ꝙ nulli graue eſt exhibere actionẽ decentẽ ei quẽ amat. cumq; ſit decentia actionis exhilarãs, non quęret amicus virtuoſus vindictam ex amico ſuo, niſi per decentiam actionis, qñ fuerit ſuperabundans. verum amat cum decentia actionis, & ſi ſit ſuperabundans, non erit illis quęrimonia: amicus etenim cum ęſtimat ſe inueniſſe ex eo ſupra deſyderium ſuũ ex amico ſuo, F non erit illic quęrela; eo ꝙ ex iſto prouenit amico ſuo bonum, & oīs homo appetit bonũ. D. Neq; etiã erit multa quęrela in dilectione, quę eſt ꝓp delectationẽ: eo ꝙ illud, quo gaudent & delectantur, eſt inuentum eis ſimul vtriſq; etenim vterq; eorum gaudet ex ſuo cõpari, & delectatur ex eſſe ſuo cum ipſo. D. qui autem profitetur amicitiam, & ingratus exiſtit amico, & non congaudẽs ei, dignus fortaſſe exiſtit deriſione. qui.n. iſta via procedit, poſsibile eſt vt non perſeueretur cum eo, neq; die vnica. D. Et ex amicitiis eſt amicitia dehoneſtatiua; ſ. ea, quę fit propter vtilitatẽ vel quęſtum. quibus.n. eorum, qui vtuntur ſe inuicem gratia quęſtus, plus appetitur vtilitatis quã oporteat: culpãt ergo ſocios ſuos, cum requirãt ab eis vt proficiant ipſis iuxta menſurã appetituum ſuorũ. viri aũt benefici non ſemper poſſunt conferre oīa, quibus indigent cupidi: ideoq; frequenter vituperant ipſos. D. Videtur aũt dilectio, quę eſt propter quęſtũ duarum eſſe ſpecierum, quemadmodum iuſtitia. ſicut enim iuſtitię quiddam eſt quod acquiritur, ſ. iuſtitia naturalis, & quiddam quod acquiritur, ſ. iuſtitia poſitiua legalis: ſimiliter eſt de electione, quędã enim eſt naturalis & eſt coniugata iuſtitię naturali, & quędam eſt poſitiua, & eſt cõiugata iuſtitię legali interaa-

A do eam, quæ est ex eis in connegociatione, & in conretributione secundum viā
legis: intendo secundum cōditiones, quas conditionauit lex: intendo ꝙ conne
gociatio scdm terminum legis necessariam facit dilectionē. & species querimo
nię vtplurimum fiunt in hac dilectione, quando nō fuerit connegociatio scdm
mensurā idoneitatis, sed fuerit permutata: intendo quādo ceciderit in ea defrau
datio. Et dilectio legalis, quę fit ex parte connegociationis in rebus, quæ existi
mantur secundum mensuram suam: intendo ꝙ fiat non precij ambobus conne
gociantibus, quędam est mercalis secundum totalitatem suam, & est quę fit per
dationē & acceptionem statim manu ad manum: & quędam est magis liberalis
& propinquior beneficio, & est connegociatio quę fit secundum indutias & mu
tuum intrans est in hoc capitulum. & quāuis in hoc commercio sit commutatio
alicuius pro aliquo, tamen prerogatiua in ipso palā est, neq; dubitatur in ea. &
connegociatio de manu ad manum non facit necessariam dilectionem: quę vero
fit secundum indutias cogit ad diligendū. & beneficentia in ipsa manifesta est.
D. & pp hoc vident multi homines ꝙ indignum est vt oporteat mutantem ad
inducias tepetere sua iudiciario strepitu: immo ꝙ potius regratiādū est ei, & est
honorandus. In commercio autem morali, s. in quo est iustitia non scripta, & di
lectio naturalis, non fit datio alicuius æstimando vt recipiatur pro eo equiua
lens: sed datio beneficentię tātum: vt quod dat amicus amico absq; expectatio
B ne retributionis. in connegociatione aūt mercimoniali non dat quis aliquid nisi
intentione recipiendi equiualēs, aut plus. cumq; sic sit quasi non dat: immo qd
dat, dat scdm viam mutuandi vel accomodandi. D. & nō est cōnegociantiū que
relositas in hora negociandi similis ei quę fit post separationē: vult secundū ꝙ
estimo ꝙ in hora separationis querelosus est aliquis connegociātiū de socio suo
de aliquo, quod est aliud ab eo, de quo querelabitur post separationē. vt si par
ticipat maculam in venditione, quā videat eum occultauisse ab eo. plurimū aūt
fit hoc in hora negocij propter difficultatem restituēdi. D. & accidit quidem
querela in commercio: eo ꝙ vniuersitas hominum, aut plures ipsorum appetūt
decorum, sed preeligunt vtile: & decorum est vt sit beneficiū non retributionis
intuitu: & vtile est vt vir benefaciat ei, qui potens est ad retribuendū scdm mē
surā impensi beneficij. Qui vero non retribuit non est amicus: eo ꝙ qn̄ non re
tribuit homini amicus eius secundum beneficium, fit, ac si esset amicus eius pre
ter sponte suā opinatur enim ꝙ amicus eius sit tanꝗ ille, cui videtur ꝙ errauit
erit circa ipsum in principio societatis. & cui videtur ꝙ illud qd percepit de bo
no, tale quidem bonū non est, quale prouenit ab eo, a quo procedit bonū. nō. n.
est ex amico, immo nō est nisi ex eo, qui benefecit erranter. & hoc, qm̄ benefi
cus ex parte erroris, est beneficus insponianee. Cūq; sic sit, tunc, quemadmodū
oportet vt ille, cui impēditur beneficiū notoriū, recognoscat ipsum & retribuat
C sic fortassis opportunum est vt qui non potest satisfacere condigne, satagit re
tribuere iuxta posse suum. & hoc, qm̄ non stat condigna satisfactio, nisi pp im
potentiam suam, conueniens est vt amicus eius reputet, ꝙ si posset plus, cōple
te satisfaceret. D. Oportet itaq; vt incipiamus & perscrutemur per id quid est
beneficium ex amicis, & secundum quid; & an tolerat amicus retributionem,
an non: & si tolerat, qn̄ tolerat eam, in hoc enim contentio est & dubitatio an
oportet, vt sit satisfactio scdm mensuram profectus proficientis, aut scdm men
suram facti ipsiusmet factoris: intendo secundum mensuram beneficij, non secū
dū passionem ab ipso. patientium enim consuetudo est vt dicant, ꝙ non recepe
rūt a benefactoribus nisi res, quæ modicę sunt apud eos pauci profectus ipsis
& ꝙ nullus est auarus huiusmodi rerum. benefici vero dicunt eius contrariū, s.
ꝙ ipsi dederunt quidem plurimum eis, qd apud eos est, & optimū: & quale nō
est possibile accipere ab alijs, nisi per violentiam aut coactionem; & ꝙ simila
tur hoc. D. Veruntamen cum sit hęc amicitia propter quęstum, oportet vt sit
satisfactio in ea secundum passionem patientis. indigentia nanq; est quidem se
cundū mensuram passionis, & suppletio quidē eius est in hac. oportet igitur vt
satisfaciat ei per id, a quo patitur passione coequata eius passioni. & hoc, qm̄ iu
stum quidem est vt proficiat & quantum proficit p ipsum, & vt restituat scdm

mensuram quam recipit: & si amplius fuerit, erit melius. D. In dissensionibus quę fiunt secundum mensuram virtutis vniuscuiusq; condiligentiã non est species vlla ex speciebus querelarum. & comparatio in ipsis non est, nisi fecit ... gir factor ex beneficio. plures enim virtutum & morum consistunt quidem in electione; intendo quod virtus est electio quędam ad actionem decoram, vel ad agendum decorum.

De querelis in amicitia per supereminentiam & de abdicatione. Cap. XIIII.



In illis vero quæ ex supereminentia fiunt, dissensiones quoque accidere consueuerunt: vterque enim plus sibi esse habendum censet. quod quando fit, amicitia dissoluitur nam qui melior est, conuenire sibi existimat, vt plus habeat: bono enim amplius esse tribuendum. similiter etiam qui est vtilior: in vtilem enim aiunt nõ oportere æqualem partem habere: alioqui ministrationem futuram non amicitiam, nisi pro dignitate operum fiant ea, quæ in amicitia aguntur. putant siquidem sicut in pecuniarum cõmunicatione plura accipiut, qui plura contulerunt: ita in amicitia quoque esse faciendum. At indigus & peior econtrario: boni enim amici esse opẽ ferre indigentibus, quid.n. inquiunt prodest, si probo viro aut potenti quispiam sit amicus, si nullam vtilitatem ex eo sit consequuturus? videtur autem vterque recte censere. oportetque vtriquæ ex amicitia amplius quidem tribui, non eiusdem tamen rei amplius: sed ei qui excellit, honoris: ei qui indiget, lucri virtutis enim & beneficii præmiũ honor, indigentiæ subsidium lucrũ est. Hoc ita se habere in rebus publicis apparet non enim honore afficitur, qui nullum bonum reip. affert quippe cum id quod publicum est ei, detur, qui de republica bene meretur. publicum autem quoddam est honor. non enim fieri potest, vt & lucretur quispiam ex republica, & honoretur: cum in omnibus minus habere sustineat nemo. ei igitur qui in pecuniis est inferior, honorẽ: ei qui munera non accepit pecunias tribuunt. quod enim pro dignitate fit, amicitiam, sicut dictum est, & adæquat, & conseruat. Ita igitur etiam cum inæqualibus versandum est, ab eoque qui aut in pecuniis aut in virtute est adiutus, retribuendus honor est: atque id quatenus facultas ipsius fert, quod.n. fieri põt non quod ꝓ dignitate fit, amicitia exigit. Neque enim qđ pro dignitate fit in oĩbus est: sicut in honoribus qui Diis aut parentibus exhibẽtur: nemo.n. referre his dignã gratiã possit: sed qui pro viribus colit, is esse ꝓbus videtur. Atque iccirco non licere filio patrẽ abdicare, patri aũt filiũ licere videret. reddere.n. oportet eum qui debet. at quicquid fecerit filius, nihil dignum collatis beneficiis fecit. quare semper debet. qbus aũt debetur, iis dimitendi est, facultas igitur patri quoq; erit. Adde quod nemo fortasse vnquã abscessurus ab eo videtetur, nisi prauitate. nam præter naturalem amicitiam

A citiam subsidium non detrectare humanum est. ei vero fugiendum est, aut non studendum opem ferre, si sit prauus. beneficio.n.affici volunt pleriq; facere autem vt inutile fugere consueuerunt. Ac de his quidem hactenus dictum sit.

Lxii. Et eligentia diuersificatur in amicitiis, quę sunt secundum pręeminentiam & additionem, non secundum coęqualitatem: intendo quando non fuerint mensurę coamantium coęquales. vnicuiq; enim istorum videtur q competit ei magis eo bono quod pręcipitur de amico suo. & quando sic fuerit, diuersificabitur amicitia. & est quidem sic: eo q pręeminens ęstimat q ipse melior: & omnes ęstimant q meliori plus debetur de bono: eo q ipse praeeminet. & eo q ipse vtilior neq; asserit aliquis q eum oporteat esse ęqualem bono: eo q ipsi existimant q actiones dilectionis, quando non sunt ex coamantibus secundum mensuram proportionis suę ad vnumquemq; ex ipsis, intendo secundum mensuram, quã oportet per se, dignius est vt sit obsequium & seruitus, quã dilectio, quemadmodum .n. oportet ut cõmunicatione pecuniarũ ut percipiat plus qui laborauit plus in earum adunatione & acquisitione; sic in dilectione: intendo q oportet vt pręeminens recipiat plus dilectionis oportũ dilectionis quam ... ideoque amicus indigentium, quando excellens fuerit vel virtuosus

B dabit eis secundum mensuram sufficientię eorum, & ipsi honorant eum secundum mensuram dationis suę, quando fuerint boni. associantur ergo eum vtilitatis causa, & ipse non habet vtilitatem ex eis penitus. veruntamen quilibet istorum sanam habet opinionẽ de socio suo: oportet ergo vt eminentior istorũ exhibeat ei minor vel inferior plus honoris quã ipse ei: & ut ipse impendat inferiori plus commodi & lucri, quã inferiori. etenim honorificentia pręmiũ est virtutis: & emolumentum fulcimentum est inopiarum. D. Et videtur hoc sic esse in conuersatione ciuitana. nullus enim honorat rem, quę lucra facit bonum cõe ciuitati. istud enim est homo comunis, & non honorat vilem hominem cõem: immo honorat quidem hominem proprium. & indiuidua pręcedunt seinuicem in nobilitate & ignobilitate. Et postquã honoratio est minoratio iniurię honorantis, & est aliquis non tolerans minorationẽ, non conferunt holes honorationem nisi ei, quẽ consequitur etiã minoratio: vtputa per collationem pecuniæ ipsis, donec fiat honoratio ęqualis pęcunię collationi. etenim actiones, quæ fiunt secundum idoneitatem, res diuersatas efficiunt coęquales. & quando fuerit coęquales, conseruatur amicitia secundũ suã habitudinem. Et pp hoc oportet vt sint honorationes eorũ, qui non sunt ęquales in nobilitate, aut vtilitate secundũ inęqualitatẽ: immo sunt coexcedentes secundũ mensurã idoneitatis. & videtur q sint honorationes in quibusdam amicitiarũ necessarię vel debitę ex peruentione earum ad finem possibilitatis: ita vt sint secundum posse laudantium, non secundum exigentiam idoneitatis laudandorũ:

C cum videamus hic res plures, ad quarum non sufficimus condignas honorationes, vt domini & patres. nullus enim ad condignas istorum sufficit honorationes. attamen quãdo seruierit eis secundũ quantitatẽ sui posse, opinamur hoc est condignũ. D. Et pp hoc fortassis extimatur illicitũ esse filio bellari contra patrem. & qm debitor existit filius pueri, vt retribuat ei quę iã tribuit ipsi pater. & quando fecerit pater bona, non prior fecit hoc ei, neq; pter debitũ: immo tanquã debitor ei, cui assistit obnoxius. D. Et fortassis nõ est potentia alicui vt relinquat patrem suũ sine adiutorio. etenim non videt aliquis vt nõ adiuuet eum, qui non fuerit supabundantibus malitię, & neq; fugiat ab eo. hoies namq; amici sunt naturaliter, & in moribus ipsorũ est, ne auarus sit aliquis adiutorij erga alterum, qui non fuerit superabundantis malitię: maxime ergo ne erga eum cui debitor extiterit: & cuius dignius est vt sollicitetur & studeat in subsidium quã vt fugiat ab ipso. e quibus vero potius fugiendũ quam ipsorum intendendum adiutorio, sunt viri malitiarum ex hominibus: & sunt illi, qui volunt vt bene agatur cum ipsis: & fugiunt, ne ipsi alicui hoc faciant; ac si illud quod eis fit, non proficiat ipsis. D. De istis igitur tantum dictum sit.

ARISTOTELIS
MORALIVM NICOMACHIORVM
LIBER NONVS.
Cum Auerrois Exposi.

SVMMA LIBRI.

De amicitiæ conseruatione, ac ipsius operibus. De beneuolentia, concordia, beneficentia, amore sui. De amicis felicis amicorum numero, in qua fortuna sint habendi, & ipsorum præcipuo munere.

Quæ conseruet amicitiam. *Cap. I.*



N omnibus amicitiis, quæ dissimiles specie sunt, quod proportione respondet, sicut dictum est, amicitiam conseruat. quemadmodum & in ciuili, sutori pro calceis pro dignitate commutatio fit textori item, & reliquis. Atq; hic communis mensura numus comparatus est, ad quem omnia referuntur, quoq; mensurantur omnia. In amatoria autem amator interdum criminatur, q cum supra modum amet, non redametur: cum nihil ipse, si ita inciderit, amabile in se habeat: sæpe item amatus, q cum ille prius promiserit oia, nihil postea præstet. Huiusmodi autem querimoniç contingunt, cum alter voluptatis causam amatũ amat, alter amatorẽ ob vtilitatẽ: & hæc amb obus nõ adsunt. nam cum horũ causa amicitia constet, cũ ea non fiunt ob quæ amabant, amicitiæ dissolutio efficitur. non .n. se mutuo amabant, sed ea quæ vtrisq; aderant, quæ stabilia non sunt. quocirca huiusmodi etiam sunt amicitiæ. At morum amicitia per se cum sit, permanet, sicut dictum est. Dissentiunt autem etiã cum alia fiunt ipsis, & non ea quæ appetunt. perinde .n. est ac si nihil fiat, cum id non consequitur quispiam quod cupit. quemadmodum citharœdo ille qui quanto melius caneret, tanto plura pollicitus fuerat: cum repeteret mane quod fuerat ipsi promissum, voluptatum pro voluptate reddidisse se dixit. si igitur vterq; id volebat, satis habuisset: sin alter oblectationem, alter lucrũ, & ille habet, hic minime: non recte id quod ad societatem spectat, inter hos esset. quibus .n. indiget quispiã, iis & studet atque illius * causa hęc dabit. Sed dignitatem rei statuere vtrius est: eius ne qui prius contulit, an eius qui prius accepit? ille enim qui confert, ei videtur permittere. id quod aiunt etiam Protagoram facere consueuisse. cum enim quacunque docuisset: ei qui didicerat iubebat æsti-

B … F (margin letters)

* 2.l. eadem dat.

A mare, quanti viderentur esse digna ea quæ sciebat, & tantū accipiebat. in talibus autem* satis est nonnullis illud: At homini merces. At * a.l. placet qui cum pecuniam præceperint, nihil postea faciunt ex iis quæ dixerunt: ob nimicos promissionum excessus merito in accusationes incidunt. non enim præstat ea, quæ pepegerunt. Atque hoc fortasse sophistæ coguntur facere, propterea quod nemo eis daret argentum ob ea quæ sciunt. hi igitur cum non faciant ea, ob quæ mercedem acceperunt, merito accusantur. Vbi vero nulla subministrationis pactio fit: illos qui per se prius dant, absque crimine vllo esse dictum iam est. eiusmodi enim amicitia est, quæ ex virtute conflatur. retributioq; est ex electione facienda. ea enim amici, & virtutis est. Ita etiam conuenit iis qui philosophiæ causa inter se habent societatem. non enim pecuniis dignitas æstimatur: neq; honor æquiparabilis exhiberi posset: sed fortasse satis est, sicut etiam erga Deos, & parentes, id quod fieri potest. Quod si datio eiusmodi non fuerit, sed ob aliquod maxime quidem fortasse ea facienda est retributio, quæ vtrisque pro dignitate esse videatur: sin id non contingit, non modo necessarium videbitur, vt is qui prius habet ipse statuat, verum etiam iustum: quantā enim is vtilitatem consequutus fuerit, aut pro quanto voluptatem elegerit, si tantum ille receperit: dignam remunerationem habebit: nam etiam in venalibus rebus ita fieri apparet. Quibusdam etiam in locis leges sunt, ne de voluntariis commerciis iudicia fiant: eo quod oporteat cum eo cui credidit, ita dissoluere, quemadmodum societatem iniit. iustius enim esse putat, vt cui permissum est, es statuat, quam qui permisit. Nam plerunq; non æqui æstimant qui habent, & qui habere volunt. sua enim singulis & quæ dant, digna multo precio videntur. sed retributio tamen tanta sit, quantam statuerint illi qui acceperunt. Oportet autem fortasse non tanti æstimare, quanti apparet alicui cū habet: sed quanti æstimabat, antequam haberet.

Nota philosophię dignitatem.

B

DETERMINATIO NONI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE.

C

ARISTOTELIS.



Ixit. In omnibus autem, in quibus sunt species vtilium diuersę, inuentio quidem conuenientię & proportionis inter huiusmodi vtilia coęquatur inter ea, & conseruat istas dilectiones, vt in artibus ciuilibus, quando pręparator coriorum commutat cum artifice calciamentorū hoc, quod meretur eius calcimentum, i. dat ei quod ęquiualet calciamento, cōseruatur dilectio inter eos. & similiter in reliqs artibus, conseruatur quidē dilectio inter connegociantes secundū eas, quando fuerit connegociatio secundum proportionē & ęqualitatē. D. Et propter istud posita est mensura communis in istis ciuitatibus rebus omnibus, per quā mensurentur & est denarius, per denarium etenim cognoscitur valor rerū: & per ipsum fit ęstimatio, donec sciatur proportio earum adinuicē. D. In habitudine vero amoris dilectionalis fortuitu causabitur amasius amasiam, quando amauerit eā amore superexcellente, & ipsa non amauerit ipsum similiter, vel e conuer

so, si vero non amauerit eũ penitus, tunc pluries contingit amasium querelosũ
esse de amasia, eo ꝙ promittit ei promissiones vniuersas, & nihil soluit eaũ.
Et accidit quidẽ hęc querelositas vt plurimũ, quando amasius amauerit amasiũ D
causa vtilitatis, & non fuerit amor propter delectationẽ in vtroq;. etenim p-
pter cõmunem delectationem firmatur dilectio: & contingit dilectionis dissolu-
tio, quando non fuerint res, propter quas fuit dilectio. & istud accidit, quando
non fuerit dilectio ipsosmet diligentes, sed propter res non permansiuas & pro-
pter hoc dilectiones ẽt erunt non permansiuæ. Dilectiones vero quæ propter
virtutem sunt, perseuerant: eo ꝙ vterq; condiligentiũ diligit sociũ per se virtu-
tis gratia: virtus autem impermutabilis est. Et dilectiones, quę sunt propter vti-
litatem, non solum permutantur propter oblationem rerũ vtilium, verum etiã
permutantur extantibus vtilibus solum secundũ modum, secundum quem erat
desiderata, nisi.n. desyderatũ contigerit desideranti modo, desideratio sepa-
ratur apud ipsum, ac si non esset penitus, & similiter si contingat erres, quam
non amat, vt qui promittit cãtori remunerationẽ iuxta mensurã bonitatis can-
tus sui, quandoq; interpellatur de promisso, dicit, satisfactam tibi pro delectatio
ne; quam habui ex cantu suo per aliam delectationem, si ergo fuerit de-
lectatio accepta vtriusq; voluntati, erit per hoc satisfactio. quando vero fuerit
alter volens delectationẽ, vt auditor cantus, alter autem lucrum, non est satis-
factio, quando itaq; vtriusq; commercatium non contingit a socio suo volitũ,
non fit commercium secundum ꝙ oportet: eo quod desyderium vtriusque
est quidem rei qua indiget, & dat vtriq; quod apud ipsum est gratia desydera E
ti quod est apud socium suum, & ante fuerit datio in istis, secundum mensuram
meriti conseruatur connegociatio: & fit hoc, cũ det vterq; secundum mensu-
ram, qua accipit. D. vt faciebat Protagoras, quando enim docebat aliquod,
dicebat discipulo vt honoraret eum ad mensuram, qua didicit ab ipso. D. &
quibusdam hominum placet in hac intentione preciũ, intendo vt recipiant a
discipulo ex precio ad quantitatem eius, quod didicit ab eis. D. Et ex homi-
nibus sunt qui accipiunt præmium eius, quod promittunt. & nihil faciunt de
promisso propter superfluitatẽ promissionũ, & dignum est vt isti connectantur
ad species querelarũ: intendo vt quærimonia habeatur de eis, eo ꝙ non faci-
unt quod concesserunt, & promiserunt ex seipsis. D. Et conueniens est vt di-
sturbatores, vult, vt arbitror, Sophistas, siue deceptores, cogantur ad illud. eo
quod non dat aliquis remunerationem pro eo quod docent. vult, vt arbitror,
cũ sit illud ꝙ docet nullius valoris, vt pote vanũ & falsum. coguntur vero ad
inquirẽdũ a discipulis præciũ de promissionibus, quas impossibile est adimple
re: vt quod promisit Thessalus de doctrina Medicinæ ꝙ docere eã in modico
tẽpore: & poscebat a discipulo preciũ cõpetens huic intentioni. D. Et dignũ
est, vt istę deducantur ad vehementiores species querelarũ omnium, eo ꝙ ipsi
non faciunt secundũ quantitatẽ accepti precii. D. Non consequuntur eo quæri- F
monię omni consecutione si nõ fuerint re, pro quibus receperunt dona, nõ sub
cõditione faciendi eas: quia datio in eis fuit ex ipso datore. & ex beneplacito.
et datio quidẽ, quę fit per hunc modũ, similatur dationi, quę fit in dilectione si
ente propter virtutem, satis factio .n. cuiusq; istorum socio est ad beneplacitũ
sui, non ad modũ retributionis: & cũ sit satisfactio ad placitũ, non erit querela,
& satisfactio, & amicitia, & uirtus vnũ sunt: & finis impendendi posse suum
ad satisfaciendum ab uno quoq; amicorum. non.n. est satisfactio in veritate me
rito virtutis. nisi impensa totius posse, D. Et videt ꝙ isto modo sit satisfactio ei,
qui docet Philosophiã: eo ꝙ merito eius sapientię, vel eius dignitati non equi-
paratur pecunia: neq; inuenitur in hoc cõmercio retributio digna neq; equalis
in pondere: immo cõueniens est ut sit eius premiũ exhibitio honoris scdm totã
possibilitatẽ, vt in reuerentia patris & etiã Deorũ: & si non sit hoc coequale
merito, neq; propinquũ ei. D. Et quauis res sic se habeat in isto, oportet tamen
in quibusdã rerũ vt sit satisfactio secundũ equalitatẽ vel plurimũ, vult, vt estimo, in commercio, quod fit in utilibus, D. Et equalitas fit secundum mensu-
ram, quę videtur vtrisq; commercantibus esse secundum meritum. & si nõ cõ

A ringat videri vtriusq; sit autem mensura meriti inuenta in ipso, conueniens est vt necessarium sit legi ordinare in ipso mensurā meriti: immo necessariū est hoc etiam scdm mensuram ergo, qua proficit alter eorū, vel delectatur vt sit retribuere non secundum quantitatē, quę videtur ipsimet in hoc, & hęc intentio patens est in quibusdam rebus, quæ emuntur: ꝙ sunt illæ, in quibus sunt leges. In quibusdam autem non sunt leges: eo ꝙ difficile est vt inueniatur iudiciū scdm mensuram merito in cōmercationibus uoluntariis, aut non inuenitur: & est dispositio in qua oportet vt vterq; cōmercantiū cędat, & appropinquet socio suo ponitur ergo huiusmodi dispositio ens dispositio beneplaciti & acceptationis ab vtrisq;: intendo beneplacitū per modū cōmercij & commixtionis. Etenim dator videt ꝙ illud, per quod ipse lętificat, dignius, est modo appreciationis, & quod letificat ipsum ꝙ eo, dantes vtplurimū non honorant scdm ęqualitatē eos quibus dant, & volunt accipere lętificant & res proprię vnicuiq; ex hominibus, quę procedunt ex ipsis, patens est, ꝙ quando dederit ei cui non sunt proprię, dignus est pluris intēdo remunerationem siue prēmiū, siq; res taliter se habet, tunc remuneratio vel satisfactio fit secūdū mensuram, quam ordinant; vel in quam conueniunt illi, qui accipiunt, cum eis qui dant: intendo de quo uidens ꝙ est remuneratio scdm condignū. D. Et oportet ne sit honoratio: & vniuersaliter secundū quantitatem, quę apparet, ꝙ mereatur eā res, pro qua fit remuneratio, sed secundū quantitatē meriti in se, Dixit, interdū enim quod appa B ret diuersum est ab existentia rei in se.

Singulis pro dignitate beneficia esse rependenda. *Cap. II.*

At vero huiusmodi res dubitationem admittunt, vtrum videlicet patri omnia tribuenda sint, & parendum in omnibus? an ægrotans debeat medico obtemperare? & qui eligit impetatorem, bellicæ rei peritum hominem eligere? Simili modo amico ne magis, an probo viro inseruiendum? & bene merito reddenda ne magis gratia sit, quam sodali dandum, si vtrisq; non liceat? Nunquid autem omnia huiusmodi exacte definire facile non est? multas.n.atq; omnigenas & magnitudine & paruitate, & honestate, & necessitate habent diffe-C rentias. illud tamen obscurum non est: non omnia eidem esse reddē da. Et beneficia retribuenda, vtplurimū, magis sunt, quā sodali inseruiendum: & sicut mutuum cui debet quispiam, restituendū magis, quam sodali dandum. Sed fortasse neq; hoc semper: vt siquis redemptus a latronibus fuerit, vtrum is vicissim redimere eum debet, qui liberarit, quicunq; ille sit, an non capto quidem, sed repetenti reddere, an patrem redimere? redimere enim patrē magis etiam quā seipsum debere videretur, Quod igitur dictū est, in uniuersū debitū est reddendū: sed si datio honestate, aut necessitate superexcedat, ad hæc est declinandū. Interdum.n.neq; æquum est, vt quod prius alter cōtulit beneficium, rependamus: cum ille probum virum esse sciens benefecerit: ab hoc vero fiat retributio ei quem prauum esse existimat. nam neque ei, qui mutuauit, remutuandum est. ille enim cum putaret se recepturum esse, probo viro mutuauit: hic autem a prauo re-

cepturum ſe quippiam non ſperat: ſiue igitur re vera ita res ſe habet,
ęqualis dignitas minime eſt: ſiue non ita quidem eſt, ſed op... b
non abſurde facere viderentur. Veruntamen id quod ſæpe ...
nobis eſt, diſputationes de affectibus & actionibus ita defini... a
certæ ſunt, ſicut ea, circa quæ verſantur. Non omnia igitur om... ac
eſſe retribuenda, neq; patri omnia: quemadmodum neq; Ioui om-
nia ſacrificantur: obſcurum minime eſt. quia vero alia parentibus,
fratribus, & ſodalibus, & benemeritis redilenda ſunt: ſingulis pro-
pria & accommodata ſunt attribuenda. Ita vero etiam facere viden-
tur. ad nuptias enim cognatos inuitant: his .n. commune genus eſt:
atq; iccirco actiones quoq; quæ circa id fiunt, communes ſunt. ob
eandem cauſam quoq; ad ſponſalia conuenire debere cognatos ma-
xime exiſtimant Parentibus autem alimenta præcipue ſuppeditan-
da eſſe viderentur, vtpote cũ debeamus: cumq; illis qui in cauſa ſunt,
vt ſimus, honeſtius ſit, quam nobis ipſis in his opem ferre. honor quo
que parentibus quemadmodum Diis, exhibendus eſt: non omnis ta-
men parentibus. neque enim idem patri & matri: neq; is qui conue-
nit ſapienti, aut duci, ſed paternus: & ſimili modo maternus. Omni
item ſeniori honor pro ętate reddendus eſt, aſſurgendo, & ſeſsione
cedendo, atq; huiuſmodi cæteris ſodalibus autem & fratribus lo
quutio libera, omniumq; cõmunitas exhibenda eſt. Cognatis itaq;
& tribulibus & ciuibus, reliquiſq; omnibus enitendum eſt, vt ſem
per quod accommodatum eſt, tribuamus, queq; vnicuiq; inſunt quã
tum ad coniunctionem & virtutem & vſum attinet, comparatione
facta diiudicemus. atq; eorum quidem quæ eiuſmodi ſunt generis
facilius iudicium eſt: difficilius eorum quæ diferunt. non ob id tamẽ
deſiſtendum: ſed ita vt fieri poteſt, facienda diſtinctio eſt.

DIxit, Et in hoc eſt exercitatio ex parte modi dubitationis difficilis, ſ. an
oportet vt vniuerſum reuerentiarũ exhibeatur vni ſpeciei ex ſpeciebus
hoĩum, quibus debentur reuerentię. vt in patre, verbi gratia, an oportet vt ho
noretur ſcd̃m oẽs honores: & vt concedant ei omne quod petit, & ſatisfaciat in
hoc iuxta dictum ſuũ: an oportet vt ſatisfaciat infirmo iuxta dictũ medici tan
tum: & pręlianti iuxta dictũ ducis exercitus, non cuiuscunq; ex hominibus. D.
Et ſimiliter dubitatur, an oportet vt ſeruiatur amico, quemadmodũ ſeruitur
virtuoſo: & quis dignior eſt remuneratione, qui incipit beneficiũ notoriũ, aut
qui non incipit ipſum, & qm̃ non eſt poſsibile vt exhibeatur beneficium noto
riũ vtriſq; intendo incipiendi cum ipſo, & non incipienti, eſt dignius vt exhi
beatur incipienti. D. Et fortaſſe non facile eſt determinare in hoc ſcd̃m certi-
tudinẽ: intendo illud quod debetur in ipſis ſingulis hoĩum: eo q in eis eſt diuer
ſitas multa propter diuerſitatẽ iſtarũ rerũ in magnitudine & paruitate, & boni
tate & neceſsitate: intendo p hoc vt eſtimo: eo q in eis eſt quod eſt pp neceſ
ſitatẽ, & in eis eſt quod eſt pp melius: & intendit propter magnitudinẽ & par
uitatẽ in idoneitate. D. Quod aũt non oportet concedere oẽs res omni homini
ſcd̃m terminũ vnum, manifeſtũ eſt, etenim non oportet vt conuertatur exhibi
tio beneficij, verbi gratia ad eũ qui non recipit cum ipſo, abſq; eo qui iam inci
pit cũ eo, & hoc vt in pluribus, aut vt ei, qui nõ incipit cũ beneficio, detur plus
quã ei qui incipit cũ beneficio. & hoc, qm̃ patẽs eſt, q ille qui incipit, dignior
eſt recompenſatione eius, quod incipit: eo q eſt quaſi accõmodatũ quod accõ

modauit. & accõmodatũ ex debito restituendũ est: ideoq; oportet vt donetur
A illi plus quã alij. D. Et fortasse non erit istud, vt quem absoluerunt prædones,
an oportet vt absoluat eũ, qui ipsum absoluat, quando acciderit, an nõ, intendit
φ in hoc dubitatio est, veruntamen patens est, φ debitoe est vte vt absoluat
patrẽ suũ potius quã seipsum, & similiter si fuerit datio pp necessitatẽ aut pp
melius, fortisan non oportebit quidẽ vt sit ęqualis ei quod facit incipiens cum
datione, immo fortuitu, vt sit datio pręcedens, quando fuerit a quo est inceptio
dationis, bonus nobilis, aut propter necessitatẽ: & forsan oportet vt sit diminu
ta, quando fuerit a quo est inceptio dationis, malus vilis. Et forte non oportet
propter hoc vt restituamus accõmodatum: & re compensemus ei, quando ma-
lignus vel nequam fuerit: eo φ non meretur hoc, cum hoc quod accõmodauit,
non sit eius propriũ. ipse ergo vult vt recipiat quod non est ei propriũ per accõ
modationẽ eius quod accõmodauit. & qui non sperat accipere quod est ei pro
prium: sed hoc, quod non est ei propeium, hoc est moris peruersi valde, si ergo
accõmodator fuerit talis secundum veritatẽ, intendo nequam, non opoetet vt
eius digni habitio sit ęqualis. & si non fuerit talis, putatur autem talis esse, foe
tassis non ęstimabitur de eo, qui si non satisfacit φ egere quod nõ oportet. Et
videt est, quemadmodum dictum est plurtes, φ homines in indigentia sui in-
uicẽ actionibus & passionibus coęquales sunt: veeuntamen sunt in hoc distin-
ctionũ & ordinum terminatorum. Quoniã aũt non opoetet vt dentur omnibus
B eis res eędem, intendo vt sit digni habitio in eis ęqualis, manifestum est. patel.
bus namq; impedimentũ aliud quam fratribus, & fratribus aliud quã socijs, &
beneficij collatoribus aliud quã nõ conferentibus: & eis qui contulerunt bene
ficia datur quod suũ est, & satisfacit eis ex debito. Et manifestat φ sic se habet
res: intendo φ homines dant unicuiq; modo sibi proprium hoc quod ipsi. ver
be gratia inuitant quidem ad nuptias suorum cognatorum, aut ex parte con
sanguinitatis, aut ex parte alterius alicuius cohabitudinis & compassionis: &
cupiunt vt pręsentes habeant similes suos in rebus peoprijs eis vt plurimũ. hoc
et enim debitum est fieri. Et ex parte huius intentionis fortasse dignum videtur
homines vt procurent patres suos, & satisfaciant expensis eorũ: eo φ ipsi sunt
causa sui esse: & φ magis debitũ habent ad hoc in eis quam in seipsis & satis
faciant eis in eo, quo indigent in istis rebus: & debitum reputent vt honore-
tur pater secundum modũ honorandi Deum: attamen oportet vt honoretur pa
ter vniuerso honore: honorat nanq; patris non est quasi honor matris: nec ho-
nor sapientis quasi honor ducis exercitus. sed honorandus est pater honore pa
terno, & materno. & similiter singuli per sibi propria: intendo per id, quod
competit vtrisq; eorum ex victus administratione & assurrectione & loci ex
hibitione, & reliquis exactionibus honorationis. D. Exhibendumq; est socijs,
C & fratribus, & vniuersaliter coniunctis omnibus propinquitate speciali aliqua
simul conuersatione & cum ciuilitate vnicuiq; sibi proprium. & oportet vt
vnusquisq; eorum habeatur in comparatione sibi propria aut virtutis, aut vsus
qui appropriatur ei. cõparatio autem eorum, qui sub vno sunt genere ex istis
facilis est: diuersorum vero genere difficilis. sed neq; propter difficultatem
contemnenda est, sed secundum φ possibile fuerit distinguenda.

Quando seruanda amicitia. *Cap. III.*

ORitur aũt dubitatio, Vtrum cum iis qui non permanent,
dissoluendæ sint amicitiæ, nec ne? An cum iis qui ob
vtilitatem, aut iucunditatem sunt amici, cum non
amplius ea habent, dissolutionem fieri absurdum nõ
est: illorum enim erant amici: quibus deficientibus
consentaneum est, vt etiam ipsi non amplius ament. Criminaretur

autem quispiam, si ille qui ob vtilitatem, aut voluptatem amar, ob mores amare simulauerit. Sicut enim in principio diximus, [illegible] mæ dissensiones inter amicos oriuntur, cum non simi[illegible] : & [illegible] & sunt amici. Cũ igitur frustratus fuerit aliquis, atq; ob mo[illegible] ligi existimauerit, cum nihil eiusmodi ille agat: seipsum i[illegible] autem illius simulatione acceptus fuerit: eum qui decepe[illegible] iustum est: atq; eo magis quã eos qui monetas adulterant [illegible] rem præciosiorem maleficiũ huius est, At si admiserit [illegible] uus vero ille euaserit, & videatur: nũquid amplius amandus [illegible] fieri non potest. siquidem non quodlibet est amabile, sed bo[illegible]. An amandum prauum est. praui enim esse amicum, aut similem [illegible] fieri nullo modo oportet. simile autem simili esse amicum. [illegible] est. Nunquid vero statim facienda dissolutio est? An non cum omnibus, sed cum iis qui ob prauitatem incurabiles sunt. nam qui correctionem admittunt iis eo magis in moribus, quam in facultat[illegible] ferendum auxilium est, quo & præstantiores, & amicitiæ sunt accommodatiores. Videtur autem ille qui dissoluit amicitiam, nihil [illegible] di facere: quippe cum non hinc neq; tali fuerit amicus. quo[illegible] cum eum immutatum reseruare nequeat, abscedit. At vero si alter perstet, alter vero probior euaserit, ita vt longe præstet virtute, nunquid vtendum amico est? An fieri non potest. in magna autem distantia id maxime perspicuum fit, vt in amicitiis a pueritia conflatis. si enim alter permaneat animo puer, alter vir quam optimus euadat: quo pacto esse poterunt amici, cum neq; iisdem oblectentur, n[illegible]ue gaudeant & doleant. neq; enim inter sese mutuo hæc inerunt [illegible] absq; is vero esse amicos non licebat: quippe cum fieri nequeat, vt simul degant. Sed de his dictum iam est. Num autem nihilo [illegible] gerere debet erga ipsum, ac si nunquam fuisset amicus? An ante ha[illegible] tę consuetudinis memoria retinenda est, & quemadmodum amicis magis quam alienis gratificandum esse existimamus: ita iis q[illegible] fuerunt, ob amicitiam quę prius intercessit, tribuendum aliquid est quando non ob nimiam prauitatem facta est dissolutio.

Dixit. Et iam dubitatur, vtrum oportet vt dissoluantur amores inter amicos, qui non perseuerant in virtute, intendo quando non perseuerat alter eorũ in ea, an non. Et similiter qui sunt amici ꝑp vtile vel delectabile, an oportet vt dissoluantur eorũ delectationes, cũ nõ extiterint istę res: intendo ex altero amicorũ. & patens est, ꝙ nõ est turpe, vt soluatur eorũ amicitia. interẽpta. n. causa cõnectẽte, necesse ẽ cõnexa dissolui. D. Et forsan dubitauit, quãdo simulauerit amicus diligere se rationẽ morũ, & non diligit nisi delectationis vel questus gratia, an oportet dissolui amicitiã. An stare poterit scdm ꝙ stant amicitię multę diuersitatis in eo ꝙ pręcessit, vt dictum est in amicitijs, in quibus voluntates coamicantiũ dissimiles existunt. Veruntamẽ, quando mendax fuerit alter coamicantiũ, & arbitrari fecerit ꝙ diligat ratione moris, & ipse nõ facit aliquid ex his, quę exigit ista dilectio, conueniens est vt huiusmodi am[illegible] reputet seipsum suspicabilẽ, & non requirat ab amico suo scdm simulationẽ secundũ quam incedit cum ipso in societate. quando vero requisierit ab eo secundum hanc simulationẽ: intendo ꝙ requirat actiones societatis, quę est propter

A vitium, dissoluitur amicitia necessario.& oportet vt amplior querela habeatur de eo, qui incedit secundū hanc fictionē quā de eo qui falsificat numisma vel denariū inquantū factū est in honorabiliori re:intendo ꝙ falsitas in honorabiliori deterioris est malitię: amicitia aūt honorabilior est denario,ergo falsificatio in ea maior,& querela amplior. Si aūt associaueeit eū eum tem bonū, & deinde permutatur,& fiat malus an oportet vt non soluatur dilectio? An oportet ... eo ꝙ non est possibile ꝙ aliquis amet quod extra bonū,& malus nō amatur neq; assimilatur ei:& iste iam factus est malus,& iam dictū est,ꝙ simile diligit suū simile;malus non iā similis est bono. Si ergo oportet vt soluatur amicitia,an oportet vt statim? An oportet hoc in quibusdam,vt quorū malitię nō est remedium: & in quibusdam nō, vt in quibus possibile est rectificatio. si.n. in pecunia emendabili debita est emendatio, quanto magis in more inquantū preeminet pecunię. D. Et fortassis non est putandū de eo qui hanc soluit amicitiā,ꝙ faciat aliquid quod nō oportet nō.n.fuit amicus,quod mutatū est,neq; fuit similis.&,quando fuerit mutata ipsa res,est impossibile vt redeat quod de ipsa periit: vult vt ęstimo illud idem. & iste quidem fuit amicus eius,quod mutatū est. D. Si autem perseueret alter coamicantiū in dispositione sua, & alter melior effectus fuerit,vtpote trāsmutatus ad virtutē, an oportet vt permaneat amicitia? An est hoc impossibile. & iam declaratū fuit ꝙ hoc nō est possi-
B bile in multa distantia,vt in amicitia puerili. quando enim permanserat vnus eorū puer in intellectu,& non trāsmutanē trāsmutata ętate.& fit alter habens intellectū purū fortē, nō est possibile in huiusmodi vt permaneant amici: cū nō placeat eis res eędē,& vniuersaliter nō gaudēt neq; tristantur rebus eisdē. & hoc,quoniam propter diuersitatē suarū apprehensionū non sunt eis res eędem simul,& nō est possibile eos esse amicos nō existentibus eis his rebus:intendo vt gaudeant & tristentur eisdem.& nō est possibile in horum similibus vt perseuerēt in vita sua,& vt fiāt in ipsa amici,scdm ꝙ pcessit.D.Et oportet vt rememoremur rem coniunctionis,quę fit in preterito.quemadmodum.n. videtur ꝙ oportet vt detur amicis magis quam extraneis,sic oportet vt detur eis, qui conuertuntur amici propter amicitiam pręcedentem , quando non dissoluitur amicitia propter superfluam malitiam.

Quæ opera amicitiæ, & ꝙ non sint prauorum. Cap. IIII.

C IAm vero ea quæ ad amicos attinent, & quibus amicitiæ definiuntur,ex iis quæ erga se quisq; agit, esse videntur profecta. Statuunt enim amicum esse eum qui uult & agit bona , aut quæ apparent,illius causa: vel eum qui uult & esse & viuere amicum ipsius causa.id quod matres erga filios faciunt: & amici, inter quos offensio aliqua incidit. Alii eū qui simul degit, & eadem eligit:aut qui condolet & congaudet cum amico. maxime vero etiam hoc matribus contingit. At aliquo ex his amicitiam quoq; definiunt, quorū unumquodq; probo viro erga seipsum inest: cęteris vero,quatenus tales se esse existimant. Videtur enim quemadmodū dictū est, virtus, & probus vir vnicuiq; esse mensura.is enim secum consentit,& eadem tota anima appetit. Et vult etiam sibi ipsi bona, & quæ apparent,atq; agit. boni enim est sui quoque causa bonum elaborare : intellectiuę siquidem partis gratia , quæ esse vnusquisque nostrum videtur . Vult quoque

viuere se, & saluum esse, & maxime id, quo sapit. Probo enim viro esse bonum est. Vnusquisq; autem sibi ipsi vult bona. effectus vero D alius illud quod euasit, omnia habere eligit nemo. habet enim etiam nunc Deus bonum sed cum sit ipse id quodcunque est. Vnusquisque vero id quod intelligit, esse videretur, vel præcipue. quique est huius modi, secum degere vult. iucunde enim id facit: quippe cum & facto rum oblectabiles recordationes, & futurorum spes bonæ sint: tales autem sint iucundæ. Contemplationibus præterea abundat cogitationes: condoletque & collętatur secũ maxime idem pro: sus & m... lestum est, & iucundum, & non alias aliud. pœnitentia siquidem ... cat, vt ita dicam. Eo q igitur probo viro erga seipsum vnumquod ... horum in est, isque erga amicum, perinde atque erga seipsum se... gerit: est enim amicus alter ipse: amicitia quoque esse horũ aliqu d videtur, & amici illi quibus hæc insunt. Nam verũ erga seipsum amicitia sit, nec ne, in præsentia omittamus. videretur autem eatenus es se amicitia, quatenus * est duo vel plura ex iis quæ dicta sunt: & quia E excessus amicitiæ similis est ei quæ erga seipsum est. At antedicta in esse videntur etiam plerisque, quamuis praui sint. nunquid tamen quatenus sibi placent, probosq; se esse existimant, eatenus particeps eorum sunt. Nam ex iis qui vehementer sunt praui & facinorosi, ne mini hæc insunt: quin ne videntur quidem. fere autem neque prauis dissentiunt enim inter se: dum alia cupiunt, alia uolunt, vt incontinẽtes, qui loco eorum quæ sibi esse bona videntur, iucunda quidem eli gunt, sed noxia alii autem ob ignauiam & segnitiem ab agendis i.e desistunt. quæ sibi esse optima existimant. At qui multa & grauia scelera perpetrarunt: & ob prauitatem odio habentur, & vitam fugi unt, seq; ipsos interficiunt. Ac quærunt quidem improbi huiusmodi alios, quibus cum diem traducant, & seipsos fugiunt: propterea q quando secum sunt, multorum & grauium scelerum recordantur, atene alia huiusmodi sperant, quorum quando cum alii versantur obliuiscuntur: cumq; nihil in se amabile habeant, amice erga seip- F sos nullo modo afficiuntur. Neque igitur collætantur, neque condo ient huiusmodi homines secum. seditione enim anima eorum agitatur. pars enim vna ob prauitatem dolet, cum aliquibus abstinet, altera lętatur, & quas diuellentes illa huc, hæc illuc trahit. & licet fe ri nequeat vt simul doleat & lætatur quispiam, sed paulo post tamen dolet, quia lætatus est: nolletque ea sibi iucunda extitisse. pœnitentia enim praui pleni sunt. Prauus ergo cum nihil in se habeat amabi le: neque erga seipsum amicæ esse affectus videtur. Quòd si ita se ha bere valde miserum est, enixe fugienda prauitas est, dandaque opera vnicuique, vt probus euadat: sic enim fiet vt & erga seipsum amice esse affectus, & aliorum esse amicus possit.

Amicus est alter ipse.

* a.l. nõ amplius duo sũt eadem.

DIxit. Et definiuntur quidem res amicitię, intendo res cõparatas amicitię p relationẽ suã ad amicitiam. Et videtur q vniuersum amicitiarũ, quę definiuntur, definiuntur quidẽ relatione sua ad res amicitię. nos etenim ...

A quosdā laudantes amicū, qui vult bona & facit ea, aut quę putat bona propter amicum ipsum, & vident φ istud sit amicitia. Et quosdā laudantes amicū, qui vult & eligit quod eligunt amici. vt quod accidit matribus: intēdo q̄m ipsę eli gunt quod eligunt filij ipsarum. Et ex hoībus sunt ē, qui laudant associantem & conuenientē in electione, & condolentē dolori amici, & congaudentē gau dio ipsius in pluribus. & istud ēt accidit matribus cum filijs suis. Et ex his sūt qui laudant amicum p omnia ista. & vident φ ista sint amicitia: intendo φ in qua aggregantur omnia ista, sit amicitia virtuosi: reliquę aūt amicitię dican tur amicitię, eo φ putāt assimilari huic amicitię. D. Et videtur φ sit res in hac amicitia, vt dictum est. virtus etenim cōis est vnicuiq; ex virtuosis. Cum sic fuerit, cōmunicabit virtuosus in voluntate virtuoso, & desyderabunt res easdem: & volet per se bona, & q̄ apparent per se bona, & faciet hoc etiam. bonū .n. quod in ipso est, excitat, & mouet ipsum ad agendum bonum, ipsē ergo fa cit bonum pp se. Et sunt quidē cōmunicantes in opinione, eo φ quilibet vir tuosus apprehendit quidem quiditatē suā intellectu, & vult vitam pp seipsum & salutem, & pręcipue salutem partis illius, per quam sustentatur. & formæ, per quam est bonus & virtuosus. D. Et vnusquiq; vult bona sibi ipsi. & non vult vllus bonum, q̄n habuerit ipsum, p̄terquam ille, qui concupiscit vt sit ei vniuersum rerum. etenim iste cupit, vt vniantur in ipso vniuersa bona, quāuis

B non pertigerit ad bonum humanum. & ista est opinio corrupta, Deus nanq; di stributor est bonorum oībus speciebus quęcunq; specierum fuerint: & nō dat vni indiuiduo neq; vni speciei, & p̄hibet reliquis, sed diuidit inter ea vniuer sa bona scd̄m merita vel aptitudinē ipsorum, virtuosus ergo desyderat bonum naturale sibi, & desyderat bonum illud ei, qui est sibi similis. D. Et cōueniēs est credere dr unoquoq; istorum, φ ipse seipsum associet cogitando in bonis, & hoc quando delectatus fuerit rememorando de bonis, quę operatus est p̄teritis, & gaudendo de ipsis, aut sperando bona futura; intendo ea, quę disponit facien da. Et ad huius apprehensiones potens est mente & cogitatione. & cōmunicat in his sibi ipsi in dolore & delectatione. Imaginatio etenim huiusmodi rerum deliciosa est & dolorosa simul: intēdo rememorationē sperationē: & nō est de lectans ex istis absq; cōtristante: & uno accidit in tpe absq; tpe alterius: immo ala dolet per istas apprehensiones, & delectatur simul. & vlter virtuoso nō inuenitur pœnitentia, quemadmodum dictū est. pœnitentia nanq; fit cum ope ratione mali. Oportet igitur virtuosum velle unumquodq; istorum virtuoso, si cut sibimetipsi, qui vt sit apud amicū suum sicut est apud seipsū: eo φ amicus est alter ipse, si visum fuerit φ amicitia sit aliquid, siue res quedā, & φ amici sunt illi, quibus existunt res vnę eędē. D. Verum aūt amicitia sit ex his quę esse oportet, aut nō est, omittat perscrutari in hac hora de ipsa. fortassis .n. putādū est φ ista amicitia sit amicitia, & φ sint duę amicitiæ, sicut dictū est, aut plu

C res. & apparet, φ illud quod iā dictū est de istis rebus, est existēte in pluribus. D. Si aūt malitiosi sint intendo consimiles in malitia, tunc iā quęritur an inue niatur inter pessimos ista cōparatio in seipsis: neq; vt placeant sibi ipsis, & vi deant φ ipsi sint virtuosi, scd̄m φ accidit de hoc virtuosis. Et iam est manife stum φ non inuenitur aliquid de isto in eis, qui sunt vehementis iniquitatis, & malarum opationum, non .n. apparet hoc de ipsis, neq; fere apparet, eo φ in maliciosis diuersitas est maliciarum: cum sit malitia multifaria, ideoq; concu piscunt diuersa, & volunt res alias a bonis, vt est dispositio eorum, qui non continent seipsos. eligunt enim prę eis quę vident sibi bona, delectabile & damnificum. & ex eis est qui fugit ab operatione eius, quod videt bonum pro pter timiditatē vel ociositatem. & propter hoc illi, qui operantur operationes multas malas, abhorrentur vel odiuntur propter malitiam, & abhorrent seip sos, & fugiunt ne amentur, & interficiunt seipsos. D. Et malitiosi vel flagitio propter istud requirunt aliquos, cum quibus finiant dies suos: eo φ fugiunt malitiam suam, propter quod recordantur multorum horribilius: & gradiun tur ex eis ad alia similia illis. & hoc, & q̄n solitarij. solitudo ergo mulesta, est eis, & dolorosa valde. quando vero cū alijs fuerint, obliuiscuntur illa ex quo

Deus distributor est bonorum omnibus speciebus secūdū merita & aptitudines ipsarum. Idem 1. cœ. te. c. 100.

enim non est eis aliquid quod ament, flunt non patientes a seipsis passione dilectionali sui ipsorum. Et qui non patiuntur a seipsis passione dilectionali ipsorum non gaudent de seipsis: immo molestantur & anxiantur a se ipsis: eo quod animæ eorū querelosæ sunt sibi ipsorum & rancorosæ quædam ergo animarū dolent propter maluā, & quædam delectanē ꝑp ipsam, & vlter distrahuntur quidam huc, & quidam illuc, sicut quod funditur in duo per tractū, & si non fuerit possibile & gaudeant & tristentur simul. æqualiter intrans modicū dum gaudent, & delectantur aliquo, nolentes vt sit delectabile, ppt illud itaq; sunt iniqui repleti amaritudine & pœnitentia. D. Et propter illud ... tet, q̄ status malitiosi nō est in dispōne status amici: cum non amet seipsum eo q̄ non sit in ipso quicquā amabile. Si igitur sic est, est vir iniquus vehementis miseriæ, & infelicitatis valde. D. ideoq; valde fugiendum est homini a malitia. & indurandum vt fiat bonus. conueniens etenim est quando fuerit bonus congaudens sibi ipsi, vt fiant congaudens, & amicus alteri.

De beneuolentia. Cap. V.



IAm vero beneuolentia est quidem similis amicitiæ, amicitia tamen non est: quippe cum beneuolentia erga ignotos quoq; & latens esse possit: amicitia non possit. Et prius etiam dicta hæc sunt. Sed neq; extensionem, neque appetitionem habet, quæ amationem consequuntur. atque amatio quidē cum consuetudine beneuolentia de recenti etiam fit. Id quod ēt erga certatores contingit beneuoli siquidē eis fiunt. simulq; cū eis volunt. nihil tamen cooperarentur. sicut .n. diximus, de recenti beneuoli fiunt, & leuiter diligunt. Videtur igitur principium amicitiæ esse, non secus atq; amoris ea uoluptas quæ ex aspectu percipitur. nemo .n. amore capitur nisi prius specie fuerit oblectatus. qui vero forma oblectatur, nihilo magis amore capitur sed cū & absentes desiderat, & præsens cupit. Ita vero ēt amici esse non possunt, nisi beneuoli prius fuerint, beneuoli aūt nihilo magis diligunt: uolunt .n. tantum bona iis quibus sunt beneuoli, nihil tamen cooperarentur, nullamq; pro ipsis molestiam susciperent. Quo circa translatione vtens aliquis esse ipsam † principium amicitiæ diceret: quæ cū inueterata fuerit, & in consuetudinem deuenerit, amicitia euadat: non ea quidē quæ ex vtilitate, aut uoluptate conciliatur: neque .n. ob hæc beneuolentia existit. Nam qui beneficio est affectus, pro iis quæ accepit, beneuolentiā retribuit, iuste se gerens. Qui vero aliquem prospere agere vult spe vtilitatis consequendæ ex ea re: non illi, sed sibi potius beneuolus est: quem ... dum neque amicus, si commodi alicuius causa illi obsequitur. Omnino autem beneuolentia ob virtutem & probitatem quandam existit, cum pulcher aliquis, aut fortis, aut tale aliquid visus ... fuerit. sicut de certatoribus iam diximus.

† a. t. ociosam amicitiam.

DIxit. Exhortatio aūt interdū simulatur amicitiæ, & non est amicitia ... exhortatio interdū fit ab eo, qui non cognoscitur, amicitia aūt non ... erga eos, qui cognoscuntur. & iam dictū est huiusmodi ante. Nec ... ctio. non .n. perseuerantia, & desideriū, hæc autem duo consequuntur dilectionem

A nimis intendo desyderiũ & diuturnitatẽ dilectionis. & istę res sunt cũ dilectio
ne. & dilectio quidem est cũ cõmixtione exhortatio autem fit quidem inter
dum ab eo, cui non occurit exhortatio: vt exhortatio, quę fit a parte honorabi
lis erga eũ, qui venit ex eius posteritate, & interdũ fit ab eo, qui non cõmunĩ
cat exhortatis, vt exhortatio, quę fit ab hoĩbus, erga ordinantes militiam. ete
nim ipsi exhortantur eos, & cõueniunt cum ipsis in voluntate: & in actu aũt
no, Dixit. & conueniens est, qm̃ nõ cõmunicat exhortatores eis quos exhor
tantur actu, vt dicatur de eis, ꝙ sunt exhortatores simulatione, & ꝙ sit dile
ctio, totum dilectio simulatiua: Et propter istud videtur ꝙ sit initiũ amicitię
dilectio ꝑ sensum, i. amicitia pręcedens naturaliter, sicut dilectio amasij. nõ. n.
amat aliquis, si non delectatur fuerit primitus, & qui delectatur ꝑ delectabile,
non amat aliquid plus ipso: immo quando perceperit eius elongationem, desy
derat: eius appropinquationẽ. & si sic est, tunc ineuitabiliter coniungitur ami
citię delectatio. Neq; est possibile vt sint hoies amici, cum non sint exhortato
res: esse autem exhortatores absq; eo ꝙ sint amici possibile est. nam exhorta
tores non diligunt dilectione pluri quam alii ab eis: eo quod ipsi volunt bona
solummodo eis, quibus sunt exhortatores: & contingit vt non conueniant eis
secundum aliquod factorũ suorũ: neq; si sit illud factum ex his quę ipsi faciunt. Et
propter hoc non possumus transmutare nomen amicitię ad nomen exhortatio
nis. & dicere de ea, ꝙ est amicitia apparens tarde, i. quando fuerit tempus, &
B firmata fuerit consuetudine, conuertetur in amicitiam. etenim amicitia fit pro
pter vtile & delectabile: exhortatio autem nõ fit propter hoc. Et quidem ille,
cui beneficium fuerit, satisfacit per exhortationem loco accepti beneficij: &
est in hoc facto suo iustus. Qui autem vult beneficium benefici, & sperat se
accepturum ab ipso quod vult ex beneficio, causa exhortandi ipsum, intendo
beneficiũ, hic non videtur esse exhortator per se: sicut non est amicus, qui ser
uit alteri propterea, ꝙ vtatur eo vsu aliquo. D. Et vniuersaliter exhortatio per
tinet virtuoso & emerito, vt quod appareat de eo hoĩbus, ꝙ est vir grauis &
rigidus, & ꝙ similatur istis: vt quod accidit illi, cuius magnificatur vtilitas
vt militum.

De concordia. *Cap. VI.*

Concordia preterea spectare quoquo ad amicitiã videtur: vnde opinionis consensio minime est hoc. n. iis etiam qui mutuo sese ignorant, posset inesse. neque eos qui qualibet de re consentiunt, concordes esse in
C quiunt: verbi causa, si de cœlestibus consentiant, concordes. n. de his esse ad amicitiam non attinet. sed ciuitates concor des esse dicunt, cum de illis quæ conferunt, consentiunt, & eadem [illegible] unt, aguntque ea quæ publice visa fuerint. Circa agenda igitur concordes sunt, atque ea quę in magnitudine consistunt, & vtrisque vel omnibus inesse possunt. vt ciuitates cum omnibus visum fuerit magistratus electione esse creandos: vel ineundam cum Lacedæmo niis societatem: vel regnare Pittacum, quando etiam ipse voluerit. At cum vterque seipsũ vult, vt in Phœnissis, in seditione sunt. Cõcor des autem esse non est, si idem vterque animo incipit, quodcunq; il lud sit: sed si quod in eodẽ est. vt cũ & populus & probi viri optimos regnare consentiunt. itaque. n. omnibus contingit id quod appetũt. Concordia vero ciuilis esse amicitia videtur: quemadmodum etiã dicitur. circa conducentia enim versatur atque ea quæ ad vitam at-

tinent. estque huiusmodi concordia inter probos viros: hi enim & D cum, & inter se sunt concordes, cum in iisdem, ut ita dicam, huiusmodi siquidem hominum voluntates permanent, neque fluunt, sicut Euripus. voluntque ea quæ & iusta sunt, & condu atque hęc communiter appetunt. At ut praui concordes sint, nisi pa rumper, sicut etiam ut sint amici, fieri non potest: cum in rebus ampliorem partem appetant: in laboribus cōtra & ministratio nibus deficiant. cum enim vnusquisque sibi hæc velit, alterum ad ea men reuocat, & prohibet. nam quod commune est, parit, cum ab his non seruetur: atque inde euenit, ut cum alii necessitatem inferant, ipsi vero quæ iusta sunt facere nolit: seditione agitentur.

DIxit. Et apparet ꝙ conuenientia interdum in opinione dilectionalis est, i. est effectiua dilectionis. ideo dicimus, ꝙ non est conuenientia opinionis conuenientia propositi & voluntatis. etenim conuenientia voluntatis fit inter dū in eis, quorū non scit alter voluntatem alterius, ut quod inuenitur in multis ciuitatibus inter ciues, quorū mult plicatur seditio. Et propter hoc nos non dic mus ꝙ illi, qui volunt voluntatē vnam circa rem quandam, sit conuenientes in opinione: sed nominamus quidem conuenientes in opinione eorū, quorū uo luntas est in re, quę magis expedit vniuersitati, & quæ conueniunt in uolun tibus cōmunibus, ex quibus est magnū bonum, ut voluntas ciuiles cōmunales ut conuenientia ipsorum. qm̄ quod facit idoneum principatus, ... nim huiusmodi conuenientiæ voluntatum oēs sunt effectiuę dilectionis. B Illi autem, quorum vnusquisq; seipsum diligit, non erunt exhortatores alter rerius ex parte conuenientię opinionis ipsorum in re aliqua quęcunq; ... fuerit, sed ex parte conuenientię opinionis eorum in fine vno eodem: ut con uenientia cōmunitatis in hoc: qm̄ oportet ut principentur virtuosi & boni, q̄ fuerit istud desiderium vniuscuiusq; eorum. Dixit. Et apparet ꝙ conuenientia opinionis cogens est ad dilectionem ciuilem, quemadmodum dicitur in eo quod est in rebus bonis vniuersitati, & in eo quo indigetur in vita. & conuenientia opinionis fit quidem in viris emeritis & virtuosis. isti namq; sunt conuenien tes opinionis in seipsis, & ad se inuicem circa res, quę ab extrinseco sunt, cum desyderent res vnas easdem. ideoq; sunt voluntates eorū stabiles, quę non va riantur, neq; transmutatur de re ad rem. volunt .n. iustitiam, & res quę sunt vtiles iustę, & desyderant oīa hęc desyderio communicato. Dixit. In quos autem opiniones non contingit conuenire nisi parum, quemadmodū non fiunt amici nisi parum. ipsi .n. fiunt quidem amici propter conuenientiam ... concupiscentia multitudinis possessionis & in rebus vtilibus. concupiscentia autem ipsorum in speciebus strenui & laboriosi & quidem defectiua. & singu li eorum volunt vniuersa bona propter seipsos, & ea, quę sunt conferentia eli gunt sibi ipsis, & valde subtilant in connegociatione sua cum extraneo & con tristare eum: attamen conseruant quidem iustitiam communem inter se. alter enim non subsistent. oriuntur autem inter eos iurgia & dissensiones: eo ꝙ alter cogit alterum ad defraudandum in connegociationibus. & circumueniendū se inuicem, cum non cupiant exercere opera iustitię, sed volunt quidem adim plere actiones suarum concupiscentiarum. F

De beneficentia. *Cap. VII.*



AT vero benefici amare magis videntur eos quos benefi ciis affecerunt, quam affecti illos a quibus acceperunt. id quod quasi a ratione dissentaneum queri consueuit. Plerisque igitur id contingere propterea videtur, quia

A hi debent, illis debetur. sicut ergo in mutuis illi qui debent, non esse, volunt quibus debent: qui vero mutuarunt de sa- re debitorum curam etiam habent: sic & eos aiunt qui beneficium contulerunt, vtpote gratias recepturos, velle illos esse quibus con- tulerunt: illis autem non esse curæ, vt quippiam retribuant. Atque Epicharmus quidem fortasse diceret ipsos hæc prauo spectantes di- cere. Sed esse hæc ex humana res videtur. immemores enim sunt denique: magisque beneficium accipere quam conferre appetunt. Videretur autē huiusce rei naturalis causa esse, neque similis ei quæ est mutuantibus relata est. non enim est dilectio circa illos, sed vo- luntas vt salui sint, recipiendi causa. at qui beneficium contulerunt eos qui acceperunt, diligunt, atque amant, etiam si nulla in re ipsis vtiles vel in præsentia sint, vel in posterum sint futuri. Id quod etiā in artificibus contingit: vnusquisque enim opus proprium magis amat quam ab opere amaretur, si animatū fieret. Maxime vero for- B tasse circa poetas idem euenit, qui poemata propria perinde ac filios supra modum amant. Huic rei simile est, quod ad benemerito acci- dit: nam beneficio affectus opus ipsorū est: id igitur amant magis, quam opus eum qui effecit. Huiusce rei illud in causa est, quod esse est expetibile atque amabile omnibus: sumus autem operatione & actu viuendo enim atque agēdo sumus. qui fecit igitur, operatione opus ipsum quodam modo est: quocirca amat opus, propterea quod esse ap- petit. ad hoc naturale est. quod.n. potestate est, id operatione opus ipsum indicant. Adde quod ei qui beneficiū contulit, honestum illud est quod actione est perfectum: quare gaudet eo in quo illud est. qui vero effectus est, nihil honesti habet in illo qui affecit. sed si modo quicquam habet, idest quod conducit. at ei minus iucundū, atq; ama- bile est. Præsentis siquidem operatio, futuri spes, facti memoria iu- cunda est. at iucundissimum est quod operatione consistit. atq; ama- bile simili modo. ei igitur qui affecit, opus permanet: honestum enim C est diuturnum. ei vero qui est affectus, præteriit vtilitas. Ac memoria quidem honestarum rerum iucunda est: vtilium non admodum, vel minus. exspectatio vero sese habere contrario modo videtur. Atque amatio sanè effectioni: amari affectioni simile est. amare igitur, atq; ea quæ ad amicitiam pertinent, eos consequuntur, qui in actione ex- cellunt. Præterea omnes ea, quæ laboriose facta sunt, magis, amant: vt qui pecunias acquisiuerunt, magis, quam qui ab aliis acceperunt. at beneficio affici labore vacare: benefacere laboriosum videtur. Pro- pterea etiam matres liberorum sunt amantiores: laboriosior siquidē generatio est, magisq; suos esse filios sciunt. id autem beneficis quoq; esse proprium videtur.

Vide idē supra li. 4. c. 2.

Matres liberorū sūt amātiores.

Dixit, Et videtur quod benefici amplius diligant, quibus beneficiunt, quam illi beneficos, & estimatur hoc esse secūdum rationē. Apparetq; eius causa in pluri bus. etenim beneficus amat eū, qui benefacit, incipiēs ex seipso. illi aūt teneretur

ad amorẽ rõne accepti beneficij. & beneficus & cui benefit, similantur a
modanti & cui fit accõmodatio, debitor. n. s. qui recipit accommodatũ, D
permanentiam creditoris. anxiatur . n. ex eius visitatione semper inspi
diti repititionẽ. creditor vero debitoris exoptat salutẽ, similiter ecs quib
neficiant, desiderant saluos consistere: vt illi qui dant quod est inter ma
sorũ. beneficiati autem econuerso: vtpote onerari debito. qui autem anxi
ex satisfaciendo debito, s. qui receperunt beneficia, fortassis non referunt g
ies benefactoribus, nisi eo ne assimilẽtur malis, & arguantur ab ho
ingratitudine. etenim plures hominũ nõ recordantur accepti benef
derium eorũ vt beneficiat eis, amplius est quã vt ipsi beneficiant.
minus diligentes quã benefici. D. Et forsan putabitur ꝙ causa in he
ralis: intendo ꝙ homo cupit naturaliter vt fiat ei bonũ magis quã
D. & non similantur benefici creditoribus: etenim nõ est in credendo
non enim querunt creditores salutẽ debitorũ, nisi causa recipiendi credi
ipsis. benefactores aũt diligunt quidem quibus benefaciunt, etiã si in null
proficiẽti per ipsos, neq; in presenti, neq; in futuro. Habent aũt se benef
eos quibus contulerunt beneficia, sicut artifices ad sua artificiata, omnis
fex amat opus manus suę, plus quã amet operatum ab altero. sicq; fuerit
ficiatum animatũ, tunc est multo dignius hac intentione. D. Et forsan pl
cidit istud in poetis. etenim isti excedunt in dilectione carminum, quę operan
tur: estq; dilectio ipsorũ ad sua carmina, sicut dilectio parentum erga filios. E
Simile huic accidit beneficis cum beneficiatis ab eis. est tanq; beneficiũ
ipsorũ: quẽadmodum opus artificis est artificiũ, immo isti diligunt eos qu
benefecerunt amplius quã factor suum factũ, intendo quã artifex artificiũ
Et causa in hoc est, intendo vt diligat factor factũ suũ: qm̃ assentia, intendo
quiditatem hominis, electa est apud omnem, & dilecta: & est complement &
operationẽ. diligit igitur operationẽ rõne dilectionis essentię suę: intendo quiditatẽ
decor actu. effector nẽpe operis existit quidem scdm perfectionẽ sui vltimã per
suam, quę completur per operationẽ, & istud est naturale homini. existẽtiã n.
esse absq; operatione est esse potentiale. igitur omne opus est amatẽ vniuersa
liter propter hãc causam. Et excellit cũ hoc opus beneficij cętera oĩa, intendo
inesse ipsum amatum opifici, eo ꝙ optimũ operationũ. ideoq; letatur ille cui
est ista actio. nõ est aũt beneficiato similis huic actioni apud beneficiũ, vt amet
ipsum vt est amatus, nisi beneficiatus melior beneficio, aut filius ipsi. & itaq;
beneficiatus minus delectatus, & diligens beneficio. D. Delectatio aũt in actio
nibus delectabilibus, quę quidẽ fiunt in tpe p̃senti, existit in ipso met. actu q̃ ade
st futuro in spe: intendo in separatione ꝙ exeat in actũ. q̃ vero in pręterito in
rememoratione, intẽdo in rememoratione exitus eius ad actũ. D. Et actio bene
ficij ex parte, qua est bona & decora, manet in memoria factoris, & plongat F
tpe eius: proficuũ autem proueniens ex beneficiato finitur velociter, & recor
datio eius abbreuiatur, & modica est delectatio ex eius recordatione, cũ non
est p permanentiã, actus aũt boni delectatio est multa, & rememoratio eius
longa: delectatio vero spei videtur ꝙ sit diuersa delectationi p̃senti. intẽdo ꝙ
delectatio pręsens permutatur: delectatio vero spei est pmanens. D. Et videtur
ꝙ dilectio cũ actione, redilectio vero cũ passione. etenim dilectio actioni simi
lis existit, redilectio vero passioni. & actio vero magis est dilectiua q̃ pass
intẽdo ꝙ diligens simulatur agenti, dilectus vero patienti. Amplius, oẽs quidẽ
homines diligunt quod habuerunt cum multo labore, plus eo quod cũ facilita
te. vt pura pecuniarũ adeptionẽ. etenim eas illi, qui laborio se acquisierũt, plus
amant eas, q̃ illi quibus in saluo accesserunt, vel hereditate post mortẽ ante
cessorũ, vel portionaliter in vita eorũ, vel modo alio cõsimili, & bonitas vel
decor passionis, & est illud qd̃ fit beneficiato, absq; labore est. bonitas aũt vel
decor actionis. & est illud quod a beneficio, est cũ labore. item igitur beneficus
diligentior est in sua actione, quã beneficiatus in sua passione. Et pp hoc sunt
matres magis diligentes filios patribus: intendo, ro ꝙ matres genuerunt filios
cũ dolore, patres vero absq; dolore, matres itaq; diligũt filios plus q̃ seipsas.

Matres diligunt filios plusquam se ipsas.

De amore

De amore sui. *Cap. VIII.*



Tenim dubitatur.vtrum amare seipsum maxime an,ali quem oporteat.increpant enim eos qui seipsos maxime amant: & quasi in dedecus sui amatores apellant. videturque prauus sui causa omnia agere, ac tanto magis, quanto improbior fuerit. vnde ipsi crimini dant,quod a seipso nihil agat. Probus autem ob honestatem: atque eo magis,quo melior est:amicique causa:sui autē causa agere omit tit. Ab orationibus tamen his opera ipsa discrepant: atque id non ab re. dicunt enim eum maxime amandum esse, qui maxime sit amicus. maxime vero est amicus,qui vult bona ei cui maxime vult, illius causa, etiam si id sciturus sit nemo at hæc vnicuique erga seipsum,& cætera etiam omnia quibus amicus definitur,maxime insunt.dictum idem est omnia quæ ad amicitiam attinet, a seipso ad alios quodeuenire. prouerbia item omnia consentiunt. vt vna anima.& communia omnia amicorum,& ęqualitas amicitia. & tibię genu pro pinquius omnia enim hęc vnicuique erga seipsum maxime insunt quippe cum amicus maxime sibiipsi sit. Amare igitur etiam seipsum maxime oportet. Cum igitur vtrique probabilitatem afferant, non iniuria in dubium venit, vtros sequi magis debeamus. Quocirca fortasse huiusmodi orationes quorum vtræque & quatenus veræ sint diuidendū est ac distinguendū. Si itaq; statueremus quo pacto vtriq; sui amatorem appellant,forsitam hoc constaret Qui igitur hoc in op probrium inducunt eos sui amatores vocant,qui sibi in pecuniis honoribus, vt voluptatibus corporis amplius vendicant.plerique enim hæc appetunt: hisque,perinde atque optima sint, omni studio incum bunt.vnde etiam decertabiles res ipsę euaserūnt.Qui ergo in his plus sibi vsurpant, cupiditatibus,atque omnino affectibus irrationalique animę parti obsequuntur. huiusmodi autem plerique e vulgo sunt. atque ieccirco a plerisq; qui praui sunt,imposita appellatio est. Merito tamur his qui ita sui sunt amatores, opprobrio datur. Eos autem qui huiusmodi res sibi attribuūt,solere a plerisq; sui amatores vocari dubium non est.nam siquis semper vel iusta agere, vel temperantia,vel qualiacunque alia ex virtute maxima omnium agere studeat, sempq; quod honestum est sibi vendicet: eum sui amatorem appellabit nemo neque uituperabit.quanquam is magis esse sui amator uideretur: cum ea quæ maxime & honesta,& bona sint sibi attribuat:suique præstantissimæ pati obsequatur, eique in omnibus obtemperet. Sicut au tem & ciuitas esse maxime id uidetur quod in ipsa prestantissimum est & omnis alia congregatio: ita & homo. & sui amator igitur est, qui id amat,eique obsequitur.continens item & incontinens ex eo di citur,quod mens cōtineat reliqua & uincat aut minime: quasi id vnusquisque sit.uidenturq; egisse ipsi,& sponte ea quæ cum ratione maxi

Prouerbia i amicitia.

me egerunt. Id igitur præcipue esse vnumquemque, probumque v[illegible]
præcipue id amare, obscurum non est. vnde etiam sui amator [illegible].
me esset, diuersa quidẽ specie ab eo qui vituperatur: qui sane t[illegible]f
fert, quanto vita cum ratione illi præstat quæ ea perturbation[illegible]
ciçur & appetitio vel honesti, vel eius quod conferre videatur [illegible]
itaque qui circa honestas actiones præcipue student omnes a[illegible]t
ac laudant. si omnes autem ad honesta consequenda certarent, [illegible]e
stissimaq; agere contenderent: & publice omnibus opportuna [illegible]
uati singulis maxima bona euenirent. siqdẽ virtus tale quid est. Quo
circa bonus vir esse sui amator debet: nam honesta agendo & lib[illegible]
aliis proderit. prauus non debet eo ꝙ prauos affectus sequen[illegible]. & s[illegible]
& aliis nocebit. At prauo quidem homini quę agere debet, & q[illegible]t
inter se discrepant. at probus quæ debet, ea etiam ag[illegible] mens [illegible]
omnis quod sibi optimum est eligit: probus vere menti obtemper[illegible].
Verum autem est quod de probo viro dicitur, eum amicorum [illegible]a
& patriæ multa agere, etiam si pro ipsis mors fuerit oppetenda. [illegible]m B
& pecunia & honores proiiciet, & demum ea bona, quæ in certa[illegible]en
apud homines veniunt, dum quod honestum est sibi ipsi v[illegible]at.
Breui enim tempore lætari vehementer magis eligeret, quam l[illegible]o
leuiter: & viuere honeste vno anno quã multis quomodol[illegible]ã
item actionem honestam & magnã quã multas & paruas. Hoc autẽ [illegible]
fortasse euenit qui pro aliis mortem obire cõsueuerunt. eli[illegible] enim
magnum quoddam honestum sibiipsis, pecuniasque pr[illegible]funde[illegible]nt,
quo amici plures accipiant. pecuniæ enim amico, ipsi hone[illegible]tum c[illegible].
paratur. quod autem maius bonum est, sibi attribuit. In honoribus
etiam & magistratibus idem modus est. omnia enim hæc amic[illegible]
cedet honestum siquidem hoc ipsi est, ac laudabile. ut me[illegible]o p[illegible]
esse videatur, cum honestatem omnibus ante ponat. Fieri it[illegible]
vt actiones amico permittat: sitque ipsi honestius, ꝙ causa ami[illegible] fue
rit vt eas egerit quam si ipse egisset. In omnibus igitur laude d[illegible]g[illegible]
rebus honestatis amplius sibi attribuere vir probus videtur A[illegible] F
quidem sui amatorem esse oportet, sicut, dictum est: vt plerique au
tem sunt minime.

Dixit. Dubitatur autem qui potius sint diligendi diligentes seipsos, aut nõ diligentes seipsos. quidam enim negant diligendos esse semetipsos d[illegible]ies, & noĩant eos dilectores suimet. vult per hoc, ꝙ ipsum sit res [illegible]tar. i. ꝙ malitiosus sit ille, qui agit oẽ qđ agit pp seipsum nõ pp aliũ. & [illegible] excedit in hoc sc̃dm excessum in malitia. & vituperatur quidẽ vir vltimo v[illegible]e
rio, qñ nihil facit nisi pp seipsum. Virtuosus aũt facit quidẽ gratia bon[illegible] dit in actione boni sc̃dm additionẽ suã in virtute, & facit pp amicũ, om[illegible] suum est. D. Et homines conueniunt in hac opinione. veruntamen a[illegible] sũ dissident huic dicto. omnes enim asserunt, ꝙ maxime diligendus est a[illegible], & ꝙ dignior vt sit amicus est, qui bona vult amico suo ratione amici, nõ [illegible]a
ne sui ipsius, etiã si nõ sciat hoc aliquis. D. & vniuersa, quę dicta sunt in de[illegible]o
ne amicitię, necessariã faciũt vnitionẽ volũtatis eorũ. sc̃dm ꝙ dicitur ꝙ [illegible]r
sa bona, & vniuersaliter rei pertinẽtes amicitię prouenũt [illegible] amico [illegible]l
eo suo, & vt quod dicitur ꝙ voluntas amicorũ vna, & ꝙ eis est alia vna, & ꝙ

A ille, quod amicorum est commune, est eis equaliter. etenim omnes istę res no biles digniores sunt propoctionatæ viro: eo ꝙ amicus, & ille a quo peocedunt istę actiones, dignior est vt amcius a seipso, ꝗ alteri; eo ꝙ eligibilē fecit seipsum ad actiones decoras. D. Et multociēs hęsitatur, vtcr eorū oporcet vt associet, quādo ambo fidi fuerint: intendo amatorē sui ipsius, aut qui non amat seipsum. De solutione dissoluetur hęc dubitatio, diuiso quotiens dicitur amans seipsum: sunt ani mi intentiones consimiles in hac intentione erroee facientes. Quando ergo di xeris intentiones consimiles, quas significat dictio vna suis terminis, erit ma nifestatio earum amplior. D. Et hac quidem dictione, intendo amantes seip sos, nominantur illi, qui appropriant sibi ipsis plus honorum, & dilectionū cor poralium debito. plures nanq; hominū appetant ista, & nituntur in ipsa, ac si sint optima appetibilium. & horum gratia incidunt dissensiones inter homines, qui sunt in hac dispositione. & illi, qui dediti sunt ad ista, gaudent desyderijs & passionibus animalibus: intendo res proportionatas parti animæ bestiali. et plu res hominū tales sunt: & isti sunt mali vniuersalitate. & propter hoc conuenit eis hoc nomen: intendo propter multitudinem malitię ipsorum. & certum est nominare eū, qui est fcdm hanc dispōnem, amantem seipsum. D. Quod ergo iā consueuerunt plures hominū nominare eos, qui dedicāt se istis rebus, & præcli gunt eas, amatores sui ipsorum manifestū est. qui vero satagit facere qd facit se cundū iustitiā, pre cunctis hominibus, & res, in quibus est temperantia, & simi-

B les istis ex actionibus virtualibus, & iste est, qui semper facit in seipso bonum, si esse & si iste non nominetur amator sui ipsius apud plures hoīum: dignus est hoc nomine, cum iste appropriet sibi ipsi optima bonorum, & ingentissi ma eorū. & iste est ex applicatione sui ad illud qd vere suū est, & ponit in ipso sufficientiam semper suam. D. Et quemadmodum ciuitas, quę agregat bona sibi reputatur aggregatio uerax magis omni aggregatione, sic homo, qui acqui rit ipsi bona humana, reputatur habere voluntatē, quę est delitię verę. & q amat eam veram sui ipsius, & lætatur ex ea, est dignior nominari amatoe sui ip sius. D. & continens & incontinens dicuntur quidem ex parte intellectus. conti nens n. est, quē continet intellectus suus: & incontinens est, quem non continet intellectus. & de quolibet istorum putatur ꝙ operetur quidem a voluntate, & precipue de opeeatoribus, qui operantur gratia rei alicuius, intendo finem. Si ergo est continens, qui amat honorabilius quod in ipso est, & est intellectus: in continens vero diuersus est ab eo, intendo qm̄ amat quidem esse suū bestiale: tunc quanto dignior est virtuosus, vt amet seipsum incontinente: intendo eum, qui eligit cætera desyderia, propter hoc igitur nominatio amantis seipsum fit dictione dicentis amās seipsum fcdm duas intētiones est dicta de eis per commu nitatē nominis. intēdo ꝙ duę opiniones in ipsis sint diuersę diuersitate multa: sic

C ut diuersificatur nomē vitę dictū de vita, quę est fcdm ꝙ oportet, & dictū de vita, quę est fcdm passiones. D. Et cū sit cōuenientius hōi desyderare optima, conuertuntur vniuersi homines ad laudandū eos, qui nituntur ad agendū bona fcdm ꝙ oportet, & ad extollendum eos. quando enim omnes nituntur ad agēdū optimum, & festinant ad ipsum, erunt res communes, secundum statum quem oportet communicari: & erunt res proprię fcdm ꝙ competit appropriari, cum sit illud de natura studij & sollicitudinis bonorū. D. Item igitur oportet vt sis virtuosus bonus amator sui ipsius. etenim proficit sibi ipsi in agendo bona, & proficit alijs. malus aūt fcdm diuersum istius: intendo qm̄ obest sibi ipsi, & pro pinquis sibi, cum sequatur passiones prauas. Inter hoc igitur, qd esset agendum maligno, & quod agit, diuersitas existit multa, virtuosus aūt agit quod oportet eo ꝙ intellectus eligit optimum, & virtuosus obedit intellectui. Dixit. Compe tens autem est, & debitum, vt homo agat actiones multas gratia amicorum, & vicinorum & conciuium: & si incumbat ei in hoc necessitas moriendi pro ip sis. etenim competit viro virtuoso vt elargiatur pecunias, & impendat hono res, & vtet oīa bona, pro quibus intendunt homines, quatenus lucretur bonū sibi ipsis. Fortitan enim viro nobili post eligendū est gaudere gaudio intenso in tempore modico, quā gaudere gaudio remisso tempore longo; vt ꝙ viuat anno

vno peragens actiones nobiles venustas, quã ꝙ viuat annis multis agens operationes multas. D. Hęc est dilectio & opinio eorũ, qui eligunt mori pro [illegible] alijs. [illegible] dẽt.n.ꝙ adipiscũtur in hac hora breui bonũ eximiũ qđ est a [illegible] viuere centum annos, & non adipisci tale bonũ D. & ex [illegible] ctio eorum [illegible] giuntur plurimum opum suarum amicis. accrescit quidem amicis in op[illegible] vero in bonitate & virtute. cedit igitur iterũ nobilior pars ipsius. [illegible] accidit ẽt pensione honorũ & principatuũ amico. vniuersa.n. [illegible] ex [illegible] impendant amico, reputantes nobilius hoc, quod loco eorum re[illegible] niam hęc est laus, & merito facit hoc vir nobilis, & bonus, cum ex [illegible] istud factum existere virtuosus, & eligat prę cunctis rebus bo[illegible] tute. Et per istud possibile est vt distribuat actiones suas [illegible] & vt sit pulchrior & melior apud ipsum actione sua actis amici su[illegible] causa sit amicitię. D. Iam igitur videt ex isto ꝙ virtuosus, qui facit omni[illegible] det sibi ipsi plus de bono quã alij. Per hũc itaq: modum oportet vt [illegible] sus vere amans seipsum vel sui ipsius: secundum vero ꝙ reputant plures hominum amatorem sui ipsius minime.

Idẽ in proœmio suo sup 1. & super 8. Physico.

De amicis felicis, & quibus indigeat. Cap. IX.



Am uero de felice ipso quoque dubium est, indigeat ne amicis, nec ne. nihil enim beatis ex seque suffic[illegible] opus esse amicis inquiunt: ad sunt enim ipsis bo[illegible] cum ex se sufficiant, nulla re amplius indigeant. a[illegible] cum autem cum sit alter ipse, suppeditare ea, quæ per se quispiam nequit. unde, fortuna cum dat bene quidant amicis est opus? Sed absurdum uidetur, cum bona omnia felici att[illegible] amicos non tribuere: quod ex bonis externis esse maximũ ui[illegible] N[illegible] si amici magis est beneficiũ conferre quam accipere: boni [illegible] uirtutis est benefacere: benefacere autem amicis, quam al[illegible] stius est: probus uir iis indigebit qui beneficio afficiantur. Vnde [illegible] in quęstionem uenit, utrum in aduersa, an in prospera fortuna a[illegible] cis magis opus sit: eo ꝙ & qui in infortunio est cõstitutus, iis indigeat qui beneficia conferant, & qui fortunati sunt iis, quibus benefaciant. F
Adde quod absurdũ fortasse est, ut beatum solitarium esse faciamus. nemo enim esset qui omnia bona habere per seipsum eligeret. q[illegible] cum ciuile animal sit homo, & ad conuictum natura aptum. & feli[illegible] igitur hoc in est: quę enim natura bona sunt habet: constat au[illegible] cum amicis & probis uiris melius esse quam cũ alienis, & quibus libet hominibus diem traducere: opus igitur felici amicis est. Quid ergo primi illi dicunt, & quo modo illorum uera oratio est. An quia plerique amicos eos esse opinantur qui utiles sunt. talibus igitur, cum [illegible] ona ipsi omnia adsint, nullo modo indigebit beatus: sed neque i[illegible] ob voluptatem sunt amici, vel parumper. cum enim vita eius iucun[illegible] sit, aduentitia voluptate nõ indiget. cum itaque talibus amicis n[illegible] indigeat non indigere amicis videtur. Id autem, verum fortasse [illegible] ne est in principio enim dictum iam est, felicitatem operation[illegible] qua

A d... esse. operationem autem fieri, & non esse vt possesionem ali- ...m, patet. at si felicem esse in viuendo & operando consistit: boni autem viri operatio honesta & iucunda per se est, sicut in principio diximus: & quod est proprium vniuscuiusque iucundum quoq; est: ...os vero spectare magis quã nosmetipsos, aliorumque actiones quã nostras possumus: proborum autem virorum actiones qui sint ami- ci, bonis sunt iucundæ: ambo enim ea habent, quæ iucunda natura sunt: beatus profecto amicis huiusmodi indigebit, siquidem actio- nes honestas & proprias contemplari vult: tales autem sunt boni viri, qui amicus sit. Felicem præterea iucunde viuere oportere existimant. at solitario difficilis vita est: non est enim facile per seipsum assidue operari, cum aliis vero, & ad alios facilius. operatio igitur quæ ma- gis erit continua, iucũda per seipsam erit. id quod circa beatum esse oportet. Probus enim vir, quatenus est probus, sicut ex virtute pro- ficiscentibus actionibus gaudet: ita eas moleste fert, quæ ex vitio effluunt: non secus atque musicus pulchris modulationibus oblecta- B tur, prauis offenditur. Adde ꝙ ex conuictu cum bonis exercitatio etiam quædam virtutis efficeretur: quemadmodum quoque Theo- gnis inquit:

Hãc partem vsq; ad finẽ capi. non exponit Auer.

A iustis disces bona. si versabere amico
Cum prauo, amittens mens bona siqua tibi est.

Si etiam naturalius consideremus, probus amicus probo esse naturà expetendus videtur. quod enim natura bonum est probo viro bonũ & iucũdum esse iam diximus. Viuere aũt ipsum definiunt potestate sensus aialibus, hominibus sensus & intellectionis. potestas vero in operationem reducitur. at in operatione id quod præcipuum est, cõ sistit. viuere autem nihil aliud esse, quã sentire vel intelligere præci- pue & proprie videtur. sed viuere ex iis est quæ bona & iucũda sunt: Definitum enim est. quod autem est definitum, ex boni natura est: quod vero natura est bonum, probo viro etiam bonum est: atque id- circo iucundum esse omnibus videtur. Non debemus autem prauam C vitam & corruptam, in doloribusque constitutam sumere: ea enim indefinita est, non secus atque ea quæ in ipsa insunt. Ac dolore qui- dem in sequentibus planior res efficietur. Quòd si viuere ipsum est bonum, iucundum quoque est: quod ex eo etiam videtur, ꝙ omnes id appetunt: & præcipue probi viri, & beati. his enim vita maxime est expetenda: ipsorumque vita beatissima est. Qui aũt videt, se vide re sentit: et qui audit, se audire: & se ambulare, qui ambulat: atque in aliis simili modo quiddam est qd' sentit nos operari. sentire vero possemus nos sentire, & intelligere nos intelligere. nos sentire aũt vel intelligere, nihil aliud est quã nos esse: esse enim sentire vel intel- ligere erat. at sentire se viuere ex iis est quæ per se sunt iucũda: vità enim natura bonum est: bonum vero sibi inesse sentire est iucundum: viuere autem expetendum est & præcipue bonis: propterea ꝙ esse

bonũ ipsis, & iucundũ est. consentientes enim id quod per se [illegible] lætitia afficiuntur. Cęterum sicut erga seipsum ita erga amicum [illegible] ctus est probus vir, alter enim ipse est amicus. quemadmodum [illegible] vnicuique se esse, ita quoque amicũ esse expetẽdum est [illegible] at esse ob id erat expetendum, quia se bonum esse sentit [illegible] tem persensio suauis per se est: sentire igitur simul etiam [illegible] oportet. id autem fieri in conuiuendo communicandisque [illegible] bis, tum consiliis potest. ita enim conuiuere de hominibus [illegible] tur: & non sicut de pecudibus, in eodem loco pasci. Si [illegible] ro esse expetibile per se est, cum bonum natura & iucundum [illegible] le autem amici quoque esse ipsum est: amicus etiam ex iis [illegible] expetenda sunt. at quod ipsi est expetendum id in esse [illegible] alioqui indigens hac parte erit: ei igitur qui felix futurus est [illegible] cis opus erit. C

Dixit. Dubitatur aũt de felice, an indigeat amicis, an non. iam e[illegible] uerunt quod viri gloriosi non indigeat penitus amicis. & [illegible] ri abũdantię: eo quod habeant vniuersa bona, & non indi[illegible] tia aliqua re alia. Dixit. Sed nõ est ita. amicus etenim est alter [illegible] homo per amicum suum quod non potest per se, & ex ho[illegible] vt fœlix indigeat amicis. D. Et similatur impossibili vt [illegible] bet vniuersa bona, & nõ habeat amicos: cũ hoc reputetur max[illegible] tium ab extra. D. Et si dignius est amico vt benefaciat quam vt rec[illegible] & magis pertinet virtuoso benefacere quam pertinet al[illegible]. & ben[illegible] melius est quam extraneis, & siliter recipere beneficiũ ab ipsis, & v[illegible] vt benefaciat, & recipiat beneficiũ, tũc virtuosus indiget nec[illegible] virtuosus sit amicis. D. Et propter istud quęritur an indigea[illegible] speritatis eis, quibus benefaciat, sicut indiget in statu eis, qui be[illegible] a D. Amplius forsitan impossibile vt sit gloriosus, i. vit status [illegible] minibus ens solitarius. fortassis etenim nullus eliget vt sint ei [illegible] tudine: neq; hoc possibile est ei & natura. n. ciuilis homo, [illegible] solus: immo de natura sua est vt habeat participes in vita, & hab[illegible] est beatus. etenim ille. qui adeptus est bona, quę sunt secũdm naturã. [illegible] manifestum est quod felici magis pertinet, & dignus est vt sint dies eius [illegible] cis & virtuosis, quam cum extraneis & contingentibus. D. iam e[illegible] ex hac dictione, quod oportet vt sint amici felicibus. Et quan[illegible] F dixerunt Antiqui in hoc, quod felices non indigeant amicis. & n[illegible] tũ ab hoc, nisi quod plures hominum videant, quod amici sunt viri vtilitatis [illegible] delectationis, vir status desyderabilis fœlix non indiget viro vtilitatis [illegible] sunt vniuersa bona. & similiter non indiget delectatione: eo quod delec[illegible] pauca est, & vilis. & etiam ipse non indiget penitus delectatione ve[illegible] extrinseco: sed delectatur quidem in seipso. quandoq; non indiget am[illegible] hos duos modos, putatur non indigere amico omnino. D. Forsan aute[illegible] istud verum. iam. n. ante dictum est, quod felicitas est actus quis anime [illegible] autem; vt quod non est felicitas in possessione, intendo in habitu, a quo [illegible] actus, sed in ipsomet actu. cumq; sit felicitas & vitę ens quidem [illegible] actus boni nobilis, & delectans per se, & sit quiddam eius proprium [illegible] homini, & quiddam pertineat ad alterum, manifestum est quod, si contentus fuerit homo actionibus proprijs sibi ipsi, possibile vt videat ex propinquo [illegible] pletiorem se, & actiones plures actionibus suis: & sunt actiones [illegible] lium, quando fuerint amici. etenim istorum actiones aggregant vitas [illegible] simul: intendo actiones proprias ipsimet factori. & actiones communes [illegible] inter eum & alium, vt actiones largitatis, & actiones fortitudinis,

De numero amicorum, multi ne an pauci habendi sint. Cap. X.



Sed nunquid quamplurimi amici faciendi sunt? An quē admodum de hospitalitate consone dictū illud videtur Multorum neque sis hominium, neque nullius hospes: sic in amicitia quoq; cōuenict neq; amicis prorsus carere neq; amicos supra modū multos sibi cōciliare. Illis sane qui ad vtilitatē spectāt, valde ēt cōgruere id quod dictum est videretur. ...alns enim vicissim subministrare laboriosum est: nō est q; ad id agē... um ipsis victus sufficiens. plures igitur quam qui ad proprium vi... ctum conueniant admodum curiosi sunt: tum ad bene viuendum im... pedimentum afferunt. nihil itaque ipsis opus est. Qui item uolupta... ...causa amant, pauci sufficiunt: non secus atque in edulio condimē... tum. Probi autem amici verum plurimi numero esse debent? An ami... corum quoque multitudinis, sicut & ciuilitatis modus quidā est. neq;
B ...m ex decem hominibus constare ciuitas potest neque item ex de... ...es decem millibus ciuitas existit. Sed quantitas non est fortasse vna quædam, sed omnis quæ inter definita quædam media est. amicorum ...tur quoque multitudo definita quædam est. & fortasse plurimi ...sunt, quibus cum vitā traducere quispiā posset id. n. maxime ad amicitiā ptinere videbatur. Non posse aūt cum multis viuere quem... piam multisq; se impertire, obscurum non est, Esse præterea illos quo... ...ue inter sese amicos oportere: si inter se omnes cōuicturi sint: id au... ...difficile in multis est. Difficile quoque illud est, vt congaudeat ...piam & condoleat accommodate cum multis. verisimile enim ...st simul incidere posse, vt cum altero collætandum cum altero con... ...endum sit. Fortasse igitur recte se habet, non quærere quamplu... ...mos habere amicos, sed tot quot ad conuiuendum idonei sint, ne... ...e enim fieri posse videretur, vt multis vehementer amicis quis-
C piam sit: iccirco neq; vt plurimum amare sit captus: exuperatio enim ...icitiæ quædam esse consueuit: id autem erga vnum est: & vehe... menter igitur erga paucos quoque erit. Ita vero vsu venire hoc etiā ...ebus videtur. in amicitia enim sodalitia multi amici non existunt ...quæ celebrantur amicitiæ, inter duos dicuntur. Qui autem mul... ...orum sunt amici, & cum omnibus familiariter versantur: ii nemini ...amici, nisi ciuiliter, quos obsequiosos vocant. Nam ciuiliter mul... ...esse amicus potest quispiam, etiam si obsequiosus non sit, sed re vera probus: ob virtutem vero & propter sese erga multos non po... test. sed contentus esse vnusquisque debet, si vel paucos huiusmo... di inuenerit.

Fortassis autem secundum hanc dictionem iam putabitur quod oporteat vt aē cipiantur amici sedm superfluitatē. A ut dicitur in amicitia, quēadmodū dicitur in hospitalitate, etenim videtur, quemadmodum non oportet vt

hoſpitalitas tota, aut plurimū ipſius ſit erga extraneos, aut non ſit omnino hoſpitalitas erga eos, ſed vt ſit ſecundum quendam modum mediū : ſic oportet vt amicitia, intendo ꝙ non oportet vt ſit hō penitus abſq; amico, neq; oportet vt ſit ei multitudo amicorū ſuperflua. D. Et hęc dilectio verior eſt in amicitia ſiue ratione vtilitatis & delectationis. iſta nanq; amicitia requirit remunerationem ſiue ſatisfactionem inter iſtos. ſatisfactio aūt ſeruitus eſt. & ſeruitus laborioſa eſt valde: & non poſsibilitas in vita vt agantur in ea huiuſmodi ... nes. & plures occupati ſunt ſemper ex parte naturę per id, in quo eſt ... tia victui & vitę ſuę, & operantur, & infudūt vt viuāt vita bona, & ... p ſeipſos, ſed per alios. & totum iſtud ſignificat ſuper paucitatē defyderii ... tutis naturaliter. D. Amicorū aūt, qui recipiuntur delectationis cā, pauci ſufficiunt. ipſi enim ſunt tanquā condimentū cibariis. In amicis vero ... pſcrutationis eſt, an oportet vt ſint multi ſuperflue. Aut numerus quidē ... ritudinis amicitię, ſicut eſt ciuitatis. etenim ſicut nō ſit ciuitas ex ... neq; ē ex decē centenis milibus, ſimiliter eſt in re amicorū : intendo vt ... numerus determinatus inter paucitatē & multitudinem. Dixit. Et forſitan ... erit numerus iſte vnus & idem in omni loco, & in oī hora, ſed determinatur ... hoc, vt ſit ſemper inter res terminatas, quāuis diuerſificetur. D. Et ... lius eſt vt non requirat aliquis in hoc numero multo vt ſint amici ... ſed ſcdm menſuram, in qua eſt aſſociatio in vita. videtur. n. impoſsibile ... vni amici multi. & ſint cū hoc in fine amicitię. & propter hoc neq; poſsibile ... eſt vt ſint vni amaſio multę amaſię, vel econuerſo. amor nanq; ex... vehementia dilectionis vnius quidem eſt natura indiuiſibilis. Amplius ... hementia dilectionis non inuenitur quidē niſi in paucis hominū. Ideo ... ſunt eſſe multi amici in fine amicitię. Et pp hoc forſan non erit multi ... corū in amicitia perfecta: qm̄ amicitia perfecta pręcedentis honorabil... quidem inter duos tantū de multis amicis ex hominibus, & ſunt illi q... currunt, ꝑut oportet, nō videtur ꝙ ſint amici, vt illi qui accipiuntur ... tes, & nominantur cōuenientes. D. veruntamen per modū amicitię ciuilis ... do ſupplementum in aggregatione ciuili, poſsibile eſt vt ſit amicus vnus ... ris, pręterquā vt hoc ſit ex parte cōuenientię, ſed ex parte debiti & opp... tatis. vt aūt ſit vnus ratione virtutis amicus multis : intendo propter ... eſt poſsibile. etenim amatum apud iſtum paucum eſt: eo ꝙ amatū apud eos vir tuoſus eſt, virtuoſi vero pauci.

Vtra in fortuna habendi ſint amici. Cap. XI.



Trum autem in proſpera, an in aduerſa fortuna amicis opus eſt? in vtraque. n. requiruntur. nam & infortunati ſubſidio: & fortunati conuictoribus indigent, iiſq; hominibus, in quos beneficia conferant: benefacere enim volunt. Atque in aduerſi quidem rebus neceſſarium magis ideſt: vtilibus ſiquidem ibi eſt opus: in proſperis tamen eſt honeſtibus. Vnde etiam probos quærunt: hos ſiquidem beneficiis afficere, cum hisque vitam traducere expetendum magis eſt. Eſt enim præſentia hæc amicorum tam in proſperis quam in aduerſis rebus iucunda. qui dolent. n. condolentibus amicis ſubleuari conſueuerunt. Vnde etiam dubitaret quiſpiam, nunquid quaſi oneris partem ſuſcipiant: an id quidem minime, ſed præſentia ipſorum iucundum ſit, condolendique intellectio dolorem minorem reddat. Sed hæc ne ob cauſam, an ob aliud quippiam ſubleuentur, omittamus : eue-

A n retamen prorsus illud quod dictum est, videtur. Ipsorum vero prę
sentia mista quædam esse apparet. nam videre amicos iucũdum est,
præsertim in aduersa fortuna constituto, affertq; subsidium quoddã
ad minuendum dolorem. amicus enim consolationem præstat &
aspectu & oratione, si commodus sit: quippe cum & mores nouerit,
& ob quę vel lætetur, vel doleat. sentire autem dolore affici amicũ
suas ob calamitates, molestum est. in causa enim esse amicis, vt dole-
ant, vnusquisque euitat, ac fugit. Atque iccirco qui viriles natura
sunt, cauent ne amici secum condoleant. & nisi ipse dolorem qui ab
his suscipitur, indolentia exuperet, non sustinet: atq; omnino collu
gentes non admittit, propterea q lugubris neque ipse est. Muliercu
læ vero, atque huiusmodi viri collamentantibus delectantur: eosq;
vt amicos & condolentes diligunt. sed in omnibus imitari procul-
dubio meliorem debemus. At vero in prosperis rebus amicorum
præsentia & vitæ traductionem iucundam habet, & intellectionem, q
B sua ob bona lætentur. Quocirca videretur ad prosperas fortunas
prompte amicos esse inuitandos: beneficum enim esse honestum est:
ad aduersas autem tarde: quippe cum malorum participes quãmi-
nimum facere amicos deceat. Vnde illud: esse me miserum est satis.
maxime autem aduocandi sunt amici, quãdo parua molestia suscep
ta prodesse multum possunt. At ire econtrario fortasse conuenit:
ad infortunatos non inuitatum & prompte: amici enim benefacere
est, & maxime iis, qui in indigentia constituti sunt, & qui non petie
runt: † vtrisq; siquidem honestius est, atq; iucundius. ad fortunatos †a.l.vtraq;.
vero vt cooperemur quidem, prompte: etenim ad hæc quoque ami-
cis opus est: vt autem beneficiis afficiamur, tarde. quandoquidem
studere vtilitatem consequi honestum non est. In suauitatis tamen
reiiciendo fortasse vitanda opinio est: quando enim contingit. Esse
igitur amicorum præsentia expetenda in omnibus videtur.

D lxII. Queritur autem an indigeatur plus amico in statu bono, aut in statu
C malo. nam in vtroq; statuũ indigetur amicis: in malo vt habeatur ab ipsis
subsidiũ: in bono vt impendatur eis beneficiũ. amant. n in bono statu exi-
stentes, vt habeãt cui impendat notoriũ. A tamẽ apparet q̃ homini in statu ma
lo multo necessariores sunt amici. & pp hoc indigent tũc amicis, apud quos est
vtilitas. in statu autem bono est homo cum amici melius. indigentia ergo ami
corũ in aduersitatibus est propter necessariũ, in prosperitatibus autem propter
m…ius. Ideoq; viri illustres decoris status requirunt viros bonos & demeritos
quibus benefaciant, talibus enim beneficiorũ impensio eligibilior est q̃ alijs.
Et similiter esse cũ illis & pręsentia amicorũ per se lætificãs est in hora status
psperitatis, & in hora status aduersitatis: eo q illis, qui sunt in tristitia, auferr
tr…nia communicatio amicorum eis in illa tristitia. D. Et propter istud forsan
excitabit aliquis, q quæret an amici faciant istud, eo q diuidant tristitiã, & ac
cipiant eam ab amico, sicut accipit ab onerato quidam oneris sui. & alleuiat ip
sum pp hoc. D. Attamen apparens est q cã in hoc est, qm cũ sit amicorum as-
sociatio lętificans, & pręsentiam ipsorum delectans, efficit intellectus in pręsen
tia eorum tristitiam minorem quã existat res contristans. D. Si autem alleuiẽt
quidem contristatum per hanc causam aut per aliam cum hac, omittimus hic
inquirere: nisi q apparens est q illudant causa huius aut aliqua causatũ eius.

Videtur enim ꝙ præsentia amicorum & respectus alterius ad alterum communis est viroq; statum simul : intendo ꝙ est exultarans in statu [illegible] si esset ei adiutorium ab amico suo non tristandi : eo ꝙ amicus consol[illegible] suo aspectu & suo sermone, quando hoc fuerit secundum ꝙ oportet [illegible] enim fuerit consolatio secundum ꝙ oportet ab amico, nouit am[illegible] ti. & quoniam ille gaudet ex quo gaudet ipse, & tristatur [illegible] & excessus in hoc, intendo sit contristatione amici propter malum [illegible] et sui addit in tristitia amici, qui est in malo statu. quando enim senserit [illegible] est malo statu ꝙ tristatur amicus eius propter ipsum, crescit eius [illegible] ei autem fugiunt ne sit alter causa tristitiæ alter. Et propter hoc [illegible] habentes naturam virilitatis, intendo magnanimos, euitant ne trist[illegible] tristent suos amicos. vnde & si non penitus abijciant tristitiam, no[illegible] prosternuntur ab ea, quemadmodum debiles animo. & ad formam non de[illegible] rant qui communicent eis in mœrore & luctu propter suam virilitatem [illegible] ipsi non sunt viri lamentationis. Mulieres autem, & viri qui sunt [illegible] litate animi, lætantur ex eis. qui communicant eis in tristitia, mani[illegible] est, ꝙ in omnibus rebus semper assimilandum est melioribus : & isti su[illegible] tristantur secundum ꝙ oportet, & communicant in tristitia, in quo op[illegible] xit. Præsentię autem amicorum in statu prosperitatis associatio est delec[illegible] & B iucunda cogitatio: eo ꝙ delectantur ex bonis amicorum suorum : [illegible] per quę conuertuntur ad iucundum statum. Et propter hanc causam [illegible] putandum est, ꝙ in statibus quidem iucundis studendum est ad amic[illegible] gregationem & eorum multiplicationem causa impendendi ipsis ben[illegible] chrius enim est pluribus ea impendere. in turbido autem statu non est [illegible] dum ad eorum aggregationem; eo ꝙ amici participant malitiā status [illegible] ret vt minoretur communicatio amici in malis, & excusatur ab eis. Dix[illegible] Et ex hinc apparet, ꝙ oportet vt sint quantum sufficit de cōsolatione in statu ma lo: intendo vt non excedatur in ea. quando enim fit hoc, crescit am[illegible] & oportet quidem vt anticipetur consolatione plus, quando fuerit [illegible] qui hoc faciunt adiutorium multum tribulato. secundum vero h[illegible] oportet facere eos quidem, apud quos est tantum dilectio : intendo vt non [illegible] deant multum ad consolandum. Veruntamen oportet vt communicent [illegible] stitia eis, qui sunt in statu malo, præterquam inuitent eos ad hoc. & præte[illegible] excedant in hoc. communicatio enim amico in tribulatione & exhibi[illegible] ficij, quādo eo indiguerit, & non exegerit ipsum pulchrius est & meli[illegible] tius. in statu autem bono oportet vt sit adiutorium amicorum cum dilige[illegible] anticipatione: eo ꝙ vir boni status indiget in hoc statu amicis : & vt [illegible] tis, quibus benefacere, morositas & pauca instantia, nam instare vtium pro vi litate propria non decens est.

De præcipuo munere amicorum, & bonorum & malorum amicitia Cap. XII.



Gitur quemadmodum amore captis inspicere est amabilissimum, magisque hunc sensum quam cæteros eligunt vt pote cum ex eo amor & maxime existat & oria tur: ita quoque amicis conuiuere expetendum maxime est amicitia enim est communicatio, & sicut erga ipsum, ita quoque erga amicum sese habet at sensus erga se vniuscuiusque quod sit, expetibile est erga amicum igitur quoque erit. sed eius operatio in conuiuendo fit quare merito id appetunt. Quodque est singulis esse ipsum, aut cuius causa viuere eligunt: ea in re cum ami-

A ..legere volunt. Quocirca alii compotant : alii alea colludunt: coexercentur quidam & conuenantur, nonnulli comphilosophantur ... singuli diem simul traducentes quod maxime in vita amant. ... enim conuiuere cũ amicis velint hæc faciunt, hæcque cũ illis cõmunicant quibus cum se conuiuere existimant. Prauorum igitur amicitia praua est : praua.n.secum communicant instabiles cum sint, & praui etiam efficiuntur, dum sibi mutuo similes euadunt. at proborum proba atque honesta est, congressionibusque insuper augetur. videnturque hi meliores quoque effici dum operantur, ac se mutuo corrigunt. exprimunt enim a se mutuo ea quibus oblectãtur, vnde id: A iustis disces bona. Ac de amicitia quidem hactenus dictum sit. Sequitur vt de voluptate differamus,

Exponit finem praecedentis cap.

Dixit. Et fortasse diuersificantur homines in ęstimatione rerum, quę sunt exhilarantes, & quę non sunt exhilarantes : & sunt res, quę fiunt a viris onerosis & incultis. veruntamen apparet, quod pręsentia amicorum vniB uersis rebus exhilarans est & eligibilis. quemadmodum enim intuitus amati valde eligitur apud amasios : & hunc sensum eligunt prę cęteris sensibus : eo ꝙ amor est magis per hunc sensum, & fit per ipsum : similiter apud amicos associatio in vita electa est. Etenim associatio amicitia est, & amicus sicut est in seipso, taliter est erga amicum : & sentit amicum suum in seipso, eo ꝙ est electus apud ipsum ex modo, quo est similis ei : & ipsemet etiam est in amico : actus igitur amicitię fit quidem in associatio in coniunctione. debito igitur desiderant coniunctionem. Cumq; sit essentia cuiusque eorum : & hoc quod concupiscunt actiones vitę, amant vt sint eis actiones istę cum amicis. Et propter hoc coniunguntur ad potum, & ad ludum talorum, & ad alios. & quidam coniunguntur in exercitatione, & venatione, & finiunt dies suos in eo, quod diligit quilibet eorum cum eo, quem diligit ex his, qui sunt in mundo. ipsi enim agunt hoc cogitando de amicis & dilectis, & vniuersaliter communicant eis, quos vident sibi communicantes in vita. Fit igitur ex parte huius amicitia quidem malorum mala : associatur enim viris malitiarum, & eius qui non habet stabilitatem : & efficiuntur mali propter assimilationem cuiuslibet ipsorum cum socio suo. amicitia vero virtuosorum & emeritiorum est essentia ipsius meriti & virtutis, & est completior associationum. Et videtur de eis, qui efficiuntur per amicitiam meliores quam fuerint ante amicitiam : eo ꝙ rectificant seinC uicem per assimilationem alterius alteri in actionibus, quę placent eis : & sunt ea bona, quę sunt in se bona. Tantum igitur dictum sit de electione : & sequatur ipsum sermo in delectatione ;

ARISTOTELIS MORALIVM NICOMACHIORVM LIBER DECIMVS.

Cum Auerrois Exposi.

SVMMA LIBRI.

De voluptate, ac eius speciebus. De felicitate, & contemplatiua, & actiua : preparatioq; , ac sermonis continuatio ad libros de Republica.

De uoluptate. Cap. I.



Ost hæc fortasse sequitur vt de voluptate differamus: quippe quæ maxime affinis esse generi nostro videatur. vnde iuuenes voluptate & dolore quasi gubernaculo dirigentes erudiunt. Maximum [illegible]ue esse ad morum virtutem videtur, si gaudeamus quibus oportet, & oderimus ea quæ odio h[illegible]benda sunt. hæc enim cum momentum ac v[illegible] [illegible] virtutem & felicem vitam habeant: per totam vi[illegible]m pertinent. iucunda siquidem eligunt, fugiunt ea quæ dolor[illegible] a[illegible]runt. De talibus autem minime prætermittendum esse videt[illegible], presertim cum magnam habeant controuersiam. Nonnulli enim [illegible]num ipsum voluptatem esse dicunt. alii econtrario admodum prauam rem eam esse affirmant. Atque illi quidem fortasse [illegible] ita persuasi. sed hi, melius esse ad vitam nostram rati, si voluptas, quamuis non sit, praua esse demonstrentur. plerosque enim ad ipsam [illegible] procliues, seruireq; aiunt voluptatibus: vt iccirco in contrarium ipsos reducere opus sit: sic enim fore, vt ad medium r[illegible]deant. Videndum autem ne non recte hoc dicatur. orationes enim de iis, [illegible] in affectibus, & actionibus consistunt, minorem quam opera ipsa habent probabilitatem. quando itaque discrepant ab iis quæ sen[illegible]u percipiuntur: contemptę veritatem quoque ipsam insuper to[illegible]lunt. nam qui vituperat voluptatem, si appetere ipsam quandoque c[illegible]nspiciatur: declinare ad ipsam videtur, quasi omnis voluptas eiusmodi sit. non est enim multitudinis distinguere. Videntur igitur verę orationes non solum ad cognoscendum, sed ad vitam quoque ipsam esse vtilissimæ. cum enim rebus consentaneæ sunt creduntur: atq; ita audientes ad vitam, sicut ipsę præfinierit, traducendam incitant. Sed de his satis. Ea nunc, quę de voluptate dicuntur, persequamur.

A DETERMINATIO DECIMI TRACTATVS LIBRI NICOMACHIAE.

ARISTOTELIS.



Post hoc autem conueniens est vt sequatur sermonem in dilectione
sermo in delectatione: eo ꝙ videtur in pluribus rerum ꝙ ipsa ap
proprietur generi nostro, & ꝙ sit naturalis nobis. & propter hoc
instruuntur adolescentes, quatenus assuescant delectari secundum
ꝙ oportet, & tristari prout oportet. Videtur. n. ꝙ gaudere cũ quo
oportet, & refutare quod oportet fortem relinquat sigillationem in moralitate.
& quando ad hoc diligenter intentũ fuerit in tota vita, erit ei potentia & im-
pressio magna in beatitudine in vita. homines nãq; in vita sua eligunt delectãs
& fugiunt contristans. & propter hoc conueniens est vt putetur ꝙ dimissio de
lectationis & tristitiæ in hac sit innaturale: & quoniam paruum sit, vt oporteat
intendi illud. D. Et propter hoc oportet perscrutari de ea an bonum sit, aut nõ
& iam etiam oportet vt perscrutemur de hoc: eo ꝙ contentio multa in hoc est
inter homines. Quidam enim dicunt ꝙ delectatio est bonum. & quidã ipsorum vi
B dicit ꝙ sit delectatio scdm huius diuersum, & ꝙ omnis mala & vilis, & quidam
ipsorum iam supposuit ꝙ ipsa sit malitia, & credidit illud. & quidam ipsorũ nõ
... neque credidit ipsum: veruntamẽ reputauit optimũ in nostro viuere et in
vita nostra, vt vilipendamus ipsam. & dicamus eam esse malitiam, etsi non sit
malitia. nam plures hominum declinant ad eam: & declinatio ad ipsam alienat vel
elongat ab honesto & vtili. & pp hoc oportet vt homines deducantur & facto
& dicto in regimine ad contrarium huius. quando enim sic processum fuit cũ ho
minibus, possibile est vt per hoc conuertantur ad mediũ, qd non impedit ne-
que ... coniunctionẽ. Et forsitan multi ex his, qui dicunt ꝙ delectatio
malitia est, non persuadent dictione sua, cum videatur operatio eorum diuersa
ab ea. etenim sermones, qui dicuntur in vituperatione passionũ, minus persua-
dent ꝙ dimissio illarum passionum: & dimissio earum magis psuasiua est. qñ
enim quis statim diuersatur in operatione sua a suo dicto, vilipenditur p dictum
suum, neq; curat aliquis credere ei. si enim ille, qui vituperat delectationẽ, aliqñ
visus fuerit appetere ex ea aliqd & eligere, reputabitur declinare ad eam, &
ꝙ vniuersum delectationum omnium in electione est apud ipsum vt illud, ete-
nim distinctio inter illud, quod eligendum est extra qd ipsa, & qd nõ, non est
apprehensa a pluribus hominum. Et pp hoc videtur ꝙ auditio sermonũ vero-
rum non sit proficiens in sciẽtia tantũ, sed & in vita, intendo in operatione, qñ
C fuerint conuenientes operationi dicentium. etenim creduntur sermones tunc, Tũc credun
quando concordant operationibus. & propter hoc suggerunt intelligẽtibus vt tur sermões,
sit vita eorũ scdm istas actiones, quibus concordat dictio & operatio. D. Cũ aũt cum concor-
sermones, qui hic dicuntur, sunt quidẽ in materiebus habẽtibus se sic vt in plu- dant opera-
ribus, tunc incipiamus locutionẽ in delectatione scdm illam maneriẽ sermonũ. tionibus.

Opinio Eudoxi de uoluptate. Cap. II.



Eudoxus quidem uoluptatem bonum ipsum esse existimabat, propterea quod omnia uidebat eam appetere, tam quæ prædita essent ratione, quam quæ ea carerent: atque in omnibus quod est expetibile, id honestum: & quod maxime huiusmodi, id præstantissimum esse cernebat: omnia autem ad idem ferri, id omnibus esse optimum indicare: unum quoque. n. quod sibi bonum esse, inuenire, non secus atque ali

mentum. quod igitur omnibus esset bonum, quodq; omnia appe[illegible] rem, ipsum bonum esse conficiebat. Cuius sane ration[illegible] virtutem magis quam propter seipsas credebantur præc[illegible] perans esse videbatur: vt non vt amicus voluptatis putaret[illegible] cere sed quia ita re vera esset. Nec minus autem ex cõ[illegible] hæc di- manifestum idem esse existimabat. dolorem enim p[illegible] fugiendum esse, contrarium autem simili modo expetendum. [illegible] me autem id esse expetendum dicebat, quod non ob aliud, [illegible] terius causa eligeremus. huiusmodi vero procul dubio volu[illegible] se quippe cum a nemine requiramus, cur voluptate a fi[illegible] quod expetenda per se ipsa voluptas sit. Et cuius ex bonis adiun[illegible] gendum magis ipsum reddere: vt iuste agere, & temperan[illegible] tique bonum ipsum seipso. Sed hæc quidem ratio videtu[illegible] se ipsam ostendere, nihilo tamen magis quam, aliud quippia[illegible] enim bonum * cum altero magis expetendum est quã so[illegible]um. [illegible] iusmodi sane ratione Plato quoque voluptatē ipsum pe[illegible] se b[illegible] destruit: iucundam enim vitam cum prudentia quam sine pru[illegible] esse magis expetendam. quod si mistū est præstantius ipsum per [illegible] bonum voluptatem non esse quippe cum ipsum per se bonum n[illegible] re ipsi adiuncta magis expetendum efficiatur. Perspicuum autem est ipsum per se bonum neque aliud quicquam esse posse, quod [illegible] alio ex iis quæ per se sunt bona magis expetendum fit quo[illegible] igitur est eiusmodi, cuius etiam nos participes sumus tale enim [illegible] quod quæritur. Nam qui id bonum esse negant, qu[illegible] d omn[illegible] tunt: nihil dicunt. quod enim omnibus videtur, id esse a[illegible]rma[illegible] qui vero hanc fidem tollit is non admodum probabiliora dicturus [illegible] nam si mente carentia hęc appeterent, esset sane aliquid quod, dici- tur: at si etiā ea quæ prudentia sunt prędita, quo modo dicere a[illegible] possunt. Fortasse vero in prauis quoque naturale quoddam bonum est præstantius quam ipsa per se sint: quod proprium bonum appetit Sed neque de contrario recte esse dictum videtur, non enim si dolor est malum, continuo voluptatem esse bonum inquiunt. oppo[illegible] siquidem malum malo esse aiunt & vtraque ei quod neutrum [illegible] Nõ male sane hæc dicentes non tamen vere. si enim vtraque essent ma- la, fugienda quoque vtraque esse oportebat: si neutra, neutrum au[illegible] si militer, Sed illum quidem fugere vt malum. hanc expetere vt bonũ videntur. ita igitur etiam opponuntur.

* a.l. φ cum altero magis expetendũ est φ so- litariũ mi nime est.

Dixit. Diximus igitur φ Eudoxus ęstimabat, φ omnis delectatio bonum, ex hoc φ videbat oīa appetere & desyderare ipsam, quę habent rationē, & quę non habent rationem, & mouentur ad ipsā ex seipsis, & electam emerito, quod ęst bonũ per se, est illud, ad quod mouentur oīa ex seipsis, etenim bonũ & pulchrũ per se est optimũ vniuersitatis rerũ, delectatio ergo ex modo, quo pertinet oībus, est bona per se: & quod est bonum per se, optimum est omnium rerum: delectatio ergo est optimum oīum rerum, & hoc est vt dispositio in bo[illegible] tate nutrimēti, oīa. n. appetunt ipsum, & est bonum per se: & etiam [illegible] desyderant omnia, bonum est omnibus: & delectationem desyderant oīa [illegible]

A ... bona omnibus. D. Per istas igitur ratiocinationes persuasum fuit huic vi ... omnis delectatio bonũ. Et attestabatur his sermonibus, quos dixit vir... moralis, quam habebat; cum dignius sit credere huiusmodi sermones, cum ... cordat eis operatio q̃ cum operatio discordatur eis. fuit.n. vir iste habens tẽ... prout oportuit. & non dicebat istos sermones, quia esset amator dele... sed quia videbatur ei in rei veritate sic esse. & hoc etiam declaratur ex eius contrario declaratione non minus digna præcedente, si enim a tristitia fugiunt vniuersi, eius contrariũ, & est delectatio, electum est ab vniuersis. Amplius illud quod eligitur propter se, electius est electo propter aliud. & de delectatione manifestũ est eũ hac dispõne. qd.n. eligitur per aliud de eo, quęritur, quare est eius electio, sed circa delectationẽ non quęritur p aduerbium, quare. ... non dicimus quare quęrimus delectationẽ. cũq; sic sit, electa est delecta... per se. Amplius qñ ipsa additur alicui bonorum, sit illud bonũ magis eligi... & melius: vt actio iustitię & actio castitatis: intendo q, quando coniuga... delectatio actionibus nobilibus, fiunt perfectiores: intendo q delectetur agẽs ... D. Et videtur q ista dictio propinque sit vt indicetur ex ea, q de... ex bonis est. omne enim, quod additum bono facit ipsum melius, bonũ ... Dixit. Et huiusmodi loco, i. pari argumento sumpto a digniore, & potiore ... Plato delectationem esse bonũ. dicit.n. si delectabilis vita dignior est eli... cum intellectu fuerit q̃ absq; eo, non est delectatio bona per se. Nõ

B ... est possibile vt si aliquid eligibile per se, & quando ei additum fuerit bo... aliquod, fiat magis eligibile, q tã fuerit, eo q oportet vt nõ sit istud eligibile per se, antequã addatur ei illud, aut ipsum addatur illi. iterũ igitur non est de ie... eligibilis per se. & hoc est, quod quęrebatur: intendo an est bonum p se, ... D. Qui aũt vertunt hanc propositionẽ in vniuersalẽ, dicentes q nulla delectatio bonũ, fortasis non dicunt dictionẽ sufficientem, cum dicant q illud, quod oĩa appetunt, non est bonũ. & qui dicunt istud, non dicunt aliud, q̃ q illud, quod videtur oĩbus bonum, non est bonũ: & vniuersaliter qui contradicit huic propositioni, non põt contradicere ei per aliquid, quod sit pluris sufficiẽ... q̃ ipsa. & qui contradicit huic dictioni, desyderat quidem ex dictione qd ... intelligitur. D. Si aũt iam dixit hãc dictionẽ dictor eius per opinionẽ ali... & ratiocinationes aliquas declaremus nos, qm̃ quod dixit in hoc, nõ ha... sufficiẽtiã. Nos igitur dicimus, q in rebus malis fortasis est bonũ aliquod naturaliter, & amat bonum illud res illa, cui illud est propriũ: & sic est res in delectatione, si ponatur esse mala. nihil ergo prohibet vt sit in ea bonum aliqđ naturaliter. D. Et similiter videtur q non sit dictio bona, cum qua contradixe... ...is: intendo dicentes q delectatio sit tota malum propter rationẽ cogen...

C ...em eam esse bonũ, quando dixerunt domini istius dictionis, q tristitia si est malum, oportet vt sit delectatio, quę est contrariũ eius bonum. contradixerunt.n. huic dictioni p hoc, quod dixerunt, q possibile est vt cõtrarietur malum malo. ... q non sequitur ex esse tristitiã malam, & esse delectationem contrariã ..., vt delectatio sit bonũ. Et dictio ipsorũ hęc nõ est dictio sana, neq; fecerũt ... in hac contradictionẽ. etenim si fuerint ambo mala, intendo delectatio... & tristitiam, erit fugiendum ab ambobus. sicut enim ea, a quorum neutro ... est, consimilia sunt in bonitate, sic ab his, quę consimilia sunt in ma... fugiendum est ab vtrisq;: et ea, a quorũ vtroq; fugitur, consimilia sunt in ... & vniuersaliter de apparẽtibus p se ipsa est q homines fugiũt a rebus ... naturaliter, & appetunt res bonas, & diuersantur quidem, eo q quidam ... vident de re vna q bonum; & quidam eorum vident in ipsa q malum.

Dicentium voluptatem non esse bonum confutatio, & si non omnis expetibilis sit. Cap. III.

AT enim neq; si ex qualitatibus non est voluptas, propterea neque ex bonis eam esse censendum est, nam neq; virtutis opera-

tiones sunt qualitates, neq; felicitas. Dicunt etiam bonum definitum esse, voluptatem vero indefinitam, propterea quod admittit, vt magis & minus fieri possit. at si ex voluptatis susceptione id iudicant, idem & in iustitia, & in reliquis virtutibus eueniet, ex quibus euidenter magis & minus eiusmodi homines esse affirmant: iusti enim & fortes magis sunt: fit etiam, vt & iuste & temperanter magis & minus agamus. Sin autem in voluptatibus ipsis hoc statuunt: videant ne non dicant causam huiusce rei, si aliæ mistione omni vacent, mistæ aliæ sint. Quid prohibet autem quia sicut sanitas, quæ cum definita sit, admittit tamen, vt esse magis ac minus possit: ita quoque esse voluptatem dicimus? non enim contéperatura eadem in omnibus: neq; vna quædam semper in eodem est: sed remittitur. atq; aliquandiu perdurat? eoq; differt, quod magis, & minus inest. Tale igitur quippiam in voluptate quoq; esse potest. Præterea cum perfectum ipsum per se bonum, motiones vero & generationes imperfectas esse statuant: voluptatem motionem esse & generationem conantur demonstrare. Sed non recte dicere id videntur. neque motionem eam esse verum est. motioni enim omni propria esse tarditas & celeritas videtur: & si non per se ipsam, vt motui mundi, at ad aliud. voluptati vero neutrum horum inest. fieri enim potest vt cito quispiam voluptatem perceperit, sicut vt iratus sit; vt autem percipiat, minime: neq; ad alterum. vt ambulet vero, & crescat, atq; omnia huiusmodi, potest. Ac mutari quidem in voluptatem cito & tarde licet: operari autem ex ipsa, idest voluptate affici, cito, non licet. Quo pacto item esse generatio potest? non enim ex quolibet quodlibet gigni videtur, sed in illud dissolui vnumquodq;, ex quo generatur. & cuius generatio est voluptas, dolor eius corruptio erit. Dicunt item dolorem indigentiam eius esse, quod secundum naturam est: voluptatem repletionem. at hæc corporis sunt affectiones. si igitur voluptas eius quod est secundum naturam repletio est: illud in quo repletio fit, esset id quod voluptatem percipere: corpus igitur id esset: sed non videtur. voluptas igitur repletio non est: sed vnusquisq; & voluptate affici dum fit repletio: & dolorem percipere, dum secatur, consueuit. Opinio aūt hæc ex voluptatibus & doloribus circa alimentum euenientibus videtur extitisse. vbi enim indigi effecti fuerint, atq; ob id dolore pręoccupati. percipere voluptatem ex repletione aiunt. At hoc non circa omnes voluptates accidit, dolore enim vacant tum disciplina res: tum ex iis quæ sensus afficiunt, illæ quæ olfactu, quæ auditu, & visu percipiuntur. Multæ item recordationes, & spes huiusmodi sunt. Cuius igitur hæ erunt generationes, cum nullius rei præcesserint indigentiæ, cuius repletiones esse hæ possint? Aduersus eos aūt qui probrosas voluptates producūt, dicere quispiam posset non esse ea iucunda. non enim si male affectis iucunda sunt, iccirco absolute quoq; esse ea iucunda existimandum est: sed ipsis illis tantummodo,

quēadmodū

A quemadmodum neq; salubria aut dulcia, aut amara, quæ ægrotantibus: neq; alba, quæ lippientibus esse huiusmodi videntur. An ita quoq; dici posset, expetendas quidem esse voluptates: non tamen ex his. quemadmodum etiam diuitem esse, expetendum est: sed non ex proditione: & sanum esse item: sed non ex cuiuslibet rei esu. An specie differunt voluptates. quæ enim ex honestis rebus existunt diuersæ ab illis sunt, quæ ex turpibus percipiuntur. neque fieri potest vt iusti quispiam voluptate afficiatur, nisi sit iustus: aut musici, nisi sit musicus: atq; in reliquis simili modo. Declarare autem videtur etiã amicus ab adulatore diuersus cum sit, non esse bonum voluptatem: aut voluptates esse specie diuersas. hic enim ad bonum versari: ille ad voluptatem videtur. atq; illud probro datur: hoc laudi est: vtpote cũ ad alia, atq; alia versentur. Nemo præterea expeteret vel viuere ita, vt pueri mente præditus illis voluptatibus, quàmmaxime fieri potest, afficeretur, quibus pueri oblectari consueuerunt. vel turpe aliquid agendo ita gaudere, vt nullũ vnquam dolorem percepturus sit.
B Et circa multa studium adhiberemus, et si nullam afferrent voluptatem: vt videre, meminisse, cognoscere, virtutes habere. ꝙ si hæc voluptates necessario consequuntur, nihil refer. expeteremus nanq; ea nihilominus, licet etiam nulla inde voluptas exoriretur. Voluptatẽ igitur neq; esse ipsum per se bonum: neq; omnem esse expetendam: nonnullasq; esse per se expetibiles, quæ differant aut specie, aut iis à quibus eueniunt: planum videtur. Ac de iis quidem quæ de voluptate & dolore feruntur, satis dictum sit.

Dixit. Et dictio dicentis ꝙ delectatio non est bonũ: eo ꝙ non est qualitas, & virtutes, quę sunt bonum, qualitates sunt, non est cogens. etenim actiones virtutum, & felicitas fortunę non sunt qualitates, & sunt bonum. D. Dictio autem, ꝙ bonũ terminatum est, & ꝙ delectatio non est terminata, eo ꝙ recipit magis & minus, non cogit vt nõ sit delectatio bonũ. hęc enim species iudicij verax est de iustitia & cęteris virtutibus. additio nãq; & diminutio sequitur cęteras virtutes. & medietates in eis, quę sunt inter extremitates, quę
C sunt virtutes habentes latitudinem. & per hoc etiam fit iustitia quędam magis alia iustitia, & fortitudo magis fortitudine. & quando fuerit possibile vt sit minus & magis in iustitia & castitate, erit similiter possibile vt sit minus & plus in delectatione, D. Et fortassis si dixerint ꝙ qualitates quędam mixtę sunt, & quędam simplices: & ꝙ propter hoc quędam recipiunt magis & minus non propter hoc, quoniam virtutes, & quędam earum irreceptiuę sunt huius, & hoc est eis per hoc, ꝙ virtutes non poterunt inducere causam huius, D. Et quid prohibet, vt quemadmodum sanitas terminata recipit magis & minus, similiter sit etiã de delectatione: intendo vt sit terminata. & recipiat magis & minus. igitur in nobis etiam est ne concedamus ex esse eã receptiuam magis & minus, esse eam non terminatam. etenim ęqualitas, verbi gratia sanitas non est vna eadem in omnibus speciebus: in equo nanq; alia est, & alia in homine. neq; in vna eadem specie eadem in omnibus horis: sed interdum magis, interdum minus. possibile est ergo vt sic se habeat delectatio, & sit bonũ. D. Et ex dictionibus istorum etiam est, qm̃ sunt perfecta & completa: & ꝙ q̃m motus & generationes nõ sunt cõpleti: concludatur ergo ab eis ex hoc, ꝙ motus & generationes non sunt bonũ, quando ergo adiunguntur huic ꝙ delectatio, generatio, & motus, sequitur vt non sit delectatio bonũ, D. Videtur autẽ ꝙ

non sit hęc dictio bona. non .n. delectatio motus. vniciuiq; .n. terum mouentiũ
est velocitas propria, & tarditas propria, qñ fuerit mutatio ei per se, quando D
vero non fuerit ei mutatio per se, sed per comparationẽ ad aliud: vt mutatio, quando
est scienti ex ignorantia ad scientiam, tunc statim fit relationis & ad aliquid,
& nõ est in relatione motus impossibile est aũt vt delectationi inueniatur velo
citas & tarditas: cũ non sit ei mutatio per se. attamen possibile est hoc inueni
ri ei per accidens ex parte mutationum eius quod consequitur delectatio. & p
hunc modũ possumus dicere q talis delectatur velociter, quẽadmodũ dicimus
irascitur velociter: nõ q delectatio ipsamet aut ira ipsamet velox sit & tarda:
sicut motus, quẽ sequitur delectatio, velox & tardus, vt delectationes quę se
quuntur ambulationẽ, & bibitionẽ, & alia ab his. Etenim delectatio sequitur
ista velociter aut tarde: ipsius vero met delectationis non est possibile, vt sit
aliquid tardũ aut velox. & est quidẽ istud taliter, eo q delectatio de relatione
est: mutationes, quas sequitur delectatio, non sunt de relatione: & non est possi
bile de delectatione vt sit sempiterna: neq; est possibile vt referatur ad aliud
aliquid prӕter id cuius est. D. Iam autem putatur de delectari q sit motus per
modũ aliquem, non tamen de delectatione coniugata cum quacunq; apprehen
sione putatur hoc, sed de coniugata cũ apprehensione, in qua mutatus appre
hensor: & cuius generatio est delectans, huius corruptio est contristans. D. Et E
iam dicunt q tristitia est propter defectũ rei naturalis, & delectatio cõplemen
tũ huius defectus. & hoc erit apud fieri huius defectus: non apud expletionem
eius actu. & si sic est, erit delectatio fieri, vel generatio non complementum:
ideo q quando pręceditur fieri rei deficientis, tristatur corpus sentiens, & si
sic est, ergo delectatus per ipsam, est deficiens, & etiam ipsam in seipsa dele
ctus est, cũ sit fieri, vel generatio. D. Istud vero non putatur de omnibus de
lectationibus, sed conuenit quidem delectationibus, quę fiunt propter tristitiã
nutrimenti: intendo q delectationẽ nutrimenti pręcedat tristitia famis: & ipsa
met inueniatur apud vsum nutrimenti. In cęteris autem delectationibus non
accidit istud, vt in delectationibus, quę fiunt propter scientias disciplinales. nõ
enim pręcedit eas tristitia, neq; eas quę fiunt per tactum: quanto magis neq;
eas, quę fiunt per intellectũ. & similiter quę fiunt per odoratũ & auditum,
& visum non pręcedit tristitia, & pręcedit quidem ista spes, & est delectans.
Istę igitur delectationes non sunt generationes, neq; etiam suppletiones defe
ctus, cum non pręcedat eas defectio, ac si sit delectatur per ipsas deficiens nõ
completus. D. Delectationibus autẽ vituperatis apud homines, quas sequuntur
quidam hominũ, fortassis non est dicendũ q sint delectabiles scdm veritatẽ.
quamuis .n. delectabiles sint eis, quorum animarum dispositiones sunt disposi
tiones prauę, nõ tamen propter hoc oportet vt dicantur esse delectabiles in rei F
veritate & simpliciter. sed si absolute dicatur de eis nomen delectabilis, intel
ligendũ est in comparatione ad alios, quemadmodũ .n. non putandũ est illud,
quod dulce est aut amarum apud infirmos, esse sic scdm veritatem: aut quod
album apud lippos, album scdm veritatem, sic est de re delectationis apud vi
ros prauitas: intendo q delectabilia non sunt examinanda apud gustus illo
rum: sicut neq; examinanda sunt nutrimenta apud gustus infirmorũ. D. Et fot
tassis delectatio eligibilis est, nisi q non eligibilis, modo quo eligunt eam pręс
dicti. quemadmodum dicimus q diuitiӕ eligibiles: sed non vt fraude aut de
ceptione acquirantur. & similiter sanitas eligibilis est, sed non vt eius, cuius
sanitas contingit ex quacunq; comestione, sed cuius sanitas fit ex comestione
rerum sanatiuarũ. D. Et fortassis differunt delectationes in seipsis, eo q dele
ctatio ex rebus pulchris alia est a delectatione, quę ex rebus turpibus, & om
ni actui est delectatio propria. & non est possibile vt delectetur is, de cuius na
tura non est vt agat aliquem actum delectatione illius actus. vt q non est pos
sibile vt delectatione iusti delectetur, qui non est iustus, neq; delectatione mu
sici, qui non est musicus: & similiter in cӕteris actibus. D. Et videtur esse
apparens. quoniam amicus alicuius alius est a conueniente: & quoniam dele
ctatio vtrorumq; propter hoc non est vna, sed diuersa, de altero enim eorum

A patator, ꝙ eius associatio est propter vtile quidem: intendo eū qui dicitur conueniens: & de altero quidē propter delectationē ex amicitia. & propter hoc vnus eorū vituperatur, & alter laudatur. D. Et cōueniens est ne sit omnis delectatio bonū. nullus .n. eligit ne faciat decens in longitudine vitę suę, & habens intellectū puerilem. & delectetur in tota vita sua eo, quo delectātur pueri in plurimum. neq; eligit delectationem cum actionibus turpibus. Homines .n. naturaliter student, & nituntur ad actiones pulchras, cum non fuerit in eis tristitia, etiam si non sit in eis aliquid delectationis: vt est speculatio, & cogitatio, & rememoratio, & scientia virtutum, & operatio earum. quando vero fuerint delectationes coniugatę eis, tunc nullus declinat electionem istorum: neq; oportet vt sit in electione eorū quicquā diuersitatis. forsan etenim pręeligenda sunt hęc: & si non sit ex eis delectatio, qualiter ergo erit in entibus? D. Manifestum est ergo ex his quę dicta sunt, ꝙ non omnis delectatio bonum: neq; omnis malum. etenim delectationes diuersæ sunt formę: & in eis est quod est electum per se, & quod est non electum.

Quidnam sit uoluptas, & quo modo operationem perficiat. *Cap. IIII.*

B 
Vidnam autem sit voluptas, aut qualis, clarius fiet, si disputationem à principio repetamus. Visio enim quocunq; tempore esse perfecta videtur. nulla enim re deficit, quæ postea succedens speciem eius perficiat. huic similis quoque voluptas est. totum siquidem quoddam est: neque vllo in tempore statuere aliquis voluptatem posse, cuius, si longiore fieret tempore, species perficeretur. Iccirco neque motio est. in tempore enim fit omnis motus, & cuiusdam etiam finis est. vt ædificatio tunc perfecta est, cùm fecit id quod appetit, vel in omni videlicet tempore, vel in hoc. nam in partibus téporis imperfectæ omnes, & à tota, & inter se sunt specie diuersæ. lapidum siquidem compositio diuersa à columnę virgatione: atq; hæ vtreq; à templi extructione differunt. templi enim effectio, cùm nulla re deficiat ad propositū, perfecta est: fundamenti vero, & triglyphi fabrica est imperfecta: quippe cū vtraq; partis sit. Specie igitur differunt. neq; fieri potest vt in vnoquoq; tempore motionem specie
C perfectam sumamus, nisi in toto. Simili modo quoq; in ingressione, & cæteris. nam si delatio est motio quæ alicunde aliquò fit: eius differentiæ sunt secundū speciem, volatus, ingressus, & saltus, atq; huiusmodi. neq; tantū hoc modo, verū etiam in ingressione ipsa differentia est: nā alicunde & aliquò non idē in stadio & in parte eius est, & in alia, atq; alia parte: neq; percurrere lineam hanc, & illā. non solū enim lineam, sed in loco constitutam pertransit: in diuerso autem hæc, quàm illa est. Sed accuratius de motu alibi iā diximus. Videtur autem non in omni tempore motio esse perfecta: sed plęręq; imperfectæ. & specie differentes: siquidem alicunde aliquò speciē earū efficit. at voluptatis in quolibet tempore perfecta species est. perspicuum igitur est, & diuersas has inter se esse: & voluptatem quippiam ex iis esse, quæ integra ac perfecta sunt. Hoc autem ex eo etiam videre-

tur, q moueri nisi in tempore quippiam non potest: voluptate autē affici potest. quod enim in ipso nunc fit, totum quoddam est. E his D autem manifestum est, non recte dicere eos qui voluptatem esse motionem, vel generationem asserunt. non enim omnium hæc dicuntur: sed partibilium, & eorū q tota minime sunt. nā neq; visionis generatio est, neq; puncti, neq; vnitatis. neq; enim horum quippiam motio aut generatio est. igitur nec voluptatis quoq; erit: quippe cum totum quoddam sit. sed sensus cuiuslibet, cum circa sensibile nitim operatur. Perfecte autem eius qui bene est affectus, circa pulcherrimum ex iis quæ sensui subiiciuntur. tale enim quid maxime esse perfecta operatio videtur. Vtrum autem ipsam sensum, an id in quo ipse est, operari dicamus, nihil interest. in vnoquoq;.n. optima eius est operatio, quod optime affectum est erga præstantissimū ex iis quę ipsi subiiciuntur. Atq; hęc perfectissima esset, ac iucundissima. In omni enim sensu voluptas est: in omni item simili modo intellectione & cōtemplatione. iucundissima autem ea est, quæ perfectissima: at perfectissima eius est, quod bene affectum est erga optimū eorum quæ ei E subiiciuntur. operationem vero voluptas perficit. Non eodem tamen modo & voluptas perficit, & sensibile,* & sensus, cū bona sint. quemadmodum neq; sanitas & medicus simili modo in causa sunt, vt sani simus. In vnoquoq; autem sensu voluptatem fieri perspicuū est: quippe cū & visiones, & auditiones esse iucundas dicamus. patet enim profecto eas vel quam maxime esse, si & sensus præstantissimus sit, & circa tale quippiā operetur. nam si huiusmodi sunt & quod sentitur, & quod sentit: semper existet voluptas, modo adsit quod agat, & quod afficiatur. Perficit autem operationem voluptas, non vt habitus quidam inest, sed vt finis superexoriens: perindeatq; venustas iis qui in flore ætatis constituti sunt. quousq; autem sensibile vel intelligibile, & id quod iudicat, vel contemplatur tale fuerit, quale esse debet: in operatione inerit voluptas. cum enim id & quod vt afficiatur, & quod vt efficiat idoneum est, similia sunt, & inter se eodem F modo sese habent: idem fieri natura consueuit. Quo modo igitur fit, vt nemo assidue voluptate afficiatur? An defatigatur? omnia enim humana ad assidue operandum imbecillia sunt. quocirca neq; voluptas assidue euenit: operationem enim consequitur. Nonnulla tamen sunt quæ cum noua sunt, oblectant: postea vero non simili modo, hanc ob causam: quia primum incitatus animus est, in eorumq; operatione intentus, quemadmodum in visu faciunt, qui inspiciunt: postea vero operatio eiusmodi non amplius fit, sed neglecta. vnde etiam voluptas hebetatur. Omnes autem voluptatem appetere propterea vnusquisque existimaret, quia viuere omnes appetunt. vita vero operatio quædam est. Et circa ea vnusquisque & iis operatur, quæ vel maxime placent, vt musicus auditu circa modulationes: discendi studiosus mente circa contemplationes: atque ita singuli ex

Operationē voluptas pficit.

* a.l. sensum

ceteris. voluptas vero operationes perficit: & viuere quoq; ipsum, quod appetunt. merito igitur voluptatem etiam appetunt, quippe quæ viuere ipsum quod expetendum est, perficiat. Verum vero vitam ob voluptatem, an voluptatem ob vitam expetamus, in præsentia omittatur. coniuncta enim hæc inter se ita sunt, vt separari nullo modo queant: quippe cum & sine operatione non fiat voluptas, & operationem omnem voluptas perficiat.

I xii. Iam itaq; dictus est sermo sufficiens in delectatione an bonū an nō. D Quid vero sit delectatio, aut q̄ res est delectatio, fortasse manifestius fiet, quādo cœperimus in reuersione rememorationis eius ex principio. Dicimus ergo, qm̄ putatur ꝙ actus visus est penetratio in aliqua hora. & hoc fit, qm̄ visus non indiget aliquo, quo cōpleatur forma eius, immo est s̄cdm cōplementū eius vltimū, & delectatio similis est huic: eo ꝙ ipsa existit completio vi sui completiori. si ergo hoc sic est, delectatio etiā est cōplementū & forma, non motus. & propter hoc non est possibile alicui vt apprehendat delectationē in tempore, donec sit ex delectationibus ꝙ existat in tempore minus aut plus. etenim omne quod apprehenditur in tempore, est in motu, & nondum completur forma eius, & propter hoc ꝙ delectatio est cum cōplemento formę, & non in

B tempore. Et propter hoc non est motus. omnis enim motus in tempore, est habens complementum quod non est in tempore verbi gratia, ędificatio magis completa est in postremo temporis, in quo perficitur eius actio, quam in vniuerso temporis in quo fit. in postremo autem temporis, in quo fiunt motiones, non est completa, sed diuersa per formam: intendo ꝙ partes motus vnius eiusmodi iam diuersificantur adinuicē s̄cdm formam: & sunt etiā diuersæ a toto ipsarum s̄cdm formā & cōplementū: intendo finē motus. positio namq; lapidū diuersificatur ab erectione colūnarū s̄cdm formā: & ista ambo diuersificantur a figura domus, quę est complementū tempori, cuius partes sunt cōpositio lapidū, & excisio colūnarū. & quod similatur his ex partibus ędificationis, & inter dispositionem cōpositionis & situs lapidum, & dispositionē erectionis columnarum, & inter dispositionem domus differentia est, quamuis enim conueniant in eo, ꝙ sunt dispositiones, tamen dispositio domus diuersificatur a dispositione compositionis lapidum, & a dispositione erectionis columnarum per hoc, ꝙ dispositio domus completa est, eo ꝙ non est subiecta ad aliquid, cum nullius egeat, per quod sit eius complementū. dispositio autem compositionis lapidum, & dispositio erectionis columnarum, & quod similatur his ex dispositionibus, quę subiectę sunt dispositioni domus, non sunt completę: eo ꝙ quęlibet earum subiecta est formę domus. eo modo quo diuerę subie-

C ctę sunt dictionibus, Et pp hoc partes motus: & cōplemētū earū diuersificantur s̄cdm formā. & non est possibile inueniri motū complementū s̄cdm formā in tpe: nisi forte sit motus circularis totius. Cęteri vero motus transmutationis, vt ambulatio. & quod similatur huic, incōpleti sunt: eo ꝙ fiunt ex aliquo ad aliquid oppositū ei: & eo ꝙ isti motus ex aliquo ad aliquid non diuersificātur solum a motibus cōpletis. sed & partes motus vnius abinuicem. quēadmodum diximus. etenim motus, qui fit super hanc partē lineę, alius est a motu fiente super aliā partē eius. & vniuersum huius aliud est ab eo, qui fit super partē illam, quę est completio. & est quidē istud sic in motu transmutationis recto, eo ꝙ & si fit super lineā rectam, illa linea non est linea tantū, sed est quidē linea in loco, diuersificantur ergo partes motus propter diuersitatē partiū loci. D. Etiā exquisite perscrutatum est de motu in alia scientia. D. Et videtur ꝙ non sit omnis mutatio cōpleta in vniuerso partium temporis, in quo inuenitur illa mutatio sed in summa sui tantū. in cęteris vero suis partibus est incōpleta, sed diuersificatur s̄cdm formā. de re autem delectationis manifestū est, ꝙ de mutationibus completis in toto tempore vel in omni tempore, cūq; sit delectatio de rebus cōpletis: & completa diuersificentur adinuicē, manifestū est q̄ de-

lectationes diuersæ erunt adinuicē scdm formā,nō scdm partes: intendo φ par
tes delectationis vnius nō sunt diuersę ab aliis,sicut se habet in motu vno.Et
ex isto manifestū est φ delectatio nō est motus , & ex eo φ cōprehensio eius D
nō est in tpe , & omnis motus in tēpore.D. Veruntamen manifestū est etiam
propter quā causam putauerunt φ delectatio sit motus & generatio:eo φ ge
neratio non dicitur de omnibus rebus fientibus,sed dicitur quidē de generatio
ne rerū,quæ diuiduntur.rebus autē,quę nō diuidunfur,nō est generatio, ideoq;
non dicitur φ apprehensioni sit generatio,neq; puncto generatio,neq; vnita
ti. & sic se habet in delectatione: intēdo φ non est ei generatio:eo φ ipsa est
totum,intendo de indiuisibilibus.D.Et omnis quidem sensus agit scdm mensu
ram sensibilis.& agit actionem perfectā sensus,cuius dispositio est perfecta.&
dispositio sui sensibilis perfecta ēt. & dispositio relationis inter perfecta.ete
nim putatur φ bonitas actionis sit hoc:intendo vt agens sit in perfectiori dispo
sitione per quā est agens,& patiens in perfectiori dispositione per quā est pa
tiens. & relatio,quæ est inter ea in perfectiori dispositione,etenim differentia
magna est inter hęc,vt agat res ens in perfectiori suarum in patiens ens in per
fectiori dispositionum ēt,& inter hoc vt agat in non perfectiori suarum dispo
sitionum, aut in patiens non ens in perfectiori dispositionum patiendi , aut vt
sit relatio inter vtraq; imperfecta . Cumq; hoc sic sit, fortasse erit actio ista in
sensibus motus perfectus, & delectabilis. & similiter se habet in cogitatione,
& in omnibus apprehensionibus,quas sequitur delectatio.Et propter hoc pos E
sibile est vt diuersetur delectatio apprehensionis penes diuersitatem actionū
apprehensionis. & delectabilior actionū apprehensionū est actio perfecta val
de.& actiones perfectę valde sunt illę , quibus sunt venustiores dispositionū
apud virtuosum valde ex rebus quas amat , & pp hoc est delectatio pfectiua
actionū;intendo propter esse eas esse amatas . Veruntamen perfectio,qua dele
ctatio perficit actionē,& perfectio,qua pficiunt,eam sensibile & sensus,nō est
vnius maneriei , & si sint res nobiles oēs:quēadmodū medicus & voluptas sa
nādi nō sunt causę vt fiat sanatio p modū consimilē:intendo non sunt ei causa
per modū vnum.D.Quod aūt delectatio inuenitur in omnibus sensibus, mani
festū est per se.nos etenim videmus visibilia delectabilia,& audimus voces de
lectabiles.& est manifestum ēt φ delectationes sensuum sunt vehementiores,
qñ sensus & sensibile vtraq; vigorosa furiosa fuerint:& qñ alterū agit & alte
rū patitur scdm suā vigorositatē:etenim qñ fuerit sensus & sensibile cū hac di
spositione,fit delectatio semper . Et causa existendi dilectionē est vt perficiat
actionē. Verūtñ suā perficere actionē nō est ita , vt delectatio sit dispositio in
actione, & cōplemētū ei: sed scdm φ est res sequens cōplemētū: vt pulchritu
do, q̄ inuenitur in iuuētute: intendo qm̄ pulchritudo est dispositio sequēs iuuē
tutē. non cōpletiua eius . D . quousq; ergo durauerit sensibile aut intelligibile F
scdm φ oportet,& qui iudicat de intelligibili & sentit sensibile scdm φ opor
tet, erit delectatio in actione.& hoc quādiu durauerit agens & patiēs & simi
lia:& fuerit relatio cuiusq; eorū ad suum compar scdm dispositionē vnā: inten
do impermutata erit ab eis actio per vnam naturā.D.Et pp istud non est possi
bile vt delectetur homo delectatione continua, neq; tristetur tristitia cōtinua:
eo φ oēs res humanę non possunt agere actionē cootinuā pp mutabilitatē con
similitudinis,quę est inter agens & patiens.& similiter est de relatione.D. Et
eo φ delectatio non est continua, fit φ quędam res exhilarant,& sunt bonę :
& post hoc nō sic se habet res in eis, & causa in hoc est,qm̄ cogitatio & ima
ginationes, quas sequitur delectatio,sunt in iuuentute vehementius agentes &
plures.& similiter est in sensibus:intendo qm̄ in iuuentute vehementius agūt:
vt qm̄ vident a longe in principio rei,deinde post hoc non possunt,immo actio
nes eorum debilitantur:ideoq; fit eorū delectatio debilior. D.Et fortasse putās,
putabit oēs nos amare vitam,& vita actus quidā est. Et vnusquisq; amat fa
cere actiones, quæ pertinent in vita rebus melioribus: etenim in his fit actus
eius melior.vt dominus musicę.ipse .n. amat actum auditus, qui est apprehen
sio melodię. & dominus doctrinę, qui amat actū cogitationis in opinionibus .

A & similiter est in omnibus actionibus pertinentibus ad vitam. & delectatio inuenta in eis est illa, quę complet istas actiones, & vitam, per quam fit desyderium istarum rerum. & quando sic est, tunc illi, qui desyderant vitam, desyderant delectationem: eo q ipsa perficit vitam, quę est electa. D. Et propter illud oportet sciri q non sunt nobis omittēdę actiones gratia delectationis. patet.n. q delectatio & actio cōiugatę sunt simul, & nō recipiunt separationē, nā non est delectatio absq; actione: & perficit quidem oēm actū delectatio.

Voluptates inter se specie differre. Cap. V.



Nde differre etiā specie videntur. quæ.n. specie diuersa sunt, a diuersis perfici existimamus, ita siquidem apparent & naturalia, & quæ ab arte efficiūtur, vt animalia, arbores, pictura, statuæ, domus, vas. simili modo quoque diuersas specie operationes a specie differentibus p fici putamus. mentis autē operationes ab iis quæ sunt sensuum, atq; hæ inter sese specie, differunt, quare etiā quæ ipsas perficiunt voluptates. Constare autē hoc ex eo etiam posset, q voluptas vnaquæq; ope B rationi ei affinitate est coniuncta, quā perficit. simul.n. operationem propria atq; affinis voluptas auget: quippe cum singula magis iudicent, absoluantq; exactus qui cùm voluptate operantur. vt qui geometricis rationibus oblectantur, geometrici euadunt, & singula magis intelligunt, atq; aduertunt. simili modo musicæ studiosi, & ædificandi, & cęteri alii in suo quisq; opere proficiunt, dum eo oblectāt, ac gaudēt. voluptates vero sunt quę incrementum exhibent. at affinia sunt & propria q̄ augent, q̄ autem diuersis specie sunt propria, inter se quoque specie differunt. Magis p̄terea inde hoc pateret, quòd voluptates quæ à diuersis eueniunt, operationibus sunt impedimento. studiosi enim tibiarū orationibus attendere nequeunt, si tibi canentem quempiam audiuerint. tibiæ cantu magis, quā p̄sente operatione oblectati. voluptas igitur q̄ ex tibiæ cantu prouenit, operationem circa orationem corrumpit. Id in cæteris quoq; vsu venit, cùm circa duo simul operatur quispiā: quę.n. est iucundior operatio, alteram C extrudit: atq; eo magis, quo in voluptate longius excelluerit: adeo vt ex altera operetur nihil. Atq; iccirco fit, vt cū aliqua re uehementer gaudemus, aliud quid nō admodū agamus: cumq; aliis leniter oblectamur, alia faciamus. vt in theatris bellaria esistant: id tunc maxime faciunt, cum viles certatores sunt. Q m̄ aūt propria voluptas exacte absoluit operationes, diuturnioresq; & meliores reddit: alienæ vero labefactant, ac perdūt: longe eas inter se distare manifestū est. Ferè.n. alienæ voluptates id faciunt quod proprii dolores. proprii enim dolores operationes corrumpunt. verbi causa si alicui vel scribere iniucundum est & molestū, vel ratiocinari: cū dolorem afferat operatio, fit vt is noq; scribat, neq; ratiocinetur. Ex ,ppriis igitur voluptatibus, & doloribus contrarium circa operationes contingit. propriæ autem sunt voluptates, quæ ex operatione aliqua per se existunt. alienæ ve-

ro aliæ appellantur, propterea q simile quid efficiunt, quod dolor. corrumpunt .n. veruntamen non simili modo. At vero cu operationes D
probitate & prauitate differant: & aliæ ex ipsis expetēdæ sint, aliæ fugiendæ, aliæ neutræ: simili modo voluptates etiā sese habent: in vnaquaq; .n. operatione propria voluptas existit, in bona honesta, in praua improba. Nam & cupiditates honestorum laudabiles, turpium vituperabiles sunt. Affiniores autem operationibus sunt voluptates q̄ in ipsis existunt, q̄ appetitiones. hę .n. & tēporibus & naturę disiunctę sunt. illæ adeo annexę operationibus sunt, adeoq; ab ipsis indistinctę, vt an idē cū voluptate operatio sit, ambiguū esse videatur. Non tñ voluptatē esse mentē, aut sensum putandū est: est .n. absurdū. sed quia nō separātur, esse idē quibusdā videntur. sicut igitur opationes, ita quoq; diuersæ voluptates sunt. Visus autē à tactu puritate differt: & auditus & olfactus à gustatu. simili modo quoq; differunt voluptates: atque ex his illæ quæ circa mentē existunt; & vtreq; à se mutuo. Esse vero vnicuiq; aiali propria voluptas, quēadmodū ēt opus videt: ea .n. est quę in operatione existit. id in vnoquoq; consideranti ita esse apparebit. equi siquidē, & canis, & hominis voluptas diuersa est. Quēadmodū Heraclitus inquit, asinos stramētitias paleas magis q̄ aurū esse delecturos: quippe cū asinis pabulū auro iucundius sit. Ac voluptates quidē eorū quæ specie diuersa sunt, specie differunt: quæ sunt eorūde, indifferentes esse consentanū est. in hoibus tamen nō parū variāt. eadē .n. alios dolore, alios oblectatione afficiunt, quibusdā molesta & odiosa, iucunda & amabilia nonnullis sunt. in dulcibus quoq; idē euenit: quippe cū nō eadē febricitanti, & sano esse huiusmodi videātur. neq; calidū quippiam imbecillo, & ei qui bono habitu prædirus sit. similiter in aliis etiam contingit. Videtur aūt in omnibus similibus id esse quod probro viro apparet. Quòd si hoc recte dicitur, quēadmodū videtur, & est: & vniuscuiusq; mensura est virtus, & bonus vir, quatenus est talis: voluptates quoq; erunt quę huic videntur, & iucunda ea quibus hic oblectatur. Si cui tamen ea videtur iucunda quæ huic sunt molesta, nihil mirū esse debet: multę etenim corruptelæ hoium, & labes contingunt. nō sunt nanq; iucunda: sed his, atq; ita affectis. Eas igitur quæ sine dubio turpes sunt, non esse dicendas voluptates nisi corruptis hominibus manifestū est. Ex iis veró quæ esse honestæ videntur, qualis, aut quęnam esse hominis dicēda est? An ex operationibus patet. has .n. ipsę voluptates sequūtur. siue igitur vna, siue plures sint perfecti & beati viri operationes: quæ has perficiunt voluptates, præcipue hominis voluptates esse dicerentur: reliquæ autem secundo loco, & ex parte aliqua, non secus atque operationes.

Vniuscuiusque mensura est virtus.

F

Dixit. Et ex hinc apparet q delectatio est diuersa. quod .n. perficit res diuersas scdm formā. diuersū est scdm formā. Et hoc patet ex rebus generatis a natura, vt aialibus & plantis: & ab arte, vt in imaginibus, & vasibus, & domo: intendo qm̄ ista, ex quo facta sunt ex rebus diuersis forma, sunt perfectiones earum diuersę forma, & similiter actiones diuersę forma, oportet

vt perficiantur etiam ex diuersificatis in forma. & propter hoc delectatio, quę
A rā intellectui, diuersa est a delectatione, quę est in sensibus: & delectationes sē
sū diuersificantur etiam a se inuicem secūdū formā. Et patet ꝙ delectationes
diuersificantur diuersitate actionū: eo ꝙ quamlibet earū figurat actio, quā ipsa
perficit. delectatio .n. propria facit vt crescat illa actio & augeatur. & causa
huc est: quoniam qui faciunt hoc quod faciunt cū delectationes. erit actio eorū velle
melius exquisita & plus perscrutata. vt qui delectantur per geometriā. ipsi, n.
perscrutantur. vnam quamq; rerū geometralium plus alijs. & similiter qui dele
ctantur per actiones musicę, sunt potentiores ad inquirendū neumata: & simi
liter qui amant ędificationes, sunt potentiores ad ędificandum. & vniuersali-
ter in omnibus agentibus addit delectatio in operatione sui propria. & cū hoc
crescit per eius crementū. & quæ crescit cum alio a se, est propria eius, ꝑ cu-
ius crementum crescit, & est alia ab ipsa per formā. D. Et fortasse patebit ex
hoc etiam ꝙ delectationes, quę fiunt ex actionibus quibusdā, prohibitiuę sunt
ab alijs: vt in viris concupiscentiarū, ipsi enim non possunt audire dictiones
& actiones boni, audientes vero tangentes citharam, quę gaudio sonitus eius
postponunt actiones, quas habent inter manus. & propter hoc cithara, & cęte
ra desyderia corrumpunt actionē, quę est per rationē. Et similiter accidit cęte
ris delectationibus ad se inuicem: intendo ꝙ quando fecerit homo simul duas
B actiones, quarū vtraq; habet delectationem propriam, impediet magis dele-
ctans alteram ab actu suo, et potissime faciet hoc, quādo fuerit excellentis de-
lectationis valde, donec permittat alteram agere. Et propter hanc causam,
quando ludimus cum aliqua re, non agimus rem aliam plus, ꝙ̄ illam, cum qua
ludimus propter victoriam delectationis ludi super delectationes reliquarum
actionum, & quando vicerit altera delectationum, erit actio alterius sine dele-
ctatione: eritq; actor eius ad modum illius, qui operatur ad desiderium allo-
rum: vt facit citharœdus vel tibicen in loco, ad quem conueniunt ad intuendū
eos cum mali fuerint, ipsi enim nituntur quidem ad psallendum propter illos,
qui intendunt ad ipsos, & non proprie delectationis causa. Et cū sic sit, patens
est ꝙ delectatio propria actionibus profundat actiones, & efficit eas durabilio
res, .i. in tempore longiori, & melius factas. manifestum est autem, ꝙ inter de-
lectationē extraneā ab actione, et inter propriā differentia est multa, & hoc,
quoniam delectatio extranea ab actione fere facit tristitiā propriā actioni: in-
tendo ꝙ impedit actionem: quemadmodū impedit eam tristitia propria sibi, et-
enim tristitię proprię actionibus corrumpunt actiones. verbi gratia, qui non de
lectatur ex scriptura & meditatione, si tristetur ex ipsis, non scribet neque
meditabitur. Et vniuersaliter accidit in actionibus cōtrarietas multa ex parte
delectationis proprię eis, & ex parte tristitię propria eis: intendo ꝙ actio, cum
qua contingatur delectatio sibi propria, fit secundū contrarium actionis. cū qua
C contingatur tristitia sibi propria. & fit quidem sic, eo ꝙ delectatio propria ex-
pedit actionem, & tristitia propria impedit ipsam, delectatio autem extranea,
vt iā dictū est. facit simile ei, quod facit tristitia proprie: eo ꝙ corrūpit actionē,
sicut corrumpit eam tristitia propria: quamuis non sit corruptio ambarum per
modum consimilem. D. Cum autem diuersentur actiones per diuersitatem vi-
rorum bonorū & malorum: intendo quoniam actiones virorum bonorum di-
uersæ sunt ab actionibus virorum malorum: & cum diuersentur etiam per hoc
ꝙ quędam earum electę, & quędam earum non electę, immo a quibus fugi-
endum est: & quędam earum quę neutro horum determinantur: manifestum
est ꝙ delectationes, quę sequuntur actiones, diuidendę erunt diuisione conti-
mili huic diuisioni, donec delectationes actionum electarum sint electę. & de
lectationes actionum fugiendarum fugiendę. etenim vnicuiq; actionum est de-
lectatio propria. & delectatio actioni nobili propria nobilis est: & delectatio
actionis prauę est extranea, contristans, vituperabilis valde. Et propter hoc
sunt desyderia rerum quidem decentium laudabilia: rerum autem turpium vi-
tuperabilia. D. Et delectationes, quę sunt actibus, magis proprię sunt acti-
bus ꝙ̄ desyderia ipsorum: eo ꝙ desideria actuum discreta sunt ab ei tempore

& natura: intendo ꝙ ipsa inueniuntur distincta ab actu. delectationes vero naturę propinquę sunt actibus,& non separantur ab eis, sed inueniuntur quidem coniugatę actui.& propter hoc dubitatur de eis,an sint ipsę & actus res vna eadem. Attamen palam est ꝙ delectatio intellectus non est intellectus,neq; delectatio sensus est sensus: hoc enim impossibile est . sed quoniam delectatio non separatur ab actu,ideo videtur quibusdā ꝙ sit res vna. & quēadmodum actiones distinguūtur a delectationibus,& sunt alię ab eis,sic & actiones distinguūtur abinuicē. Actio enim visuum distinguitur ab auditu,& olfactu , & a gustu & isti distinguuntur a se inuicem secundū distinctionem actuum.quod ergo est ex actionibus distinctum eius delectatio distincta est genere,vt distinctio visus ab auditu,& intellectus a sensu. Amplius hoc & quod est distinctū specie,eius delectatio distincta est specie: vt distinctio specierum intellectus abinuicē. D. Et videtur ꝙ vnicuique animalium sit delectatio propria , cum sit vnicuique animaliū actio propria, & sit vnicuique actioni naturali delectatio propria. & hoc apparet valde,qui inspexerit in vnaquaq; rerū.apparet ꝙ delectatio equi alia est a delectatione canis.& similiter apparet ꝙ delectatio hominis, quę appropriatur eis.est actionis quę appropriatur ei.& est delectatio actionis per intellectum, quę est alia a delectationibus cęterorū animalium , Sicut dixerunt quidā Antiquorum,ꝙ dignius est eligere apprehensiones ꝙ aurum: etenim et est nutrimentū.quod apud ipsum delectabilius est auro: & est apprehensio per intellectū.Dixit.Delectationes ergo,quę sunt in rebus entibus diuersis forma diuersantur forma.delectationes vero,quę sunt rebus eisdē, intendo non diuersificatis per formā,rectum est vt nō sint diuersę:quāuis iam inueniātur diuersę diuersitate nō parua in hominibus: eo ꝙ nos inuenimus res vna easdē delectātes quosdā & contristātes alios,& entes quibusdā molestas & odiosas,& alijs delectabiles & amatas.& hoc est,vt illud ꝙ accidit in rebus dulcibus, in quibus nō iudicat sanus & febriens iudiciū vnum : & vt in rebus calidis & frigidis,quę nō sunt apud debiles & fortes secundū vnā dispositionē,sed quosdam hominū delectat calidū,& alios frigidū.& simile huius accidit in vniuersis apprehensibilibus. D. Et videtur ꝙ in omnibus istis rei veritas se habeat , prout appareat viro bono:intēdo ꝙ delectabilia ex ipsis naturaliter & electa sunt ea, quę eligit natura viri nobilis. Et si sic est,tūc bene dictū fuit ꝙ virtus est mensura omnis rei: intēdo illud,per quod cognoscuntur naturę rerū in bonitate & malitia:sicut per mensurā cognoscitur quātitas rei.Secundū igitur hoc bonum in seipso est,de quo videtur bono quoniā bonū.& similiter delectatio in rei veritate est illa,de qua videtur bono ꝙ sic sit: & nō elongatur quin sit hoc, quod videtur bono delectabile,apud quosdam hominū nō delectabile , aut minus in delectatione , etenim accidunt in generatione hominū corruptiones multę. & naturę egressę ab ęqualitate.& propter hoc delectabile naturaliter nō est delectabile,nisi eis,quibus nō accidit corruptio in natura.D. Et de manifestis est, ꝙ illud,quod cōceditur esse turpe,nō est delectabile, nisi apud viros corruptarum naturarū.Delectationes autē, quę videtur esse emeritorū & virtuosorum, non inueniuntur hominum,nisi ex parte actionū suarū, quę appropriantur ipsi. Et si fuerint delectatio vna aut delectationes plures viro perfecto desyderanti statum felicē,tūc illa delectatio vna, aut illa quę cōpletur ex multis, si multę fuerint,est illa.de qua vere dicitur ꝙ est delectatio hominis.& hoc manifestū est, quādo declaratū fuerit quis est actus hominis proprius ei,cęterę vero delectationes habent se ad hanc,sicut cęteri actus ad hunc actum:intendo eum, qui est complementum actuum humanorum.

De felicitate . Cap. VI.

CVm dicta autem sint ea,quæ ad virtutes,& amicitias,& voluptates spectāt:reliquum est,vt de felicitate figura quadā disseramus,

A quoniam finem eam humanarũ rerum esse statuimus. Si igitur antedicta reputamus, breuior nobis euadet oratio. Diximus eã nõ esse habitum. nã in eo inesset, qui per totã vitam dormiret, & plantæ vitã traderet, maximisq; infortuniis affligeretur. Quod si hæc non placent, sed magis in operationẽ quandã ipsa reponenda est, sicut in superioribus est dictũ: ex operationibus aũt aliæ sunt necessariæ, & ob alia expetendæ, aliæ per se: patet, felicitatẽ aliquã ex iis quæ per se, & nõ ob aliud sunt expetẽdæ, esse statuendũ. felicitas enim nullius rei indiga est, sed ex sese ipsa sufficit. Per se autẽ sunt expetenda illæ, ex quibus præter operationem requiritur nihil: cuiusmodi esse actiones videntur, quę ex virtute fiunt. bona enim & honesta agere ex iis est, quæ per se expetuntur. Quin etiam ex lusionibus illæ quæ iucundę sunt; quippe cum modo non ob aliud ipsas eligant: damnum enim ex ipsis quàm vtilitatem & corpora & fortunas negligentes, consequuntur. Confugiunt autem ad huiusmodi diuersationes plerique eorũ

Felicitas nullius rei indiga ẽ, sed ex seipsa sufficit.

B qui felices habentur, vnde apud tyrannos in existimatione sunt, qui in talibus diuersationibus sunt vrbani: quippe cũm in iis quæ illi appetunt, sese exhibeant iucundos. indigent autem in talibus. Ac videntur quidem hæc felicia esse, propterea ꝙ qui in potestatibus constituti sunt, his vacant. sed nullũ fortasse argumentũ huiusmodi homines sunt. non enim in dominatu virtus collata est, aut intellectus, ex quibus honestę operationes existunt. Neq; si isti quia synceræ & liberalis voluptatis gustũ non habent, ad corporis voluptates confugiunt: propterea has magis esse expetendas existimandũ est. nam & pueri quæ apud se in pręcio sunt, præstantissima esse opinantur. Cõsentaneum igitur est, vt sicut pueris & viris diuersa esse in præcio videntur: ita prauis & bonis quoq; videantur. Vnde quemadmodum sępe dictum est, ea sunt prętiosa & iucunda, quę probo viro huiusmodi sunt. atq; ea maxime expetẽda operatio est vnicuiq; quę ex habitu proprio: probo aũt viro, quę ex virtute fit. Non est igitur in lusu

C felicitas. absurdũ .n. est lusum esse finẽ: & negociari, & laborare totã vita ludendi causa. nã omnia, ut ita dicã, pręter felicitatẽ alterius causa expetimus: quippe cũ finis ipsa hęc sit. serio aũt agere & laborare lusionis causa stultũ planè ac puerile admodũ videtur. Ludere autem vt serio agat quispiã ex Anacharsidis sententia videtur recte se habere: quippe cũ lusus requiei similis sit et cũ nequeãt hoies assidue opari, requie indigẽt. nõ est igit finis requies: causa.n. opationis fit. At esse ex virtute vita felix videt: hęc aũt studiosa & seria est, nõ in lusu versatur. Meliora præterea seria & studiosa esse dicimus ridiculis, & iis q̃ cum lusu fiunt. Et melioris semper partis, & hominis operatiōnem esse studiosiorem affirmamus. melioris autem operatio prętantior felicitatiq; accommodatior iam est. Frui item corporis voluptatibus, quilibet etiam mancipium, non minus quàm optimus possit: mancipio autem felicitatem tribuit nemo, siquidem neq; etiã uitam: non

enim in talibus diuersationibus felicitas consistit: sed in operat[illegible] bus quæ ex virtute proficiscuntur, quemadmodu dictum e[illegible]

Dixit. Et cum iam dixerimus de virtutibus & dilectionibus & [illegible] nibus, remansit dicendum de felicitate. vult felicita cni p[illegible] muni.n, iam locutus fuit in tractatu primo: cu[illegible] feli[illegible] actionum humanarũ. Memoratio .n. nostr.. eius quod præcessit ex d[illegible] in hoc primo tractatu, fuit dictio abbreuiata. Et iam diximus illis [illegible] est habitus, sed est quidem in actu ipsius habitus. & si non erit vita [illegible] vita animalis sic nominati. de hoc animali putatur, quod tota vita sua [illegible] quando felicitas posita fuerit in actũ. intendo quod sit actus cõmuni[illegible] bus sit necessarius: & ex eis electiuis alius sit electus propter [illegible] & aliud propter seipsũ, patet quod ponenda est in actum electu[illegible] non propter aliud: & quod felicitas nullius est indigens: nec elect[illegible] est [illegible] pter aliquid, sed propter seipsam: eo quõ ipsa sufficiens est per se. E[illegible] per se sunt illę, ex quibus non requiritur aliquid aliud. quod sit p[illegible] & videtur quod actus rerum electarum per se sint: operationes .n. no[illegible] sunt pp seipsas. Et similiter operationes delectabiles ex modis ludi [illegible] specie, patet.n. quod non eliguntur propter aliquid aliud. attamen damn[illegible] tiens ex ipsis est amplius quã vtilitas. D. Veruntamen multotiens am[illegible] vilificationem corporum & possessionis corporalis. & fugit curiositatem [illegible] dispositiones corporales, & quod hanc quidem præeligunt homines [illegible] ipsam consortes efficiantur regũ tirãnorũ. efficiunt .n. se ipsos per has a[illegible] delectabiles eis. & per hoc lucrantur apud eos. & vniuersaliter putatur [illegible] de vsu delectationũ, & dimissione conatus & laboris quod sit felicitas: eo quod [illegible] potestatũ vtuntur isto. & forsasse non est in rei veritate, prout eis vide[illegible] hoc: eo quod virtus & intellectus, in quibus vtrisq; sunt actiones nobile, non [illegible] tinentur sub potestate. D. Ideoq; cum isti nunquã gustauerint delectationem [illegible] ceram puram, quę est delectatio intellectus & actionum nobilium, confugiunt ad delectationes corporales, ęstimantes eas electas esse plus aliis. Et conueni[illegible] ens est ne sit ęstimare istorum delectationes corporales electa causa in eas esse electas in se: quemadmodum neq; quod reputant pueri esse ex eligibilibus quę ipsi pręeligunt, propter hoc est eligibile in se. immo quemadmodum res electę pueris non sunt electę apud viros. sic nec electa apud viros vilitans electa sunt apud viros nobiles & meritos. & res honorabiles & delectabiles in rei veritate, sicut pluries dictũ est, quę iudicantur a virtuosis. Etenim apud vnumquemq; modũ hominũ est actio electa valde: & est quę conuenit naturę suę proprię. cumq; sic sit, tunc hoc quod conuenit naturę nobili, nobile est necessario: & quod conuenit naturę vili, vile est necessario. Itemq; non est felicitas in ludo. non.n. est possibile vt ludus sit complementũ & perfectio. & impossibile est vt simus spatio vitę nostrę studiose operantes & laborantes & agamus hoc non seriosę, sed iocose. nos.n. vniuersaliter conamur quidẽ ad omne, ad quod conamur felicitatis causa: eo quod ipsa est complementũ. studium aũt & labor ludi causa, vanitas est manifesta & pertinens pueris: quãuis in principio adolescẽtię reputet esse certũ & rectũ: eo quod ludus reqes videt, & naturalr inquiritur requies. Verũtñ patens est quod illi, qui nõ valẽt pperuare laborẽ indigẽt requie. & si sic ẽ, nõ est requies cõplemẽtũ, quod est felicitas: sed quæritur pp actũ, qui est cõplemẽtũ & finis. Et vñiter patens est quod vita felicis est ea, q̃ fit cũ virtute & fit qdẽ hoc cũ virtute in serio, non in ludo. Ideoq; dicimus quod intellectus melior est visu, queadmodũ.n. melioris mẽbri melior est actio, sic melioris hominis melior est actio: & actus melioris vñiter melior est & felicior. si ergo bonus virtuosus melior est tisore, erit actus eius melior necessario. D. Qui autem replentur delectationibus corporalibus, non habent prerogatiuam in hoc a seruo & captiuo. nullus enim proportionat felicitatem seruo, cuius vita non est, neque captiuo. itemq; igitur non est felicitas in huiusmodi occupationibus, sed est in actionibus virtualibus, vt dictum est prius.

Virtus et intellectus, in quibus sunt actiones nobiles, nõ cõtinentur sub potestate.

A *De felicitate contemplatiua.* *Cap. VII.*



SI vero felicitas est ex virtute operatio: consentaneū est eā ex illa esse quæ præstantissima est: hęc aūt eius erit, quod est optimū. Siue igitur id intellectus, sit siue aliud quippiā, quod sanè scd̄m naturā vedetur principatū obtinere, & presidere, notionéq; habere de honestis & diuinis rebus: siue diuinū quoddā ēt ipsū sit, siue ex iis q̄ in nobis sunt diuinissimū: huius scd̄m propriā virtutē operatio, pfecta felicitas esset: quā esse cōtēplatiuā dictū iam est. Atq; hoc tū cū superius dictis, tū cū veritate consentiens esse videretur. nam & præstantissima est hæc operatio: quippe cum ex iis quę in nobis sunt, intellectus huiusmodi sit: & ex iis quę in cognitionē cadunt, illa circa q̄ intellectus versatur. Et pterea assiduissima. contēplari siquidē assidue magis, q̄ operari quippiā possumus. Existimamusq; oportere voluptatē felicitati esse admistā. iucundissima aūt ex virtutis opationibus ea, pculdubio est, quę scd̄m sapientiā sit. Philosophia ergo mirabiles habere & puritate & * nobilitate voluptates videtur. Cōsentaneū aūt est scientibus q̄ quęrentibus iucundiorē vitę traductionē esse. tū sufficientia q̄ dicitur, in cōtēplatiua maxime est. Nā eorū quidē q̄ ad viuendū necessaria sunt, & sapiens & iustus, & cæteri indiget. hmōi tn̄ hoibus cum eiusmodi res suppetūt, iustus iis indiget erga quos, & q bus cū iuste agat: tēperans itē simili mō, & fortis, & cęteri singuli: sapiens vero ēt si p se ipsū sit, cōtēplari pōt: atq; id tanto magis, quāto sapientior fuerit. melius quidē fortasse si auditores habeat: sufficientissimus tn̄ ipse est. Sola præterea ipsa p seipsā amari videretur, qppe cū ex ea pręterq̄ q̄ cōtēplatus fuerit qspiā, eueniat nihil. ex agēdis aūt rebus aut plus, aut minus aliquid præter actionē nobis cōparamus. Videtur itē felicitas in ocio esse. negociis.n. distringimur, vt ociemur: & bellū gerimus, vt in pace degamus. Atq; actiuarū quidē virtutū operationes in ciuilibus, vel bellicis rebus versantur. quarū actiones negociosæ videnť. B ellicę sanè ēt omnino. nemo .n. est qui vel bellū expētat, vel apparatū bellicū faciat bellādi causa. sanguinarius .n. prorsus quidā esse videretur, si amicos ea causa sibi hostes redderet, vt pugnæ: & cædes orirētur. Ciuilis quoq; hois operatio negociosa est præter ipsam etiā ciuitatis administrationē, dū potestātes & honores sibi & ciuibus comparat, vel ēt felicitatē ipsam, q̄ diuersa est a ciuili, quā ēt quærimus, vtpote scilicet diuersam. Si igitur ex actionibus quæ ſm virtutes fiunt, bellicæ & ciuiles pulchritudine & magnitudine excellunt, atq; hę negociosę sunt, finéq; quendā appetunt, & non p se sunt expetēdæ: intellectus vero operatio tū studio præstare, cū contēplatiua sit: tū appetere pter seipsam finē nullū videtur, habereq; voluptatē propriā, quæ operationē ipsā auget: & sufficientia quoq;, & ociositas, & inde fatigabilitas, vtpote humana, & quæcunq; alia beato attribuuntur, ex hac

* 1.1. stabilitate.

operatione videntur existere : perfecta sanè felicitas hæc hominis est, vbi vitæ longitudinem perfectam est, nacta. nihil enim eorum quæ sunt felicitatis imperfectum est. Ac talis quidem vita præstantior esset, quã homini conueniat. non. n. quatenus homo est, ita viueret: sed quatenus diuinum quid in ipso inest, quanto aũt id præstat composito, tanto quoq; eius operatio ab operatione distat, quæ ex virtute alia existit. Si igitur intellectus diuinũ quid est, si ad hominẽ respiciamus: sic vita quæ ex intellectu traducitur, si humanæ vitæ comparetur, diuina etiã ipsa est. Neq; vero oportet quemadmodũ nonnulli monent, vnum quemq; cum sit homo, humana: & cũ sit mortalis, cogitare mortalia: sed quatenus licet, immortalem se reddere, omniaq; efficere vt ex præstantissimo omniũ quæ in ipso est, vitam traducat. nam licet id mole sit paruum: vi tamen, & precio omnia longo interuallo excellit. Id aũt esse ẽt vnusquisq; videretur, siquidẽ præcipuum & melius est, quocirca absurdũ esset, si non suã quisq;, sed alterius vitam expeteret. Quodq; dictum superius est, nunc etiam conueniet. quod enim naturæ vniuscuiusq; est accomodatum, id præstantissimum, ac iucundissimum vnicuiq; est ergo etiam homini vita, quæ ex intellectu traducitur: siquidem maxime id homo est.

DIxit. Cũ felicitas inuenta sit in virtute, i. sub virtute, rectum est, vt sit actus inuentus in virtute robusta valde, & vt sic actus iste melioris virtutis inuentæ in nobis: siue sit hoc intellectus, siue potentia alia cognata ipsi: de qua putatur ꝙ dominatur naturaliter vniuersis potentiis, & vt isti potentię sit meditatio in melioribus rebus. & sunt res diuinę. Et propter hoc necesse est vt sit hęc potentia diuina, aut magis diuina omni eo quod in nobis est ex potentijs. & cum sic sit, actus istius potentię ex nobis secundum virtutem propriam id est felicitas : intendo eius actum, secundum completiuus quod inuenitur ei. Quod autem hęc felicitas essentialis est, iam dictum est in pręcedentibus. D. & forsan putandum est de hac opinione, concessam esse eam ab Antiquis: eo ꝙ iste actus robustus est valde. & patens est ꝙ intellectus cuiusdam in nobis, & ꝙ operatur quidem in scibilibus, quę comprehendet intellectus, & actio eius in ipsis continua est valde, plus alij ex cęteris actionibus potentiarum inuentarum in nobis : eo ꝙ est intellectus. Et iam dictum est, ꝙ actio intellectus dignior est vt sit continua quam vt sit agens in hora quadã, vult, vt æstimo, in libro de Anima. D. Et manifestum est etiam, ꝙ oportet vt sit cum felicitate, perfectissima delectationum. & de notis per se concessis, est ꝙ delectabiliores actionum, quæ proportionantur virtuti, sunt actiones sapientiæ. Et videtur de Philosophia ꝙ sint ei delectationes mirabiles plusquam cæteris actionibus proportionatis virtuti propter hoc, quod est in actione eius, & de solertia in certitudine. Et rectum est vt sit hæc delectatio, eis qui sciunt secundum speciem magis propria, quam eis qui aquirunt vt addiscant. cumque sic sit, tunc actus huius virtutis est felicitas vltima. D. Amplius, quoniam oportet vt sit actus felix plus sufficiens sibijpsi quam cęteri actus opinandi & speculandi sufficientior est cęteris actibus: intendo ꝙ homo in ipso sufficit sibijpsi absque alio magis quam in cęteris actibus virtutis. Etenim rebus necessarijs in vita indiget sapiens, sicut indiget eis alius. & vniuersaliter virtutes omnes in indigentia earũ vnæ sunt, quando prouidetur omnium istorũ sufficientię. etenim castus indiget omnibus, in quibus exerceat iustitiam, & similiter castus indiget rebus, erga quã se ha-

A beat temperate. & similiter fortis, & reliquę similiter virtutes operatiuę: intendo q omniũ earũ visitator indiget aliquo altero. Sapiens autẽ põt vti opinione & sapientia solus. & quãto fuerit pfectius sapiens, erit potior ad hoc. qualuit nõ dubitetur, cũ sit melius agens, qñ fuerit ei adiutores ad hoc, verũ possibile est ei, vt agat actionẽ suam singularẽ. Et vt sit in actione sua sufficiens, est diuerso reliquis virtutibus: quoniã omnes indigent accipere in quod agunt, aut magis aut minus. & quando fuerit hęc actio perfectiori sufficientia cęteris actionibus, & perfectius sufficiens est actus felicitatis: hic ergo actus felicitatis est: intendo actum sapientię & speculationis. D. Et videtur felicitas esse in conflictu, eo q occupamus quidem ad confligendum & pugnandum, propter esse cum salute & pace. D. Et vniuersaliter omnibus de virtutibus regitiuis, quę proportionantur operationibus ciuilibus vniuersalibus gubernatiuis, vt sunt bella, & reliqua, putatur q sint propter aliud. particularia quidẽ ex ipsis videntur esse pp rẽ particularẽ, & vlia pp vlem: vt bellandi. nullus .n. eligit bellari, vt sit bellatio eius totaliter causa suscitandi bellũ aliud. oĩbus. n. modis creditur de eo qui per actũ suũ amicos inimicos reddit, donec inter ipsos fiat bellũ, qđ fit scđm actũ suũ in fine malitiarũ: & q cõsequatur ipsum p hũc actũ suũ horror interfectionis, et dãnũ eius. Cõq; sic sit est quidẽ occasio bellãtis, vt lucretur sibi delectationẽ, & ciuitati bona & honorẽ. & vlr vt lucretur felicitatẽ sibi & ciuilibus. & manifestũ est q res in

B actionibus ciuilibus eximijs prǽter artẽ bellãdi silr se habet: intẽdo q querũtur pp aliud. Et cũ actiones ciuiles superẽt reliquas opationes, q̃ pportionantur virtutibus excellẽtia & quãtitate, & sint istę occupatę pp aliud, & cõcupiscant cõplementũ ab extra, neq; sint electę pp se, & sit actus intellectus distinctus ab istis actionibus honorificentia & nobilitate. cũ sit actus eius visus opinionis, & est honorabilior actuũ, & nõ appetit vt sit ei cõplementũ aliud praeterquam p cõplementũ suijpsius, & sic et delectatio ppria superens cęteras delectationes, & crescat ista delectatio cremento suarũ actionũ, & inueniantur in actione sua sufficientia, & quies scđm desideratũ et modũ: & vlr tunc inuenitur vniuersitas rerũ, quę pportionantur viris desyderati status, & felicitatis. & parens est. q istę res inueniuntur huic actui eius. Cũ sic sit, est quidem iste actus felicitas perfecta, quãdo pparatũ ei fuerit, vt inueniat spatiũ complementũ ex vita hominis. non enim erit cõplementũ, nisi quando inuẽtũ fuerit ei spatiũ complementũ, & non proportionatur felicitati aliquid non cõplementũ. Et vita, quę est in huiusmodi actu, altior est quã vt pportionetur homini. nõ .n. est vita eius in hac dispõne, scđm q vita hominis, sed scđm q in ea est res diuina. & hoc quidẽ est scđm mensurã separationis istius partis aĩę a compositione, intendo partẽ cui inuenitur ista actio, & distãtia eius in hac intẽtione a cęteris potentijs, a quibus existunt cętere virtutes: intendo qm̃ illę cõpositę. ista

C vero aut simplex, aut ppinqua simplici est separatio actus eius a cęteris virtutibus secundũ mensuram, qua discretior simplex nobilior est cõposito & vlr secundũ mensuram honorificentię actus diuini in homine super reliqua. quę sunt ipsa, est mensura honorificentię vitę, quę proportionatur cęteris potentijs. Et propter hoc est, q videmus vitam proportionatam huic actui, quando comparatur vitę proportionatę cęteris virtutibus, esse diuinam, & illam humanam. D. Oportet igitur sit cura, & appetitus hominis, humana, q̃uis homo sit, sicut mandauerit mandatores huius, neq; sit appetitus eius oportet vt efficiat ea immortalia, scđm q possibile fuerit: & vt faciat oẽ quod facit, quatenus vita viuat vigorosiore, q̃ est in ipso honoratiore. quãuis .n. homo paruus sit corpore & magnitudine, potentia tamẽ & honore superat omnia multum: intendo per potentiã intellectũ. hæc .n. potentia dominatrix est super oĩa. D. & cõueniẽs quidẽ est opinari q existentia cuiuscunq; hoĩs inquantũ hõ, est p hãc substantiã, q̃ nominatur intellectus, cum sit honoratius & melius quod est in eo: & vita pportionata huic est vita proportionata homini. & inconueniens est, vt non aliquis vitam suijpsius, immo eligat vitam, alterius D. Et oportet vt nunc dicatur et quod iam dictũ est prius, q propriũ vnicuiq; alaliũ est vigorosius,

Q̃uãuis homo paru' sit corpore, & magnitudine, potentia tamen et honore superat omnia.

quod est in ipso naturaliter, & delectabilius. Si ergo est intellectus hoc modo in homine; erit vita, quę proportionatur ei taliter in homine: intendo delectabiliorē vitarū.& vigorosiorē earū, cū sit hęc vita humana magis q̄ alię. D

De felicitate actiua, & præcipuo munere operationis. *Cap. VIII.*



Aec igitur etiam felicissima est. Secundo vero loco ea q̄ ex alia virtute existit: quippe cum operationes q̄ s̄m ipsam fiunt, humanæ sint. Iusta .n. & fortia & cætera ex aliis virtutibus erga nos mutuo agimus in commercus, & vsibus, actionibusq; variis, & in affectibus, seruantes quod decorū vnicuiq; est. hęc aūt humana esse oīa videntur. Nōnulla vero ēt è corpore videtur euenire: multáq; affinitatē cū affectibus habere morū virtus. Quin ēt prudentia cū morū virtute, atq; hęc cum prudentia coniuncta est. siquidem prudentiæ principia ex virtutibus moralibus: rectitudo vero moraliū virtutum ex prudentia existit: at hæ connexę cum affectibus sunt, & circa compositū versantur. virtutes vero compositi humanæ sunt. & vita igitur quæ secundum ipsas traducitur, & felicitas huiusmodi erit. Mentis autem separata est. de ipsa enim hoc tantummodo est dictum: nam exquisite tractare maius est, quàm præsenti proposito conueniat. Videtur vero vel parum vel minus quàm moralis, externarum rerum apparatu indigere. necessariis enim rebus vtrisque est opus: atque id ex æquo esto: licet magis circa corpus, & quæ huiusmodi sunt, ciuilis laboret. parum enim quid differret. Sed in operationibus longe distabit. liberali enim ad liberalia agenda, & iusto ad retributiones faciendas pecuniis erit opus: quippe cum obscuræ voluntates sint: simulentque etiam illi, qui iusti non sunt, iuste agere se velle. fortitudini item potentia, si modo quippiam ex virtute exequi debet: & temperanti potestate opus erit. quo pacto enim aut talis aut alius quispiam esse manifestus posit? Sed quæri consueuit, vtrum electio an actio magis propria virtutis sit: cum in vtrisque consistat virtus. vnde manifestum est in vtrisque id futurum, quod perfectum est. ad actiones autem exequendas multis est opus: & quò plures & meliores sunt, eò pluribus. Contemplanti vero nulla huiusmodi rerum ad operationem quidem indigentia est: quin ferè contemplationi esse impedimento consueuerunt. quatenus tamen homo est, cum pluribusque vitam degit, ex virtute agere proponit. talibus igitur ad humanę se gerendum indigebit. Nam perfectam felicitatem contemplatiuam quandam operationem esse, constare vel inde posset, quòd Deos maxime beatos, & felices esse existimamus. Nam quales actiones attribuere eis debemus, iustas ne? sed ridiculi sanè viderentur, si commercia facerent, & deposita redderent, atq; alia huiusmodi inter se contraherēt. Nunquid

A quid fortes? vt formidolosa sustineant pericliten turq; quia honestū
fit? An liberales? sed cui dabunt absurdum quippe, si etiam ipsis nu-
mum, aut tale quippiam adesse dicamus. Nam si temperantes esse
eos asseruerimus, quid nam eiusmodi essent? quòd enim prauas cupi
ditates non habeant, molesta atque inuidiosa laus est. si demum om-
nia percurramus, quæ ad actiones attinent, parua & indigna diis es-
se videbuntur. At viuere Deos omnes existimant: quare etiam ope-
rari. non enim vt de-. Endymione dicitur dormire eos opprtet. ei
igitur qui viuit, & actione, & effectione item magis caret, præter con
templationem quid restat. Quare Dei operatio cum beatitudine
excellat, contemplatiua erit: & ex humanis ea erit felicissima, quæ
huic maxime ex cognata. Argumento illud est quòd cætera anima-
lia quæ tali operatione penitus carent, expertia felicitatis quoque
sunt. Diis enim beata tota vita est. hominibus autem eatenus, quate
nus similitudo quædam eiusmodi operationis in ipsis in est. cætero-
B rum animalium nullum est felix propterea quòd contemplationis
particeps nullo modo est. Quousque igitur protenditur contempla
tio, eosque etiam felicitas sese extendit: & quibuscunque magis in est
contemplatio, iis magis quoque inesse felicitatem constat: atque illā
quidem non ex accidenti, sed ex ipsa contemplatione. ipsa enim per
seipsam est præciosa. Quare felicitas cōtemplatio quædam est. Opus
erit autem & externa prosperitatem homini nato. non enim ad con-
templatum natura ex sese sufficit, sed oportet, & vt corpus valeat, &
alimentum, & cætera obsequia suppetant, Non tamen multis & ma-
gis opus fore felici existimandum est; etiam si absque externis bo-
nis beatum quempiam esse non liceat. non enim in exuperatione suf
ficientia consistit, neque iudicium, neque actio: quippe cum fieri pos-
sit, vt qui etiam terræ & mari non imperat, honesta agat. ex mediocri
bus siquidem rebus agere ex virtute vnusquisque posset. Id quod cer
nere inde euidenter licet, quod priuati homines non minus, im-
C mo etiam magis quam potentes, honesta agere videntur. Satis igi-
tur est, si tot facultates suppetant. felix. n. erit vita eius, qui ex uirtute
operatur. Quin & Solō felices recte fortasse definit: cum inquit eos es-
se qui externis rebus mediocriter fuerūt instructi, & honestissima age
runt, vt existimabat, modesteque vixeruut. fieri enim potest, vt me-
diocria possidentes ea agant, quæ oportet. Videtur etiam Anaxago
ras felicem non diuitem neque potentem, existimasse: cum di-
xit, sibi non esse mirum futurum, si plerisque e vulgo absurdus quis-
piam esse videatur: eos enim externis rebus quatum tantummodo sen
sum habent iudicare consueuisse. Sapientum igitur opiniones cum ra
tionibus consentiunt. ac fidem quidem aliquam talia quoqe afferunt
sed verum ipsum tamen in agendis rebus ex factis & vita iudicatur:
in his enim præcipua vis consistit. Quocirca ante dicta ita considerā
da sunt, vt ad vitam & facta referantur: & si cum factis consentiūt, ad

Dijs beata tota vita est, hoibus quatenus operationis similitudo in ipsis inest.

mittenda: sin ab eis discrepant: verba sunt existimanda. At qui ex intellectu operatur, huncq; excolit, atq; optime afficitur is esse Deo carissimus videtur. nam si aliquam humanarum rerum curam dii habent, sicut videtur: consentaneũ est ipsos re illa quæ optima est, atq; ipsis maxime cognata, delectari, qui est intellectus: eosq; qui eam maxime amant, & honorant, remunerari. vtpote qui eorum quæ ipsis sunt amica, curam habeant, recteq; & honeste agant. Hæc autem omnia sapienti maxime inesse, obscurum non est: is igitur est Deo carissimus: eundemq; esse etiam felicissimum verisimile est. Quare ita quoque efficitur, vt sapiens maxime felix sit. D

ITem igitur illa quę proportionatur huic virtuti, beata est valde. Quę vero proportionatur virtuti alij, beata est modo secundario: eo ꝙ actiones illarum virtutũ humanę sunt, & actio istius diuina: prout diximus. Et sunt quidem illę humanę: eo ꝙ actiones iustę & fortes, & cętere operationes, quibus vtimur in eo qđ est inter nos, scđm ꝙ ipsę sunt virtutes in connegociationibus, & indigentijs, & omnibus actionibus, & passionibus, conseruant qđ oportet cõseruari vnicuiq; ex rebus. apparet enim ꝙ omnia ista sunt humana. Et videtur de quibusdã eorũ, quod acciderat ex parte naturę corporis, & ꝙ virtus moralis figuret passiones multum. Et sunt quidem virtutes ex modo cõmensurãdi actum. v.g. qñ castitas inuenitur, qñ prima eius fuerit prudentia, eo ꝙ ipsa quidem fit secundum mensuram prudentię. & qñ antecedit prudentia, & passionibus numeratur inter cõpositas, & virtutes cõpositę sunt humanę. & vita sua & felicitas sua similiter. felicitas aũt intellectus separata est ab illis, intẽdo a passionibus. D. Et dictio hæc de ipsa est cum hac quantitate. perscrutatio enim de ipsa hic alterius propositi est. vult, vt ęstimo, ꝙ non est perscrutatio de ipsa hic, perscrutatio de natura substantię eius: sed est quidem perscrutatio de ipsa, propterea ꝙ ipsa finis. D. Et putatur fortassis ꝙ actio per intellectũ indigeat acquisitione dispositionis moralis: veruntamen hoc ab extra est, neque multa, neque laboriosa. rebus vero necessarijs ambæ indigent: Intendo virtutes figuratiuas, & virtutes speculatiuas indigentia ęquali. Et virtutes figuratiuę ciuiles laboriosę sunt magis corporaliter q̃ speculatiuę. & virtutes figuratiuę & speculatiuę diuersitatem habent & in anima & in corpore paruam: intẽdo in eo ꝙ indigent ex anima & corpore. In actionibus vero multum. virtutes nanq; figuratiuę multis rebus indigẽt ab extrinseco. vir enim liberalis opibus indiget ad agendas actiones liberalitatis. similiter iustus indiget in quo appareat actus iustitię: eo ꝙ voluntas iustitiæ non est manifesta, neq; iustitia est in voluntate tantum: & illi, qui non sunt iusti, ostentant quidẽ se esse iustos per operationes, propter hoc, ꝙ omnes vident ꝙ signum iustitię est operatio eius. & similiter fortitudo indiget instrumentis animatis & inanimatis, & potentia per quam actiones suas agat. & similiter castus indiget rebus, in quibus actio sua mereatur dici castitas, quatenus fiat manifestum an sit castus, an non cui enim non exstiterint res, in quibus fit castitas, neq; potest super ipsas, huic non inueniuntur actiones castitatis. D. Et hic querendum est an, electio actionis est dignior, vt sit virtus, aut actiones. si .n. virtus inest electione tantum, non indiget virtuosus istarũ rerũ, quę sunt extrinsecus: si vero in vtrisq;, tunc manifestum est, ꝙ indiget eis. At manifestũ est, ꝙ virtus aut est in vtrisq;, aut in actionibus. manifestum est enim ꝙ complementum in vtrisq; est: esse autem eius in actione indiget delectatione multa. Si vero fuerit in actionibus, sicut declaratum fuit in eo qđ preterijt, indiget causis ab extrinseco: & quãto fuerint actiones plures & meliores, indigent ab extra rebus pluribus. Ille autem, qui viuit in uita speculatiuo, nulla indiget istarum rerum ad actionem. immo possibile est vt dicatur ꝙ ista impediunt vsum actus sui proprij: intẽdo vsum cęterarum actionum virtutum. D. si vero fuerit homo tantum, intendo non perfectus per-

fectione humana & elegerit ut sit vita eius cum multitudine, oportebit vt agat
A actiones virtutis, vt sequatur modos viuendi hominum, & non indiget huius-
modi actione perfecta. D. Quod autem beatitudo est actus quis opinatiuus appa
rebit ex isto etiam: quoniam concessum est quod Deus gloriosus, & angeli nobi
lioris sunt status & felicitatis, quã cętera entia. Vellem igitur scire quis actus
attribuendus est eis ex actibus virtutum. Si enim attribuamus ei actũ iustitię,
derisorium videbitur: cum non sit iustitia nisi apud eos, qui sunt connegociato-
res, & cętera quę similantur eis. Et si attribuatur eis actus fortitudinis, oportet
vt obuient rebus timorosis & periculosis. & in quibus est interitus. Et simili-
ter si attribuantur ei actiones liberalitatis, erunt eis numismata & pecunię. Et
si attribuantur eis actiones castitatis quid erit hoc nisi transmutatio eorum a
laude ad vituperiũ? eo quod nõ sunt eis desyderia praua. Et vniuersaliter qñ sum
marim collectę fuerint actiones omniũ virtutũ, patebit quod exiguę sunt, neq; di
cię dici possunt de Deo & angelis. Veruntamen omnes vident, qm̃ vitam ha
bent, actum igitur habent. non decet enim vt sint dormientes. D. vt quod fecit
Endimion, quando negauit in eis esse vitam. cumq; sint viui, non remanet eis
ex actionibus conuenientibus sibi plus quã actus speculandi intellectus. Et cum
sic sit, erit actus Dei & angelorũ, quē agunt in excellentia suę gloriæ specu-
latio. & actus humanus cognatus huic est felicitas. Dixit. Et signum huius est,
quod nullus comparat cętera animalium ad felicitatem, quemadmodum hominē
B comparat ad eam, cum priuata sint huiusmodi actu priuatione completa: inten
do actum intellectus. Et propter hoc est vita completorum ex entibus desyde-
ratissimi status: intendo quando fuerint actiones ipsorum vt ista actio. homines
aũt comparantur felicitati secundum mensuram, quę in ipsis est de isto actu. cę
tera vero animalia, quemadmodum diximus, nihil habent felicitatis: eo quod non
mutantur speculationem aliqua rerum. intendo nec in scientia, nec in operatio-
ne. D. Ideoq; est felicitas amplius in illis, qui utuntur speculatione plus, &
illi sunt felices non per modum accidentalem, sed per intuitum & speculatio
nem istã. est. n. felicitas per se intellectualis valde. D. Cũq; istud formatũ fuerit,
erit felicitas intuitus quis. Attamen indiget felix, cum sit homo, bonitate status
ab extra uoluntarie, in natura enim non est sufficientia omnis eius, quod usui p
tinet. indiget enim sanitate corporis, & nutrimento, & cęteris necessarijs & ob
sequijs. D. Non tamen propter hoc arbitrandum, quod dominus felicitatis indi-
geat rebus plurimis ab extrinseco: eo quod non põt esse desyderabilis consisten-
tię absq; bonis exterioribus, sufficientia. n, non est in honoribus, & non in ope-
rationibus possibile. n. est vt agat actiones bonas nobile is, qui nõ est dominus
terrę & maris. potest. n. quis esse de inferioribus & agere actiones virtuosas. et
huiusmodi patens est declaratio. Non putatur. n. de inferioribus in potestate quod
C minus agant de eo quod oportet ex actionibus, quã domini potestatum: immo am
plius operantur quam alij. Et iu actionibus uirtutis est sufficientia felicitatis,
quando inuentę fuerint: eo quod vita agenti secundum uirtutem erit beata. D. Et
fortassis bene dixit Solon, quando iudicauit quod beati sunt illi, quibus prouisum
est sufficienter ex rebus extrinsecis, & egerunt actiones bonas nobiles: quasi
uita ipsorum eis intimauerit quod competit ipsis. possibile nanque est ut agat,
quod oportet is, qui possidet modicum. Dixit. Neq; enim Anaxagoras uide
tur reputasse felicem diuitem nec potentem, cum dixit, non est mirandũ de hoc
quod putauerunt plures inconueniens esse, quod dixerunt felicitatem non esse
definiendã per ea, quę extrinsecus sunt: cum ipsi non senserint nisi ista tantũ.
D. Et uidetur quod professio sapientum conueniens sit dictionibus eorũ in istis re
bus, & testificans eis in sermonibus. nanque de istis rebus est quidem persua-
sio tantum in eo quod dictor asserit. ueritas aũt in operationibus est, & cogno-
scitur quidem certitudo assertionis ex operationibus bonis in uita sua: in istis
nempe uerax discernitur. D. Consyderandum igitur quod dictum est de istis re
bus, & interpretandum peractiones dictoris in uita sua, si. n. conueniant dictis,
recipiemus ea: si uero desyderant, putatur de eis quod putatur de dicto non cõ
ueniente facto. Dixit. De eo aũt qui agit per intellectum, & fuerit obsequium

eius intellectui, & dispositio eius dispositio bona, uidetur φ si amans Deum

Quomodo Deo cura sit de hominib' scdm cō. ut. de.12. Met. com, 37.

ualde. Et liquidem cura sit Deo de hominibus, ut creditur, & ut debitum e l.c. sit quidem Deus gaudens de eo, qui est melior, tunc gaudet de eo, qui nititur assimilari ei ualde, & hic est intellectus, dignus est ergo ut benefaciat eis, q amat ipsum plus, & ut honorificet eos, & utiliet ipsos: sicut est dispositio amici cū amico suo: & eo φ actio eorum est actio nobilis sana. Dixit. φ autem omnes istę res existunt vt plurimum sapienti. non est ignotum neq; occultum ualde. dignus ergo est ut sapiens, cum sit secundum hanc dispositionem, sit beatus. D

Peroratio operis, Cap. IX.



Nunquid igitur si de his & virtutibus, præterea etiam de amicitia & voluptate satis figura dictum est finem habere propositum hoc nostrum est existimandum? An quemadmodum dicitur, in agendis rebus finis non est contemplari singula & cognoscere, sed agere: neque igitur in virtute satis est, si eam cognouerimus: sed vt eam habeamus, ea que vtamur, est enitendum: vel si quo alio modo boni efficimur. Nam si verba ad reddendos homines probus sufficerent: multas sane & magnas mercedes & inquit Theognis, afferent, oporteret que ea comparare. sed videntur quidem posse liberales adolescentes hortari atque incitare, mores que eorum ex virtute sibi obnoxios generosos, ac vere honestatis studiosos reddere. At plerosque ad probitatem prouocare, nō posse non enim pudori, sed timori obedire: neque abstinere a malis ob dedecus, sed, ob pœnam consueuerunt. nam cum ex affectu viuant, propias voluptates, atque ea ex quibus existunt persequentur: dolores que oppositos fugiunt: eius autem quod honestum, & vere iucūdum est cum id prorsus non degustarint, ne notionem quidem vllam habent. Eos igitur qui tales sunt, ad moderationem traducere quæ oratio posset? fieri enim nequit, aut facile non est, vt quæ ex diutio vsu moribus sunt præoccupata, verbis amoueamus. sed satis fortasse est, si quamuis omnia adsint, quibus probi effici videamur, euadere participes virtutis possimus. Fieri autem bonos alii natura, alii consuetudine, alii doctrina existimant. Ac quod ad naturam quidem attinet in nobis non esse manifestum est, sed ex quadam diuina causa, iis qui re vera fortunati sunt oratio vero & doctrina videndum est nunquid non in omnibus vim habeat sed opus sit, vt præcultus auditoris animus, sit ad recte & gaudendum, & odio prosequendum, non secus ac terra, quæ semen sit nutritura, non enim audiret orationem dehortantem, neque inteligeret qui ex perturbatione viuit. qui autem ita affectus est, dissuaderi qui potest? non enim omnino orationi, sed vi cedere perturbatio videtur. Oportet igitur mores prius virtuti esse accommodatos, vt & honestatem diligant, & abhorreant turpi udinem, Vt autem a pueritia quis institutione recta ad virtutem instruatur, difficile est: nisi sub talibus legibus fuerit educa

A tis:nam temperanter,toleranter que viuere plerisque , & præsertim adolescentibus iucundum non est : quocirca est opus vt & educatio & studia constituta legibus sint: ita enim fiet , vt consuetudine tracta molesta esse desinant . Non satis tamen fortasse est , si quando adolescentes sunt homines educationem rectam & curam consequantur:sed cum in viros quoque adulti debeant ipsa hæc exercere, atque assuescere ad hæc etiam,& omnino ad omnem vitam opus legibus est, plerisque enim necessitati potius quam rationi:& mulctis quam honestati obediunt . Quapropter sunt , qui legislatores censeant inuitare ad virtutem ac prouocare homines honestatis causa debere : eò quòd probi ex consuetudine præcipue obtemperaturi sint illis vero qui non parent , sunt quæ natura inertiores , castigationes & pœnas irrogare : qui autem insanabiles sunt , prorsus exterminare . probum enim & qui ad honestatem viuit , rationi esse obediturum : prauum autem voluptatem appetentem non secus ac
B iumentum dolore puniri . vnde etiam tales dolores exiberi oportere inquiunt , qui voluptatibus quæ amantur , maxime aduersentur . Quòd si quemadmodum dictum est , eum qui bonus futurus est, honeste educatū esse,atq; assuetū oportet : deinde ita in honestis studiis viuere, & neque inuitum neque sponte praua agere : id autem fieret , si ex intellectu quodam & recto ordine vim habente vita traduceretur : paterna quidem iussio neque vim , neq; necessitatē habet : sicque omnino viri vnius , nisi rex , aut talis aliquis sit . at lex , cū ex prudentia quadā et mente profecta oratio sit,cogendi vim habet. Atque homines quidē qui appetitionibus aduersantur, etiam si recte id faciant,plerique odio prosequuntur . at lex cum probitatem iubet,odio non est. In sola vero Lacedæmoniorum ciuitate cum pauci educationis & studiorum habuisse curam legislator videtur : in plerisq; aliis neglecta hæc fuerunt: viuitque vnusquisque sicut vult,
C Cyclopum more,filiis dans iura suis & vxori . Præstantissimum quidem est , vt curam publicam & rectam habeamus , atque id facere possimus : si tamen publice id negligatur : conuenire vnicuique videtur,vt liberis suis & amicis ad virtutem conducat , vel conducere saltem proponat . Maxime autem id posse facere videretur ex iis quæ dicta sunt,is qui ad leges ferendas idoneus euaserit . per leges enim videlicet curæ publicæ , atque honestæ per honestas fieri consueuerunt . Scriptæ ne sint an non scriptæ , interesse nihil videtur neque vnus ne an multi per eas instituantur . quemadmodum neque in musica,& exercitatoria,cæterisq; aliis studiis. Sicut enim in ciuitatibus legum instituta & mores: sic in domibus paternæ orationes, & mores valent . quin ob cognationem & beneficia etiam magis: quippe cum affecti erga parentes iamdudum , atque obtemperantes natura sint . Adde quòd priuatæ educationes a publicis differunt : non secus atq; in medicina.cum enim vniuersaliter febricitanti me-

dia,& quies conferat:alicui tamen forte non ita conducit. & pugillandi artifex non omnibus fortasse eandem pugnam imponit. Videturq; magis exacte absolui singula si priuata cura adhibeatur. magis enim quod accommodatum sibi est, vnusquisque consequitur. Sed curam optime adhiberet quidem † singulis rebus & medicus & exercitationis magister, & vnusquisque alius, qui vniuersale cognosceret, quid omnibus aut talibus conducat: communium enim rerum scientiæ & dicuntur, & sunt: nihil tamen fortasse vetat, quo minus vnius alicuius rei, licet scientia præditus non sit, curam habere quispiam possit: qui modo quę in vnaquaq; re accidant, experientia diligenter obseruatit. Quemadmodum etiam medici nonnulli optimi esse sibi ipsis videntur, qui alteri ferre opem nullam queunt. nec minus forsitan ei qui artifex & contemplatiuus effici vult, ad vniuersale videtur esse procedendum, atque id quo modo fieri possit, cognoscendum. de hoc enim scientias esse dictū iam est. Ac fortasse ei qui vult siue multos, siue paucos diligētia ac studio meliores reddere, vt ad legumlationem idoneus euadat, enitendum est: si legibus boni effici possumus. quamcunque enim & prius latam recte disponere cuiuslibet non est: sed si modo est cuiuspiam, est scientis. sicut in equestri arte, & reliquis quarum cura aliqua & prudentia est. Post hæc igitur considerandum, vnde aut quomodo ad leges ferēdas fieri idoneus quispiam possit. an sicut in cæteris fit, ex ciuilibus? An non simile quid in ciuili & reliquis scientiis & facultatibus apparet. quippe cum in cęteris iidem facultates tradant qui ex eis operantur: vt medici, & pictores. ciuiles autem res rhetores docere profitentur, cum tamen nemo ex ipsis eas agat, sed illi tantum qui rempublicam gerunt qui quidem facultate quadam potius & experientia, quam intellectione id agunt. Nam neque scribere neque dicere de huiusmodi rebus conspiciuntur: cum tamen fortasse id pręclarius fuerit, quam iudiciales & deliberatiuas oratio conficere. Neque ciuiles vel filios suos, vel aliquos alios reddere amicos videntur: id quod fuerat sane consentaneum, si modo potuissent. neque enim ciuitatibus melius quicquam reliquissent: neque vel sibi vel carissimis quibusque adesse quicquam quā huiusmodi facultatem maluissent. Non parum tamen conferre experientia videtur: non enim ex ciuili cōsuetudine magis ciuiles redderētur. Vnde etiā fit, vt qui de ciuili facultate cognoscere appetūt, iis opus insuper experientia sit. At rhetores ii, qui hęc profitentur, valde procul abesse ab ea docenda videntur. neque enim omnino qualis nam ea sit, & circa quæ versetur, sciunt non enim eandem cū rhetorica, aut peiorem eam esse statuerēt: neq; legum institutionem facilem esse existimarent, cum approbatas leges colligerit quispiam, posse inde optimas eligi asserentes: quasi electio ea perspicacitate non indigeat, & iudicare recte maximum nō sit. Nō secus atque in musica euenit. periti nanq; in singulis ope

† a.l. vniuersalibus.

A ra recte iudicãt: & quibus, aut quo modo perficiantur, quæ debent: qualia s. cui qualibus consonent, cognoscere consueuerunt. imperitis vero satis est, si bene ne, an male factum opus sit, eos non lateat. sicut in pictura. Leges enim ciuilibus operibus similes sunt. Quo modo igitur ex his ad legumlationem idoneus euadere, aut optimas quasque iudicare quispiam posset? Nam neq; ex scriptis ad medendum idonei fieri videntur cum tamen in his non solum curationes, sed quo modo etiam & sanari queant homines, & curatio adhibenda sit vniuscuiusque habitu distincto, tradere conentur, quę sane sicut expertis conducunt, ita inscientibus inutilia sunt. Fortasse igitur legum quoque & rerum publicarum collectiones iis qui contemplari possunt, & iudicare quidnam recte, aut contra sese habeat, aut qualia qualibus conueniant, vtiles essent. at qui sine habitu talia per tractant, iis iudicare quidem rẽte non licet, nisi fortuito. perspicatiores tamen ad ea forsitan efficerentur. Cum itaque antiquiores nego-
B cium de legumlatione imperuestigatum prætermiserint: melius fortasse est, vt nos ipsi id consideremus: atque omnino de republica: vt pro viribus philosophia quæ ad humanas res spectat, perficiatur. Quocirca primum siquid a veteribus recte dictum est, id conabimur recensere: deinde ex collectis rebus publicis, quenam sint ea considerabimus, quæ ciuitates, & singulas respublicas & corrumpunt & conseruant, quasque ob causas aliæ bene, aliæ econtrario administrẽtur. His enim consideratis quænam optima respublica sit, & quo modo vnaquęque instituta, quibusquæ legibus & moribus vtens: magis perspicere poterimus. Sumpto igitur hinc initio dicamus.

Dixit. An igitur in eo quod dictum est de felicitate in hoc libro, & de virtutibus, & de amicitia sufficientia est in hoc ꝙ sciatur tantum, aut non ẽ arbitrandum est enim, ꝙ oportet vt fini comprehensa nobis per terminos & descriptiones, & vsitata. Nam, vt dicitur non sufficit in eo, cuius natura est vt agatur, scire tantum absq; vsu: non est ergo in scientia virtutis sufficientia: immo studendũ est eius cognitioni, vt conandum vsitationi ipsius, & vsita-
C tioni rerũ alienarũ, vt efficiamur boni per modum aliquem ex modis bonitatum, si non est in sermonibus sufficiẽtia in virtute. Dixit. Et pp hoc recte dictũ fuit, ꝙ indigetur acceptione irrationis multę & securitatis magis morę per ipsam in adeptione ipsius, sicut d. Theognis. & Theognis dicit, & patẽs est, ꝙ notitia virtutũ potẽs est mouere in adeptione earũ eos, qui liberi sunt ex adolescẽtibus, & excitare scd̃m ęqualitatẽ oẽm, qui nobilis ẽ generis, & amat bonũ scd̃m veritatẽ. Plures aũt non põt expauescere, vt moueantur ad bonũ: eo ꝙ ipsi nõ ducũtur ad bonũ verecundia, sed metu & pauore: neq; prohibentur a malis propter earum turpitudinem, sed propter pœnarum suspitionem. Cum. n. secundum passiones viuant, requirunt delectationes sui ipsius, & res per quas fiunt delectationes, & fugiunt a tristitiis oppositis delectationibus: bonũ vero, quod est bonum secundum veritatem, neque cogitatum est apud eos, quanto magis neque operatum, cum non gustauerint ipsum. Quis igitur sermo mouebit istos, & permutabit eos a statu suo? Impossibile enim est, aut non facile mutare per sermonẽ eum, qui iam induratus est in moribus antiquis tẽpore longo. Dixit. & fortassis amabimus acquiescere virtutes, quando fuerint nobis vniuersæ res, quas videmus esse bonas. Dixit. Et quidam hominũ putantur esse boni per naturã, & quidam per doctrinã. Et patet quoniam qđ de hoc est per

naturam non est a nobis: sed est per gratiam quandam diuinam illis, quor[illegible] tuna bona & veraciter sermo aũt & doctrina non est efficax ad fa[illegible] tutem in omnibus: sed oportet vt sit anima, quę vtitur sermone in vir[illegible] D vstata, & assueta bono. & imbuta, crescendo in vsu boni, in amore [illegible] odio contrarij eius: sicut amat seges terram, quę nutrit eam, nam illi, [illegible] m scdm passiones bestiales, non audiunt sermonẽ conuertentẽ eos ab al[illegible] in intelligunt ipsum. qui ergo fuerit in hoc statu, qualiter est possibile [illegible] tuũs tetur eius conscientia? & vniuersaliter oportet ne putetur ꝙ isti [illegible] neq; reduci possint cogendo per sermonem. D. Et oportet vt sit mos [illegible] vt permo intendo ante actiones virtutis, & vt sit prius, & vt sit ex more suo [illegible] morales chri, & odium turpis. D. Vt autem inueniatur virtus sana ex vita pueri amor pul- cile est, nisi fuerit enutritus scdm legem nobilem: eo ꝙ qui non creuerit difficile dum legem nobilem vtitur castitate per modũ continentię, & vsus castitatis secun modum continentię est indelectabilis apud plures. Dixit. Ideoq; oportet vt p tiamur diætam puerorum, & actus eorum per leges. ipsi enim quando cre- xint secundum eas, non erunt eis contristabiles propter assuetudinem earũ. D. Et fortassis non erit in regimine diętę puerorum & recta gubernatione eorũ quamdiu durauerint in pueritia sufficientia: sed oportet etiam ꝙ, quando per- uenerint ad terminum virorũ, vtantur ea & assuescant eam. & indigent in hoc etiam legibus. & etiam indigent legibus in tota vita: plures enim ducuntur ne- cessitate & coactione plus quã sermone, & malo plus quã bono. Et propter hoc vident quidam homines, ꝙ oportet vt legislatores constringant hoẽs ad recipiendum virtutem: & vt hoc ponant pro lege non propter suos tantum, sed & propter eos, qui seruis similantur in natura sua, cum obediant quidem legi- bus per sermonẽ viri emeriti, in quibus tã pręcessit consuetudo, & adaptaue- runt animas suas. & propter hoc vident, ꝙ oportet vt ponant modos pena[illegible] & vltionis in eum, qui non obedit, & est peruersę naturę. Qui vero irrectifica- bilis est tollatur de medio. nã aptitudinẽ habenti & idoneitatẽ qui amat bonũ persuadetur per sermonem. malus enim concupiscens delectationes oportet vt affligatur tormentis quasi bestia. ideoq; dixerũt, ꝙ expedit, vt imponantur pe- nę contrariantes delectationibus amatis: intendo vt ponatur cuilibet delecta- tioni tristitia, quę sit tanquã contrarians ei naturaliter. D. Quemadmodũ au- tem dictum est, oportet qui vult fieri bonus, vt vtatur eo, quod pertinet bonita- ti: & vt non faciat malum, neq; voluntate sua, neque absq; sua volũtate: & hoc quidem fit illis, qui inhabitant ciuitates sani intellectus, & quas ordinat vir stre- nus. & nõ inuenitur istud in ciuitatibus, nisi ex parte mandatoris strenui cogen tis eos ad hoc. non inuenitur aũt potentia coactiua ad huiusmodi mandato viri vnius, nisi sit rex tanquam rex absolutus: intendo virtuosum bonum. lex aũt ha bens potentiam coactiuam, qñ fuerit sermo procedens a scientia & intellectu. D. Et habentes legem, inimicantur eis qui contrariantur ipsis in actionibus: et si sint actiones eorum sanę. attamen lex non est grauis, quoniam ordinat quod oportet. D. Et putatur de legislatore in ciuitate lacedæmonia tantum, ꝙ pre- mandauit adhiberi diligentiam circa diętam & modũ viuendi in rebus paucis in pluribus vero ciuitatibus iam perijt consyderatio in huiusmodi rebus. & ꝓ pter hoc viuit quilibet hominum ad libitum & voluntatem suam cum fi[illegible] js et vxore in semetipso, sicut vixit prout libuit cũ filijs & vxore. sed vult vt [illegible] mo, virũ famosum apud ipsos, per hoc ꝙ accidit ei de libito viuendi malitia [illegible] tus cũ vxore & filijs, & hoc, qđ dixit, est res manifesta valde in ciui[illegible] bus, quę sunt super faciem terrę in hoc tempore. D. Et melius est ꝙ ex regimine in istis rebus est prouisio communis sana, quã possibile est esse in vsu. & qn fuerit regimen istud vniuersitatis, oportet ꝙ sit scdm ꝙ curat quęlibet ex ipsis. & cu pit circa filios & amicos scdm ęqualitatẽ, & vt studeatur virtuti ab o[illegible] us eis & vt eligant eã. Et maxime põt istud qui sciuerit qđ dictũ est in hoc libro qñ factus fuerit lator legũ. ꝓuisio. n. cõis ciuitatibus est quidẽ ꝑ leges, & viri [illegible] ul- dẽ idonei fiunt virtuosi ꝑ leges nobiles, siue sint scriptę, aut nõ scriptę. [illegible] enim in hoc non est diuersitas, intendo in genere, & natura, in eo ꝑ qđ indiui-

ar vnus singularis & vniuersitas: vt quod accidit in arte musica & in ceteris
A operationibus: intendo ꝙ per quod instruitur vnus, per hoc instruitur & vni-
uersitas. Et propter hoc sunt res legales, & consuetudines habẽtes vim in ciui
tatibus, quasi uim sermonũ & cõsuetudinũ patrũ in domibus: immo validiores
sunt in ciuitatibus & vtiliores, eo ꝙ generaliores. D. Instructio vero particula
ris & communis ciuilis etiam habent adinuicem diuersitatẽ: vt qđ accidit in ar
te medicine, & in ceteris artibus operatiuis. & qđ dicitur in medicina, ꝙ dimis
sio nutrimenti & quies, intendo priuationẽ exercitij, competunt febricitãtibus:
fortassis tamen quibusdam non conuenit. & similiter in epilepticis fortassis nõ
competit omnibus cura vna. Et dignius est putari ꝙ particulare exquisitũ est
certitudinaliter, quando fuerit regimen & prouisio propria singulis hominũ:
intendo vt memoria habeatur cuiuslibet hominis, & prouideatur ei per sibi ꝓ
prium secundum ꝙ tale indiuiduum signatum, veruntamen vnumquenque ce-
git regimine decenti & bono, vtitur vtilitatione propria in medicina, & in re-
liquis artibus actiuis ille, apud quem fuerit ex illa arte commune vniuersale, in
tendo quod pertinet vniuerso. Et vniuersaliter melius est regimen regimine
illius, apud quem est quod pertinet particularibus tantum, eo ꝙ scientiæ sunt
quid rei vniuersalis, & iste artes sunt artes actiuę a scientia: nisi ꝙ forsan non
prohibetur, ꝙ regat homo regimine bono indiuidua multa, quando iam certifi
catum fuerit quod conuenit per experientiam tantum, sicut accidit hoc in arte
B medicinę. Putant ergo multi medicorum, qui sunt cum hac dispõne, ꝙ bene &
certe operantur in seipsos, & non possunt in aliis perficere quicquam propter
ignorantiam eorum naturę communis, & propter hoc videtur. ꝙ oportet eum,
qui vult esse magister, & artifex perfectus in huiusmodi artibus actiuis, vt ha-
beat scientiam rei vniuersalis non minus quam scientiã particularis, vt sit sciã
eius rei vniuersalis in tali arte, scđm mensuram possibilẽ in ea. Et ex quo ne-
cessariũ est ei, qui vult efficere per regimen & gubernationẽ aliquos meliores
quã sint siue multos, siue paucos, vt sit lator legũ: cũ per legem quidẽ bonã fa-
ciamus. & tunc manifestum est, ꝙ non est potens vnusquisq; vt ponat ex ipsis
positionem bonam, neq; si sit vir experientię tantũ. sed si fuerit aliquis, erit il-
le, qui scit vlẽ. sicut se habet res in medicina, & in cæteris magisterijs, in qbus
est vsitatio, rectificatio ab intellectu & sciã. D. Cumq; sic sit, oportet vt perscru
temur post hunc sermonẽ ex quo magisterio possibile est hõi vt sit lator legũ,
& qualiter erit hoc. Et est manifestũ ꝙ erit quidem hoc per notitiã rerũ ciui-
lium, quę sunt subiectum eius in quo speculatur, sicut proportionantur cetere
artes, & potentię subiecto ꝓprio eius. ideoq; putatur sciã hec pars esse artis ci-
uilis: quamuis non appareat ex eo, quod inuenitur in ciuitatibus, ꝙ res in posi-
tione legum similiter rei in ceteris scientijs, & potentijs. in ceteris nanq; potẽ
C tijs, & artibus patet ꝙ illi, qui sciunt, sunt qui agunt per eas, vt medici & scrip-
tores. D. illi aũt, qui profitentur sapientiam rerũ ciuiliũ, non possunt docere eã,
neq; quilibet potens ad agendum eas: immo putatur ꝙ illi, qui excernent vitã
ciuilem, faciunt hoc per potentiã quandam aliam a scientia. D. & sunt digno-
res vt faciant hoc per experientiam, quã ut faciant ipsum per scientiam & ar-
tem. non enim uidetur ꝙ ipsi scribant in hoc quicquam, neque roborent in hoc
ratiocinationem. D. Forsan positio sermonum in istis rebus artificialior est
quam quod consueuerunt Antiqui de positione sermonum contendendi in iudi-
cio & difficiliã & necessariũ fuerat eis componere sermones ciuiles, cum repu
tarent se potentes ad hoc, & cum in hoc fuisset sanatio ipsorummet, atq; aliorũ
ex amicis. etenim ipsi si fecissent hoc, non poterant dimisisse ciuitatibus aliquid
penitus loco sui post mortem melius hoc magisterio sibi, & amicis ẽi. D. Neq;
putandum ꝙ posse experientię in inuentione legum modicum sit. nam tunc non
esset possibile ut aliquis istorum esset lator legum: intendit eos qui erant tem-
pore suo, nã qui ex ipsis factus est lator legum, factus est quidem ex parte ex-
perientię: intẽdo ꝙ expertus fuit ipse & alij, sicut se habet in medicina experi
mentali. ideo necesse est illis, qui cupiunt regere ciuitates, ut ad minus habeant
experientiã, D. Illi aũt, qui profitentur artem condendi leges ex illis qui iactãt

Necesse est illis, qui cupiunt regere ciuitates, vt adminus habeant experientiam.

Electio act' nobilia l vnaquaq; artiū non fit, nisi p duas res, s. per scientiā, & experientiam.

se esse sapientes in eis, sunt longe ab hoc valde, neq;.n. sciunt vniuersaliter, q
sit hęc ars, & in qua re sit. & cum ignorantia eorum de hoc putauerunt quid
q hæc ars & rhetorica sit res vna, sed putauerunt hanc esse deteriorem rhetori D
ca, & putauerunt q condere leges leue quid est ei, qui vult aggregare ex ipsis
in quo profecit. Non est autem vt opinati sunt. etenim electio actus nobilis in
vnaquaq; artium non fit nisi per duas res: vna quarum est scientia cognitionis
illius rei, & altera experientia. Scientia nanq; est, per quam inuenitur actio, &
experientia per quam dirigitur vel probatur, sicut se habet in arte musica, &
arte medicina, & cęteris ex artibus actiuis. & domini experientiarū, per quos p
ficitur in hoc secundum perfectionem, sunt illi qui iudicant sane de operatione
bus p experientias, & sciunt cum hoc per quam rem erunt, & qualiter, & q
res cui rei cōuenit. qui vero nō habent experientiā de aliquo, & habent noma
naturę eius, occultatur ab eis, si est ex actione bona in fine, aut mala. D. Et vni
uersaliter conditor legum similatur potentijs ciuilibus. Qualiter igitur erit is,
apud quē nō est scientia istius artis conditor legum: aut quomodo iudicabit de
nobili earum aut de ignobili? Non enim erit possibile hoc, nisi fuerit de hoc p
scrutatio, & speculatio, & ponuntur in membranis librorum, & dicant in ea nō
quæ sunt res, quæ se habēt in ea habitudine curationū in arte medicinæ: immo
qualiter fiat curatio, donec habeatur sanitas, & distinguatur hoc, donec perue-
niāt ad finē in vnoquoque hominū. & de huius notitię domino putatur, q ipse
proficiat per experientiam. qui vero non habuerit hanc notitiam, non proficiet E
per experiētiam. Et cum sic sit, erunt conuenientes valde, positio legū, & aggre
gatio fororum ciuilium eis, qui possunt vti consyderatione & iudicio sano de
bono, & eius contrario. & per hoc facile erit eis scire quid cunq; conueniat
intēdo quę lex cui aggregationi. & similiter in singulis partibus aggregationū.
D. Si aūt incipiant in positione legum absque habitu scientiali, non erit possi-
bile eis iudicare iudiciū rectum bonū. nisi sit cōditor naturę excellentis. & for-
sitan erit actio habentis excellentem naturā conuenientior, qn̄ fuerit ab habi-
su artificiali. D. Et cū iam dimiserint Antiqui perscrutationē & inquisitionē de
positione legū, tunc fortassis erit melior consyderatio in hac consyderatione
in ciuitate per modū vniuersalem. Et qm̄ propositum nostrum est perfectio spe
culationis secundum mensuram posse Phylosophię in rebus humanis, tunc co-
nabimur primitus perscrutari de omni parte nobili bona legum quod dixerūt
antiqui de hoc, intendo de regimine ciuitatum: deinde videbimus de modis vi
uendi inuentis, quis eorū corrumpit quasdam ciuitates & rectificat qua dam, et
quis eorum rectificat omnem: intendo ex ciuitatibus quatuor simplicibus aut
quinque. & propter quam cām efficitur vna quarundam ciuitatū bona, & qua-
rundam econtrario. Quando ergo consyderatum fuerit in his, forsan scietur ma
gis quę vita melior & qualiter ponitur vnaqueq;. & propter quid similātur le F
ges in vsu earū consuetudinibus. Incipiamus ergo, & dicamus,
Et hic explicit sermo in hac parte huius scientię: & est ea quę habet se in scia
ciuili habitudine notitię, quid est sanitas & ęgritudo in arte medicinę: & illa,
quam promisit. est pars quę habet se in hac scia habitudine effectiuę sanitatis et
destructiuę ęgritudinis in medicina: & est in libro eius, qui noīatur liber de re-
gimine vitę. & nondū peruenit ad nos, qui sumus in hac insula: quemadmodū nō
peruenerant ad nos primitus de isto libro, nisi primi quatuor tractatus, donec p
duxit eum ad nos amicus noster vir nobilis dominus Omarsilius Martini, roga
tu amicorū suorū, & Deus retribuat ei pro nobis regratiationē completā. Et for
tassis erit aliquis amicorum, qui adducat librum, in quo est complementum hu
ius scientię, si Deus voluerit. Apparet aūt ex sermone Abyn arrim Alfarabij,
q inuentus est in illis villis. Si vero hoc nō contigerit, ei Deus cōtulerit indu
cias vitę, pscrutabimur de hac intentione iuxta mensuram nostri posse. Nā ex
sermone Philosophi apparet in hoc loco, q qđ est in libro Platonis de regimi-
ne vitę, incompletū est. & videtur q sic se habeat res in seipsa. nā in libro per
scrutatur. Plato duobus modis hominū tantū, & sunt conseruatores & sapiētes
deinde ostendit quō permutātur ciuitates simplices ad se inuicē, Sed perscruta-

A tio artificialis exigit vt rememoremur leges, & fori cōmunes ciuitatibus simplicibus: deinde rememoretur post hoc, quod appropriatur singulis ciuitatibus ex eis, intendo quod appropriatur aggregationi nobili honorabili, & alijs aggregationibus. Et similiter rememoretur quod impedit vniuersas aggregationes, & quod impedit modo singulos ex ipsis: & inquirantur exempla huius in vita inuenta in illo tēpore, & hoc est illud, ad quod innuit Aristo. hic, & est res, quę non completur in libris Plato. Qualiter igitur d. Albubekrim filius aurificis φ locutio de aggregatione nobili iam expedita erat in libro Platonis: & φ loqui de eo in quo iam locutum est, dummodo inueniatur, est superfluitas, aut ignorantia, aut malitia. veruntamen non peruenerat ad ipsum complementum istorum tractatuum. Et ego quidem expleui determinationem istorum tractatuum quarto die Iouis mensis, qui Arabice dicitur Ducadatim anno Arabum. D. lxxij. Et grates Deo multę de hoc. D. translator. Et ego compleui eius translationem ex Arabico in Latinum tertio die Iouis mensis Iunij, anno ab incarnatione Domini. M cclx, apud vrbem Toletanam, in capella sanctæ trinitatis, vnde sit benedictum nomen Domini, qui est trinus & vnus.

Librorum Decem Moralium Nicomachiorum finis.

B *Et si ad hos Moralium Nicomachiorum libros, ex Aristo. verbis, Politicorum libri subsequantur: quia tamen & alii sub eius nomine libri de moribus pertractantes inueniuntur: ideo eos omnes, ne materierum fieret interruptio, ante illos de Repub. collocasse opportunum visum est.*

GEORGIVS VALLA PLACENTINVS
C EQVITI AVRATO, ET VTROQVE Iureconsulto Iusto Leliano, Iusto, Senatori, Veronensi, S. D. æternam.



Omen Iustæ tuum singulare, lenitas præcipua tuæ erga me beneuolētiæ, crebro abs te repetita memoria, mei in te mutui amoris pignus, aliquid sibi certe visa est deposcere. Et proinde voluntati id animo mihi, nihil quod tibi gratius, nec quod a me posset exhiberi, succurrit antiquis, quàm vt diductis ac iam pa tefactis ad amicitiā nostram foribus, magnis Ethicis Aristotelis animi in ipsa nostri arctius reuincti teneremur. Siquidem ei quem magno amore prosequeret, quiq; magnus amplissimo virtutum exugeret fastigio, cui medioccria ne dum parua sordescere viderentur, magna profecto mittenda iure censuimus. Cum porro Ethica nihil nisi de æquo & bono edisserant, hoc est in mediis insti-

tiæ versentur penetralibus: ubi genitum, quò ve in loco sedem potuere sibi ... D
miorem constantioremq; vendicare, quã apud eum qui genere, qui nomin...
prio diceretur Iustus, qui re ipsa iustius atq; ad eo optimus haberetur. Proin
de cum nec Aristoteles apud quenquam alium magis de iusto optet disputare,
nec opus de æquo & bono usquam malit esse, quã apud tam multipliciter iu-
stum, in ea confirmatus est animus noster sententia, ut tib. potissimum magna
ista Ethica censuerit destinanda. Hæc nimirum cum nuper explicari a me po
scêretur, hæsitauimus parum modo, quod compertum haberemus, tenuisse ne-
mine quem ipsa iampridem latina facere. Eum cum exploratum habuissemus,
nec græca nec nostra nouisse, mali interpretis more verbum verbo reddere, ...
duisse, at sensus Aristotelicos, quod fieri necesse fuit, multa obruisse caligine,
eumq; nostra peregrinis respondentia verba ignorasse, Græcis abutendo, ...
adhuc legentibus nubem non exiguam offudisse, denique Barbaris ... di-
ctionibus opus totum confudisse, ut non tam tradidisse vobis Aristo. quã plane
iugulasse videatur. adeo ut omnes ab eius auerterit lectione: cum alioqui sit
eiusmodi opusculum mirifica quadam grauitate, nec minus acumine refertum, E
ut vel doctissimum quenq; ad sese potuerit allectare. Ipsum itaque in suo
squalore hactenus iacuisse dolentes, in hominum conspectum adducendum e...
putauimus, si non quibus meritus fuerat pallis prodire amictum, non tamen ...
remur, sordidissimis. Ideo autem id, quo multorum ex tuo hospitio aliorum, ...
dum tuo, non minus liberali ac sapienti quã iucundo frueretur colloquio. ...
ipsum pœnituerit Arist in ea hospitium nactum esse ciuitate, unde dum Latino
eloquio tanquã saluberrimæ effulserint stellæ. ut Catullus, ut Vitruuius, ...
Plinius, ita pleriq; alii nostra quoq; ætate, Domitius Calderinus, iam fun...
vita. At viui Benedictus, qui iampridem Venetiis rhetor insignis, Alexan...
Benedictus eloquio & doctrina medicus, primas tenens, ut multis quoq: al...
floret Verona ingeniis. Nec præterea pœniteat tantum philosophum in ista c...
rissima ciuitate hospitem acceptum esse Iustorum domo, quæ nobilitate an...
illustris, operibus lautissima, dignitate florens, & virtutum culmine omnibus
conspicua, postremo penes Iustum, qui in ea splendida familia, tanquã inter
doctrina eminet, senatoria grauitate renitet, prudentia sapiens, iustitia inte- F
ger cunctis virtutibus clarior quam ullis verbis explicari posse videatur. In
pariter, iuste mi optime, hunc philosophum, ut soles doctos omnes, ita amplecte
ctere, loquentemq; audias, ut tuo hospitio tuoq; colloquio, sicut fore non dubito,
prædices nihil benignius, nihil humanius: & ubi quæ loquitur accuratius, in
tentiusq; auscultetur, esse nusquam. Ego autem, ut se mihi concredidit, ita ip-
sum tibi committo, commendoq;.



ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS MAGNORVM MORALIVM LIBER PRIMVS.

Georgio Valla Placentino interprete.

SVMMA LIBRI.

De bono. De virtute in genere. De vltroneo, ac alijs, quę ad ipsum spectant. De virtutum speciebus. De veritate, ac ijs, quibus ipsam coniectamus.

De virtute agendum esse: & antiquorum de ea afferuntur opiniones. Cap. I.



Voniam de pertinentibus ad mores dicere constituimus, primum cuiusnam rei pars sit mos, ducti mus considerandum. Vt igitur paucis absoluam, non rei alius videtur pars esse, quam ciuilis in rebus citra quempiam qualem esse, effici nihil pōt: qualem inquam, vt studiosum esse, ac probum, studiosum porro esse, idem ꝙ virtutes habere. Quòd C si quispiam ciuilibus in rebus solers esse debeat, eundem moris studiosum esse oportet. Apparet itaque rei ciuilis, omne negocium quod circa mores est, partem esse atque principiū: vt in totum iure mihi videatur habere appellationem negotium atque tractatio, non moralem, sed ciuilem. Expedit itaque (vt est videre) de virtute primum dicere, & quid sit, & ex quibus constet. nec enim fere vtile fuerit virtutē quidem nosse, vt vero sit, ac ex quibus, negligere. quandoquidem ex quibus sit coniectare: nedum vt norimus quid sit, considerandum. simul enim nosse volumus, ac huiusmo di nos esse. At nequaquam facere poterimus, nisi ex quibus, & quomodo sit percalluerimus. Scire igitur quid sit virtus, necesse est. si-

quidem & ex quibus sit,& quomodo, sciru haud quaquam facile est D ignoranti quid sit, quemadmodum in scientiis. Verum ne latere qui dem nos oportet, si quæ de his prius disseruere. Primum igitur Pythagoras de virtute dicere aggressus est, quanquam non recte. Virtutes siquidem ad numeros referendo, suam virtutum non fecit inspectionem. nec enim iustitia est numerus pariter par. Cui succedens Socrates de hac re melius pleraque disseruit: sed ne ipse quidem recte. quoniam virtutes scientias efficiebat: quod fieri nullo modo potest. Cunctæ siquidem scientiæ cum ratione: atqui ratio in solo animæ gignitur intellectu; quo circa virtutes omnes, in animæ parte rationali efficiantur, necesse est. Euenit itaque, vt qui virtutes scientias faciat, irrationalem animæ partem extinguat. quod faciendo, affectū ac morem perimat. Quamobrem non recte hoc modo virtutes amplexus est. Postea demum Plato animam in partem quæ teneret rationem, et in eam quæ esset rationis expers, recte distribuit: redditq; suas vtriq; virtutes. quatenus hæc, probe: reliqua vero neutiquam recte. quandoquidem virtutem cum tractatione quę de bono B per se esset, admiscuit: non equidem recte, quia non peculiare, & suum. neq; enim de eo quod est, ac de vero differentem, de virtute dicere oportuit: illi siquidem nihil est cum commune. Tanta igitur illi, & hoc modo amplexi sunt.

De bono in communi. Cap. II.



Einceps ergo nobis cōiectandum, quid nam de his dicēdum fuerit. Intuendū igitur est in primis, scientiæ oīs atq; facultatis finem esse aliquem, idq; per se bonum. nulla siquidem scientia, facultas nulla mali causa est. Quòd si facultatum oīum bonus est finis, non dubiū, quin ēt optimæ sit optimus. atqui ciuilis optima est facultas: igitur F ipsius finis bonus. De bono itaq; (vt videtur) nobis dicendum est. At de bono non in vniuersum, sed nobis bono, neq;.n. Deorum bonum agendum est. queādmodum de eo alia habenda fuerit oratio, & cōsideratio nunc sit aliena. De nobis itaq; bono dicēdum est. De quo sane disserendum in primis est, quonā dicatur modo. neq; enim simplex atq; vnum est. quādoquidem dicitur bonū, aut quod in vno quoq; est optimum, id vero suapte natura deligibile: aut cuius participatione alia sunt bona, id nimirum idea boni est. An igitur de bo ni idea loqui oportet. An non. atqui vt commune, quod est in omnibus bonum. aliud enim ab ipsa idea videri debet. siquidem separatile id per sese est, quod idea: cōmune vero in cunctis existit, non vti q; idem quod separatile. nec enim vnquam separatile, & per sese agnatam vim habens in cunctis fuerit. Nunquid igitur de hoc nobis disserendum bono, quod in omnibus existit? An non. quid ita? nēpe

A quoniam id commune est, vt definitio & inductio. definitionē autē oportet cuiuslibet referre essentiam, seu bonū seu malū sit, seu quid-uis aliud. refert certe definitio, vt eiusmodi bonum in vniuersum ē, non quatenus ipsum per sese deligibile. Verum quod in cunctis exi-stit, definitioni est simile. definitio certe ait bonum esse quippiam, quod neq; sciencia, neq; facultas vlla dicit. neq; enim finem suum asserit bonum esse, verum id alterius est inspicere facultatis quando quidem neq; medicus, neq; ædificator refert, hic quidem sanitatem esse bonam, ille vero domum: sed hic quidem quod sanitatem prætē dat, & quemadmodum faciat, ille vero domū. Non dubium igitur, quin ne rei ciuili quidem de communi bono dicendum sit: vna siqui dem & hæc reliquarum scienciarum est. Atqui hoc nullius est dicere aut facultatis, aut scientiæ, vt de fine. ne quidem igitur rei ciuilis, quod de communi bono est dicere, eo, quod per definitionem est. Ve rum enimuero neque de eo, quod per inductionem cōmune. quid

B ita? q, cum voluerimus particulariter aliquod bonum demonstra-re, aut definitione demonstramus, vt ratio eadem congruat ei quod per se bonum, & ei quod bonum esse demonstrare voluerimus: aut inductione, sicut cum velimus magnanimitatem bonum esse demon strare, dicimus, nimirum iustitia bonum est, & fortitudo, ac omnino virtutes: magnanimitas autem virtus est: ergo & magnanimitas bonum. Non igitur de communi per inductionem bono rei ciuili dicendum est: quòd eadem contingere non possunt huic, & per de-finitionem communi bono. nam quod bonum, hinc etiam dicet. Manifestum igitur de optimo bono dicendum esse, eoq; quod no-bis optimum sit. In totum autem viderit quispiam non vnius esse scientiæ aut facultatis de vniuersali bono considerare. Cur ita? nem pe q bonum est in omnibus prædicamentis. nam in quo, in quali, in quanto, in quando, in ad aliquid, ac prorsus in omnibus. Cæterum quando bonū in medicina, medicus nouit. at in gubernatoria, gu-

C bernator: & in singuli. Quando secandū quidem sit, nouit medicus. at quando nauigandum, gubernator. In qualibet vtiq; quando bo-num, quiuis quod propter se cognouerit. neq; enim medicus quod in gubernatoria bonum quando cognouerit: neq; gubernator, quod in medicina. Ne igitur quidem hoc modo de communi bono dicen dum est, siquidem quando, in cunctis commune est. similiter etiam quod ad aliquid bonū, ac quod in aliis prædicamentis commune est omnibus. Atqui nullius est facultatis, aut scientiæ dicere de eo bo-no quod in vnaquaque est. ne igitur quidem rei ciuilis est dicere de cōmuni bono. de bono igitur, ac de optimo, atq; nobis optimo. Cæ terum, cum qui velit quippiam demōstrare, minime apertis nō opor tet exēplis vti. sed vbi obscura aperienda sint, manifestis, ac in eis quæ sub intelligentiam cadunt, sensibilibus: ea siquidē sunt apertissi ma. Cum igitur de bono dicere quispiā tentauerit, de idea neutiquā

dicendum est: tam etsi de idea dicendum existimem, ubi de bono dicant. Aiunt nanque de maxime bono esse differendum. at id v... quodq; præcipue tale est, ut præcipue sit bonum idea, ut opinantur. huiusmodi certe oratio fortasis vera. verum neutiquam ... tia vel facultas, de qua in præsentia nobis est oratio, de hoc ... no, sed nobis bono. Nulla siquidem scientia aut facultas de ... quitur, quòd sit bonū, & proinde, ne quidem res ciuilis. ideo ... bono, quod iuxta ideam est, loquitur. Verum fortasis ait, h... le bono utendum esse principio, ab eo progrediendo ad ... quo ne ita quidē rectè. expedit siquidem, sua cuiuslibet sumere p... cipia. absurdum enim sit, volenti ostendere triangulum duob... ctis æquales habere angulos, sumere principium eiusmodi, anima ... mortalis est: neque enim hoc proprium. oportet siquidem pr... um suum esse eius rei, quæ de agatur, atq; coniunctū... hoc quid anima sit immortalis, demonstrauerit quispi... ctis æquales habere triangulum. itidem & de bonis est inspicere ... citra ideam boni. proinde proprium non est huius per se ... cipium. Ac ne quidem Socrates rectè scientias virtu... faciebat. ... enim nihil incassum & temere esse arbitratus est, ex eo autem ... est, virtutes esse scientias, ei eueniebat virtutes esse frustra. qu... ? In scientiis nimirum contingit pariter nosse scientiam quid est, & scitum esse. nam si quis norit quid sit medicina, is cōfestim est ... cus. similiter etiam in aliis scientiis. At in virtutibus non ... neque. n. si quis nouerit quid sit iustitia, cōtinuo etiam iustus ... & in aliis. Euenit igitur, & temere virtutes esse, & non esse scientias. B

Quot modis dicatur bonum, Cap. III.



T quoniam de his nobis differendum est, annitam... bonum dicere, quot dicatur modis. Sunt nimirum bonorum alia honorabilia, laudabilia alia, potentiæ alia. honorabile huiusmodi dico, quod diuinum, quod melius ut anima mensq; est, quod antiquis, quod principium, & alia id genus. Honorabilia certe, in quibus honorabilia siquidem omnia honor comes consequitur. igitur etiam virtus honorabile bonum est, quando ab ipsa probus quispiam gignitur. is nanque in virtutis penetrat habitum. At laudabilia, ut virtutes. ab ipsarum nanque actionibus laus emergit. Quę vero potentiæ, ut dominatus, opulentia, robur, pulchritudo. iis nanq; bonus bene, ut malus male uti potuerit. ideo etiam potentiæ eiusmodi bona nuncupantur. bona certe sunt; usu siquidem ipsorū boni, non utique mali approbātur. id genus nimirum bonis euenit, ortus causam ipsorum esse fortunam. a fortuna nāq; & opulentia, & dominatus est, & quæcunque prorsus in potestatis ordinem perueniūt. Reliquum porro ac quartū F

inter

A inter bona est salubre, etiam bonum efficiens. sicut exercitium sanita
tis, ac aliud genus est aliud. Verum aliam quoq; subeunt bona distri
butionem. Vt bonorum quædam prorsus & omnifariam sunt eligi-
bilia, quædam vero non. veluti iustitia aliæque virtutes. omnifariam
& omnino sunt eligibiles. at robur, & opulentia, potentiaque, & id ge
nus alii, neq; omnifariam neque oino. Rursus quoque aliter. Bono Alia boni di
rum alia sunt fines, alia non. quemadmodum sanitas quidem finis: at uisio.
quæ sanitatis causa neutiquã finis est. Et quæcunque ita habent, eorũ
semper finis melior. vt sanitas melior quã quæ salubria. in totũque
prorsus id melius, cuius gratia sunt & alia. Rursus ipsorum finium,
præstat semper qui perfectus est imperfecto. Est nimirũ perfectus,
cuius accessu nullo amplius nobis opus est. Imperfectus aũt, cuius
aduentu alium desideramus. quemadmodum iustitiæ duntaxat aduẽ
et plura desideramus. at fœlicitatis accessu, nulla re amplius nobis
opus est. Is ergo nobis optimus quem desideramus, qui finis perfe
B ctus. absolutus nanq; finis bonum est: nec non finis bonum. Hinc De optimo.
igitur, quonam modo optimum considerandum est: nunquid eo mo
do vt ipsum quoq; recẽseamus. An id videbitur alienum. siquidem
optimũ finis est perfectus. ac perfectus finis, vt paucis absoluã, nil
aliud quam felicitas esse videtur. Ex multis porro bonis felicitatẽ
constare cõprobatur. Quòd si optimum coniectans, ipsum quoque
cum aliis annumeres, ipsum se melius esse constabit, siquidem opti
mum erit. Vt salubria ponendo & sanitatem, consideres quidnam
horum omnium optimũ, nempe sanitas. quòd si horum optimũ est,
id se quoq; melius, quod admodum absurdum est. nõ igitur optimũ
ita coniectandum. Sed an id quodammodo fuerit, vt absq; se? An
hoc etiã absurdum nam felicitas ex quibusdam cõflata bonis est. hoc
vero ex quibus constet bonis, an sic optimum, cõsiderare fuerit alie-
nũ. neq; enim est quicquam aliud ab his felicitas, verum hæc ipsa.
an ita quispiam recte concernens, optimum considerauerit? sicut ip
C sam felicitatem quæ ex his sit bonis, diiudicans erga alia quę in ipsa
collecta non sunt: ita optimum considerans, recte considerauerit.
Cæterũ nõ est simplex, quod nũc quærimus, optimum. vt dicat quis
piam, optimum cunctorũ bonorum in vnum concretorum esse prudẽ
tiam. Verum hoc fere modo, non quærendum est optimum bonum.
perfectum siquidem quærimus bonum. At prudentia sola, neutiquã
perfectum. non igitur hoc optimum quod quærimus, neque inda-
gamus optimum. Præterea aliam admittunt bona sectionem. sunt Alia item di
siquidem bonorum alia in anima, vt virtutes: alia in corpore, vt sani uisio.
tas, venustas: alia externa opulentia, dominatus, honor, & si quid est
huiusmodi. At horum quę in anima sunt, optima. Quę porro in
anima definita sunt bona, trifariam distribuuntur, in prudentiam, in
virtutẽ, & in voluptatẽ. Post hoc igitur, quod profitemur omnes, ẽt
finis videtur bonorum, idemq; absolutissimum esse felicitas. quod

sane fatemur esse in bene agendo, ac bene viuendo. Cæt[illegible] plex non est, sed duplex. quorundam enim est finis ipsa actio, sicut visus. Est nimirum vsus optabilior habitu: finis autem [illegible] mo siquidem velit visum habere ad non spectandum, sed [illegible] dum. idem de auditu, cæterisque dicendum. proinde [illegible] habitus est, semper melius & optabilius eorum est vsus [illegible] enim & actio finis, cũ sit propter vsum ipse habitus. Post [illegible] derauerit quispiam in cunctis scientiis, intuebitur non aliam [illegible] sideratione in extruenda domo, quam in proba domo. [illegible] suppetere ædificatoriam. & cuius effector ædificator, vt [illegible] tus, eiusdem sit effectrix. Idem in aliis omnibus par est conie[illegible]

Virtutem in anima esse felicitatem uero in actione consistere, et in ætate perfecta. Cap. IIII.



Ræterea intuemur, alia re nulla, quam anima nos [illegible] re. in anima autem est virtus. idem certe fatem[illegible] re animam, animæque virtutem. Cæterum [illegible] vnoquoque cuius est virtus, idem facit. at [illegible] alia. Atqui anima viuimus. ob animę itaque vi[illegible] ne viuimus. Cæterum bene viuere, & bene agere nihil aliud [illegible] quam felicem esse: ergo & feliciter agere, & felicitas in viuendo [illegible] verum bene viuere est in viuendo ex virtutibus. hoc igitur [illegible] & felicitas, & optimum. In vsu itaque sit, necesse est & act[illegible] tas. nam quorũ habitus vsusq; est, & vsus actio finis: atqui ani[illegible] tus est habitus, & actio & vsus ipsius, eorum quæ [illegible] ego finis ipsius actio usus; fuerit. felicitas igitur in viuen[illegible] tutibus fit, necesse est. Quoniam igitur optimũ bonũ est fe[illegible] hæc ipsa finis, actione viuendo ex virtutibus, felices fuerim[illegible] mũq; bonũ habuerimus. Cũ igitur sit felicitas bonũ per[illegible] nos latere non oportet, id in ætate perfecta esse. non enim [illegible] (quia nec puer dici felix potest) sed viro is namque perfe[illegible] quidem in tempore imperfecto sed perfecto. perfectum [illegible] tempus, quamdiu homo viuere potuerit. recte nanque a mu[illegible] tur, felicẽ in longissimo vitæ tẽpore esse iudicandũ: vt opus [illegible] ctũ esse, & in tpe pfecto, & in hoĩe. Quòd aũt sit actio, h[illegible] poterit intueri. In somnis nanq;, vt inter viuendũ si quispiã d[illegible] eiusmodi nolim talẽ dicere esse felicem. ipsi quidẽ existit uiuere sed eidem ex uirtutibus, quod erat ex actione, viuere non exi[illegible]

De animæ altrice portione quædam: et in ipsa uirtutem non esse. Cap. V.

Rursus quod mox dicendũ, non admodũ quæ diximus par[illegible] te, & ne quidẽ ab ipsis longe abesse uidebitur. quippe [illegible]

A portio quædam esse putetur qua alimur, qua altricem appellamus iure profecto ita: siquidē lapides ali non posse intuemur. & perinde nō dubium, quin sit ali animatorum. Quod si animatorum cā est anima, atq; animę taliū partiū nulla alendi fuerit cā, quales sunt rationalis uel irascibilis, uel concupiscibilis, sed alia quędā præter has, & ei nullum magis peculiare possumus nomen, quā alentis accōmodare. Dicat fortassis quispiā, nunquid ex hac quoq; parte animę uirtus est. nam si fuerit. non dubium quin etiam eadem agere opus sit. perfectę siquidē uirtutis actio felicitas est. At nunquid eius sit uel non sit uirtus, alia fuerit oratio. Quæ si fuerit, huius nō est actio. nā in huiusmodi parte impulsus esse non videtur: sed igni videtur esse consimilis, cui quicquid immeseris, absumet. at si non obieceris, ne quidem ad capiendum impellitur. Ita hęc habet pars animæ, Vt si alimentū obiicias, alat: sin minus, ne quidem ad alendum commoueatur, & perinde ne quidem actio, cuius non est commotio. proinde hæc pars ad felicitatem capessendam nihil coadiuuat. Deinceps igitur, quid sit virtus dicendum, quandoquidem eius actio felicitas est. Vt paucis itaque absoluam, virtus habitus est optimus. Verum non satis fortasse fuerit ita simpliciter loqui, sed euidentius fuerit definiendum. B Virtus habitus est optimus.

Diuisio animæ: & uirtutem ab excessu, defectuq; corrumpi. Cap. VI.



Rimum igitur de anima in qua exoritur, non quid sit anima (alia siquidem eius rei consideratio) sed vt quo dammodo distribuatur, dicendum est. Anima nimirum, vt receptum est, in duas partes distribuitur, in eam quæ rationem habet, & quæ rationis expers est. Ex ea parte quæ habet rationem, exoritur prudentia, solertia, sapientia, ingenium, memoria, & id genus alia At ex parte rationis experte, quæ C virtutes appellantur, temperantia, fortitudo, iustitia, & quæuis aliæ quas ex moribus ducimus esse laudabiles. ex his nanque consequi laudem dicimur. At ab eis quę a ratione dimanant, nemo laudatur. nec enim quòd sapiens, nec quòd prudens, nec prorsus ex huiusmodi aliquo quispiam laudandus accedit. neque porro rationis expers, quatenus ad se suggerendum idoneum est, fugeritque ei quod obtinet rationem. Est nempe moralis Virtus, quæ ab excessu defectuq; corrumpitur. Quod autem tam defectus quam excessus corrūpat, ex eis est videre quę ad mores pertinet. (vtendū sane in rebus incertis testimoniis certis est.) Confestim nanque in exercitiis hoc videre est quispiam. quę si excedant, robur affligunt: sin deficiant, eodem modo habent. idem in potu ciboq; euenit: affluentibus enim sanitas absumitur. idē fit & subductis: quę si moderata fuerint, corporis firmitudinem custodiunt atq; sanitatem. His consimile. euenit in tēpe

rantia & fortitudine, reliquisque virtutibus. nam si quempiam que feceris intrepidū, vt ne quidē Deos metuat, iam non fortis demens fuerit. sin cuncta formidantem, meticulosus. fortis erit qui neq; omnia metuet, neque nihil. Hæc igitur tam augent, qua labefaciunt virtutem. nimii nanq; metus, & omnes labefaciunt qui de re nulla metu commouentur: atqui circa metus est fortitudo mediocriter itaq; metus fortitudinem locupletant. ab eisdem itaque tur tam amplificatur quā labefactatur fortitudo. ex metu nanque afficiuntur idem de cæteris dicendum virtutibus.

Virtutem inter uoluptatem & ægritudinem collocari. Et unde moralis uirtus dicta sit. Cap. VII.



Vrsus, non his modo virtutem quispiam definierit, sed etiam ægritudine & voluptate. Nam voluptate allecti improba factitamus: egritudini autem succumbentes, ab honestis deficimus. alioqui non est virtutem & vitium admittere citra ægritudinem & voluptatem. inter voluptates igitur & ægritudines virtus collocatur. Virtus porro moralis hinc cognomen habet, si modo velimus ex literis veritatem excutere. dicendum erit † morem a mora habuisse cognomen breuis in longam literæ facta mutatione: moralis siquidem appellatur, quod ex mora assuescat. Idque certum, quod virtus moralis, quæ ex parte oriatur irrationali, ex natura nascatur. siquidem ea quæ natura fiunt, nihil est qđ assuetudine aliud euadat, vel ut lapis, grauiaque prorsus omnia, quæ ferendi deorsum vim agnatam habent, si a quouis sursum versus sæpius iactari assuescant, nunquam tamen sursum attollentur, sed semper deorsum cadent. idem de cæteris est intelligendum.

† ἦθος ἀπὸ τοῦ ἔθους *mutato ε in η. ac pulchre fit ut latinæ uoces cum græcis consentiant.*

De affectibus, potentiis, & habitibus, Cap. VIII.



Ræterea, qui velit quid sit virtus dicere, scire expedit quænam demum in anima procreentur. Sunt autem hæc huiusmodi, affectus, potentiæ, habitus & proinde non dubium, quin horum quædam sit virtus. Affectus igitur sunt, ira, metus, odium, cupido, liuor, miseratio. talia comitari cōsueuerunt ægritudo, & voluptas. Potētię autem, quibus affici dicimur nempe vnde possumus excandescere, ægrescere, miserescere, & alia huiusmodi. At habitus sunt, vnde erga hæc habemus bene, vel male, sicut ad excandescendum. si nanq; supra modum iracunde, male in ira habemus. sin in quibus expedit, prorsus ad irā non commouemur, ita quoq; male in ira habemus. me

A diocriter itaque habendo, vt neq; supra modū commoueamur, neq; prorsus simus incommobiles, tum si ita habeamus, recte affecti sumus. In similibus quoq; aliis idem intelligendum. iracundum namque & bene, in medio iræ & ad irā incommobilitatis positū est. Simile etiam iactantia & dissimulatione plura namq; quam adsint sibi arrogare, iactātiæ est. minus vero, dissimulationis. inter hæc igitur medium est veritas. Idem in cæteris omnibus est intelligendū. id enim proprium ipsius est habitus, vt bene male ue erga hæc habeat. bene in iis habere fuerit neque excedere neq; deficere. erga mediū itaqȝ isto rum vnde laudandi accedimus, habitus est: sicut male erga excessum & defectum. quandoquidem igitur harū perturbationum virtus est medium: perturbationes autem sunt ægritudines & voluptates, aut pon circa ægritudinem vel voluptatem: virtus certe est circa ægritudines vel voluptates. id quod hinc certum. Sunt nimirum affectus ali, vt videbitur cuipiam, in quibus non in excessu & defectu ali-
B quo est vitium: velut adulterium. & adulter. nec enim magis est talis, qui ingenuas constuprarit. Cæterum & hoc, & si quid aliud huiusmodi est, quod a voluptate comprehenditur, quæ per intemperantiam, vel etiam quod in defectu quodque in excessu sub vituperationem cadit.

Quid medietati opponatur. Cap. IX.



Deinceps igitur fuerit sane dictu necessarium, quid nā demum medietati aduersetur, excessus ne an defectus. Nam quibusdam medietatibus defectus opponitur, vt nonnullis excessus. sicut fortitudini neutiquā excessus existens audacia, sed quæ defectus est timiditas. temperantię vero intemperantia & incommobilitas circa voluptates, non vtrique quę defectus est incommobilitas opponitur, sed intemperantia quæ excessus est. Sunt nimirum vtraque tam excessus quam defectus medietati opposita. medietas siquidem excessu inferior, sed defectu superior. Ideo etiam prodigi, liberales esse illiberales aiunt. contra illiberales, prodigos vocant. Audaces vero & petulantes, fortes nominant timidos, vt timidi, fortes petulantes & furibundos dicendos putant. Duabus itaq; de causis duxerimus medietati opponendum esse excessum atq; defectum. quippe ꝙ e re ipsa licet nobis considerare vtrum potius extremorum ad medium propius accedat: propinquior ne liberalitatis sit prodigalitas, an auaritia. longinquior certe fuerit auaritia. atqui a medio quæ magis ab sunt, magis opposita existimantur. e re itaque ipsa defectum magis opponi apparet. Est etiam & aliter videre. vt ad quæ mentem magis pronam habemus, ea medio sint magis contraria. velut ad intēperantiam nati sumus proniores, quam ad decus capessendū. quam-

obrem si additamentum potius ad ea fiat, ad quæ sumus proniores. quæ fit additamentum, ea sunt magis contraria: atqui promiores ad intemperantiam sumus, quam ad decus capessendum: magis ergo excessus medietati contrarius: intemperantia siquidem intemperantię est excessus. Quid demum sit virtus, hinc nobis licere videtur. medietas siquidem affectuum quędam esse videtur. Proinde qui velit moribus comprobari, ei affectuum medietas est quærenda. Et perinde probum esse operosum atq; difficile est. quandoquidem in vnoquoque medium capere operosum est. velut circulum describere cuiuis obuium est: at in ipso medium capere, arduum. itidem & excandescere quidem facile, nec non contrarium huic: at mediocriter habere, arduum. In totum autem in quauis perturbatione est videre, quod medium ambiat esse facile: medium vero vnde laudemur, arduum. ideo etiam raro probus.

Probos & malos esse in nobis existere: ubi redarguitur Socrates, aliter opinatus. Cap. X. B



QVoniam de virtute dictum est, deinceps fuerit considerandum, possit ea adesse nobis necne. Verum quemadmodum Socrates dixit, in nobis non est probos vel malos esse. quandoquidem si quis roget quemuis, velitne iustus esse, an iniustus, nemo delegerit iniustitiam. itidem de fortitudine & timiditate, reliquisq; virtutibus semper eodem modo. inde non dubium, quin si mali sint aliqui, non spontanei sint mali, & perinde ne quidem probi. Hæc ratio nequaquam vera. nam cur demum legislator mala facere non permittit, at honesta & proba iubet? & in malis quidem mulctam infligit delinquentibus: in rebus autem honestis, nisi honesta peregerint. atqui iniquum fuerit, vbi in nobis non sit, hoc legum conditores facere. cæterum, vt videtur, in nobis est probos & improbos esse. Item laudes & vituperationes id quoq; attestantur. Virtutem nanque laus, vitium autem vituperatio consequitur. atqui laus et vituperatio non inuitis attribuitur. manifestum igitur hoc modo in nostro arbitrio esse bona malaq; facere. Collationem vero huiusmodi proferebant, volentes demonstrare vltroneum non esse. quid nanque est, inquiebant, quòd ægrotantes squalidos nemo vituperat? At hoc minime verum. tales nanque reperhendimus, cum suę ægritudinis ipso cauasm esse cognouerimus. Quodque male habent corpus, vt pote id voluntarium esse, apparet nimirum, in vitio et virtute esse voluntarium. Rursus hinc etiam potuerit quispiam euidentius intueri, quòd omnis natura eius est essentiæ procreatrix, qualis ipsa est. veluti stirpes, & animalia. nam vtraque gignunt, ex principiis quę producunt: vt arbor ex semine. id nanq; principium est. Quod F

A porro principia consequitur, ita habet. vt enim habuerint principia,
ita quæ de principiis ortum ducunt. Perspicue autem licet hoc in
Geometria magis intueri: vbi cum aliqua sumpseris principia, vt
ea habuerint, ita etiam quæ ipsa consequuntur. velut si triangulum
duobus rectis æquales habet angulos, quadratum quoque quatuor
angulis rectis habeat, necesse est. & si triangulum secus, ita etiam
& quadratum commutabitur. ex altera parte enim respondet. &
si quadratum quatuor angulis rectis æquales non habuerit angulos,
nec quidem triangulum duobus rectis habebit æquales. Idem igitur
atque consimiliter de homine quoque intelligendum. nam cum sit
homo progenitricis essentiæ, ex principiis quibusdam atque actio-
nibus quibus efficit, homo progenerans est. nam quid aliud? ne-
que enim inanimatum aliquod efficere dicimus. neque etiam ani-
matorum citra hominem quicquam. manifestum igitur, actionum
hominem esse pro genitorem. proinde quoniam actiones commu-
B tari intuemur, nec eadem vnquam agimus, suntq; actiones ex ali
quibus progenitæ principiis, manifestum, quandoquidem actiones
immutantur, etiam actionum immutati principia, a quibus sunt:
quemadmodum collatione ostendimus geometrica. Atqui actionis
tam bonæ quam malæ principium est propositum & voluntas, & quic
quid ad rationem tendit. Non dubium igitur, quin hæc quoque
commutentur. sponte nanque actiones immutamus, & perinde etiã
principium atque propositum. nam hæc sponte fit mutatio. Proin- Dubium.
de non dubium, quin in nobis sit & probos et malos esse. Forte hic
quispiam occurrerit. quandoquidem inest iustum probumque esse, Solutio.
ero si voluero omnium probissimus. Id fieri nullo modo potest. cur
nam? quoniam non hoc in corpore gignitur. neque enim si quis-
piam voluerit corporis curam habere, omnium optimum habebit
corpus. nam opus est non curam modo intendere, verum etiam natu
ra honestum & bonum corpus esse. melius certe habebit corpus, nõ
C tamen esset omnium optimum. Idem de anima intelligendum est.
neque enim iuxta propositum suum erit omnium probissimus, nisi
etiam natura extiterit, melior quidem certe erit.

De spontaneo, & tribus appetitus generibus. *Cap. XI.*



Voniam igitur probum esse in nobis apparet, conse-
quens dictu necessarium videtur de spontaneo disse-
rere, quid nam sit spontaneum, ad virtutem nanque ca
pessendam dominantissimum est spontaneum. In to-
tum vero dicendum est spontaneum, quod non coacti
agimus. verum de hoc, magis adhuc perspicue disse-
rendum est. Nempe ad id quod agimus, aliquis exurgit nobis ap
petitus. atqui tres sunt appetitus species, cupiditas, furor, voluntas.

Primum igitur actionem, quæ a cupiditate oritur, ducimus con... dam, vltronea ne, an inuita sit, inuita neutiquam esse videri deb... cur ita, & vnde id? nempe quia quæcunque inuiti agimus, coacti fa... ciamus necesse est. Atqui vbi subest agentibus aliqua necessitas, ... ægrimonia consequetur. verum ex cupiditate agentes voluptas co... mitatur. proinde hoc pacto non erit ex cupiditate agere qui... inuito animo, sed vltroneo. Cæterum ratio est alia, quæ ab ... con... tinentia huic aduersatur. nemo enim inquiunt, sponte mala ... ga... git, qui sciat mala esse. verum qui incontinens est, scit ea esse ... pra... proba. agit tamen, ac ex cupiditate illectus agit: non ergo sponta... neus: coactus ergo est. Hinc porrò eadem nos oppugnabit ora... nam si ex cupiditate, non ex necessitate: cupiditatem enim vo... p... tas comes consequitur. sed quæ ex voluptate, non possis dicere ex necessitate. Alioquin non dubium est, quin incontinens sponte in... continentia agat: quandoquidem qui afficiunt iniuria, vltro afficiunt iniuria: atqui incontinentes iniusti sunt, atque iniuria afficiunt. in... continens ergo in incontinentiam sponte delabitur. E

Socratica argumentatio, quæ ultroneum non esse dicit. Cap. XII.



VErum enimuero, inquiunt, ratio aduersatur, non esse vl troneum. Continens siquidem laudatur, quòd spon te quæ ex continentia sunt agat. at laudatur in eis, quæ sponte fiunt. quòd si ex cupiditate vltroneum est, quod cupiditati aduersatur, inuitum erit sec conti nens contra cupiditatem insurgit: continens ergo non spontaneus fuerit continens. verum hoc non videtur: non ergo extra id quod ex cupiditate est, voluntarium. Rursus idem est in eis quæ ex fu- F rore. eadem nāque huic (quas de cupiditate diximus) rationes conueniunt, & perinde ambiguitatem faciunt iræ siquidem est, quod ad incontinentem continentemque pertinet. Restat species residua appetituum (vt in distributione posuimus) voluntas, vt an sit spon tanea, coniectemus. Atqui incontinentes, quatenus impelluntur, eatenus volunt. agunt igitur incontinentes mala, volentes. sponte nimitum nemo mala agit, vbi sciat esse mala: neque incontinens mala agit, volens mala agere: non ergo spontaneus. Ne quidem igi tur voluntas est spontanea. Hæc plane perimit oratio incontinen tiam, & incontinentem. nam si non spontaneus, ne quidem vitupe rabilis. at est vituperabilis incontinēs, spontaneus ergo. vol...tas igitur spontanea. Cum sint itaq; contrariæ quædam rationes magis perspicuæ, de spontaneo differendum est.

De ui. *Cap. XIII.*

A

PRius itaq; de vi, & necesſitate dicēdum fuerit. Vis enim etiam in carentibus anima. ſingulis nāq; inanimatis ſuus eſt locus attributus igni quidem ſupra, terræ autē infra. eſt nimirum violari, ſurſum lapidem ferri ignē vero deorſum. eſt etiam animal violari, vt equum recta via decurrentem, præ occupatum vertere aliorſum. Quibuſcunque igitur exterior eſt cauſa, aliquid contra naturam, aut præter quam volunt faciendi, cogi dicimus facere quæ faciunt. at quibus ipſis ineſt cauſa, hos nequaquam cogi dicimus. Neque incontinens negauerit ſe malum eſſe, verum a cupiditate agendi mala ſe coactū. Violenti igitur hæc nobis erit definitio, quorum agendi cauſa a qua cogantur, fuerit externa, vis eſt. quorum autem interior ac in ipſis cauſa eſt, nequaquam vis. Violenti definitio,

B *De necesſitate.* *Cap. XIIII.*

RVrſus de necesſitate, neceſſarioq; dicendum. Neceſſarium non omnino, neq; in omni dicendum eſt. quemadmodum ſunt quæcunque cauſa voluptatis agimus. Nam ſi quiſpiam dicat ſe a voluptate coactum quòd amici mulierem vitiarit, fuerit alienum. nec enim in omni neceſſarium eſt, ſed in extrinſecus aduenientibus. vt ſi offendatur quiſpiam, a rerum necesſitate coactus maius aliud quippiā deuitare. hoc modo in agrum properare coactus ſum, niſi fœdatum velim agrum inuenire. in huiuſmodi itaq; eſt neceſſarium.

Spontaneum animi ſententia eſſe: & quotupliciter inuitum dicitur. *Cap. XV.*

C

AT quoniam in nullo eſt impulſu ſpontaneum, reliquum eſt vt ſit ex animi ſententia. Inuitum enim eſt, quod ex necesſitate, viq; efficitur: & tertio loco, quod non ſit ex animi ſententia. quod plane ex his quæ fiunt, certum eſt. Nam cum quis aliquem cęciderit, occiderit ue, aut eiuſmodi aliquid effecerit, horum nihil præuidens, cum dicimus inuitum feciſſe: quippe quòd vltroneum in animaduertendo eſſe facile deprehendatur. Velut olim mulierem aiunt quandam poculum exhibuiſſe cuidam amatorium, de in eo poculo hominem mortuum concidiſſe, eam vero mulierem in Areopagum perfugiſſe. quam præſentem non alia de cauſa liberarunt, quam quòd non id præuidens effeciſſet. amoris ſiquidem cupiditate obcæcata, in eo fuerat hallucinata. & perinde neutiquam ſpōtanea eius poculi ama

sorii vita fuerat exhibitio: quandoquidem non ea mente dederat, vt perderet hominem. Inde igitur in quod ex animi sententia, id est, ex dii voluntatium. B

De proposito. *Cap. XVI.*


Eliquum præterea est, vt propositum delectumque consideremus, sit ne appetitus, nec ne. Appetitus in cæteris quoque gignitur animalibus: propositum vero non, siquidem cum ratione propositum fit, ratio nulli alii deputatur animali: non igitur fuerit appetitus. Verum nunquid voluntas? An ne id quidem. voluntas ea que eorum etiam est, quæ fieri non possunt: velut volumus esse immortales, at id nobis non proponimus, deligimus. propositum finis non est, sed ad finem. sicut nemo proponit sanare, sed quæ ad sanitatem tendūt proponimus, deambulando, curando. at fines volumus. bene enim valere volumus. Hinc certum est, non idem esse voluntatem & propositum. Verum ita habere videtur propositum, vt eius est appellatio. vt hoc pro illo ponimus, eligimus. sicut optimum pro deteriore, quod in nostra sit optione, perinde deligi suū esse videatur. Quòd si horum nihil est, nunquid quod ex animi sententia, id in proposito est? An ne id quidem. multa enim intelligimus & opinamur ex animi sententia. Nunquid igitur quæ intelligimus, ea etiam proponimus? An sæpe siquidem intelligimus de Indis, at nequaquam proponimus, deligimus. non ergo inuenta sententia propositum. quoniam horum nihil est propositum: utq; hæc animæ insita: quorum conuenientium coeuntiumque propositum esse necesse est. Quoniam igitur est, quemadmodum paulo ante memorauimus, bonorū finis tendentium defectus, atque propositum, non vtique finis. eorum quæ in nostra potestate sunt, & eorum quæ nobis diuersam rant ratiocinationem. hoc ne, an hoc deligendum non dum prius opus sit ea ipsa intelligere, & in consilium vocare. Cum nobis intelligentibus quod præstare videtur, tum ad agendum insurgat impulsus, id agendo, ex proposito agere ducimur. Quod si propositum appetitus quidam est in consilium deueniens cum animi sententia, non est spontaneum, quod deligibile. sponte enim agimus multa, antequam intelligamus atque consultemus. sicut sedēdo, exurgēdo, & id genus alia faciēdo, sponte quidē, sed citra intelligentiā. Non ergo spontaneū deligibile, sed deligibile spontaneum. si quid enim agere consultantes proposuerimus, sponte agimus. Existunt vero ex conditoribus legum nonnulli, qui spontaneum & ex proposito definiant. planeq; distinguūt: minoresq; spontaneis, quā a proposito agentibus mulctas infligant. Est igitur propositum in eis quæ sub actionē cadunt, & eis ipsis, in quibus nostrum sit agere & nō

A agere, & ita vel non ita, & in quibus propter quid est capere. Verum
propter quod simplex non est. In Geometria siquidem cum quis
discit quadratum quatuor rectis æquales habere, & percunctatur
propter quid, occurrit, quia etiam triangulum duobus rectis æquales
habet. in his igitur ex definito principio sibi propter quid assumpse
runt. At in eis quæ sub actionem cadunt, in quibus est propositum,
non ita. nullum siquidem ponitur definitum. sed si quis exquirat, cur
hoc fecisti? quoniam non erat aliter vt facerem: vel quoniã: ita me
lius ex ipsis euenientibus (qualiacunq; apparuerint esse meliora) de
lectus sumitur, & ob ea ipsa quamobrem etiam in huiusmodi est cõ
silium capere, vt expediat. At in scientiis nequaquam. nemo siqui-
dem quemadmodum scribere opus sit nomen Archiclis, init consi-
lium: quia quo pacto scribendum nomen Archiclis, est iam definitũ.
Mendum igitur non intelligentia gignitur, sed in scribendi actione
positum, in quibus certe non est in intelligentia error, ne de eis qui
B dẽ initur consiliũ, sed in quibus iam vt expedit optimũ est, inde mẽ
dum procreatur. Atqui in eis quæ sub actionem cadunt, optimũ est:
& in quibus duplex mendum. Delinquimus igitur tam in eis quæ
sub actionem cadunt, quam ex virtutibus. pariter enim virtutem cõ
iectantes, per agnata nobis itinera hallucinamur. est siquidem in de-
fectu excessuque hallucinatio. in horum vtrumlibet deferimur volu-
ptate & ægrimonia: quãdoquidẽ ex voluptate in mala delabimur,
vt ex ægrimonia, honesta fugitamus.

De animi sententia. Cap. XVII.

Vr sum autem est, non quemadmodum sensus, animi sen-
tentia: velut visu nõ poterit quicquã aliud quã videre, nõ
auditu aliud quã audire. itidẽ neq; cõsultamus, nũquid
audiendũ auditu, an videndũ. at animi sñia nõ huiusmo
C di, sed id & alia põt efficere, ob hoc ibi iã existit cõsultari. Est igitur
in bonorũ delectu, non in fine delictũ. huic certe oẽs astipulantur sen
tentię, vt sanitatem esse bonum. verum quę ad finem sunt, velut ex-
pediat ne sanitati hoc commesse, an non. Facit igitur plurimũ in his
ad hallucinandum voluptas, & ægrimonia. hanc siquidem amplecti-
mur, illam vero fugimus.

Cuius nam rei virtus coniectrix sit. Cap. XVIII.

Voniam igitur distribuimus, in quo & quo modo sit
delictum, reliquum est vt intueamur cuius nam rei sit
virtus coniectrix, finis ne, an ad finem: velut honesti
ne, an ad honestũ. Quo pacto scientia, verum ædificato
riæ scientiæ finis, speciosi proponendi. an quę ad finem

spectandi.nam si hoc, speciose proponetur, sicut pulchram dom[illegible] efficere. at quæ ad hoc, non alius quisquam inueniet neq[illegible] bit, quam ædificator. itidem in aliis quoque omnibus [illegible] dē modo igitur in virtute habere videbitur, vt ad finē [illegible] tendat consideratio. recte nimium proposuerit quæ ad finem [illegible], ex quibus finis constet. nec quispiam alius exhibebit inueniet [illegible] quæ ad finē expediant. iureq; hoc virtus ꝓposuerit quibus in [illegible] optimi principium est vnumquodque quod efficiat, & p[illegible]ponat. Nihil igitur virtute melius est: quandoquidem huius causa [illegible] sunt alia, atque ad ipsam principium est. huius cā magis sun[illegible] hoc at finis principio alicui assimulatur, & eius cā est vnū qu[illegible] verum id erit modo aliquo perinde certum vt etiam in vir[illegible] doquidem causa est optima, ipsam magis finis esse conie[illegible] eorū quę ad finem sunt. Atqui virtutis finis est honestum hon[illegible] go magis coniectrix est virtus, quam ex quibus constet. sunt [illegible] hæc ipsius. At in vniuersum videri potest alienum. quando [illegible] in pictura si quispiam fortasfis eggregius fuerit imitator, non [illegible] laudandus accedet, nisi optimam imitandi habuerit intent[illegible]

Dubium, tutis demum id omnino est sibi honestum proponere. Dixe[illegible] piam, cur ita, num actionem meliorem esse diximus, quam [illegible] tē ipsam. at nunc, non ex quo actio est, id virtuti vtpote hon[illegible]

Solutio, tribuimus, sed in quo non est actio? ita. Atqui nunc h[illegible] habitu actionem esse meliorem. Alii nanque probum [illegible] actione diiudicant, quòd non possint cuiuslibet [illegible] iudicare propositum nam si foret singulorū nosse sententiam, [illegible] erga honestatem esset, etiam citra actionē probus esse videri [illegible] rat. Deniq; quoniam affectuum quasdam recensuimus med[illegible]tates, circa quos affectus versentur, hinc nobis dicendum est.

De fortitudine, & forti. Cap. XIX.



Vm igitur sit fortitudo circa audaciam ac metum. considerandum fuerit circa cuiusmodi metus atq; audacias. Nunquid igitur si quispiam metuat ne rem dispe[illegible] suam, is timidus? sin circa hæc sit audax fortis? An non. itidem si quis formidat solum, aut audeat, neq; meticulosum fatendum est esse metuentem, neq; fortē non metuentem. non igitur in eiusmodi metibus & audaciis fuerit fortitudo. Atne quidem in talibus, cuiusmodi si quis tonitrus & fulmina non metuat, vel quiduis aliud supra hominem horrendum fuerit, non iam fortis, sed furens. In metibus itaque & audaciis humanis est fortitudo, in eis, inquam, quæ cæteri metuant: aut omnes. in quibus qui audeat, fuerit fortis. His itaq; definitis cōstituendum fuerit(quādoquidem multis in r[illegible]bus fortes dici possunt) qualis sit fortis. Est

A enim ab experientia fortis aliquis, velut milites. isti siquidem ab experientia didicerunt in huiusmodi loco, vel huiusmodi tempore, vel rebus ita habentibus, fieri nõ posse vt malum subeant. & perinde qui hæc nouerit, & ea de causa ingruentes hostes sustinuerit, non fortis. nam si horum nihil extiterit, non tolerauerit. Proinde ab experiẽtia fortes dicendi non sunt. Neq; Socrates recte aiebat fortitudinem esse scientiam. quandoquidem ex consuetudine scientia capiens experientiam efficitur scientia: at ab experientia tolerantes neutiquam fatemur, planeq; negamus fortes esse: nõ igitur fortitudo fuerit sciẽtia. Rursus sunt quoque fortes ab experientiæ contrario. inexperti si quidem eorum quæ eueniant, ab ea rerum nulla experientia sunt intrepidi. & ne hos quidẽ fortes esse dixerim. Sunt porro qui fortes a perturbationibus existimentur: velut amantes aut lymphatici. at ne hos quidem fortes dicere oportet: quandoquidem si ab ipsis affectus auferatur, non erunt amplius fortes. fortem siquidem perpetuo fortem esse oportet. & perinde ne feræ quidem, vt sues, dici fortes pos

Fortis non vere pluri-mis modis.

B sunt, quod succumbant ingemantque percussæ, neque fortem ob perturbationem dicere conuenit. Est vicissim fortitudo alia, quæ ciuilis existimatur. velut si qui ciuium pudore offusi, tolerent pericula, vt fortes existimentur. quemadmodum verbi causa Homerus Hectora dicentem inducit.

Polydamas vereor me carpat in agmine primus.

Ideo pugnandum esse existimat. At nequidem hæc dicenda fortitudo in istorum enim singulis eadem congruet definitio. quo namque ablato non perdurat fortitudo, efficere fortem non potest: vt si pudorem, vnde fortis erat, abstuleris. Sunt item & aliter fortes existimatio ob spem, bonique expectationem. at ne hos quidem dicere fortes possis. quandoquidem tales ac in talibus fortes dicere videbitur alienũ. proinde in nullis huiusmodi fortitudo collocanda est. qualis igitur & quisnam fortis sit, hinc considerandũ. Ac vt paucis absoluã

C qui nulla iam supradicta causa fortis est, verum quod id honestũ esse censeat, idque faciat, seu aliqua, seu nulla oblata fuerit occasio. Neque tamen prorsus citra perturbationem impulsumq; gignitur fortitudo. expedit vero impulsuum habere rationem, honesti cã, ad intrepide periclitandum. qui hoc modo, is erit fortis: & circa hæc fortitudo. Nec vero intrepidos esse oportet, ita vt cum forti fuerit occursum in totũ nihil metuatur. nec .n. talis fortis, cui prorsus nihil est horrendum. ita nanque etiam lapis, & reliqua inanima fuerint fortia. Cæterum metuendum quidem, sed tolerandum. nam si nihil metuens tolerat, neutiquã fortis. item (vt etiam pauloante de metu atq; periculo disseruimus) non omne, sed essentia quadam delectum intelligimus. Neque item in fortuito, & quouis tempore verũ in quo & metus, & plura imminent pericula. nam si quis decimo post anno futurum non metuerit periculum, quonam pacto fortis? sunt enim, quod

Fortis vere quis dicatur

longe absint, fiducia pleni: qui si fuerint proximi, moriantur met[illegible] D
Hæc deniq; fortitudo, & hic fortis.

De temperantia, & temperante. Cap. XX.



Emperantia est intemperātię & incommobil[illegible]tatis circa voluptates medietas, Nam temperātia, ac prorsu[illegible] tus omnis habitus est optimus. at optimus hab[illegible] timi est: optimum vero inter excessum def[illegible] medium. quandoquidem vtrinq; prominent vit[illegible] di, tam excessu quam defectu. Pro inde si optimum medi[illegible] & [illegible] perantia inter intemperantiam & incommobilitatem est [illegible] medietas: horum itaque fuerit quædam medietas temperan[illegible], quæ circa voluptates & ægrimonias versatur. Non tamen omne[illegible] quæ circa omnia. Neque enim si quispiam picturæ aut statuæ v[illegible] huiusmodi alterius oblectetur aspectu, erit iam intemperans. [illegible] E ter ne quidem audiendo, aut olfaciendo, sed in eis voluptatibus quæ in tactu sint & gustu. Neque temperās circa eiusmodi, vt a nu[illegible] capiatur voluptate: nam tum incommobilis, planeq; sensu carens fue rit. verū qui oblectetur, & non agatur in ipsorū excessum. ita fru[illegible] ne quid faciat operosum: totusq; agendo ab honestate pendeat, non agendo quicquam nisi modeste. nam quicunq; ab excessu tal[illegible] voluptatum abstinuerit, vel metus vel cuiuspiam alterius rei causa, temperans non est. Neq; enim cætera animalia, præter hominem, dici mus temperantia, quòd ab ipsis ratio absit, qua honestum de[illegible]. omnis siquidem virtus honesti est, & ad honestum tendit. Proinde erit temperantia circa voluptates & ægrimonias, easq; in tactu gustuq; progenitas. Demum consequens est vt de mansuetud[illegible]ne dicamus, & quid, & in quibus sit.

De mansuetudine, & mansueto. Cap. XXI. F



Ansuetudo igitur est inter iracundiam & iracundiæ [illegible]fationem. In totumque existimantur virtutes medie tates esse. Quòd autem sint medietates, hinc facile quis dixerit. Nam si quod optimum, in medietat[illegible] st collocatum: estq; virtus habitus optimus, atque optimum est virtus: ergo sit medium necesse est. Quod sane certum, sin gula considerantibus. Nam quia iracundus est, qui vsquequaque & plurimum excandescit, ac eiusmodi sub reprehensionem cadens. nec decet vsquequaq; excādescere omnibus, & omnino semper. neque contra ita habere, vt cuiquam nunquam. is nanq; incommobilis sub reprehensionem cadit. Cum igitur tam is qui ad excessum, q[illegible]am qui ad defectum peruenit, sub reprehensionem cadat: qui horum me

A dius fuerit, mansuetus ac laudabilis. Neq; enim ab ira deficiens, ne que item excedens in ipsa, laudabilis. sed qui mediocriter in his ha bet, is mansuetus: harumq; perturbationum medietas mansuetudo.

De liberalitate, liberali, & eorum extremis: ac de plurimis auaritiæ speciebus. Cap. XXII.

LIberalitas autem est inter prodigalitatem & auaritiam medietas collocata. versantur autem huiusmodi pertur bationes circa pecunias. Prodigus nanq; est, qui vbi non decet impendit, & plura quam deceat, & cum mi nime decet. At auarus, ei contrarius non impendit vbi decet, & quantum decuerit, & quando decuerit. Vtriq; sub reprehen sionem cadunt: vnus quidem deficiendo, alter vero excedendo. Li beralis ergo quandoquidem laudabilis est, medium inter hos tenet
B locum. quis nam demum? nempe qui vbi decet, et quantum decet impendit. Sunt autem plures auaritiæ species: sicut eorum quos nugiuendulos appellamus, cuminique emptores, necnon turpilucri, & paruiloqui, qui omnes auaritiæ succumbunt. Malum nanq; mul tiplex: at bonum solistimum. Quemadmodum sanitas quidem sim plex, sed multiformis morbus. itidem virtus simplex, cum sit vitium tamen multiforme. cuncti siquidem memorati, ob pecuniam sub vituperationem cadunt. Vtrum igitur liberalis est pecuniam nā cisci, & comparare? An non. neque enim vllius alterius est virtutis. Nam neq; fortitudinis est arma fabricare, sed alterius: verum ipsius est accipere, eisq; recte vti. Idem de temperantia, cæterisq; dicen dum. at ne quidem liberalitatis, sed pecuniam incutientis.

De magnanimitate, magnanimo, & eorum extremis. Cap. XXIII.

C

MAgnanimitas est insolentiæ et pusillanimitatis medie tas. & circa honorem in honorantiamque versatur: & honorem quidem non a multis, sed a probis attribu tum, qui ei præcipue conueniat. Probi nanque periti iu dices recte honorabunt. Honorari itaque se, qui di gnus honore fuerit, potius volet ab his, qui ipsum cognouerint. neq; enim de omni honore fuerit, sed optimo magnanimitas, honorabile bonum, & ordinem obtinens principatus. Iure igitur despecti & improbi, magnis rebus se dignos opinati ac subinde honorandos, dicuntur insolentes. qui vero sese summittunt, & magis quam par est a sciunt, pusillanimi. Horum igitur medius. qui non se ita abii ciat vt minore quam sit par honore velit honestari, neq; rursum maio re quā deceat, neque omni, is demum est magnanimus. Et proinde

certum est, magnanimitatem esse insolentiæ & pusillanimitatis me D dietatem.

De Magnificentia, magnanimo, & eorum extremis,
Cap. XXIIII.



Agnificentia est iactationis & vilitatis medietas. versatur autem magnificentia circa sumptus, quos ma... cum facere par est. Quicunq; igitur, vbi non expe... sumptum facit, gloriosus iactabundusq; est. vt si q... sodales ita epulo accipiat, ac si nuptias facit, is ... sus. talis nanq; est, qui quo tempore non expedit, suā dicat afflu... am. Huic contrarius est vilis. qui vbi oportet, magnifice non imp... dit. nec facit vt nuptpiatū dignitas expostulat sumptū, sed ibi de... is nimirum vilis. At magnificentia vel ex ipso nomine nobis p... qualis sit innotescere. opportuno nāq; tempore magnifice fact... recte magnificentiæ nomen assequetur. Magnificentia igitur fuerit, B quandoquidem laudabilis est inter excessum defectumq; circa s... ptus idoneos quædam medietas. Sunt & nonnullis plures mag... centiæ existimatæ: velut dicentibus, magnifice sese infert. & hui... modi aliæ magnificentiæ, non propriæ, sed a translatione nomen in... uenientes. Nec enim in illis magnificentia, sed in eis quæ diximus.

De indignatione, indignabundo, & eorum extremis
Cap. XXV.



Ndignatio est inuidentiæ & maleuolentiæ medi..s, ambæ enim istæ sub vituperationem cadunt. a in...gnabundus laudabilis. Est autem indignatio, quæ ā ægrimonia de bonis, quæ indigno alicui aliquo pacto euenerunt. Indignabundus, qui in huiusmodi trista tur. idemq; rursus tristetur, si quem viderit indigne malis afflictatū. F ac demum indignatio, & indignabundus talis. Cui contrarius est inuidens. quippe qui tristabitur, cum quempiam prorsus, siue dignum siue indignum bene agere viderit. cui similiter maleuolus par est, quippe qui lætatur quòd quis male agat, siue dignus, siue indignus sit. Nec indignabundus eiusmodi: verum inter hos medius.

De grauitate, graui, & eorum extremis, *Cap.* XXVI.



Rauitas est inter morositatem et delectationem medium, quæ circa conuersationes. Morolus nanq; est eiusmodi, vt nullius conuersatione aut colloquio capiatur sed (vt nomen ipsius indicat) a suo more. nam morosus quasi

aliorum

aliorum mores improbans sibique placens, est nominatus. Delectatur autem talis, vt omnium velit habere conuersationem, & omnino, & omnifariam. horum neuter laudabilis. At grauis in medio istorum laudabilis. neque enim erga omnes, sed erga meritos. non erga neminem, sed erga hos ipsos consuescit.

De verecundia, verecundo, & eorum extremis.
Cap. XXVII.

Verecundia est inter impudentiam & stuporem medietas, in actionibus colloquiisq; constituta. Impudens est, qui vbiq; & in omnes loquitur, & omnia vtcunq; euenerint. At stupidus seu attonitus, huic contrarius, et cuncta & cunctos veritus, tam agendo quã dicendo. solertiæ enim expers talis est, qui in cunctis obstupescit. At verecundia & verecundus inter hæc medium tenet locum. neque enim cuncta, & omnino (vt impudens) & dicit & agit: neq; porro (vt attonitus) in omni & omnino trepidabit: verum aget loqueturq; vbi, & quæ, & quando expediat.

De urbanitate, urbano, & eorum extremis.
Cap. XXVIII.

Vrbanitas est scurrilitatis & rusticitatis medietas: in falibusq; cõmittitur. Scurra siquidem est, qui cuncta, & omnino incessendum esse existimat. Rusticus vero, qui neque incessere vult, neq; recte incessum iri existimat, sed excandescit. Vrbanus, qui inter hos medius, neq; omnes, neq; omnino incessens. neque item ipse agrestis, ac durus. At erit duobus fere modis vrbanus. nam et moderate incessere percalluerit, & aliorum iaculationem tolerabit. Ita nimirum vrbanus atque vrbanitas.

De amicitia, amico, & eorum extremis. *Cap.* XXIX.

Amicitia inter assentationem & inimicitiã medietas, in actione sermoneq; versatur. Assentator nãq; est, qui plura quam sit par, adfingtq; cuipiam, arrogat. At infensus, inimicus, qui derogat etiam quæ adsunt. quorum neuter iure laudandus accedit. Inter quos medius est amicus. quippe qui nec plura præsentibus cuiquam astruit, neque quæ minime conueniant laudauerit, neque econtrario imminuet, neq; omnino aduersabitur, præterquam existimetur tribuendum. Huiusmodi igitur est amicus.

De ueritate, uero, & eorum extremis. Cap. XXX. D



Eritas inter dissimulationem & iactationem in oratione versatur, non omni. Gloriosus nimirum est, qui plura quã adsint sibi arrogat, aut scire fingit quæ non nouerit. Huic contrarius dissimulator, pauciora & minora esse sua simulans: quæq; nouit dissitetur, occul atque quæ cognoscit. Neutrum horum facit verus. neq; enim plura neq; pauciora quã quæ sibi affuerint, confinget: sed ea demum & esse sibi & scire dicet, quę teneat. Sint denique hæ ipsæ virtutes, an secus, alia fuerit consideratio. At quod medietates iam memoratur, hinc certum est, quod qui ad hæc viuunt, laudibus exornantur.

De iustitia, & iusto, & eorum oppositis. Cap. XXXI

Iustum duplex.



Onsequitur vt iam de iustitia dicamus, quid sit, & in quibus, & circa quę: si prius tamen quid sit iustum ex posuerimus. Est sane iustum duplex. vnum quidem ex lege. iusta siquidem perhibent, quę lex iubet. at lex fortia & temperata nos facere iubet, prorsus [illegible] cta quæ ex virtutibus ducuntur. Et perinde iustitiam, perfe[illegible]m quandam esse virtutem dicunt. nam si iusta sunt quæ lex facere præscribit: lex autem quæ ex omnibus virtutibus sunt mandat: qui i[illegible] tur ex lege iusti obtemperat, perfectam nanciscitur probitatem. p[illegible] inde iustus & iustitia, virtus quædam perfecta est. vnum itaq; quod dam iustum in his, & circa hæc. Verum enimuero non id iustum, neque circa hæc peruestigamus iustitiam. hoc nanq; modo iusta, q[illegible]a tenus per sese a iusto sunt. nam temperans & fortis & continens, per sese est eiusmodi. Sed iustum indagamus, quod ad alterum refertur, aliud sane quã quod dictum est ex lege iustum. nam non est per sese esse iustum, quod in aduersus alterum iustis comperitur. id nimi tum est, quod quærimus iustum, ac circa hoc iustitiam. Quod [illegible] in alterum iustum (vt paucis absoluam) æquale est: nam iniustum inæquale. cum enim bonorum maiora sibi asciuerint, malorum vero minora admiserint, id inæquale. & hoc modo iniustum, & afficere in iuria opinamur. Non dubium igitur cum sit iniuria in rebus inæqualibus, quin iustitia & iustum in fœderum æqualitate collocetur. Proinde certũ est iustitiã medietatem quandam esse inter excessum atq; defectum, & multum & paucum. Cum enim iniustus afficiendo iniuria plus habet, & affectus iniuria in afficiendo iniuria minus, tum horum medium iustum fuerit. atqui medium æquale est: ergo æquale pluris & paucioris fuerit iustum, iustusq; qui æquale volet. sed æquale in duobus saltem conficitur: ergo in alterum æquale esse, iustum est. talis demũ fuerit iustus. Cum igitur iustitia in iusto & in

A æquali, & in medietate: iustum quidem, in quibusdam iustũ dicatur æquale vero in quibusdam æquale, nec non medium in quibusdam medium: erit iustitia & iustum erga quosdam, & in quibusdã. Quoniam igitur iustum æquale est, & huic proportionale, æquale iustum fuerit. Atqui proportionale in quatuor nihilo minus perficitur nam quemadmodum A ad B, ita C ad D. Sicut proportionalę est, vt qui multa possideat, proferat multa: ita qui pauca possideat, pauca proferat. rursus eodẽ modo qui plurimum allaboret, plurima capiat: qui vero parũ laboret, parum capiat. vt autem laborans ad nõ laborantẽ habuerit, ita plurima ad pauca. vt vero laborans ad plurima, ita non laborans ad pauca. Visus sane est in libris de Repũbli. Plato vti eiusmodi de iusto proportione. Agricola enim (inquit) cibum parat, ędificator vero domum. vt textor vestem, ita calceolarius calceum. agricola igitur ædificatori cibum suggerit, & ędificator agricolæ domum. Ita & eodem modo cæteri omnes habent, & pe-

B nde quę apud se, permutant in ea quæ apud alios: est nanq; huiusmodi proportio. nam vt agricola calceolario & textori, etiam aliis omnibus eadem inuicem inter ipsos est proportio, quæ continet totã Rempub. atque comprehendit: vt liceat nobis intueri iustum proportionale esse: siquidem continet iustum Respub. idemq; est iustum quod proportionale. At quoniam ædificator suo opere plura mereatur quã calceolarius præstet, difficile quoq; est repẽdi contra a calceolario aduersus ædificatorem, neque enim pro calceis par fuerit domum capere: hinc iam censuerũt, quo hæc omnia venalia sint, argẽto vti, quod numisma vocant. vt pro dignitate cuiuslibet fiat inter ipsos inuicem contrahentes permutatio, quæ ciuilem communicationem contineat. Cum igitur in his & quę proxime dicta sunt, iustum sit, erit iustitia circa hæc, cum delectu ex habitu impulsum nacta. Est vero etiam iustum ex altera parte respondens, non tamen vt aiebãt Phytagorici, rati nanque illi sunt iustum esse, vbi quæ quis effecis-

C set, eadem essent talionis vice ferenda. quod erga omnes non est idẽ. Neq; enim iustũ eadẽ seruo aduersus ingenuum ferre. quandoquidẽ si seruus ingenuum cęciderit, iustum non sit ex altera parte tantum cædi, sed impensius. iustumque est in proportione contra responderi. nam quemadmodum ingenuus aduersus seruum melius habet, ita respondere factis aduersum qui fecerit. Itidem etiam igenuo aduersus ingenuum erit. nec enim iustum est vt qui oculum eruerit, ei tantum talionis pœna infligatur, sed multo plura ferat proportionis consecutione. quandoquidem & cœpit prior, & affecit iniuria. Atqui vtrinque illata iniuria est. & perinde proportionale est vt ob iniurias etiã plura ferat, quam fecerit, id iusti exigit ratio. Verum quoniam multis modis iustum dicitur, definiendum fuerit de quonam demũ iusto sit nobis disceptatio. Est nimirũ (vt perhibent) iustum seruo aduersus dominum, & filio aduersus patrem. in quibus æquiuoco no-

Numisma.

De quo iusto sit disceptatio.

minime iustũ ciuile dici videbatur. Est namque iustum (de quo nũc
loquimur) ciuile iustum. id propemodum in ipsa æqualitate positũ: D
communicantes nanq; ciuiles nonnulli, natura quidẽ consimiles es-
se volunt, alii vero more. At filio erga patrem, & seruo erga domi-
num ius vllum non esse videbitur. neq; enim puero meo aduersum
me, neque manui, neq; itidem alicui membro. similiter igitur habere
videbitur & filius erga patrem. nam quemadmodum membrum pa-
tris est filius, nisi iam virilem induerit ætatem, qua ab ipso separetur:
tum enim in similitudine & æqualitate est patri: sed ciuibus huius-
modi esse licet: eadẽ de causa, ne quidem vernæ erga dominũ, est iu-
stum. domini nanq; quiddam est verna. cæterum si modo ei iustum
sit aliquod id iustum erga ipsum fuerit domesticum, quod in præsen-
tia minime indagamus, sed ciuile. siquidem in similitudine & æqua-
litate ciuile iustum videri debet. Præterea in mulieris & viri commu-
nicatione iustum est, fere quod ciuile iustũ. deterius nanque est mu-
lier viro, sed quiddã magis domesticũ, & quodã modo magis æqua- E
litatis particeps. & perinde ipsorum vita communicationis fere ciuis-
lis est. proinde iustum etiam mulieri erga virum præcipuum quodã-
modo iam præ aliis ciuile est. Quoniam igitur iustum est, quod in
ciuili communicatione positum, tam iustitia, quam iustus circa ciuile
iustum erit. Sed iustorum quædam natura, quædam lege sunt. Verũ
arbitrari ita oportet, ne putemus nunquam excidere quæ natura
sunt, quę sane etiam mutationem subeunt. vt, inquam, si iaculari
omnes semper sinistra annitamur, euademus scæue. atqui a natura
sinistra est. at dextra minus nihilo a natura potiora sunt sinistris. ita-
metsi cuncta sinistra, sicut & dextra facimus. neq; quod intercidãt, ob
hoc a natura non sunt. verũ si vt plurimum diutiusq; ita permaneat,
& sinistra est sinistra, & dextra dextra, id quod a natura est. Idem in
a natura iustis, si nostro vsu immutentur, ob hoc non a natura iusta
non fuerint, immo equidem fuerint. nam quod vt plurimum perdu-
rat, id propalam iustum a natura est: quod vero nos constituamus, le- F
geque sciscamus, id certe iustum atque etiam ex lege iustum nũcupa-
mus. præstat igitur iustum quod a natura est, illi quod ex lege. Cæte-
rum quod indagamus iustum ciuile est. atqui ciuile. non natura, sed
lege est. Sed iniustum & iniuria, neutiquam idem prorsus ducendũ
est. siquidem iniustum lege definitur: veluti depositio quenquam
fraudare, iniustum sit. at iniuria, vbi iniuste aliquid perpetretur. Iti-
dem porro iustum, ac (vt ita loquar) iustificatio, non est idem. nã iu-
stum lege definitum est, cum sit iustificatio, iusta causa faciendi. Quã-
do igitur iustum, & quando non? nempe (vt paucis absoluam)
cum dedita opera & sponte quis peregerit (quid sponte sit paulo an-
te nobis dictũ est) & quando consulto, & in quem, & cui, & qua de cã-
is iusta peragit. Itidem ac similiter erit etiã iniustus, qui consulto,
& in quem, & cui, & cuius causa deliquerit. At cum horum nihil con

A facto, iniusti tamen quippiam commiserit, tum demũ iniustus nõ est, sed infortunatus. nam si patrem occiderit, se hostem ratus occidere, iniustum quidem commisit: & cum neminẽ affecerit iniuria, egit tamen infeliciter. Quoniã igitur nõ afficere iniuria, vbi iniusta peragã tur, id est in ignorando positũ, hoc pauloante disseruimus, cum neuti quam consulto quenquam offendit neque cui, neq; qua de causa factum est, definienda quoque videtur ignorantia: quo nam pacto per ignorantiam quem lædit, non afficit iniuria. Sit nimirum hæc diffinitio. Quandocunq; perpetrandi aliquid absoluta fuerit ignorantia, id non fit consulto, & perinde ne quidem afficit iniuria. at cũ ipse suæ causa fuerit ignorantiæ, perpetraritq; quippiã ex ignorantia, cuius ipse extiterit causa, is plane afficit iniuria, ac eiusmodi iure criminis arguetur. velut in ebriis euenit. vino namque mersi, si quid mali perpetrarint, sine controuersia afferunt iniuriam. quandoquidẽ ipsi sibi eius ignorantiæ causa extiterunt. par enim sunt, ne tantum pro

B luerentur, vt ignorantes cæderent patrem. Idem in aliis est ignorantiis, quæ ex ipsis gignuntur facientibus: vt qui per ipsas inferant iniuriam, sint iusti. Quorum autem non ipsi sunt causa, sed ignorantia, vt delinquant, neutiquam iniusti. enimuero eiusmodi ignorantia naturalis, velut nescii infantes patres cædunt. Hæc nimirum naturalis inscitia non facit, vt ab actione infantes dicantur iniusti. ipsa siquidẽ hæc faciendi causa, est inscitia: neque ipsi suæ sunt causa inscitiæ: ideo ne quidem iniusti dicuntur. Verum de ferenda iniuria vt dicã, virum qui afficitur iniuria sponte afficitur? An non. iusta nanque & iniusta sponte agimus. at non sponte afficimur iniuria. cruciatus si quidem deuitamus. & perinde non dubium, quin non sponte afficiamur iniuria, quòd vltro nemo lædi sufferat. nam affici iniuria, nonne est offendi? est ita Cæterum sunt quibus licuit æquale assequi, idque aliis concedunt: quod si æquale consequi iustum fuit, & minus habere iniuria affici, sponteq; minus habet: sponte ergo ait, quis

C afficitur iniuria. Verum manifestum hinc porro est, ꝙ ne sponte quidem. nam cuncti qui minus consequuntur, illius vice nanciscuntur aut honorẽ, aut laudem, aut gloriam, aut amicitiam, aut aliud id genus. Verũ qui vicem alicuius subit, cuique rependitur pro eo quod amittit, neutiquam afficitur iniuria. ꝙ si iniuria non afficitur, ne quidem sponte ergo. Rursus qui minus assequuntur, & quatenus æquale non accipiunt, affecti iniuria, iidem nobilitati, & exornati hac de causa euadunt, ꝙ dicant æquale mihi capere licuit, at nolui. cessi equidem seniori, aut amico. Atqui affectus iniuria exornatur nemo. ꝙ si in illatis iniuriis nulla exornatio est, & in his exornantur deiecti, hoc modo prorsus affecti non fuerint iniuria. quòd si iniuriæ non subiiciuntur, ne quidem sponte afficiuntur iniuria. Interim in huiusmodi oratione controuersari videmur incontinentibus. quandoquidẽ incontinens nequiter agendo, se offendit, idque sponte fa-

Quo pacto nõ afficit iniuria qui ex ignorãtia lędit.

rit. cõsultò igitur sese ipse lædit. proinde sponte ipse a sese afficitur iniuria. Cæterum hic proposita definitio hanc præpediet rationẽ. Est autem definitio, neminem velle affici iniuria. at incõtinens, volens incontinenter agit: pro inde si ipse se afficit iniuria: vult ergo mala sibi infligere. at qui vult nemo affici iniuria: proinde ne incõtinens quidem ipse sese sponte affecerit iniuria. Cæterum hinc fortassis ambigat quispiam, nunquid accidat, vt sibi quisquam inferat iniuriam. in incontinentem siquidem iniecta consideratione videatur contingere, hoc nempe modo, si quæ agenda lex iubet, ea sunt iusta, qui non agit ea, iniuste facit. ac si erga quem agendum iubeat, neutiquã erga eundem id egerit, ipsum afficit iniuria. Lex certe temperantem esse iubet, rem suam non oblimare, corpus procurare, ac id genus alia. qui ergo hęc non peragit, se afficit iniuria: quandoquidem erga alium neminem, talium est affectio iniuriarum. Arqui hęc nunquam vera exstiterint, vt contingat se quempiam afficere iniuria. Contingere enim qui põr, vt eodem tempore plus quispiã habeat & minus, vt simul sponte & inuito agat quicquam. siquidem qui afficit iniuria, quatenus afficit, plus admittit: iniuria affectus, quatenus afficitur, minus. ꝙ si ipse sibi infert iniuriam, contigerit vt per idem tempus plus idem habeat, & minus. verũ hoc fieri non potest: non ergo se quispiam affecerit iniuria. Rursus qui afficit iniuria, spõte facit iniuriã. ac affectus iniuria, inuitus fert iniuriam. proinde si contingat se quempiam afficere iniuria, contigerit simul & inuito & sponte quicquam agere. id autem fieri non potest: ne quidem igitur ita contigerit, sibi quẽquam inferre iniuriam. Rursus si consideraue rit quispiam particulares iniurias, nemo sit qui non faciat iniuriam: aut depositio fraudando, aut adulterium committendo, aut furando, aut aliquod eiusmodi iniuriæ genus particulatim admittendo. nec tamen quispiam se vnquam deposito fraudauit, neq; suam adulterio viciauit vxorem, neq; sibi furatus est. ꝙ si in huiusmodi est afficere iniuria, neq; contingit horum quicquam aduersum se facere iniuriam. Sin secus, ea non fuerit ciuilis iniuria, sed domus administrationis, planeq; familiaris. anima siquidem in plures distributa partes, vnã habet suam quidem deteriorem, alterum vero meliorem. proinde si quid in anima procreetur iniuriarum, id partium aduersum se inuicem est. Familiarem porro iniuriam distribuimus in deteriorem ac meliorem, vt fiat aduersum se iustum, & iniustum. verum id nos cõiectamus, sed ciuile. & preinde in id genus iniuriis, quas nos demũ peruestigamus, neutiquam contingit vt se quisquam afficiat iniuria. At insuper vter afficit iniuria, & in vtro iniuria est? in eo ne, qui vtcunq; iniuste possideat, an iudicante atque distribuente, veluti in certaminibus? enim vero qui præmium a præside atque hæc iudicante accepit, non ipse facit iniuria, tametsi ei iniuste tributum est. sed qui tulit iudicium, maleq; attribuit, is afficit iniuria. Estq; vbi idem afli

An accidat vt sibi quisquam afferat iniuriam.

D

E

F

A ciat iniuria, & vbi non. nam quatenus vere, & vt iusti natura postulabat, non iudicauit, eatenus affecit iniuria. quatenus vero eidem iustū esse visum est, neutiquam affecit iniuria.

De duplici animæ rationalis partibus: & quo pacto a se inuicem distinguantur. Cap. XXXII.



Voniam autem de virtutibus, & quæ sint, & in quibus, & circa quæ, iam dictum est, de singulisq;, quemadmodum si recta agamus ratione, sit optimum. ita nimirum ex recta ratione agere dicendo, est. vt si quis dixerit sanitatem fieri optimam, salubria exhibendo, id vtique minus apertum, & perinde apetito mihi quę sint salubris. idē valet in ratione, & tam quid sit ratio, quam quæ sit recta ratio nosse ferme fuerit necessarium, primum in quo ratio gignitur considerare. B Paucis equidem de anima antea locuti, diximus animæ partem esse, quæ habeat rationem. Ea, inquam, pars vna animæ habens rationem, in duas est partes distributa. quarum vna quidem consultatrix, altera autem scientiæ indagatrix. quę ꝗ inter se iuincem distinguantur, ex subiectis facile fuerit intueri. Nam quemadmodum inter se inuicem differunt colores, & succus, & sonus, & odor, itidem alios ipsis sensus natura accōmodauit. sonū nanq; auditu, succum gustu cognoscimus, & colorem visu: similiter cętera eodem modo expedit coniectate. Quód porto alia sint subiecta, alias quoq; esse animæ partes manifestum est, quibus illa cognoscimus: aliud siquidem intellectile est, & sensile aliud. atqui subiecta illa, anima deprehendimus. alia ergo pars fuerit quæ circa sensilia, & alia quæ circa intellectilia. consultatrix autem circa sensilia in motuq; versatur, atque prorsus circa omnia quæ in ortu interituque sunt. nam consultamus C de eis quæ in nostra sunt potestate, agendi ac non agendi delectu, circa quæ consilium ac propositum est agendi. hæc nimirum sensilia, in motuq; ad permutandum. proinde pars animæ ex ratione propositrix atq; delectrix, sensilis.

De veritate, & iis quibus ipsam coniectamus. Cap. XXXIII.



Is itaq; definitis, deinceps de veritate dicendum fuerit: quoniam de ipsa nobis est sermo: vtque verum habeat coniectemus. Est profecto scientia, prudentia, mens, sapientia, existimatio. & circa igitur aliquid vnumquodq; istorum est. Scientia igitur est circa id, **Scientia.** quod sub scientiam cadit: quod cum demonstratione ac ratione est explicatū. Prudentia vero, circa ea quæ sub actionem cadunt, in qui **Prudentia.** bus delectus euitatioq;, & in nobis agere ac non agere est. Nimirum

facientium & agentium non, idem factile & actile. nam factillum, D præter facturam, finis superest alius. sicut domificatiuæ præter ædificationem (cum sit domus effectrix) ipsius finis, præter facturā, domus est, itidem in opificina (ita enim nobis libet appellare quam tectonicam Græci vocant) aliisq; facturis. At in eis quæ sub actionē cadunt (practica vocant Græci) præter actionem, nullus est alius finis. vt præter citharæ modulatum finis non est alius: sed id est finis, exercitium & actio. circa actionem itaque, & quæ in agendo posita sunt, prudentia. Circa facturā, & quæ in faciendo posita sunt ars: siqui

Ars. dem in faciendo potius quā agendo, est artem exercere. proinde fuerit prudētia, deligendi & agendi, quæ in nostra sunt potestate, habitus, tendente ad commodum ipsa quoque actione. Prudentia autem virtus est, non (vt facile est intueri) scientia. laudandi siquidem sunt prudentes: at laus virtutis. Item scientiæ quidem omnis virtus est, at prudentiæ virtus non est: sed vt apparet, idipsum quiddam vir

Mens. tus est. Mens porro est circa principia intellectilium: scientia enim eorum quæ sunt cum demonstratione. atqui principia sunt indemon E

Sapientia. strabilia: & perinde non circa principia scientia est, sed mens. Sapientia porro ex scientia menteque constituitur. est nāq; sapientia circa principia, ipsa quoq; mentis particeps. at quatenus circa ea quę post principia sunt cum demonstratione, scientiæ est particeps. & perinde nō dubium, quin sapientia ex mente scientiaq; conflatur. proinde circa ea versabitur, circa quæ mens atq; scientia. Existimatio est, qua

Dubitatiōis solutio. in omnibus ferimur ancipites, ea ne ita, an secus. Sed vtrum prudentia & sapientia idem est? An nō. Sapientia enim est circa ea quæ cū demonstratione, queq; semper ita habent: prudentia nō de talibus, sed de his quæ sunt in permutatione. quemadmodum rectum inflexū ue, & cauum, & talia quæ sunt eiusmodi. at conferentia eo non habent modo, vt nō inter se inuicē permutentur: sed permutantur, vt nunc hoc conferat, quod cras non conferet: & huic liceat, huic aūt non, atq; hoc modo conferat. Atqui circa ea, quæ conferūt, prudentia est non sapientia. Differunt ergo inter se prudentia, atque sa F

Dubitatiōis solutio. piētia. Verum sapientia virtus est? An non. Hinc perspicuum est, ex ipsa certe prudentia virtutē esse. nam si virtus est prudētia, partis nē pe alterius (vt diximus) quæ ex ratione sunt, estq; prudētia quā sapientia deterior. circa deteriora enim versatur: quandoquidem sapientia circa ęternum diuinumq; vt diximus, cum prudētia de hominis sit cōmodo. quare si quid deterius virtus est, æquū etiam fuerit, qđ melius est esse virtutē. non dubiū igitur, quin sapiētia sit virtus.

Industria. Quid est, aut circa qđ industria? est nēpe industria, in quibus & prudentia, circa ea quæ sub actionē cadunt. Industrius siquidem dicitur quatenus consulere recte aliquid iudicare, ac perspicere potuerit circa pusilla: in pusillisq; eius iudicium. Est igitur industria, atq; industrius prudentiæ, & prudentis pars, nec citra hæc. neque enim

A industrium a prudente separaueris. Idem profecto & in astutia exi- Astutia.
stimandum est. Nam astutia, & astutus non est quidem prudentia, ne
que prudens. quinimmo prudens astutus,* ideo astutia sibi quodā- * διὸ καὶ συ
modo asciscit prudentiam. cæterum astutus etiam malus dicitur, νεργεῖ αὐτῇ
quemadmodum Mentor astutus quidem fuisse visus est, non etiam φρόνησις ἡ δει
prudens. Prudentis nanque & prudentiæ est optima expetere, eaque νότης.
semper sibi proponere, atque actitare. at astutiæ & astuti fuerit, con-
iectare, ex quibus nam demum fiant singula quæ sub actionem ca-
dunt, & quæ* exhibenda. Astutus in eiusmodi ac circa talia esse vi * καὶ τὸ παν
deatur. Dubitauerit quispiam & admirari potuerit, quòd locuti τα περὶ ταῦ
de moribus, deq; ciuili negotio, de sapientia dicamus. Nempe pri τα.
mum de hac re non videatur esse aliena consideratio, si (vt dixi- Dubitatio.
mus) est virtus. Item Philosophi est de his demum coniectare, quæ
cunque in eodem fuerint. at necessarium, cum de his quæ in anima Solutio.
loquimur, de omnibus dicere. atqui est in anima sapientia: proin-
de alienum nón fuerit de anima quoque dicere. Quemadmodum
B vero habet asturia ad prudẽtiam, ita de cunctis virtutibus haberi pu
tandum est. velut inquam sunt virtutes, quæ natura sint singulis
ingenitæ, tanquam impulsus quidam ad fortia, ac iusta, in vnoquo
que citra rationem, nec non de singulis erga eiusmodi posis cogno-
scere. sunt autem tam consuetudine, quam proposito. At quæ cum
ratione sunt, velut temperantia aut fortitudo, quatenus sunt virtu-
tes vt ingenitæ, laudebiles. Naturalis igitur virtus ea ipsa, quæ citra
rationem, a ratione parum separata, & a laude parum deficiens, ra-
tioni & proposito adiuncta, perfectam efficit virrutem. ideo etiam
cum ratione exercetur. Nec citra rationem est ad virrutem natura-
lis impulsus. neque rursus ratio. atque propositum admodum per-
ficitur, vt sit virus citra impulsum naturalem. Ideo non recte So-
crates sentiebat, cum diceret virtutem esse rationes. proficeret si-
quidem nihil agendo fortia atque iusta, qui nesciret ac rationi non
C proponeret. & perinde virtutem rationem esse, non recte aiebar.
Sed qui nunc, melius. nam iuxta rectam rationem honesta agere,
virtutem esse perhibent. At ne ita quidem recte. aget siquidem
quispiam iusta, nullo proposito honestorum, nulla cognitione, sed
irrationali aliquo impulsu recte hæc & iuxta rectam rationem, ve-
lut inquam recta iusserit ratio, ita agat. cæterum huismodi tamen
actio neutiquam sub laudem cadit. Sed melius, vt nos definimus,
cum ratione impulsum esse ad honestatem. hoc nanque virtus etiam
sub laudem cadit. Vtrum prudentia virtus, an non, ambigere nan-
que quispiam potuerit. Verum enimuero hinc esse virtutem cer- Vtrum pru-
tum fuerit. Nam si iustitia, & fortitudo, cæteræq; virtutes, quòd dẽtia virtus
honestorum quę sub actionem cadant, laudabiles accidant, non du sit.
bium quin prudentia quoque eorum sit, quę sub laudem cadunt.
quæque in virtutis ordinem veniunt. Nam ad quæ fortitudo agen-

da commouetur, in eadem etiam prudentia. in totumque vt ipsa B præscribit, ita etiam agit fortitudo. proinde si hæc sub laudem cadit, ea faciendo quæ præscripserit prudentia, etiam sine controuersia prudentia sub laudem cadit, virtusque est. Vtrum prudentia sub actionem cadit, an non, licuerit hinc nosse cuiuis, spectando scientias, quemadmodum ædificaturam. Est nanque in ædificatura vt dici solet, vnus quidem quispiam architecton græce, quem nos tum architectum, tum opificem nominamus, cui subministrat sese ædificatoris domus est faber. est sane architectus seu opifex, cuius præscripto ad domum extruendam se faber accingit. Idē in reliquis fabrilibus habet, in quibus est architectus, & eius cuiusuis minister faber. & architectus erit, & huius ipsius faber ac minister. Si igitur eodem modo etiam in virtutibus habet, quod æquū ac rationale, etiam prudentia sub actionem cadit, quandoquidem virtutes omnes sub actionem cadunt, quarum prudentia tanquā architectus quidam est. quandoquidem vt ipsa præscripserit, ita virtutes, & qui ex virtutibus agunt. cum igitur virtutes sub actionem B cadant, etiam sub actionem cadet prudentia. Vtrum omnibus quæ in anima, hæc imperat vt censetur, pariterque ambiguitur? An secus. Melioribus certe, vt sapientia est, imperare videri par non est. Sed ea, vt dici solet, cuncta procurat, præscribensque domina est. Cæterum forsitan vt in ædibus habet Atriensis is nanque præest omnibus dispensatque omnia, sed nondum idem imperat omnibus, verū domino ocium parat, ne is præpeditus rerum domesticarum necessitate, dissoluatur, quo minus honesti quippiam & officiosi agat: ita atque similiter prudentia, tanquam sapientiæ quidam Atriensis, ei ocium parat, vt suum peragat opus, affectus cohibendo, eosque temperando.

Prudentiam sub actionē cadere.

A *ARISTOTELIS*

MAGNORVM MORALIVM

LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

De æquitate, modestia, promptitudine, feritate, incontinentia & continentia, voluptate, prospera fortuna, honesta probitate, recta ratione, ac amicitia.

De æquitate, & æquo. *Cap. I.*



B Ost ea quæ tradidimus, par videtur vt de æquitate disseramus, quidq; sit, & in quibus, & circa qualia. Est nimirum æquitas & æquus, qui descripta legibus iusta diminuit ac moderatur. nam quæ legislator particulatim examinate ad vnguem defi nire non potest, sed in vniuersum loquitur, hic in eisdem intercedens, deligit quę legislator particu lariter quidem definire volebat, verum ei facere non licuit. eiusmodi certe æquus, non omnino iuxta diminuens: quandoquidem quæ natura ac vere iusta sunt, non diminuit, sed ea duntaxat quæ legislator deseruit, cum explere non posset.

De modestia, & modesto. *Cap. II.*



C Odestia ac modestus est, circa quę & æquitas. nempe cir ca iusta quæ omissa a legislatore, non satis ad vnguem definita sunt, vt iudex inueniatur eorum, quæ legislator omittit, certoque cognoscit a legislatore prætermissa quę iusta sunt, is modestus est. Itaq; non citra æquitatem, modestia iudicare siquidem modesti: agere vero ad iudiciumq; perducere ęqui fuerit.

De promptitudine. *Cap. III.*



Romptitudo est, circa quæ & prudentia: nempe circa ea quæ sub actionem cadunt: quippe quæ circa propositum & euitationem. Est sane non citra prudentiam. nam prudentia horum sub actionem cadens est. at promptitudo, habitus, seu affectio, vel quiduis huius-

modi, instructio optimorum & commodissimorum, eorum quæ sub actionem cadant. Et perinde promptitudinis ea videri non debent, quæ fortuito quoquo modo eueniant. nam quibus ratio deest quod optimum sit considerans, vbi quoquo modo eueniat aliquid, hunc promptum neutiquam dixeris, sed fortunatum. nam quæ officia citra iudicantis rationem fuerint, felicitates æquum est appellare. B

Dubitationes quædam circa iustitiam: prudentiam etiam: necnon et alias virtutes. Cap. IIII.



Sed nonne iusti est, colloquio & conuersatione æquale cuilibet attribuere, vt inquã qualis fuerit quilibet, talem effectum assequi? An non. id certe assentatoris, & delectantis esse plane videatur. cæterum iuxta cuiusq; dignitatem attribuere colloquium ac conuersationem, id iusti & probi omnino esse videbitur. Dubitare etiam fortè quispiã poterit, an iniuriam inferre sit offendere sponte & scienter, & quẽpiam, & vt, & qua de causa. est autem nocumentum & iniuria, de bonis ac circa bona. afferens ergo iniuriam & iniustus cognouerit & qualia bona, & qualia mala sint: id autem, ac talia percallere prudentis atq; prudentię est. hoc modo fuerit absurdum, vt bonũ ingens prudentia comitetur iniustũ. An existimandum non est, vt iniustum prudentia comitetur. Neq; enim cõiectat iniustus, ac simpliciter, & eidem bonum iudicare non potest, verum hallucinatur: cum prudentiæ suum sit id inspicere ex sententia posse. Itidem vt in medicina aliud est, quod simpliciter salubre intuemur, quodq; sanitatem efficiat: quod veratrum, & elaterium, & sectiones, & exustiones salubres sũt, sanitatemq; prętendant, nec tamen vt hæc omnes, ita medicinæ habemus scientiam. non enim particulare nouimus bonum, vt nouit medicus cuipiam hoc bonum, & quãdo, & qualiter affecto, in quo demum medicina scientia est. Salubria igitur simpliciter cognoscentes, nec dum tamen continuo nos medicina comitatur scientia. Itidem iniustus. quòd igitur simpliciter est bonum, & tyrannis, & dominatus, & imperium nouit. verum sibi ne bonum an secus, vel quando, vel quomodo affecto, neutiquam nouit id quod est in primis prudentiæ. & proinde iniusti comes non est prudentia: bona siquidem deligit, quibus afferat iniuriam, quæ certæ bona simpliciter, nõ ipsi sunt bona. quandoquidem opulentia & dominatus simpliciter bonum est, ipsi certe non fortassis bonum. nã qui imperat, rerũ copia affluens, multa sibi amicisq; nequiter facit, quando iure vti dominatu non potest. Hinc ambigendum considerandũq; videtur, si ne aduersus nequã iniuria, nec ne. Nam si in offensione iniuria est, & in priuatione bonorum offensio, neutiquam videri potest offendere. siquidem quæ sibi esse bona arbitratur, bona non sunt. γ

A nam dñatus & opulentia nequam hominem offendunt, quod ipsis re
ste vti non posit. proinde si quę aduentantia offendunt, ea bona ab-
stulerit, afficere non videtur iniuria. Multis eiusmodi oratio vi-
debitur admirabilis. Omnes siquidem opinantur, se posse domina-
tu & imperio & opulentia vti: neutiquam recte coniectantes. quod
ex legislatore certū est. Legis nāq; lator non omnibus suadet im-
perare: verū (vt dictum est.) cui ætas, cui copia non defuerit ad domi
nandum. non autem omnem posse imperare. Quod si quispiam indi
gnetur se carere imperio atque gubernatione, dixerit quispiam: neq;
tibi ea est anima, vnde imperare gubernareq; posis. Corpore quidē
cernimus aliquos sanescere non posse, simpliciter sibi bona exhi-
bendo. at ne languori succumbat corpus, volens conualescere, aquā
ptius & mediani exhibet. Ita qui nequam habuerit animam, ne quip
piam mali exerceat, ei opulentia & imperium & dominatus, & omni
no alia id genus, sunt auferenda: quanto mobilior, mutabiliorq; est
B corpore anima. Nam quemadmodum improbum corpus quispiam
sortitus, victum debet sibi adhibere idoneū: ita improbam animam
nactus, se viuendo reddere debet idoneum ad quæ memorauimus,
deuitanda. Hoc etiam ambiguū esse potest: vt cum non sit aliter age
re fortiter quam iuste, quando natura quis videatur acturus. In natu
ralibus quippe virtutibus solum dicebamus impulsum sine ratione
ad honestū item esse oportere. ita nimirū est delectus in ratione, quod-
que rationem habeat, vt pariter capiat & deligat. Virtutem perfe-
ctam esse dicebamus, quæ cum prudentia foret. non vtiq; ad honestū
citra naturalem impulsum, neque virtus virtuti aduersabitur. agna
tum nanque habet atq; insitum, vt rationi obtemperet, vt ipsa præ-
scribit, vt quo agit eo declinet. qui nanque sibi proponit, melior. Et
nequidem aliæ sine prudentia virtutes sunt, neque prudentia absq;
residuis virtutibus perfecta: verum inuicem sese coadiuuant, comitā
tes prudentiam. At nihilominus addubitet quispiam, nunquid ita in
C virtutibus habeat, quemadmodum in reliquis bonis quæ externa,
quæque in corpore? hæc nanque cum fuerint eximia, deteriores effi
ciunt. sicut opū affluētia elatos facit & truculētos: itidem reliqua bo-
na, dominatus, honor, pulchritudo, magnitudo. Nunquid igitur et
in virtute ita habet, vt si cuipiam iustitia vel fortitudo fuerit exube-
rans, fiat deterior? An non. cæterum a virtute quidem honor gigni-
tur: qui cum ingens fuerit, deteriores facit. & perinde virtus fecerit de
teriores, cum maior euaserit. An id neutiquam verum. quandoquidē
& si sunt multa alia virtutis opera, quemadmodum sunt, id etiam in
primis est, vt qui eis bonis muniatur eisdem recte vti posit. Si demū
probus, aduentante ei vel honore vel ingenti dominatu, ipsis non
vtetur, neutiquam fuerit probus. neque honor, neq; imperium, probū
fecerit deteriorem: & perinde ne quidem virtus. In totum autem,
quoniam a principio nobis determinatū est, virtutes esse medietates,

quoque magis sit virtus, eo magis erit medietas: proinde quo sublimior virtus euadet accedetque ad magnitudinem, non deteriorē sed meliorem efficiet. medietas nanq; inter excessum defectumque perturbationum erat medietas. atq; hęc igitur hactenus.

De continentia & incontinentia, ac feritate agendum esse. *Cap. V.*



Deinceps aliud nobis sumendum est principium, de continentia incontinentiaque dicturis, quemadmodum fuerit alienum, has in virtutum vitiorumque numerum redigere, ita de his futurum sermonem, alienum visum iri necesse est. nec enim hæc virtus cæteris par est. in aliis siquidem eodem tendunt tam ratio quam perturbationes, nec inuicem sibi aduersantur. At in hac se inuicem oppugnant ratio & affectus. Sunt nimirum in anima, vnde mali esse dicamur, tria: vitiū, incontinentia, feritas. De vitio igitur ac virtute quid sit, ac in quibus, a nobis supra dictum est: modo de incontinentia ac feritate dicendum.

De feritate. *Cap. VI.*



Est autem feritas quoddam vitium exuberans, cum eousque nequam prorsus quempiam intuemur, vt ipsum non hominem, sed feram esse dicamus, sicut & vitium ipsum feritatem. Huic virtus opposita nominis expers est. quippe q eiusmodi supra hominem, tanquā heroica quædam ac diuina. Eo certe hæc virtus nominis expers, q Dei virtus nulla. præstantior siquidem omni virtute Deus, ac non virtute probus. nam cum virtus sit Deo melior, ideo nominis expers hęc virtus, quæ feritatis vitio opposita est. Desiderat nimirum diuina, & supra hominem tali vitio obiectari. quod quemadmodum feritas vitium hominem excedens euadit, ita ei opposita virtus.

De incontinentia, & continentia. *Cap. VII.*



De incontinentia & continentia dicturis, expedit nobis quæ ambiguos & contrarios sermones admittunt, significare: vt ex dubiis orationibus considerando & exquirendo veritatem, ad id quod perspiciendum est perueniamus. nam tum demum ita verum scrutari poterimus. Senex igitur Socrates tollebat prorsus, ac negabat esse incontinentiā dicendo neminē esse qui mala facienda, sciēs

A esse mala, deligeret. atqui incontinens videtur sciens mala deligere: agi nanque a perturbatione. Hac ratione incontinentiam esse non existimauit. nequaquam recte: alienum nanque sit, hac ratione persuasos, qd factum est persuasibilitet extinguere: incontinentes siquidé suot homines, & iidem malorum periti. veruntamen ea perpetrant. Quoniam igitur incontinentia est, nunquid incontinens aliquam habet peritiam, qua inspiciat exquiratq; mala? At id non visum fuerit cuipiam. quandoquidem alienum sit quod in nobis potentissimum firmissimumq; est, vi ab aliquo superari. siquidem scientia, omniũ quæ in nobis, firmissima, & nulli est obnoxia violẽtiæ & perinde hęc ratio aduersatur, quo minus credatur esse scientia. Cæterum nunquid scientia quidem non est, sed opinio? at si habet incontinens opinionem, vituperandus non accedet. Nam si mali aliquid, non admodũ præuidens planeq; cognoscens, sed opinatus agat, venia dignus videatur. quod voluptate agendi mala, non admodum mala esse cognouerit, sed tantum fuerit opinatus. At quos venia dignos esse censemus, eos neutiquam reprehendimus. & perinde si opinioné habet
B incontinẽs, vituperandus non erit. atqui vituperandus est. Huiusmo di rationes ambiguitatem obiiciunt. quandoquidem quæ scientiã esse negauerunt, absurdum quiddam euenire compellunt: quæ ne opinioné quidem, pariter aliena euenire ostendunt. Verum & dubitauerit hic quispiam, ꝙ quia temperans & continens esse videtur, temperanti ne futuræ sint vehementes cupiditates? ꝙ si continens erit, vehementibus agi cupiditatibus opus fuerit. neque enim continentem dixeris, qui mediocres compescat cupiditates. Quòd si vehementes cupiditates non habeat, ne quidem temperans erit. neq; enim temperans qui nullo modo agitur a cupiditatibus. Ambiguitatem quoque talia mouent. contingit siquidem exinde rationibus, incontinentem quandoq; fore laudabilem & vituperabilem continentẽ. Sit namq; quispiam, inquit, ratiocinio hallucinanti, quæ honesta sint, mala videantur, ac cupiditate ad honesta ducatur. ratio quip
C pe agere non permittit: at cupiditate allectus aget. atqui talis, est incontinens. aget ergo honesta: cupiditas nanq; in talia adducit. sed ratio prohibebit: ratiocinio. siquidem honestorum hallucinabatur. Is igitur incontinens quidem erit, veruntamen laudabilis. nam quatenus honesta peragit, laudabilis, absurdum id profecto euenit. Rursus hallucinetur interim ratiocinio, & honesta ei minime honesta esse videantur, at cupiditate ad honesta ducatur. continens nimiru n est concupiscens quidem, sed non peragens id ob rationem. itaque ratiocinio hallucinatus honestorum, prohibebitur agere quę concupiscit. prohibebitur ergo honesta agere, ad hæc siquidem adduxit cupiditas. Verum cum honesta agere oportuerit, non agens vituperãdus accedit. ergo continens quandoque erit vituperandus: id quod valde dictu absurdum contigerit. Verum incontinentia & incon-

tinens,in cunctis & circa cuncta,ſicut circa pecunias, & honorem,et D
iram,& gloriam? nam circa hæc omnia exiſtimātur,vel eſſe,vel non
eſſe incontinentes. verum circa quid ſit definita incontinentia,ad-
dubitauerit quiſpiam. Hæc igitur ſunt quę faciunt dubitationem.Ac
ambiguitates ſoluere neceſſe eſt. Primum igitur quę de ſcientia hab,.
ta eſt dubitatio, ita diluenda videatur. nimirum eſſe abſurdum,ſcię
tiam habere,& ipſam eiicere vel intercidere. Eadem de opinione fue-
rit oratio:nihil ſiquidem referr, ſit ne opinio an ſcientia. Nam ſi ve-
hemens fuerit opinio, quatenus ſtabilis eſt & credulitate incōcuſſa,a
ſcientia non differt,credendo ita habere, vt exiſtimant, ſi habeāt opi
niones:ſicut Heraclitus Epheſius talē habuit, de quibus opinabatur,
opinionem:alienum vtiq; nihil incontinenti, ſiue habeat ſcientiam ſi
ue opinionem,qua dicimus flagitium aliquod committere. Eſt quip-
pe ſcire duplex. vnū quidem,habere ſcientiam: nam tum demū ſ[illegible]re
quempiā dicimus eam rem,cuius teneat ſcientiam. alterū vero ipſam
exercere ſcientiam. Incontinens igitur eſt,qui honeſtorū tenet ſcien B
tiam,ſed eam non exercet. Cū igitur hac non exercebitur ſcientia, ni
hil eueniet alienum, committere flagitium ipſum qui teneat ſcien
tiam. Eſt enim quemadmodum in dormientibus. illi ſiquidem cū ha
beant ſcientiam,multa tamen in ſomnis moleſta & perpetrant & per
petiuntur:neq;.n.ſcientia tum exercetur. idem eſt de incontinent. .
euenit ſiquidem vt dormienti,non exercere ſcientiā. Et perinde ſol-
uitur dubitatio. fuerat ſiquidem dubitatum, nunquid ſcientiam in-
continens eiiciat,eaue intercidat: quandoquidem vtrunq; videbatur
abſurdum. Cæterum hinc fuerit rurſus manifeſtum,quemadmodū
diximus in Analyticis,ex duabus fieri ſyllogiſmum propoſitionibus
earumque primam vniuerſalem, ſecundam,quæ ſub illa, particula-
rem. veluti ſcio omnem hominem febricitantem, ſanum facere. at
qui hic febricitat:ſcio igitur & hunc ſanum facere. Eſt ergo vniuerſa
va.l.ſentētię li quidem* ſcientiæ ſcio deputatum:alteri vero particulari non eſt.igi
tur, vt etiam tum ſcientiam habenti fiat hallucinatio,velut hominē F
febricitantem ſanum facere,ſi hic vtiq; febricitat, quem non noue-
rim. Itidem igitur de incontinente qui habeat ſcientiam, idem er-
ror eueniet. contingerit enim incontinentē in vniuerſum habere ſcię
tiā, vt alia ſunt improba,& pernicioſa. nec tamen hęc ipſa, particu
larim noſſe improba. proinde ita habendo ſcientiam aberrabit: quā
doquidem in vniuerſum habet non etiam particulariter. Non itaq;
hoc modo fuerit alienum, vt incontinens habendo ſcientiam, mali
aliquid agat. eſt enim ſicut in ebriis, a quibus cum exceſsit ebrietas,
& ad ſeſe redierunt,non excidit ipſis ratio, nec quidem ſcientia quæ
ſub ebrietate delituerat,fueratq; proſtrata: deinde ab ebrietate immu
nis rurſus fit,qui prius erat. Ita habet incontinens. perturbatio enim
cohibendo rōcinium ſepelit: cum vero a perturbatione fuerit libera-
tus, vt qui ebrius, rurſus in ſeſe redit. Eſt & quędam alia de incon

tinente

A tinente, quæ dubitationem faciebat, oratio: ubi laus incontinentem sequebatur aliquando, & cōtinentem vituperatio. quod nequaquam euenit. neque enim continens aut incōtinens qui ratione falsus est, sed qui recta institutus ratione, qua tam mala quam bona discernit. Incōtinens quidé, qui & eiusmodi ratione nō persuasus est, sed con tinens, qui persuasus, ab ipsis non agitur cupiditatibus. neq; enim cuicunq; * videtur patrem cædere turpe esse: sed qui cædere concupi scit, & abstinet, is continens est. Proinde si in iis neq; continentia ne que incontinentia, ne quidem laudabilis fuerit incontinentia: ut ne que vituperabilis continentia, quemadmodum videbatur. Sunt nimi rum incontinentiarum aliæ quidem valetudinariæ, naturales aliæ. Valetudinariæ eiusmodi, ut eorum qui discerpunt capillos, & man ducant. Quòd si quispiam huic imperet voluptati, nō continuo lau dabilis est: neq; vituperabilis, quatenus non imperat: aut nō admo dum probabilis. Naturales autem, ut in iudicio cōuictum olim aiūt

* aliter, non videtur.

B filium ꝙ patrē cecidisset, defendisse, quòd is patrē quoq; suum cecidisset, aufugissetq;. naturale etenim in iudicibus fuisse crimen Visum est. Quod si quis a cædendo patre se continuerit, nō continuo lauda bilis. & ne nos quidem eiusmodi nunc incontinentias & cōtinentias quærimus, sed quibus vituperandi accedunt, atq; simpliciter laudan di. Bonorum certe quædam sunt externa, ut opulentia, dominatus, honor, amicitia, gloria. Quędam circa corpus necessaria. ut tactus & gustus. Qui ergo circa hæc incōtinēs, is incontiens simpliciter esse videatur, & ut corporalis. & quam quærimus incontinentiam, circa esse videbitur. Ambigitur quoq;, circa quid nam sit incontinentia. Circa honorem non est simpliciter incontinens. laudatur enim quo dāmodo, qui circa honorem incontiēs. nam honoris amans videtur. In totum autem dicimus, & in eiusmodi ponendo incontinētem, cir ca honorem aut gloriam aut iram esse incontinentem. Verum sim pliciter incontinēti non accommodamus circa quę, ut ei adsit mani

C festum aliquod sine appositione eius circa quod sit. est enim fere cir ca voluptates & ægritudines corporis incontinens. Hinc manifestū est, circa hæc versari incontinentiam. nam quoniam incontinens vi tuperabilis, subiecta esse oportet vituperabilia. Honor igitur, & glo ria, & dominatus, & pecuniæ, & circa quæcunq; talia dicuntur incō tinentes, sub vituperationem non cadunt: at corporis voluptates vi tuperandæ: ideo non iniuria qui circa has magis quam sit par versa tur, is incōtinens prorsus dicitur. Verum quoniam incōtinentiarum quæ circa alia versari dicūtur, quæ circa iram maxime reprehēden da incōtinentia, utrum magis reprehendenda est quæ circa iram, an quæ circa voluptates? Est igitur quæ circa iram incontinentia simi lis pueris ad subministrandum promptis. hi nāq; cum dixerit domi nus, cede mihi, promptitudine erecti, antequam audierint quid sit subministrādum, inter suggerendum hallucinantur. sæpe enim liber

fuit exhibendus,& graphium dedere. Itidem incontinens iræ succū D bit. cum primum enim audierit verbum, quod quispiam affecit iniuria,ira ad vlciscendū insultat,neutiquam patiens audire,expediat ne an non,vel non ita vehementer. Huiusmodi igitur ad irā impulsus, quæ iræ deputatur in continentia, non admodum videtur incessenda. At ad voluptatem impulsus sub reprehensionem cadit. sunt nanque distincta in ipsa, ob rationem quæcunque auertunt ne agatur aliquid,& tamen ob rationem agitur. Ideo magis est quam per iram reprehendenda incontinentia voluptatis: quandoquidem per iram incōtinentia ægrimonia est: nemo siquidem stomachatus non ægrescit.at quæ ex concupiscentia cum voluptate. idcirco magis vituperabilis, quòd ex voluptate incontinentia abesse a consilio non videtur. Vtrum vero tolerantia & continentia idem est? An non. nam cōtinentia nec nō continens circa voluptates est, ipsas coercendo at tolerantia circa ægrimonias: siquidem patiens ac sustinens ægrimonias, is tolerans est. Rursus incontinentia & mollicies idem non est. Mollicies siquidem & mollis est succumbens laboribus, nō certe omnibus, sed quos alius aliquis necessario duxerit sustinendos: incontinens vero, qui voluptates sustinere non possit, sed remollescēs ab eis agatur. Est porro quispiam intemperās appellatus.nūquid igitur in temperās idem, quod incontinens:atq; ipse idem incontinens, quod intemperās? Nempe intemperans eiusmodi est,vt quę agit,eadem & optima cōmodissima sibi esse arbitretur, nec vllam habet rationem, quæ eius videatur aduersari voluptatibus.at incontinens habet rationem, quæ aduersatur ei,quatenus cupiditate agitur. Vter autem curatu facilior,intemperans,an incontinens? Certe intemperans curatu facilior videatur. nā si ratio ei aduenerit quæ mala esse doceat, ipse non operabitur, at incontinenti non deest ratio, & tamen agit mala.proinde huiusmodi incurabilis esse videbitur. Cęterum,vtrum deterius afficitur,cui nihil adest boni,nec quod per illud existit, quā ille cui quod honore præcellit,male affectum est? Est nimirum incōtinens,qui bonum obtinet,rectam rationem, cum intemperans non habeat. cum ergo ratio vtriusque principatum obtineat, incontinētis honoratissimum principium præsto: quod est ab intemperante abest. ergo incontinente intemperans deterius habet. Rursus, vt supra mentionem fecimus de feritatis vitio, non est ipsum in fera spectare, sed in homine. feritatis siquidem nomen adeptum est id vitium, obsi ngularem improbitatem. Sed cur in fera nihil? nempe quod improbum in fera principium non sit: est siquidem ratio principiū. Quis vero improbior flagitiosiorq; fuerit incertum est, Leone,an Dionysius,an Phalaris,an Clearchus,vel horum quispiam in signis cuiusdam immanitatis. Certum autem est malum in his principium illustria facinora coniectasse. at in fera nullum prorsus est initium. Ita igitur improbum est,in ipso intemperante principiū.nā qua

A renus quæ mala sunt committit, etiã ratio ei astipulatur: censetq; ea
esse peragenda, quia improbum in ipso est principium. At in inconti
nente sanum principiũ est: vt hinc melior incontinens intemperan
te esse videatur. Sunt etiam incontinentiæ binæ species. vna quidem
prorumpens, & improuisa, & cõfestim prouenien s: velut cum specio
sam viderimus mulierem, & confestim afficiamur, & ab affectu erum
pit impulsus ad aliquid perpetrandum, quod fortasse non expediat.
Altera vero, velut quædam imbecillitas, quæ cum ratione insurgit
auertente. Prior igitur non admodum sub reprehensionem cadere
videbitur: quãdoquidem etiam virtutis studiosis potest euenire, cali
dis & ingeniosis. Secunda autem frigidis & melãcholicis. tales nimi
rum reprehendendi. Rursus videas aliquem prçoccupantem, ꝙ spe-
ciosa mulier obiiciatur, nõ affici. conuenit igitur se cohibere. nam qui
eiusmodi ratione præuenerit, ex obuia visione incontinens non com
mouebitur, nec turpe quicquam aget. Verum qui ratione cognouer
B it indecẽs aliquid, ad idque voluptate delabetur & remollescet, is
multo magis reprehendendus. Neq; enim probus vnquã, eiusmodi
fuerit incontinens. ratio nãq; prçueniens se non permiserit. dux si
quidẽ ea in ipso probo existit: cui non obtẽperat improbus, sed vo
luptati deditus & remollescit, & quodãmodo effœminatur. Verum ve
ro tẽperans sit continens, quod supra fecimus ambiguũ, nũc differa-
mus. Est igitur temperans & continens. nam continens nõ solum est
præsentes cupiditates cohibens, verum etiam talis, vt si nullæ adsint
cupiditates, ita instructus, vt eas possit cohibere. Est autem tẽperãs,
qui nullas habeat cupiditates malas, rectęq; rõni circa hæc insistat.
at continẽs, qui malas habet cupiditates, & aduersum ipsas rectam
rationem. proinde temperantem continens comitatur, eritq; tempe
rans continens: siquidem temperans non afficitur, continens vero
afficitur quidem, sed compescit affectus, quatenus afficitur. temperã
ti aũt istorum est neutrum: ideo continens temperans non est. Verum
C intemperans incontinens, an incontinens intemperans? Aut neuter
alterum comitatur. incontinens enim est, cuius ratio perturbationes
oppugnat. at intemperans, nõ huiusmodi, sed qui mala agit, simulq;
incontinens astipulantem habet rationem. Non itaq; intẽperãs, qua
lis incõtinẽs: neq; incontinẽs, qualis intẽperans. Prçterea improbior
incontinẽte est intemperans. curatu. n. difficiliora quæ naturalia, quã
quæ ex cõsuetudine gignuntur: ob hoc siquidẽ valida esse videtur cõ
suetudo, ꝙ naturæ insideat. intemperans igitur eiusmodi, cuiusmodi
quispiã natura est. ob hoc, & hac de causa in ipso improba ratio est.
Neque talis est incontinens, quia ne quidẽ ratio eiusmodi nõ proba;
oportuit nãq; ipsam esse improbã, si foret natura, qualis est impro-
bus. Incõtinens igitur cõsuetudine malus esse videbitur, vt natura in
tẽperans: curatu nãq; longe difficilior intẽperans. q̃nquidem consue
tudo consuetudine exploditur: at natura a nemine exerudi potest.

Verũ aũt cũ sit incontinens eiusmodi, vt norit & nõ cedat rõni, sitq; prudẽs hmõi, vt recta rõne singula perpendat: acciderit vt incontinens fit prudens, an non? ex his.n. quæ dicta sunt, ambigere quispiam poterit. Verum si quæ a nobis antea dicta sunt, suspicere voluerimus non erit prudens incontinens. dicebamus namq; prudentem esse, nõ cui recta ratio modo inesset, verum etiam quæ ratione optima viderentur. & perinde incontinens non fuerit prudens. Cæterum talis, astutus quidem est. distribuimus siquidem paulo ante astutum a prudente, vt inter se differrent. interim vnus quidem circa hæc solers, alter vero non solers. astutum igitur incontinentem esse contingit: neq; enim soles circa quæ & astutus: prudentem vero incontinentem esse non contingit. D

De voluptate. Cap. VIII.



Ost hæc de voluptate disserendum est: cum de felicitate sit nobis oratio: felicitatem autem arbitrantur omnes, aut voluptatem esse & vitam delectabilem, aut non citra voluptatem. Nempe voluptatem vrgentes, nec in bona enumerandam esse existimantes, ipsam citra ægritudinem esse voluerunt sine ægritudine esse igitur vicinum voluptati est. Quapropter de voluptate quoque dicendum, non modo quia etiam alii ita arbitrantur, verum etiam quod nobis de voluptate dicere necessarium esse censeamus. Nam cum de felicitate nobis sit oratio, felicitatemque definierimus, planeque dixerimus in vita perfecta esse virtutis actionem, sicque virtus circa voluptatem & ægritudinem, de voluptate dicere necesse est. quandoquidem citra voluptatem non est felicitas. Primum itaq; dicemus, quod nonnulli ferant, voluptatem in numerum bonorum non venire existimantes aiunt namque primo ortum esse voluptatem: at ortum quiddam imperfectum: bonum porro imperfecti locum nunquam obtinere. Secundo loco, voluptates esse quasdam improbas: at improbitatem, nunquam bonum admittere. Rursus, quod gignatur in omnibus. nã & malo & improbo, & fere & cicuri deputatur. at bonum malis ammisceri nefas, & ne quidem mutis commune est. Quodq; nõ potentissimũ voluptas, at bonũ potentissimũ. quodq; honesta agẽdi sit impedimentũ. nam quod honesta agere prohibeat, bonum qui potest esse? Primum igitur primo occurrendum de ortu, ratioque diluenda, quod neutiquam vera sit. Est igitur in primis non omnis voluptas ortus. nam quæ ab inspiciendo voluptas gignitur, ortus non est nec quæ ab audiendo, & olfaciendo. neque enim ex egestate proceсa sa, quemadmodum in aliis, vt ex comedendo, vel bibendo. hæ namq; ex egestate, & redundantia fiunt, aut saturando egestatem, aut redundantiæ auferendo, ideo ortus esse videntur. at egestas & redundantia E F

A ægritudo.igitur ægritudo hic, vbi ortus voluptatis. Atqui in spectando, & audiendo, & olfaciendo non est vt ægritudo antecedat. nemo siquidem spectando delectatus, aut olfaciendo, prius testatus est. itidem in animi sententia inspicienti delectatio est, citra præcedentē ægritudinem. & perinde fuerit voluptas aliqua, quæ ortus non est. Quòd si voluptas, vt eorum dictat oratio, ideo bonum non est, quia ortus: estque voluptas aliqua, quæ ortus non est, fuerit vtique bonum voluptas. Atqui in totum nulla est voluptas ortus. nam neque quæ a comedendo & bibendo voluptates ortus dici possint. Verum halucinantur, qui has voluptates ortus esse perhibent. putant siquidem quoniam prolatis rebus gignitur voluptas, ob hoc ortum esse. sed non est. quandoquidem est pars animę quædam, qua oblectamur, simul prolatis quibus indigebamus rebus, ea pars animæ quatenus exercetur & mouetur, oblectatur. Atqui motus ipsius & exercitium voluptas est, quòd cum prolatis rebus ea pars animæ exerceatur: aut propter ipsius actionem ortum esse censent vo

B luptatem, quòd certa sit rerum prolatio, animæ tamen pars incerta. perinde atque si quis hominem esse opinetur corpus, quòd id sub sensum cadat, non autem animam. verum est anima. itidem & in hoc. est nanque pars quædam animæ qua oblectamur, quæ simul atque res prolatæ sunt, exercetur. ideo nulla voluptas est ortus. Verum & conuersio (inquiunt) in naturam, quæ sub sensum cadit. nam non conuertentibus sese in naturam voluptas est. siquidem conuertendo naturæ egestatem, fit eius exaturatio. at (vt diximus) est, vt nulla egestate fiat oblectatio. siquidem egestas ægritudo. at citra ægritudinem dicimur oblectari. & perinde non fuerit voluptas egestatis conuersio. indignum nanque in huiusmodi voluptatibus nihil. Proinde si ideo quòd ortus est voluptas, bonum esse non existimetur, nullaque est voluptas ortus: bonum vtique fuerit voluptas. sed propterea quòd non omnis (inquiunt) voluptas bonum, quispiam id de

C prehenderit hoc pacto. Nam quia bonum in omnibus dicitur esse prædicamentis, nempe in essentia, & in ad aliquid, & in quanto, & quando, ac in totum omnibus: illud quoque manifestū per omnia voluptatem aliquam comitari. proinde quia in omnibus prædicamētis est bonum, etiam voluptas fuerit bonum. & perinde quoniam in his quidem per se bona, etiam voluptas fuerit per se bonum. atqui a bonis voluptas est voluptas: bonum ergo fuerit omnis voluptas. Simul certum hinc etiam differre inter se specie voluptates: quandoquidem differunt etiam prædicamenta, in quibus est voluptas. Neque enim est, quemadmodum in scientiis, vt Grammatica, vel quæcunque alia. nam si habeat quis splendide grammaticam, itidē afficitur qui sub ea grammatica grammaticus, eo modo quo & alius qui habeat grammaticā. & propterea non differunt grāmaticæ, quæ in splendido, quæq; in obscuro. At in voluptate, non ita. nā quæ ex

ebrietate voluptas,& quæ ex copulatu, non eodem modo afficiunt. D
quamobrem specie inter se distingui videbuntur uoluptates. Cæterum quia sunt & malæ voluptates,etiam ob hoc voluptas bonū nō esse videbatur.at id voluptatis minime propriū iudicium est,sed naturæ atq; scientiæ. Nam est & natura mala,sicut vermium & crabronū,ac prorsus vilium animaliū.nec tamē ob hoc natura malorū. Eodem modo habent & malæ scientiæ, sicut sedentariæ. nec tamen ob hoc malū scientia est,sed genere bonum tam scientia quam natura. Nam quemadmodū statuarius inspiciendus non est,qualis quispiam sit,ex eo,qđ euenerit male exercere,sed quod bene:ita ne quidē scientiam naturam ue,aut quippiam aliud,qua le sit,ex malis,sed ex probis iudicem.ergo voluptas quoq; genere bonum est. Quod vero sint & malæ voluptates,ne nos quidē latet.nā sunt etiā diuersæ naturæ animalium,vt bona & mala:sicut hominis quidē bona,lupi vero vel cuiusuis alterius feræ mala.similiter equi natura altera quam hominis, & asini,& canis. At voluptas conuersio est ex eo,quod contra naturā, E
in naturam cuiuslibet suam . proinde cuius fuerit suauissima improbæ naturæ,ea improba voluptas est. neq; enim equo quod homini,et ne quidem aliis.at quoniam diuersæ naturæ sunt, diuersæ quoque voluptates. Nam voluptas conuersio est,& conuersio(inquiūt)in naturam insidet . proinde & malæ naturæ mala conuersio est, vt probę proba . Qui porro voluptatem probam esse contendunt , eo afficiuntur modo,quo qui nescientes nectar, Deos vinum potare existimant,nihilq; esse eiusmodi peculiare putāt,ex inscitia in id delabuntur. His similes sunt,qui cunctas voluptates ortus esse asserunt,& neutiquam bonum.nā ꝙ alias voluptates ignorent præter eas quæ corpori sunt eas ducunt ortus esse , nec bonas , in vniuersum non rentur volupratem esse bonum . Quoniam igitur est voluptas , & conuersæ naturæ & conuertentis , conuersæ quidem ex egestate ad expletionem : conuertentis autem , quę a visu & auditu , & id genus aliis:meliores fuerint conuertentis naturæ actiones. voluptates nanque vtrouis modo F
dictæ,sunt actiones . Proinde non dubium,quin a visu voluptates , & auditu , & intelligentia sint longe optimæ.cūq; sub corpus cadūt, ab exaturatione procreentur. Rursum id dicebatur,quod ne quidē bonum : siquidem quòd in omnibus sit, & commune omnibus, non bonum . id certe in honoris cupido,& honoris cupiditate magis proprium est . honoris siquidem cupidus solus vult habere,& illo cęteros anteire. Voluptatem igitur,si ipsam per se bonum esse oporteat, esse ne eiusmodi conuenit . An non ? atqui etiam contrario modo ob id nanque bonum esse videatur,quod cuncta expetant.aguatū enim cunctis,bonum expetere.& perinde, si cuncta voluptatem expetunt, genere bonū fuerit voluptas. Rursus quod sit impedimentum voluptas,ipsam bonum esse negauerunt , impedimentum esse asserendo, ꝙ non recte videantur considerare . Neque enim ad res transigen-

A das est impedimentum, si qua sit alia impedimentũ: Vt ebrietatis voluptas agere inhibuerit. Cæterum ita etiam scientia scientiæ fuerit impedimentum. nã non est, vt simol vtranq; exerceas. Sed cur non bonum scientia, si voluptatem ex scientia excitarit? & vtrum impedimentum sit? An ne. cæterum multo magis. aget. voluptas nanque ad magis agendũ, inde suscitata impellit, quia probum faciẽdo, agit quæ ex virtute, & ea suauiter agit. Nunquid multo etiam magis quæ ad actionem pertineant, exercebit? ac si oblectatus egerit, probus erit: sin tristatus honesta prosequatur, nõ probus. ægrimonia nanq; in eis quæ ex necessitate, est. proinde si quispiam ægrescat, honesta prosequendo, coactus peragit. qui autem a necessitate agere compellitur, non probus. Cæterũ non est, vt non tristetur vel oblectetur, quę ad virtutem pertineant prosequendo, nec aliquod medium est. Cur? nẽ pe quòd virtus in affectu, affectus vero in egritudine & voluptate, nec quicquã in medio positum est. Non dubium igitur, quin virtus
B cum ægritudine vel voluptate sit. Si quis igitur mœstus honesta prosequatur, non bonus. proinde non fuerit virtus cum ægrimonia: cum voluptate ergo. Tantum ergo abest impedimentum, vt etiam ad agendum exhortetur. in totumque non contingit, vt sit citra voluptatẽ, quod ab ipsa procreatur. Alia fuit oratio, ꝙ nulla sciẽtia faciat voluptatẽ. Ne id quidem verum est. conuiuiorum nanq; structores, & coronarum, necnon vnguentarii voluptatis sunt effectores. Cæterum aliis sciẽtiis non est voluptas vt finis, sed cum voluptate, nec citra voluptatem. est igitur etiam scientia voluptatis effectrix. Rursus etiam aliter dicebatur, quòd non optimum. Verum hoc modo atq; hac ratione singulas ieris perditum virtutes: siquidẽ fortitudo optimum non est. Nunquid igitur ob hoc non bonum? An id absurdum sit. itidem. & in aliis, ꝙ voluptas quia non optimum, non esse videatur bonum. Dubitauerit autem quispiam, per virtutes transiens huiusmodi. vt quia ratio quandoq; imperat affectibus: de continente
C enim hoc dicebamus: & econuerso affectus imperant rationi, vt eueniet incontinẽtibus. quia (inquam) expers rationis pars animæ, vitiũ admittendo, imperat rationi bene dispositæ: talis siquidem incontinens, & ratio similiter mala: quamobrem ipsa quoque bene dispositis perturbationibus imperabit, suam virtutem continentibus. hoc si ita euenerit abuti virtute: improba nãq; ratione affectus, virtutem vsurpando, ipsa abutetur. hoc nimirum absurdum euenire videbitur. Tali sane dubitationi facile ex eis quæ a nobis ante de virtute dicta sũt, est occurrere atq; refellere. Tum demũ nanq; virtutem esse dicebamus, cum ratio bene affecta, perturbationibus suam virtutem habentibus fuerit moderata, necnon perturbationes rationi consentaneę. Ita nãque affecta inter se inuicem consentient, vt ratio quod optimum sit semper præscribat. perturbationes vero facile bene dispositæ id exequantur, quod ratio pręscripserit. Si ratio igitur male fuerit affecta,

perturbationes vero bene,non fuerit virtus, deficiente ratione . nam D
ex vtroq; virtus . pro inde non contigerit virtute abuti . Simplici-
ter vero non (quemadmodum alii opinantur) dux ratio virtutis est
atque principium,sed potius perturbationes. Ad honestum namq;
impulsum quendam oportet primo innasci irrationalē,qui produca
tur : atq; ita postremo rationem esse discernentē , atque constituen-
tem,quod sane viderit quispiam ex pueris,& rationis expertibus ani
mantibus . In his nanq; sine ratione perturbationum impulsus exo
riuntur primo ad honestum : mox posterior adueniens ratio & con
stituens, honesta agere exhortatur . Sed non si a ratione ad honesta
ceperit principium, perturbationes consentientes comitantur, verū
sæpenumero controuersantur . Quamobrem potius conuenerit per-
turbationem ad virtutem anteire bene affectam , quā rationem .

De prospera fortuna . Cap. IX .



Nterea dicēdum de prospera fortuna est , posteaquam de felicitate nobis est oratio . Arbitrantur nanq; multi felicem vitam fortunatam esse, vel non esse citra fortunatam . & forte non iniuria:absque enim externis bonis,quorum domina fortuna est, felicem esse non contingit. idcirco de secunda fortuna nobis dicendum : nec non quis prorsus sit fortunatus,& in quibus, & circa quid . Primum igitur ad hæc quispiam accedens , spectans que dubitauerit . quandoquidem non dixerit fortunam esse, vt natura est semper causa cuius est, eius vt plurimum eodem modo est effectrix . at fortuna nunquā , verum temere & sine ordine , ac vt fors tulerit . ideo fortuna in eiusmodi esse dicitur, vbi neque mens vlla , neque recta ratio est . nam vbi id , nihilominus est quidquam ordinatum , ac est semper eodem modo . non ita fortuna. Idcirco vbi mens plurima ac ratio, ibi fortuna minima . vbi plurima fortuna , ibi mens perexigua . At nunquid secunda fortuna est, vt Deorum quædam cura ? An id minime videri debet. talium siquidem dominum præficimus Deum , vt bona malaque meritis distribuat . at fortuna & quæ a fortuna, tam vere quā vt fors tulerit fiunt:quod si huiusmodi distributori Deo ascripserimus,malum ipsum iudicem faciemus,neque iustum . id nefas Deo deputare. Cæterum præter hęc,ad nihil aliud fortunam quispiam ordinarit proinde non dubium, quin horum aliquid sit . mens certe ac ratio, nec nō scientia, prorsus alienum ab hoc esse videatur. præterea neque cura, neque beneuolentia quæ a Deo, videatur esse felicitas quoniam malis attribuitur . atqui Deum malorum curam habere fas non est. Reliquum igitur , & maxime peculiare fortunę natura est . Est nimirū prosperitas, ipsaq; fortuna in his quæ in nobis nō sunt , neq; eorum quorum ipsi sumus domini , quęq; possimus efficere . Ideo Iustum

Vbi mēs ac ratio plurima, ibi fortuna minima : & e contrario.

A quatenus iustũ, nemo fortunatũ dicit. & ne quidem fortem, nec prorsus quẽquam alium a virtute præditum. in nobis siquidem est hæc habere, vel non habere. Sed.n. in talibus magis peculiare, ac suum, dicimus fortunã & prosperitatem. ingeniũm nanq; dicimus fortunatum, ac prorsus cui talia bona extiterint, quorum ipse neutiquam dominus est. veruntamen ne hinc quidem proprie prosperitas dicetur. Est tamen fortunatus sæpenumero dictus. nam prǽter alicuius cõsiderationem, cum & alicui bonum aliquod agere cõtigerit; dicimus fortunatum. & eum cui iure infligi damnum debuerat, eiusmodi hominem lucrum facientem, dicimus fortunatum. Est igitur prosperitas, in agendo bonum aliquod præter rationem, & in non subeũdo, vt debuit, malo. Cæterũ potius ac magis peculiare in bono capiendo prosperitas videatur. siquidẽ bonum capere, per sese fortunatum quiddam esse videatur: malum vero non subire, ex casu fortunatum. Est igitur prosperitas rationis expers. natura nanq; fortunatus est, qui sine ratione ad bona impellitur, eaq; consequitur Id vero
B naturæ est. nam animæ inest huiusmodi a natura; quo sine ratione impellamur ad ea, vnde bene habemus, eousq;. vt si quis roget ita habentem, cur nam id tibi ita libet agere? nescio, inquit, sed libet. Simile propemodũ lymphaticis. siquidem lymphatici citra rationem ad aliquid agendum impelluntur. Prosperitatem vero, suo ac peculiari nomine appellare nõ habemus: verum ipsam sæpe dicimus esse causam. at hæc causa a nomine alienum quiddam est. quoniã causa, & cuius est causa, aliud est: & citra impulsum bona consequentem causa dicta est. vt malum non subire; vel porro minime animo deputatum, bonum capere. nanciscíq; bonum est profecto huiusmodi prosperitas ab illa distincta; videturq; hæc ex rerum fieri interuentu, ex casuq; prosperitas. & perinde tametsi est huiusmodi prosperitas, non tamen ad felicitatem talis (inquam) prosperitas fuerit peculiaris, cuius in ipso impulsus principium bonorum est * assuetudi- * a.l. acquisitionis.
C nis. Quoniam igitur est felicitas nõ sine bonis externis, & quæ a prosperitate (vt iamdudum dicebamus) oriuntur felicitatem coadiuuant. De prosperitate igitur hactenus.


De honesta probitate, honesto ac bono. Cap. X.



Voniam de singulis particulatim diximus, reliquum iam fuerit vt in totum componendo singula accumulemus. Est igitur non male nomen impositum in cõsummato probo honesta probitas. honestus & bonus nanque dicitur, cum perfecte probus. siquidem virtus bonum & honestum fatentur, sicut iustum honestum & bonum aiunt, fortem, temperantem ac prorsus virtutum omnium. Quoniam igitur in duo distribuimus, vt alia quidem honesta: alia vero bona di-

ramus: & bonorum, alia quidem simpliciter bona, alia vero non i D
honesta porro vt virtutes & virtutum actiones. bona certe, domina
tum, opulentiam, gloriam, honorem, & id genus alia. Est igitur ho
nestus & bonus, apud quem simpliciter bona sunt bona, & simpliciter
honesta honesta sunt. talis nanque honestus & bonus. Sed apud quem
simpliciter bona non sunt bona, is neque honestus & bonus. sicut ne
quidem bene valere videatur, cui simpliciter salubria non sint salu-
bria. Nam si opulentia, & dominatus adueniendo quippiam offen-
derint, optanda non fuere: sed talia quę non offendant, sibi esse op-
tauerint. Qui aũt talis sit, qualis correptus ex bonis, ne ei adsint, ne
quidem honestus ac bonus esse videatur: sed cui per se bona omnia,
bona sint, nec ab ipsis absumatur, vt ab opulentia & dominatu, is ho
nestus & bonus.

De recta ratione. *Cap. XI.*



E eo quod est ex virtutibus recte agere, neutiquam satis E
absolute dictum est, nam dicebamus ex recta ratione
agendum esse, verum ignarus interrogauerit id fortas
sis quispiam, ex recta ratione quid nam sit, & vbi re-
cta ratio? Est nimirum ex recta ratione agere, cum ani
mæ pars irrationalis nõ prohibuerit rationalem suam exercere ac tio
nem. tum demum enim ex recta ratione erit actio. Quoniam enim
animæ partem, vnã quidem deteriorem habemus, alteram meliorem,
semper deteriorem melioris causa obtinemus sicut in corpore & ani
ma, corpus animæ causa habere dicimur, cum ita habuerit ne prope-
diat, sed ita cõiungatur & consurgat ad animę opus perficiendũ, quã
doquidem deterius melioris est causa, ita vt secum meliore exerceat.
Cum igitur affectus menti non inhibuerit suum opus exercere, an
non tum ex recta ratione fuerit? Ita propemodum. Verum fortasis F
dixerit quispiam, quomodo affectus habuerint, cum non impedi n-
tur? ac quando nam ita habebunt, vt non prohibeantur? Nescio, q p
pe dictu neutiquã facile est. Neq; enim medicus, sed quando dixerit
febricitanti ptisanam proferendam. at quo pacto febricitare sentiã?
cum (inquit) impalluisse videris. at pallescentem quomodo sciero?
hic occurit medicus, si non habes ex te (inquiens) vt talia sentias, nõ
habeo amplius quid dicam. Hoc pacto de aliis communis huic erit
oratio. Similiter habet & in affectibus dignoscendis. aliquid nanq;
per sese sensu oportet conijcere. Quærat porro & hoc fortasis quis-
piam, nunquid re ipsa ista cognoscens, ero continuo felix? nam sunt
qui opinentur. Hoc certe est huiusmodi, vt cæterarum scientiarũ nul
la discenti vsum præbet & actionem, sed habitũ duntaxat, ita ne qui-
dem hic, hæc sciendo, vsum tradit Felicitas.n.est (vt fatearmur) actio,
non habitus. neq;.n. sciendo ex quibus constet felicitas, sed ex vien

A do his. atqui horũ vsus & actio est. nec est præsentis tractationis hoc tradere: quandoquidem neq; vlla alia quæpiam scientia vsum tradit, sed habitum.

De amicitia & amicis. Cap. XII.



Erum enimuero inter cuncta huiusmodi nobis de amicitia dicere necesse est, quid sit, & in quibus, & circa quid. quandoquidem ad omnem vitam ipsam tendere perspicimus, & omni tempore bonum esse, quo ad felicitatem complectendam. Primum igitur videbitur melius percurrere, ac excutere quæ ambigua sunt. Nam est in primis amicitia in similibus, vt videtur, ac dici solet. siquidem graculus (inquiunt) graculo assidet. semperq; Deus simile agit ad simile. dicitur quoq; canis semper in eadẽ tegula dormitare. Interrogatus B fertur Empedocles, cur nam canis semper in eadem dormiat tegula, dixisse, quoniam simile canis habet tegulæ, & perinde ob similitudinem eo tendere. Aliis porro visum est, potius in cõtrariis gigni amicitiam. amat siquidem imbrem terra (inquiunt) cum solum exaruit quippe q (inquiunt) contrarium contrario velit conciliari. at in similibus nihil fieri contingit. siquidem simile (vt aiũt) simili nõ eget ac talia iactantur. Iterũ, vtrum operosum est amicum fieri an facile? velut assentatores confestim assentiuntur, nec amici sunt, vt esse vidẽtur. Dubitauerit in his quoque quispiã, nũ fuerit probus malo amicus? An ne. amicitia siquidem in fide & constantia. at malus, neutiquã talis. An malus malo amicus? Ne id quidem. Primum igitur definiendum qualẽ consideremus amicitiam. est nanque (vt opinãtur) amicitia etiam erga Deum, atque inanimata, neutiquã rectè. Amicitiam nanq; hic esse dicimus, vbi amor reciprocus. at erga Deũ amicitia neutiquam reciprocum. & nequidẽ amare suscipit. alienũ nanq; C fuerit, si quispiam dixerit Iouem amare. At ne quidẽ ab inanimatis amorem esse continget reciprocum: amor tamen erga inanimata est, vt vinum, uel hiusmodi aliud. Ideo non erga Deum quærimus amicitiã, neq; erga inanimata, sed erga animata, atq; erga ea in quibus fit amare mutuo. Quòd si quis deinceps consideret, quid sit amabile uidendũ. est igitur nõ quicquã aliud quã p se bonum. Aliud nẽpe est amabile, & aliud amandum: quemadmodum consultabile & consultandum. vtriq; n. bonum inest. Ita ẽt amabile quidem, simpliciter bonum: amandum vero, eodem modo bonum. Iterum amandum quidem, etiam amabile: at amabile non idem est, quod amandũ. Hinc igitur & hac de causa est ambiguitas, num probus malo sit amicus, an ne. Cõnectitur nanq; quodam modo per se bono sibi bonũ, & amandum amabili. habetur autem & consequitur bonum iucundum esse, & cõmodũ. proborum igitur amicitia est, cũ se mutuo ama.

ueteint: amant autem se inuicem, quatenus amabiles: & amabiles, D
quatenus boni. non igitur probus, inquit, malo erit amicus. Atqui
erit: quandoquidem per se bonum comitatur commodum & iucūdū
si malus est qui suauis, hac de cā amicus. rursus quatenus commodus
eatenus amicus? Verum non erit ex amabili eiusmodi amicitia. quidem amabile bonū est; atqui malus non amabilis: non ergo propter amabile, sed propter amandum. Sunt nanque ab vniuersali amicitia quæ in ipsis probis est, hæ quoque amicitiæ quę ex iucundo, & quæ ex cōmodo: qui ergo propter iucundum amicus, non tenet propter bonum amicitiam: neq; qui propter commodum. Atqui sunt hę amicitiæ, quæ propter bonum, quę propter iucundum, quæ pp commodum. nec tamen eædem, & ne quidem prorsus inter se inuicem alienę, sed ab eodē quodāmodo dictæ sunt. velut medicū cultellū dicimus, medicum hominē, & medicā scientiam. hæc non similiter dicuntur: sed cultellus, q̄ ad medicinam vtilis sit, medicus dicitur. at hō q̄ sanitatem faciat. scientia vero, q̄ sit causa atq; principiū. Itidem & amicitiæ non itidem quę proborum; quippe q̄ propter bonum, & quæ propter iucundum, & quæ propter commodum. Neque dicūtur æquiuoce. verū non sunt eædem: sed circa eadē quodāmodo, ac ex eisdē. Quòd si quis dicat, qui propter iucundum amat, ei amicus non est, quandoquidem non propter bonū amicus est, is in amicitiā proborum demigrat, quæ ex his omnibus constat, quippe ex bono & iucundo, & ex commodo. proinde non est vere ex illa amicitia amicus, quæ propter iocundum, vel propter commodum. Verū igitur erit probus probo amicus, an non? siquidem non eget (inquit) similis simili. Hęc nimirum oratio, propter commodum indagat amicitiā nā quatenus alter altero indiget, eatenus sunt amici; quatenus propter cōmodum concilientur. cum aliter desiniatur quæ propter commodum amicitia, & quæ propter virtutem, & quæ propter voluptatem, æquum vtique hoc multo magis esse, qui virtute concilientur. cuncta siquidem ipsis bona existunt, & iucundum, & commodum. Cæterum etiam probus malo. nam quatenus fortasśis iucundus est, eatenus etiā amicus. Et malus malo. nam quatenus idē forte ipsis cōmodū, eatenus amici sunt. fieri nanque intuemur, cū idē fuerit commodū, eos ob cōmodū conciliari. proinde nihil prohibet, ēt malis aliqd commodū esse. Constātissima igitur, ac stabilissima, & honestissima, quæ inest probis amicitia. quippe q̄ pp virtutem, at per se bonum. F
Nā virtus incommutabilis: & quæ per eam conciliatur amicitia, constantissima est. at quæ ex cōmodo stabilis nō est amicitia quippe quæ cū cōmodo elabitur. similiter ēt quæ pp voluptatē. Optimorū igitur amicitia, quæ per virtutē excitata est. multorum aūt, quæ commodū, & quæ propter uoluptatem, & in onetibus, & his quæ obueniūt. Contingit autē etiam indignari cum malis amicis, pariterq; admirari. Est vero non absurdum, cū.n amicitia principium ceperit volupte

A rem, propter quod amici sunt, itidem & commodum, simul enim hæc deficiunt, neutiquã etiam perdurauerit amicitia. At sæpe perstat qui dem amicitia, verum abusus amico est. ideo indignatu, neq; id iniuria. non enim propter virtutem cum hoc tibi fuerat conciliata. vt alienum non videatur nihil esse ex virtute. Quamobrem non rectè indignantur, qui amicitiam per voluptatem conciliarunt, quod existiment ipsam per virtutem duraturam, quod fieri non potest. nõ enim quæ propter voluptatem & commodũ. ex virtute est. Voluptate igitur conciliati, nõ rectè virtutem quærunt. neque enim comitatur uoluptatem & commodũ aliquod virtus: sed contra, ea ambo virtutem consequuntur. Alienum enim nisi bonos, putare sibi fore iucundos, quandoquidem mali (vt inquit Euripides) ipsi sibi sunt iucundi, malus vero contabescit. nec enim uoluptatem uirtus comes consequitur sed uirtutem uoluptas comitatur. Vtrum uero etiam oportet in amicitia proborum esse uoluptatem, an non? Alienum enim non uideri
B oportere. nam si ab ipsis inter se inuicem auferas sanitatem, alios ad consuescendum in uita iucundos amicos adeunt. nam ad simul viuẽdum nihil maius est, quã iucundos esse, quamobrem alienum est non arbitrari, probos maxime simul inuicem vitam agere. id uero citra iucundum non est. expedit ergo (vt videtur) his maxime iucundis esse. Quoniam autem distributæ sunt in tres amicitię spẽs, in hisq; ambigebatur, vtrum in ipsa æquabilitate amicitia esset, an in eo, quod esset in æquabile. Est igitur in vtroq;. nã proborum, per similitudinem perfecta amicitia est. at quæ per dissimilitudinem, ea quæ propter commodum. Nam eo modo copioso, pauper, ob inopiã eorũ quibus affluit diues, amicus est. ac eadem de causa, malus probo. siquidẽ propter uirtutis inopiam, a quo sibi opitulatum iri putat, ei ob hoc, amicus est. fit igitur propter commodum inter dissimiles amicitia. Hac de causa dixit Euripides,

Amat imbrem terra, cum solum exarescit.

C His, vtpote contrariis, amicitia ob commodum exoritur. nã si libeat maxime contraria facere inter se inuicem vtilia, vt ignem & aquã componendo, ignis si desit humor, absumitur, quem sibi attrahit tanquam alimentũ: tantum quidem, vt non succumbat. nam si superarit humor, ignis absumitur. si vero moderatus, confecet. Non dubium igitur, quin in maxime contrariis ob cõmodum sit amicitia. Deducũtur aũt amicitiæ omnes, iam ipsa ęqualitate quã inęqualitate, in tres distributę species. Est autem in cunctis contentio inter se inuicẽ amicitiis, cũ nequaquam similiter amauerint, vel fecerint, vel suppetiuerint, vel cũ id genus aliquid. & cũ vnus quidem vehemẽter facit, alter vero deficit, in deficiendo inclamatio est, atq; inculatio. Præterea in quibus idem est amicitiæ finis, vt si vtrique propter cõmodũ inter se inuicem amici concilientur, aut propter iucũdum, aut propter virtutem, defectus qui ab altero, exploratus ac certus est. Si igitur plu-

ra tu mihi bona contuleris, quã ego tibi, non ambigo quin tu de me D
bene meritus, a me plus amari debeas. Vbi aũt non hac amicitia ami
ci fuerimus, ibi maiores differentiæ: defectus siquidem ab vtroq; in
certus. vt si propter voluptatem vnus quidem sit amicus, & propter
cõmodum alter, inde oritur ambiguitas. neq; enim qui cõmodo exce
dit, voluptatem censet dignam quæ cõmodo rependatur. nec qui vo-
luptate superat, dignam gratiã in ipso commodo se existimat accipe
re. idcirco in eiusmodi amicitiis magis exoriuntur differẽtiæ. Qui ve
ro ex inæqualitate amici sunt, nẽpe excedentes opibus, vel alio huius
modi aliquo, non sibi censent amandum esse, sed ab inferioribus ama
ri oportere existimant. At amare melius est quã amari. siquidẽ ama
re voluptatis actio quędã est, & bonum: ab eo aũt quod ametur, nulla
actio est. nempe cognoscere, melius quã cognosci. cognosci enim &
amari etiã in carẽtibus aĩa existit. at cognoscere & amare in rebus ani
matis. Rursus beneficium esse melius quã secus. qui amat, quatenus
amat, beneficus est: amatus vero, quatenus amatur, nõ. Sed homines E
honoris cupiditate incensi, amari quã amare malũt: q quatenus amã
tur, videantur præcellere. amatus siquidẽ voluptate, vel copia, vel
virtute præcellit. At honoris cupidus eminentiam affectat. & qui
excellũt, sibi non amandum esse arbitrantur, q in quibus excedunt,
amãtibus rependi opinantur. Itẽ ipsis sunt deteriores illi, ob hoc nõ
cẽsent amare debere, sed amari. Sed qui egenus pecuniarum, aut vo-
luptatum, aut virtutis, is affluentem suspicit & amat, quòd ea conse
quatur, aut se consecuturum opinetur. Sunt autem & aliæ ex con-
simili affectu conciliatæ amicitiæ, & ex eo quòd cuipiam bona ve
lint, in quibus non est cuncta hæc comprehendens facta amicitia:
nam sæpenumero alii bona volumus, attamen cum alio vitam age-
re malimus: vtrum hoc amicitiæ dicere oportet? an consummatæ
amicitiæ nempe per virtutem affectus. in ea siquidem amicitia hæc
insunt cuncta. nam cum alio nemine vitam agere libuerit. siquidẽ F
iucundum, & commodum, & virtus inest probo, cui bona in primis
voluerimus, & cum ipso viuere & bene viuere, & non cum quoquã
alio magis. Nunquid sibi & erga se amicitia, an non? id nunc omit-
tamus, dicemus postea. sed enim nobis ipsis cuncta volumus, nempe
nobiscum viuere vitamq; ducere vna volumus. id fere etiam neces-
sarium. & bene viuere, & viuere ac bonum velle, non cuiquam alii
magis. Rursus similium affectuosi in primis sumus nobis ipsis nam si
labamur, vel in huiusmodi aliquid decidamus, confestim tristamur.
Hac de causa videatur erga se sibi amicitia. Talia quidem certe, vt
in similitudine affectionem, & bene viuere, & id genus alia, aut erga
nos ipsos dicimur referre amicitiam, aut in eam quæ perfecta sit. in
ambabus enim sunt hæc omnia: nempe vna vitam agere, & esse vel
le, & bene esse, ac cætera omnia in his sunt. Rursus videatur fere in
quibus iustum est, in eisdẽ esse amicitia. quamobrem quot iustorum

A sunt species, totidem & amicorum. Iustum certe est, & hospiti erga ciuem, & seruo erga dominũ, & ciui erga ciuem, & filio erga patrẽ, & vxori erga virum, & quæcunq; simpliciter aliæ conciliationes, & amicitiæ sunt in horum singulis. amicitiarum vero hospitalis valdissima videatur. neq; enim vllus est communis, de quo ambigatur, finis, vt inter ciues: siquidem ambigunt propter excessum inter se inuicem, nec amici permanent. Nunc demum illud dicendum est, vtrum erga se sit amicitia, nec ne.

De amicitia erga se. Cap. XIII.



Voniam igitur perspicimus, vt paulo ante dicebamus, quòd ex singularibus amare cognoscitur: singularia vero nobis ipsi in primis velimus: nempe bona, & esse, & bene esse, & similium affectantissimi nobis sumus, & nobiscum viuere præcipue malimus. Quòd
B si ex singularibus cognoscitur amicitia: singularia vero nobis ipsis inesse volumus: non dubium quin ira erga nos sit amicitia, quemadmodum & iniuriam erga nos ipsos esse dicebamus. Nam quemadmodum alter quidem afficiens iniuria, alter vero affectus iniuria, vnus & idem est: & ob hoc, ne quidem esse videbatur iniuria: est nimirum, vt dicebamus, in animæ partibus considerationem iactantes. quandoquidem est videre, cum plures non consentiunt, tum aduersum se esse iniuriam: ita igitur hic erga se esse videatur amicitia. Nam quoniã amicus est (vt famur, cum demum voluerimus im pse amicum dicere) vna mea & huius anima est. At quando animæ plures sunt partes, tum vna fuerit anima, cum erga se inuicem consenserint ratio et perturbationes. ita nanq; vna erit, perinde atq; si vna facta sit, erit erga se amicitia. Hæc autem erga se erit in bono
C amicitia, quandoquidẽ in eo solo animę partes bene inter seinuicẽ habent, quando inter se non differunt. quoniam malus nunquam sibi amicus est: se nanq; semper oppugnat, nempe incontinens cum quid per voluptatem nequiter egerit, mox pœnitentia affligitur, ac se excruciat. itidem & in aliis vitiis malus habet, sese oppugnando, ac sibi aduersando. Est autem amicitia etiam in ipsa æqualitate, vt sociorũ, per æqualitatem numero & potestate boni. Neuter siquidem ipsorum debet altero plus sibi ascire, neq; numero bonorum, neq; potestate, neq; magnitudine, sed ex æquali habere socii aliqui cupiunt. At per æqualitatem, patris erga filium, & subditi & imperantis, & potioris & deterioris, & vxoris & viri est consideratio: ac simpliciter vbicunq; inter potiorem & deteriorem in amicitia ordo intercessit. hæc namq; est ex ratione in disparilitate amicitia. Neque.n.vnquam æquale vllus ex bono dabit, si meliori deteriorię; dederit: sed maius semper ei qui excedat. Id quippe est quodam modo ratione

æquale, cum minus bonum capit deterior eo, qui melior est. D

De affinitate. Cap. XIIII.



Miciciarum omnium, quæ iam memoratæ sunt, in primis cognatus est amor, qui in affinitate, eaque ex patre in filium. Et cur nam pater filium magis amat, quam filius patrem? vtrum (vt nonnulli inter multos recte aiunt) quòd pater beneficus erga filium sit, quodq; filius de patre benemeritus sit? hæc, igitur causa in amicitia per modum conciliata esse videbitur, quemadmodum & quæ per scientiam spectatur, ita quodammodo hic habebit. Est igitur idem finis atque actio, neque aliud aliquid præter actionem finis. vt tibicini eadem actio atque finis. perflare enim tibias ei & finis & actio est, nō autem ædificationi: nam præter actionem alius est finis. Est igitur amicitia actio quædam, nec finis alius est præter actionem in amando, sed illud idem. Pater igitur semper magis quoquo modo satagit. ob hoc quòd eius factio sit filius, id quod in aliis cernimus. omnes siquidem erga quod ipsi effecerunt, sunt quodammodo beneuoli. pater igitur filio, vtpote suæ factioni, bona vult, memoria speque ad eductus. ideo magis filium pater diligit, quam filius patrem. E

An beneuolentia amicitia sit. Cap. XV.



Xpedit autem iam dictas & existimatas amicitias existimare, sint ne amicitiæ, vt beneuolētia videatur ne amicitia. Simpliciter igitur beneuolentia neutiquā amicitia esse videatur: siquidem frequenter multis, aut videndo, aut audiendo aliquid de aliquo bono, beneuoli efficiamur. An tum etiam amici? An ne. neque enim si quispiam Dario apud Persas existenti beneuolus (quemadmodum forsan) fuerit confestim etiam erga Darium illi fuerit amicitia. At amicitiæ beneuolentia quandoque initium esse videbitur. Fiat nempe beneuolentia amicitia, si Voluntatem asciuerit qui bona potest præstare, ei præstandi in quo sit beneuolentia. Moris certe beneuolentia est, & erga morem. nemo siquidem aut vino, aut cuiquam alii inanimato suaui bono beneuolus esse perhibetur. sed si quis morum studiosus, erga ipsum beneuolentia. Neque citra amicitiam beneuolentia est, sed in eodem; iccirco amicitia esse videtur. F

De concordia. Cap. XVI.

COncordia autem est confinis amicitiæ, si proprie modo dictam accipias concordiam. nam si quis Empedocli astipuletur, arbitre-

A arbitreturq; sicut ille esse elementa, nunquid concors erit Empedocli an ne? vel si quid aliud tale? Primum certe non est concordia in eis q̃ sub intelligentiam, sed quæ sub actionem cadunt. & in his qui idem cognouerunt, sed si cũ hoc intelligendi idem delectum habeant, circa quæ pariter intelligunt. Nam si ambo dominari cognouerunt, hic quidẽ se, ille vero se, nunquid sunt concordes? An non cæterũ si ego me velim imperare, & ille me, iam concordes hoc pacto sumus. Est nimirum cordis esse, in eis quæ sub actionem cadant, cum eiusdem voluntate. circa statum igitur dominantis, in eisdem quæ sub actionem cadant, proprie dicitur esse concordia.

Quo modo probus sese amabit. *Cap.* *XVII.*



B Erum quoniam est (vt diximus) sua alicuius erga se amicitia, verum probus sese amabit, an ne? est certe se amans, qui sua de causa agit omnia, vbi modo aliqua suggeratur vtilitas. Malus igitur sui amans erit. sua enim de causa agit omnia. probus vero non. hac enim de causa est probus, quòd alterius causa id agat. & proinde sui amãs non est. Atqui omnes ad bona prosiliunt, opinaturque sua in primis esse oportere. idq; præcipue manifestum est ex opulentia ac dominatu. Probus igitur alii hæc statuere nec vt officiosum in primis sibi, sed si alium viderit qui his commode magis vti posit, facile concesserit. Alii, hoc inscitia quadam non facient. neque enim opinantur talibus bonis absuros, vel etiam ob honoris cupiditatem imperant. Probus vero horum neutrum efficiet. & perinde ne quidem propter eiusmodi bona sui amans erit, verum si honestas postularit. id enim solum nemini alii concesserit, at commoda & iucunda cesserit. Itaq; in delectu honestatis sui amans erit. at vbi commodum ac iam dicta voluptas affectabitur, improbus erit, non bonus. Verum probus sese maxime amabit, an non? Est certe, vbi sese maxime amabit, est

C vbi non. Nam cùm dicimus probum bona cedere quæ ad vtilitatem tendant, amicũ magis q̃ se amicum amauerit? ita. verum amico concedens sibi honestatem accommodat, eoq; modo ista concedit. Est igitur vbi amicum se magis diligat, estq; vbi sese maxime. in ipso nanq; commodo, amicum. at vbi honestum & bonum, ipse sese maxime diligit. Est igitur boni etiã amans, nec sui amans. solũ enim siquidẽ sese amat, ꝙ bonus. Malus aũt sui amãs est. neq; .n. habet quapropter se amet, sicut honestum aliquod, sed citra hæc ipse, quatenus ipse est, se amabit. & perinde hac de causa proprie sui amans diceretur.

De eo quod sibi satis: *Cap.* *XVIII.*

Dicendum de eo quod sibi satis, & non altero indigente. verum qui sibi satis egebit amicitia, an ne? nempe ipse sibi satis erit, etiã

ab hoc. siquidem etiam poetæ talia iactitant. Cum dæmon bene dederit, quid amicis opus est? Vnde etiam gignitur inopia: Vtrum qui cuncta habeat bona, quiq; sibi satis sit, amicis egebit. An tū etiā maxime, cui enim bene faciet, aut quo cum vitam ducet? neq; enim solus deget. Q uòd si his opus erit, neq; contingunt hæc citra amiciam, qui sibi satis est, egebit amicitia. Q uę igitur in sermonibus cōsueta capi similitudo ex Deo, neque illic recte, neq; hic fuerit vtilis. Neq; enim si Deus sibi satis nec vllo indigens, ob hoc etiā nos nullo indigebimus. Est nimirum iactatus de Deo huiusmodi sermo. nam quoniam bona cuncta obtinet Deus ac sibi satis est, quid faciet? neq; enim dormiet. Inspiciet aliquid, inquiunt: id nanq; pulcherrimum, & maxime peculiare. Q uid igitur inspiciet? nam si quicquam aliud inspiciet, id erit melius. hoc vero absurdum est, vt se quicquam melius habeat Deus. Ipse igitur sese inspiciet. at hoc delirum. nā hom... qui sese suspiciat, vtpote attonito, inclamamus. quid igitur Deus ... spiciat omittamus, neq; de eo φ sibi Deus satis sit, consideremus, ... de homine. Vtrū qui sibi satis sit, is egeat amicitia, nec ne? φ ... amicum spectans viderit quid sit, & qualis amicus, talis qualis ... ego esse, tum vehementer amicum facies, quēadmodum dictum ... hic alter Hercules, alter amicus ego. Q uoniam igitur difficillimum est (quemadmodum quidā dixere sapientes) sese cognoscere, & iucundissimum: nam se nosse, iucundum: ex nobis ipsis certe nos non possumus, inspicere. Q uòd autem non nobis possumus, hinc certum quòd alijs inclamamus, nec nobis cogniti φ eadem faciamus. id vero fit, aut quia bene volumus nobis, aut propter affectum. at nobis hęc ad recte iudicandum obstant plerisq;. Q uemadmodum igitur si velimus ipsi nostram spectare faciem, in speculo obtuemur. itidem esse cum nos cognoscere voluerimus, amicum spectantes nosse poterimus. est siquidē (vt diximus) amicus alter ergo. Q uòd si iucundū est se nosse, idquē scire non est sine altero amicum, opus erit amicitia, qui sibi satis sit vt se cognoscat. rursus etiam si honestū (vt est) benefacere, cum qui à fortuna bona obtineat, cui benefaciet? quo cum vitam aget? non enim solus deget. nam vitam ducere tum alio, & iucundum & necessarium est. Q uòd si hæc honesta & iucunda, nec ... necessaria, & hæc sine amicitia esse non possunt, opus erit amicitia qui sibi satis sit.

De multorum amicitia. *Cap. XIX.*



Trum multos habere amicos expedit, an paucos? Neque profecto multos (vt paucis absoluam) neque paucos oportet. nam si multi erunt, amorem in singulos distribuere erit operosum. in cunctis siquidem alijs imbecilla natura nostra, in plurima peruenire non po-

A reſt. nequè enim viſu diutiſsime poſſumus: ſed ſi plus mediocritate inſtiteris, ob imbecillam naturam deficit. nec auditu, neq; aliis eiuſmodi omnibus. Qui igitur amare non poſsit, deficit: iuſq; fuerit vt inclametur coarguaturq;, ꝙ amicus ſit, nec amet. cæterum hac ratione eſſe non poſtulat amicitia. Rurſus ſi multi, nunquàm mœrere deſierint. inter multos nanq; par eſt, vt aliquod ſemper accidat infortunium, vnde triſtari neceſſe ſit. neque porro paucos, vnum vel duos eſſe expedit: ſed inter parum & multum, vt tempus, atque ad amandum ſatis ſit impulſus.

Quomodo amico utendum ſit. *Cap. XX.*



Deinceps conſiderandum fuerit quo modo vtendum ſit amico. Eſt profectò non in omni amicitia coniectatio, ſed in qua ſe inuicem amici obiurgant. Atqui non in aliis eodem modo ſe obiurgant, ſicut in ea quæ patris B erga filium, eadem non eſt inclamatio, vt par fuerit nónullis, quemadmodum ego tibi, & tu mihi. quòd ſi non, hic tam vehemens fuerit inclamatio. At in amicis inæqualibus non eſt par. eſt vero patris erga filium amicitia in minime æquali. itidem vxoris erga virum, aut ueruæ erga dominum, prorſusq; deterioris & melioris. In eiuſmodi non erunt inclamationes: ſed vbi pares amici, & in ipſa amicitia talis erit ob iurgatio. Proinde conſiderandum, quo pacto vtendum amico fuerit, in ea demùm amicitia, quæ inter pares fuerit conciliata.

Magnorum moralium Ariſtotelis finis.

SEquentes etiam Moralium Eudemiorum libros appellatos (ut & alii fecere) in hoc Moralium uolumine repoſuimus: qui, quanquam eadem, quæ & Nicomachii pertractent, ea tamen ſæpenumero diuerſo explicant modo. In Ariſtotelis autem operibus reponi ſolent: cum C *(cuiuscunq. illi fuerint) eos ex ipſius depromptos officina Poſteriores approbarint. Secluſimus tamen Quartum, Quintum, & Sextum libros (quanquam in Græcis reperiantur exemplaribus) cum iidem ad uerbum ſint cum Quinto, Sexto, Septimoq; Nicomachiorum: ne idem penitus, bis in utiliter repeteretur. Appoſuimus aūt Leonardi Aretini in hoſce libros introductionē: cum eam ad Moralium cognitionem non parum candoris afferre animaduertemus.*



LEONARDI ARETINI

VIRI CLARISSIMI IN MORALIA, ARISTOTELIS, QVAE EVDEMIA INSCRIBVNTVR,

INTRODVCTIO.



SI ut viuendi, Caleote, sic etiam bene viuendi cura nobis D
esset, infinitos pene labores, quibus stultitia assidue tormenta, tanquam superfluos & insanus fugiendos lo[…] omittendosq; putaremus. Nunc autem noster error ab eo manat, quod sine proposito fine viuamus, & velu in tenebris caecutientes, non tam per callem aliquem prospectum & certum quam per oblatam nobis semitam fortuito ambulamus: ut saepe quo nostri ferant gressus nec ipsi quidem sciamus edicere. Itaq; & conatus saepe nos poenitet nostri: & sequentes pariter assequutiq; torquemur, nihil solidi nanciscentes, in quo stulta hominis appetitio conquiescat. Est enim veri boni à natura nobis ingenerata cupiditas, […]rum confusa illa quidem atq; incerta, fallacibusq; opinionibus tanquam tenebris quibusdam obducta: quibus occaecati atq; decepti, per devia oberramus. Sed aduersus hanc humani generis caecitatem & tenebras, opem à philosophia petendum est. quae si forte nos dignata, lumen suum ad mouerit hanc omnem, quae nos turbat, caliginem dissipabit, veramq; viuendi viam a fallaci discernet. Et quidem memini primis ab annis, studiosum te philosophiae fuisse: verum illius quae ad naturae pertinet indagationem, quae & si est sublimis atq; excellens, tamen minus habet vtilitatis ad vitam, quam ista quae ad mores hominum virtutesq; descendit. nisi forte instructior ad bene viuendum, qui pruinae, & niues, & iridis colores quemadmodū fiant, didiceris, quod nihil amplius vtilitatis habet, quam si illa nunquam didicisset. emendatior erit eius quoq; vita, cui aues & pisces noti sint, quam si omnino essent incogniti. similia his sunt caetera, quae in illa traduntur: habent enim splendorem cognitionis eximium: […]te autem vtilitatem non habent. At vero haec altera philosophia tota, vt nae

A diverim, de re nostra est. Itaq; qui huius cognitio omissa, philosophiæ intendunt, hi alienum quodam modo negocium agere videntur. suum omittere. Ego quidem Caleote vehementer quidem te ad hæc studia renoco. Quid enim pulchrius nobili uiro, & virtutum ab ipsa natura amatori, & intelligentia ratioque præstanti, quam ea discere, per quæ ad casum uiuere desistas, suas ipse actusq; discernas? Sed utrum ista cohortatióne conticui, non ultra scribam? vel quasi persuaso iam tibi addemus aliquid introductionis causa. Hoc ergo potius esse reor. neque enim inuitantis est tepide agere, sed rem ipsam ad quam inuitat, ultro offerre. Referam igitur sermoné habitum a me nuper cũ Marcellino familiari meo. Nam cum ille domum ad me salutandi gratia uenisset, reperissetq; forte lectitantem, post prima illa amicorum consueta cũ uterq; consaluisset. Et quid libri hoc est, inquit, quod modo erat in manibus? Aristotelis. inquam, liber est ad Eudemum. Tria sunt enim, ut audiuisse te credo, huius philosophi uolumina de moribus scripta. Unum ad hunc quem modo dixi. Alterum, ad Nichomachum filium. Tertium, quod inscribitur magnorum moralium. Et si eadem omnium uis est, tamen alibi enodatius, alibi remis-
B sius res ipsæ tractantur. Recte, inquit. At enim opportune facta à te huiusce mentio est. cupio enim iampridem qui sit huius disciplinæ progressus, & quasi usum cognoscere. nec aute hac data mihi facultas est, à te de hoc ipso, arbitratu meo percunctandi. nunc vero quia ut uideo ociosus es, ostende quæso de moribus disciplina quid nobis pollicetur. Quid me rogas, inquam, ac nõ potius ipse tu, uel nostrorum uel græcorum à quibus ista traduntur scripta lectitas? Græce, inquit, nescio, latina uero ista nostratia, ut tibi uerum fatear legentem me conantemq; non admodum iuuat. coniecto enim esse talia, ut institutum potius erudire, quam rudem instituere ab initio possint. Tu qui græco ex fonte (ut ait Flaccus) hausisti, quæso mihi expone, hæc de moribus disciplina quid eius sectatoribus repromittat. Non munusculum, inquam neq; ullum, sed rem maximam præstantissimamq; omnium beatos facere homines, modo sibiipsi non desint, sed agendo & operando illius præcepta insequantur. Et quis non excitetur, inquit, tanta spe proposita? Ardeo me her-
C cule iam nunc illius initiari sacris. quare agendum, ede quid præcipit. Longum, inquam, id quidem & insigne est, caput tamen ac summa omnium, ut breuiter. Id uero non de mensa, sed de mente sumitur. Sed quoniam id te opere animaduerto, & adiuuari digna est hæc cupiditas tua, conemur tale aliquid tibi tradere, quale Græci Isagogicum appellant, id est, quasi introductionem ac euidentiam quandam eius disciplinæ, quo paratior ad illam percipiendam queas accedere. ac dicere equidem iam ordiar. tu uero si quid inter dicendum ambiguum, interpella. Prima igitur huius disciplinæ consideratio esse uideri solet, an quid sit extremum & finis in rebus humanis, ad quem omnia quæ agimus referri oporteat. Secunda, quid sit extremum. Tertia, quibus rebus ad id perueniatur. his enim cognitis, & totius uitæ rationem (quem ad modum dirigenda sit) cognoscemus. Quæ enim ad actionum nostrarum ad ueram finem referuntur, eas & frui & laudabiles dicimus: quæ uero fallaci ratione aberrant, eas uituperam: a atq; propellimus, Ita item de his dicere

*incipiũ, conspicuum est plures in rebus fines esse humanis, aliosq; sub al[illegible]
tineri. Finẽ aũt appello: cuius gratia quid agimus. Exẽplo quo[illegible] ipsum fa D
ciamus illustrius. Parat quis nauẽ nauigandi causa. nauigat aũt qu[illegible] pecu-
nias acquirat. acquirere aũt uult, quo opulentior fiat. hanc ipsam [illegible] a
alterius gratia cupit. vel honoris, uel potentiæ, vel ut nullius indige[illegible]
tur uides tot esse fines, quot sunt actus, aliosq; subesse aliis. Ide est in [illegible]
operationibus nostris Semper n. nostra de fine in finẽ graditur [illegible] pre-
cediq; intentio, nec est dubiũ: quin superior finis precisior sit, cum i[illegible] gratia
inferiores appetantur. Illud præterea cõstat, nos oĩa quæ agimus [illegible] gratia
agere ex quo fit, ut idẽ sit finis & boniũ. Sed an cuncta alterius gratia [illegible]
mus, & necubi consistit appetitio nostra? vel est aliquis extremus & [illegible]
finis, ad quem cum tandem peruentũ fuerit, appetitio conquiescit? Fatendum
est esse aliquem, ne si forte negemus, irrita & stulta probetur cupiditas no-
stra, & in infinitum progressio, & multa per absurda exinde consequantur.
Id ergo extremũ si modo est aliquid: quod esse plane confitendũ est necesse est
esse tale, nulla ut externa illecebra, sed ipsum per se sua vi nos incendat & B
rapiat in cupiditatem sui, quod propter se expetatur semper, & nunquam pro
pter aliud: ad quod referantur omnia, ipsum autem nusquam Erit igitur hoc
summus finis, & summum bonum. nam finem & bonum idem esse docuimus.
Erit quoq; principium & causa. inde si quidem motus est, cum eius gratia
omnia omnes, agant. Intelligere mihi uideor, inquit, ac probe tenere quare
ad alia, si tibi videtur, progrediare. Age nunc, inquam, hic quid sit extre-
mus finis uideamus. hoc enim secundo erat loco in questione propositum. De no
mine quidem (inquit Arist.) apud omnes cõuenit. Felicitatẽ enim vulgus eru
ditiq; appellant. sed ipsa felicitas quid tandem sit, de eo sane inter se discrepãt:
nec idem uulgus sapientesq; tradiderunt. At enim ne sapientes quidem nulla
enim unquã de re fuit inter philosophos tanta contentio. Nam alii [illegible]
esse id extremũ & ultimũ, quod per se ipsum expetitur, & cuius causa cætera
agimus, asseuerant. Esse quidem id insitum mẽtibus nostris, ut omnia faciamus
atq; patiamur, quo postea in gaudio & lætitia contenti & quieti uiuere possi E
mus ea autẽ est summa & mera voluptas. Ex quo fit, ut principia vel appe
tendi aliquid uel fugiẽdi, à uoluptate doloreq; proficisci uideantur. Quare &
ipsas quidẽ virtutes ideo censent ab hominibus exerceri debere, quia effectri-
ces sint plurimarũ uoluptatũ. contraq;, cum delictorũ scelerũq; conscientia nos
vexet, & angat, tum inanes cupiditates, quarũ stultorũ omnis vita referta
est, sollicitent mentes, & quietas esse nequaquã permittant. Itaq; cum esse sa
pientis delectum aiunt, ut prætermittendis minoribus, sibi maiores compararet
voluptates: & doloribus paruis susceptis, maiores grauioresq; repellant. In
hac ferme sententia Eudoxus, & Aristippus, & Epicurus fuere: & si eorũ
alius plus, alius minus tribuerit corporis voluptatibus His adiiciendus est De
mocritus, qui obscure quidem ac uerbo pene insolenti [illegible] summum bonum
esse dixit, quasi tranquillitatem quandam animi omni molestia vacantis Alii
vero in usu uirtutis felicitatẽ posuere, atq; ex eo beatam constare vitam cen-
sent. Esse enim quoddam proprium hominis opus, ad quod ad agendum na-*

A *...fit, id autem non esse uiuere, quia commune sit etiam plantis; non sensum habere, quia cõmune sit etiam brutis: sed uitam & actus secdm rationem, qua quis bene excellenterque utitur, is proprium esse, ad quod natus sit, bene ab soluat, eumque bene uiuere ac bene agere, in eoque situm esse summum illud bonum, quod quærimus, bonum. In hac ferme opinione Aristotelis & Theophrastus & cæteri omnes Peripatetici fuere. Sed cum quæreretur, nunquid foret hæc uita in potestate sapientis, id est, an sibiipsi per uirtutem hanc præstare uitam uir bonus possit, multæ difficultates subortri uidebantur. Fieri enim potest ut sapiens, & bonus uir & omnibus uirtutibus instructus atq; ornatus, in exilium, in orbitatem, in egestatem detrudatur, amisse patria, ablato patrimonio, filiis propinquisque necatis. præterea ut in carcerem tiranni, ut in equuleum, ut in supplicia grauia & miseranda incidat. Hunc igitur quanquam uirtutibus abundantē, tamē beatū dicere tantis in malis quis potest? Quòd si ita est, nec uirtus ipsa satis uidetur ad beate uiuendum. Ob hæc ii, de quibus loquor philosophi, tria bonorum genera distinxerunt: Animi, Corporis, Externa. Felicitatem in bonis animi reponunt, quæ sunt maxima ac*

B *præcipua bona. Corporis autem & externa adesse homini oportere aiunt, non ut illa ex sese beatā conficiant uitam, sed ne operationes uirtutis, in quibus beata uita consistit, impediantur. etenim suppliciis doloribusq; affectum corpus, eaq; contemplari quicquam, nec agere permittunt. & egestas exiliūq; multa impediunt, cū tanquā instrumenta desint ad agendū. Quid ergo, miser erit sapiens in iis quæ supra enumerauimus, malis? Certe non miser. habitus enim uirtutis illum ab hac infami appellatione defendit. Sed nec etiam beatum in tantis calamitatibus nuncupabo. Beata enim uita omnis optabilis est & plena gaudiorū: hæc uero calamitosa, nequaquā optabilis. nec beata igitur. Hæc Peripateticorum ferme est de summo bono, uitaq; beata sententia. Nec est dubium, quin & si parū, tamen aliquid fortunæ tribuatur. Itaq; Zeno, quiq; à Zenone sunt Stoici (rigidi nempe homines & seueri) aliter de summo bono opinati sunt. Negant n. quicquā esse bonum, præter honestū: in eoq; consistere unā beatā affirmant. Honestum aūt est, quod bene & laudabiliter & ex uirtute fit. Vt .n. quod timide, quod libidinose, qđ abiecte agitur, turpe dicitur,*

C *ac dedecoris plenū est: sic qđ fortiter quod continenter, quod ex dignitate agitur, honestū, decorū, pulchrum nuncupamus. Corporis autem & fortunę commoda negant esse bona: contraq;, illorum incommoda, negant mala esse. Virtutem enim satis esse ad beate uiuendum putant neq; carcere, neq; tormentis, neq; doloribus ullis, aut egestate exilióue beatam uitam impediri. Virū .n. sapientē, ac uere fortē, magno inuictoq; animo totū ex seipso pendere: nec humanos casus, neque fortunæ miras expauescere, nec illis, si accidant, unquam frangi. non enim exilium, nec paupertatē, nec dolores mala esse sapienti. quoniam ut nihil bonum, præter id quod honestum & cum uirtute fit, sic etiam nihil malum, nisi quod turpiter & cum uitio fit, quod in sapientē cadere nequaquam potest. Quòd si forte nam metuat quis, nunquam erit beatus: cū & si non facta, attamen facienda formido illius infelicitatis sollicitum reddat. Hæc ferme est, ni fallor, Stoicæ disciplinæ forma nescio an uera: sed certe ma-*

scula, atq; robusta. Percurri tibi sententias omnes de summo bono, quæ tandem cognitu digne videantur: de quibus scire vellim, quid tandem existimes. Ego ne, inquit? Fatebor tibi quid mihi acciderit. singulis dum a te referrebantur, D *me me totum addixi. Nam voluptate, vacuitate doloris, quæ prima fuit sententia, nihil optabilius visum est. Quid enim beatius aut esse aut excogitare possit, quã vita gaudiorum plena, omni molestia detracta? Aut quid deorum immortalium vitæ similius imaginari possimus, qui cum sint vere felices atq; beati, hoc beatitatis instar nobis mortalibus reliquisse uidemur. Rursus vero cum ad virtutis splendorem oculos erexi, victus excellentiæ laude ita, adeo contempsi equidem ac posthabui voluptatem, ut etiam molestiis & doloribus comparandam eam beatitudinem existimarem. Corporis vero commoda, externorumq; rerum prosperitatem, quasi necessariam in bonis imponebam. Et e alteri exurgentes, negant quicquã tale in bonis habendum, dantq; honestatem, seipsum per se in beatitudiné ascribendi quo quid optabilius esse potest. Ita cum omnes ad se trahant, ambiguus sum qui maxime purem recipiendum. Non est mirum, inquam, si tibi horum singuli probantur. Nam vulgus quidem philosophorum qui absurda dicebant, iampridem auditorem scholæq; ipsæ respuerunt. illæ restant disciplinæ quæ aliquid dicere videantur. quæ et si* E *verbis pugnẽt, re tamen & affectu proximæ sunt. Quomodo proximæ, inquit an potest quicquam esse distantius. Attende, inquam, an tibi proximitatem hanc satis probare videor? Primum enim Stoici a Peripateticis quid differant? Uterq; profecto beatæ vitæ dominam, effectricemq; virtutem consentiunt. In hoc fere totum est, & qui in uno hoc consentiunt, vix in aliis dissentire possunt. Nam de corporis externisq; commodis, quæ alii bona appellant, alii non bona, id non refert, non quantũ quisq; illis tribuerit, si non plus hi qui illis de verbo differentia est, non autẽ de re quod alteros visitatã verbũ delectat, alteros nouũ. quæ enim hi bona & mala, illi proposita & reiecta appellant. De fortunæ modo tormentis, doloribusq; corporis diuersitas est, & quidẽ non magna. Peripateteci enim non à quibusuis calamitatibus depelli vitam beatam putant, sed ab ingentibus & multis. & hæc ipsa si accidant sapienti, nequaquã eum fieri miserum dicunt. Stoici vero etiam in his ipsis calamitatibus, beatum* F *asserunt. Vides ergo quã parum intersit inter hos duarum sectarũ magistros. Quinetiam voluptatis patroni non multum ab his discedunt. Felicitas enim absq; voluptate esse non potest: adeo non implicata est illi & annexa voluptas, ut separari nequeat. Nomen certe ipsum quo beatitas designatur, à gaudendo apud Græcos tractum est, quasi vita quædam gaudiosa. Actio vero virtutis, scientiæq; & contemplatio, conscientia deniq; ipsa recte factorum immensas quasdam continet voluptates, ut dubium fiat, an hæc propter illam, an illa propter hæc expetatur. Clamat enim Epicurus ipse, non posse cum voluptate viui, nisi iuste, temperate prudenterq; viuatur. nec rursus iuste, temperate, prudenter, nisi cum voluptate. Ita cum tres sint philosophorũ sectæ, omnes profecto aut idem aut propè de summo bono dicere uidentur. Quare non multum tibi formidandum est, ut dum altero sectaris, ab alteris contingas te abscendere longius. Per quàm gratum mihi est, inquit, hanc, ut ita dixerim, cõ-*

A *editionem philoſophorum audiſſe. Nec placuit modo tua de hiſce rebus di-*
ſputatio, verum etiam placauit inquietam mentem, cuiuſ cum potiſſimum inhæ
rerei hæſitantem. Sed reſtat iam tibi tertia illa pars, cum ſit ut finis aliquis ex
tremus & ſummus, & quis ſit conſpexerimus, ut nunc quibus rebus ad illud
uenatur oſtendas. Tute, inquã, ipſe viam non ex ſuperioribus dictis iã hinc
cernis? Diſcernis, inquit, virtutes enim beatæ vitæ dominas, effectriceſq;
conſentio: ſed tamen de his ipſis audire percupio. Audi igitur, inquam. &
ſi non ad viuum reſecare propoſitum eſt, ſed & quantum ad euidentiam nunc
ſat eris, breui diſcurſu perſtringere. Hoc ipſum, inquit: nunc poſtulo: de ſin
gulis vero ſi ambigam, alias. Cum per uirtutes ad beatam uitam perueni-
tur (ab his enim honeſtas voluptaſq; exiſtit, de virtutibus ipſis dicere aggre
dar. Atq; illud primum a nobis intelligendum eſt, virtutẽ omnem eſſe affectio
ne animi conſtantem, quem cõmuni nomine habitum vocant. Vt enim equum
ſic a natura generatũ uidemus, ut & currere, & in gyrum flecti, & portare
equitem poſſit, hæc tamen ipſa non perfectæ agit, niſi cum domitus & exerci
B *tatus eſt, atq; ita aſſuefactus, ut illa bene & ſcienter agat, tũ enim pefectũ*
quoddam habere uidetur: & ſic & homo à natura aptus, per exercitationẽ &
aſſuetudinẽ habitũ iuſtitię & temperantiæ, cæterarumq; virtutum nanci-
ſcitur: tunc demũ perfectum ab uſu ſit, quod à natura fuerit inchoatum.
Et de virtute quidem omni in hunc ferè modum accipiendũ eſt, Habitum ſcili
cet animi, exercitatione uſuq; acquiſitum, ut perite & ſcienter opus ſuum per
ficiat. Virtutum vero ipſarum prima partitio eſt, ut aliæ ſint moris, aliæ
intellectus. Conueniunt in eo, ꝙ omnes ſunt habitus. Differunt autem, quia
morales ſunt in ea parte animi, quæ non habet rationem: intellectiuæ autẽ in
ea parte, quæ rationem habet Præterea morales virtutes mediocritates quę-
dam ſunt inter exceſſum & defectum: intellectiuæ autẽ exceſſum nõ habent,
nec ſunt mediocritates. Inſuper morales circa affectus & actus: intellectiuæ
circa ueri deprehenſionem magis uerſantur. Sunt uero intellectiuæ uirtu-
tes quinq;: Sapientia, Scientia, Prudentia, intelligentia. Ars. Moraliũ autẽ
maior eſt numerus. ut enim affectus ſunt humani, qui nos inflectunt & du-
C *cunt, ita uirtutes aduerſus hos oppoſitæ reſiſtunt. Ex quo fit, ut morales*
quidem uirtutes omnes circa difficile arduumq; uerſentur. Difficile eſt enim li
bidines quaſi freno compeſcere: difficile iracundiam tenere: difficile auaritia
coercere. idem eſt de aliis affectibus noſtris. ad quæ enim proni natura ſumus,
aduerſus illa uirtutes opponuntur. Nil agas timide dicit uirtus, nil intẽperan
ter, nil auare, nil iracunde, nil inique, nil abiecte grande potius quiddã tibi
propoſitum ſit. Etſi adſint facultates, magnificentia ſplendeat. Honores uero
ita proſequere, ut declines ambitionem. Veritas & in omni ſermone & in om-
ni uita eluceat. Præterea caue, ne te uirtutis ſpecie decipiat uitium. Inconſul
ta audacia fortitudo non eſt, ſed temeritas & ueſania. iamq; eſt in uitio qui
non timenda formidat, quàm qui timenda omnino non expaueſcis. Si timor in
periculis: ita tamen ſi perferenda ſint, ut ratio ſuperet uincatq; terrorem. At
graue eſt vulnera excipere, graue mortem obire. ſint ſane iſta, ſi ita uis, etiam
grauiſſima, tamen incidunt tempora in quibus honeſta mors turpi ſit pre-

vitæ à sapiente præferenda. & vulnera per gloriam excipere præstes, quam
per ignominiam corpus integrum seruare. Hinc fortitudo illa mirabilis
existit, speciosissima profecto virtus, oratorum carminibusque tanto fauore la- D
minum excepta est, vt etiam defunctorum statuas videamus fere habitu mi-
litari, quasi præclarum sit hoc potissimum genere laudis in vna claruisse.
Communc certe virtutis nomen fortitudo sola in suam propriam appellatio-
nem conuertit. nec sane immerito. Virtus enim a viro dicitur. Vir au-
tem constans aliquid, & pugnax designare videtur. Itaq; illud in prompiu
est, si viri estis, id est si fortes. Et cæsar milites increpans, inquit, sese non
tantum virtutem in militibus desiderare, quantum modestiam: virtutem haud
dubie pro fortitudine ponens. Itaq; ut in multis aliis, ita in hoc præclarius
Græci quàm nos. Fortitudinem enim illi ἀνδρείαν vocant. id importat
(vt uerbum de verbo exprimam) virilitatem. Nam temperantia commu-
nis quidem est, nec viri solum, sed etiam mulieris. fortitudo autem propria
viri est. versatur autem teperantia circa libidines compescendas atq; fortitu-
do a fuga nos reuocat, sic temperantia ab insequendo coercet, vt quodam mo-
do inter se contrariæ, vna ad prælium cohortari, alia receptui canere videa- E
tur. Est autem temperantia circa eas voluptates, quæ nobis communes sunt
cum cæteris animantibus: ex quo non propriæ illæ quidem hominis volupta-
tes, sed magis seruiles bestialesque habentur. dicimus de affectibus animi in
metu & libidine. Quid? auaritiæ non ne arduum est frenum imponere? ad-
uersus quam immoderationem virtus est, quam dicimus liberalitatem. Ea est
mediocritas quædam in acquirendis erogandisque pecuniis, remota quidem
ab auaritiæ sordibus, remota etiã à prodigalitatis amentia. Auari enim est ni-
mia acquirendi cupiditas, & remissior quam oportet expendendi cura. Hæc
autem duo contraria in prodigo nam & dissolutus in acquirendo, & profusus
in largiendo est. Horum medius liberalis, vbi & quando, & quantum capien-
dum erogandumq; sit, tenet. & rationem sequitus, habitum iam ista agen-
ex vsu contraxit. Sed ut circa pecuniarum cupiditatem liberalitas, sic & cir-
ca cupiditatem honorum alia quædam uirtus existit, ambitioni contraria: no-
men uero nequaquã sortita. Sunt enim quidam plus quam oportet honori- F
bus inhiantes, quos dicimus ambitiosos. hi fere idem in honoribus faciunt,
quod auari in pecuniis comparandis. Alii, & quos honeste consequi possunt
honores, abiectione quadam animi prætermittunt. Inter hæc vitia, virtus est
quadam, intellecta quidem aperte, seu non aperte nominata. At enim & libe-
ralitati, & huic virtuti quæ est circa honores, duæ præclarissimæ virtutes
coniunctæ sunt, magnificentia & magnanimitas. quarum magnificentia, sub-
limior quædam liberalitas est circa sumptus ingentes & magnos. vt si quis ad
vsum populi theatrum ædificet, aut ludos exhibeat Megalenses, aut gladia-
torum munus, aut epulum publicum. hæc enim & huiusmodi, quæ priua-
tum supra modum excedunt, splendorem quendam habent eximium: nec libe-
ralia modo. sed etiam magnifica dicuntur. Magnificentia igitur ad libera-
litatem talis est. Eodemq; modo magnanimitas ad illã aliã virtutẽ, quæ circa
honores uersatur. Est enim ferè eadem, nisi q. magnitudine animi, prop-

A sinque sublimi excedit. ut si maximis dignus sit, maximos sibi honores arroga re non uereatur. Proxima est mansuetudo, & ipsa quoq; aduersus cupiditatem constituta, non pecuniarum, nec honorũ, sed uindictarum. Est enim ira ul ciscendi cupiditas. cui resistit mansuetudo, ne plus minus ue a quo afferatur. Huius excessus iracundia: defectus uero segnities. utraq; in uitio mediocritas uero laudabilis: quæ & pro quibus, & aduersum quos, & quantũ oportet irascitur. Hic ille sublatis in me oculis, quasi admiraretur, mediocritatem, inquit, istam cæteræ quidem uirtutes. quæ adhuc a te commemoratæ, sunt, ite sic suscepisse uidebantur: mansuetudo aũt admiror si hanc suscipiat mediocritatem. Iam n. si hoc fatemur, illud quoq; confitendũ erit, iram quandam esse laudabilem. de quo (ut tibi uerum fatear) ualde equidem subsisto. quas uero causas ambigendi habeam, si non tibi mea hæc interpellatio molesta sit, exprimere conabor. Tu vero, inquam, arbitratu tuo. non enim mei causa sermo hic institutus est, sed tui. Puto igitur, inquit, nullam iram esse laudabilem, & si non laudabilis, neque cum uirtute: quando omnis uirtus laudabilis est,
B uirtus enim excellentiam & præstantiam dicit. Nihil vero est omnium, quod non absq; ira melius faciant homines, quã irati. Quid enim est ira, nisi ebullitio quædam & concitatio, maturo stabilique consilio & tranquillitati rationis aduersa? Itaq; non alia tam crebro pœnitenda hominibus incidunt, quam illa quæ per iram geruntur. Nam recta quidem illa ratio, qua nulla carere uirtus potest, sedationẽ animi serenitatemq; requirit. ira vero perturbat & concitat, ut non solũ mentis iudicium, sed corporis etiam laudabilẽ statum peruertat illa quidem atq; detorqueat. furentes oculi, & tremantia labra, uerba interrupta atq; infracta, iactatio brachiorum insana, progressio amens. hæc autem (ut pace tua dixerim) furori propiora mihi uidentur quã uirtuti. Atq; perabsurdum est, recta quidẽ rationem in uirtutibus dominari dicere: iram uero, quæ nos a recta ratione dimouet, in uirtutibus aliquãdo fateri esse, & hunc seruaturũ esse modum in rebus agendis credere, qui in seipso modum non seruat. Videntur porro & sapientes viri, hoc ipsum quod modo dixi, apertissime testificari, sunt enim, ut uidemus, libri complures aduersus irã ab illis conscripti. qui
C uero contra in irascentiam scripserit, nemo adhuc, quod equidem sciam, repertus est: quasi non irasci laudabile sit, irasci uero uitiosum. Quòd si iram nunquam esse laudabilem constat, sequitur ut mediocritas nulla eius sit, sed omnem penitus huiusmodi perturbationem animi esse improbandam. Tum ego, non ignoro, inquam, ista ita dici solere ab iis qui contra Peripateticos disputant. sed tamen refert, quid quisque sentiat. Quæris num excandescentiam istã uehementemq́, iracundiam probe? Negabo quidem atq; detestabor quid enim amentius? quid furori similius? Quæris rursum num in irascentiam, & segnitiem omni tempore laudem? Hanc rursus in uicio ducam, atq; reprehendã. Etenim peto abs te. si seruus parentem uerberet tuum, aut si filiæ uirgini uim afferat nũ tu hæc aspiciens animo tranquillo esse debeas? vel potius motu quo dã animi ad infringendum illius contumeliam insurgere? Respondebit profecto pietas ipsa, & ratio, reprehendendum esse te. nisi pro tanta parentis filiæque iniuria indignationem suscipiat & ad vindictam cum acritate quadam vehe-

mentior perciteris. Quid enim, quæso, ages filius, contumeliam parentis indignam cernens? Stabis credo eode animo atq; vultu, quo fueras prius nec eum charissimi & coniunctissimi iniuria cōmouebis? & quis nō hunc detestatur, atq; reprehendat? Ita fit, ut ira quedam nonnunquam laudabilis sit, & non iracundia in uicio reponatur. Videtur porrò neq; sensum neq; mentem habere, qui usque adeo habes atq; dissolutus est, ut neq; doleat, neq; grauiter feras: cum patriæ, cum parētibus, cum filiis, cū cæteris quos charissimos habere debemus, contumeliæ inferuntur. Neq; sane uerum est quod dixisti, nihil esse omnium, qd' non absq; ira melius fiat. iuuant n. iracundiæ, & certe decent stimuli quidā & motus animi uehementior, pro indignitate flagitii non immerito suscepti, qui nos ad pietatem fortitudinemq; impellunt. Nam quod ais, neminem ad huc contra iniurascentiam scripsisse, ignorare mihi aristotele uidetis qui ubiq. scriptorum suorum. segnitiem, & ininrascentiam istam magnopere damnat. Itaque ut tu iracundum illum furenti, sic ego dissolutum hunc & segnem men te capto assimulabo qui nec sentire, nec curare, nec affici ulla re uideatur Sed hæc satis: ad reliqua instituti operis reuertamur. Diximus de mansuetudine, atque illius extremis. In uita autem & conuersatione multis peccant. Nam reperiuntur quidam contentiosi, displicentes, duri, difficiles, inhumani, contraq; alii, adulatores, placendi studio omnia assentantes. hæc utraq; uitanda sunt. media uero inter hæc uirtus est amicitiæ similis, procul ab assentatione, procul à contentiosa asperitate Eodemq; modo & ostentationem & ironiam in uita & conuersatione ab esse conuenit. quarum altera in plus fictio est, altera in minus. grauitas vero, harum mediocritas est: sed ab ostentatione remotior. Cum autem sit in uita cessatio quedam atq; remissio (neq; enim continue laborare homo potest) solatiorum quedam moderatio est. Nam si omnem refugias iucunditatem, rusticus sis. sin autem iocundi arripias occasionem, ita ut nec honestati, nec dignitati parcas modo risum mouere possis, scurra. uerum hæc moderatio, est quedam uirtus, ab his extremis reducta, comitas appellatur. Sic ter gemina sunt uitia in conuersatione hominum deuitanda: ne aduersatores odiosi, ne ue rursus placentes adulatores simus, ne fingamus ostentando, ne ue rursus minuendo ironia utamur, ne procul ab omni iucunditate, ne ue rursus ridiculi homines scurræq; habeamur. Iustitia uero duplex est. Vna perfecta, que omnem complectitur uirtutē. Altera singularis, in æquitate reposita. Aequitas autem est, ut ne plus commodi, ne ue minus incommodi suscipiatur. Hic ille, patere quæsò, inquit, parumpere, & hoc loco interpellari te. Cupio enim nisi molestum sit, quamobrem perfectam uirtutem iustitiam dixeris intelligere. an forsitan aliæ, de quibus supra dixisti uirtutibus, perfectæ non sunt: ne fortitudo quidem illa, quam tu multis uerbis ornasti. q̄ si nō perfectæ, cur huic perfectionem potius attribuas quā illis, non plane intelligo. Iure tu quidem ambigis: inquam: sed non omnia possunt in hoc tanto ac tam præcipiti discursu explicari. iamq; à nobis dictum est, non esse propositi nostri ut ad unum singula recenseamus: sed tanquam introductores aliqui, eudentiam quandam & pregustationem rerum in præsentia tradere. Quod tamen: de perfecta requiris uirtute, scire debes, bifariam dici perfectum. Totum

[Right-margin section letters, placed at the end of the lines they stand beside in print:]

- D: ends the line "...contumeliam parentis in-"
- E: ends the line "...Diximus de mansuetudine,"
- F: ends the line "...ne procul ab omni iucunditate,"

A *dem modo, ut inchoatæ opponitur. nec enim est dubium, nos ad iustitiam &
temperantiam & fortitudinem & liberalitatem quodammodo natura aptos
produci, usus tamen & assuetudo exercitatioq; ipsa (ut de quo diximus) ita
nos efficit, tunc iam perfectum ab usu sit, quod a natura fuerat inchoatum.
isto quidem modo omnis moralis uirtutibus perfecta est: neq; minus aliæ quam
ipsa iustitia. Alio modo perfecta uirtus dicitur, quæ omnem omnino uirtutem
continet & complectitur. Talis vero est iustitia illa, de qua primo diximus Est
n. secundum leges obseruatio quædam. Leges autem cunctarum uirtutum
opera iubent, & uitiorum omnium facinora uetant. Nam & quæ sunt conti-
nentiæ: ut non committas adulterium, non flagitium facies. Et quæ sunt fortitu-
dinis: ut non fugies in acie, non deseres locum non arma abiicies. Et quæ sunt
mansuetudinis: ut non iurgia dixeris non pulsabis, non contumelia afficies &
sic de aliis uirtutibus & uitiis, illa iubendo & ista uetando. Quæ uero a le-
gibus proficiscuntur, iusta sunt. Itaq; illa pars iustitiæ, quæ est legis cu-
stos & obseruatrix, uniuersalis quædam est, & unum omnium uirtutum in se
continet. atq; ideo perfecta dicitur, quod nullius uirtutis usus illi desit, quasi cõ-
B plexa quædam & absoluta uirtus. Alia uero iustitiæ pars, quam in æquitate
repositam diximus, particularis est: ut non plus commodi, nec minus incom-
modi suscipiamus Est igitur iustitia duplex: una uniuersalis uirtus, altera sin
gularis. Prima est illa splendida, de qua Euripides inquit: Neq; lucifer, neq;
hesperus est ita mirabilis. Altera uero non plus ferme laudis in se habet quã
una cæterarũ uirtutum. Mihi quidem inquit, hæc periucunda fuere, & man
dani memoriæ quæ dixisti. Sed nunc, quod reliquum est, intellectiuas uirtutes
respecto. Vnum adhuc restat, inquam, quod ignorare te nolo: postea ad intel
lectiuas transibimus. Quid est inquit? De continentia, inquã, & incontinentia
dicere, quæ res difficultatem habet & plurosq; fallit, & utilitatem non contẽ-
nenda eius cognitio affert. Continentia igitur non est illa quidam uirtus, sed finĩ
timum quoddam & proximum, ostensum est enim prius, omnem uirtutem esse
habitum: continentia uero habitus non est: itaq; nec uirtus dici potest. Versan
tur autem continentia & incontinentia in his, inquibus temperantia & intem
perantia. Abstinet quis a iucunditate sensuum indebita. si diu hoc egerit, in
C habitum transit: & tunc demũ uirtus lucet temperantiæ. Ante vero quã con
stituus sit habitus, in ipsis operibus continentia est itaq; & dolens abstinet cõ
tinens, nec satis firmus est aduersus cupiditatẽ. Eodem modo incontinens nondũ
habitum uitii contraxit. itaq; rationem discernit, & principium tenet: supe-
ratur tamen ab affectu, & in uitiis quodammodo captiuus adducitur. De quo
recte poeta inquit: Video meliora proboq;, deteriora sequor. At intemperans
in habitu uitii constitutus, nec rationem iam nec principium tenet: atq; ita cor
ruptus est, ut peruersa natura rerũ, malũ quidem bonũ arbitretur, bonum
autem malũ. Itaq; eligens facit intemperans, incontinens uero nequaquam eli-
gens, quia rationem intelligit, sed tamen trahitur uiolentia cupiditatis, quæ
in eo quidem est omni ratione potentior. Habes nunc de continentiæ & incon-
tinentiæ, quæ breuiter dici potuerunt. Hæc eadem utilia sunt & in cæteris
uirtutibus, ut habitum electionemq; in illis recognoscas. uitiosus enim omnis,*

qui habitum uitii iam confecit, lumen cognitionis principiumq; am. it q. im- obrem malo gaudet, quia id bonum putat. Qui vero nondum habitum c se quidem male agere intelligit, pugnatq; simul affectus & ratio atq; in hec, modo illa peruincit. Placet igitur inter virtutem & uitium, media a fectiones quasdam, nondum satis stabilitas, vt modo ad hanc, modo ad inflectantur. Nunc vero quoniam de moralibus satis dictum, intellectiuas vir tutes breuiter videamus. Quarum nempe discussio prolixitatem exig bre- uitas autem suscepti operis compendium flagitat. tanquam igitur digno as monstrantes, notare tamen singulas illarum contenti erimus. Quoties ergo de virtute propria loquimur, siue illa moralis siue intellectiua sit, de animi tute, non autem corporis loqui non intelligendum est. Ipsius uero animi partes sunt duæ. Vna rationalis: altera non habens rationem. Et rursus quæ ratio- nem non habet, partim est vegetatiua, expers omnino rationis, quam plantis etiam inesse constat, partim appetitiua, cupiditatis & metus, & affectionum omnium capax: quæ & si rationem non habet, audiens tamen est, parensque rationi. Hæc est enim illa pars animi nostri, quam increpamus errantem, quæ coercemus elatam, quam excitamus iacentem, quam consolamur afflictam, hanc nos dirigimus. & rationi obtemperare compellimus. in hac demum par- te virtus moralis fit: quæ est habitus animi per assuetudinem acquisitus, ut me diocritatem quandam in affectibus seruet. Irrationalis igitur pars animi du- plex est, vt ostendimus. Rationalis vero etiam duplex. Nam eius vna pars consultatiua est, altera scientifica. Consultamus enim de iis quæ aliter esse pos- sunt: scimus vero ea, quæ aliter esse non possunt. quapropter neque in consul- tationem possunt cadere. In hac itaq; rationali parte animi, virtutes intelle- ctiuæ fiunt: atq; ut ista diuiditur, sic illæ distinguntur. Quinq; vero esse nu- mero intellectiuas uirtutes supra diximus. Inter quas prudentia nobis prima occurrit, cum superioribus, quas retulerimus, uirtutibus ferè coniuncta. Ete- nim in rebus agendis recta illa ratio, quæ moralibus moderatur uirtutibus, quæq; extrema fugiens in mediocritate quadã laudabili consistere facit, nihil aliud quàm prudentia esse possit. Versatur aũt prudentia in his rebus quæ nõ semper eodem modo fiunt, sed alias aliter. in quibus etiam consiliu & electio locũ habent. nam de cæteris, & impossibilibus aliter se habere frustra quis aut consultat, aut eligit. Itaq; & consilium & electio à prudentia est, resq; agen dæ oẽs à consilio electioneq; pendent. Videtur aut electio non aliis ferme ullis quã homini conuenire. Nam neq; bestiis, quæ sunt infra hominem: quonia ra tione careant. neq; rursus Deo: quoniam ille puro intuitu singula discernens, nulla de re ambigere potest. at consilium & electio de re dubia est. Dicitur aũt electio, quod è pluribus in consultatione propositis unum eligatur, idest suscipiatur. Fit autẽ hoc, cum pluribus propositis commodis, id quod uidetur ma- ximum potissimumq; assumimus: aut cum pluribus propositis incommodis, mi- nime malum recipimus. hæc autem & tempus & accidentia uariant, & re- rum experientia consilium dirigit. Prudentia igitur de his est, quæ aliter esse possunt. Scientia vero contra de his est rebus, quæ semper eodem modo sunt, & aliter esse non possunt. principia tamen non tractat, sed ab illis iam cognitis di

A *scentis. Intelligentia uero principiorum est, & circa illa uersatur. At sapien-
tia utraq; complectitur. nam & de principiis, & de his quæ à principiis ma-
nant, iudicat & discernit. Itaq; recte definita est, rerum diuinarumq; cogni-
tio. O præclaram suppellectilē, inquit, & quasi diuinam quandam intelligen
tiæ syluam quæ enim uel auditæ serenant animum, quid gustatæ receptæq;
efficiant? Restat ars inquam, quæ in eodem genere quo prudentia, uersatur.
sed in eo differt, quòd ars in faciendo est, prudentia in agendo. Enimuero cum
plures sint uirtutes, ut diximus, constat alias ad otiosam uitam in contempla
tione repositam alias ad negociosam & ciuilem esse aptiores, sapientia enim,
scientia & intelligentia, contemplatiuam alunt. prudentia uero in omni actione
dominatur Vtraq; sanè uita, laudes commendationesq; proprias habet. con-
templatiua quidem diuinior: plane atq; clarior: actiua uero in communi uti-
litate præstantior. Itaq; uel in priuata uel publica re, quæcunq; excellenter
& cum laude: quæq; pro utilitate aut nostra, aut patriæ, aut hominum nobis
clarissimorū agimus: ea quidem omnia à prudentia ab his uirtutibus, quæ sunt
B cum prudentia copulatæ. descendunt. Sed illud ante omnia intelligendū est: nisi
bonus sit uir prudentē esse neminē posse. Est .n. prudentia, uera existimatio cir-
ca utilitatē. uera autem existimatio incorrupta est. Tales uero ipsæ res, quales
reuera sunt, nisi bono uiro uideri non possunt. improborum siquidem hominum
iudicia perinde sunt, ut ægrotantiū gustus, qui nulla ferme in re uerū saporē
agnoscunt. Itaq; nihil est oīum, cui magis officiant uitia morum, quā pruden-
tiæ. Scelestus enim & flagitiosus homo ueras mathematicæ demonstrationes,
& physicæ notitiam retinebit: ad prudentiæ uero opera omnino cæcatur, &
lumen ueritatis in hac una amittit. Atqui constat & hunc nihil uelle nisi bo-
num. at in illo ipso caligant oculi, q̄ bona putat, quę bona non sunt. Videmus
alios tyrannidi inhiantes, alii rapinas fraudesq; meditantur: mœchi uero isti
& pederastæ, quid est quod pro libidine explenda non prætermittant? His si
forte Deus aliquis cupiditatem illam morbūq; animi euellat, ac uiri boni men
tem iudiciumq; infundat, tanquam resipiscentes lumenq; recipientes, quantis
in tenebris uersati sint recognoscent, suumq; ipsi maxime detestabuntur errorē.
C Proposita etenim nobis in omni uita felicitas est, eiusq; cupido nobis īgenita. ad
hanc non per uitia & libidines. quæ nec laudem in se habent ullā, nec quieta
re animum possunt, sed per uirtutes modestiamq; ascenditur Bono igitur uiro
rectum expeditumq; iter est ad felicitatem. solus enim hic non fallitur, neque
aberrat. Itaq; is solus bene uiuit, & bene agit. malus autem contra. Si ergo
beati esse uolumus, operam demus ut boni simus, uirtutesq; exerceamus.*

*Introductionis in Moralia Eudemia Aristotelis per
Leonardum Aretinum finis.*

ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, MORALIVM EVDEMIORVM,

LIBER PRIMVS.

SVMMA LIBRI.

Circa beatam vitam, ac felicitatem conſyderationes quamplurimæ. Et non dare ipſius boni Ideam.

De beata vita, agendum eſſe: de eoq; , in quo conſiſtat variæ opiniones. Cap. I.



QVi numinis ſententiam in Delo ediſſerit, veſti-bulo templi inſcripſit: Non in eodem omnia conuenire. Bonum honeſtum & Iucundum. Nam iuſtitiæ quidem cultum, rem eſſe pulcherrimam, ſanitatem præſtantiſsimam, rei vero amatæ conſecutionem ſuauiſsimam. Quod nos nequaquam conceſſerimus. felicitas enim cum optima ſit & pulcherrima, eadem etiam iucundiſsima exiſtit. B

Cæterum inter conſiderationes varias, quæ in vnaquaq; re naturam excutienda negocium faciunt, & contemplatione egent, aliæ ad cognoſcendum tantum pertinent, aliæ vero ad acquiſitionem, & negotia ſpectant. Quamobrem quę in ſola contemplatione poſita ſunt, opportuno tempore (id quod methodi proprium munus eſt) a nobis pertractabuntur. Ante omnia vero conſiderandum in quonam C
vita beata conſiſtat, & quo pacto ad eam perueniatur. Vtrum quemadmodum homines parui, magni, & colore differentes, ſic quibus nomen beatorum contigit, natura fiant. An per diſciplinam, velut certam eo deſtinatam ſcientiam. An per exercitationem. haud enim pauca, neq; natura, nec arte aliqua, ſed conſuetudine ſola parantur: vt mala malis, bona bonis. Aut quidem horum modorum, ſed aut Dei alicuius adflatu, quod fanatico furore correptis, aut numine inſtinctis accidit. Aut etiam fortuna. plurimi enim felicitatem idem quod ſecundam fortunam eſſe arbitrantur. Patet igitur beatitudinem euenire, vel per hoc omnia, vel quędam, vel vnum aliquid. nam ad hęc principia referuntur omnes rerum generationes:

... ex ab intelligentia profectæ actiones ad eas, quæ a scientia fluunt, transferri queant. Porro bene beateque viuere in tribus maxime re bus consistit, iis nempe quæ potissimum expetuntur. Nam pruden tiam alii, alii virtutem, alii vero voluptatem vt summum aliquid esse ponunt, contenduntque inter se de harum magnitudine & potestate, quænam ad felicitatis consecutionem vim adferat vberiorem. Vnde fit, vt quidam prudentiam virtuti, alii prudentiæ virtutem, nonnulli vtrique voluptatem anteponant. quocirca ad bene beateque viuendum, quidam vnum ex his, alii duo nonnulli omnia requirunt. Et qui de his præcipiunt, aiunt omnibus scopum quendam recte viuendi propositum esse, qui modo ex electione viuere iam queant: vt sunt honor, gloria, opes, eruditio: quem spectans quisque, omnes actiones peragit. Quapropter vita proposito fine carens, insignis stultitiæ argumentum est. In primis uero apud sese quisque, nec temeritate, nec segniter constituere debet, quanam parte beata vita consistat, & quid sit, quo sine nemini ea contingat. Neque enim sanum esse, & id, & quo sine nequeat consistere sanitas, pro eodem reputari non debent. ita nec recte viuere idem cum eo est, citra q; id nemo con sequatur. quod idem etiam in aliis innumeris obseruatur. Sunt aût causæ eiusmodi, non equidem vitæ, sanitatis ue propriæ, sed commu nes (vt sic loquar) omnium habituum & operationum. nam absq; respiratione neque vigilia nec motus, nec bonum aut malum in vniuersum vllum subsistit. Aliæ vero propriæ sunt magis vniuscuiusque naturæ, quas ignorare non conueniat. neque enim ex æquo cum iam dictis ad bonam habitudinem acquirendam faciunt carnium esus, atque cibo ingesto deambulatio. Atque hæc sint quæ difficultatem controuersiamque pariunt, dum quid sit recte viuere, & vnde contingat homini inquiritur. nam id, quo sine nemo queat beatus esse, non nulli felicitatis partem existimant. Verum omnes omnium de his opiniones persequi superuacuum fit, quando & ægrotis, ac deliris, & pueris quædam videantur, quæ nemo sane mentis in quæstionem posuerit. Ratione enim opus non est; sed his quidem ætate prouectiore, qua corrigatur iudicium; illis vero punitione politica medica ue, quæ dolori inferendo plagis, vim habet haud minorem. Similiter & vulgi, de rebus omnibus fere pronunciantis obmittenda sententia est. absurdum quippe ratione cum iis contendere, qui non rationem, sed mulctam mereantur.

Dubitationes de uita excellentissima: & eam secundum diuersos in diuersis poni generibus. *Cap. II.*

Porro cum in omni negotio quæstioens oriantur, patet etiam de vita excellentissima dubitationes, opinionesque occurrere, quas sit expendere operæpræcium. controuertentium enim argu-

mentis rationes contrariæ demonſtrantur. Ignorare Inſuper haud quaquam conuenit ſub tractationis principium ea, quibus omnis D
conſideratio deſtinatur, ſcilicet, equibus bene recteq; viuere contingat (beate enim par eius dicere conuenit, ob ſpem quæ in ſingulis a bonis honeſtisq; viris percipi ſolet.) Nam ſi vel in fortuitis. vel iis quæ natura eueniunt, ſita eſt vita, honeſtas, commoditasque: ſpes eius præci datur. multis quippe, qui fruſtra eo cura ſedulitateque enitantur, ſiue id quod in ipſis eſt, ſiue ſtudium actionemque ſpectes. Verum ſi in operatione penes ipſum poſitam, & in eo qualis quiſque ſit bene viuere conſtituatur, & communius & diuinius bonum fuerit: illud quidem, quia pluribus participare liceat: hoc, ꝙ operationes huiuſmodi vel illiuſmodi formare habeat neceſſum. Equidem quæ de his ambiguntur et diſputantur, perſpicua pleraque fuerint, ſi conſtiterit, quid vere tandem felicitatem oporteat appellare. An pro animo, hoc vel illo pacto diſpoſito, vt quidam ſapientes veteresq; exiſtimarunt, definire eam conueniat: an vero pro totius hominis ſtatu, aut operationum potius qualitate & modo. Diſtinctis autem in- E
ter ſeſe vitę conditionibus & ſtudiis, felicitatem non nulli haudquaquam in eis collocant, ſed neceſſaroirum gratia tantum expeti contendunt: cuiuimodi ſunt artes odioſæ, vt adpellantur, & quæſtuariæ. (Odioſas autem voco, gloriæ tantum deſtinatas: mechanicas autem voco, ſellularias & mercenarias: quæſtuarias autem, foro cauponicisque artibus comparatas.) Ergo cum ad vitam bene beateq; transigendam tria (vt ſupra diximus,) velut potiſsima bonorum genera ordinata ſint, virtus, prudentia, & voluptas, totidem etiam vitæ genera enaſci conſtat, quas omnes mentis ſaltem compotes adipiſci, & ſectari cupiant: nempe ciuile, philoſophicum, et voluptuarium. Philoſophus enim prudentiam contemplationemq; veritatis: ciuilis, actiones honeſtas, eas inquam, quæ a virtute proficiſcũtur: voluptarius vero corporis voluptates expetit. quapropter, vt ſupradictum eſt, alium quã priores, felicem beatumque arbitratur. F
Vnde Anaxagoras Clazomenius a quodam interrogatus, quemnã beatiſsimum iudicaret, nullum, inquit, ex iis quos exiſtimas: ſed qui a felicitate alieniſsimus tibi videatur, Animaduerterat enim niſi magnum, pulchrum, aut diuitem, neminem felicis appellatione dignum illi cenſeri: cum contra ſibi felices beatique haberentur, qui iuſtis honeſtisque actionibus tranquille incumberent, diuinaque aliqua contemplatione participarent. Cæterum recta ſynceraque iudicatio de rebus difficultate vbique plena eſt: cum in primis de iis, quæ obuia omniumque cognitioni expoſita vulgus arbitratur, vt quid in vita expetendum ſit, quo ue comparato plenam cupiditatem conſequantur. Multa quippe mortalium vitam circunſtat, et moleſtam faciant & acerbam vt ſunt morbi, dolorum incentio, tempeſtates. vt ſi hæc conſideranti optio a principio detur, non naſci,

A potius quã hęc experiri velint. Qua conditione vita puerilis est, ad quam nemo prudens, etiam si queat, redierit. Ac multa quidem, vel voluptatis dolorumque expertia, vel inhonestis saltem voluptatibus iuncta, eiusmodi sunt vt non esse omnino quã viuere, melius iudicetur. Ac in vniuersum, si congeras cuncta, quæ vel agunt vel patiuntur homines non volentes (quia nec ipsius gratia) adiectis infinitis temporum spatiis, nihilo tamen magis viuere quam non viuere eligatur. Eodem pacto neque ob cibi venerisque voluptates, si reliquis destituta fuerit, quas vel cognitio vel visus, aut sensus quispiã alius suppeditarit, nemo nisi seruile mancipium magnopere sibi vitã exoptandam iudicarit. patet enim a bruto ita affectum hominem nihil distare, adeo vt bos Aegyptius, quem vt Apin colunt, hos monarchas multis modis antecellat. Eadem ratio est de somni voluptate. Quid enim refert, siue a prima natiuitatis die ad vltimã usque, mille annis aut circiter somno profundo sterras, an uitam plantæ uiuas. B ille enim eadem propemodum, qua infantes, vita participant. nam & hi vt primum in vtero concepti sunt, excrescunt quidem, sed velut iugi somno sopiti. Vnde constat, nequaquam nostræ cognitioni expositum, quid rectum illud bonumque in uita siet. Quocirca Anaxagoras, ambigentem quendam sciscitãtemque quare viuere potius quam non uiuere experendum esset, iussit cœlum mundique totius constitutionem & ordinem contueri: sentiens uitę cupiditatem, nõ nisi scientiæ alicuius gratia laudabilem esse. Cæterum qui Sardanapalum, aut Smindyriden Sybaritam, aut alium quemcunque uitæ voluptuariæ indulgentem, beatum prædicant, hi in lætando felicitatem posuisse uidentur. Rursum alii reperiuntur qui nec prudentiã nec corporis voluptates, actionibus a uirtute prætulerint: quippe quas non gloriæ licuius gratia sectantur: tum etiam cum felicitaté minime consequuntur. Sed & multis ciuilibus appellatio non contingit. nam nec reuera ciuiles sunt, qui honestas per se actiones ex- C petunt: cum pleriq; alii habendi studio & gratia diuitiarum vitam eiusmodi capessant. Inde manifestum est felicitatem ad tria vitæ genera transferri: ciuile, philosophicum, & voluptuarium. neq; clam est, quæ lliatum circa corporis voluptates consumetur: quæ item, qualisque sit, tum quo pacto fiat: vt non sit necessum quę sint, sed num ad felicitatem, & quo pacto conferant perquirere. item an voluptates honestas vitæ applicare oporteat, an alio pacto quopiam inter sese communicent. sunt enim & voluptates alię, quibus in rationibus colligendis beatum non absque dolore tantum, sed iucunde etiam viuere arbitrantur. Verum de his postea dicetur. Virtutis vero prudentiæque naturam excutiemus quæ sit, & vtrum beatæ vitæ partes existant, vel ipsæ, vel operationes ab ipsis profectæ. iunguntur enim felicitati, si non ab omnibus, certe ab insignioribus. & pretio aliquo dignis.

Socratis opinio de virtute: ac ipsius redargutio. Cap. III.

D



Ocrates igitur, senex ille finem summum ponit homini virtutis cognitionem, & quid sit iustitia, quid fortitudo, & quæ pars reliqua eius inquirit. Et recte id, quando scientias virtutes omnes arbitrabatur, vt iuxta hunc nosse iustitiam & iustum esse coincidant. quemadmodum & geometriam architectonicamq; didicisse, & geometrā architectumq; esse. Quocirca, non quo pacto, & ex quibus fiat, sed quid sit virtus vestigat. id quod in scientiis contemplatiuis vsu venit. neq; enim aliud est astrologiæ, geometriæ, physilogieq; officiū, quā vt naturā subiectarum rerum norint & intelligāt. sed enim ad eas ipsas nihil obstat, ad res necessarias multas vtiles nobis frugiferasq; fieri. Verum alius est actiuis scientiis, alius cognitioni cōtemplationiq; finis propositus: vt sanitas medicinæ, recte iuris legumq; constitutio politicæ. Ergo, cum res quidem honestas cognoscere pulchrum sit, in virtutis tamen cōsideratione, non tam quid sit, quam e quibus petatur, cognoscendum est. Neq; enim scire quid sit fortitudo magnopere, sed fortes esse potius volumus: non scire iustitiam, sed iusti esse: quemadmodum sani esse beneq; habere, quā sanitatē bonumq; habitū cognoscere. Probationem vero horum omnium colligere per rationes oportet, adhibitis testimoniis exemplisq; apparentibus. Potentissimum vero est, in omni probatione confessum omnibus testimonio proposita firmare posse. si id nequeas, omnino vel aliquam verisimilitudinē adferre. residet enim penes omnes aliqua veritatis cōfessio, quæ nostris confirmandis queant adduci. Nā & ea quæ vere quidē, sed minus aperte dicuntur, perspicua fiunt, si confusa notioribus cōmutaris, rationes porro in vnaquaque methodo, vel philosophice, vel secus adhibentur: quæ etiā in politicis haud superuacue ita accōmodantur, vt non solū quid, se quare quid (quod philosophi est proprium in vnaquaq;) intelligatur. Qua in re animaduersio accurata requiritur. Sunt enim quidā, qui vt philosophi esse appareat, nihil, si nihil appareat dicere, ignorantes peregrinas incidunt, tractationesq; inanes aduocāt. idq; vel p ignorātiā, vel ēt per in solentiā: qua fit, vt nonnunquā periti rebusq; agendis idonei, ab eiusmodi vincātur, qui hæc nec intelligant, nec in agendo industria vlla valeant. Cuius rei causa est inscitia: quæ in vnaquaq; re nihil est aliud quam inopia iudicii, qua propria oēs a peregrinis distinguātur. Recte vero habet, si causæ rōnem, remq; demonstratā studiose discusseris. Tum (vt modo dictum est) non solum certis rationibus, sed apparentibus sæpe potius insistere oportet, animumq; aduertere. nā eas, nisi quas soluere, violenter ad fidem habendam pertraheris. quocirca sæpe quidem id qđ demonstratur ratione, verū existit quidem, sed non ea ex cā, quæ for

ite adfertur. nam & ex falsis vera colliguntur: quemadmodũ in Analyticis ostenditur.

Bonorum diuisio: ac in quo membro felicitas sit constituenda. Cap. IIII.



Haec praefati, a primis obscurioribusq; exorsi, ad manifestiora progrediemur, quid sit felicitas vestigaturi. Quae omnium quidem consensu inter humana bona, maximum est & praestantissimum. (Humana adiicio, quia excellentiori fortasse cuidam congruat, vt Deo alicui.) nam reliqua animantia homine inferiora huius appellationis prorsus sunt expertia. Neq; enim felix dicitur, equus, auis, piscis, aut aliud quodcunque animantis genus: nisi forte naturae bonitate praestanti diuinaq; re aliqua fruatur, vnde nomen hoc trahat. sed alia quadam bonorum participatione aliud alio commodius, incommodius ue viuit. quod ad eum modum habere deinceps excutietur. Nũc vero dicamus, q̃ bona, alia sunt agibilia, quaedam non. id ita intelligas, q̃ ventia, quaedam motu carent, ita etiam bona nonnulla. atq; haec fortasse natura sunt praestantissima. Alia vero agibilia quidem, sed agibilia praestãtioribus homine. Quia vero agibile bifariam dicitur (nam & quorum gratia agimus, & quae propter illa actione participant, vt sanitas & diuitiae, queque horum gratia fiunt, salubria quaestuariaq; inter agibilia connumeramus) patet & felicitatem inter agibilia homini praestantissimum dicendum esse.

Non dari ipsius boni Ideam. Cap. V.



Itaque considerandum quod sit optimum illud quotque modis dicatur. Id tribus potissimum opinionibus constat. Omnium enim bonorum excellentissimum inquiunt ipsum bonum. Ipsum autẽ bonũ esse, quod & primũ sit, & aliis suae bonitatis cã: quorũ vtrũq; Ideae boni competit. Vtrumq; dico, & primum esse, & causam bonorũ, quibus adfuerit. Iuxta hãc .n. bona maxime dici, vt quae participatione, similitudineq; huius primi boni, reuera bona & ipsa existant. sublata n. Idea, participantia quoq; auferri: quippe quę ex eius participatione nomen boni sortiũtur. Primũ aũt eũ habere modũ ad posterius, vt bonũ ipsum boni Idea sit, quae vt reliquae a participantibus separatur. Verum huius opinionis consideratio alterius exercitationis est, & logicae magis. fefellentes enim, cõmunesq; rationes nulla alia sciẽtia subsistunt. Porro si breuiter haec dicere conetur, pronunciamus primum, Ideas non boni solum, sed cuiuscunq; alterius inutiliter conteẽtiosẽq; affirmari. Plurimi aũt modi sunt, tum peruagatarum popula

riumque., tum philosophicarum rationũ, quibus hæc inquisitio fieri solet. Deinde si maxime Ideas, atq; Boni Ideas concesserint, nihil ta- D
men id vel ad vitam honestam, vel actiones contulerit. quoties enim ens, toties & bonum dicitur. Quemadmodum enim ens (vt alibi quoque ostensum) significat quid sit res, aut qualis, nonnunquam quanta aut quando, & præterea in eo ponatur interdum quod moueatur, aliquando vero quod moueat: sic & bonum in singulis his ordinibus cõspicitur. Substantia enim mentem & Deum, qualitas iustum, quantitas mediocre, quando tempus & opportunitatem, motus docentem doctumque complectitur. ergo vt ens non vnum est in prædictis cõsideratum, & ita nec bonũ. & proinde neq; vna scientia & entis, & boni. Sed & nec conformia inter sese ad eandem considerationem pertinent, vt tempus & mediocritas: sed alia aliud tempus, alia aliam mediocritatẽ spectãt. Vt opportunitas mediocritasq; in alimento, quas medicina & gymnastice: circa actiones vero belicas ars militaris. & sic alia de aliis tradit docetq;. multo itaq; minus ipsum bonum vna aliqua scientia comprehendi queat. Præterea in quibus prius & posterius fuerit eis communem quandã Ideã & separabilẽ nequeas constituere, sic enim fit aliquid primo prius. prius enim & cõe & separabile est, eo ꝙ ablato cõmuni necesse sit, & primũ tolli. vt si duplum multiplicium primum est, non licet multiplex communiter prædicatũ separari, quippe ꝙ duplo prius est: siquidem Ideam communem esse cõtendas. perinde enim fiat, ac si commune illud separabile reddas. nã si iustitia bona est, & fortitudo erit. Præterea considerandũ quid nã vocent ipsum bonum. Ipsum quidẽ adiectũ eo videtur, vt cõem rationẽ intelligas, rationem, quæ quid aliud est, quam æternum & inseparabile. Verum album diebus multis nihilo magis album est quã ꝙ vno. quapropter commune bonum idem cum Idea censeri nõ debet. omnibus enim inest. Rursum vero ostendendum, * quonam pacto in præsentiarum bonum demonstret. Nunc equidem confessa bona demõstrat, ex iis penes quę bona residere in confesso est. Ex numeris ꝙ F
iustitia & sanitas bonũ. ordines enim & numeri sunt, vt numeris vnitatibusq; inesse bonũ affirmetur, cũ vnum ipsum bonũ sit. Verũ ex confessis, vt sanitate, robore, modestia, adstruere oportet & in immobilibus magis honestũ esse: omnia enim hæc ordo quidam & quies. ꝑ sic habet, alia vtiq; magis bona sunt: quippe quę hęc intra sese complectantur. Verum haud germana demonstratione probatur, vnũ esse ipsum bonũ, ꝙ numeri concupiscant. Non enim appetere manifeste dicuntur, sed simpliciter admodum concupiscentiam etiam dicunt quam quo pacto quis tribuat vita expertibus. Itaq; operę preciũ est circa hæc nonnihil occupari, neq. committere, vt citra rationẽ trãsmittantur, quæ ratione adhibita non difficulter persuadeãtur. & affirmare omnia entia bonum aliquid adpetere, verum id quidẽ: vnumquodque enim proprium bonum expetit: oculus visum, corpus sani

A tatem, sic etiam reliquæ. Verum non esse ipsum bonum eiusmodi, du bitationes habet, & politicæ inutile esse. proprium enim bonum vide tur, quemadmodū & in aliis, vt gymnasticæ bona habitudo. aut enim nulli boni species, aut omnibus ex ęquo vtilis est. Porro non agibile, similiter neque commune bonum, neque commune, neq; ipsum bonum est. Si nanque mediocri bono insit, nihil operabitur. neq; enim quomodocunque medicina in quolibet operabitur, sed vt sanitas ac quiratur. similiter & reliquæ artes singulæ. Verum quot modis dica tur bonum, & quod in eo sit pulchrum, & quod agibile & nō agibile: eiusmodi autem bonum est id cuius gratia non est autem in immo bilibus: liquebit, q̄ neq; cōmune, neq; ipsum bonum quod quęritur, Idea boni existat. illud enim immobile est, nō agibile: hoc vero mo bile, sed nihilo tamē magis agibile. Id aūt cuius gratia, finis est præ stantissimus, primumq; omnium & causa inferiorū. quocirca rerū ho minu agibilium ipsum bonum finis subiectus, scilicet omniū rectrici, B politicæ, œconomicæ, prudentiæque. Qui habitus ab aliis quidem differunt, eo q̄ eiusmodi sunt: verum a seinuicem quomodo distin guantur, post explicabitur. Cæterum finem causam inferioribus esse ostendit ratio, qua finem definientes, reliqua eo bona demonstramus q̄ finis causa existant. velut sanum vt sit corpus, quia causa est ali qua, ea vtiq; ad ipsum confert. porro sanum esse tanquam causa mo uens sanitatis est, quæq; vt alii bono sanitas sit facit. Præterea neque hoc monstratur, sanitatem bonam esse scilicet, nisi sophista sit, nō me dicus is qui ea de re disputat. hi enim in aliena harena sese iactando cauillantur: neq; vllius artis principiū monstratur. Id vero quod ho mini vt finis bonum est; cū omnium quę quidem possunt ab homine fieri, sit præstantissimum, videndū præstantissimum quoties dicatur siquidem hoc præstantissimum est: initium disputationis aliud sumentibus.

ARISTOTELIS
MORALIVM EVDEMIORVM
LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

De virtute in vniuersum. Quo pacto inter vitia virtutes constituantur, ac inter se opponantur. De voluntario, violento, ac electione. De fine, ac iis quæ ad ipsum ducant: ac quis sit ipsius virtutis finis.

Bonorum diuisio. Virtutem in opere existere: quisq́; sit ipsius opus. Cap. I.



Ost hæc autem de sequentibus, aliud principium constituentibus, dicendum. Omnia enim bona aut extra nos sunt, aut in animo posita sunt: præstantiora autem animi bona, quemadmodum & peruulgata oratione distinguimus Prudētia enim virtus & voluptas in animo sunt, quorum aut nōnulla, aut omnia fines omnibus esse videntur. Animi autem bona, alia habitus & potentiæ sunt, alia operationes & motus. Quibus ita positis, & de virtute fateamur prçstantissimam dispositionem esse aut habitum, aut potentiam singulorum, quorū vsus aliquis opusue extiterit. id autem inductione manifestum fiat. Quēadmodum enim vesti & opus aliquod & vsum assignamus, præstantissimumq́; eius habitum virtutem dicimus: sic et de animo sentiendum. Est enim aliquod eius opus præstantiorisq́; habitus præstantius opus, & vt sese habitus ad inuicem, ita actiones ab ipsis profectæ habent, ac opus vniuscuiusq; finis. Vnde manifestum est opus habitu præstare. finis enim qua finis, vtiq; excellentissimus est, quando & supra concessum, finem et vltimū & optimum esse, vtpote cuius gratia cuncta fiant. Patet igitur opus habitum dispositionemq́; excellere. Verūm opus bifariam dicitur. In aliis.n. ab vsu diuersum est: vt ædificatoriæ domus, non ædificatio: medicinæ sanitas, non sanatio, neq; meditatio. in aliis vero vsus opusq́; nō distant: vt visus visio, mathematicæq́; scientiæ speculatio quocirca necessum, vt quorum opus in vsu cōsistat, vsum habitu præstare. His ita determinatis dicimus opus negotii etiam virtutis opus esse: verū non eodem pacto, vt sutoriæ, sutionisq́; calceus. Et siquidem sutoriç, boniq́; sutoris virtus est aliqua, opus erit ipsius bonus accommodatusq́; calceus. eodē modo & in reliquis. nam & animç opus est vitā rebus inferre: eius vero vsus vigilia: quando quidem somnus desidia quædam est & quies. Quapropter cum opus vnum atq; idem

A fit necessario, animæ virtutisq; opus fuerit vita composita & honesta. id vero bonum angustius, quod felicitatē supra vocauimus. erat enim ea præstantissima nobis. Porrò fines in animo constituti bona excellētissima sunt. ipse vero habitus, & actus, quia est melior dispositione operatio, erit & optimi habitus optima etiam operatio: virtus autem optimus habitus est: quocirca operatio à virtute siue aīa profecta, præstantissimū bonum est cūq; felicitatē præstantissimū illud esse constet, erit ea animæ excellētis operatio. Hæc igitur pfectū quippiā est. vita vero & perfecta & imperfecta, similiter & virtus: quippe φ alia integra sit totaq;, alia vero particula tantum. Vnde & imperfectorum quoq; imperfecta operatio est, quo ostenditur, felicitatem esse vitæ perfectæ, & scdm perfectam virtutem opationem. Felicitas qd Atq; hoc in definitione genus recte constitutum esse testatur communis oiūm consensus, qui bene agere, beneq; viuere idem, qd felicem beatumq; esse censent: quorū vnumquodq; vsus est & operatio, vita

B q; & actio actiua enim vita † vsibus etiā comparata est. nā faber frena cōficit, equiti etiam vsui futura. Tum etiam φ nec die tantū vna, χρῆσιν nec puerili, neq; omni ętate felicitatē constare posse dicimus. Quocirca friuola est Solonis sententia, negantis viuū vllum beatum esse, nisi vbi finem attigerit. Nihil quippe imperfectum felix esse potest, cum integrum nō sit. Deinde laudes virtutis actionibus earumq; encomiis impenduntur. & coronātur, nō qui vincere quidem possint nec vincāt tamē, sed victores. Sed et iudiciū, quo qualis quisq; sit constituitur ex operibus, spectat. Prætetea ob id non laudari felicitas solet, quia reliqua vel partes eius existunt, vel per eam fiunt, aut ad ipsam referuntur. quamobrem aliud est † prædicatio, aliud laus, † εὐδαιμονισμός. aliud item encomium. Encomium enim oratio est, facta cuiusq; singularia exponens. Laus vero vniuersalia celebrans. Prędicatio autē finē intendit. Vnde manifestū redditur interdum, quo de cōtrouertitur, quare media vitæ parte, boni honestiq; prauos nihil antecellāt;

C nihil.n. discriminis inter dormientes est. Somnus enim est vitæ otiū, non opatio. Quapropter nutritiuæ partis virtus, quemadmodū nec corporis pars totius virtutis nequaquam censeri debet: eo φ in somno vim suam vberius exerat, agatq; nutrix facultas: cum contra sensitiua, cōcupiscensq; dormientibus sint imperfectiores, quatenus motu non participant: phantasiæ vere, nisi morbo, aut alio quopiā malo præpeditæ fuerint, sapientum efficaciores.

Animæ duas esse partes, ratione participantes. uirtutis item duas esse species. Cap. II.

VErum quia virtus animæ est, non accidentarie, de anima considerandum deinceps studiosius erit. Sunt enim humanæ animæ duæ partes, quarum vtraq; ratione participat, sed non eodem

modo altera enim vt imperio, altera vero vt obsequētiæ aufrultatio D
nique nata: si quid præterea fuerit rationis expers, prætermittatur. Neq; vero refert in partes ne diuidi anima queat, an nequeat. sunt enim illi facultates diuersæ, cum illę etiam, quas memorauimus supra. Quemadmodum in curua supeficie concauum conuexumque separari non possunt, item in eadem rectum & album. quanquam rectum est, quod album non est, nisi per accidens substantia sit eiusdem licet. Ita si quæ pars animæ præterea ad'cribitur, ob nutritur, vt naturale. humanæ namq; animę hæ partes proprię sunt. quocirca nec nutrix, nec concupiscibilis facultas existimari hominis propria debet. Ex naturę enim humanæ conditione necessum est rationem, ac rerum agendarum principium, cum operandi potentiam inesse. Porrò quia ratio non imperat rationi: sed affectionibus & cupiditati, oportet & has quoque partes assignari. & quemadmodum bona habitudo ex singulis corporis virtutibus constat: ita & animæ virtus quatenus finis, e singulis conflatur. Virtutis vero duæ species E
sunt, moralis alia, alia intellectiua. neque enim iustos tantum, sed etiam intelligentes, sapientesque laudamus, quia virtutem, etius ue opus laudibus celebrari supra ostendimus: hæ vero cum non operentur, ipsę quidem operationes tamen virtutum existunt. Quia vero intellectiuæ partes cum ratione sunt, a parte rationem habente vendicantur, quæ imperium obtinet in anima, nempe quæ ratione participat. Morales vero irrationalis quidem partis sunt, sed quæ necessario sequitur dicentem. neque enim interroganti, cuiusmodi sit moribus aliquis, respondemus sapiens vel callidus, sed mansuetus aut confidens.

Moralem uirtutem circa iucunda, ac tristia uersari. Cap. III.



His itaq; consequens, vt de virtute morali, primum quid sit, & quæ eius partes consideretur. ad hęc enim etiam F
reducuntur ea, per quę fiant. Oportet autem inquisitionem, quemadmodum in aliis, ita fieri, vt prius consletur quod omnes quęrunt, & proinde per ea quæ vere quidem sed non perspicue dicuntur, ea quæ & vera sunt, et perspicua colligere. Perinde enim se hęc vestigatio habet, ac si sanitatem finire dispositionem corporis optimam instituamus: & Coriscum illum, qui in foro sedet, nigerrimum esse dicamus. quid enim sit alterurrū horum ignoramus. proinde quo quid sit vtrunque cognoscatur, operæprecium est quo pacto habeat præ nouisse. Primum igitur constituatur, præstantissimam actionem a pręstantissimis virtutibus produci, & in singulis quid optimum sit efficere, idque ab vniuscuiusque virtute. Vt e laboribus, commodis, nutrimentoque idoneo bona habitudo oritur, ex habitudine vero optima, optima etiam cla-

A borant homines: deinde omnem dispositionem ex iisdem hoc vel illo pacto illatis nasci & corrumpi velut sanitas ex laboribus, alimento, & anni tempore. quæ inductione patent. Proinde & virtus, talis dispositio est, nascens a motibus animæ præstantissimis, & vnde animæ affectiones, operaque præstantissima proueniunt, & ab iisdem aliquo modo & fit et læditur. ad ea vero vsus ipsius a quibus augetur & labefactatur, circa quæ & rectissime vitam disponit. Cæterum circa iucunda tristiaque virtutē versari argumēto sunt punitiones, quæ vi medicationis vice per contraria vsurpantur in aliis, ita per hæc quoque fiunt. Patet igitur virtutem moralem circa iucunda tristiaque versari.

Quid per hæc nomina, Mos, Affectus, Potentia, ac Habitus significetur. Cap. IIII.



B Voniam vero mos, vt nomē indicat, a consuetudine incrementum capit: (Adsuescit enim operatrix facultas exercitatione nō naturali, vt hoc vel illo pacto moueatur: et si inanimatis id non contingat: nemo enim lapidem quemlibet crebro sursum iactum, itidem facere, nisi vi extrinsecus adhibita vidit) recte morem animę iuxta imperantem rationem vocari, ac potentia qualitatem sequi dicimus. Neque vero prætereundum est, iuxta quas animæ affectiones quales quidam mores dicantur: iuxta potentias vero passionum a quibus passiui, iuxtaque habitus modum erga affectus, dicūtur mores, vel affecti aliquo modo, vel passionibus minime obnoxii. Cæterum diuisio constituatur deinceps ex affectuum, potentiarumque, & habituum animæ enumeratione. Voco autem affectus, iram, metum, verecundiam, cupiditatem; & in vniuersum quæ per se voluptas, tristitia ue sensitiua sequitur: & secundum hæc quidem qualitas nulla forma C tur, sed afficiuntur homines iuxta potentias. Voco autem potentias quibus fit, vt commote aliquid agere dicamur, vt iracundus, stupidus, amoribus deditus, verecundus, impudens. Habitus vero sunt, quibus afficitur, vt hæc secundum rationem nobis insint, aut contrarium: vt fortitudo, modestia, timor, intempetantia. πάθη

Morales uirtutes omnes circa medium inter excessum ac defectum uersari: ipsarumque omnium per exempla adumbratio. Cap. V.



Vibus ita determinatis, constituendum, in omni cōtinuo diuisibiliq; excessum, defectū, mediūq; reperiri, atq; hęc vel mutuo ad se inuicē vel nostri respectu: vt gymnastica, medicina, ædificatoria, gubernatoria, & quæcūq; actiones

aliæ, siue iuxta scientiam institutæ, siue scientiæ expertes, aut artificiosę, siue inartificiosæ: motus enim continuum quidpiam est, actio D
vero motus. In omnibus vero scientia & ratio medium nostri respectu, & quid optimum sit præcipit: idq; passim habitum gignit præstantissimum. quod etiam inductione & ratione probari potest. contraria enim contrariis pugnant, extrema vero & mediis & sibi. medium enim vtrumlibet est ad vtrũlibet: Vt ęquale minore quidem maius, maiore vero minus existit. Itaque necessarium est virtutem moralē E
circa mediam quædam versari, & medium quidpiam virtutem esse. Restat igitur vt dicatur cuiusmodi medietas virtus sit, & circa quę versetur media: quæ omnia dilucidius exemplis, velut in tabula adũbrabimus. Sumatur enim Iracundia, doloris carentia, inansuetudo. Confidentia, timor, fortitudo. Impudentia, stupor verecundia. Intemperantia, sine sensu vita modestia. nam oppositum modestiæ, quod hic ἀναισθησίαν vocamus, nomine vero caret, Vindicta, Lucrum, damnum, iustum. Prodigalitas, sordes, liberalitas. Iactantia, dissimulatio, veritas. Adulatio, odium, amicitia. Placendi studium, contumacia, grauitas. Mollities, afflictio, tolerantia. Ostẽtatio inepta, pusillanimitas, magnanimitas. Profusio sumptuosa, illiberalitas, magnificentia. Versutia, stultitia prudentia. Hæc atque eiusmodi affectiones animis accidunt, ac ab excessu defectuq; nomen acquirunt. Iracũdus enim dicitur, qui vehementius, & citius, & ob plura quam deceat, excandescit. Dolore autem vacans deficit, in quibus, & quando, & quomodo conueniebat. Confidens, qui non metuit nec quæ decebat nec quando, nec quomodo. Timidus vero qui metuit quæ non conuenit, nec quando, nec quomodo. Similiter & intemperans cupiditatibusque indulgens, & qui modum nesciat in re quatunque tandē. Sensu vero humano caret, qui nec quantum expedit, nec secundum naturam concupiscit, sed omnis affectionis, ad instar lapidis, expers est. Lucri cupidus, qui vndequaque quæstum aucupatur. Negligentes vero, aut nusquam aut a paucis certo conquirunt. Iactatũ- F
dus, plura quam possideat ostentat. Dissimulator, pauciora. Assentator, plura quam deceat laudat, odio prosequens, pauciora. Qui nimis ad voluptatem comparat orationem, placendi studiosus. Verum, qui ægre aut pauca ad gratiam dicit, contumax appellatur. Et qui nullum dolorem, etiam, si expediat, sustinet, mollis. Qui vero, omnem, proprio quidem & simplici nomine caret, sed translato, obduratus, ærumnosus, miseriisq; natus dicitur. Ostẽtator ineptus, qui pluribus se dignum arbitratur quam deceat. Pusillanimus, qui paucioribus. Profusus, qui omnibus sumptibus excędit. Illiberalis qui omnibus parcit. Similiter & parcus & prodigus hic enim excedit erogando modum, alter eum non attingit. Versutus, in omnibus & vndequaq; alios in vtilitatis captione anteuertit. Stolidus vero etiã istic cessat, vbi nõ oportebat. Inuidus, ob successum plus quã deceat

nam & dignorum successibus adfliguntur tales. Contrarius
A angitur. huic nomine caretis scilicet qui spectans indignorum successum, ni
hil commouetur tamen, sed expeditus est securusq; alienorum, perin
de ac solent, qui ventri tantum inseruiunt. ille vero difficilis est ob
inuidiæ morbum. Quæ vero in singulis ita habeant per accidens,
superuacuum est determinare. nulla enim sciētia, vel contemplatiua
vel actiua, ea ratiocinando, agendo ue iungit, hæc enim contra dece-
ptiones artium logicas adferuntur. Quocirca simpliciter hæc deter
minata nobis sufficiant, accurratius deinceps pertractanda, vbi de
oppositis inter se habitibus disputabitur. Affectionum vero eiusmo
di species ex eo nomen trahunt, quod aut iuxta excessum temporis, aut
secundum quod magis quidque est, aut relatione ad aliquid differant,
ii in quibus affectus exeruntur. Animo nanq; preceps dicitur, eo quod
citius quam oporteat prorūpat. Sæuus vero & immanis, eo quod violen
tius prorumpat. Acerbus vero, quòd irascendi captet occasionem.
B Percussor vero & contumeliosus a punitionibus ex ira profectis De
licati autem gulosi, vinolentiq;, eo quod vtroque alimenti genere nimis
& preter rationem deliniuntur. Cæterum ignorari non oportet, quā
do quo modo pro vberiore passione capitur, id quibusdā ex his non
competere. Vt adulter non ex eo vocatur, quia magis soleat coniu-
garis misceri, sed malitia eius facti quædam expenditur. simul nanq;
& passio, & talem esse iunguntur, nec segregatur etiam ab eiusmo-
di contumelia. Vnde sępe controuertitur, an qui congressus sit, etiā
adulterium commiserit, vt puta si ignorans aut coactus fecerit. & qui
percusserit, etiam contumeliatus sit. atque eodem pacto in reliquis.

Virtutes omnes morales circa dolores, ac uoluptates uersari: easq;
mediocritates esse inter extrema: quæ & ipsis, & sibi
inuicem pugnant. Cap. VI.

HIs ita peractis, non prætereundum, quòd duæ cum sint
C animæ partes, virtutes etiam iuxta easdem distingui.
aliæ enim rationalis partis contemplatiuæ, quarum opus
est veritatis inquisitio, vel quomodo habeat, aut genera-
tur: aliæ vero partis irrationalis cupiditatibusq; obnoxiæ. nō enim
si in partes diuidi anima queat, idcirco omnes eius cupiditate parti-
cipant. Mores vero honestos aut prauos elucere necessum in do-
lorum voluptatumque fuga, aut persecutione: id quod ex diuisioni-
bus affectuum, potentiarum, habituumque patet. potentiæ enim &
habitus affectionum sunt: ipsi vero affectus dolore voluptateque fi-
niuntur. Itaque & ex his & superioribus constat, omnes virtu
tes morales circa dolores voluptatesq; versari. Omnis enim animi
voluptas in ea intendit, quibus meliores, deterioresue reddimur. etē
nim in dolorum, ac voluptatum fuga, & persecutione tum prauos fie

Virtutis definitio.

ri mores manifestum est, quando nec vt oportet, nec quas oportet
persequuntur ac fugiunt. Ideoque promptum illud omnibus est, D
vt animum in voluptatibus & tristitiis imperturbate ac tranquil-
le consistẽtem, virtutem definiant, contrariaque de vitio loquantur.
Quãdoquidem aũt virtutem iam liquet habitum eiusmodi esse, quo
& effectiui optimorum reddantur homines, vt optime etiam ad ea dis
ponantur (optimum enim præstantissimũ illud est secundũ rectã ra
tionem, medium nempe, nostri respectu, excessus defectusq;) neces
sum est virtutem moralem mediocritatem in re qualibet esse, aut in
voluptatibus doloribusq;, & in iucundis ac tristibus circa media quæ
dam versari. Mediocritas vero illa interdum in voluptatibus con
sistit, in iisdem enim & excessus & defectus: interdum in doloribus:
nonnunquam in vtrisq;. excessus enim fit, vel nimis iucundis lætãdo
vel tristibus nimis dolendo idque vel simpliciter, vel termini cõmu-
nis respectu: vt cum nõ velut vulgus, sed vir bonus, quemadmodum
decet, commouetur. Quia vero habitus quidam est, iuxta quem in B
eadem re hic quidem ad excessum, alius vero ad defectũ prolabatur
necessum est, vt quemadmodum hæc & sibi ipsis & medio contraria,
sunt, sic etiam habitus & sibi inuicem & virtutibus pugnare. Contin
git autẽ oppositiones alibi quidem omnes iuxta perspicuas esse, ali
bi vero in excessibus, alicubi in defectu magis. Causa aũt cõtrarieta
tis eius est, quia nõ qui & quæ semper inæqualiter, similiter ue admo
dum, sed qui nunc quidem ab excessu, nunc autem a defectu citius
transit ad medium, is contrarius magis videtur. Quemadmodum in
corporibus laborando quidẽ excedere, quam deficere, edendo vero
deficere quam excedere, salubrius est. Itaq; & delectus rerum earũ, ii
inquam, qui his in exercitationibus sunt, similiter habẽt. Pro rõneq;
hac aut magis, aut minus conducibiles dicuntur, vt nunc quidẽ qui
laborũ, nunc qui continentiæ stabilitatisq; studiosiores sunt, apti ma
gis sanitati videãtur. Et contra, cum a mediocri & ab eo qđ ratio pro
bat disceditur, nunc quidem ignauus ille laborumq; fugiens, non au E
tem ambo, nunc vero luxu perditus & non famelicus ille delectu de
terior dicetur. Id vero euenit, ꝙ natura non in omnibus æqualiter a
medio distat. laboribus enim minus quã voluptatibus capimur. quæ
similiter circa animam habent. Contraria vero constituimus habi-
tum, in quo magis excedunt, & in quem vulgus inclinatur: alter ve
ro later, perinde ac non existat prorsus. quia enim cõtingit rarius nõ
sentitur. Ita enim iram mansuetudini opponimus, & iracundum
mansueto. nã etsi excessus contingat in mansuetudine exercẽda, siue
admittenda reconciliatione, siue nõ irascendo cũ sis cæsus alapis, pau
ci tamen eiusmodi reperiuntur, omnibus in alterum extremum pro-
pensis. ira nanq; minime solet esse blanda,

Quarum actionum homo principium sit, & dominus. Cap. VII.



Ostea quam igitur habitus circa quamlibet passionem, ac excessus defectusque, & contrarios habitus, quos habent secundum rectam rationem homines, enumerauimus, superest, vt quid sit recta ratio, cuius de termini respectu, medium vocandum sit, exponatur. Manifestum vero omnes virtutes morales, omniaque vitia circa voluptates doloresque excessus quosdam esse atq; defectus. voluptates aūt a memoratis habitibus affectionibusque fiunt. verum optimus habitus rei cuiusq; medius existit. Vnde patet virtutes aut omnes, aut quasdam in mediocritate sit as esse. Quapropter aliud principium considerationi sequenti constituatur. Etenim substantiæ omnes secundū naturam principia quædam sunt, & possunt singulæ multa eius generis pgignere: vt homo hominem, & animal, in vniuersum animalia animalia, planteque plantas. Præter hæc vero solus omnium animantium homo actionum quarundam principiū est; quippe q præter hūc nullum agere præterea dicitur. Sed enim ea propria vocantur, e quibus primum motus proficiscuntur. iustissime vero omnium, e quibus aliter nihil queat produci, cuiusmodi penes Deum sunt. Immobilia aūr, vt in mathematicis, non per se quidē, sed similitudine quadā principia appellantur. Hic enim ipso principio labefactato, labefieri omnes, quæ ab illo principio fluxere, demōstrationes oportet: cū ipsæ inter se demonstrationes altera alteram tantisper non euertunt, quantisper illa cōmunis suppositio, vnde lucem istæ suam habent, nō euertitur. homo igitur motus cuiusdam principium est, nam actio motus est. Quia vero principium, quemadmodū & in aliis eorū quæ per ipsum sunt fiuntq; causa existit: vt in demonstrationibus, ita hic quoque pensiculate ea conuertit. Nā si habēte trigono duos rectos necessum est tetragonū quatuor rectis constare, manifestū est q trigonus duos rectos habens causa eius existat. Verum siquid in trigono mutaris, necessarium est & in tetragono mutes: vt si tres habuerit sex & si quatuor, octo. Sin vero non mutes, vt illud, ita hoc quoq; habeat necesse est Id ita necessario euenire ex Analyticis patet. verum in præsentiarū in tantillum neque dicere acurate, neq; non dicere cōuenit. Nā si nulla alia triangulo cā est, cur habeat, ididipsum principiū erit & cā, qua reliquā adstruātur. Quocirca si quædā sunt eiusmodi, vt etiam contra habere possint, necessario ēt principia sunt. eiusmodi nā ex necessariis nihil nisi necessariū concluditur: quæ vero a nobis oriuntur, etiam contrarie euenire possunt. equidem quæ penes homines sunt, pleraq; eius generis cōperiūtur, atq; ipsi taliū ēt principia existunt. Quarum igitur cūq; actionum principium & dominus homo constituitur, ea patet fieri & non fieri posse, & in sua ēt ma

pu esse, qui fiant vel non fiant. vtputa quorum ipse dominus est, vt vel sint vel non sint: quæ vero in ipso sita sunt, vt faciat vel nō faciat, D
eorum vtiq; causa existit. Quoniam autem virtus ac vitium, & vtrorumq; effectus, hi quidem laudantur, illi vero vituperantur: vituperantur autem laudanturq; non quæ a necessitate, vel natura vel fortuna insunt, sed quorum ipsi causa sumus: quorum vero alii, eorundem etiam laus vel nota erit: manifestum virtutem ac vitium circa eiusmodi versari, quorum causa quisq; est, & actionis principiū. Quocirca dispiciēdum quorum causa, quarumq; actionum principiū homo existat. etenim confitemur omnes voluntariorum tantum, & eorum quæ electionem admittunt, neq; a volentibus deliberatoq; suscipiuntur, causam quenq; esse: inuolūtariorum vero nequaquam. vnde satis constat, voluntariorum tantum virtutem esse ac uitium. Idcirco quid voluntarium, & inuoluntarium atq; electio sit, cum virtus his vitiūque describantur, explicandum est. primum autem voluntarium ipsum, & in voluntarium considerandum. E

De uoluntario. *Cap. VIII.*



Tribus vero his vnum existere videtur, aut iuxta cupiditatem, aut electionem, aut intelligentiam. Nam voluntarium scdm hæc aliquid est; inuoluntarium vero præter hæc aliquid. Porro cupiditas in tres partes distribuitur, consultationem, irascētiam, & cupiditatem. Itaq; hæc distinguenda sunt, & primum quidem secūdum cupiditatem. Omne uoluntarium omne enim, quod iuxta cupiditatem est, voluntarium vtique iudicatur. nam inuoluntarium omne violentum videtur. & si violentum sit, etiam acerbum erit: omne scilicet, quod coacti faciunt aut patiuntur, quemadmodum Euenus inquit Omnem rem necessariam molestā esse. Itaq; si quid molestum, idem etiam violentum erit, & contra, quicquid vero præter cupiditatē est, F
id omne dolorem infert: iucūdorum enim cupiditas est. itaq; violenta etiam inuoluntaria sunt. & proinde quæ scdm cupiditatem, eadē voluntaria: hæc enim inter se inuicem sunt contraria. Porro omnis malitia reddit deteriorem, intemperantia autem malitia quædā esse videtur: intemperās, qui præter rationē sequitur cupiditates. volens igitur faciet, & voluntarium iuxta cupiditatem. absurdum enim fit, intemperantes redditos, iustiores fore. Ex his igitur voluntarium scdm cupiditatem iudicari queat, ex aliis vero contrarium. quicquid enim fit volūtarie, id fit a volente: quodq; a volente, id voluntariū. nemo aūt vult quod malum esse norit. Verum intemperans non quę vult facit; siquidem intemperanter agere est ex cupiditate id quod optimum quis arbitratur agere. vnde volentem nolentemq; eundē agere contigeret; quod est impossibile. Continens vero iustius agit

inco ntinente

A continente. nam continentia virtus est: & proinde iustiores efficit su i
studiosos. cum vero exercetur, cùm contra cupiditatem ſm rationé
vtitur Quocirca iuste, quemadmodum & praue agere voluntarium
est vtraq; enim voluntaria apparent, & necessum si alterum volunta
rium sit, etiam alterum esse: quod vero præter cupiditatem fit, volun
tarium. id igitur volens aget, & non volens. Sic etiam propemodum
sese de ira habet. Nam continentia, quemadmodum circa cupidi-
tatem, ita circa iram quoque versari videntur. nam quòd iræ repu-
gnat triste est, & violenta eius cohibitio. itaque si violenta etiam
inuoluntaria, & quod secundum iram fit, voluntarium. Videtur &
Heraclitus, vim ire continens, repressionem eius permolestâm atte-
stari. Difficile enim, inquit, irę resistere est. anima enim fruitur, ani-
moq; indulget ira. Sin impposibile eundem quippiam nolentem vo
lentemq; vnum idem facere, magis voluntarium est, quod à volunta
te, quàm cupiditate, aut irascentia fit :. argumento, est ꝙ multa fa-
B cimus etiam absq; ira, & cupiditate. Superest igitur, vt, an ꝙ volunt
homines idem sit voluntarium, consideretur, videtur namq; & id im
possibile, quando & supra constitutum est, malitiam reddere iniustio
res: ac intemperantia quidem malitia est. Contrarium vero vsu ve-
nit, eo ꝙ nemo quæ mala arbitratur, velim quæ tamen facit intépe-
rans. Itaq; si iniuria afficere spontaneũ est: id aũt ex voluntate: ergo
intemperans factus nó iniurius, sed intéperáte priore illo iustior erit:
quod est possibile. Voluntarium igitur non esse quod iuxta cupidita
té fit, neq; inuoluntarium quod contra cupiditaté fit, patet. Sed &
neq; id quod ſm electioné, ex iisdem manifestũ est. nam quod ab ele
ctione fit, demonstratum est inuoluntarium non esse: sed magis ꝙ
quisq; vult, id voluntarium verũ contingit etiam non volenté tamé
spontaneũ aliquid agere. atq; solũ id est demonstratũ. multa in su-
per repentino motu facimus: eligit autem repente nemo. Etenim si
trium horum aliquod voluntarium est necessario, erit aut ſm cupidi
C taté, aut electioné, aut intellectũ. ex quibus cum duo priora nó sint,
relinquitur vt in eo ꝙ contemplando quis agat situ, voluntariũ illud
dicamus. Cæterum paulum progressi oratione, finem tractatui de
voluntario inuoluntarioq; imponemus. Eorum enim quę vi aut nó
vi eueniunt, consideratio prioribus cognata est ac propria. omne .n.
violentum inuoluntarium: quocirca de violento considerandum est,
quid sit, quò ve pacto ad voluntarium inuoluntariumq; se habeat.

De violento. *Cap. IX.*

Videtur autem violentum & necessarium, visq; & necessi-
tas voluntario persuasioniq; in rebus agendis opponi. In
vniuersum autem violentum necessitatemq; etiam ina-
nimatis assignamus. Nam & ignem vi coactumq; deor-

ſum ferri cernimus, verum. quando vero ſecundum naturam pro- D
priumque impetum fertur, nec violentia, nec voluntarium ſubeſt,
ſed nomine caret oppoſitio. verum cum præter hæc contingunt, vi
dicimus fieri. Eodem pacto & animalia & inanimata vi multa cum
facere tum pati animaduertantur: quando ſcilicet præter naturalem
impetum ab externo aliquo mouentur. Quod in anima quidem ex-
pertibus ſimplex principium eſt, ſed in animatis ſæpe ſimplex, vt in
quibus non ſemper ratio cupiditasq; conſonant. Ac cæteris quidem
animalibus quemadmodum & inanimatis violentum ſimplex eſt:
quippe quæ cupiditati (nam ea viuunt) ratione minime contrarium
habeant. homini vero ambo inſunt certa quædam ætate, ea ſcilicet
quæ rebus per rationem agendis idonea eſt. neque enim vel puerum
vel feram agere dicimus. Proinde, cum violentum omne moleſtum
eſſe, nec vi quiſquam ſed gaudens agere videatur, magna de impe-
rante intemperanteq; controuerſia oritur, eò quòd vterque contra-
rios intra ſe impetus ſentiens agit. Vnde temperantem vi ſeipſum à
ſuauium cupiditate abſtraxiſſe aiunt. dolet enim luctans cum reſiſten- E
te cupiditate. Intemperans autem vi, præter rationem rapitur, minus
tamen adfligitur: nam cupiditati lætus indulget, quippe qui ſuauibus
intendit. quocirca non vi ſed volens agit, quia dolore vacat. Porro
perſuaſio violentiæ neceſsitatiq; opponitur, temperans vero ea ſecta-
tur de quibus perſuaſus eſt, non, vi ſed volens. nam cupiditas citra per
ſuaſionem trahit, quippe quæ ratione caret. Quòd igitur ii ſoli vi in
uitiq; facere videantur, quamq; ob cauſam, ſcilicet ob ſimilitudinē,
qua & inanimata agere dicimus, expoſuimus hactenus. Sed enim ſi
& quod in determinatione poſitum iſtic fuerat, adiiciatur, ſoluntur
quod dictum eſt. Quando igitur foris quippiam præter impetum in-
trinſecum mouerit ſedarit ue, vi id fieri aſſeueramus: quando vero ſe-
cus non vi. In temperante autem intemperanteque inſitus impetus
duci (vtrunq; enim habet) & neuter vi & coactus, ſed volens vterq;
agit. nam principium quod foris eſt, præter naturalem impetum, F
ſiue moueat, ſiue motum impediat, neceſsitatem vocamus: vt ſiquis
manu, & voluntate & cupiditate retinentis arrepta, percutiat alium.
verum ſi intrinſecus principium fuerit, vis non eſt quando quidem &
voluptas ineſt & cupiditas, quæ ſtatim à natiuitate in omnibus depre
henditur. Atq; his ferè duobus à natura quippiam ineſſe determina-
mus. eo ſcilicet, quod à natiuitate ſtatim a natiuitate ineſt, & quod genera
tione exiſtente facile conſequimur, vt ſenectus, canities, ac alia id ge
nus. Itaq; nō ſecundū naturam facit alteruter, ſed ſecundū naturam
ſimpliciter, ſed non eandem. Quæſtionibus igitur de temperante in
temperanteq;, verum vi & non volens agat alter aut vterq;, aut vi ſi-
mul inuitiq; ambo: & ſi vis voluntaria ſit, num volentes ſimul & no
lentesq; agant, ex dictis hactenus occurendum. Verū & aliter vi coa-
ctiq; agere dicuntur, non diſſentientibus inter ſe mutuo ratione & cu-

A uilitate, quando scilicet id faciunt, quod molestum quidem & friuo-
lum iudicant, sed neglectum, damnum aut mortem inferat, hæc .n.
omnes, aut coactos facere aiunt, aut non. faciunt autem omnes: nam
obmittere quidē licet, sed ferendū incōmodū. Verū ex his alia quidē
violenta, alia vero nō violenta forte quis dixerit. Quæcunq; .n. eo-
rum, per quæ vel facere, vel non facere penes ipsum est, etiam si non
volens facit, tamen & facere sponte dicitur, & non vi: quæ vero penes
ipsum non sunt, vi quodammodo, sed non simpliciter fieri dicuntur,
eò q non illud ipsum eligit, sed alicuius gratia agit. Verum ex his est
quoddam discrimen. Nam ridiculus fuerit, si, vt contactus quis vita-
ret, occidisset alterū, vi se id coactumq; fecisse dicat. maius enim vacet
biusq; malū oportet, non facienti propositum sit. Sic enim coactus,
& non vi faciet, scilicet quando malū boni gratia, vel ob maioris mali
repulsionem agit, idq; inuitus: neq; enim penes ipsum hæc sunt. quo-
circa & amorem, & iras quasdam, & naturalia nonnulla inter inuo-
luntaria cōnumerant: quia violenta nimis & supra naturam sunt. vn
B de & veniam merentur, eo quod vi cogere naturam soleant. Sed &
magis vi, inuiteq; facere videtur, qui facit ne vehementius aut leui-
ter doleat. vel etiam ne gaudeant. nam ad ipsum refertur vniuersum,
quod ferendo natura est. Verum quæ neq; naturalis cupiditatis, nec
rationis sunt, non debet penes ipsum esse censeri. quamobrem pha-
natici, & qui futura prædicunt, quamlibet intellectus opus faciunt,
non tamen id penes ipsos esse asseueramus, neq; vt faciant quæ fece-
runt, neq; vt dicant quæ dixerunt. Sed & nec per cupiditatem. Itaq;
& intellectus quidā affectusq; aut actiones secūdū eiusmodi rationes
& intelligentias, in nostra potestate non sunt: sed quemadmodū Phi
lolaus inquit, rationes quædā sunt nobis potentiores. Ergo volunta-
riorum, ac inuoluntariorum consideratio, eorum quæ vi eueniunt tra
ctatui iungenda est, atq; hæc ita sint inter sese distincta. Nam qui
spontaneū maxime interpellant, in se coactos dicunt, vt in cā animi
sententiam venirent. Et quia finem id iam habet, & voluntarium, nec
C cupiditate nec electione terminatum est, reliquum est vt ea quæ iux-
ta intellectum fiunt, determinentur. Videtur autem inuoluntario
contrariū esse voluntarium, & quod cuiusq; gratia sciens quis facit.
interdum enim nouit q pater sit, non tamen q occidat, sed seruet po
tius. vt Peliades petebant quidem poculum, sed vt amatorium & vi-
no plenum · id vero venenum erat. ignorans autem quē, cui, & quod
ex ignorantia, non per accidens agere dicitur. quod autem ab igno-
rante tali fit, inuoluntarium est, ergo voluntariū contrariū est. Quæ
igitur penes ipsum sunt, vt facere obmittat, facit non ignorans &
per se, ea vtiq; voluntaria sunt, & voluntariū id ipsum est: quæ vero
ignorans, ex eo q ignorat ea, inuitus facit. Porro quia scire & intelli
gere bifariam capiuntur, vel vt habeatur, vel vt vsurpetur sciētia, qui
habens nō vtitur, interdum ignorans merito dicitur, interdum vero

nequaquã, velut si per negligentiam non vtatur. Similiter & [illegible] peretur, qui vel facilium vel necessariorum peritiam, & per n[illegible] uam, aut dolorem aliquem voluptatemq; non vestiget. H[illegible] D huic inserenda videbantur. De voluntario igitur & inuoluntario hoc modo determinatum sit.

De electione. *Cap. X.*



E electione vero deinceps dicemus, expositis p[illegible] nonnullis quæstionibus. Ambigat enim [illegible], in quo genere oriantur, tum in quali constituenda [illegible], aut eadem ne aut diuersa sint voluntarium & inuoluntarium. Maxime vero quidam asseuerant, & q[illegible] etiam ita forte videri queat, electionem ex duobus his alterum esse, scilicet aut opinionem aut appetitum. vtraq; enim con[illegible] videntur. Verum appetitum non esse patet ex eo, quod tum aut v[illegible] tatem, aut cupiditatem, aut iram esse necessum sit: sit nemo [illegible] B nisi horum aliquid patiens appetit. Ira porro cupiditasque e[illegible] inest: electio vero nequaquam. & tamen quibus hæc ambo [illegible], multa absque ira cupiditateque eligunt, sed dum passionibus [illegible] guntur, non eligunt, sed tolerant. Præterea cupiditati iræ[illegible] dolor iungitur, multa vero nos absq; dolore eligimus. Voluntas [illegible] per & electio idem non sunt. volunt enim interdum etiam [illegible] nes, quæ impossibilia norunt, vt omnibus hominibus imperare, immortale esse, id quod nemo sciens impossibile elegerit: & in vn[illegible] quæ & si non per se, sed sibi tamen impossibilia vel factu vel [illegible] su norit. vnde manifestum electionem esse rerum penes nos sitarum. Similiter clarum, nec opinionem esse, neque simpliciter, si quis aliquid putet, cùm eligibile eiusmodi quid sit, quod viribus nostris paretur. multa vero opinione concipiunt, quæ penes nos non sunt, vt diametrum commensurabilem. Porro nec vera est nec falsa electio, sed & nec rerum penes nos sitarum opinio, qua faciendum aliquid vel non faciendum arbitramur. Cõmune vero id est de opinione & voluntate. nemo enim finem, sed ea quæ fini consequendo conferunt eligit: quemadmodum nemo sanum esse, sed ambulare, sedere, sanitatis gratia. neq; felicitate potiri quisquã eligit, sed quęstus studiũ & periclitationes, felicitatis adipiscendæ gratia. Et in vniuersum declarat semper eligens, quod, cuius ue gratia eligat. est enim aliud id cuius gratia, & quod gratia alterius eligit: vult autem maxime finē vt in præcio & sanum esse, feliciter beateq; viuere. Itaq; patet aliam & opinionis & voluntatis rationem esse. voluntas enim & opinio maxime finem spectat, quod non facit electio. Ergo electionem patet, nec voluntatem, nec opinionem, nec simpliciter vllam animi perceptionem esse: quo simul elucet, & quid sit, quid ve ab iis differat, ac E

se ad voluntarium habeat. Porrò possibilium esse aut non esse, alia
iusmodi sunt, vt de iis suscipiatur deliberatio: alia vero non suscipia
r. quorum enim generatio penes nos non est, etiam si fieri non fie-
possint, sed quæ vel natura vel a liis ex causis fiunt, de iis sciens ne-
o consultare instituat. Verum quæ non tantum fieri non fieri pos-
nt, sed in consultationem etiam venire solent, ea sunt quæ pro arbi
trio facere non facere possumus. quapropter non de remotis apud In-
dos, nec de circuli quadratura deliberamus: nam illa ad nos non spe-
ctant, hoc vero fieri nequit. Sed & nec de omnibus quæ à nobis
queant fieri. vnde manifestum nec opinionem simpliciter electio-
nem esse, eligibilia vero etiam agibilia, rerum scilicet penes nos exi-
stentium. Proinde miretur forte quis, quo pacto medici, quæ scientia
complectuntur, in deliberatione ponant, cùm id non faciat gramma
ticus. Ratio eius ex eo constat, quod aut ratiocinando, aut sensu er-
ror omnis committatur, quorum vtrunq; in Medicina contingit: in
grammaticis vero iuxta sensum & actionem quam spectant, in infini
tum progrediuntur. Quoniam igitur neq; opinio, neq; voluntas est
electio, est certe velut vtrunq;, & non ambo. ex improuiso enim ne-
mo eligit, sed cùm faciendum videtur, conspiratquè voluptas: quæ
cùm ambo eligenti insint, vtroq; constabit electio. Considerandum
autem quomodo insint hæc: idq; ex ipso nomine primum. Nam ele-
ctio non simpliciter est, sed alterius ad alterũ. vnde considerationem
consiliũq; requirit, & proinde ex opinione consultatiua constituetur.
Neq; enim de fine, qui rebus omnibus quidam propositus est, sed de
quæ ad finem, suscipitur consultatio. id vero omnes consultamus,
porro ad nos transtulerimus generationis principium. Quod si ne-
eligit, nisi re prius consultata expensaq;, melius sit an deterius:
autem quæ possibilia nobis sunt, non quæ ad finem: erit ele-
o cupiditas rerum penes nos sitarũ, deliberatiua. enimuero omnes
quæ eligimus, eadem volumus: nec tamen quæ volumus, omnia eli-
gimus. Porro deliberatiuam facultatem voco, cuius principiũ est con
sultatio, quæ & cõcupiscit id, quod vtile decreuerit. Quapropter nec
in quouis animantibus, nec enim ætati aut homini electio inest, eo q
nec consultare, nec causam quare quid eueniat iudicare queat Opinio
nem tamen, faciendum ne quippiam sit, nihil vetat pluribus ines-
se, sed ratione perspicere nequaquam. animæ enim pars deliberatiua
rationes causasq; vestigat. Nam si cuius gratia, vna ex causis existit
nã quare quid, causa est, & id cuius gratia quid est aut fit, vt profe-
ctionis facultatũ comportatio, quandoquidem eius gratia proficiscun
tur, constat eos qui proposito fine carent, consultationi parum idone
os esse. Quapropter cùm quis facit aut neglegit quæ penes nos sunt,
vt faciamus vel non faciamus, idq; non ignorantes, volens vtiq; aut
facit aut non facit. Cæterum multa eiusmodi citra consultationẽ præ
cogitationemq; agimus. vnde necessiũ omne eligibile voluntarium

esse, non autem voluntarium statim eligibile. item quæ ex electione fiunt, omnia voluntaria sunt, non autem voluntaria omnia iuxta ele- D
ctionem. Similiter ex his manifestum, affectiones recte in voluntarias, inuoluntarias, & consultatas distribui. quæ etsi non sint accurata, veritatem tamen modo aliquo attingunt. verum deinceps de his in tractatu de iustis. Electionem igitur nec voluntatem simpliciter, nec opinionem esse patet, sed opinionem cum appetitionem, quando ex consultatione concurrunt.

De fine, & iis quæ ad finem ducunt: ubi uirtutis assignatur definitio. *Cap. XI.*



T quia consultantes omnes gratia alicuius consultant, & scopum habent præfixum certum, quoniam respiciunt vtile, de fine quidem nemo deliberat, qui principium est & fundamentum, quemadmodum in contem- B
platiuis scientiis suppositiones: de quibus breuiter sub principium, verum in Analyticis accurate disseruimus. Cæterum consideratio de iis quæ ad finem ducunt, partim vero inartificialis apud omnes est, vt bellum generat nec ne, his quibus hoc in consultatione est. Obuium autem magis est quapropter id est, cuius gratia consultatio existit, vt opes, vt voluptas, aut aliquid huiusmodi quodcunq; finis est vice. nam consulit quisquis consilium capit, vel finem recte ne perspexerit constitueritq;: tendit enim eo consulendo quomodo hic finis in ipsum adducatur, vel quomodo ipse perduci in finem possit. Finis autem semper natura bonus est, de quo & particulariter consultant, medicus de remedio adhibendo, dux de castrorum metatione, quibus finis propositum est bonum, id scilicet, quod simpliciter optimum. Verum quod præter naturam est, ex aliqua peruersitate, non id quidem vere, sed apparens bonũ est. cuius rei causa est, ꝙ entium quorundam vsus, non nisi iis quibus facta natura sunt, ap- E
plicari potest: vt sunt visibilia. neq;.n. videre licet, quorum visio nõ sit, neq; audire quorum nulla auditio. Sed per scientiam etiã, ea quorum scientia non est, possunt fieri, neq; enim æqualiter sanitatis morbiq; eadem est scientia, sed illius quidem iuxta, huius autẽ præter naturam. Sic & voluntas secundũ quidẽ naturã boni est, præter naturã vero mali. & vult natura quidem bonum, præter naturam vero, & ex mentis quadam euersione, malum. Verum cuiusq; corruptio euersioq;, non in quodlibet, sed in contraria & media competit: hos enim limites transgredi non licet. Et quia error non in quælibet, sed in cõtraria cõmittitur, quibus contraria sunt, tum in ea contraria quæ iuxta scientiam opponuntur, necessum est, & errorẽ & electionem a medio ad contraria ferri. Porrò contraria sunt, medium, maius & minus. eo ꝙ iucundum & triste sic habeant, vt ab anima iucundum qui-

dem bonum iudicetur, iucundius vero melius, & triste malum tristius & deterius. vnde patet circa voluptates & dolores, virtutes vitiaq; versari circa eligibilia namq; consistunt. Electio autem circa bonum, malum, & apparentia, quæ natura sunt voluptas & dolor, versatur. Quoniā igitur ipsa virtus moralis ipsa mediocritas est, omnisq; circa voluptates & dolores versetur, vitium autem circa excessum & defectum, & ea prorsus, in quibus etiam virtus consistit: necessum est, virtutem moralem habitum esse electiuum mediocritatis, quo ad nos in iucundis & tristibus, iuxta quæ qualis quisq; moribus dicitur, dolens gaudens ue. dulce nanq; siue amarum diligens, non qualis quidam moribus dicitur.

Virtutem actionem non peccabilem, finemq; rectum reddere. *Cap. XII.*

B  Vibus ita determinatis, dispiciatur, vtrum virtus electionem reddat non peccabilem finemq; rectum: nempe vt cuius gratia debeat, tantum eligat: an, vt nonnullis videtur, rationem absoluat, id quod temperantiam dicimus, quippe quæ rationem non euertit. Sed enim virtus & temperantia discernuntur ab inuicem, de quibus post erit dicendi locus. quibus enim cunque rationem rectam præstare virtus videtur, id causa existit, cuiusmodi etiam temperantia. Cæterum eam laudabilium esse præmissis dubitationibus, ostendetur. Porro scopum quidem licet esse rectum, verum in iis quæ ad scopum aberrare. rursus scopo etiam falso proposito, in iis quæ ad ipsum tendunt, recte habere. interdum vero vtraq; fallunt. Vtrum igitur virtus scopum, an ea quæ ad scopum regit? Asseueramus autem scopum à virtute constitui. quocirca nec collectione, nec ratione aliqua hæc demonstrabuntur, sed vi principium hoc positum nobis esto.
C Neque enim medicus considerat, an esse sanum, sed vtrum deambulare, an non deambulare oporteat. Neque gymnastes an bene habere, sed vtrum luctari vel non luctari expediat, similiter neque alia vlla circa finem occupatur. Quemadmodum enim in contemplatiuis suppositiones principiorum locum obtinent, sic & affectiuis finis, & principium est & suppositio. quoniam si hoc sanum esse conuenit, necessum est hoc esse, sic, uidem illud expectes: quemadmodū istic, si triangulo duo recti, necessum est hoc consequi. Cogitationis igitur principium finis est, actionis vero cogitationis terminus. Si igitur omnis rectitudinis, aut ratio causa est, aut virtus, si ratio non fuerit, per virtutem finis, non quæ sunt ad finem, constituetur. Finis autem est id cuius gratia: omnis .n. delectatio alicuius est de aliquo: cuius igitur gratia medium, est, eius causa virtus, quæ id cuius gratia eligit. Verū quæ deceant eōsecutio alterius est facultatis, quę id cuius Virtus quid.

gratia eligit. non enim ipsius est electio, sed eius quo [illegible] Equidem finis gratia agente oportet. verum vt fini [illegible] D tur, electionis munus est, cuius causa est virtus. quo [illegible] que sit, ex electione iudicamus, non quid, sed cuius gra[illegible] pendentes. Similiter & vitium contrariorum gratia electi[illegible] cit. nam si quis cum in potestate sua sit bonum agere mal[illegible] tere, agat contrarium, necessum est hunc honesti studio[illegible] quam esse. Itaq; virtus & vitium voluntaria sunt, cùm nulla n[illegible] tas ad mala perpetranda cogat. inuoluntaria enim cùm turpia [illegible] non vituperantur tamen: contraq; bona non inuoluntaria, sed vo[illegible] taria laudantur. Postremo omnes laudantes, vitup[illegible] electio nem magis quàm facta intuemur, etiamsi virtute sit elig[illegible]bilior operatio. Faciunt item mala quidem coacti, sed eligit ea nemo. Sed & quia difficile electionem cuiusmodi sit perspicere. idcirco ex operibus qualis quisq; sit iudicare necessum habemus. itaq; eligibilior [illegible] actio, sed laudabilior electio. Ex positis igitur hæc eueniunt, & consentanea sunt apparentibus. E

ARISTOTELIS

MORALIVM EVDEMIORVM

LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

De virtutibus moralibus omnibus, iustitia excepta.

De fortitudine, fortis, & eorum extremis. Cap. I. F



Ediocritates igitur esse in virtutibus easq; electiuas, & contraria earum vitia, quæq; sint, vniuersaliter dictum est. Singulatim vero vnaquanq; persequentes, primum de fortitudine dicemus. Iere .n. apud omnes in confesso est, & fortem circa terribilia versari, & fortitudinem vnam è virtutibus esse. Distinximus autem in tabula superiore, vtrũ confidentia & fortitudo, cùm aliquo pacto sibi inuicem opponantur, etiam inter se contraria sint. Vnde manifestum, qui ab iis habitibus nomen habent, etiam inter sese inuicem opponi. quemadmodum timidus. nam is magis quàm deceat timere, minus vero audere dicitur. & confidens, qui ipse quoque ex eo quòd

A huiusmodi sit, minus quàm deceat timens, magisque quàm deceat audiens, nomen trahit. vnde & audax ab audacia denominatur. Quocirca cùm fortitudini sit circa timores audaciamque habitus præstantissimus: decet vero nec vt audaces, qui in nonnullis, deficiunt, in aliis vero excedunt, agere: neque timidorum instar, qui in eodem peccant, non eodem tamen sed contrario modo: audendo enim deficiunt, timendo vero excedunt: manifestum est media audaciæ timiditatisq; dispositionem fortitudinem esse. is enim habitus optimus. Videtur autem fortis metu vacare ut plurimum, timidus autem metui obnoxius esse. Et hic quidem multa, pauca, magnaq;, & parua metuit, idq; vehementer, & cito: ille vero contra, aut prorsus non, aut leuiter, ægre & raro, & non nisi magna. & hic quidē vehementer terribilia sustinet: ille vero nec leuiter quidem horrida. Quæ igitur sustinet fortis primum, sibi ne an alteri terribilia? Etenim si alteri terribilia sufferat, nihil videatur magnificum fortem esse. sin vero sibi- B ipsi, necessum est non nisi magna & horrida terrorem incutere. Itaq; si terribilia vehementer, vehemens: sin leuiter, infirmus etiam metus fuerit. vnde contingit fortem multos magnosq; terrore formidare. Verum videtur timidum contrarie fortitudo præparare, vt in eo ꝙ aut nihil aut pauca timeat. caq; & leuiter & ægre. Sed enim horribile quemadmodum & iucundum & bonum, bifariam dicitur, alia.n. simpliciter, alia vero cuidam iucunda bonaq; vocantur non simpliciter: ac contra praua & minime iucunda, quemadmodum quæ prauis vtilia sunt, & quæ iucunda pueris, quà pueri sunt, sic etiam terribilia alia simpliciter, alia vero alicui. Quæ igitur timidus metuit, quà timidus, nemini terribilia sunt. Alia rursum leuiter, aut plurimis timentur. Et quæcunq; naturæ humanæ horribilia sunt, ea simpliciter terribilia vocamus: fortis vero ad hæc intrepide habet, sustinetq; eiusmodi, quæ partim ipsum quoq; terrent, partim vero non: qua .n. homo est, terribilia illi quoq; sunt, qua vero fortis, non sunt, aut cer C te leniter, aut nequaquam. Terribilia tamen dicuntur, quæ a plerisq; timeri solent, quocirca hic habitus laudatur. Quemadmodū enim robusti, saniq; appellantur: non ut illi nonnullis laboribus fragrantur, aut hi nullo excessu debilitentur, sed ex eo, ꝙ uel prorsus non turbantur, aut simpliciter aut leniter, a quibus multi & pleriq;, valetudinarii enim & infirmi & timidi communibus uulgaribusque passionibus afficiuntur, sed citius vehementiusq; quam solent, multi præterea, qui bus multi afficiuntur, ea vel non prorsus vel leniter ipsos tangunt. Quæritur autem num forti nihil a. terribile, neq; metuat quicquam. An nihil vetat, pro eo ac dictum est ipsum quoq; timere fortitudo enim rationem sequitur, ratio vero honesta capessere iubet, quocirca qui non per hanc sustinet, is aut stupidus est, aut confidens. verū qui ob honestum tantum non metuit, solus fortis est. Timidus igitur quę non decent metuit: audax vero in quibus non oportet, audet: fortis

vero in vtroque agit quod decet, & proin medius existit. nam quæ ra- D
tio dictat, ea & metuit & sustinet. quæ magna, acerba, interitu q;
inferentia nisi sint honesta, subire haud iubet. audax vero etiam non
iubente ipsa subit: timidus vero ne si iubeat quidem: solus aute for-
tis ipsius iussui obtemperat.

De quinq; speciebus fortitudinis non vera. *Cap. II.*



Pecies autem fortitudinis quinq; sunt numero. eadem enim sustinent, non tamen easdem ob causas. Vna de vna ciuilis, quam verecundia parit. Altera militaris, ex peritia vsuq; rerum profecta: non quemadmodum dixit Socrates, vt horribilia, sed vt auxilia horribilium cognoscantur. Tertia per ignorantiam & imperitiam: veluti est puerorū insanorumq; fortitudo, qua hi horribilia sustinent, illi vero serpentes manibus prehendunt. Alia rursum ex spe nascitur, qua laute conuiuati ebriique pericula suscipiunt. nam vinum spem solet adde- B
re. Postremo alia ex affectuum impotentia rationis expers, vt amore ira ve accensorum. nam si amet quis, audax potius quam timidus erit, multaq; pericula sustinebit. velut qui in Metaponto tyrannum occidit: & in Creta fabulas recitauit. Siue ira commouetur: nam extra se rapitur animus. Vnde & feræ syluestres fortes dicuntur, nec sunt tamen. concitatæ enim sunt eiusmodi: non concitatæ, quemadmodū & audaces, inæquales sunt vehementer. Maxime autem naturalis est ab ira profecta fortitudo. inuicta .n. ira. quapropter & pueri optime pugnant. ciuilis autem propter legem existit. Cæterum harum nulla secundum veritatem comparata est: ad cohortationes tamen in periculis vsum adferunt hæc omnia non mediocrem.

Quæ dicantur horribilia. *Cap. III.*



E horribilibus igitur cùm simpliciter iam dixerimus, non ab re fuerit de his fusius determinare. In vniuer- F
sum igitur horribilia dicuntur metus affectiua, ea scili cet quæ dolorem inferunt corruptiuum. Nam quibus alia afflictio incidit, alium etiam dolorē, diuersumq; affectum, non metum parit. nam qui molestiam alienā prospicit, velut eam, qua inuidi aut æmuli, aut pudore suffusi affliguntur, aliud nomen sortitur, eò quod metus eorum tantum malorum est, quorum natura interitum videtur inferre. Quocirca nonnulli quamlibet molles, fortes tamen sunt in quibusdam. & nonnulli duri ac tolerantes, timidi. Videtur enim propemodum proprium fortitudinis munus esse, circa mortem eiusq; acerbitatem recte affici. nam si algorem quis & calorem, pro eo ac ratio dictat, sustinet, cum a periculo absint, verum ad mortem mollis sit & timidus, non ob aliud, nisi ob interitū, alius

A vero ad eadem quidem mollis, erga mortem autē intrepidus: ille qui
dem timidus, hic autem fortis iudicari sanè queat. periculum nanq;
iis constare terribilibus tantum dicitur, quæ in propinquo habent
eiusmodi interitus affectiua, apparet autem periculum, quando pro-
pe cernitur. Terribilia igitur, circa quæ versari fortis assolet, dicta
iam nobis sunt, eò quod appetentia affectiua doloris corruptiui, oportet
nec procul, sed in propinquo apparere, nec magnitudine humanæ
virtutis proportionem excedere. Quædam enim necessum est, om-
nibus terribilia videantur, omnesque percellant. Nihil enim vetat
quo minus, quemadmodum calida frigidaq; & alia quædam corpo-
ris humani habitus viresq; superant, ita animi affectionibus nonnul
lis opprimamur. Timidi enim & audaces secundū habitus decipiun-
tur. illis enim non horribilia, horribilia tamen videntur, & quæ leui
ter motuenda sunt, vehementer. audaci vero contrariū, horribilia ani
mosa videntur, & quæ vehementer, leuiter. viro autē forti vera hor-
B ribilia maxime. Quocirca nec si quis ignoranter pericula sustineat,
fortis est. velut qui fulmen, ex insania ferat illatum, ac si cognoscat
quantum sit periculū, ex iræ impetu agat. quemadmodum si Celtæ,
sumptis armis, occurrant fluctibus, cuiusmodi furiosa fortitudo pror
sus Barbarorū est. Nonnulli vero ob alias voluptates pericula susti-
nent. nam & ira voluptatem habet quandam, cum spe nempe vltio-
nis sumendę. Verum nec si ob eiusmodi, nec ob alias voluptates, ma-
lorum ue grauiorem fugam mortem obeat, vere fortis quispiam pro
pterea merito dicatur. Nam si mori iucundum sit, sæpe per intempe-
rantiam morerentur lasciui. quemadmodum & hodie, cùm ipsa qui-
dem morte minime, sed inferentibus eā suauibus existentibus fit, vt
quidam per incontinentiam certum sibi concilient interitum. Nos
ignari etiam certam mortem propositam, quo ex genere nullus for-
tis videatur. Neq; si quis dolorem fugiens, (quod solent multi) mor-
tem accersat, fortis fuerit. Quemadmodū enim Agathon inquit, pra-
ui homines qui doloribus victi, mortem eligunt, veluti Chironem
C fabulæ perhibent, ob dolorem vlceris mortem optasse, licet immor-
talem. Non procul ab his distant qui ex peritia pericula sustinent. id
quod pleriq; solent militantes. Id nanq; cōtrariū Socratis sententię,
opinantis scientiam fortitudinem esse. neq; enim quia mouerint hor
ribilia, qui super mucronibus iaculorum ingredi dicerunt, id anii
sunt, sed quia præsidia contra læsionē explorata habent. Neq; .n. qui
audacius pugnant, idcirco fortes sunt: quemadmodum nec robur, nec
diuitiæ iuxta Theognim, fortitudinem gignunt. Vir enim, vt inquit,
paupertate domatur omnis. Manifesta nanque quidam sustinent pe-
ricula, eo quod discrimen nullum futurum nouerunt, cū paratum sit præ
sidium. argumento est, quod malis iam reuera imminentibus, retroce-
dunt. Inter omnes igitur parteis ea videtur virtuti proxima, quæ ex
verecundia nascitur fortitudo. Quemadmodū & Homerus Hectorē

scribit, periculum obiisse verecundia impulsi.m. Hectorẽ verecun- D
cœpit: primus nãq; Pulydamas me reprehẽdet.atq; ita est ...
ximus ciuilem. Cæterũ vera neq; hæc est, neq; alia ex ...
rori similis est ferarũ, quę impetu feruntur.neq;.n.vel ob ...
vel ex ira, vel q nõ morituros se arbitrentur, aut q facult...
seruatiuis instructi sint, sustinere horribilia opinor.rã ita ...
ribile esse iudicarint. Et qm virtus omnis electiua est, ...
ximus, q omnia gratia alicuius, eius nempe quod honestũ est, ...
instinctu eligatur, patet fortitudinẽ, quia virtus est, horribilia ...
alicuius sustinenda docere.neq; ex ignorantia, vt quæ iudicij ...
neq; voluptatem, sed ob solã honestatem. quoniã si non sit honestũ,
sed furiosum, quia turpe, id nequaquam sustinet. Circa quæ igitur ver-
setur fortitudinis mediocritas, & quorum sit, & propter quid, & hor-
ribili quam vim habent, satis in præsentia rum explicatum videtur.

De temperantia, & eius extremis. *Cap. IIII.*

E



Orro de temperantia, & intemperantia deinceps disse-
rere conabimur. Intemperans autem multifariam di-
citur, interdum enim quando non est castigatum ne-
emendatum, quemadmodum incastratum dicimus q
castratus non sit, quorũ castrari nonnulla possunt, alia
no possunt. (dicimus.n incastratũ, & qd' castrari non possit, & quod
cũ possit, non sit tñ castratũ) sic & intemperans dicitur, vel q tẽperie
castigationéq; natura non admittat, vel quod admittat quidem, sed
nunquam sit castigatum. veluti puer in iis peccatis quæ recte mode-
ratur temperans. iuxta eam enim intemperiẽ homines intemperan-
tes dicuntur. Rursum & id intemperans dicitur, q vel ægre, vel non
omnino castigatione vlla emendari queat. Multifariam aut cum di-
tus intemperantia, patet circa voluptates quasdam:tũ q ex dispositio-
ne circa eas varia, & a se inuicem, & ab aliis homines differant, pri-
us autem descripsimus quo pacto intemperantiam appellatione tran- F
sferamus. nam eos qui nullo sensu erga eas commouentur, insensatos
alii, nonnulli aliud nomen imponunt. Verum non est nota hæc af-
fectio neq; vulgaris, eo q magis in alteram partem peccetur, & q con
genitus sit omnibus iucundorum eiusmodi sensus & delinitio. Huius
modi autem sunt, quos Comici inducunt agrestes homines, cui nec
moderata quidem necessariaq; vlla suauitate miscent. Et qui tempe-
rans circa voluptates versatur, necessium est etiam cupiditates quas-
dam illi propositas esse. Itaq; quæ sint ista explicare oportet. neq;.n.
circa omnes capiditates, omniaq; suauia versatur temperans, sed opi-
nione quidem circa sensibilia duo, gustabile scilicet, & tangibile,
reuera autem circa tangibilia tamen. Nam circa visionis voluptatẽ,
quæ citra veneris cupiditatem pulchrorum, aut dolorem, qui turpi-

A um aspectu nascitur, aut eam quæ ex auditione suauiter consonantium, aut secus, aut quæ olfactu fragrantium aut fœtidorum prouenit, nō versatur téperans. neq; .n. vel patiendo, vel non patiendo dicitur intéperans. Siue igitur quis aut pulchrā statuā, aut equū, aut hominé cernat, vel suauiter audiat canenté, nec bibere nec edere, nec venerí indulgere velit, sed pulchra quidé videre, & canenté audire, is intéperans minime videatur quemadmodū nec Syrenū cantibus delini ti. sed circa duo hæc sensibilia versantur, quæ & reliquorū animantiū sensibus incurrentia, doloré, voluptatem efficient: ea scilicet quę gustu tactu ue sentiūtur. Cęterū quę reliquis sensibus suauia existūt, nullū ferè illis sensum mouent, vt circa proportionū pulchritudinis contuitioné nihil magnopere moueri videntur. sed & nec ausculationibus sonorū riteq; consonantiū, neq; suaue aut grauiter olētibus: licet omnes sensus acutius pcellant. Sed & odoribus ii gaudét maxime qui per accidens, non per sese oblectant. Dico autem per se, quibus
B gaudemus nec sperantes, nec recordantes aliud, velut cibi aut potus. nam ob aliā, hoc est edendi bibendiq; voluptatem iis gaudemus. per se vero, vt est lucorum & florum. Quocirca scite. Stratonicus dixit, illa quidem pulchre, hæc vero suauiter fragrare. Et quia gustabile aliquod, non omné voluptatem feræ attingunt, nec quantum extremo linguæ apice, sed quantū toto gutture sentiunt, quapropter gulones non optant linguam longam, sed quemadmodum Philoxenus ex Hyride, vulturis guttur. Itaq; circa tangibilia, vt simpliciter dica, intemperantia est constituenda, circa ea, quæ etiam intéperās versatur. nā vinolentia, edacitas, luxuria, crapula, etiā omnia eiusmodi circa sensus prędictos sunt: quas in parteis intemperantia diuiditur. Verū qui usum, auditioné, olfactuq; excedit, non dicitur intemperans. citraque ignominiam tales errores vituperamus, & prorsus circa quæ non dicuntur continentes. incontinentes vero nec temperantes sunt, nec intemperantes. In sensatus igitur, aut quocunq; alio nomi
C ne appellare conueniat, qui in omnibus deficiat, quibus solent plerūq; oēs participare, atq; lætari. Verum qui excedit, intemperans est. oēs enim his & natura gaudent. & aliquo etiam modo concupiscunt, nec tamen sunt, vel dicūtur intemperantes. etenim consecuti, excedunt magis quam oportet, gaudendo: nō consecuti magis quam oportet dolendo. Sed nec dolore etiam vacantes dicuntur. non enim deficiunt gaudendo dolendo ue, sed magis excedunt. Quia igitur circa hæc est excessus defectusq;, manifestum ꝙ & mediocritas qui habitus optimus est, & vtrisq; contrarius. Itaq; téperantia habitus præstātissimus. circa quæ intéperans versatur, quæ in dictis iucūdis sensibilibus tenēs mediū, insensilitatis intéperantiæq; mediocritas existit. Excessus vero intemperantia est. Defectus aūt nomine caret, aut supra positas appellationes sortitur. Accuratius vero deinceps de iucūdorū genere pertractabitur, vbi de continentia incótinétiaq; agemus.

De mansuetudine, & eius extremis. Cap. V. D



Odem pacto de mansuetudine, rigiditateq́, sentiendum est. Nam & mansuetum qualem quendam esse erga dolorem ex ira profectum cernimus. Supra enim mansuetundo, rigido & agresti (omnia enim hęc sunt dispositionis eiusdem) seruilem, & insensatum opposuimus: eo q ita vocentur, quotquot non moueantur ad iram quibus oporteat: sed lacessiti faciles humilesq́; sese præbeant ad contemptum. opposita enim sibi inuicem sunt, celeriter & ægre, leniter & vehementer, & dolor quem iram dicimus longo tempore durans, ei qui breui. Quoniam vero quemadmodū & in aliis hic quoq; excessus defectusq́; repetitur: Rigidus enim est eiusmodi, qui citius magis, longioreq́; tempore, tamen nec quando, nec quibus oportet, ac in multis afficitur. Seruilis autem contrarius quispiam est: Medius autem inter inæqualitatem consistit: quia vterq; habitus vitiosus est, patet medium horum æquanimitatem esse. neque enim præcurrit, aut excedit: neq; quibus non oportet irascitur, nec quibus oportet non irascitur. Quocirca cū & mansuetudo circa easdē affectiones versetur habitus optimus, erit & mansuetudo mediocritas quædam, & mansuetus inter rigidū ferulemq́; medius. E

De libertate, & eius extremis. Cap. VI.



Vnt porrò & magnanimitas, & magnificentia, & liberalitas mediocritates. Liberalitas enim circa acquisitionem amissionemq́; facultatum versatur: Nam qui omni acquisitione gaudet omneq́; amissione dolet vtrunque magis quàm oportet, illiberalis est. qui verunque minus quā oporteat, prodigus. qui vero vt oportet vtrunque, liberalis. vt oportet hic, velut in aliis etiam expono, quemadmodum recta ratio dictat. Et quia illi quidem in excessu defectuq; sunt: nam vbi extrema sunt, isthic & mediū, quod præstantissimum est in quaque specie, & vnum: necessum & liberalitate inter prodigalitatem, illiberalitatemq́; circa facultatum acquisitionem, & amissionem mediam consistere. Bifariam autem facultates quæstuariamq; vocamus: alia enim per se est facultatum possessio, velut calcei & vestis: alia vero per accidens: nec tamen ita, vt si quis lance calcei vice vtatur, sed velut emptio, conductioq; mercenaria. emuntur enim & calcei. Pecuniæ autem cupidus præ quæstu accidentario circa numismatum possessionem occupatur: illiberalis vero, & prodigus circa accidentarium lucrandi modum; nam ille quidem in acquisitione naturali augmentum quærit: prodigus vero in necessariis deficit: liberalis autem ex abundanti copia largitur. Species vero harum differre di- F

cantur, eo quod magis & minus circa particulas ostendunt: vt illiberalis, parcus, sordidus, turpis lucri cupidius. Parcus enim, eo quòd nō erogat, dicitur. Turpis autem lucri cupidus, quod omnia corrodat. Sordidus, qui vehementes in exiguis obnititur. Deceptor vero depilatorque, qui iniustus ex illiberalitate est. Ita contra prodigorum hic quidem cautus est, qui inordinate consumit: ille vero incōsideratus, qui in eo quem ferre dictat ratio, durare dolore non potest.

De magnanimitate, & eius extremis. Cap. VII.



E magnanimitate autem, ex iis quæ de magnanimis dicta sunt, determinare oportet: eo quod vt in aliis iuxta affinitatem & similitudinem quoad latent progredi conuenit. Ita & de magnanimitate tractantibus idem vsu venit. Quocirca nōnunquā cōtrarii eadē affectant. quē B admodū prodigus & liberalis, perfractus & grauis, audax & fortis. circa eadē enim versantur, & cognati sunt aliquousq;. nam & audax & fortis pericula sustinet, sed hic quidem sic, ille vero aliter, quæ plurimū inter se distant. Dicimus aūt magnanimū iuxta nominis appellationē, velut vi & magnitudine animi instructū. itaq; & graui & magnifico similis videatur: quandoquidē omnes virtutes quodamodo sequitur. nam recto iudicio de rebus maximis pariter & infimis bonis pollere laudabile est. Videntur autem ea magna esse, quæ optimo habitu instructus prosequitur, circa eiusmodi scilicet iucunda. Magnanimitas vero est præstantissima. iudicare autem in vnoquoq; maius & minus recte iuxta sapientis virtutisq; præscriptū. vnde vel ipsa omnes virtutes, vel ipsam oēs consequuntur. Praeterea contēptiuus dicitur magnanimus. Singulæ vero virtutes rerū præter rationem magnarum sunt contēptrices, vt fortitudo periculorum: id enim magnū inter turpia deputat, & neque multitudinem omnem iudicat formi-C dandam. & intemperans voluptates. liberalis opes multas magnasq; spernit: id quod magnanimi esse videtur, eo quod in paucis occupetur. at hæc magna sunt, eo quod nec cuiuslibet iudiciū spectat. Magis quippe magnanimus spectat quid vni sapienti probetur, quàm multitudini, vt vulgo. Quemadmodū ad Agathonem dixit Antiphon, maligne defensionem laudantem. neglectus .n. propria maxime affectio magnanimi. Porrò nec vitæ, nec opū, quibus studere magnopere videntur homines, curā gerit, sed tn̄ honoris. itaq; & dolet ignominia affectus, & indigni subiectus imperio: gaudet aūt principatum assecutus. vnde contraria videntur. nam circa honores occupari, & quæ vulgus sentiat de se contemnere, nō sunt consentanea. quocirca accuratius hæc discutere oportet. Nam honor exiguus & magnus bifariā capiuntur. autem enim à multis is & vulgaribus, aut ab illustribus ille contingit, qui tursus pro re, in qua euenit, differt. magnus.n. nō fe-

lum honorantiũ multitudine aut qualitate, aut preci æstimatur, se
veritate. vnde & principatus & reliqua præclara, & studio digna bo- D
na censentur, quæ reuera eximia existunt. Quocirca iustitia virtu
magnitudine caret, qua & amplificare & ius reddere videtur in virtu-
bus fuerit. sed .n. & inter cæteras virtutes magnanimitas enitet, qui-
re peculiari vocabulo hac præditur magnanimus appellatur. Quo-
niam vero bona alia honorabilia sunt, alia vero ut supra determina-
uimus: ex quibus alia ex vero eximia, alia parua sunt: quibus non-
nulli cum digni sint, seipsos dignos etiam arbitrantur, in iisdem so-
let elucere magnanimus. Quadrifariam vero hæc discernuntur.
Nam & dignum esse iis, & sese dignum iis iudicare contingit. Inter-
dum vero & mediocribus dignum iis quoq; se dignum iudicare. No-
nunquam vero econuerso vtralibet hęc ad se inuicem componun-
tur. nam cum exiguis aliquis dignus, magnis atq; honorabilibus se
dignum arbitratur, alius maximis dignus, paruis se dignum existi-
mat, prior quidẽ hic est exiguis dignus, magnaq; affectans, vitupera- E
tionem meretur. dedecens enim id est, ac minime honestum, præter
dignitatem quippiam consequi. verum & is vituperandus, qui præsen-
ti honore dignus, cum tamen auersetur. restat, iam vtrique horum
contrarius, qui cum rebus magnis dignus sit, seipsum etiam dignum
arbitretur. hic laudabilis & inter hos medius est. Et quia circa hono-
ris electionem fruitionemque circa honorabilia reliqua bona dispo-
sitio est præstantissima magnanimitas, & quemadmodum ostendi-
mus non circa vtilia occupatur, ac ipsa mediocritas cum primis lau-
dabilis, manifestum etiam magnanimitatem esse quandam mediocri-
tatem. Et contrariorum autem, hoc quod diximus indignum, ma-
ximis sese dignum arbitrantem, lentitudo. tales quippe lentos dici-
mus, qui magna venditant, cùm non insint. Verum vbi dignus ma-
gnis, se indignum censet, pusillanimitas appellatur, pusillanimis
enim est, qui præclara meritus, iis sese indignum iudicarit. Itaq; ma-
gnanimitatem necessum est mediocritatem esse, inter pusillanimita- F
tem & lentitudinem. Porro quartus ex his, neque omnino vitupe
ratione dignus, neque magnanimus. in nulla re magni quippiam co
secutus. neque enim vel dignus existit, vel ita de se ipso censet, qua-
propter non est contrarius. Nam etsi planè contraria inter se videan-
tur, magnis dignum magna, & paruis dignum exigua deberi sibi ar-
bitrari. contraria tamen non sunt, eo quòd hic reprehensione care-
at. quandoquidem ex rationis instructu agit, & eadem quæ magna-
nimus naturæ conditione. Cùm vterque quibus dignus est, sese di-
gnum arbitratur, magnanimum ex iis, quibus dignus est sese dignũ
censebit. pusillanimis uero cùm magna insint ei bona honorabilia,
si eis se indignum iudicat, quid faceret, si paruis dignus esset, aut igi-
tur magnis se dignum iudicans, lentus, aut pauciorum. quocirca
nemo pusillanimen dixerit, qui inquilinus tantum, se non imperio
dignum

A dignum censeat, seq; subiiciat, verum qui honesto loco natus sit, imperiumque rem magnam iudicarit.

De magnifico, & eius extremis. Cap. VIII.



Agnificus aũt non ex qualibet opera tione, electione ue, dicitur, sed ex sumptibus: nisi forte per translationẽ ita vocetur. absque sumptu aũt magnificentia non est. nam πρέπον, idest decens, in ornatu: ornatus vero nõ in quibuslibet, sed in necessariorum excessu consistit. Verum qui in magno sumptu decentem magnitudinem eligit, eamque mediocritatem cum eiusmodi voluptate expetit, magnificus est. qui vero amplius quam par sit, & præter modum, is nomine caret: tametsi quandam affinitatem inter sese habent, quos vocant ineptos & prodigos. Nam qui opulentus dilecti hominis nuptiis sumptus suppeditat, eum apparatum se decere arbitratur. Qui frugales
B paucaque desiderantes excipienti cõueniat, paruificus. Verum qui nuptiali apparatu eos excipiat, nec ob gloriam, neque pro authoritate peculiari aliqua, prodigo similis videtur. Verum qui pro dignitate iuxtaque rationem id facit, magnificus est. decorum.n. iuxta dignitatem est, quandoquidem nihil præter dignitatem decet. decorum autem esse oportet. etenim decentis est agere iuxta dignitatẽ, & quod deceat, & circa quid deceat. aliud n. decorum est circa familiaris, aliud circa amati nuptias. atque ipsi etiam in tantum aut eiusmodi: vt spectaculum, Cimonem non Themistoclem, q humiliore fortuna hactenus esset, decere aiebat. ille vero, cui qualiscunque sit dignitas perinde est, nullus est horum. De liberalitate vero similiter se habeat. nam liberalis aliquis est, quando libet,

De indignatione, uerecundia, amicitia, grauitate, ueracitate,
C *urbanitate*, Cap. IX.



T fere etiam sic cætera circa mores, vel laudabilia vel vituperabilia. nam alia excessus, alia defectus, alia vero mediocritates sunt passiuæ, quemadmodum inuidus & alienis malis gaudens. iuxta hos.n. habitus dicitur, inuidus quidem angi, dignorum successu: hic vero in eadem passione nomine carere, sed ei affectioni obnoxius, notus est, gaudendo indignorum vel casibus vel successibus, item & dignorũ lætando. Medius vero inter hos est indignabundus, & quod veteres νέμεσιν vocant, a dolendo, ob indignorum successum. quapropter & Nemesin Deam esse arbitrantur. Verecũdia mediocritas est inter impudentiam & stuporem. Nam qui nullam de se existimationẽ morantur, impudens. qui oẽs, stupidus. qui vero appatentes quasdam mo-

deste, verecundus. Amicitia vero medium inter inimicitiam & adulationē. Nā qui oībus pro cupiditate sua iucunde congreditur, adulator est. qui vero voluptatem oēm vitat, odiosus. verū qui nec ... a ... su obseruat, amicus est. Grauitas vero mediocritas est inter congressu ... maciam & placendi studium. Nā qui nihil in cōuictu alteri largitur sed contēnit, contumax. qui vero oīa omnibusq; se subiicit placendi studiosus est. qui vero alia quidem largitur, alia nō, grauis ap... latur. Verus aūt & simplex, quē rigidum vocant, inter dissimulatorē & iactabūdum medius est. Nam qui sua deteriora mētitur quā sunt, idq; non ignorās, dissimulator. qui vero maiora prædicat, iactabundus est. verum qui vt habeat exponit, verus, & iuxta Homerū sapiēs appellatur. & in vniuersum, hic quidem veri, ille falsi amator est. Porro vrbanitas mediocritas est: & vrbanus inter rusticum & scurram medius. Quemadmodū.n. circa alimentū, vorax & * tertius differū, ꝙ ille nihil aut pauca aut ægre admittat, hic vero facile oīa, sic rusticus habet ad importunū aut scurrā. nam ille ridiculū nihil aut ægre admittit, hic vero oīa et prōpte & suauiter. Verum neutrū ita decet, sed quædam admittenda ioca, quædā non, idq; iuxta rationē: quod facit vrbanus. Demonstratio aūt eadem. quandoquidem & eiusmodi est vrbanitas, & non quem transferentes dicimus, æquissimus habitus, & mediocritas laudabilis: extrema vero vituperabilia sunt. Duplex autem vrbanitas est. alia enim quæ ridiculis gaudet, iocisq; etiam in ipsum scommate iactis: alia quæ iocos lususq; perexhibere aliis pōt. Diuersæ quidem a seinuicem, sed mediocritates ambæ. nā qui & exhibere iocū aliis pōt, quo afficiatur syncere iudicans, & qui in se dictū ferre ridiculū, inter importunum & frigidū medius est. Quæ determinatio melior est, quā si illuso, quocunq; affecto, molestum esse qđ dicitur asseratur. quippe ꝙ magis placere, ea moderatione prędito cōueniat, hic.n. recte iudicat. Cæterum omnes hę mediocritates etsi laudabiles sunt, non tamen virtutes dici debent, neq; earum contraria, vitia: quippe ꝙ hæc omnia ex affectionum diuisione, carere electione constat. vnaquæque enim harum affectio quædam est, & quia naturalis est, ad naturales etiam virtutes refertur. naturales enim quodammodo virtutes hæ sunt, vt ex sequentibus patebit, cum prudentia. vnde & inuidia, iniustitię (nam ad alium spectant actiones ab ipsa profectæ) & indignatio iustitiæ, verecundia modestiæ adcensentur. quocirca & eo in genere modestiam definiunt. verus autem & vanus eiusmodi vt ille sapiens, hic stultus sit, verum medium magis extremis contrarium est, quam ipsa sibi, eo ꝙ illud cum neutro iungatur, & fit, hæc vero frequenter. suntque nonnunquā timido audaces, ac partim prodigi, partim illiberales, & prorsus vitiose inæquales. Nam cum recte inequales sunt, medii existunt. medio nanque extrema aliquo modo insunt. verum cōtrario-

*σπχίσ.

A tertes non videtur extremis similiter iuxta mediū ambæ inesse. inter dum enim iuxta defectū, aliquando iuxta excessum insunt: quorum causa sunt duo illa supra cōmemorata. paucitas erga iucunda insen sitorum, & quod contrarium magis esse videtur, in quo magis peccatur. tertium vero, q rarius, minus contrariū videtur: vt audacia ad fortitudiné, & prodigalitas ad liberalitatem. De reliquis igitur virtutibus laudabilibus fere dictum est: itaque de iustitia deinceps dicendum erit.

Pro Quarto, Quinto, & Sexto sequentibus libris, lege Quintum, Sextum, ac Septimum Nicomachiorum. huc enim ex eo loco translati fuere, nullo penitus mutato uerbo: ut in Græcis exemplaribus uidere licet.

ARISTOTELIS
MORALIVM EVDEMIORVM
LIBER SEPTIMVS.

SVMMA LIBRI.

De amicitia, ac eius speciebus. De amicis: ac multis, quę circa hęc sunt consyderanda. De beneuolentia, concordia, ac probitate.

De amicitia, ubi dubitatur, an sit in similibus uel in contrariis. *Cap. I.*



G De amicitia, quid sit, & quale sit, quis item amicus: ac vtrū simpliciter tātum dicatur amicitia, an multifariam, & si multifariam, quot nam modis: insuper quo pacto sit amico vtendum, quid ne iustum amicum, nihilominus excutienda nobis sunt, quā ea quę de moribus circa honesta eligibiliaq; tra duntur. Nam inter ciuilia officia vel potissimum est, amicitias inter se hominū mutuas conciliare. Eamq; ob causam virtutem vtilem existere dicimus, q amici esse nequeunt, qui mutuis inter se iniuriis conflictantur. Præterea iustum iniustumque maxime circa amicos versari omnes confitemur. Et sine videtur vir bonus etiam amicus esse, ac amicitia moralis quidam habitus: vt si iniuriā quis cauere instituta, homines inuicē red dat amicos, eo q veri amici nunquā mutuo, quemadmodū & iusti, in ferant iniuriā. quocirca aut idē prorsus, aut cognata inter sese ami-

citia iustitiaq; existunt. Præterea inter bona præstantissima reputa-
mus paratum esse amicum: & malum grauissimum solitudinem, ami- D
corumque carentiam interpretamur: quòd omnis vita, spontaneaq;
hominum conuersatio his constet, quæ cum familiaribus aut cogna
tis, aut aliis nobiscum degentis vel liberis vel parentibus vel vxore
transigitur. Et propria quidem iusta, quæ ad amicos spectant, solum
ad nos pertinent. verum quę lege constituta, nō equidē nos, sed alios
respiciunt. Verum multa ambigi circa amicitiam solent. Primū qui-
dem ꝙ foris assumitur, vt plerum que dicitur. Videtur enim nonnul
lis simile simili amicū esse: vnde natum est qđ fertur, Deus similē sem
per adducit ad similē. etenim graculus ad graculū, & fur furē cogno
scit, & lupus lupum. Sed & physiologi vniuersam naturam rerum de
scribentes, principium hoc constituunt, similia ad similia contendere
Quocirca & Empedocles canem femellam fictili incumbere aiebat,
ob similitudinem, quam cum eo plurimam haberet. Atque hi quidē
ad hūc modum amicum definiunt. Alii vero contrarium contrario
amicum asserunt. amabilia enim desiderabiliaque omnibus amica E
sunt: & siccum humida, non sicca appetit. vnde & terra pluuiam opta
re dicitur, & rerum omnium mutationem gratam esse: ea vero in cō
trarium fit. Et simile simili inimicū, & figulus (quod dicitur) odit fi
gulum. Insuper & animantia quibus ex eodem victus suppetit, ho-
stilia inuicem sunt. Opiniones igitur hæ tantum distant ab iis, quæ si
mile amicum, & contrarium inimicum censent. Minus certe semper
ei quod plus est, hostile existit. inimicitiamque dies exorditur. Præte
rea & loca inter se dissita, contrariorum sunt: amicitia enim contra-
here videtur. Alii vero contraria amica putant, & Heraclitus incre
pat poetā dicentē, ꝙ lis inter Deos & homines pereat. Neq;.n. har-
moniā consistere inquit, citra acutum & grauem sonum: neque aialia
absq; mare & fœmina duobus contrariis, quæ duæ opiniones de ami
citia sunt in vniuersum plurimū discrepātes. Verū alię magis cogna-
tæ sunt, & proprię apparentiū. aliis.n. inter prauos amicitiam consta F
re non posse, sed inter bonos tantū. aliis contra, absurdum videtur, si
mater liberos non amare asseratur, cum & inter bruta amicitia inter
cedat tanta, vt ēt pro sobole sua mori non recusent. Alii tantū vtile
amicum arbitrantur. argumento illis est, ꝙ oēs id prosequuntur, inu
tilia vero abiiciunt. Vnde Socrates senex ille saliuam proiiciens, &
capillos vnguesq; pręscindens, particulas se inutiles oēs abiicere di-
cebat, & postremo ēt corpus ipsum cū mortuū fuerit, & ꝙ nullis por
ro vsibus accommodari queat. verū vbi vsui est, velut in Aegypto, re
seruant. quæ oīa contraria inter se maxime videntur. nam inutile si-
mili, & cōtrarietas similitudini, ac cōtrariū inutilissimū cōtrario suo
maxime repugnat. quippe ꝙ contrarii sit contrariū corruptiuum. In
super videtur aliis quidem facile amicos comparare, aliis vero raris
simū hunc cognoscere, quoniā citra successum nō contingit. Cū feli

A cibus amicitiam omnes captant. verum alii,ne in iisdem quidem infortuniis persistentibus,credendũ iudicant.quippe qui fallacia quadam,fictaque cum calamitosis conuersatione,bonorum amicitiæ sese insinuẽt. Sed adducendus ẽt postremus,qui & opiniones de his rectissime exponit & dubitationes contrarietatesq; soluit. quod fit,dũ apposite explicantur,quæ videntur contraria. eiusmodi enim ratio maxime apparẽtibus cõsonat. Contingit aũt oppositiones manere, quãdo quod dictum est,verum sumptum fuerit: interdum vero secus.

Quale sit id,quod ametur, iucundum,an bonum. Cap. II.



Dubitationem autem habet,vtrum iucundum,an bonum id sit,quod ametur. Nam si id maxime concupiscimus, erit eiusmodi potissimum amor. Neq;.n.amator dicitur,qui non amet semper. Et cupiditas semper ad iucunda fertur.nam & iucundum,quod volumus bonum
B amamus: verum aliud est iucundum ac bonum:de quibus & aliis cognatis determinare conabimur, his pincipiis constitutis. Quę cupiditate aut voluntate appetuntur, aut bona sunt,aut apparentia bona. Quapropter & iucundum concupiscibile est, quia apparens bonum: quippe quòd aliis bonũ iudicetur,aliis appareat tantum, etiã si non iudicetur.neq; enim in eadem animæ parte sunt,phantasia.Patet igitur amicum & bonum & iucundum esse: quo determinato,altera iam suppositio præmittenda. Bonorum enim alia simpliciter bona sunt;alia alicui non simpliciter,atque eadem simpliciter & bona, simpliciterq; iucunda. Nam quæ sano corpori conducunt, simpliciter corpori bona: quæ vero laboranti tantum,non simpliciter appellamus, velut sunt medicamenta ,& sectiones. Similiter & iucunda simpliciter vocamus,quę integrum sanumq; corpus oblectant: vt in
C clara luce,non in tenebris cernere:verum laboranti ex oculis contrarium. & vinum iucundius esse iudicatur, non linguæ ex vinolentia corruptæ, quæ ne infusum quidem acetum discernat, sed sensui syncero. Similiter & in iis quæ animam spectant,non quæ pueris aut bestiis,sed cordatis probantur. vtrorumque igitur memores, hæc eligimus. Et quẽmadmodum pueri ac bestiæ habent ad cordatum,sic prauus stolidusq; ad moderatum & sapientem:iis vero iucũda sunt,quæ iuxta habitus incidunt, quæ sunt bona & honesta.

De tribus amicitiæ speciebus:& quæ ipsarum proprie sit amicitia. Cap. III.

Quia vero bona multifariam dicuntur, aliud enim quia tale sit, aliud quia vtile ac frugiferum:sic & iucundum;aliud simplici-

ter ac bonū simpliciter, aliud vero quod al cui videtur bonum, quēm
admodum in inanimaris: contingit ob singula hæc aliquid nos eli- D
gere & amare: vt & hominem. alium.n. q virtute prædıtus, alium
quia bonus & frugiferus, alium quia iucundus ob voluptatem. Ami
cus aūt fit, quando amatus redemat: neq; id ignoratur ab ipsis. Quo
circa necessum tres amicitiæ species esse: neq; vt vnius generis species, neq; oīno æquiuoce dicātur. ad vnā.n.
quandam primāq; referuntur: quemadmodum medicinale etenim
animam medicinalē, & corpus, atq; insuper ēt instrumentū & opus
dicimus: sed proprie primū, per quod ratio eius nobis inest. velut in
strumentum medicinale, quo medicus vtitur, nec tamē instrumēti ra
tio medici rōni inest. quocirca in oībus primum illud quæritur. Et
quia primū vniuersale est, vniuersaliter ēt capitur qd fallit. ita; &
de amicitia non possunt oīa apparentia reddere. Ratione.n. vna mi-
nus cōgruente non arbitrantur cæteras amicitias esse. aliæ vero sunt
quidē, sed non similiter: aliæ vero, cū prima non conuenit, vt vniuer E
salis, siquidē prima fuerit, neq; alias esse amicitias inquiunt. Verū vt
modo dictum est, multæ amicitæ species sunt: quoniam tripliciter
dici amicitiā determinauimus, cū alia ob virtutē, alia ob vtilitatē, alia
ob iucūditatē oriri dicatur. Et sane quæ cōmodorum gratia nata est,
plerūque est amicitia qui se inuicem, quia vtiles diligere solent.

γλαῦξ' ἐπιχωρὶς ἀνὴρ τόνοῖν φιλὸν ἰσκεμάχηται.

Et nondum Athenienses cognouerunt Megarense. Quæ vero ob vo
luptatem contrahitur, iuuenum est mutatis enim pro ætate moribus,
etiam iucunditatem mutant. Quæ vero a virtute proficiscitur, optimo
rum. vnde manifestum est primam amicitiam, bonorum esse mutuū
erga se inuicem amorem, mutuāq; electionem. Amicum enim est
amatum amāti amicus que item redamans amato. Ea igitur sola in-
ter homines est, quippe qui soli electionem sentiūt. cæteræ autem ēt
feris inter se sunt, vbi ēt aliqua mediocris elucet vtilitas. Atq; ita ēt
cicura hominī, & alia aliis amica sunt: quemadmodum regulus auis F
crocodilo, Herodoto restetet quemadmodū Vates de consessibus tran
sitionibusq; loquuntur. Et mali malos, cum ob vtilitatem, tum ob iu
cunditatē amant neq; tamen amicos fatētur, cum primæ sint exper
tes: quippe q prauus iniuriam praue inferat, quod amicitiæ legibus
repugnat. Alii iidem amant citra amicitiam primam, quos tamen
reliquas colere nihil vetat. ob voluptatem .n. incontinentes seipsos
suspectos habent, nec ab iniuria mutua abstinent. Quocirca nec ob
voluptatem se mutuo amantes, dici amici debent: quando accurate
disquirentibus plane primam non esse constet. illa enim firma est
amicitia, hæc vero prout hactenus diximus; non illa quidem, sed ab
illa profecta. Quapropter vt illo tātum pacto amicus esse asseratur
cogere, est apparentia absurdaq; dicere. nam iuxta rationem cōmu-
nem quandam affirmare omnes amicitias licet. Superest igitur, vt

prima tantum amicitia vocetur: interdum vero etiam omnes: neq; et aequiuoce, neq; ad seipsas quomodocunq; habentes, neq; iuxta vnam speciem, sed potius ad vnum aliquod relatas.

De amicorum diuersitate: & qui proprie sint dicendi amici. *Cap. IIII.*



T quia simpliciter bonum iucūdumq; idem & simul est, nisi quid obstet: & primus verus, & simpliciter amicus (nam talis propter seipsum eligibilis, idq; necessario. quemadmodum enim propter se bona quispiam appetit, sic & ipsum talem eligi oportet) verus autem amicus etiam iucūdus est simpliciter: videtur igitur quomodocunq; amicus iucundus esse. Verum magis de his determinandum, vtrū quod ipsi, an quod simpliciter bonum amicum sit, & vtrum actu amare cum voluptate, vnde & amabile iucūdum, an non. haec enim ad idē reducenda sunt & quod non ipsi bonum fuerit, nō etiam ad ipsum pertinet. Atque hoc ipsum est quod quaeritur, sic esse bona, quae simpliciter bona sunt. eligibile enim est simpliciter bonum: ipsi vero, quod ipsi bonum: quę conuenire oportet. Et virtus vna talem efficit. & ciuilis facultas etiā, quibus hęc nō insunt, ingignit, modo iam ante accommodatus & homo existat. naturaliter enim ei bona sunt, quae simpliciter bona. Similiter et vir pro foemina, & stupidus pro pręditoindole. ob dulce vero, necesse est quę pulchra sunt, sint & dulcia. vbi vero dissonant haec, iam nō prorsus bonū. nam intēperātia interuenire pōt. Cum.n. honestum iucundūq; disconueniunt, in affectionibus intēperantia est. Quia cum prima amicitia est sc̄dm virtutem, erunt & ipsi simpliciter boni: nō quia vtiles, sed alio quopiā modo: quādoquidem bifariā, hinc & simpliciter bonum capitur. & similiter quēadmodū in conducibili & habitibus, vbi aliud est simpliciter conducibile, et honestū, velut se exercitatio ad medicationē habet: Itaq; & habitus hoīs virtus. Sic igitur homo ex rebus natura praestantibus. nā virtus natura praestantis simpliciter, alterius vero alicuius nequaquam, sed huic bonū dicitur. Eadē quoq; ratio dulcis est. Hinc igitur vestigandū, vtrum absq; voluntate sit amicitia, quid ue differat, & in vero amare cōsistat: & vtrū bonus esse ēt non iucūdus queat, sed non propter idipsum eū. Amor igitur cum dicatur bifariā, vtrū quī actu est, eo q bonum iudicat, nō absq; voluptate esse apparet. patet aūtquēadmodū in scientia rerū cognatae contēplationes disciplinaeq; specie sua facile intelliguntur, ita ēt familiarium recognitiones expeditae fiunt. cuius rei ratio eadem in vtrisq; est. Natura igitur simpliciter bonū, & simpliciter iucundum: & quibus bonum, iisdem ēt iucūdū est. Quapropter similia similibus mox gaudēt, & homini homo iucūdissimus. Et quia impfecta ea cōditione sunt, etiā absoluta eius-

modi erunt. Est aũt vir bonus perfectus. siquidem ergo amare actu D
mutuæ familiaritatis & notitiæ, electio cum voluptate est, scilicet &
amicitia prorsus simpliciter bonorum & iucundorum, quia bona iu-
cundaq; sunt, mutua electio. Atque ea amicitia habitus, ex quo eiusmodi electio proficiscitur. nam opus eius actus est, qui non extra,
sed in ipso amante consistit, cum potentia extra, vel in alio insit, vel
diuersum saltem existat. Quocirca in amante, non in amato gaudiũ
est. Amari.n. amabilis rei, illud vero etiam amicitiæ actus est, & animati tantum, cum prius etiam inanimmtis cõpetat, quãdo & ea quoque diligũtur. Et quia amare actu est gaudere amato, quatenus amatum, & amicus etiam est, qui amatur vicissim, erit amicus amico non
qua musicus vel medicus. Voluptas igitur ab ipso percepta, qua
amicus, proprie amica voluptas appellatur. ipsum.n. diligit non ob
aliud quidpiam. quã ob rẽ nisi eo quatenus bonus est delectatur, nõ
fuerit amicitia prima. neque rem vllã interuenientẽ obstare decet, vt
bonum ipsum non delectet. itaq; etiã si graueolentia fuerit, aliqua E
obliterare, & mentis industriã amplecti verus amicus solet. Hanc igitur primam amicitiam esse oẽs confitentur: aliæ vero propter hanc, &
aliquo modo videtur, & in controuersiam veniunt. Constantiã enim
quãdem habere amicitia videtur, ac sola ea constans est. nam pronunciatum a grauibus est, constans id esse quod non cito fiat, neq; facile
dissoluatur. cætera iudicio syncero vocant. Perrò nec citra fidem cõsistit amicitia firma: ea vero experimẽtum requirit, vt inquit Theognis. Neque enim viri mulieris ue mentem cognoueris ante periculum, velut de vi mentis sumptum. Eodẽ pacto & tempus requirit amicus. quia etiam amici ante contractam amicitiam cupiunt: qui habitus, velut iam consummata amicitia, latet. nam quia ad mutuam
amicitiam propendent, & sibi inuicem omnia officia præstant, putãtur nõ velle amici, sed re ipsa amici esse. Verũ quemadmodũ in cæteris, ita hic quoque vsu venit. quemadmodum enim sani non sunt statim qui id velint, ita nec amici qui esse volunt. argumẽto est, ꝙ facile tales nondum assumptio experimẽto, ita nec calumnia circũueniãtur. ꝙ experimentum quibus in rebus habent, in his facile se calumniæ non præbent. in quibus autem non habent, persuadeantur, si coniecturas calumniator adhibeat. Simul vero patet, nec inter prauos
amicitiã constare posse: quippe qui iniqui sunt, et nemini sese committũt, ex seipsis alios metientes. Vnde & boni facilius decipiuntur,
nisi ea periclitatione diffidant. Etenim praui natura bona amico præferunt, neq; quisquam amicum magis quã res amat. nam tales amici
non sunt: repugnant.n. legi amicitiæ, amicorum cõmunia omnia asserenti. quandoquidem amicus rebus ipsi preferendus est, non amicis
res. Vnde prima amicitia inter paucos incidit: eo ꝙ difficile sit multorũ capere experimentum: quandoquidẽ non omnibus, queadmodũ
oportebat, posśis conuiuere. Neq; ex æquo de veste & amico delibe-

A rare conuenit. equidem quod inter duo melius extiterit, eliget men tis saltem compos, & quo est vsus olim vt deteriore, non præfert ei quod iudicet melius. In amicitia autẽ non facile pro vetere amico, incognitũ assumet. neq;.n. absque experimento est, neque vnius diei amicus. quapropter in prouerbiũ abiit, salis modius. Simul autem non eo tãtum, q̃ simpliciter bonus quispiam sit, ad amicitiã sufficit, sed vt etiã tibi sit amicus. Bonus enim quisq; dicitur simpliciter, eo q̃ bonus est: amicus aũt, qui alteri bonus. simpliciter autem bonus amicusq;, in quo vtraq; ista concurrũt. Itaque quod simpliciter bonum alteri, hoc quanquam nõ simpliciter bono: alteri vero bonus, eo q̃ vtilis. amare autem vna multos, ipsum hunc amorẽ auertere, impossibile erga plures operari. In his aũt cõstat recte dici, amicitiam constantiũ bonorũ esse, quemadmodum felicitas sufficientiũ. etenim natura, non facultates, firmitatem habet. Verum multo rectius virtutem naturæ esse affirmatur, & tempus amantem indicare, in
B fortuniaq; magis quã successus. In illis enim vere declaratur quod dicitur cõmunia amicorum omnia: quippe qui soli bonis malisque natura, circa infortunia & successus in quibus consistunt, hominẽ pręferunt, vel vt illa sint, alia vero non sint. Successus autem arguit nõ veros amicos, & ad vtilitatẽ tantũ comparatos. Tempus vero vtrosq;. neq; enim vtilius statim amicus est, verũ suauis & iucundus. Sed nec qui statim, suauis simpliciter est: quando perinde vt vino ciboq; partim suauitas, partim vero celeritas percipitur, verum mediocri tẽpore suauitatem voluptatemque amittit, sic etiam hominibus vsu venit. nam quod simpliciter iucundum est, fine temporeque determinari debet. Fateatur autem & vulgus, dulce vocans, non solum quod competerunt, sed veluti cum bibunt, cumque adhuc in manibus poculum est. Non enim id inde dulce est, quia cõpererit aliquis, sed quia non frequenter bibit, ac quia primum decipitur. Prima igitur amicitia, a qua cæteræ nomen trahunt, secundum virtutem est, iuxta
C que eius delectationem, velut dictum est prius. Reliquæ etenim inter pueros, bruta, & prauos contigunt. Vnde prouerbio dicitur, æqualis æqualem deleat, & malus malo iucunde conuiuit. nam & praui nonnunquam se mutuo oblectant, nõ quatenus praui, nec quatenus neutri, sed quatenus vel ambo (exempli gratia) streperi: vel hic quidem streperus, ille vero pa[illegible] tis: quatenusq; bonum aliquod omnes habent, eatenus cõgruunt sibi. Præterea vtiles sibi etiam hos esse contingit, non quidem simplicite, sed institutis. Sic etiam bono viro amicum malum esse contingit, nempe ad institutum aliquod vtilem: vt malus boni viri instituto, quale bonus habet, inseruiat. bonus intẽperanti quidem ad illud quod habet institutũ, malo autẽ ad id quod iuxta naturã existit. Valentq; bona simplicia quidem simpliciter, illi vero ex suppositiõe, nẽpe quatenus aut paupertati aut morbis cõfert, idque bonorũ simplicium causa: queadmodũ & pharmã

cum bibit: non enim bibere vult ipsum, sed huius mali pellendi gra D tia vult. Præterea amici hi esse possunt inuicem, qualiter & ii unt, ut boni non sunt. Iucundus enim esse potest, non quatenus malus, sed quatenus aliquid commune habet: vt si sit musicus. insuper quatenus vnum quiddam est omnibus, quod ferre posis. ideo quidem ad illo quorum apri boni habeantur, aut quatenus denique vnicuique congruant: aliquid enim boni omnes habent. Tres igitur hæ species amicitiæ sunt. & in his omnibus iuxta æqualitatem quodammodo amicitia appellatur. Nam & amici secundum virtutem in æqualitate quadam virtutis sibi inuicem amici sunt.

De amicitia secundum excessum. Cap. V.



Lia porro in his differentia secundū excessum: velut est Dei erga hominem virtus (id enim aliud amicitiæ genus est) & in vniuersum velut principis erga subditum. quemadmodum & iustum aliud est, proportione enim æquale, numero minime. quo in genere sunt pater erga filium, & beneficus erga beneficia passum. In his vero discrimina quædam elucent, quando alia est patris erga filium ratio, & viri erga vxorem: hæc quidem vt principis erga subditum, illa vero vt benefici erga beneficia passum. In iis aut prorsus non, aut certe non similiter redamare contingit. Ridiculum enim fuerit, si quis Deo exprobret, si non pro eo ac ab hominibus amatur, vicissim ipse diligat: aut principi, quod non æqualem amorem subditis præstet. Imperanti enim vt ametur, non vt amet, aut certe alio pacto cõuenit. Verū oblectatione nihil est discriminis, siue vt in opulente erga facultates domesticas, & sobolem suam, vel vt egens erga [illegible]tem, & qui ob delectationem conciliantur. Nam hi quidem iuxta E æqualitatem, illi vero iuxta excessum amici sunt. proin quemadmodum illi expostulant, si non ex æquo vtiles sint, at beneficiis respondeant: sic hi etiam ob delectationem: quod in amatoriis vsu venit, vbi per sæpe ex eiusmodi causis rixæ suboriuntur, ignorante scilicet eo qui amat, rationem esse diuersam in iis quæ animi promptitudinem spectant. quocirca contentionis causam amatum se meminisse arbitratur. hæc (inquit) non diceret amans, ex eo scil. cet, quod rationem eandē esse existimat. Cum igitur tres amicitiæ species sint, secū dum virtutem, secundum vtilitatem, & secundū voluptatem, rursum hæ in duo distinguuntur. aliæ enim iuxta æqualitatem, aliæ iuxta excessum sunt: amicitiæ quidem vtræque: amici vero iuxta æqualitatem tantum. Absurdū enim sit, amicum vocare virum pucro, eo quod amet & ametur. Nam etsi excellentem virum amare alicubi conuenit, si tamē redamet ipse, vt dedecus improperatur, ut qui amet indi-

quunt, nam dignitate quadam æqualitatéque ponderatur amicitia. Quędam igitur ex ætatis defectu, quędam vero ex virtutis, generis, aliio quopiam, indigna ęquali amore sunt. Semper autem ab excellente, siue vtilitatem, siue iocunditatem, siue virtutem spectes, aut maius, aut minor amor requiri debet. Verùm in mediocribus excessibus merito controuersiæ oriuntur. paruum enim nonnunquam minime debet robore æstimari, veluti non ligni, sed aurei vasis pondus præualet. Atqui paruum illud homines perperam iudicant, quibus domesticum bonum, magnum videtur, quia propinquum: alienum vero exiguum, quia remotum. cumque excessus interuenit, nec taman quidem inquirunt, quo modo, ac an similiter redamari oporteat perinde si quis amorem a Deo reposcat. Manifestum est igitur, amicos in æqualitate quadam consistere: redamare autem licere, vt amici non sint. Neque vero obscurum est, quia homines amicitiam iuxta excessum, ei quæ ad æqualitatem comparata est, anteponant: eo
B scilicet, quia & excellentia & amore potiuntur. quocirca nonnullis assentator amico gratior est. quippe qui vtrunq; cui adulatur, videtur astruere. ac sunt fere ambitiosi tales. nam in admiratione esse, excellentiæ cuiusdam speciem habet. Natura autem alii amatorii, alii vero ambitiosi nascuntur. Amatorius quidem, qui magis oblectatur amando, quam dum amatur. Ambitiosus autem magis amari & in admiratione esse cupit, excellentiæ amicus: alter vero voluptatis, quam percipit amando. nam in actu necessario amans est. redamari autem per accidens contingit, & latere potest: amans autem nō potest. Et est amicitię hoc peculiare, vt amare potius, quam amari cupiant. amari vero iuxta id quod amabile fuerit, contingit. argumento est, q̀ amicus, si non contingat vtrunq;, cognoscere vult magis quā cognosci, velut in excessibus summis faciunt fœminę. Vt Andromache Antiphontis, quæ cognosci velle videtur ipsius gratia, vt
C que bono aliquo afficietur, non afficiat: cognoscere vero, afficiendi amandique gratia. Quocirca in amorem etiam erga mortuos persistentes laudamus, quippe qui cognoscant, non cognoscantur. Plures igitur modos amicitię esse, & quot, tres nempe: item quod amari & amici differant, qui iuxta æqualitatem & qui iuxta excessum amici sunt inuicem, dictum est.

Quo pacto similium, quo ue contrariorum dicatur esse amicitia. Cap. VI.

Quia vero amicus etiam vniuersaliter dicitur, velut principio, adductis extrariis quibusdā opinionibus, ostēdimus (nam alii simile, alii contrariū amicū pronunciant) dicēdum etiam de his est, quo pacto habeant erga expositas ha ctenus amicitias. Simile aūt tam ad iucundū quā bonū refertur. Bo-

num enim simplex est, malum vero multiplex. & bonus similis sibi semper, neque mores mutat: prauus autem & stultus sibi dissimilis mane et vesperi. Quocirca nisi inter se pacificantur mali, amici sibi inuicē non erunt, sed dissiliunt: quæ amicitia minime firma est. Quare eatenus simile amicum est, dum simile bonum fit. Interdum autē iuxta voluptatem consistit: similibus enim eadem iucunda sunt, & natura quodque cuique iucundum est. Vnde & voces, & habitudines, et conuersationes cognatis inter se suauissimæ solent esse, tum hominibus, tum cæteris animantibus. atque hac possunt etiam praui se inuicem diligere, & malus malo iucunde coniūcti. Contrarium autem contrario amicum, quemadmodū vtile. nam quod sibi simile id inutile est. quapropter dominūs seruo, & seruus domino indiget, & vir fœminaq; inter sese mutuo. ac iucundum & desiderabile contrarium vt vtile, non qua in fine, sed qua vt ad finem. Nam vbi consequutus est quod concupiebat in fine quidem iam est, sed contrarium non concupiscit: veluti calidum, ipsum frigidum. Porro & contrarii bonique amicitia quædam est: se inuicem enim per media desiderant, vt symbola, non vt ex ambobus vnum medium fiat. Per accidens autem contrarii desiderium est, per se autem mediocritatis. neque enim se inuicem, sed medium concupiscēt contraria. nimium enim algentes, ad medium reducuntur cum calefiunt, & calentes cum frigefiunt. similiter & in reliquis. Sin vero non semper flagrauit cupiditas, non in medio erit, sed gaudebit natura iucundis citra cupiditatem in medio constitutus. Alii vero omnibus, quę naturalem habitudinem egrediunturr quæ species etiam inanimatis cōpetit. Accidere autem contingit, quando fuerit in animatis, quocirca nonnunquā dissimilibus gaudent, velut austeri facetis, irritabiles ad iram tardis, vt qui a seinuicem ad medium, reducuntur. Per accidens igitur, velut ostensum est, contraria amica propter bonum sunt. Quot igitur species amicitiæ sint, & quę differentiæ, iuxta quas discernuntur amantes ac amati, idque sic vt amici absque illo vocentur, dictum est hactenus.

An quisquam sibi ipsi amicus esse queat. Cap. VII.



Erum an sibi quisquam ipsi esse amicus queat, vestigationem vberiorem requirit. Nonnullis enim videtur, sibi quisque amicus esse maxime: qui eodem vtentes canone, amicitias erga alios etiam iudicant. verum secundum rationes, iuxtaque ea quæ amicis censentur inexistere, partim repugnant, partim vero similia esse videntur. Quodammodo enim iuxta analogiam hæc amicitia est, simpliciter vero nequaquam: eo quòd amari ac amare in disiunctis duobus consistat, iuxta quæ magis hic sibi amicus est: velut in continente & in

incontinente dictum est, qui idem volens nolensq; agit, quãdo partes aliquo ad se inuicem pacto habent. Ac rationem habent hæc oia eandem, num qui sibi amicus est, etiam inimicus sit, aut iniuria num sequispiam afficiat. Quæ omnia in duobus disiunctim consideran-tur. aut enim anima duplex quidpiam est, aut hæc disiuncta non con sistent: verum ab habitudine erga in seipsum pendent, velut etiam re liqui amandi modi determinati, iuxta quos rationes exquirere has so lemus. videtur enim amicus esse, qui alicui vel vere bona, vel quæ arbitretur bona, alii euenire cupiat, non sui, sed alterius gratia.

* Alio vero modo, quo conuiuere optat ob ipsam conuersationem tantum, non ob aliud quidpiam. veluti patres liberis quidem bona optant, sed aliis conuiuunt tamen: quæ inter se inuicem omnia pugnant. ille enim si non quod sibi, hic autem si non quod est. Alii vero conuiuendi desiderium non ad amorẽ refe runt. condolere quoque dolenti, non ob aliud quidpiam nos dilectio B nem vocabimus. solent enim serui ita erga dominos condolere, qui ægrotantes plerunque sunt morosiores, non ob ipsos equidem, & vero affectu, velut matres solent liberis, & aues nonnullę vna cum enitentibus similiter dolore affligi. amicus enim non solum amico condolere vel maxime studet, sed simili etiam coturbatione affici, velu ti simul cum sitiente sitire: alioquin enim non fuerit coniũctissimus. Eadem quoque in gaudendo ratio: amicitiæ enim est, non ob aliud quidpiam, sed ipsum tantum gaudere. Præterea eiusmodi de amici tia dicuntur, vt æqualitas quædam sit amor: nec vna tantum amicitia iungantur Veri amici, sed cuncta hæc simul conferantur in vnum. bona enim cupit alteri verus amicus. Quemadmodum & nemo sibi ipsi ob aliud quipiam benefacit, neque ob gratiam. neque indicat qđ fecit, quatenus vnus est. nam qui amorem patefacit, non amare quidem, sed velle amare videtur. Itaque & simul esse, & conuiuere, con gaudere, condolore, absq; se mutuo ne viuere quidem posse, (vna.n. C anima sunt) sed commori, vnius illius vereq; amicitię est. sic enim vnus ille habet, ac sibi in hunc modum conuiuit. Omniaq; hæc in bo no conspirant, in prauo autem dissentiunt, velut in incontinente. vnde & aduersus aliquando ipse sibi existit. Quatenus vero quisque vnus est, indiuisibilis ac per omnia desiderabilis sibi est: quales boni sunt, & secundum virtutem amici. malus autem non vnus, sed multi, & die eadem varius, & importunus ipse sibi. Quamobrem recte cu iusq; erga seipsum amicitia, ad boni probatiq; amicitiam reducitur quia enim sibi ipsi & similis est & commodus ac vnus insuper, vtique etiam amicus sibi est & desiderabilis, qualis est secundum naturam. cõ tra vero prauus Porro bonus sibi nihil exprobat, incontinentis instar: nec posterior prioribus succẽset, velut mutabiles: neq; prior po sterori, velut leues vaniq; solent. Præterea qui simpliciter bonus est quærit vt ipse etiam sibi amicus existat, quemadmodum & dictum

est supra, duo in sese complecti, quæ ad amicitiam mutuam propendeant, quæ disiungere sit impossibile. Quocirca in homine amicitia erga seipsum constare posse videtur, non etiam in reliquis animantibus neq; enim equus sibi ipsi amicus est, neque pueri, donec electionem per ætatem consequantur. iam cum enim puer pro cupiditate e seipso dissentit. Cognatorū amicitię similis videtur ea quæ cuiq; est erga seipsum, quādoquidem neutrum a se queas distinguere: & si maxime differāt, cognati tamē illi sūt, ac vnus ille quoad vixerit. Quot igitur modis amare dicatur, quodque omnes amicitiæ ad vnam primam reducantur, ex dictis patet. D

De beneuolentia. *Cap.* VIII.



Proprium vero huius considerationis fuerit de concordia beneuolentiaque disquirere: quę aliis eadem, aliis vero absque se mutuo non esse videntur. Est autem beneuolentia cum amicitia neq; prorsus idem, nec plane diuersum. nam amicitia tribus modis distincta, neque in ea quæ vtile, neque ea quæ voluptatem spectat, consistit. siue enim vtilitatem volunt, non ob illum, sed ob se hanc cupiunt. Videtur autē beneuolentia quemadmodum & amicitia, non beneuolentis esse, sed eius cui is bene vult. si in iucundo amicitiam constitutas, beneuolētiam etiam inanimatis tribues. quapropter beneuolentia circa moralem amicitiam consistit. verum beneuoli tantum est voluntas: amici vero, vt quod vult præstet etiam. Ac amicitię omnis principium est beneuolentia, ac omnis quidem amicus beneuolus: non contra, omnis beneuolus amicus. incipienti enim similis beneuolus est. vnde & amicitię principium, non amicitia appellatur. E

De concordia. *Cap.* IX.



Caeterum & consentire amici videntur, & consentientes inter se concordesque amici esse. verum non circa omnia amica versatur concordia, sed circa res concordibus propositas, quæque ad conuictum mutuum conducant. nec iuxta cogitationem cupiditatemque tantum. concupiscere enim contraria licet, veluti in incontinente hæc ipsa quoq; sibi repugnant. Neque oportet simul pro electionis, simul & cupiditatis instinctu constare concordiam: quippe quę bonorum est tantum: praui autem eadem eligentes & appetentes ipsi sibi incommodant. Videtur autem concordia, quemadmodum & amicitia, non dici simpliciter. verum alia prima quædam, & natura recta, qua mali concordes esse nequeunt: alia qua etiam praui inter sese conspirant, quando pro electione sua cupiditateque res succedunt: F

A quodque concupiscunt & eligunt, eiusmodi sit oportet, quo potiri ambo queant. Nam si eas res appetant, quæ nequeant ambobus cõtingere, certamen oritur. cum contra inter sese concordes non soleant contendere. Est autem concordia, eadem de principatu, subiectioneque electio & voluntas, non alterutrius, sed publici boni gratia. quocirca amicitia quædam ciuilis concordia est. De concordia igitur beneuolentiaq; hęc dicta sint.

Cur magis amantes beneficiis afficientes, quam affecti dicantur. Cap. X.



Dubitatur autem, cur magis amantes dicantur, qui ipsos affectos, quam qui affecti seipsos facientes reddant: cum videatur contrarium iustum esse, quod crediderit quis ob vtile quidpiam, & quia commodare ei contingit. alium enim iuuari, alium vero impendere decet.

B Neque id tantum est, sed natura etiam eligibilior est actio: rationem que prorsus eandem habet opus & actio: & qui beneficium accipit, opus est benefacientis. quocirca & in animantibus peculiare in generando, natosq; conseruando, studium est. Et magis parentes sobolem suam diligunt, quam diligantur vicissim ipsi. & effusiore charitate hanc matres complectuntur, quam patres. ac nati itidem magis ex se genitos, quam genitores amant: quia præstantissima est actio. & matres effusius quam patres amant, quia magis suum opus esse liberos arbitrantur: & quia opus difficultate definiunt, magis vtique generando mater affligitur. De amicitia igitur, quæ vnicuique est er gase, quęque in pluribus versatur, hoc pacto determinatum sit.

Amicitiam omnem in æqualitate quadam consistere: vbi de ciuilitatis speciebus quædam. Cap. XI.

C



Idetur autem iustum æquale quidpiam esse, & amicitia in æqualitate quadam consistere: nisi frustra dicatur, amatoria est æqualitas. Porro omnes ciuilitates iusti quædam species sunt: communicatio enim quædã est: & commune omne ex iusto conflatur. Quocirca hæc omnia amicitia, iusto, & communicatione quis diiudicarit, ac discrimina quidem tenuia habet. Et quia similiter habet anima ad corpus vt artifex ad instrumentum, & seruus ad dominum: horum quidem nulla communicatio est, quia duo non sunt, sed illud quidem vnum: & quod vnius, nullum: neque diuisibile vtrique bonũ, sed amborum vnius cuius gratia est. Corpus enim instrumentum est congenitum, & seruus domini velut particula & instrumentum separabile: instrumentum autem, velut seruus inanimatus. Reliquæ autem

communicationes sunt, aut particula cõmunicationum ciuitatis, vt
luc contribulium est,& quæ vocatur orgiorum. præterea quæli[illegible] D
respublicæ. Verum ciuitates omnes communicationibus quibus[illegible]
contineantur, & rectæ & transgressoriæ. quæmadmodum enim in
harmoniis, sic in ciuitatibus vsu venit. quæ in regia quidem, pa[illegible]
cis est: in optimi potentia, velut viri & vxoris: simplici autem re[illegible]
fratrum. excessus autem in his, tyrannis paucipotẽtia, et plebs. &
iusta quidem totidem sunt. Quemadmodum vero æquale a[illegible]
dem numero est, aliud proportione, sic & iusti & amicitiæ commu[illegible]
cationis species sunt. secundum numerum quidem, vt socialis ami-
citia: nam ipsa definitione terminatur. secundum proportionem ve-
ro optimi potentia, optima & regia. Neque enim idem principi, [illegible]
ditoque iustum est, sed secundum proportionem. Sic & amicitia si-
militer patris & filii, neque absimilis in communicationibus ratio.
Amicitiæ autem sunt, naturalis, socialis, communicatiua, & quæ ci-
uilis appellatur. Et naturalis quidem multas species habet: alia qui-
dem vt fratrum, alia vt patris & filiorum: illa iuxta proportionem, E
hæc vero secundum numerum. propinqua enim socialis est, in[illegible]
singuli dignitate participant. Ciuilis autem maxime ad vtilitatem
comparata est. nam quia sibi pre se non sufficiunt, conuenire viden
tur & conuictus mutui gratia. sola autem ciuilis, & quæ in illa tran
sgressio committitur, non solum vt amicitiæ sunt, sed vt amici iuxta
eas inter sese communicant. aliæ vero iuxta excessum. Potissimum
vero iustum in vtilium amicitia consistit, eo quod hoc ipsum ciuile
iustũ existat. alio enim pacto serra & ars simul conueniunt, non com
munis alicuius (nam vt organum & anima) sed vtentis gratia: con-
tingitque vt eam industriam id instrumentum consequatur, quæ ad
opus iuste conueniat, vt cuius gratia existit. ac in terebro id ipsum
dupliciter; præstantior.n. actus est perforatio ipsa. & in hac quidem
specie corpus & seruus, velut dictum est prius. Quærere igitur quo
pacto amico conuiuendum sit, ipsum est iustum quærere. Nam in [illegible]
uersum omne iustum ad amicum pertinet: iustum enim aliquibus F
& inter sese mutuo communicantibus iustum est. & amicus commu-
nis est, alius genere, alius vero vitæ ratione. Homo enim solus nõ
solum ciuile, sed œconomicum animal est; & non vt cætera aliquan-
do se alteri, aut viro, aut mulieri coniungens, aliquando vero fugi-
tans & latitans: sed communicabile animans homo est erga ea, qui-
bus cum naturalis cognatio illi intercedit. quocirca & communi-
catio & iustum quodpiam erit, etiam si vrbs non sit. nam & domus
& amicitia quædam est. Serui equidem & domini, velut artis & in-
strumentorum animæ & corporis cõmunicatio est. verum nec ami-
citiæ neq; iustitiæ sunt, sed proportionale quidpiam: quemadmo-
dum & salubre non iustũ est, sed proportionale. Mulieris aũt & viri
amicitia, velut vtile quodpiam, & communicatio. patris vero & filii,

velut

velut Dei erga hominem, & benefici erga accipientem, & in vniuersum natura imperantis ad natura subiectum. fratrum autem ad se inuicem, maxime secundum æqualitatem est socialis. Neq; .n. spurius huic est demõstratus. ambobus autẽ pater Iupiter vocatus est meus princeps hæc enim a quærentibus æquale dicuntur. Quocirca in domo primum fons et principiũ amicitię, ciuitatisq́; et iusti oritur.

In omni amicitia compensationem fieri debere. Cap. XII.



Via vero tres amicitiæ species numerantur, iuxta virtutem, iuxta vtilitatem, iuxtaq́; iocundum, singulæ hæ in duo distribuuntur: quandoquidem vnaquęque harum & secundum excessum, & secundum æqualitatem existit. Iustum autem circa has ex controuersiis patet. nam in eo quod est iuxta excessum, proportione quæritur, non simpliciter, sed excellens conuersim proportionale erga inferiorem digitat: sic quod ab inferiore fit, in idem tendit. vnde ita inter se disponuntur hæc, velut imperans ad subditum. sinminus, numero æquale quæretur, quemadmodum & in reliquis communicationibus vsu venit, vbi interdum numero, interdum proportione æquale postulatur. Nam si ęquale numero argentum illatum fuerit, id æquali numero distinguunt: sin vero numero non æquale fuerit, proportionale erit. Excellens vero contrarie conuertit proportionale, iuxtaque diametrum iungit. Ac sic quidem videatur inferior reddi excedenti, & ministerium publicum fuerit amicitia et communicatio. quo circa aliquo alio æquare, & prportionale reddere conuenit, honore scilicet, qui & natura principi & Deo tribuitur a subiectis. Sed & lucrum æquare cum honore conuenit. Ac amicitia quidem ad æqualitatem constituta ciuilis est: ciuilis autem vtilitati destinata est. & quẽ admodum vrbes, sic etiam ciues sibi inuicem amici existunt. Et eodem modo non cognoscuntur ab Atheniensib. Megarenses, ac ciues ipsi, nisi inuicem vtiles fuerint. verum ex manu in manum hæc amicitia est. Porro hic & præses est & subditus, non naturale nec regiũ, sed quod in parte consistit: neq; eius gratia vt benefaciat Deus, sed vt æqualitas sit boni ac muneris honorarii. ad æqualitatẽ autem pror sus comparata esse vult ciuilis amicitia.

Vtilem amicitiam, aliam legalem, moralem aliam esse: in eaq́; accusationes fieri. Cap. XIII.



Aeterũ vtilis amicitiæ duæ species sunt: alia enim legalis est, alia moralis. ac respicit ciuilis in ęqualitatem & rem ipsam, quẽadmodum emẽtes & vendentes. vnde dicitur, merces viro amico. Quando igitur ex pacto conuenitur,

ciuilis est legalisque amicitia. verum cum rem arbitrio commit-
tunt, ad moralem amicitiam accedit, & socialem. quocirca pot... D
mū in hac amicitia expostulatio est, eo ꝙ prӕter natura. ...
amicitiӕ sunt, & quę vtilitatem spectat, & quӕ est secun... vtri
tem. Nonnulli vero vtraque complecti volunt, & quidem vtilitatis
gratia consuetudinem cum alio habent. moralē aūt faciunt ve...
derari proinde fidem habentes legitimam non faciunt. Nam inter
tres istas vtilis illa expostulationes habet frequētiores. virtus enim
accusationis expers est. suaues autem, habentes erogantesq; cōci...
sur. vtiles autem non facile in gratiam redeunt, nisi legitime, atque
vt socios decet inter sese congrediantur. Inter vtiles aūt amicitias,
legitima ipsa quoq; criminatione vacat. pecunia enim de cōt... ...
fi.s decidit legitima, qua & ӕquale mensuratur. Moralis autem vo
luntaria conuentio est. quocirca lex alibi ita conuenientibus posita
est, quӕ in contractibus voluntariis vtrum recte habeant, non inter-
ponitur. bonis enim inter sese iustum nullum est: hi vero vt boni, et
contrahentibus. Licet autem in hac amicitia vtrinq; accusationes E
ancipites fieri, quonam pacto vtrinq; vtantur, quando iuxta mores
non legitime fidem habent. ac dubium quidem, vtronam modo iu
stum iudicare conueniat, an respectu rei prӕstitӕ, quanta sit & qua-
lis, an accipiemus. Contingit enim interdū, quod inquit Theognis
Tibi quidem Dea id paruum est, mihi vero ingens. nam contrarium
euenire potest, velut etiam in oratione ait: Tibi quidē lusus sit, qđ
mihi mortem adferat. Hinc igitur accusationes perunt ur. nam ille
quidem repetit officium, vt qui rem magnam prӕstiterit, cum ad es
ser egenti: aut si quid aliud dicat, allatum quantum quidem potue
rit, sed quod illi expediebat. hic autem contra, quantum illa par fuis
set, non quantum sibi commodasset: interdum vero trāsumpta ex
postulatione controuertit. ille enim quantulū ipsi contigit, hic vero
quam magnum pro facultatibus prӕstiterit. Velut si in periculo cō
stitutus, ille drachmӕ precio adiutus sit, hic quidē periculi, alius F
vero argenti magnitudinē reputabit, velut in retributione pecunię
fieri solet: nam & hic de his controuertitur. nam alius vt ium, hic ve
ro vt in prӕsentiarum res est, nisi concilient, iudicandum arbitra-
tur. Ciuilis igitur amicitia conuentionem & rē ipsam intuetur, mo
ralis aūt ad electionem respicit. quocirca iustum hoc magis est, &
iustitia inter amicos vsurpata contentionis cā. Vnde honestior ami
citia moralis, vtilis aūt necessaria magis. Equidem nonnulli mora-
lem amicitiam prę se ferunt: verum vbi quid aduersum experiuntur
declarant sese diuersos. nam quidam ex bonorum facultatumq; co
pia, honestū persequuntur: quapropter & honestiori rei amicitia quӕ
dā est. Quocirca manifestū vt hӕc distinguēda sint. Nam si morales
amici sunt, ad electionem spectandū est, num ӕquale vel secus al...
gt ab altero postulandū verum si vtilitatis mutuӕ gratia conuenibt,

A & ciuiles, quantum quisq; cõmodarit, expenditur. Quòd si hic qui dem ex more, ille vero ex vtili statuat, non pulchrum quidem, sed fa ctu necessarium tamen, vt boni id consulamus. similiter & in altero: vt qui a moraliter quidem de rebus non iudicat, at nihil simulat, in amicitia tamen contentus alter in talem amicum incidisse sit. Mora lem igitur secundum electionem esse patet: quoniã & si magnis be neficiis acceptis vel ob facultatum penuriam non rependit, sed quã tum potuit præstitit, recte habet. Atque ita Deus pro facultatũ modu lo nostrarum sacrificia æstimat. verum ementi, ac mutuo ad vsuram danti, nisi amplius istinc prouenturũ polliceare, non suffecerit. Vn de multæ accusationes in amicos oriuntur, nisi iustum illud puro iu dicio prospiciatur. difficile enim est ad vnũ quidem exquirere quę non recta se inuicem spectant, velut inter amantes vsu venit. alius enim ob conuiuendi voluptatem complectitur alium: ille vero ip sum propter vtilitatem. Verum quando is amor refrigescit alio su peruueniente aliquo, fit alius, ac tum inter sese ratiocinatur, velut Py B thon & Pammenes altercabantur, & in vniuersum quę præcepto ri erga discipulũ ratio est. Neque enim scientiam & facultates vno aliquo metiri conuenit. Ac velut Prodicus medicus erga mercedem maligne persoluentem & citharędus & rex. hic enim vt iucundo, il le vero vt vtili conuersatur. & quia persoluere beneficium oportet, iucundum seipsum exhibet, & ad hilaritatẽ prouocat, sic vicissim ille alia promittit. Quo autem pacto hæc diiudicanda sint, etiam hinc manifestum fit. nam vtique hoc loco vno quopiam hæc mensu randa sunt, verum non termino, sed ratione. proportione enim men suranda est, quemadmodũ & ciuilis communicatio solet. Nã quo pa cto inter agricolam sutoremq; communicatio constabit, nisi ex pro portione æquetur opera. Nam qui non eodem respectu ad inuicem agunt, mensuram habent proportionem, velut si hic quidem sapien tiam, alter vero pro sapientia pecuniã a diuite postulet. Deinde vero C quid datum sit considerandũ erit. nam si alter ex aceruo minori par tẽ dederit, ille vero ex maiore nõ multiplicẽ, iniuria vtiq; afficit.

An bono, an retribuenti præstandum sit beneficium.
Cap. XIIII.



AC recurrit quidem hoc loco prima controuersia, an vt vtiles conuenire seipsos affirmandum sit, ille vero mi nime, sed iuxta aliam quampiam amicitiam. Porro di scutiendum, an bono iuxta virtutem amico præstan dum sit beneficium & auxilium, an retribuenti faculta tibusque instructo. Quod idem problema est prorsus, an amico potius quam vtro bono sit benefaciendum. Et siquidem amicus idem etiam vir bonus fuerit, non sit difficile iudicare: nisi fortasse

quis alterum amplificet, alterum vero imminuant amicitiæ vehemē D tiam tribuens, bonitati vero mediocritatem. sin secus fiat, multæ quæstiones oriuntur. Velut si hic quidem erat, non erit autem, ille autem erit, sed nondum, vel hic quidem factus est, non est tamen, vel est, non erat, neque erit: verum illud laboriosius fuerit. Quocirca nihil dicit Euripides, scribens rationem rectam adferri, vbi merces rationis inferatur, opera illis operū vice præbuit. Nec omnia patri cō ueniunt, sed & matri alia, quamlibet sit præstantior pater. Neque enim Ioui sacrificantur omnia neq; omnes honores, sed quosdam admittit. Fortasse igitur sunt, quæ vtili præstare oporteat, alia rursum quæ bono: nempe cui non alimentum & necessaria proprie cōpetūt, conuiuere enim illi oportet. Et quoniam viuere recte decet, ei præstanda non quæ ipsæ, sed vtilis largiatur. verum qui id faciunt, præter quam decet, omni amato idem præstant. Neq; iustæ sunt, quæ in orationibus amicitię definitiones constituuntur. etsi enim omnes amicitiam exprimant, non tamen eandem determinant. vtili enim competit velle alteri bona, & benefacienti. Nec tamen hæc amicitiæ E definitio id vere exprimit, sed alii esse, alii vero conuiuere assignatur. ei vero qui voluptuarius amicus est, cōmunis dolor, communisq; lætitia tribuitur. Atq; omnes quidem hę definitiones amicitiā quandam ostendunt: nulla vero proprie vnam exprimit. Nec singulæ singulis amicitiis congruunt, etiam si videantur. velut electio est existendi, quæ & ei quidē secundum excessum & facienti competit, qui suo operi id inexistere vult, ac eroganti vtiq; conuenit, & vt sit, & vt retribuat. verum non huic, sed iucundo conuiuere decet. Nonnulli autem amici se inuicem iniuria afficiunt: res enim magis, sed nō habentem amant. quocirca et illis amici. vt cur voluptarius vinum iusscipit? & quia vtilitati deditus diuitias: vtiliores enim. idcirco moleste ferendum est, ac si minns pro maiori susceperit. hoc autem obiiciunt. illud enim nunc quærunt bonum, iucundum prius aut vtile quærentes. F

An sibi in omnibus sufficiens, amico indigeat: de amicorum numero: & interdum nos amatum ab esse uelle. *Cap. XV.*



Onsiderandum autem est de sufficientiæ amicitiæque conditione, quo pacto habeant ad seinulcem ipsarum facultates. Quærat enim forte quispiam, num per omnia sufficienti amicus sit. cumque vir bonus sufficientiss. & vna cum virtute beatus, quid habeat opus amico. neque enim vel vtilibus, vel prouidis, vel alieno conuictu sufficiens opus habet: quippe qui abunde sibi ipsi conuiuere, adesseque possit. Veluti Deus, qui cum nulla re egeat, nec amico etiam opus habet. quocirca & homo beatissimus minime omniū eget ami-

A eo, niſi quatenus impoſsibile eſt ex ſeſe ſibi ſufficientem eſſe. Vnde
neceſſum eſt optime viuenti amicos paucißimos eſſe, neq; cõparã-
dis amicis operam illum dare, ſed negligere non vtiles tantum, ſed
ad mutuũ conuictum etiam ſuaues. Atque hinc ſane perſpicuum
euadit, nec vſus, nec vtilitatis gratia, ſed propter virtutem tantũ ve-
rum aimcũ eſſe. Nam cũ re nulla egemus, tũ magis omnes, ſuis etiã
bonis fruituros, magisque in quos conferant, quam a quibus accipiãt
beneficia quærunt. Et accuratiore iudicio, pollemus rerum copia af
fluentes quam egeni, magisque tamen amicos conuictui idoneos re
quirimus. De hac autem quęſtione cõſiderandum eſt, vtrũ aliud qui-
dem recte dicatur, aliud vero lateat propter parabolam. Manifeſtũ
equidem id quidem, ſumentibus quid viuere actu ſit, atq; vt finis pa
rte enim id eſſe ſentire & cognoſcere, quocirca & conuiuere eſt ſi-
mul ſentire & cognoſcere. Verum idem ſentire & cognoſcere cuiq;
maxime expetitur, ob congenitam omnibus viuendi cupiditatem ac
viuere ipſum cognitionem quandam diſponit. Verum ſi quis detra-
B hat hæc, & cognitionem conſtituat ipſam per ſe & nõ per ſe (id equi
dem latebit, velut in oratione ſcriptum eſt, re ipſa tamen licet non
latere) nihil referat, ſi aliũ pro ſeipſo cognoſcat. Sed quod ſimile vi-
uere alium pro ſeipſo diuerſum eſt. rationabile autem eſt, ſuum co-
gnoſcere & ſentire eligibilius eſſe. quocirca cõiungere hęc duo in ora
tione oportet, viuere & eligibile, quod bonum ex his conſtat, quan
do id ineſt eadem natura participantibus. Quoniam igitur in eiuſ-
modi ſerie, altera ſemper in alterius ordine continetur, & cogno-
ſcibile vtique eligibile eſt, & vt in ſumma communicatio determina
tæ naturę, quocirca idem velle ſentire, eſt eundem talem quẽdã eſſe
velle. Et quoniam non ſecundum nos ipſos horum vnumquodque ſu
mus, ſed participatione facultatum ſentiendo cognoſcendoq; (ſen-
tiens enim ſenſibilis redditur, vt iuxta hoc, vt ſecũdum prius ſentit
qua & cuius, & cognoſcibilis redditur cognoſcens) eodem pacto et
C viuere ſemper volumus ob iuge cognoſcendi deſiderium, hoc eſt,
quia & ipſe cognoſcibile quidpiam eſſe cupit, electionem eſſe cupit.
electionem autem conuictus ſtultum forte quiſpiam iudicarit. In
congreſsibus primum etiam animalium cęterorum, vt ſimul ede-
re, ſimul bibere. quid enim aut in communi, aut ſeorſim ſermonem
conferre differt? deinde etiam ſermone communicare, cuiuslibet eſt.
Adde quod qui amicus idoneus eſt, diſcere videri non vult. Do-
centis enim amicus non eſt, quando ſimilitudo quædam eſt amicitiæ
ſed videtur tamen. Equidem ſuauis bonum omnes cum amicis com
municamus. quantum ſcilicet quodq; ſuauitatis adiicit, & qua præ
ſtantißima quiſque pollet. Ex his autem alia voluptatem corporalẽ,
alia muſicam, alia phyſicam contemplationem habent. Audacia por
ro congrediendi amicos decet. Vnde quidam inquit labor, ſunt pro
cul amici. quocirca voluptate allata non diſiunctos eſſe oportuit.

Vnde amor maxime, vt videtur, amicitiæ similis. bene enim viuere
amor cupit, non equidē quam oportuit potissimum, sed iuxta sen- D
sus. ratio ergo illa dubitando profert: ipsum autem opus sic conti-
se videtur. Vnde patet hæc ambigentem nobis imponere. Contigit
autem hinc consideratur. amicus enim esse vult, vt prouerbium ha-
bet, Alter Hercules, & alter ipse. Atqui diuulsus est: difficileque quæ
ab vno discesserunt, vnum esse. Atqui iuxta naturam quidam, quę
cognitissima est, similis est, iuxta corpus vero diuersus, ac etiam
iuxta animam diuersus est: iuxta que partes animę diuersus nihilo
minus idem indiuisus que amicus esse vult. Itaque amicum sentire,
seipsum quodāmodo sentire necessario est cognoscereq;. ac si quid
molestum amico incidit, in eo collętari ac conuiuere amico sine du
bio iucūdum est. accidit enim, vt illius sensus aliquis nobis simul in
geratur, præsertim si qua diuina voluptas est. Causa vero huius est,
quia suauis est semper in meliore bono sese contemplari. Hoc au
tem nunc quidem affectus, nunc vero negocium, nunc aliquid ali-
ud est, in quo bene viuere & amico sit possibile. Conuiuere igitur E
opertere, idque maxime velle omnes, tum beatissimū optimumq;
potissimum talem esse. Verum quod ex ratione id non eluxerit, &
rationabiliter id consecutum sit, ex vere dictis, vt puta compositio
ne collationis, in promptu solutio est: ꝙ eiusmodi Deus non sit, vt
amico egeat, aut similem requirat. & nō reputabit pari ratione vir bo
nus. Neque enim in huuc modum Deus habet, vt qui pro sua excellē
tia nihil pręter seipsum cogitat. nobis autem bonum aliunde euenit
vnde & necessum habemus multos amicos cōnquirere, cum ipse sibi
bonum sit. Simul autem amicum esse nullum, vti multi amici, recte
vtrunque affirmatur. Quia enim multis conuiuere licet, simul etiā
sentire nobiscum quā plurimos vtiq; gratissimum sit. Rursum, quia
difficile in paucioribus, necessum est actum in mutua sensatione cōsi
stere. quare non solū multos comparare arduum est, sed etiam cōpa-
ratis vti. Et interdum abesse amatum volumus prospere degentem F
interdum uero participare iisdem simul cum eo, quod amicum
gratumque esse cupimus. Nam cum bonum obuenit, eo vtique
omnes participare volunt, non obueniente autem secus. Et quemad
modum Herculem mater potius Deum esse, volebat, quam vna
cum ipsa manentem, Euristeo mercenariam operā locare. Sic enim
diceret, & quem Lacon Dicterio irrisit. Vocantem forte, dum tempe
state affligeretur, iubens Castorem & Pollucem implorare. Videtur
enim amantis esse, a molestorum participatione arcere, alterius au-
tem simul eadem sustinere velle, quocirca vtraq; rationabiliter eue-
niunt. nihil enim decet amico tam acerbum iudicari, vt non teneat
priorem iucunditate amicum. Videtur tamen non malum ipsius
expetendum, quando satis est ipsos adfligi. Vnde & participationem
eiusmodi vetant, sed ne videantur sua spectare, inque amici pettur-

A bationelætitiam affectare. Sed & leuius mala tolerantur, cũ nõ soli ferunt. Et quia eligibile est, & vt bonum nobis contingat, & vt simul potiatur amicus, patet quòd simul in minore bono versari quodammodo eligibile sit, aut cum maiore seorsim. Et quia incertũ est quantum, iuxta simul illud distinguuntur, ac simul quidem omnibus participatione amicum est, quemadmodum & simul conuiuari iucũdius aiunt hæc habentes, alii autem contra non volunt. Quoniam hyperbolas quis probauerit confitentibus, in perturbatione magna simul cõmunicandum: in successu autem magno seorsim agendum. Similiter etiam circa infortunia. interdum enim amicos præsto esse volumus, neque dolere, quando scilicet nihil sint nobis amplius effecturi. Interdum vero iucundissimum præsto esse, id quòd ob prędicta contingit. quandoquidem natura afflictum, & in mala habitudine constitutum videre, non minus quam in nobis ipsis refugimus: gaudentem autem iucundumque & non dolentem amicum, velut rem multo suauissimam intuemur propter causam prædictam. Quocirca vtrumlibet horum fuerit magis suaue, adesse vel

B non ad esse propensionem reddit, idque in deterioribus ex eadem causa. Maxime enim cupiunt amicos non felices esse. sed & nec in aduersis cruciari, quocirca nonnunquam simul quos amant interimunt. Maius enim id est quam si proprium sentiatur malum: quẽadmodum & recordantes in quo successu vixerint, magis quã si perpetuo se male habiturum arbitretur.

Quo pacto amico utendum. Et uirtutes non esse scientias. Cap. XVI.

Dubitarit autem quis, an amico quolibet, & ad quæcun que idoneus est, & aliter etiam, vti liceat, vt oculo ad videndum, aut eo distorto peruerse, ac vt vnum duo esse

C appareat intueri. Ambo igitur illa, & oculus & quod oculi est reuera & per se sunt, alterum vero per accidens quemadmodum & in cibo esus et vomitio: similiter & in scientia veritas & error. Nã qui volens nõ recte scribit, ignorantia vti solet veluti qui conuersis membrorũ officiis pedibus manuũ, & manibus (quod solent salta triculæ) pedum vice vtuntur. quæ ratio omnium etiam præstantissima est scientiarum, atq; ita iustitiam vt iniustitia licet vsurpare, velut qui ex iustitia iniusta agit, perinde vt qui imperita & stolida ex scientia. Verum si id impossibile, manifestum est virtutes non esse scientias: quãdo nõ licet ex scientia ignorare, sed errare tantum, eademq; ex ignorantia facere, nec minus tamẽ ex iustitia & iniustitia quidpiam agit. Sed enim quando prudentia sciẽtia est, & verum quidpiam idem faciet ea. liceat enim studio a prudẽtia desipere in iisdem, quibus & stolidus. Verum si simplex cuiusq;

quatenus quidq; est, vsus fuerit, etiam ita agentes fecerint sapiẽter.
In cæteris igitur scientiis alia quædam principes est, iux al m nta D
ministrat. Et principis rursum illius alia quædam, non tamen scien-
tia vel intellectus. Sed nec virtus, vt qua vtitur, quando imperatis
virtus etiam subditi virtutem sibi vsurpat. Quid igitur est, an vt in-
temperantia, vitium irrationalis animæ partis, & quonã pacto intẽ-
perans mente prędi tus fuerit. Verum præualens euertit mentem ra-
tiocinaturq; contraria. † Et si virtus quide in illo, in
ratione vero ignorantia resideat, vbi reliquæ iam uendicantur: sic
etiam licet iustitia, iuste quoq; maleque & prudentia stulte abuti vn
de contraria eueniant. Absurdum enim si quod in rationali parte
vitium insidens. euersa ratione ignorantiam inducat. Virius aũt ine
xistentem in ratione stultitiam non euertit hanc, rectũq; de rebus iu
diciũ format. Rursum aũt prudentia rationalem partem occupans,
ex irrationali intemperantia sublata, moderatas actiones efficit, id
quòd continentiæ videtur proprium. Itaque licet ab ignorantia E
prudenter, aliterque a prudentia imprudenter rebus vti, quod in cæ-
terarum nulla euenire cernimus. Velut cum medicinã, & gramma-
ticam nutrit intẽperantia. † Iniustus enim omnia quę
& iustus potest, & in vniuersum potentiæ inest impotentia. Quo-
circa simul prudentes, & bonæ eorum etiam cæterę habitudines, &
corpus firmum, quando nihil fortius prudentia est. Verum quòd
scientiam dixit non recte habet: virtus enim est, & non scientia, sed
genus diuersum.

An fortunatus, infortunatusne quis natura sit. Cap. XVII.


Voniam vero non prudentia solum successum virtutem-
que efficit, sed fortunatos etiam bene agere, tan-
quam fortuna secunda prosperos gignente successus,
affirmamus, quæ eadem etiam scientiæ sunt. Consi- F
derandum igitur natura ne fortunatus hic, infortuna-
tus ille sit, an secus, & quo pacto res habeat. Fortunatos enim
quosdam esse cernimus. stulti enim in multis, quorum scilicet for-
tuna domina est, prospere agunt quandoquidem & quæ arte admi-
nistrantur, fortunam admittant, in militia & gubernatoria. Verum
igitur ab habitudine aliqua successibus eiusmodi conficiendis, aut
non idonei homines fiunt? Nunc equidem naturæ id quidem assi-
gnant, in quibusdam quę tales quosdam efficit, quibus & a natiui-
tate statim, tale quidpiam ingignit. vt velut cęsiis nigrisque oculis
certa aliqua forma inter se distinguuntur: sic fortunati & infortunati.
Tales enim non per prudentiam prospere agere inde manifestum
est, quia non irrationalis prudentia est, sed ratione prædita, quæ
res administrat, eam sibi adscribere illi nequeunt: quippe quòd be

A rum fortunæ causa existat. vtcunque etiam pateat, circa alios stupidos non esse. neque enim id absurdum, quemadmodū Hippocratē cum Geometer esset præstantissimus, in cæteris tamen imperitū stu pidumque fuisse constat, qui pecuniæ plurimam amisit, ob stultitiam Bisantii πεντηκοστολόγων. Sed & in nonnullis prospere agunt stoli di. Etnon raro. velut in arte nauium gubernatrice, peritissimi etiā parum secūdam fortunam experiuntur: ac velut in aleę iactu, alius nihil, alius multum lucratur: quam felicitatem vel naturę beneficio accepit, vel, vt inquiunt, beneuolentia Dei. qua etiam in exilio & eiectus benignitatē, fortunæ experitur, non secus ac male compa-ratanauis rectius sæpe agitur, non per se quidem, sed quia peritum gubernatorem nacta. sic enim fortunatus ille genium optimum gubernatorem habet. Sed enim absurdum est, talem a Deo genio, ue dī ligi, non præstantissimum potius sapientissimumq́;. Quapropter si necessum est, aut natura, aut intellectu, aut procreatione diuina fortunam secundam contingere, & neutro posteriorum eueniat,
B naturæ itaque ea prosperitas fuerit assignanda. Verum natura, vel rerum semper sic se, vel vt plurimum habētium causa est: contra autem fortuna. Si igitur quòd præter rationem eueuit, fortunæ esse videtur, perque fortunam homines fortunnati dicuntur, non equidem natura causa fuerit, vt quæ velut dictum, semper aut vt plurimum, sic se habentibus adscribitur. Aut insuper talis vel voto potitur vel fruitur. quemadmodum cæsius cui non fortuna, sed natura quo minus cernat acute, causa existit, quocirca non fortunatus, sed bona natura præditus dicitur. quocirca sic de his dicendum est, vt quos fortunatos dicimus, non fortunæ beneficio id esse asseramus. vnde nec fortunati etiam sunt: fortunæ nanque bona sunt, quorum ipsa est causa. Sic rursum quæritur, an fortuna sit in vniuersum aliqua: vel cum sit, an non sit, etiam vnde. Atqui necessum est & esse fortunā, & causam esse. vnde & bonorum quorundam et malorum causa
C fuerit. Etenim si excipienda hæc sint, & nihil assignādum fortunæ, sed alii cuipiam causæ, non tamen quare hanc non cernimus, fortunam causam esse affirmamus. Quocirca definientes fortunam, causam proportionalem hominis ratiocinationi constituunt, tanquā sit quędam natura. Verum hæc iam alia quęstio fuerit: quandoquidem quos cernimus semel prospera vsos fortuna, quare ii non rursus & rursum? eadem enim eius causa. Non igitur est fortunæ, neq; aliud etiam quidpiam in determinatorum infinitorum contingat: erit enim bonum & malum. Scientia vero non erit eius per imperitiam. quando & quidam fortunati didicerūt: aut omnes scientiæ (qđ Socrates dixit) scientiæ sint. Quid igitur vetat, quo minus cuidam ex ordine, non quòd oporteat, contingat, sed velut fortes procul sint iacendæ. Quid enim autem num impetus in anima non sunt. atqui alii a ratione, alii a cupiditate (qui & priores) proficiscuntur:

ſiquidem naturalis eſt per cupiditatem iucundæ rei appetitus ac na-
tura omnia ad bonum feſtinant. Quòd ſi quidam bene nati ſunt, & D
velut cantionis imperiti, & citra rationem feruntur vt dictat natura,
ac concupiſcat, quod, quando, & quo pacto oportuit, proſpereque
agunt, & conſequantur ſtolidi, præterq; rationem, eadem quæ ha-
rum rerum præceptores, tales vtiq; fortunati cenſendi ſunt, quot-
quot ſcilicet præter rationem plurimum proſpere agunt. Natura igi-
tur quidam fortunati ſint, ſiquidem multifariam dicatur ſecunda
fortuna. alia enim ex impetu, & præelectione fiunt, alia vero ſecus,
& prorſus contrarium. nam & male ratiocinari videntur bene agen-
tes, & ſecunda tamen fortuna vſos confitemur, ac rurſus quidem in
illis cum voluerint, at minus bonum acceperint, & licet quidem illis
per naturam proſperitatem conſequatur. nam impetus animi cupi-
ditasq;, quo oportebat delata, ſucceſſu eſt uſa: ratiocinatio aût ſtul-
ta, quã fortuna dum proſpere adflat, ex iis quorum cauſa exiſtit, non
rectam expellit. interdum vero per cupiditatem quis male ratioci-
natus aduerſam expertus eſt. in cæteris autem quo pacto iuxta appe- B
titus cupiditatisq; ingenuitatem ſucceſſus erit? Verum hic ſucceſſus
& fortuna duplex, quę iſtic eadẽ, vel plures proſperitates. Quia vero
præter omnes ratiocinationes rectas, ſcientiasq; quoſdam fortuna
ſecunda adfluentes videmus, manifeſtum eſt aliã quãpiam ſucceſſus
cauſam eſſe. prior autem iſta proſperitas, aut non eſt, aut quæ opor-
tuit concupiuit, cumq; ratiocinatio humana deſit, non fuerit ipſius.
neque enim protſus rationis expers, nec naturalis eſt cupiditas, ſed
ab aliquo corrumpitur. Secunda igitur fortuna in iis, vbi præter ra-
tionem ipſa cauſa exiſtit, locum habet. id vero improuiſum. nam
præter ſcientiam præterque vniuerſale, nec tamen a fortuna profectũ
videtur, verum propter hoc videtur. Quocirca hæc quidem ratio
non probatur, naturale eſſe vti ſecunda fortuna: ſed potius quòd nõ
omnes, quibus ſecunda fortuna videtur adfluere, id ex fortuna, ſed
ex natura habeant. neq; nullius eſſe cauſam fortunam demonſtrat, F
ſed non omnium quorum exiſtimatur.

An fortuna cauſa ſit, ut concupiſcamus, & quid ſit motus in anima principium. Cap. XVIII.



Været forſan quiſpiam, an fortuna eius ipſius cauſa ſit, vt quid & quando oporteat concupiſcatur. An ſic om nium erit: nam & cognoſcendi conſultandiq;. Neque enim conſultans conſultauit, & hoc conſultauit, ſed principium eſt quoddam: neque cogitans cogitauit id prius cogitare, atque in infinitum eiuſmodi fiat progreſsio. neque igitur conſiderandi iunctum principium, neque conſultandi conſi- lium. Quid igitur aliud niſi fortuna? quo circa a fortuna omnia

proficiscuntur, & quoddam est principium, extra quod aliud nullum reperiatur. Ipsa autem (quęritur) cuiusmodi facultate instructa efficere eiusmodi queat. quod perinde est, ac si principium motus in anima quid sit, inquiratur. Patet autem sic esse, quemadmodum in vniuerso est Deus, & vicissim cuncta in illo: mouentur enim omnia ab inexistente in nobis numine. Rationis autem non ratio, sed præstantius quidpiam est principium. Quid autem scientia præstantius est, nisi Deus? virtus enim organum intellectus est. Quocirca veteres dixerunt felices ex fortuna, qui irrationabiles ad recte agendum impellerentur, nec velle ipsis confert: principium enim habent & intellectu & voluntate prestantius. Alii vero rationem habent. illud vero non habent, quales sunt furores animi. hoc enim non possunt hi: quippe qui sine ratione feruntur. Itaque horum qui prudentes sapientesque sunt, celeris est vaticinatio & durabilis, qui non a ratione profectam esse suspicari debemus. sed aliis experimẽto, alii consuetudine, speculando vtantur. item hi, quorum est ratio soluta. Itaque & melancholici recta valde, subitaq; insomnia habent. Patet autẽ, quòd species felicitatis duę sunt. altera diuina, ideoque qui felix est, numine adiutum aliquid fecisse dicunt: is aũt est, qui aliquid iuxta impetum diuinum facit: alter est, qui aliquid præter hunc impetum facit. Irrationales vero ambo: ac illa frequẽs magis felicitas est, ista frequens minus. Sigillatim igitur de vnaquaque virtute determinatum est prius.

De probitate: & quis sit animæ præstantissimus terminus.
Cap. XIX.




Via vero seorsim ipsarũ vim distinximus, etiam de virtute, quam probitatem vocamus, dicendum erit. Singulas igitur habere reliquas, qui huius appellationem sit constitutus, necessum esse patet. nam neque in cæteris aliter id veniat vsu. Nec enim toto corpore sanus sit, parte autem nulla: sed necessum aut omnes, aut certe præstantissimas recte habere. Non dissimilis etiam in toto ratio. Bono enim esse ac honesto simul & bono licet, non ipsius solum nominibus, sed rerum ipsarum differentia participanti. Omnium enim bonorum sunt ipsi per se suique gratia eligibiles: & inter hos honesta quoque, quæ per seipsa omnia laudabilia sunt. Vt enim ipsa, ita actiones ab ipsis profectæ laudari solent: actiones enim et modesti, ipsaque modestia celebratur. non etiam sanitas laudabilis, nam nec opus eius: quando nec quod fortiter fit laudabile est, rametsi bona hæc confiteamur. Similiter autem id etiam in cæteris per inductionem manifestum est. Bonus enim est, qui natura bonis egregie sit instructus: prestantissima enim omniaque sui desiderio excitantia bo-

na sunt. Honor, diuitiæ, corporis virtus, facultates, natura quidem D
sunt bona: sed noxia nonnullis ob habituum corruptionem. Neque
enim vel stultus, vel iniustus, vel intemperans aliquid ex eorum pos
sessione commodum referat: quemadmodum nec æger ex sani ho-
minis alimento, neq; infirmus mutilus ue, ex sani integriq; hominis
ornatu. Honestus autem bonusq; dicitur, & ex eo, quod bonorum,idq; ipsorum gratia effecti
per se ipsa insunt illi: et eo quod bonorum, idq; ipsorum gratia effecti
uus existat, honesta autē sunt virtutes, operaq; ab ipsis profecta. Sed
& habitudo quædam ciuilis est, qualem & Lacones habent & alii si-
mili ingenio haberent, ita comparata. Sunt enim qui virtutem non
esse sequendam putent, nisi natura bonorum gratia. quocirca viri
boni sunt, quòd iis natura bona existant. Verum illam probitatem
non sunt nacti. neque enim honesta per se illis sunt, sed boni hone-
stique esse eligunt. neque id tantum, sed & quæ non honesta natu-
ra: boni tamen natura honestorum loco illis habentur. Honesta.n.
sunt, cum eius gratia faciunt eliguntque honesta: vel quòd honesto E
bonoque natura bona, honesta sunt. Honestum enim iustum est, id
vero secundum dignitatem censetur: hic autem iis vtiq; dignum exi
stit. sed & decens honestum. decentia autem illum sunt, nobilitas,
diuitiæ, potentię. quocirca honesto bonoque ea quoque honesta vti
lia sunt, quę in aliis disconueniunt: neque enim simpliciter bona eis
bona sunt. bono autem honesta bonaque: quippe qui multas hone-
stas actiones per ea conficiat. Verum qui virtutes ęternarum rerum
gratia complectendas arbitratur, per accidens honesta facit. quocir-
ca virtus perfecta est probitas. Porrò de voluptate dictum est, qua-
lis & quo pacto sit, cum quòd alia simpliciter iucunda sint honesta-
que, alia vero simpliciter bona iucundaque, neque voluptas nisi in
actione nascitur. quocirca simpliciter beatus iucundissime viuit: ne
que id temere homines arbitrantur. Quoniam autem est quidam
medico terminus, ad quem referens sanum corpus iudicat, & cuius
respectu aliquousque progrediendo sanum sit efficiendum corpus,
non etiam si plus sit minus ue. sic & viro bono circa actiones electio F
nesque natura bonorum non laudabilium tamen, terminum quen-
dam & de habitudine, & de electione ac fuga, vel paucitatis vel co-
piæ diuitiarum, deque successibus constituere oportuit. In priori-
bus quidem ostensum est, vt ratio dictat, quòd idem est, ac si quis di
cat se alimento sumendo omnia obseruare, vt medicina ac ratio di-
ctat. quod verum quidem, sed parum manifestum est. Oportuit
igitur iuxta quod imperat, iuxtaque habitudinem & actionem im-
perantis vitam instituere: velut seruus iuxta Domini, singulaque
iuxta conuenientem suum principatum. Quandoquidem & homo
ex imperante subditoque constituitur, ac vnumquodque necessum
habet ad principis sui mores accommodare. is autem duplex est,
aliter enim medicina: aliter sanitas imperat, & huic illa destinatur.

A Sic & in contemplatiuo principatus habet. Neque enim iubendo Deus imperat, sed cuius gratia prudentia est. quod vero alicuius gratia iubet, in aliis determinatum est, quoniam ille nullo eget. Quæ igitur electio possessioque natura bonorum vel corporis, vel amicorum, vel reliquorum, considerare maxime Deum facit, præstantissima est, atque hic terminus est pulcherrimus: quæ vero vel ob defectum, vel ob excessum considerare colereque Deum permit tit minime, ea est pessima. Atque sic quidem res hebet animæ: & is terminus eius præstantissimus est, minimum, inquam, alteram irrationalemque animæ partem sentire, quatenus talis est. Quis igitur probitatis terminus, sit, & quis simpliciter bonorum scopus, hunc in modum sit dictum.

Librornm Septem Moralium Eudemiorum finis.

Subsequentem de Virtutibus libellum, cum sub Aristotelis nomine legatur (& si forte ab alio authore editus fuerit) & ipsum aliis subnectendum esse censuimus.



ARISTOTELIS

DE VIRTVTIBVS LIBELLVS,

Alexandro, Chamaillardo interprete.

Quæ sint laudabilia, quæ ue uituperabilia: & cuius animæ partis, singulæ sint uirtutes.



Audabilia quidem sunt, honesta: vituperabilia vero, turpia. Et quidem in honestis principem locum obtinent virtutes: in turpibus autem vitia. Laudabilia porrò sunt, & causæ virtutum, & quæ virtutes consequuntur, & quæ exoriuntur, ab iis, & opera ipsarum: vituperabilia vero, contraria. Cum autem anima secundum Platonem in tres distribuatur partes: rationalis quidem, virtus est prudentia: animosæ autem, mansuetudo, & fortitudo: cupidæ vero, temperantia & continentia: totius autem animæ, iustitia, liberalitas, & animi magnitudo. Vitium vero est, rationalis quidem, imprudentia: animosæ vero iracundia,& ignauia: cupidæ autem, intemperantia & incontinentia: totius vero animæ, iniustitia, illiberalitas, & animi prauitas.

Quid sit unaquæque uirtus.

Prudentia.

Est autem prudentia virtus animę rationlis, ea preparans quę ad felicitatem spectant.

Mansuetudo.

Mansuetudo vero est virtus animosę, qua qui præditi sunt, difficulter ira concitantur.

Fortitudo.

Fortitudo autem virtus est animosæ, per quam non facile mortis

& metu percelluntur.

Temperantia.

Temperantia vero est virtus appetentis, per quam a malarum voluptatum appetentia redduntur alieni.

Continentia.

Continentia autem virtus est cupidæ, qua cupiditatem, quæ in malas fert voluptates, ratione inhibent.

Iustitia.

Iustitia vero est virtus animæ, eius distributiua, quod quisque meruit.

Liberalitas.

Liberalitas autem est virtus animæ, honestorum sumptuum ministra.

Magnanimitas.

Magnanimitas autem est virtus animæ, per quam ferre possunt vtranque fortunam, honorem, & ignominiam.

Quid sit unumquodque uitium.

Imprudentia.

IMprudentia vero est vitium rationalis, male viuendi causa.

Iracundia.

Iracundia autem vitium est animosæ, per quod fiunt ad iram præcipites.

Ignauia.

Ignauia autem vitium est animosæ, per quod periculis, & maxime mortis consternantur.

Intemperantia.

Intemperantia autem vitium est appetentis, per quod amplectuntur malas voluptates.

De incontinentia quidem nihil: sic autem tu potes definire.

Incontinentia.

Incontinentia Vero vitium est cupidæ, per quod stolidietate huc illucque cupiditatem circumagunt, impellentem ad malarum voluptatum delectationes.

Iniustitia.

Iniustitia vero est vitium animæ, per quod circumscriptores fiunt præter dignitatem.

Auaritia.

Auaritia autem est vitium animæ, per quod appetunt vndequaque lucrum.

Pusillanimitas.

Pusillanimitas autem vitium est animæ, per quod neutram possunt fortunam ferre, nec honorem, nec ignominiam.

Quæ sint uniuscuiusq; uirtutis propria.

Prudentię.

PRudentiæ autem est, consilium agitare, discernere bona & mala, & omnia q̄ sunt in vita sequēda & fugienda, honeste in omnibus bonis, cum aliis recte versari, prospicere occasiones, [illegible]ter verbis et rebus vti, experientiam habet vtilium omnium. [illegible]xia autem, peritia, & solertia, vel manant a prudentia, vel pruden[illegible] sunt assecla: aut partim prudentiæ adminicula, vt experienti[illegible] & [illegible] moria: partim tanquam prudentiæ partes, vt consilium & solertia.

Mansuetudinis.

Mansuetudinis autem est, posse ferre moderate obiecta crimina, & contemptus, nec celeriter rapi in vltiones, nec esse de facili [illegible] lem ad iras, esse autem moribus comem & mitem, & ingenio esse quieto & stabili.

Fortitudinis.

Fortitudinis vero est, inconcussum a mortis metibus, & constantem in malis, & intrepidum ad pericula esse, & malle honeste mori quam turpiter seruari, & victoriæ causam præstare. Praeterea autem fortitudinis est, & laborare, & in animo instruere, & posse. Accedit autem fortitudini & audacia, & animi præstantia, & fiducia, & confidentia: adhæc, industria & tolerantia.

Temperantiæ.

Temperantiæ autem est, nihil mirari corporis voluptates, & cuiusuis fœdæ voluptatis & delectationis minime appetentem & timere etiam iustam licentiam, & intentum esse in vitæ rationem, similiter in paruis & magnis. Assectatur autem temperantiam, ordo, moderatio, pudor, reuerentia.

Continentię.

Continentiæ autem est, posse cohibere ratione cupiditatem, ferentem ad malas delectationes & voluptates, & pati, & tolerare pro natura indigentiæ & ægritudinis.

Iustitię.

Iustitiæ autem est, distributiuum esse eius quod est sc̄d̄m cuiusque dignitatem, & tueri patrias consuetudines & instituta, & seruare scriptas leges, & veridicum esse in controuersiis, & stare conuentionibus. Est autem prima iustitiarum, aduersus Deos: proxima, in dæmonas: deinde, in patriam et parentes: deinde, erga defunctos: in quibus est pietas, vel pars iustitiæ, vel eius comes. Sectatur autem iustitiam, & sanctitas, & veritas, et fides, et vitiorum odium.

Liberalitatis.

Liberalitatis autem est, erogare pecunias in laudabilia, et largitio ad honestos sumptus faciendos, et pręsto esse ad auxilium in aduersa fortuna, et non accipere vnde non oportet. Est autem liberalis, & circa indumenta nitidus, et circa habitationem: est & instructor

permagni-

& permagnarum rerum, & elegantium, & oblectationem habentium, nulla cōmodi ducta ratione: est & altior animalium, mirum quid aut ratione habentium. Comitatur autem liberalitatem, morum facilitas, et comitas, & humanitas: & esse misericordem, et erga amicos beneuolum, & hospitalem, et honesti studiosum.

Magnanimitatis.

Magnanimitatis autem est, pulchre ferre et felicitatem et in felicitatem & honorem, & ignominiam, et non admirari neque delitias, neque clientelas, neque potestates, neque victorias gymnicas: habere autem quandam animi altitudinem et magnitudinem. Est autem magnanimus, neque vitam magnifaciens, neque vitæ amans, simplex porro motibus, et generosus, iniuria potens lacessiri, & non vindex. Sequitur autem magnanimitatem, simplicitas, et veritas.

Quæ sint vniuscuiusq; vitii propia.

Imprudentię.

IMprudentiæ autem est, iudicare peruerse de rebus, deliberare perperam, vti nequire præsentibus bonis, in falsam adduci opinionem de iis, quæ ad vitam sunt bona, & honesta. Sectatur autem imprudentiam, inscitia, incontinentia, rusticitas, obliuio.

Iracundiæ.

Iracundiæ autem sunt species tres. ex candescentia, sęuitia et vecordia. Est autem iracundi non posse ferre fœdas contemptiones, neque imminutiones: esse autem plagosum, & vindictæ cupidum, et desaci li ad iram facto verbo ue quouis moueri. Affectatur autem iracundiam morositas, et inconstantia, & sordida illiberalitas, et de paruis angi, & ab iisdem de repente affici, & per breue tempus.

Ignauię.

Ignauiæ autem est quouis metu facile per celli, & mortis maxime, & noxarum corporis et arbitrari præstabilius esse quomodocunque seruari, quam pulchre mortem obire. Comitatur autem ignauiam mollities, effœminatio, torpor, vitę studium, Subest etiam quędam timiditas, et contentionis denrectatio.

Intemperantię.

Intemperantiæ autem est, sequi delectationes voluptatum noxiarum & turpium, & arbitrari maxime felices eos essequi in huiusmodi voluptatibus versantur, et facetum esse, et dicacem, et vrbanum, et versutum, tam in verbis quam rebus. Sectatur autem intemperantiam, ordinis perturbatio, impudentia, confusio, incutia, negligentia, dissolutio.

Incontinentię.

Incotinentiæ autem est prohibenre ratione, delectationes voluptatum sectari, et ducere præstabilius esse, non frui autem nihilominus,

& opinari quidem oportere facere, & pulchra & conferentia, abhorrere tamen ab ipsis propter voluptates. Est autem comes incontinentiæ, mollities, et pœnitentia, et plura eiusmodi, quæ intemperantiam comitantur. D

Iniustitię.

Iniustitiæ autem sunt species tres, impietas, auaritia, immanior improbitas. Impietas quidem est aduersus Deos, & dæmones, & circa defunctos, & circa parentes, & circa patriam. Auaritia autem circa commercia, præter dignitatem eligens præcipuum. Imman or autem improbitas est, per quam voluptates sibi comparant, lu... alios habentes: vnde Euenes de ea dicit: Quæ lucrum ca...tans ... tamen ipsa nocet. Est autem iniustitiæ, patria violare & instituta et iura, nec parere legibus, nec magistratibus, mentiri, peierare, transgredi conuentiones, & fidem fallere. Comitem autem iniustitiæ de addit calumnia, iactantia, humanitatis assimulatio, malignitas, calliditas.

Auaritię. B

Auaritię autem species sunt tres, turpis quæstus, tenacitas, illiberalitas. Turpis questus quidem, per quem ditescere quærunt vndecunque, & lucrum quã pudorem pluris faciunt. Tenacitas autem, per quam sumptui parcunt, & impensæ in re honesta. Illiberalitas autem est, per quam expendunt quidem, minutatim autem male, & plus iacturæ facientes, nullo scilicet habito temporis delectu. Est ... t auaritiæ, plurimi facere pecunias, nec id probrum putare quod quæstuosum sit; vita mercenaria, & seruilis, & sordida, a munificentia & liberalitate aliena. Consequuntur autem illiberalitatem, sordes, ... monia, pusillanimitas, humilitas, immodestia, ignobilitas, hominum odium.

Pusillanimitas.

Pusillanimitatis autem est, neq; honorem, neq; ignominiam, neque felicitatem, neq; infortunia posse ferre, sed honoratum quidem tumescere, & leui successu prospero auctũ efferri & subsultare, ignominiam autem ne minimam quidem ferre posse. Aberratio porro est, infortunium non diiudicare magnum : conqueri vero de omnibus, & egro animo ferre. præterea autem talis est pusillanimus, vt omnes neglectus contumeliam vocet & ignominiam, etiam per imprudentiam, vel obliuionem admissos. Comitantur autem pusillanimitatem sordes, quærimonia, diffidentia, humilitas. E

Quid uirtutis sit in uniuersum.

IN vniuersum autem virtutis quidem est, facere studiosum & probum affectum in animo, quietis & constitutis motibus vtentem, omnibus ex partibus consonantem; quapropter videtur instituta

atq; rationis boni animi esse honestus affectus. Est porrò virtutis, & beneficiis dignos afficere, et diligere bonos, et neque ad sumendas pœnas, neq; ad vindictam ardenti esse animo, sed clementi placido, & misericordi. Affecla est autem virtutis, benignitas, equitas, animi candor, spes bona, & quæ eiusdem sunt generis, veluti familiariũ studiosum & amicorũ esse, sociabilem, hospitalem, humanum, elegãtem se exhibere, quæ vtiq; oĩa laudabiliũ sunt: vitii autẽ, contraria.

Libelli de Virtutibus finis.

LEONARDI ARETINI IN LIBROS POLITICORVM PROOEMIVM.



Nter moralis disciplinæ præcepta, quibus humana uita instituitur & docetur, eminentißimum quodam modo locum obtinent, quæ de ciuitatibus earumq; gubernatione conseruationeq; traduntur. Quippe disciplina huiusmodi omnis felicitatem hominibus conficere studet. Felicitatem uero si uni acquirere præclarum est quante magnificentiæ erit uniuersæ ciuitati beatitudinem adipisci. Bonum enim, quanto latius patet, tanto diuinius est existimãdum. Cumq; homo imbecille sit animal, & quam per seipsum non habet sufficientiam perfectionem q, ex ciuili societate reportet, nulla profecto conuenientior disciplina homini esse potest, quam quid sit ciuitas, & quid respublica intelligere: & per quæ cõstruetur intereatque ciuilis societas non ignorare. Mihi quidem qui hæc ignorat, seipsum pariter ignorare uidetur, ac sapientißimi Dei præceptum dispicere. Itaque & Plato decem illis præclaris libris, qui sunt ab eo de Republica scripti, in hac parte ostendenda docendaq́, plurimum nixus est. Et Marcus Cicero noster sex inclitis libris, quos de republica scripsit, hanc ipsam materiam est prosecutus. Et Aristoteles in hoc uolumine, quod nunc in Latinum conuertimus, hæc ipsa complexus est, tanto quidem nitore & copia & ornatu, ut uere mereatur flumen aureum uocitari. Materia igitur huius operis talis est. Conuertendi autem interpretandiq́, mihi causa fuit eadem illa, quæ iam decem & octo annis ad conuersionem Ethicorum induxit. Nam cum uiderem hos Aristotelis libros, qui apud Græcos elegantißimo stylo perscripti sunt, uitio mali interpretis ad ridiculam quandam ineptitudinem esse redactos, ac præterea in rebus ipsis errata permulta ac maximi ponderis, laborem suscepi nouæ traductionis, quo nostris hominibus in hac parte prodessem. Quid enim opera ea utilius? quid laude dignius efficere poßim, quã ciuibus meis primum, deinde cæteris qui Latina utuntur lingua, ignaris Græcarũ literarũ facultatẽ præbere, ut

tion per ænigmata ac deliramenta interpretationum inepti[illegible] sed de facie ad faciem possint Aristotelem intueri, & ut ille in [illegible]rum, D sic in Latino perlegere? Excitauit quoq; me utilitas maxima, quam [illegible] pretatione Ethicorum prouenisse conspexeram. Homines enim [illegible] quos primo veteris interpretationis ineptitudo ac barbaries a leg[illegible] bat, ita postmodum eos libros complexi sunt, ut in maximam lucem [illegible] rum cognitio sit perducta. Quod idem fore spero in his, de quibus nunc [illegible] mus, Politicorum libris. Atque eo magis, quo hec materia ciuilis, & [illegible] ad exprimendum alia quam in suis disputationibus scholastici utuntur, & ma iorem quendam efflagitat dicendi ornatum. quæ duo interpres nedum [illegible] sequi, sed ne suspicari quidem potuit. Aristoteles certe tanta facundia, tanta varietate & copia, tanta historiarum exemplorumque emulatione hos libros refersit, ut oratorio pene stylo scripti videantur. Sic enim argumentationes [illegible] tas interdum explicat, ut cuncta dicendi ornamenta in eas studiose conie[illegible] ceat intueri. nec est in his libris quæstio ulla paulo uberior, quæ [illegible] illo sit absque rhetorico pigmento aut colore, quorum & si non expressionem, E attamen adumbrationem quandam diligens lector in hac traductione nostra de prehendet. Fuit enim Aristoteles studiosissimus eloquentiæ: quod artes [illegible] toricæ eius, pluribus voluminibus explicatæ declarant. Quæ sit igitur [illegible] librorum materia, & qua de causa laborem hunc susceperimus, & qua[illegible] ipsi in Græco sint, hæc prefatos esse sufficiat. Hortamur autem omnes vehe menter ad huius operis diligentissimam lectionem, utpote doctrinam [illegible] mam, ac rerum prope innumerabilium cognitionem, & quidem necessariam ad vitam suscepturos.



ARISTOTELIS STAGIRITAE. PERIPATETICORVM PRINCIPIS. POLITICORVM. LIBER PRIMVS.

Leonardo Aretino interprete.

SVMMA LIBRI.

De ciuitate, domo, pago, re familiari, seruis, dominationibus ac seruitutibus, possessione, acquisitionibus necessaria ac numularia, & personarum in re domestica existentium virtutibus.

De ciuitate, eius gubernatore, partibus, domo, pago. Cap. I.



C Voniam videmus omnem ciuitatem esse societatem quandam, & omnem societatẽ boni alicuius gratia constitutam (nam eius gratia quod bonũ videtur, omnia omnes agunt.) patet quod bonum aliquod omnes coniectant. maxime vero principalissimum omnium quæ est principalissima, & cæteras omnes complectitur. est autẽ hæc illa, quę ciuitas appellatur, & ciuilis societas. Quicunq; vero putant gubernatoris ciuitatis, & regis, patrisq; familias, et domini eandem esse rationem, non bene dicunt. Multitudine enim & paucitate, sed nõ specie illorum singulos putant differre, veluti si paucorũ quidem, dominum: si vero plurium, patrem familias: sin etiam pluriũ, gubernatorem ciuitatis vel regem: quasi nihil differat magna domus & parua ciuitas, gubernatorq; ciuitatis & rex: quando quidem ipse præsidet, rex: quãdo vero sc̃dm rationem talis scientiæ in parte prę-sidet, & in parte subest, gubernator ciuitatis. Sed hæc vera nõ sunt, qđ

manifestum erit ſcđm hāc doctrinā conſiderātibus. Vt enim alii cō
poſitū vſq; ad incompoſita diuidere neceſſarium eſt (hæ namq; ſunt
minimę totius particulę) ita ciuitatē, ex quibus cōponitur con- D
rantes, & qūo illa differāt inter ſe, & ſi quid artificii recipiunt ſingula
ipſorū, magis intuebimur. Siquis igitur ab initio rerum or[illegible]
ciat, vt in aliis, ſic & in iſtis optime diſcernet. Primum igitur neceſſe
eſt cōbinare illos, qui nō poſſunt eſſe niſi ſimul, ceu marem & fœ-
nā generationis cauſa. Et hoc non ex electione, ſed velut in cæteris
aīalibus & plantis naturale eſt deſideriū, quale ipſum eſt, tale alterū
relinquendi. Imperās vero natura & parens propter conſeruationē.
nam qđ poteſt mente proſpicere, natura imperat ac dominatur: qđ
aūt poteſt corpore hoc facere, patet natura & ſeruit. quapropter do
mino & ſeruo id confert. Natura igitur diſtincta ſunt fœmina, & ſer
uus. Nihil enim natura facit tale, quale ſtatuarii delphicū gladium
ob inopiam, ſed vnū ad vnū. ſic. n. optime inſtrumenta proficient,
ſi eorū ſingula non multis, ſed vni deſeruiant. Verū apud Barbaros E
fœmina & ſeruus eodem gradu habentur. cauſa vero huius eſt, quo
niam quod natura dominetur non habēt, ſed fit eorū ſocietas ex ſer
uo & ſerua. Quamobrem aiunt poetę, Græcos Barbaris dominari
oportere: quòd idem ſit natura, Barbarus & ſeruus. Ex his duabus
igitur ſocietatibus domus prima. Recteq; Heſiodus inquit:

Domum in primis, mulieremq;, & bouem aratorem.

Bos enim pro ſeruo pauperibus eſt. Quotidiana igitur ſocietas ſcđm
naturam conſtituta domus eſt: quos Charondas quidem homoſy-
pios, Epimenides vero cretenſis * homocapnos appellat. Sed quæ ex
plutibus domibus cōſtituitur ſocietas prima, vtilitatis gratia non
quotidianæ, pagus eſt. Maxime vero ſecundum naturam videtur pa
gus, propagatio quædam eſſe domus eorum, quos dicimus coalitos,
& natos eſſe natorum. Quapropter primo ſub regibus ciuitates erāt:
nunc vero etiam gentes. nam ex his qui ſuberant regno, proceſſe- F
runt. Omnis autem domus regitur a ſeniore: quare & coloniæ inde
propagatæ pp conſanguinitatē. Et hoc eſt, quod inquit Homerus:

Iura dant ſinguli natis & vxoribus.

Sparſim namq; etiā ſic antiquitus habitabant. Et Deos ob hoc ipſum
putant cuncti regem habere: quoniam & ipſi partim nunc, partim
antiquitus ſub regibus degebāt. Quemadmodum vero formas huma
nas Diis attribuunt homines, ſic etiam vitas.

* a. l. homocapos.

Quid ciuitas, & homo ciuile ſit animal, & partibus ciuitas prior ſit. *Cap. II.*

QVæ autem ex pluribus pagis conficitur ſocietas, ciuitas eſt, quę quidem (vt ita dixerim) totius ſufficientiæ finem habet, con ſtituta quidem gratia viuendi, exiſtens autem bene viuendi

A gratia. Quapropter omnis ciuitas natura est: siquidem & primæ societates. nã hæc illarũ finis: natura vero finis est. Quale enim vnũquodq; est generationis perfectę, hanc vniuscuiusq; naturam esse dicimus, ceu hominis, equi, domus. Insuper cuius gratia & finis, optimũ: sufficientia vero finis, & optimum. Ex his igitur patet ciuitatẽ esse ex his, qui natura sunt, & ꝙ homo natura ciuile est animal. Et qui absq; ciuitate est per naturam, non per fortunam, aut nequam est, aut potior quam homo. vt ab Homero per contumeliam increpatur. Sine tribu, sine iure, sine domo.

Nam simul talis est & belli cupidus, veluti qui nullo retinetur iugo, vt neque volatilia. Ex quo patet sociale animal esse hominem, magis quã oĩs apes, & quã omne gregarium aĩal. nihil.n. (vt diximus) frustra natura facit. Sermonem vero homo habet solus oĩum aĩalium. Nã vox quidẽ molesti atq; iocũdi significatio est. quapropter aliis quoq; existit aĩalibus. hucusq; enim natura processit in his, vt sensum habeant iocũdi & molesti, & hoc inter se significare possint. At
B sermo ad hoc datus est nobis, vt ostẽdamus vtilitatem & damnum, atq; ita iustũ & iniustũ. hoc enim præter cætera aĩalia hoĩbus proprium est, vt boni & mali, ac iusti & iniusti, & aliorũ huiusmodi sensum habeant soli. horumq; societas facit domum, & ciuitatem. Et certe sc̃dm naturã prius est ciuitas quã domus, & quã singuli nostrum. Nã totum prius esse quã partem, necessariũ est. perempto enim toto, nõ erit pes nec manus, nisi æquiuoce, veluti si quis dicat lapideam. nam corrupta quidẽ erit talis. cunctę autem opere definitæ sunt & potentia. itaq; cum amplius non sint tales, nõ est dicendũ illas esse easdẽ, sed equiuocas. Esse igitur ciuitatem natura, & prius quã singuli mani festum est. Si enim non est sufficiens vnusquisq; separatus, perinde se habet ac reliquę partes ad totum. Qui aũt in communi societate nequit esse, quiq; nullius indiget propter sufficientiã, nulla pars est ciuitatis: quare aut bestia aut Deus. natura igitur omnibus ad huius
C modi societatem est appetitus. Qui aũt primus instituit, maximorũ bonorum causa fuit. vt enim perfectione suscepta, optimũ cũctorum animalium est homo, ita si alienus fiat a lege et a iudiciis, pessimum est oĩum aĩalium. Sęuissima est enim iniustitia tenens arma. Homo vero arma tenet per innatã prudẽtiam atq; virtutẽ, quibus plurimũ valet in contrariũ vti. Itaq; impiissimum & immanissimum est sine virtute, & ad libidinẽ cibationẽq; deterrimũ. iustitia vero ciuile qddã est. nã ius ordinatio ẽ ciuilis societatis: iudicatio aũt iusti iudiciũ.

De re familiari, domino seruo, re possessa, imperandi ac parendi necessitate, ac utilitate. *Cap. III.*

QVoniam vero declaratum est quibus ex partibus sit constituta ciuitas, necessarium videtur primum de re domestica

dicere. Omnis enim ciuitas ex domibus constat. rei domesticæ
rursus partes sunt, ex quibus domus est constituta. domus aūt perfici
tur ex seruis & liberis. Cū vero prima quęq; sint in minuti... imis per D
quirenda: primæ vero ac minutissimæ partes domus existant domi
nus & seruus, maritus & vxor, pater & filii: de his vtique tribus consi
derandū fuerit, quid vnumquodque, & quale esse oportet: hoc est de
dominica, de coniugali (nā & ipsa proprio nomine non nominatur)
& de paterna disciplina. Sint autem hæ tres quas diximus. Est au-
per quædā pars, quæ videtur quibusdam esse † disciplina rei fami-
ris: quibusdam vero maxima eius pars. Loquor autem de illa parte,
quæ versatur circa acquirendum: quæ & ipsa quemadmodum se ha-
beat, considerandum erit. At primum de seruo & domino dicamus:
vt quæ necessaria sunt intueamur, & si quid de his melius compreh́e
dere possimus, quam ea quę nunc existimantur. Quibusdam por-
ro videtur scientia quædam esse dominatio, eademq; esse disciplina
domestica, & dominatio, gubernatioq; ciuilis & regia: vt in princi-
pio diximus. Aliis aūt, pręter naturam videtur esse dominatio. quo E
niā natura nihil differat, sed lege dūtaxat inductū sit, vt alii liberi sint
alii serui. quapropter neque iustum: violentum enim. Cum igitur pos
sessio sit pars domus, certe & illa per quam acquirimus, pars erit do-
mesticæ disciplinæ. nam sine necessariis impoßibile est & viuere, &
bene viuere. Vt vero in artibus definitis necessarium est subesse
propria instrumenta, si opus modo confici debeat: sic etiam in re fa-
miliari. Instrumentorū vero quædam inanima sunt, quædam anima
ta. veluti gubernatori, nauis quidē inanimis est: qui vero proram re
git, animatus. nam minister in artibus locum instrumenti obtinet.
Sic & res possessa instrumentum est ad vitam: possessio autem mult-
tudo instrumentorū: & seruus possessum quiddā animatū, & tāquam
instrumentum ante instrumenta omnis minister. Si possent enim in-
strumenta ad iussum vel nutum domini opus suum conficere, quēad
modū Dædali, aut Vulcani tripodes. (quos inquit poeta sponte sua
diuinum prodiisse in certamen) sic & pectines texerent, & plectra ci F
thara pulsarent. nec architecti sane ministris, neq; domini indigerēt
seruis. Quæ igitur instrumenta dicuntur, factiua sunt: quod vero pos
sidemus, actiuum est. a pectine quidem enim aliquid fit præter illius
vsum: a veste vero atq; lectica vsus solum. Præterea cū specie differāt
facere & agere, & indigeat vtrunq; instrumentis, necessariū est & illa
eandē habere differētiā. Vita certe actio est, & nō factio, quapropter
seruus minister est ad actionem. Id autem quod possidetur, dicitur
quemadmodum & pars ad totum: pars enim non solum alterius est
pars. sed ēt omnino alterius. similiter & quod poßidetur. Quapro-
pter dominus serui est dominus solum, sed illius non est: seruus autē
non solum domini seruus, sed omnino illius. Quę igitur sit natura
serui, & quæ potestas ex his patet: quicūq; enim suapte nō est scdm

† οἰκονομία sic fere per librum totum.

naturam, sed alterius, homo autem est, hic natura est seruus.* alterius
aūt homo est; qui possidetur, homo existens. res possessa vero instru
mentum ad acquirendum actiuum & separabile. Verum vero sit ali-
quis natura talis vel non, & verum melius ac iustius sit alicui seruire
vel non, sed omnis seruitus sit præter naturā, considerandum postea
erit. Nec sane difficile est ratione perspicere, & ex his quę fiūt cogno
scere. Imperare enim & parere non solum necessariorum sunt, verum
etiam vtiliū. ac statim ex generatione quædam distincta sunt, alia qui
dem ad imperandum, alia vero ad parendum. & species multæ & im
perantium & parentium sunt. & semper melius imperium meliorum
parentium est, ceu hominis, quā bestiæ. Nam quod a melioribus per
ficitur, melius est opus. Vbi vero aliud imperat, aliud paret, est aliqđ
horum opus. nam quęcunq; ex pluribus constat, & vnum quid com
mune fiunt, siue ex continuis siue ex discretis, in omnibus apparet et
quod imperat, & quod paret. & hoc ex tota natura inest animalis. nā
B & in his quæ expertia sunt vitę, est quoddam imperium instar har-
moniæ. sed hæc forsan aliena sunt ab ista consideratione. Animal ve-
ro constat primum ex anima & corpore: quorum alterum imperat
secundum naturam, alterum paret. Oportet autem considerare natu
rā nō in corruptis, sed in his quæ magis se habēt scđm naturā. quocir
ca eū hominē, qui & animo & corpore optime dispositus sit, inspicien
dum: in quo certe id manifestum est. nam prauorū quidem aut pra
ue dispositorum sæpe inuenietur corpus imperare animo, ex eo quia
peruersa ac præter naturam se habent. Est igitur (vt dicimus) pri
mum in animali perspicere imperium dominicum & ciuile. Nam ani-
mus quidem in corpus, dominicum habet imperium: mens vero in
appetitum, ciuile & regium. In quibus clarum est secundum naturam
& vtilitatē imperari ab animo corpori, & ab ea parte quæ habet ratio
nem, ei parti quæ subiacet perturbationi: æqualitatem vero ac vicissi
tudinem omnibus nocere. Rursus in homine & aliis animalibus eodē
C modo. mansueta quidem meliora sunt quā fera, his autem vniuersis
melius est vt homini pareant: nam salutē ita recipiunt. Præterea aūt
masculus & fęmina, alter melior secundum naturam, altera deterior:
& hic imperās, illa vero parēs. eodēq; modo necesse est in cunctis ho
minibus esse. Quicunq; igitur distant tantū, quantum animus a cor-
pore: & homo a bestia, per hūc modū se habēt. Quorūcunq; est opus
in corporis vsu, & hoc est in eis potissimum, hi sunt natura serui:
quibus melius est vt imperetur, hoc imperio quemadmodum in præ-
missis. Est enim natura seruus, qui potest alterius esse: quapropter
& alterius est. & qui tantum particeps est rationis, vt sentiat quidem
at non habeat. Nam certa quidem animalia rationem quidem nō sen
tiunt, sed passionibus inseruiunt. Vsus etiam variat parumper. ne-
cessariorum enim corpori auxiliū fit ab vtrisq;, a seruis videlicet, ac
mansuetis animalibus. Vult autem natura, & differentia facit corpo

* ἀλλ᾽ οὗ δὲ ἄνθρωπός ἐστι ὃς ἂν κτῆμα ᾖ ἄνθρωπος ὤν

ra liberorum & seruorum: alia quidem robusta ad necessarios vsus,
alia vero recta & inutilia ad tales operationes, verum vtilia ad ciui- D
lem vitam. hæc autem diuisa est in belli opportunitates & pacis. Ac-
cidit vero sæpe & contra hos quidem corpora habere liberorũ, illos
vero animos. Nam id quidem patet, quod si tantum procellant corpo-
re solum, quantum Deorum imagines, reliqui omnes digni apparent
illis seruire. Id si verum est in corporibus, multo iustius in animo idẽ
putare, sed non vt corporis, ita & animi pulchritudinem discernere
facile. Quòd igitur sint secundum naturam, alii liberi, alii serui
patet: quibus & seruire prodest ac iustum est.

De duplici seruo, potentia gubernandi, dominationis, ac gubernationis differentia. *Cap. IIII.*



Vòd autem & contradicentes quodam modo recte di-
cunt, non difficile fuerit intueri. Dupliciter enim E
dicitur seruire & seruus. Est enim aliquis secundum
leges seruus, & seruiens. nam lex confessio quæ-
dam est, per quam bello capta illorum fieri dicun-
tur qui ceperunt. Hoc autem ius multi eorum qui circa leges versan-
tur, accusant, tanquam oratorem qui iniqua decreuerit: quasi sit
graue, si eius qui vim afferre potest, & potentia præcellit, seruus
fiat & subditus is qui vim patitur. & quibusdam hoc modo videtur
quibusdam illo, etiam sapientum. Causa vero ambiguitatis & va-
riationis sermonum huiusmodi est: quia quodam modo virtus freta
potentia, vim potest maxime afferre, & semper id quod superat, est
in excellentia alicuius boni. ex quo fit, vt vis non absque virtute esse
videatur, sed circa iustum solum esse ambiguitatem: propter hoc a-
ne, quod aliis quidem beneuolẽtia videtur esse iustũ, aliis hoc ipsum
videtur iustum, potentiorem dominari. quoniam discordantibus in-
uicem huiusmodi sermonibus, cum alteri nec validum quicquã, neq; F
persuasiuum continent, quod non oporteat meliorem secundum virtutẽ
præesse ac dominari. Omnino vsurpantes quidam, vt arbitrantur, ali-
quod iustum (nam lex iustum quid est) seruitutem quæ ex bello pro-
uenit, iustum posuere, & simul non iustum esse aiunt. nam fieri po-
test, vt belli principium nequaquam sit iustum. Et indignum seruire,
nemo diceret esse seruũ. alioquin cõtinget eos qui nobilissimi vidẽ-
tur, seruos esse. atq; ex seruis, si contingat eos capi atq; venũdari. ita-
que istos non volunt seruos dicere, sed Barbaros. Atqui cũ ista dicũt,
nihil quęrunt aliud quã natura seruos, vt ab initio diximus. necesse
est enim dicere aliquos esse, & hos quidem vbiq; seruos esse, alios ve-
ro nusquam. Eodemq; modo de nobilitate. ipsos enim non solum
apud seipsos nobiles, sed vbique existimant, Barbaros vero domi so-
lum nobiles: quasi existat alia simpliciter nobilitas, alia non simplici-

A ter: vt Theodocti Helena inquit. Ex Diis ab vtraq; stirpe prognatam quisquã appellabit seruam? Sed cum hoc aiunt, nullo alio quã virtute & vitio definiunt seruũ & liberum, nobilesq; & ignobiles. putant enim, vt ex hominibus hominem, & ex bestiis bestiã, sic ex bonis bonum generari. sed natura quidem hoc vult, attamen plerunq; non potest. Quòd igitur hæc dubitatio habet ratione quandam; & quod sunt alii natura serui, alii liberi manifestum est. Et quod in quibusdam determinatum est esse tale aliquid, quibus quod ob idipsum prodest & iustum est, alium seruire, alium esse liberum: & conuenit aliũ imperare, alium parere eo imperio quod innatum est: quare & dominari. Quod aũt male vtrisque inutiliter fit. Nam idem prodest toti et parti, & aĩæ & corpori. & seruus pars quædã est domini, quasi animata quædam corporis, sed separata pars. quapropter aliquid est qđ simul prosit, & amicitia est seruo & domino inuicẽ, scđm naturã ita dispositis: illis vero, qui scđm legem & per violentiam, contrariũ. Patet autem ex his, quod non idẽ est dominatio & gubernatio reipublicæ,
B necoẽs inter se principatus, vt quidam aiunt, nam aliud liberorum scđm naturam, aliud seruorũ est. Et in re familiari imperiũ est vnius: nam ab vno regitur omnis domus: in republica autem liberorum & æqualium est gubernatio. Dominus ergo non dicitur scđm scientiã, sed quia est talis. eodemq; modo & seruus & liber. Scientia vero est & dominica, & seruilis. Seruilis quidẽ, quale & Syracusis ille docebat. nam ibi quidam mercede pueros docebat* seruitutem. Fuerit sanæ etiam cõplurium talium disciplina, ceu coquinaria, & alii huius generis famulatus. sunt enim opera alia honestiora aliis, alia vero necessaria magis. & vt est in prouerbio, seruus præ seruo, dominus præ domino. hæ igitur omnes scientiæ seruiles sunt. Domini autem scientia est, per quam vtitur seruis. nam dominus est, non in posidendo seruos, sed in vtendo seruis. Continet autem hæc scientia nõ magnũ aliquid, neq; gloriosum. quæ enim seruum scire facere oportet, illum
C oportet scire iubere. Quapropter quibuscunque est facultas a laboribus cessandi,* vicarius quidem hunc honorem suscipit ipsi aũt reipublicæ administrandæ, aut studiis philosophiæ intendunt. Acquirẽdi vero disciplina, alia est ab vtraq; istarum, ceu bellica quædam iusta, aut venatica. De seruo igitur & dño in hũc modũ determinatum sit.

* διακονήματα, seruilia ministeria.

* ἐπίτροπος

De possessione, acquisitioneq; secundum naturam ac necessaria, animalium præcipueq; hominum uitis uariis, ac ueris diuitiis. Cap. V.

Omnino aũt de vniuersa possessione & acquisitione intuebimur scđm antecedẽtẽ modũ, quandoquidẽ & seruus possessionis erat pars. Primũ igiť dubitaret vtiq; aliquis, vtrũ illa disciplina, quæ ad acquirendũ spectat, idẽ sit qđ facultas

rei familiaris, vel pars aliqua eius, vel ministrã. Et si ministra, vtrum D quemadmodum pectinaria textoriæ: aut quemadmodum æraria statuariæ. non enim eodem modo subministrant: altera instrumentum organa præbet, altera materiam. Dico autem materiam, id quod subiacet, ex quo aliqđ perficitur opus, ceu textori lana, statuario æs. Quòd quidem igitur non sit eadem rei familiaris disciplina & quæ pertinet ad acquirendum, manifestum est. Nam huius quidem acquirere est, illius vero vti. quæ enim vtetur his quæ sunt in domo, nisi rei familiaris disciplina? Sed verũ sit eius pars, vel alia species, dubitationem habet. Nam si est diligentis patrisfamilias videre quonde pecuniæ & possessiones adsint: possessio autem & pecuniæ multas complectuntur partes: itaque primum dubitatio est, agricultura vtrum pars aliqua sit illius acquirendi disciplinæ, an aliud quoddam genus: & omnino circa alimentum cura & acquisitio. Atqui species alimentorum multæ sunt: quapropter & vitæ plures sunt, animalium, & hominũ. non enim fieri potest, vt viuatur sine alimento. Itaq; diuersitates alimentorum diuersas fecerunt animalium vitas. Nam ferarum quæ- B dem aliç gregales sunt, aliæ solivagæ: vt hoc, vel illo modo, ilis conducit ad victum. quoniam aliæ viuis animalibus, aliæ fructibus, aliç cunctis pascũtur. quare ad facultatem victus atque delectũ, ipsarũ vitas natura distinxit. Cum vero non idem cuiq; dulce sit secũdum naturam, sed aliis alia: & illarum quæ animalia, & illarum quæ fructus comedunt, vitæ inter se differunt. Hoc idem est in hominibus: differunt enim multæ eorum vitç. nam pigerrimi qui sunt, pastoralẽ vitam sequuntur: quoniam a mansuetis animalibus sine labore educatio ipsis prouenit otiosis. cumq; sit necesse mutare locũ animalibus, & ipsi coguntur vna sequi, quasi agriculturam quandam viuam colẽtes. Alii vero ex præda viuunt. & præda quidem alia alii, ceu alii venantes, alii piscantes: vt qui paludes, & stagna & flumina, & mare accolunt. alii ab auibus & feris. sed maxima pars hominum a terra viuit, & a fructibus nõ syluestribus. Vitæ igitur fere totsunt quot secundũ propriã & innatam habent operationem, nec per cõmutationem & commercia sibi præparant alimentum: pastoralis, agricultura, prædatoria, piscatoria, venatoria. Sunt & qui ista miscentes, iucunde viuant, supplentes deficientem vitam qua deficiens est, vt sufficientia adsit: ceu pastoralem simul quidam & prædatoriam, alii vero agriculturam & venationem. eodem modo & circa alias, vt indigẽtia cõpellit, in hunc modum degunt. Talis igitur acquisitio ab ipsa videtur natura hominibus data, vt statim post geniturãm, sic etiam ad perfectionem deductis. nam ab ipso generationis initio quædam animaliũ simul exprimunt tantum alimenti, vt sufficiat donec possit sibip si acquirere quod generatum est: vt quæcunq; ex putredine, vel ex ouis gignuntur. quæ vero pariunt viuenta, alimentum habent in seipsis, ad natorum educationem vsq; ad tempus quoddã, quã lactis na-

[...]ram dicimus. Quare similiter est de perfectis quoq; existimandũ, [...]antasque animalium esse gratia, & cætera animalia hominum cau[...] mansueta quidem propter vtilitatem & cibum: fera vero (& si nõ omnia, at plurima illorum) propter cibum, & alia adiumẽta, vt & vestis ac cætera instrumenta ex illis fiant. Si igitur natura nihil neq; imperfectum facit, neq; frustra, manifestum, est illa omniũ hominũ gratia fecisse naturam. Quapropter & bellica secundum naturam quodam modo acquisitiua erit. Nam & venatoria pars illius est, qua vti oportet contra bestias, & contra eos homines qui ad parendum nã [...] sunt, nec volunt parere: quia natura id bellum iustum existat. Vna igitur acquirendi species secundum naturam pars est rei familiaris: quam oportet subesse iam aut illam parare, quo ea subsint, quorum est comparatio rerum in vita necessariarum, & vtilium ad societatẽ ciuitatis & domus. Et videntur veræ quidem diuitiæ ex his consta[...] re. Nam sufficientia huius possessionis ad vitam bonorum non infi[...] nita est, vt Solon poetico more dicebat: diuitiarum nullus est finis cõ[...] dicutus hominibus. At certe constitutus est, vt in aliis artibus. nullũ enim instrumentum cuiusquam artis infinitum est, neque multitudine, neque magnitudine: diuitiæ autem sunt multitudo instrumentorum rei familiaris & reipublicæ. Quod igitur sit aliqua acquisitio secundum naturam patribus familias & gubernatoribus reipublicæ, & propter quam causam, patet.

* κτήσεως. acquisitiõis.

De nummularia acquisitione, quæ sit præter naturam, & quæ differat a cura rei familiaris: ubi multa de numi usu. Cap. VI.



St aliud genus acquirendi, quod maxime vocant, & merito vocari debet pecuniarium: in quo nullus finis esse videtur diuitiarum & possessionis: quod esse vnum cũ illo specie, de quo supra diximus, plerique crediderunt, propter vicinitatem. Sed neque est idem, neque ab illo valde remotum. est enim alterum illorum secundum naturam, alterum non secundum naturam, sed magis secundum experientiam & artem. de quo dicere sic exordiamur. Cuiusq; enim, quæ possidetur, rei duplex est vsus. vterq; uero secundum ipsam rẽ sed nõ similiter: uerum alter proprius, alter non proprius rei. ceu calcei quidem est calceario, & uenditio. uterque enim usus calcei. est nã qui calceum indigenti uendit pro pecunia uel cibo, utitur calceo qua calceus est, sed non secũ proprium usum: non enim commutarionis gratia factus est calceus. Eodem modo se habet in aliis rebus, quas possidemus. Est enim permutatio in omnibus, cœpta quidem ab initio ex eo quod est secundum naturam, quod alii plura quã opus sit, alii pauciora habeant homines. Ex quo manifestum est, pecuniariã nõ esse.

* καπηλικῆ. secundum naturam eius, quæ pertinet * ad acquirendũ. quoad enim ipsi sufficeret, necessariũ erat permutationem fecisse. In prima [illegible] societate, id est in domo, manifestum est nihil opus esse illius, seu iã in maiori existente societate. Alij.n. illorũ cõmuniter hab[illegible] bant oia. alii separatim multa rursus & alia, quorum secundum ind[illegible]entiã ne cesse erat permutationẽ facere. queadmodũ adhuc faciũt Barbarorũ nationes multæ, alia pro aliis dantes recipientesq; . vtilia enim pro vtilibus tradũt, vltra vero nihil: ceu vinũ pro tritico, & cetris talibus. Huiusmodi ergo permutatio neq; præter naturam est, neq; *ad amplificationem patrimonii pertinet, cum sit in supplementum indig[illegible] tiæ secundũ naturam. Ex hac tamen, illa processit scdm ratione Nã cum a remotioribus quæreretur auxiliũ, importando illa quibus indigebant, & exportando illa quibus abundabant, necessario numi introductus est vsus. non enim faciliter deferri possunt singula ad vitam necessaria. Quare ad permutationes faciendas tale aliquid com posuerunt inter se dare & accipere, quod vtilium quippiam existens, haberet vsum comutandi facilem ad vitam: ceu ferrum, & argentum, & si quid aliud tale, primo simpliciter definitum quantitate & pondere, postmodum vero ẽt signo impressum, quo a mensura liberi e[illegible] sent. nam signum positum est ad quantitatem demonstrandam. Reperto igitur numo, ex necessaria permutatione, alia species acquirẽdi emersit numularia: primo forsan simpliciter, postea per expe[illegible]tiam artificiosior. vnde quodammodo permutãdo, plurimum faciat lucrum. Quapropter videtur numularia maxime circa questũ pecuniarum versari, & illius esse opus posse discernere, vnd[illegible] prouenat multitudo pecuniarum, numorum enim & diuitiarum effectiua est. nam & diuitias plerunque ponunt esse multitudinem pecuniæ, ex eo videlicet, ꝙ circa illam intendunt pecuniatia & quæstuaria. Contra vero interdum futile quiddam videtur numus & lex omnino, & nequicquam secũdum naturam, quoniam mutatis iis qui vtuntur, nullius pretii aut vtilitatis est ad aliquod necessariorum. & locuples numis penuriam patietur necessarii alimenti. Atqui absurdum est, tales esse diuitias affirmare, quarum abundans quis fame perire possit. vt de Mida fabulis traditur, cui propter insatiabilitatem desiderii, qc quid apponebatur, fiebat aurum. Quamobrẽ quærunt diuitias alias, & aliã acquirendi rõnem. Et recte quidẽ. est.n. alia acquirendi ratio, & diuitiæ scdm naturã. & hæc quidẽ rei familiaris disciplina: illa vero pecuniaria, pecuniarum effectiua non simpliciter, sed per ipsarum pecuniarum commutationem. & videtur circa numum ista versari: nam numus primum est, & vltimum in commutatione. Et Infinitæ sunt huiusmodi diuitiæ, quæ ab hac ratione rei augendæ proficiscun tur. Vt enim medicina sanitatis in infinitũ est, & vnaquæq; ars finis in infinitum: nam quã maxime volunt illũ efficere: eorũ vero quæ sunt ad finem, non in infinitum, finis.n. extremum omnibus: sic & hu

Margin notes: τὴν ἀλλαγὴν ἀπαλλακτικῆς (left, beside "vtilibus tradũt"); Numi vsus. (left, beside "troductus est vsus"); D, E, F (right margin letters).

ius rationis augendæ rei non est finis terminus. Finis autem tales di uitiæ, & pecuniarum * possessio. sed rei familiaris, non augendæ rei non est finis. nō enim hoc est rei familiaris opus. quapropter in hac uidetur necessariū, vt sit finis omnium diuitiarum. Sed contra video fieri: omnes enim in infinitum augent, qui pecuniis student. Causa vero huius est illarum propinquitas: variatur enim vsus eiusdē rei, cū sit vtriusq; acquisitionis. ipsius enim vsus acquisitio, sed nō scdm idē: ac huius quidem alius finis, illius vero amplificatio. Quare videtur quibusdam hoc esse rei familiaris opus, & perseuerant existimātes oportere aut conseruare, aut agere pecuniam in infinitum. Causa vero est huius dispositionis studium viuendi, sed non bene viuendi. cum ergo cupiditas in infinitum extendatur, illa quoque quę efficiunt infinita, cupiunt. Sed qui bene viuere student, ad fruitionē corporis diuitias quærunt. Vnde cū hoc quoq; in acquisitione consistere videatur, omnis eorum cura circa acquirendum est: & altera augendi species hinc processit. cum enim fruitio modum excedat, illam adhibent quæ huiusmodi excessum adimplere possit, & si per hanc acquirendi speciem nequeant parare, per aliam causam efficere conantur: vnaquaq; freti potentia non secundum naturam. Fortitudinis enim non est pecuniam parare, sed fiduciam animi, neq; rei militaris aut medicinæ: sed illius quidem victoriam, huius vero sanitatē. At illi cuncta ad pecuniam cōuertunt, quasi hic sit finis: ad finem vero cūcta oportet tendere. De illa igitur acquirendi specie, quæ necessaria non est, & quænam ea sit, & propter quā causam illa indigemus, diximus: & vt illa q̄ necessaria est, ꝙ altera ab illa, & disciplina rei familiaris, scdm naturā circa alimētū, nec infinita sicut illa, sed finē habēs.

* ατ̃ιν.

De acquisitione necessaria, nummularia, & speciebus eius. Cap. VII.



EX hoc patet id de, quo ab initio dubitabatur, verum gubernatoris domus & ciuitatis sit acquirere vel non, sed oporteat prius esse acquisitū. sicut enim homines non facit respublica, sed factos a natūra suscipiens vtitur illis, sic & alimentum oportet naturam prębere, aut a terra, aut a mari, aut alio quoplā. Sed quemadmodū hæc administranda sint, ad gubernatorem pertinet domus. neq; n. textoriæ est lanas facere, sed factis uti, & discernere qualis sit bona & apta, & mala & inepta. Enimuero dubitaret vtiq; aliquis, cur ea diligētia q̄ ad acquirendū pertinet, pars rei familiaris sit: medicina uero nō sit eius pars. Atqui sanam esse familiā oportet, quemadmodū & victū habere, aut aliud quiddam necessariorū. Sed cū sit vt patrisfamilias & gubernatoris de salute prouidere, sit etiam vt nō, sed medicinā et de pecuniis est vt patrisfamilias, est et ut non, sed ut lucro inseruiētis. Maxime

vero (vt prius dictum est) natura oportet hæc existere. natura enim [illegible] D opus est alimentum genito præbere. cuique enim ex quo g[illegible] ex eo alimentum relinquitur. itaqȝ secundum naturam est para[illegible] cultas omnibus ex fructibus & animalibus. Cum vero & hæc sit [illegible] plex, vt diximus, & altera pecuniaria, altera disciplina rei [illegible] ris. & hæc quidem necessaria & laudabilis, illa vero translata [illegible] rito improbanda, quia non secundum naturam, sed ab hom[illegible] acquirit: rationabilissime habetur odio ipsa numularia: quonia[illegible] mo ipso facit acquisitionem, & non ad quod inductus est. Commu[illegible] tionis enim causa numus inductus fuit, fœnus autem sepissim[illegible] facit. vnde & nomen venit: quoniam illa quæ pariuntur, similia sunt gignentibus: in fœnore autem numus numum parit: quare maxime præter naturā est hic acquirendi modus. Quoniam vero quę ad co gnitionē pertinebant, determinauimus sufficienter. illa quæ ad [illegible] pertinent, discutienda sunt. cuncta enim hæc considerationem habent liberalem, experientiam vero necessariam. Sunt autem circa ac E quirendum partes vtiles rerum ipsarū quæ acquirendæ sunt, peritiā habere quæ optimę sint, & vbi, & quomodo: ceu quales equi comparandi sint, quales boues, aut pecudes. eodem modo in aliis animalibus. oportet enim peritum esse, quę istorum potissima, & vbi, & qualia. nam alia alibi potiora gignuntur. Deinde agriculturæ, eius qȝ specierum, vt nudi soli, & consiti, & apium, & aliorum animalium natatilium, tum volatilium, ex quibus sit vtilitas prouentura. maxime igitur propriæ acquisitionis istæ sunt partes, & primæ. Eius vero quæ per trāslationem dicitur, potissima pars est mercatura. Et huius partes tres: nauigatio, deuectio, negotiatio. differunt autem hæc inter se, cum alia securiora sint, alia fructuosiora. Secunda pars est fœneratio. Tertia mercenaria. & huius alia vilium artium: alia sine artę, solo corpore ministrante. Est & quarta acquirendi species, media inter hanc & primam (habet enim partem eius quæ est secundum naturam, & partem eius quæ per translationem dicitur) & est in [illegible] F omnibus quæ a terra, & ab his quæ terrę sunt, nō a fructibus, sed ab vtilibus, ceu sylua cædua, & omni metallica. hęc rursus mul[illegible] plectitur partes: nam multæ sunt ex terra metallorum speci[illegible]. De singulis horum in genere dictum est nunc: in specie vero de his dicere vtile quidē foret ad opera cōficiēda, sed graue nimis in his edocēdis psistere. Sunt. n. operationes illæ artificiosissimæ, in quibus minimū fortunæ est: illæ fortissimę, in quibus maxime inquinatur corpus: illæ seruilissimę, in quibus corporis est vsus plurimum: illę vero ignobilissimæ, in quibus minimum requiritur virtutis. Cum vero sit a quibusdam de his scriptū, vt a Charete Pario, & Apollodoro Lemnio de cultu agrorum tam nudorum quā consitorum, & similiter ab aliis, de aliis ea quidem, cui cura est, præcepta cōsideret. Etiam quædam a frugi patribus familias dicta colligere oportet. hæc. n. cuncta

vtilia

A utilia sunt his qui augere patrimonium curant. Quale est illud Thaletis Milesii. id enim consideratio quædam est ad acquirendum, sed illi quidem attributum propter sapientiam. est autẽ vniuersale quid dam. cui cũ obiiceretur philosophiæ studium propter inopiam, quasi inutile & infructuosum, prospexisse illum ferunt per Astrologiã, oliuarum vbertatem futuram. cumq; coegisset pauxillum pecuniarum, hyeme adhuc vigente emptionem olei fecisse in Mileto, & in Chio, pro paruo admodum pretio, vtpote nemine plus offerente, arrhasq; dedisse. Cum itaq; postea tempus venisset, multis subito quærentibus, vendidisse oleũ, quanti ipse voluit: ac magnam vim pecuniarum inde superlucratum, ostendisse amicis, per facile esse philosophis ditari si vellent: sed hoc non esse illis curæ. Thales igitur in hunc modum dicitur sapientiam suam ostendisse. Est autem (vt diximus) vniuersalis hic quærendi modus, si quis possit sibi soli vẽditionẽ com parare. Quapropter ciuitates quędã hunc faciunt quæstum, cum indigent pecuniis: venditionem enim sibi solis reseruant. In Sicilia B quidam cum apud eum pecunie reposita esset, ferri quicquid erat ex ferrariis emit: postea vero mercatoribus illuc accedentibus vẽdebat solus, non magnum excessum pretii faciens, sed tamen ita, vt proquinquaginta talẽtis, centũ conficeret. Hoc itaq; sentiens Dionysius, pecunias quidem illi non abstulit, sed amplius Syracusis morari vetuit: vt qui reditus reperiisset suis rebus inutiles. Iste vidit aliquid tale, quale Thales viderat: vterque enim sibi soli venditionem parauit. Hoc est vtile videre etiam in republica. nam ciuitates pecuniis indigent, & huiusmodi quæstibus, quemadmodum domus, sed & magis. quamobrem in Republica quidem huic soli parti intendunt.

Thaletis sapientia.

De partibus rei domesticæ, ac differentia, virtutibus mulieris, serui, pueri, imperantis, parentis, & artificum. *Cap. VIII.*

C



Voniam vero tres erant partes rei domesticæ, vna dominica, de qua supra diximus, alia paterna, tertia coniugalis: Nam & vxori præ est & filiis, tanquam liberis quidem ambobus, sed non eodem imperii modo, sed vxori quidem ciuiliter filiis autem regie: Masculus enim quam fœmina natura principalior est, nisi alicubi contra naturam constiterit, & quod antiquius est & perfectum, iuniore & imperfecto: In ciuilibus igitur principatibus plerunque commutatur is qui præest, & is qui subest. nam æquales esse volunt secundum naturam, ne quicquam differre. attamẽ cum hic quidem præest, ille vero subest, requirit differentiam, & figuris, & sermonibus & honoribus. vt Amasis inquit, de pedum lotore. enimuero masculus ad fœminam semper ita se habet. Filiorum autem imperium est regium,

gium. Quod enim genuit,quodq; per amicitiam præeſt & per æta-
té,id ipſum eſt idem quod ſpecies quædam regii imperii. Ideo bene D
Homerus de Ioue inquit:

Hominum pater,atq; Deorum.

Sic apellans horum omnium regem. Natura enim excellere regem
oportet, genere autem eſſe eundem: quod accidit ſeniori ad iu-
niorem, & parenti ad natum. Manifeſtum ergo eſt, ꝙ plus ſtudii
domeſticæ diſciplinæ eſt circa hoies, quã circa poſſeſſionẽ inanima-
torum:& circa horum virtutes, quã circa virtutes poſſeſſionis, quas
diuitias appellamus: & circa liberos magis,quã circa ſeruos. Pri-
mum igitur de ſeruis dubitauerit quiſpiam, vtrum pręter miniſteria,
& corporalia opera, ſit aliqua virtus ſerui excellentior: puta mode
ſtia,& fortitudo,& iuſtitia,& alii huiuſmodi habitus,vel non ſit vlla
præter corporalia miniſteria. Ambiguitate ſane id vtraq; ex parte
habet. nam ſiue ſit aliqua, excellentiores erunt ſerui quã liberi:ſiue
non eſt aliqua, cum ſint homines rationis participes,abſurdũ videbi
tur. Eadem eſt fere quæſtio de muliere & puero vtrum & horum ſint E
virtutes, & oporteat mulierem eſſe modeſtam,& fortem, & iuſtam:
& an puer ſit intemperans,& modeſtus, an non. Et vniuerſaliter id
quęrendum eſt de imperante natura & parenre,vtrum eadem virtus
an alia. Si enim oportet vtroſque participes eſſe virtutis, cur tandẽ
alter imperare debet, alter parere penitus? Non enim ſecundum
magis & minus poſſunt differre. nam imperare & parere ſpecie diffe-
runt,& non ſecundum magis & minus. Sin vero alium oportet,aliũ
non,admirabile eſt. Nam ſi imperans non erit temperatus & iuſtus
quomodo bene imperabit? Sin is cui imperatur,quomodo bene pare
bit? intemperatus enim & timidus, nihil faciet vt oportet. Conſtat
igitur oportere, vtroſque habere virtutem. ſed in ipſa virtute eſſe dif
ferentiam: quemadmodum in iis quæ natura obediunt, id apette in
animo inſpicitur. eſt enim in animo quod natura imperat, & quod
paret: quorum diuerſam cenſemus eſſe virtutem,& vt rationem ha- F
bentis, & irrationalis. patet igitur eodem modo ſe habere in aliis.
Quare pleraq; ſunt natura imperantia & parentia. Alio enim modo
liber præeſt ſeruo,& maſculus fœminæ,& vir puero:& omnibus in-
ſunt partes animę, ſed differenter inſunt. ſeruus enim omnino non
habet deliberandi arbitrium. mulier vero habet quidem,ſed inuali-
dum:puer autem habet,ſed imperfectum. Eodem igitur modo ſe ha-
bere neceſſe eſt & circa morales virtutes. Putandum eſt autem om-
nes participes eſſe oportere,ſed non eodem modo ſed quantum cui-
que opus eſt. Ex quo fit, vt is qui imperat, perfectam virtutẽ habere
debeat moralem (nam eius opus eſt ſimpliciter præcipientis ac præſi
dentis:ratio autem præcipit atq; præſidet) aliorum vero vnuſquiſq;
quantum ſibi competit. Quare patet virtutem moralem eſſe omniũ
ſupradictorum. Nec eadem temperantia mulieris & viri, neq; forti

A tudo, neque iustitia, vt Socrates putabat; sed hæc quidem iubens fortitudo, illa vero obediens. eodem modo & in aliis. Patet autem id magis particulariter considerantibus. nam qui vniuersaliter dicunt, ꝙ bene se habere animum virtus est, & recte agere, aut aliquid tale, seipsos decipiunt: multo enim melius dicunt, qui enumerant virtutes, quemadmodũ Gorgias, quã qui ita definiunt. Quapropter oportet sicut poeta de muliere dixit, ita cẽsere in omnibus: Mulieri decus affert taciturnitas, sed non ita viro. Cum vero puer sit imperfectus, patet, quòd & huius virtus non ipsius ad seipsum est, sed ad perfectũ & ducem. similiter & serui ad dominum. posuimus autem seruum esse vtilem ad necessaria. quapropter patet ipsum virtute indigere parua, & tanta vt neque propter intemperantiam, neq; propter timiditatem in operibus deficiat. Dubitabit vero aliquis (si verum est quod nunc diximus) Vtrũ artifices oportet habere virtutẽ. nam sæpe propter intemperantiam deficiunt in operibus. An hoc longe differt B nam seruus quidem adhæret nobis communione vitæ: ille autem remotior est: & tantum sibi competit virtutis, quantum seruitutis vilis enim artifex determinatam quandam habet seruitutem. Et seruus est scdm naturã: sed nemo sutor, nec alius opifex. Patet ergo ꝙ huius quidem virtutis causam esse oporteat dominum seruo, non eũ qui doctrinam habet in operibus dominicam. quapropter non bene dicunt, qui seruos spoliant ratione, dicentes præcepto vti duntaxat. admonendi sunt enim magis serui quã pueri. Et de his in hunc modũ determinatum sit. De viri autem & mulieris, filiorumque & patris virtute, & conuersatione ad inuicem, quid recte vel contra, & quomodo oportet, hoc quidem facere, ab illo autẽ abstinere, in his quæ in republica conspiciuntur, necesse est intueri. Nam cum omnis domus sit ciuitatis pars: illi autem domus: partis autem virtus ad totũ respicere debeat: necessarium est respicienti ad rempublicam filios vxoresq; instituere. siquidem refert ad rectam institutionẽ reipubli- C cę pueros & mulieres esse bene institutos. Enimuero referat necessarium est. nam mulieres media pars sunt hominum liberorum: ex pueris autem sumuntur qui rempublicam gubernent. Quare cum de his determinatum sit, de reliquis autem in aliis sit dicendum, omissis propositis, tanquam finem habentibus, alio sumpto principio disseramus, ac primum illa discutiamus quæ tradita sunt de optimo ciuitatis statu.

ARISTOTELIS POLITICORVM

LIBER SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

Diuersę Respublicę examinantur, inuicem comparantur, ac improbantur.

Non omnem vnionem, ac communitatem in ciuitate quærendam esse, contra Socratis rempublicam, apud Platonem. Cap. I.



Voniam proposuimus considerationem facere de ciuili societate, quæ sit optima omniū iis qui possunt viuere maxime ad votum: oportet alias quoque considerare respublicas, quibus vtuntur ciuitates aliquæ earum, quę bene legibus institutæ videntur: & si aliquæ sint aliæ ab aliquibus scriptæ, quæ bene se habere videantur, vt recta institutio vtilitasq; appareat. Nec putetur esse ad ostentationem & superfluitatem, quærere aliud quippiam præter illas: sed quia illæ non se habent, ideo hunc laborem a nobis esse susceptum. Incipiendum est autem ab eo, quod est scd̃m naturam huius considerationis principium. Necessariū quidem est, aut omnia esse communia inter ciues, aut nulla, aut quędam. Enimuero nulla esse communia, impossibile constat esse: cum ciuitas sit communio quædam. Ac primo necesse est locum esse communem. nam locus quædam paritas est vnius ciuitatis: ciues autem socii vnius ciuitatis. Sed verum melius fuerit in bene instituenda repulica, quæcunq; recipere communionem possunt, ea omnia esse communia: an quædam communia esse, quædam non esse? Nam fieri posset vt filii, vt vxores, & res quæ possidentur communes essent: quemadmodum in Platonis Republica. ibi enim Socrates inquit, oportere communes esse filios, & mulieres, & facultates. Id vero vtrum pręstat ita fieri, vt nunc fit, vel secundum legem illam in republica scripta? Continet porro & alias *turbationes permultas ista mulierum communio. & id, propter quod censuit legem hanc esse ferendam, non videtur cōsequi ex rationibus. Præterea ad finem, quem inquit oportere ciuitati existere (vt nunc quidem dictum est) impossibile. Quomodo aūt distinguere oporteat, nihil ab eo determinatum est. dico autē, vt quòd vna videlicet sit ciuitas tota, tanquam id sit maxime optimum. suscipit enim hanc suppositionem Socrates. Atqui constat,

*δυσχέρειας

A quòd ea si procedat, vt vna fiat magis, ciuitas non erit. Est enim ciuitas multitudo quædam secūdum naturam, quę dum fit vna magis, domus erit ex ciuitate, & homo ex domo. vnam enim magis domum censemus esse quam ciuitatem, & hominem vnum quam domum. quare etiam si posset quispiam hoc facere, tamen non esset faciendū, quia perimit ciuitatem. Nec solum ex multitudine hominum constat ciuitas: verum etiam ex eorum multitudine, quia specie differunt. non fit enim ciuitas ex similibus. aliud enim ad bellum confœderatio quam ciuitas. illa enim quantitate prodest, & si eadem sit specie, cum auxilii gratia fiat, ceu si pondus magis attrahat. Differt autem & eo modo ciuitas a gente, quando per pagos diuisa non sit multitudo, sed quemadmodum Arcades. Ex quibus autem vnum fieri oportet, specie differunt. quapropter æquale repensum ciuitatem conseruat, vt in Ethicis dictum est prius. quoniam inter liberos & æquales necessarium est hoc esse. nam omnes simul magistratum gerere
B impossibile est, sed aut per annum, aut per aliam præfinitionem, & tempus, atq; isto modo fit, vt omnes gerant magistratum: ceu si mutarentur sutores & fabri, nec semper idem sutores ac fabri essent. Cum vero melius sit, ita se habere ea quæ sunt circa societatem ciuilem, manifestum est melius fore, si iidem semper magistratum gererent, modo id fieri posset. Sed in quibus hoc fieri nequit, propterea ꝙ omnes natura sunt pares, simul est iustum (siue bonum siue prauum sit gerere magistratum) vt omnes huius muneris participes fiant, & in eo imitari vicissim æquales, cedendo inuicem alios aliis, vtpote qui ex principio sint ęquales. nam alii regunt, alii reguntur in parte, tanquam si ipsi alii fiant. eodem modo illorum qui regūt, alii alios gerunt magistratus. Patet igitur ex his, ꝙ non recipitur sic vnam aptam esse ciuitatem, ceu dicunt quidam: & quod maximum fore commodum ciuitatibus dicebatur, id interimit ciuitates. atqui singulorum bonum singula cōseruat. Patet etiam alio modo, quòd
C quærere nimium vnire ciuitatē, non est melius. Domus enim magis sufficiens est, quam homo vnus, ciuitas autē quam domus. & vult quidem tum esse ciuitas, cum habet sufficiētiam multorum societas. Si igitur magis expetendum est, quod magis sufficientiam habet, certe & minus vnum, eo quod est magis, expetibilius est.

Socraticæ opinionis improbatio, mulierum, ac filiorum communitatem in republica constituentis. *Cap. II.*


Nimuero nec si optimū sit vnum quā maxime esse ciuitatem, tamen id demonstrare non videtur ex sermone, si omnes simul dicant meum, & non meum. hoc enim Socrates putat signum esse ciuitatis perfectæ vnitæ. At enim verbum omnes, duplex est. Si igitur tanquam

ſinguli, forſan eſſet magis, quod efficere vult Socrates. ſinguli enim
eundem filium ſuum dicerent, & mulierem eandem & de facultati- D
bus, & de quibuſuis aliis alia eodem modo. Nunc autem non
ita dicunt, qui communibus vtuntur mulieribus, & filiis: ſed oẽs qui
dem, at non vt ſinguli ipſorum. eodemque modo de facultatibus,
omnes quidẽ, ſed non vt ſinguli eorum. Quod igitur aberratio quæ-
dam ſit in verbo, omnes, manifeſtum eſt. nam & vtraq;, & imparia, &
paria dicit propter duplicitatem. & in ſermonibbs poſitum litigioſos
facit ſyllogiſmos. quare hoc ipſum, omnes, dicere, vno quidem mo
do bonum eſt, ſed nequaquam poſsibile: alio autem modo nihil con
ſentaneũ. Habet præterea quod dicitur, nocumentum aliud. quod. n.
multorum commune eſt, in eo minima adhibetur diligẽtia. nam de
propriis maxime curant hoĩes, de communibus autem minus quam
quantum ſingulis competit. tanquam enim alio curante, ab aliis ne-
gliguntur. quemadmodũ in ſeruilibus miniſteriis, famulantes multi
interdũ deterius inſeruiunt, quã pauci. Fiunt autem vnicuiq; ciuium E
mille filii, & hi non vt ſingulorum, ſed vt cuiuſuis quiuis ſimiliter eſt
filius. quare oẽs ſimiliter negligent. Præterea iſto modo ſinguli ſuũ
dicent bene agentẽ aut male. quotieſcunq; contingat numero. puta,
meus eſt aut illius, hoc modo dicens de ſingulis ex mille. vel ex quot
ciuitas ſit, & hoc dubitans. nam incertum eſt cui contigerit genuiſſe fi
lium, & ſaluum eſſe genitum. Atqui verum præſtat ſic dicere ſuum,
ita vocantes vnumquenq; duorum milium, & decem milium. an ma
gis vt nunc in ciuitatibus ſuum vocant, hic quidem filium ſuũ, ille
fratrem ſuum, ille nepotem ſuum, aut per aliam quandam coniun-
ctionẽ & ex cõſanguinitate, vel familiaritate, & affinitate ſui primũ,
vel ſuorum. & præterea alterum ſodalem, alterum contribulem? pre-
ſtat enim eſſe propriũ nepotem. quã illo modo filium. Quinimo nec
vitari quidẽ poteſt, quin agnoſcantur a quibuſdã fratres & filii, &
patres & matres. nam per ſimilitudines natorũ ad parentes, neceſſa
rium eſt vt fidem recipiant de ſeſe inuicem. Quod tradunt ſcriptores F
quidam populi ſuperioris Libyæ euenire. Habere enim mulie-
*a.l.cod.ad. natorum. res communes, filios tamen partiri inter ſe ſecundũ ſimilitudines *.
Sunt enim mulieres quædã, & animalia, ceu æqui & boues, quorum
ea natura eſt, vt ſimillimos genitoribus edant fœtus. vt æqua illa apud
Pharſaliam, iuſta nuncupata. Et præterea huiuſmodi moleſtias
non facile erit vitari ab iis qui eam ſtatuunt communitatem: puta,
plagas & neces partim voluntarias, partim inuoluntarias, & rixas,
& iurgia, quę nephas eſt. committere aduerſus parentes & propin-
quos, magis quam aduerſus extraneos. Sed frequentius illa euenire
neceſſe eſt, vbi ignorant quã vbi ſciunt. & ea ſi contingant, a ſcienti-
bus expiari debito modo poſſunt, ab ignorantibus vero non poſſunt.
Illud ẽt abſurdum, quòd qui filios communes fecerunt, coire ſolum
amãtes vetuerunt, amare vero nõ vetuerũt: nec alios vſus, quos eſſe

A patri ad filios,& fratri ad fratrē,omnium de formisśimum est, cum & amare solum. Absurdum ē non aliam ob causam coitionem illorū veruisse,nisi quia nimia voluptas in de sit proucẽtura:sed quia pater sit,aut filius, aut fratres ob eā rem nihil putare referre. Videtur ait magis prodesse,vt agricolis cōmunes sint mulieres & filii,quā cu stodibus. minus.n.erit amicitia, si communes sint nati & mulieres. enimuero tales sint quibus imperantur,oportet,quo ipsi pareant imperio, nec res nouas in ciuitate moliantur. Penitus aūt contrarium eueniat necessariū est ex huiusmodi lege,quā ea quorum causa optimas leges esse oportet, & quā id cuius gratia Socrates censet ita instituendum de natis & mulieribus.Amicitiā.n.putamus maximū esse bonū ciuitatibus.nam sic minime seditionibus agitabuntur.Et vnā est ciuitatem laudat maxime Socrates: quod & videtur,& ipse inquit esse amicitiæ opus,vt in amatoriis sermonibus scimus dicentem Aristophanem,propter eximiam amantium cupiditatē,applicari simul, & ex duobus fieri vnum. hic ergo necessarium est ambos corruptos esse vel vnum. At in ciuitatibus necesse est amicitiam infirmā fluxamque fieri propter huiusmodi cōmunitatem, & minime dicere suum,aut filium patrem,aut patrem filium. Vt enim * parum mellis multa in aqua diffusum,insensibilē facit mixtionē,sic accidit cōmunitatem istam,nequaquam necessariā in tali republica a,nominibus extimātibus vel patre vt filii, vel filiū vt patris,vel fratres inuicem exilem pfecto beneuolentiā efficere.Duo.n.sunt quæ faciūt homines curā habere & amare: propriū scilicet, & affectio. quorū neutrum sit necesse est in huiusmodi reipublica. Insuper trāslatio illa natorum ex agricolis,& artificibus in custodes, & ex his in illos,magnā cōtinet difficultatem,quemadmodū tādem fiet:& cognoscant necesse est dātes & transferentes,quibus quos dedant. Præterea & superius dicta magis in his necessariū est euenire,puta rixas, & plagas,& amores,& cædes.nam non amplius appellant custodes fratres & filios,& patres & matres,qui aliis ciuibus dedūtur: & rursus qui ex custodibus,aliis ciuibus,vt tale caueant aliquid perpetrare propter consanguinitatem. De communitate igitur natorum & mulierum determinatum sit in hunc modum.

Vide Conuiuiū Platonis

* μικρὸν γλυκὺ

Contra eundem de facultatum communitate,ac magistratuum in repub.constitutione:ubi erroris sui causa exponitur. *Cap. III.*



Is consequens est de rebus quæ posśidentur, considerare, quomodo sit constituendum illis, qui in optima republica versari debeant: vtrū cōmmunes esse debeant vel non communes. Hoc seorsum determinandum est, nec simul cum his quæ de natis & mulieribus con-

ſtituuntur. Dico aũt circa res, & vtrum & ſi ſint nati mulieresque ſepa
ratim, quemadmodum nunc ſunt oĩbus, præſtet tamen res eſſe com- D
munes & vſus. puta, vtrum præſtet fundos proprios eſſe, fructus vero
in commune conferre: quod apud quaſdã fit gentes vel contra, ſo
lum quidem commune eſſe, & communiter coli, fructus aũt partiri in
proprios vſus: quod ẽt facere dicũtur quidã Barbarorum vel & fun-
dos, & fructus eſſe communes. Si ergo alii forẽt agricolæ, alius eſſet
modus & facilior: ſed cum ipſi ſibi laborent, ea quę ad poſſeſsiones
attinent, plures præbebunt difficultates. Nam ſi in fruẽdo & laborã
do nõ ſint pares, neceſſe eſt incuſationes exiſtant. cõtra fruentes qui-
dem & conſumẽtes multa, parum vero laborantes, ab his qui minus
conſumunt, & multum laborant. Omnino autem conuictus,
& communitas rerum humanarum omnium difficilis eſt, & maxime
in his. Probant autem eorum qui vna peregrinantur ſocieta-
tes, quorum plerique fere diſsident inter ſe de paruis vilibusq; rebus
offenſi. nos quoq; miniſtris illis plurimum iraſcimur, quibus maxi-
me vtimur ad circularem famulatum. Communes igitur habere E
res, has & huiuſmodi alias continet difficultates. Eo autẽ modo quo
nunc fit, ſi inſuper moribus & moderatione legum rectarum honeſte
tur, non parũ diſtabit. habebit enim vtriuſq; cõmoda. dico aũt vtriuſ
que, videlicet, eius quod cõmunes ſint res, & eius qđ propriæ. Opor-
tet enim omnino vt res ſint propriæ, ſed quodãmodo cõmunes. curæ
enim diuiſæ incuſationes adinuicem non parient: immo proficient,
vt pote ad propriũ vnoquoq; ſedulo incũbẽte. at vero per virtutem
erunt ad vſum (vt eſt in prouerbio) quæ ſunt amicorum communia.
Eſt autem ẽt nunc quibuſdã in ciuitatibus in hunc modum ſubſcri
ptũ, ne putetur impoſsibile. & præcipue in iis quæ bene gubernantur,
aliqua ſunt, aliqua eſſe poſſunt. propria. n. ſua quiſq; poſsidens, par
tim vtilia facit amicis, partim vtitur cõmunibus. vt in Lacedæmone
ſeruis vtuntur viciſsim, tanquam ſotent vniuſcuiuſq;: & pterea eq̃s,
& canibus, & vehiculis. Patet igitur eſſe melius vt propriæ ſint res,
ſed vſu facere illas cões. quẽadmodum aũt hoc fiat, legislatoris erit F
prouiſio. Eſt ſane inenarrabile, quantũ interſit ad voluptatẽ, cõſide
rare aliquid eſſe proprium ſui. non. n. fruſtra quiſq; ad ſeipſum ami-
citiã habet. eſt vero id naturale. Sed cũ amatio ſui reprehenditur, nõ
illud rep̃hẽditur, quia ſe amet, ſed quia magis quã oportet ſe amat:
quemadmodũ amatio pecuniarum. nam amant oẽs, vt ita dixerim,
talia. Atq; & largiri, & opẽ ferre amicis, & hoſpitibus, & familiaribus
dulciſsimũ eſt. qđ fit: ſi proprię ſint facultates. hæc aũt nõ contingũt
illis, qui nimis vnam efficiunt ciuitatẽ. Et p̃terea duarũ virtutũ opera
manifeſte tollunt, temperantiæ erga mulieres alienas (ab his. n. opus
laudabile eſt ſe ob temperãtiã abſtinere) et liberalitatis circa res poſ
ſeſſas. neq;. n. diſcerni poterit liberalis, neq; liberalem operationem
faciet vllam. nam in vſu earum rerum quas ipſi poſsidemus, liberalis

A est opus. Illiusmodi itaq; legis positio faciem habet apparentem, & humanam videri posit. auditor enim libenter recipit, putãs fore mirabilem quandam amicitiam omnibus erga omnes: præsertim cum quis incommoda accusat rerum publicarum, nunc prouenientia ex eo, quia non sint communes omnium facultates: ceu litigia ex contractibus, falsorum testium accusationes, diuitum adulationes: quorum nihil fit propter proprietatem, sed propter improbitatem. Cum etiam res in communi posidentes, rerumq; vtentes communione, multos magis inter se litigare videamus, quã eos qui se paratim possident. sed videmus vel paucos qui in commune degant, magis dissidere, quã multi, quorũ propria quisq; sua habeat, si conferamus vtrosq; Insuper æquum erat referre, non solũ quantis malis priuabãtur, si communitatem rerum habebunt, sed etiam quantis bonis. videtur autem omnino impossibilis esse illa vita. Causam vero Socrati huius erroris putandũ est fuisse, suppositionem non rectam. Oportet enim quodãmodo vnam esse ciuitatem & domũ, sed nõ penitus. est


B enim quo si procedat, non erit ciuitas. est ẽt quo erit quidem prope vt non sit ciuitas, deterior ciuitas: velut si quis concentum faciat vniuocum, & versum pedem vnum: sed oportet cum sit multitudo (vt prius diximus) per disciplinam, communem & vnam efficere. Et qui disciplinam sit adhibiturus, volens per illam studiosam facere ciuitatem, absurdum est, si per talia quædam instituendam putet, ac nõ per mores, & per philosophiam, & per leges: veluti seruorum iumentorumq; possessionem in Lacedæmone, & comessationem in Creta legislator communem induxit. Neq; illud sane ignorandũ est, quia oportet ad longum temporis, ac multos annos inspicere, in quibus haud nequaquam poterit latere, an recte se habeant. ferme enim omnia inuenta sunt quidem: sed alia non inducta, alia ab expertis repudiata. Maxime autem id apparet: si quis per opera inspiciat rempublicam sic institutam. non aliter. n. poterit fecisse ciuitatem, nisi separet illa atq; distinguat, partim in commessationes, partim in genera,

C partim in tribus. Itaq; nihil aliud contingit lege prouisum esse, nisi vt custodes agros non colant, quod nunc Lacedæmonii facere ceptant. Modus vero totius republicæ quis futurus sit in cõmune degẽtibus, neq; Socrates ipse inquit, neq; dictu facile est. Atq; multitudo ciuitatis diuersorum ciuiũ est multitudo, de quibus nihil determinatum est, an & agricolis communes esse facultates oportet, vel proprias singulorum. præterea vtrum mulieres & pueros proprios vel communes. Si enim eodem communia sunt omnia omnium, quid differrent isti ab illis custodibus? vel quid plus accedet sustinentibus eorum imperium? vel quam ob causam imperium sustinebunt? nisi forte prætexunt aliquid tale quale Cretenses, qui cætera omnia seruis permittentes, gymnasia solũ illis vetuerunt, & armorum possessionem. Quòd si vt in aliis ciuitatibus, ita apud illos talia erunt,

quis modus erit cõmunitatis? necesse est.n.duas ciuitates in vna esse ciuitate,& eas inter se contrarias. facit enim alios quidem custodes D quasi in præsidio constitutos,alios agricolas, & artifices, & ceteros, ciues. Litigia vero, & iurgia,& quæcunq; alia mala ciuitatibus prouenire inquit, omnia prouenient etiam illis. quanquam dicat Socrates,fore, vt non multum legibus indigeant, propter disciplinam, veluti circa res vrbanas,& circa forum,& aliis huiusmodi legibus,tribuens solum disciplinam custodibus. Insuper dominos facit suarum rerum,agricolas,ac tollere permittit. At multo magis putadum est fore illos graues & insolẽtes, quã illas quæ apud quosdam sunt,Ilo teias, & penesteias, & duleias. Enimuero siue necessaria sint hec similiter,siue non,nihil nunc quidem determinatũ est. neq; de consequentibus quæ sit eorum administratio, & discipliña, & le es quęquedam. Est aũt neque facile reperire, neque parum referẽs, quales hos esse oporteat ad conseruãdã custodum cõionem. Atqui si mulieres faciet cões,facultates vero proprias, quis curã habebit rei domesticæ,vt habẽt agriculturæ viri, quãuis sint cõmunes facultates, & E agricolarũ mulieres? Absurdum ẽt ex bestiis facere similitudinẽ, q̃ conueniat eadem exercere mulieres,quæ viri,ad quos rei domesticæ cura nequaquã pertinet. Periculosa est insuper magistratuũ constitutio, quã sic facit Socrates, vt semper sint iidẽ. At hoc seditionis est causa, ẽt apud illos qui nullam posside nt dignitatẽ. quid ergo apud bellicosos & animosos viros? Quòd aũt ipsi necessariũ sit, eosdem semper magistratus facere, patet.non.n.aliaorum modo, & modo aliorum miscetur animis diuinum illud aurũ,sed semper eisdem. Inquit aũt quibusdam statim a genitura aurum misceri, quibusdam argentum, æs vero & ferrũ illis, qui artifices futuri sunt,aut agricolæ. Præterea custodibus felicitatem auferens,totam,inquit,ciuitatem facere beatam oportet legislatorem. At impossibile est totam esse beatam,nisi aut plurimę,aut omnes partes, aut quædam habent felicitatem. non enim eorundẽ est felicitas,quorum & * par: fit enim vt insit toti, & si F nulli partium. at felicitatem impossibile est. Quòd si custodes non erunt felices, qui tandem alii? non enim artifices quidem, neq; vulgus. Illa igitur respublica,de qua Socrates locutus est, has continet difficultates, & alias his non minores.

* ἄρτιον alij vertunt integrum.

De ea reipub. Socratis parte, in qua de legibus agit: & eius redargutio. Cap. IIII.



Erme autem similiter circa leges quoq; se habet postea scriptas. quapropter & de illa reipublicæ parte hiccogitare parum, melius erit. Etenim in republica de paucis admodum determinauit Socrates: vt de mulierum & natorum communitate,& de rebus possesi, ac

A de institutione reipublicæ. Diuisit.n.in duas partes multitudinem habitantium, in agricolas,& propulsatores belli: tertiam ex iis fecit, eos qui consultant ac deliberant,& in quibus summa reipublicę consistit autohritas. Agricolæ vero & artifices, vtrum nullius magistratus an alicuius participes sint, & vtrum arma posidere debeant & vna pugnare, nihil determinauit Socrates. sed mulieres cēset vna pugnare debere, ac disciplinam habere, eandem quā custodes. cętera vero extraneis peregit sermonibus, & disciplinā custodum qualem esse illam oporteret. Legum autem maxima quidem pars leges existunt publicæ. pauca vero de republica dixit: quam dum pergit communiorem facere, paulatim circumagit in aliam rempublicam. Præter cōmunitatem enim mulierum & rerū possessarum, cętera eadem vtrisq; attribuit. nam & disciplinā eandem, & vt abstinentes viuant ab operibus necessariis. Et de comessationibus eodem modo: præter
B quam φ hic existimat mulierū quoq; comessationes esse debere, & hanc mille habentium arma, illam vero quinq; milliū. Superfluum ergo quiddam,& comptum,& nouum,& dubitatiuum omnes Socratis habent sermones. sed cuncta recte, forsan difficile. Nam ēt multitudo illa, de qua nunc dicebatur, latere non oportet, cum tanta sit, φ Babylonia, aut alia quadā infinita regione indigebit, ex qua ociosorū quinq; millia cum mulierum ac ministrantium multiplici turba alantur. Suppositiones quidē sunt pro arbitrio faciendæ, non tamē impossibiles. Dicitur autem debere legislatorem ad duo respicere in ferenda lege ad regionem, & homnies. addēdum est et ad vicina loca, si oportet ciuiliter viuere ciuitatem, non solum enim necessariū est ipsam talibus vti ad bellum armis, quæ vtilia sint in sua regione, verum etiam quæ in aliena. Quòd si quis huiusmodi non recipit vitam, neq; priuatim, neq; publice, nihilominus tamen oportet terribilem esse hostibus, non venientibus solum in regionem, verūetiā
C abeuntibus. De modo quoq; rerum posidendarum videndum est, ne forsan melius sit aliter definire & clarius. Tantas, inquit, posside re oportet, vt modeste viuatur: perinde ac si dicat, vt bene viuatur. Verum hoc ste nimis generale. & est modeste viuere, erumnose tamen. at melius est dicere modeste, & liberaliter: separatim enim vtrunque, alterum luxuriæ accommodabitur, alternm difficultati. * cum solæ huiusmodi virtutes habitus sint circa vsum facultatum nostrarum: puta, patrimonio mansuete vel fortiter vti non dicimur, at modeste & liberaliter dicimur: quare necessarium est circa illud istas versari virtutes. Absurdum quoq; est cum facultates adæquauerit, de ciuium multitudine nihil determinare, sed indefinitam relinquere multitudinem filiorum, quasi sufficienter adæquatam propter sterilitates, quotcunq; contingant. quod videtur nunc quoq; euenire in ciuitatibus. Sed opus est vt aliam certitudinē tunc habeat quā nunc. nā nunc quidem nemo dubitat, eo quòd in singulos diuisæ sunt facul

*a.l. cū soli huiuscemodi virtutes sint.

tates in quantamcumque multitudinem irrunt vero cum sint indiui-
* παρά ζυγας adiuges. sæ, necessariũ * dispares nihil habere, siue pauciores sint multitudine, D
siue plures. Magis aũt putaret quis oportere determinatum esse mo
dum procreandorum filiorum, quam facultatũ: vt non plures quã de
terminatum sit procreari oporteat. & numerus definiendus est respe
ctu habito ad fortunas, si contingat decedere aliquos, & ad defectũ
procreandi cæterorum. Pretermittere autem id, vt in plerisq; ciuita
tibus, necesse est egestatis sit causa ciuibus: egestas vero seditiones &
delicta parit. Itaque Phidon Corinthius, vnus ex vetustis legumla
toribus, familias censuit æquales permanere debere, & ciuium
multitudine, quamuis sortitiones habebant prius omnes inæquales
scdm magnitudinẽ. at in his legibus contrarium est. Verum de his,
quemadmodũ statuendum putemus, postea erit dicendum. Omis-
sum est etiam in illis legibus, quemadmodum differant præsides a su
biectis. Inquit enim oportere, quemadmodum ex alio lanæ filum
ducitur quã lini, sic & eos qui præsunt, se habere debere ad eos qui
sub sunt. Cũ vero totã substantiã augeri dixerit vsque ad quãtuplũ, E
quare hoc vtiq; non erit in regione vsque ad aliquid? Videndũ est ẽt
næ ædificiorum diuisio non profit ad rem familiarem: duas enim cui
que domos attribuit. at difficile est duas habitare domos. Tota ve-
* apparet. ro constitutio * vult esse neq; plebis gubernatio, neq; paucorum po-
tentium, sed horum media, quam vocant republicã: est enim ex iis
qui arma ferunt. Si igitur vt communissimam omnium hanc ciuita
tibus constituit rempublicam, recte forsan dixit: sin vt optimã post
primam rempublicam, non recte. forsan enim Lacædemoniorum rẽ-
publicam quis magis probabit, vel aliã quandam magis optim[at]iũ.
Sunt qui dicant optimam rempublicam ex omni genere gubernatio-
num admixtam esse debere, atque ob id Lacedæmoniorum laudant
rempublicam, constare quidem illam ex paucorum potentia. item
ex vno principe & populari statu affirmant ponentes regem illo-
rum pro vnius gubernatione: senatum vero pro paucorum potentia: F
ephoros autem pro statu populari: quoniam ephori ipsi ex plebe su
muntur. alii ephoratum quidem tyrannidem putant, sed populariter
regi per comessationes, & alium quotidianum victum. Sed in his
legibus dictũ est, optimam rempublicam ex populari statu constare
debere, ac ex tyrrannide: quas aut nõ reponat quis omnino inter spe
cies rerumpublicarum, aut deterrimas omnium esse fateantur. Me-
lius ergo dicunt qui plures commiscent: nã quæ ex pluribus cõstat
respublica, melior est. Deinde nihil videtur habere ex vnius guber-
natione, sed ex paucorũ potentia ac populari statu, verum ad pauco-
rum potentiam inclinare magis: quod patet ex magistratuum crea-
tione. nam quod ex delectis sortitio fiat, cõmune est vtrisque. Sed ꝙ
necesse sit ditiores concionem habere, & magistratus creare, vel aliud
quippiam huiusmodi publicorum negotiorum facere, alios vero

A ro præteriti, id paucorum potentię est. Insuper tonari, vt plures ex diuitibus ad dignitates sumantur, & ad maximas quidem ex maximo censu, paucorum potentia est, & senatus delectio. Deliguntur enim cuncti ex necessitate, sed ex primo censu; postea totidem ex secundo, postea ex tertio. verum non omnes necesse erat ex tertio vel quarto assumi. ex quarto autem quartorum solis necesse est primis & secundis. postea ex his ęqualem ex singulis censibus numerum esse sumendū inquit. erunt itaq; plures & potentiores, qui ex maximo censu sumuntur,* quia necesse non est. Quòd igitur non gubernatio ne plebis, ac vnius principatu constabit huiusmodi respublica ex his, patet. patebit etiam postea, cum de ea specie reipublicę tractabimus. Habet etiam circa magistratuum creationem, q̃ ex delectis deligantur, periculosum quippiam. Nam si aliqui conspirare velint etiam mediocri numero, semper secūdum horum voluntatē fiet assumptio. In legibus igitur illa respublica ita se habet. *a.l. cod. ad. ꝑpterea, q̃ ex plebe q̃ dā non sumuntur.

B *De Phaleæ, quæ & Carthaginēsium est, republica. Cap. V.*



Vnt vero & aliæ quædam respublicę tum idiotarum, tum philosophorum, & in administratione ipsarum versatorum. Omnes autem hæ propinquiores sunt illis, secundum quas nunc regunt. quam istę duæ. nullus enim neque de communitate filiorum, neq; de mulieribus talem aliquam introduxit nouitatem, neque etiam de fœminarum comessationibus, sed a necessariis magis inchoant. Videtur quibusdam maximum, vt de patrimoniis rectè constituatur. nā hinc seditiones oriri cunctas asserunt. Quamobrem Phaleas Carthaginensis ante omnia de hac parte constituit. Inquit enim patrimonia ciuium æqualia esse debere. hoc autē perfacile factu esse, si statim ab ipsa conditione ciuitatis Prouideretur. Postquam vero condita foret, C difficilius quidem, attamē satis mature adæquari posse, si diuites dotes dent neq; acipiant. pauperes autem contra, accipiant dotes, & nō tradant. Plato autem in legibus suis vsque ad aliquid censuit esse permittendum. nam supra quincuplū eius quod foret minimum, ne mini licere ciuium possidere, vt prius diximus. Sed oportet ne id quidem latere legislatorem (quod certe nunc latet) quòd qui patrimonio modum imponit, debet etiam filiorum numero modū imponere. nam si excedat multitudo filiorum patrimonii facultatem, necessarium erit legem abrogare: & sine illa abrogatione improba lex erit: quoniam ex diuitibus pauperes facit. opus est ergo, ne tales seditiosi efficiantur. * Quod igitur valet aliquid in reipublica patrimoniorum exæquatio, & veterum aliqui vidētur cognouisse, vt Solō cōstituit. & apud alios lege cauetur, vt non quantū quisq; velit, sed quā * διότι.

tum lex permittit, agri possideant. Eadem quoque ratione patrimo D
nia sua alienare leges vetāt: vt est apud Locros lege cautum, ne quis
patrimoniū alienare possit, nisi euidentem calamitatē ostende: it su-
peruenisse. præterea vt antiquæ hæreditates cōseruentur. Quod sub
larum apud Leucada, valde popularē eorū ciuitatem effecit. non.n.
amplius euenit, ex taxatiōe cēsus ad magistratus assumi. Sed & æqua
litatē quidē patrimoniorum cōstituit: verum hæc aut ita magna esse,
vt deliciari liceat: aut ita exigua, vt tenuiter victum agant. Pate igi
tur nō sufficere patrimonia exæquata fuisse a legislatore, sed mediū
coniectandum esse. Præterea si quis mediocria statuat omnibus pa-
trimonia, nulla vtilitas est: magis.n. cupiditates adæquādæ sunt quā
patrimonia. hoc autem fieri non potest, nisi sufficienter disciplina ci
uibus adhibita per leges. Sed forsan responderet Phaleas, hoc ipsum
se dicere. Censet enim horum duorum æqualitatē ciuitatibus inesse
debere, patrimonii scilicet, ac disciplinæ. sed quę tandē hec discipli-
na sit exprimendum fuit: & vnam eandēq; esse, nihil prodest. nā fie E
ri potest, vt sit vna eadēq; disciplina. verum eiusmodi, per quam
cupidi fiant pecuniarum, aut honoris, aut vtriusq;. Insuper seditio-
nes oriuntur, non solum ob patrimoniorū, verum ēt ob honorum in
æqualitates. & hoc diuersum in vtroq;. nam multitudo quidem gra
uiter fert inęqualitatem patrimoniorum, præstantes autem viri ho-
norum æqualitatem. vnde illud natum est:

Honori incumbit tam ignauus, quā bonus.

Nō solum vero homines propter necessaria iniuriātur, quorum reme
dia putant adæquationem patrimoniorum, ne spoliēt alios propter
frigus, aut propter famem, verumetiam vt gaudeant, neq; concupi-
scāt. nam si maiorem habeant necessariorum cupiditatem, ob huius
medelam iniurias inferūt. Nō ergo ob hanc solum, verūetiam si con-
cupiscant vt molestia careant, & voluptate fruantur. Quod igitur
horum triū remedium est? his quidem exiguum patrimoniū & opifi
cium, illis autem temperantia: tertium vero si quis velit per illa dele F
ctari, non aliunde quā a philosophia quærat remedium. nam cæteræ
quidem hominibus egent, cum iniurias inferunt plurimum propter
superflua, non propter necessaria: puta tyrannidem inuadunt, non
vt frigus repellant. qua propter honos maximus habetur, non ei qui
furem occiderit, sed ei qui tyrannū. Itaq; Phaleas paruis duntaxat in
iuriis hac sua reipublicę constitutione succurrit. Præterea multa sta-
tuere pergit, per quæ ad seipsos recte instituti erunt. sed oportebat
quoq; ad finitimos, & peregrinos omnes. Necesse est ergo constitu-
tam esse rempublicam ad bellicum robur: de quo ille nil dixit. Eo-
dem modo de facultatibus. tantas.n. esse oportet, vt nō solum ad ci
uium vsum, verūetiā ad pericula externa sufficiant. quare nec ita ma-
gnas esse decet, vt finitimi concupiscant, quibus resisti non possit:
nec rursus ita paruas, vt cum paribus & similibus bellum nequeat su-

A stinere. ille quidem nihil determinauit. Oportet autem neque id la tere, quantas facultates habere conducat. Forte recta determinatio fuerit, tātas esse debere, vt lucrum superantibus bello, afferre non pos sint, sed ita quasi nihil superacquirant. Quare Eubolus considerare iussit. Autophradatem cū Atarnea obsidere vellet, cogitaret vt quā to tempore circa expugnationē eius loci distineretur ac existimaret huius temporis iacturā: velle enim pro minori precio iam tunc Atar nea relinquere. quæ cum dixisset, Autophradatem in sententiā tra xit, & obsidionem prætermittere fecit. Habet igitur vtilitatem ex æ quatio patrimoniorum inter ciues, ne inde seditiones oriantur, verū (vt ita dixerim) non admodum magnam: nam & præstantiores con queri possent, quasi ipsi plus habere debeant. ex quo fit vt ipsi sæpe insurgāt, ac seditiones concitent. Præterea, improbitas hominū insa tiabilis est. & primo quidem sufficere dicunt in pauca atq; minima: mox vero, vbi illa sunt cōsecuti, plura appetunt semper, quousq; in B infinitū procedant. infinita est.n cupiditatis natura, ad cuius exple tionem plurimi viuunt. Horum igitur principiū est magis, quā patri moniorū exequatio, ciuitatē sic instituere vt boni quidem viri plus quā sibi competat habere non quærāt: improbi aūt & si quærant, ha bere non possint. hoc aūt fiet, si inferiores sint, nec iniuriam patian- tur. Nec vero in hac ipsa exequatione patrimoniorū, recte est ab eo dispositū, cum fundos & agros exæquet solum: sed sint seruorū quo q; armentorūq; & pecuniarum diuitiæ, & apparatus ingens earū re- rum, quas supellectilē vocitamus. An igitur horum omniū exæqua- tio quærēda est, vel moderatio quædā mediocris, an cuncta omitten da? Videtur aūt ex ipsarū legū positione ciuitatem exiguam constitue re: siquidem artifices omnes publici erunt, nec multitudinem auge- bunt ciuitatis. sed certe publicos esse eos qui publica faciunt opera oportet: quemadmodum & Epidāmni: & Diophātus quandoq; Athe nis constituit. De phaleæ igitur republica fere ex his deprehendi po C test, si quid ab eo sit bene dictum, vel non bene.

* δύο δῆλα μόνον: duo gra mi nuta solum.

De Hippodami, & Milesiorum republica. Cap. VI.


Hippodamus aūt Euryphontis Mylesius, qui & ciuitatum diuisionem inuenit, & Piræū abscidit, cum esset in cætera quoque vita morosior propter gloriæ cupiditatem, vsque ad eo vt quibusdā videretur superfluus capillorum proli xitate & ornatu sumptuoso, præterea vestitu vtili quidē, sed admo dum farcto, non in hyeme solum, verumetiam in æstate. studio- sus autem de omni natura esse volens, primus omnium qui non in republica versati essent, aggressus est aliquid dicere de optimo ciuitatis statu. Constituit autem ciuitatem multitudine decem milium, in tres diuisam partes. faciebat enim vnam partem arti-

fices, alteram agricolas, tertiam propulsatores belli atque arma tenentes. Diuisit quoque regionē in tres partes, vt esset pars vna sacra, alia publica, tertia priuata. vnde cultus Diis fieret, sacra: vnde vero propulsatores belli alerētur, publica: quæ autē agricolarum foret, priuata. Legū quoque tres esse species solum putabat: de quibus vero iudicia fierent, totidem esse numero, iniuriā, damnum, cædem. Ponebat quoque vnum iudicium principale, ad quod omnia male iudicata reuocarentur: idque constituebat ex senibus quibusdam delectis. Sententias vero in iudiciis, non calculis ferendas esse censebat, sed vnumquenque iudicem tabellam afferre, in qua scriberet, si cōdemnaret simpliciter, sententiam: sin absolueret simpilciter, vacuum: sin partim condēnaret, partim absolueret, idipsum definiret. nam vt nunc quidem fit, non recte prouisum a lege existimabat: quia coguntur homines aut hoc, aut illud iudicantes, peierare. Ferebat quoque legē de iis, qui vtile quippiam ciuitati reperissent, vt honoribus afficerētur. Filios autem eorum, qui pro patria bellando occubuissent, ex publico alendos esse: quasi id non prius fuerit lege prouisum. nā est nūc Athenis ea lex, & in aliis quibusdam ciuitatibus. Magistratuum vero omnium electiones populo attribuit. Populum autem faciebat tria illa genera ciuium: qui vero delecti essent, eos rerum publicarum curam habere debere, item hospitalium, & pupillarium. Plurima igitur ac maxime digna memoratu in Hippodami constitutione ista sunt. Sed primo dubitabit aliquis de partitione ciuium. nam & artifices, & agricolæ, & qui arma tenent, omnes in reipublicæ cōmunione versantur. verum agricolæ quidem arma non habent: artifices autem neque arma neque agros: itaque fiunt quodammodo serui eorum qui habent arma. participes igitur esse oīum bonorum impossibile est, cū sit quidē necessariū ex iis qui habent arma, constitui belli duces, & custodes ciuiū, & principalissimos (vt ita dixerim) magistratus. quod si participes non sint reipublicæ, quo bono animo esse poterūt in republica? Enimuero potentiores esse oportet illos qui arma tenent ambabus partibus. id aūt non facile est, nisi multitudine exuperent. quod si hoc erit, quid opus est alios participes esse reipublicæ, & suffragia magistratuum habere? Præterea, agricolæ quid vtilitatis afferunt ciuitati? Artifices enim esse necessarium est. nam omnis ciuitas artificibus indiget, & possunt proficere ex artibus, quemadmodum in aliis ciuitatibus. sed agricolæ si habentibus arma victum parant, merito forent pars aliqua ciuitatis. at illic priuatum habent, priuatimque colunt. Insuper autem publicos agros, ex quibus propulsatores belli victum habere oportet, si ipsi idem colant, non esset aliud agricola, aliud propulsator belli, quod legislator esse vult. sin alii quidam ab agricolis & propulsatoribus, quartum erit membrum ciuitatis nullius particeps, sed alienū a republica. Quòd si quis dicat eosdem agricolas, & proprios colere & publicos agros,

primo

primo fructuum multitudo non sufficeret, ex quibus singuli binis dominibus habeant ministrare. deinde, quamobrem non statim ex eisdem agris pro seq; alimenta sumant, & pro propulsatoribus exhibeant. haec sane omnia magnam continent turbationem. Nec de iudicio quoq; recte se habet lex, qua iudicandum putant cum distinctione, lite simpliciter scripta, ita vt ex iudice fiat arbiter. hoc enim in compromisso in plures facto recipitur (conferunt enim inter se de sententia ferenda) sed in iudiciis non recipitur: immo legũlatores plerique contra statuunt, ne iudices inter se colloquantur. Deinde, quomodo non erit litigiosa sententia, cum iudex non putat tantum deberi, quantum petitur. nam si petitor viginti minas postulabat: iudicum autem vnus decẽ iudicet, alter quinque, alter quatuor, & hoc modo diuidant: & alii in totum condemnent, alii in nihilum: quis erit modus sententiarũ concordandarũ? Praeterea, nemo peierare cogit simpliciter condemnantem vel absoluentem, si simpliciter petatur. non enim cum absoluit, nihil debere iudicat, sed viginti minas non debere. at ille peierat, qui cum putet viginti minas non deberi, tamen condemnat. De eo autem, quod inuenientibus aliquid cõmodum ciuitati, honores tribuendi sunt, non est tutũ lege cauere, sed apparentiã solũ probabilẽ habet: continet enim calũnias, & motũ forsan reipublicae. Sed incidit haec in aliã quaestionem & considerationem aliam. Nã dubitant nõnulli, vtrũ dãnosum sit vel vtile ciuitatibus leges patrias mutare, si sit alia melior. quapropter nõ est facile dicto statũ assentiri, siquidẽ non conducit mutare. fieri aũt potest vt inducatur aut legũ, aut reipublicae dissolutio, tanquam commune bonum. Sed cum in hanc mentionem incidetimus, etiam pauca de eo perstringenda sunt: habet enim, vt diximus, dubitationem, & melius videri potest, vt mutationem recipiant. nam aliis quidem scientiis hoc prodest: ceu si medicina ab institutis patriis mutetur, & gymnastica, & aliẽ artes atquẽ facultates. quarum cum vna ponenda sit ciuilis disciplina, patet in ea quoq; eandem rationem esse tenendam. Probari autem hoc dicet aliquis, & in ipsis rebus. antiquas enim leges nimium rudes esse & barbaras. armati siquidem ferro incedebãt Graeci, & vxores emebant inuicem. & quaecunq; vetusta iura alicubi extant, penitus rudia sunt. ceu apud Cumas de caede lex est, si accusator multos testes inducat ex agnatis propriis, reum esse caedis, contra quem probatur. Quaerunt autem omnino non patrium, sed bonum omnes. putandumq; est priscos illos homines, siue ex terra geniti fuerint, siue ex corruptione aliqua seruati, fuisse ignaros & imprudentes, vt de terra natis dicitur, quam absurdum est in eorum opinionibus praesistere velle. Praeterea neq; leges scriptae meliores sunt, si sunt immutabiles. vt enim in aliis artibus, sic etiam circa ciuilem constitutionem impossibile est singula * ad minimum vsque scriptis comprehendere. necesse est enim, vt generaliter scribantur: actio- * ἀκριβῶς exacte.

nes autem circa singularia fiunt. Ex his ergo videtur, & quasdam leges, & quandoq; esse mutandas. Alio autem modo c[illegible]derantibus, cauendum videtur esse maxime. cum enim vtilitatis quidē accessio parua sit, assuescere vero faciliter leges mutare improbandū, constat errata quędam esse toleranda, & legumlatorum & magistratuum. non enim tantum proderit qui corrigere perget, quantum nocebit assuefactio superioribus non parendi. Mendax & de artibus exemplum. neque enim simile est mutare artem atq; legem nam ex nullam vim habet, vt ipsi pareatur, nisi ex more: mos aūt non fit nisi temporis lōgitudine. quarę faciliter mutare leges ex præsentibus in alias nouas, infirmam facere est vim legis. Prœterea si mutandæ sunt leges, vtrum omnes & in omni republica, an nō? & vtrum a quocunq; aut quibusdam? in his etiim magna est differentia. Quapropter nunc quidem omittamus considerationem hanc, nam aliorum est temporum.

D

De Lacedęmoniorum republica. Cap. VII.

E



E Lacedęmoniorum autem republica & Cretensium, ferme autem & de aliorum rebus publicis duo sunt consideranda. vnum, si quid recte vel non recte ad optimam constitutionem in illis sit *ordinatum: alterum, si quid ad suppositionem & modum aduersantis ab illis reipublicæ. Quōd igitur necessariū est in bene constituenda repub. necessariorū adesse facultatē, omnes fatentur: sed quemadmodum id futurum sit, non facile est comprehendere. nam & Penestiæ Thessalorum multoties in ipsos Thessalos insurrexerunt: & Ilotes Lacedæmoniorum: nam in casibus eorum aduersis nunquam insidiari destiterunt. Verum apud Cretenses nihil aduc tale accidit, cā forsitan est, quia vicinæ ciuitates, quamuis inuicem bellum gerant, tamen earum nulla rebelles recipit. quoniam id non conducit, quādo & ipse *periçcos habēt. At Lacedæmoniorum finitimi omnes inimici erant, Argiui, Messenii, & Archades. nam & Thessalis ab initio rebellarunt, dum cum finitimis Achæis & cum Perrhębis & Magnesiis gererent bellum. Videtur autem & si nihil aliud, attamen hoc ipsum esse per difficile, quemadmodum cum eis sit conuersandum. Nā si remisse erga illos tegeras, superbiunt illi quidem, ac se pares dominantibus existimant: sin aspere tractentur, insidiantur, atque odio habent. paret igitur non reperire optimum modū eos, quibus ista cō tingunt circa subiectos. Pręterea lenitas in mulieres & ad propositū reipublicę nocet, & ad directionem ciuitatis. Vt enim domus pars sunt vir & vxor, ita & ciuitatem bifariām diuidi censendum est, in virorum multitudinem ac mulierum. quocirca in quacunq; republica male prouisum est circa mulieres, in ea putandum est medietatem ci

F

νενομοθετηται [illegible] a.l. sanciū:

a.l. accolus a.l. possessio pis domibus finitimis.

uitatis esse neglectam: quod ibi contingit. Volens enim legislator totam ciuitatem esse duram ac laborum patientem, in viris quidem id fecisse constat, in mulieribus autem non fecisse. viuunt enim molliter, ac in omnem licētiam dissolutæ. Itaq; necessarium in tali repūblica diuitias haberi in precio: præsertim cū viri sint mulieribus obnoxii. quod accidit omnibus ferme militaribus bellicosisq; gentibus, preterquam Celtis, aut siqui alii coitum masculorum palam receperunt. Videtur autē qui primus fabulatus est, non irrationabiliter Venerem Marti cōiuxisse: quoniā omnes huiuscemodi homines proni sunt ad venerea, aut masculorum, aut mulierū, illisq; obnoxii. Itaque apud Lacedæmonios hoc fuit, multaq; in eorū principatu a mulieribus administrabantur. Etenim quid refert, vtrum mulieres ipsæ gubernent, an eos qui gubernāt, a mulieribus gubernari? idem .n. accidit. Cūq; insolētia ad nullū obsequiū vtilis sit, nisi forte ad bellū, maximæ nociuę ēt ad hoc ipsum Laconū mulieres erāt. Patefecerūt hoc

B in Thebanorū aduentu. non enim magis vtiles præstiterunt se quā aliarū ciuitatū mulieres: sed turbā inferebant magis quā hostes. Ab initio igitur rōnabiliter contigisse Lacedęmoniis videtur in mulieres indulgentia, cum per militiā multum domo abessent, Argiuis primo mox Archadibus & Messeniis bellū inferentes. exercentes .n. seipsos, legumlatori præstabant assuefactos propter militarē vitā. multas enim continet virtutis partes. Mulieres autem fertur Licurgus deducere conatus ad leges: at vbi repugnabant, abstinuisse. Causæ igitur factorū hæ sunt: itaq; & huius peccati. Sed nos non id considęremus, cui venia danda sit vel non danda, sed rectum ne sit an non rectum. Quę porro circa mulieres non bene se habent, videntur (vt diximus ante) non solum ipsa per se indecentiam quandā facere in republica, sed impellere quoq; ad cupiditatem pecuniæ. Post illa enim quæ nunc dicta sunt, tuētes inæqualē rerum possessionem quis reprēhendat? nam eorum quibusdam hoc euenit, vt magnam nimium

C opulentiam haberent: aliis vero vt penitus exiguam: quapropter ad paucos deuenerunt agri. hoc aūt ex eo accidit, quia male fuerat lege prouisum. ēmere enim, aut vendere quod habeas, fecit non honestum. & recte id quidem. sed donare ac testamento relinquere concessit. atq; idem accidat necesse est, per hunc modū & illum. Sunt enim mulierum fere ex quinque partibus totius regionis duæ, multis hæredibus institutis & traditione dotium magnarū. atqui melius erat, aut nullam, aut paruam, aut mediocrem esse constitutā. nunc aūt licet donare ex testamēto cuicūq;. & si nullo instituto hærede decesserit, hic cui voluerit, dat. Ex quo factū est, vt regio sufficiēs mille & qngētos eqtes alere, peditū vero triginta milia, ne mille quidē totos habeat. pbauit aūt res ipsa praue apud illos in hac parte fuisse prouisum: quoniā vna plaga suscepta ciuitas ea corruit, nec vltra pertulit ob hominū paucitatem. Aiunt etiam per tēpora priorum regum, nouos ho

mines permultos donatos,ob numerum ciuium, qui bello diminuri D
fuerant ad augendū.& aiunt fuiſſe quādoq; Spartiatis decem milia.
& tamē ſiue ſint iſta vera,ſiue non ſint, melius eſt per adæquationē
poſſeſionum replere hominibus ciuitatē. Contraria etiam quodam-
modo eſt huic,puiſioni lex illa circa prolem. volens enim legulator
quam plurimos fore Spartiatas,inducit ad multitudinē procreandā.
Eſt enim lex,qui tres genuerit filios,eū eſſe immunē a cuſtodia: qui
vero quatuor, immunem eſſe ab omnibus. Atqui patet, quòd ſi mul
ti gignantur,regione ſic diſtributa, neceſſariū eſt multos fieri paupe-
res. At enim & quæ circa Ephoros conſtituta ſunt,praue ſe habent.
hic.n.magiſtratus maximarū apud illos rerū poteſtatē habet. ſumū
tur autem ex plebe omnes: vt multoties contingat homines valde
pauperes in hac poteſtate cōſtitui,qui propter egeſtatē venales ſint.
Oſtenderunt id & ſæpe prius,& nunc in Andriis. corrupti.n.pecu-
nia quidam, quantum in ſe fuit totam rempublicam euerterunt: &
propter eius magiſtratus & nimium poteſtatem, ac & tyrranidi pa- E
rem,reges ipſos populares fieri compulerant, vt in hac quoq; parte
reſpublica læderetur. popularis enim ſtatus ex optimate reſultauit.
Continet tamen rempublicā magiſtratus iſte. acquieſcit enim plebs
ex eo quia maximi magiſtratus capax eſt.itaq; ſiue per legiſlatorē,ſi
ue per fortunam euenit hic, vtiliter ſe habet rebus. Oportet enim
rempublicam,quæ diuturna ſit,velle, vt omnes ciuitatis partes con-
ſtent atq; in ſtatu ſuo permaneant. Reges ergo propter honorem
ſuum ita ſe habebunt. pręſtantes autem viri propter ſenatum: nam
ea dignitas virtutis eſt pręmium. plebs autem propter ephoriam:nā
conſtituitur ex omnibus. Sed oportebat hunc magiſtratum ſumi qui
dē ex omnibus, non tamen per hunc modum, per quem hunc ſit eſt
enim nimium puerile. Præterea aūt & iudicandi de magnis rebus po
teſtatem habent homines contingentes. itaq; melius foret nō ſecūdm
propriam mentem eos iudicare,ſed ſecūdm literas & leges. Et ēt Epho
rorū vita nequaquam conueniens propoſito ciuitatis.nā Ephori qui F
dem molliter viuunt,in cęteris autem tanta aſperitas eſt vitæ, vt ne-
queant homines illam perferre, ſed clam tranſgredientes legem vo-
luptatibus fruantur. Senatorum quoq; poteſtas non recte apud illos
conſtituta eſt. nam ꝙ ſint viri boni ac ſufficienter ad virtutem eruditi
dicet forſitan aliquis ciuitati conducere.enimuero ꝙ per omnem vi
tam magis de rebus decernēdi poteſtatem habeant, periculoſum eſt:
eſt enim vt corporis, ſic etiam & ciuitatis ſenectus. Per hunc autem
modum eruditis, vt & legiſlator ipſe diffidat, tanquam non bonis vi
ris nequaquam totum. Vidētur aūt hi, qui in hac poteſtate conſtituti
ſunt. largiendi gratificandiq; permulta facultatem habere, quapro-
pter melius erat eos rōni reddendę ſubiectos eſſe:nunc aūt non ſunt.
Videtur autem Ephororum magiſtratus omnes alios magiſtratus
corrigere. in hoc autem nimiū certe illis permiſſum & nō per hunc

A modum dicimus rõnem reddere oportere. Inſuper creatio ipſa ſenato
rum quã per ſuffragia faciunt, perleuis eſt. ac ipſum petere magiſtra-
tum qui eligendus ſit, non recte ſe habet: oportet enim & volentem
& non volentem ad magiſtratum aſſumere, ſi dignus ſit eo magiſtra-
tu. Nunc aũt idẽ facere in hoc videtur legiſlator, quod in alia repu-
blica. ambitioſus. n. faciens ciues, illis vtitur ad ſenatorũ delectũ. ne-
mo enim magiſtratum petet, niſi honoris ſit affectator. atq; pleraq;
eorum quæ homines iniuſte faciũt, per ambitionem & auaritiam cõ
mittuntur. De regia vero poteſtate, Vtrum melius ſit eam in ciuitati-
bus exiſtere nec ne, alia foret diſputatio. attamen melius (non ve
nunc quidem) ſed pro vita cuiuſq; regis iudicare. Quod autem ne
ipſe quidẽ legiſlator eredit ſe facere bonos & honeſtos, manifeſtũ
eſt. diffidit enim quaſi non ſint ad ſufficientiam boni viri. Itaq; lega-
tos ſimul mittebant inimicos, ac ſaltem ciuitatis eſſe putabant, ſedi-
tiones regum. Non bene etiam circa comeſſationes, quæ illi Phidu-
tia nominant, conſtitutum eſt ab initio. Oportebat enim magis ex
B publico eſſe conuentum, quemadmodum in Creta. ſed apud Lacedæ
monios vnuſquiſque conferre habet: & ſi ſunt quidam longe pau-
perrimi, qui huiuſmodi ſumptum nequeant ſufferre. Ex quo fit, vt le-
gumlatori contra eueniat quam ipſe voluerit. Voluit enim ciuitatẽ
popularem facere per comeſſationes. ſed contra accidit, cum non ſit
facile pauperibus comeſſationum participes eſſe, more enim maio-
rum ſic apud eos definitur, vt qui comeſſationum particeps eſſe ne-
queat, is ad reipublicæ gubernationem non admitatur. Legem ve
ro quæ eſt circa profectos claſsis, & alii quidam improbarũt: & recte
quidẽ improbantes. eſt. n. ſeditionis cauſa. nam cũ reges ſint belli du
ces, præfectura illa perpetua fere alterum eſt imperium. Et ſic quo-
que ſuppoſitioni legiſlatoris ſuccenſeri poteſt: quod & Plato in legi-
bus ſuis cẽſuit. Ad partem enim virtutis tota ordinatio illarum legũ
contendit, ſcilicet bellica: hæc autem vtilis ad victoriam conſequen
C dam. Itaq; ſalui erant bellum gerentes, peribant vero vbi rerum poti
ti eſſent: quoniam nec otium agere, nec quicquam aliud exercere-
ſciebant præſtabilius, quam rem militarem. Illud quoq; erratum
non ſane minus, quòd putant bona illa, quę ad bellum pertinent, ex
virtute magis quam ex vitio fieri. & in hoc quidem recte. ſed quòd
hæc potiora quam virtutem ipſam putaut, in hoc non recte. Male ẽt
circa pecunias publicas apud ſpartiatas conſtitutum eſt. quia neque
in publico habẽt quicquã & magna bella gerere coacti pecunias ęgre
conferunt. nam quia Spartiatarum eſt plurimũ agri, non examinant
inuicem collationes. & euenit legumlatori contra quam commodũ
eſt, publice inopiam, priuatim auaritiam inducere. De Lacedæmo-
niorum igitur republica hactenus dictum ſit. nam hæc ſunt, quæ ma
xime quis reprehendat.

De Cretensium republica. *Cap. VIII.*



Retensium vero respublica huic finitima est. Habet au- D
tem quædam non deterius, sed plurima minus niti-
de. Videtur autem & fertur Lacædemo...um re-
publica in pluribus imitata Cretensem, ve...sta au-
tem pleraque rudiora sunt nouis. Ferunt enim Ly-
curgum post dimissam Carilli regis tutelam, cum longo tempore pe
regrinaretur, in Creta plurimum fuisse diuersatum propter cogna-
tionem. erant enim Lyctii Lacedæmoniorum coloni. susceperant au-
tem ii qui in eam coloniam venerant, instituta legū, tūc in antiquis
habitatoribus obtinentia. quapropter & nunc *Periœci eodem modo
illis legibus vtuntur; quomodo eas Minos constituit primus. Vide-
tur autem hæc insula ad principatum Græciæ esse nata, ac præclare
sita. cuncto nanq; imminet mari: cum fere Græci omnes circum ma-
re sint positi. abest enim hinc modicum a Peloponneso. illic vero ab
Asiç loco, qui circa Triopium est & Rhodum. Quare imperium E
maris obtinuit Minos, ac & insulasum alias subegit, alias vero dudū
incultas habitari fecit. tandem Siciliam aggressus, circa *Cameri-
nam defunctus est. Habet autem conuenientiam Cretica institutio
cum Laconica. Agriculturam exercent apud hos quidem Ilotæ,
apud illos vero Periœci. Et comessationes sunt apud vtrosq;. & anti
quitus nuncupabant Lacedæmonii non Phiditia, sed Andria, quem-
admodum Cretes. ex quo palam est inde prouenisse. Insuper autem
& reipublicæ institutio. Ephori nanq; eandem vim habent, quam
in Creta hi qui Cosmi appellantur: nisi quòd Ephori quinq; sunt,
Cosmi autem decem. Senatores autem pares sunt senatoribus, quos
vocant Cretes consiliū. Regia autem potestas fuit primo apud Cre-
tas, postea illam sustulerunt, imperio in bello ad Cosmos translato.
Concio autem omnibus communis est, sed aliam nullam habet au-
thoritatem, quam ea comprobandi, quæ a senatoribus & Cosmis F
fuerit ante decreta. Quæ igitur de comessationibus constituta sunt,
melius apud Cretas, quam apud Lacedæmonios habent. Nam
apud Lacedæmonios vnusquisque certum quid in singula capita ta-
xatum soluit: quod nisi faciat a republica lex repellit, vt prius dixi-
mus. at in Creta communis est. ex cunctis enim quæ a terra proue-
niunt vel armentis, ex publicis, & his quæ afferūt periœci, diuisio fit,
vt pars vna ad Deorum cultum & ad publica onera, pars ad comes-
sationes deputetur. at ita ex publico educant omnes, & mulieres, &
pueros, & viros. Ad temperantiam autem cibi quasi vtilis sit, multa
legislator philosophatus est, & de mulierum diuortiis, de earum cō
gregatione ad viros, ne superfluam pariant multitudinem prospe-
xit quod vtrum parue vel non praue constitutum sit, aliud erit con
siderandi tempus. Sed quòd circa comessationes melius prouisum

* acolg.

* κάμινον ἢ καμικὸν.

A sit apud Cretas, quam apud Lacedæmonios manifestum est. At circa Cosmos deterius, quam circa Ephoros. Quod enim mali habet Ephororũ magistratus, idẽ & in illis est, sumũtur enim quiuis. sed qđ in his prodest reipublicæ, illic non est. Nam hic, quia ex omnibus asumptio est, participes populus amplissimi magistratus, vult manere rempublicam: illic autem non ex omnibus sumuntur Cosmi, sed ex quibusdam familiis, & senatores ex iis qui Cosmi iam fuerũt. De quibus idem dici potest, quod de iis quæ apud Lacedæmonios sunt. Nam esse liberum magistratum atque perpetuum, maius est munus quam dignitas eorum mereatur. & non secuudum legem scriptam iudicare, sed secundum quod sibi videtur, periculosum est. Quiescere autem plebem non participantem, nullum signum est bene constitutę ciuitatis. Nec quicquam susceptionis est Cosmis quemadmodum Ephoris: abeuntque per insulam longe a contendentibus. Medicina vero quam huic delicto adhibent, ridicula est, nec ciuilis, sed

B † tyrannica, sæpenumero enim aut collegæ illorum, aut priuati homines insurgentes per seditionem Cosmos expellunt. Licet etiam Cosmis seipsos magistratu abdicare. enimuero hæc omnia præstabat lege fieri quam pro hominum voluntate non enim secura est regulæ. Omnium vero deterrimum est, potentum depositio: quam tam sæpe concitant, cum sententias dare nolunt. per quam manifestum est habere eam institutionem aliquid reipublicę, sed non esse rempublicam, at potentatum magis. Consueuerunt autem concitata plebe & amicis ad vnius arbitrium rem deferre, seditionesq; & prælia inter se miscere. At vero id quid differt ab eo, quòd tandem ea ciuitas nõ sit, dissoluta ciuili societate? Est autem periculosus hic reipublicæ status, si qui velint possintq; inuadere. sed, vt supra diximus, seruatur propter locum, quia omnes aduenas procul excludit. Itaque Perioeci manent Cretensibus. verum Ilotes persæpe a Lcedæmonius defecere. non enim erat in Creta potentatus vllus externus: sed

† δυναστεία.

C nupperrime bellum peregrinum irrupit in eam insulam, quod patefecit imbecillitatem legum suarum. De hac igitur republica hæc dixisse sufficiat.

Superiorum rerumpublicarum comparatio. Cap. IX.



Idetur etiam Carthaginensium respublica bene constituta, multaq; habere præter alias, quędam vero maxime similia Lacedæmoniis. Tres enim istæ respublicę quodam modo inter se proximę sunt, multumque distant ab aliis, Cretica dico, & Laconica Carthaginensis: multaq; in ipsis prouisa sunt recte. Signum autem est reipublicæ bene institutæ, quòd populus in suo permaneat loco,

neque seditionem Vllam(quod dictu & dignum sit)vnquam fe i ne A
que tyrannum.Continet autem similia Lacædemoniorum reip ubli-
cæ,comessationes quidem sodalitiorũ, Phiditiis : centum a &
quatuor virorũ potestas,Ephoris:præterquã quòd non de
illi ex contingentibus sunt:hanc autem potestatem suscipi
† Βασιλεῖς mates. * Imperator vero & senatus conueniunt Lacedæm
regibus & senibus. melius autem ꝙ imperatorem non secund
nus,neq; ex vili & præexcellenti magis eligunt quam secun
tutem.nam qui magnam habent potestatem,si ipsi nullius præ
multum nocent, nocueruntque iam Lacedæmoniorum ciui
Plurima igitur reprehensorum propter transgressionem communia
sunt omnibus antedictis. Sed quantum ad intentionem optimatum
attinet & reipublicæ, quædam ad popularem statum magis dec
nant, quædam ad paucorum potentiam. Nam referendi quidem ad
populum aut non referendi aliqua, imperatores vna cum senatu
mini sunt, si omnes concordent. si non concordent, populus ipso-
rum dominus est. quæcunque autem retulerint magistratus, de his B
non approbandi modo illorum sententias potestas permissa est po-
pulo,verum etiam pro arbitrio constituendi prouidendiq;,& cuius
contradicere relatis illorum licet: quod non est in aliis rebus publi-
cis. Quinqueuiratum vero,qui multarum ac magnarum rerum po-
testatem habet, ab illis eligi, & centumuiratum hos eligere qui est
maximus magistratus, & hos longiori tempore quam alios impe-
rium retinere, nam & perfuncti magistratu imperant, & designa
ti ad magistratum, ad paucorum potentiam spectat. E e autem
sine mercede, & sine electione quæ sorte fit, optimatium est ponen-
dum, & siquid aliud tale. Iudicia quoq; omnia a cunctis magistrati-
bus iudicari,& non ab aliis alia,vt apud Lacedęmonios. Transgredi
tur autem maxime ab optimatibus ad paucorum potentiam institu-
tio Carthaginiensium secundum aliquam intelligentiã in eo, quod
etiam multi comprobant. non solum enim optimos, verumetiam di-
tissimos censent in magistratibus esse ponẽdos: quasi impossibile sit F
qui egenus existat,eum bene magistratum gerere,aut quietem opta-
re. Si igitur sumere diuitem, paucorũm potentiæ est, per virtutem au
tem, optimatum : ista quædam fuerit species tertia, per quam consti
tuta est apud Carthaginienses respublica. creant enim magistratus
ad hęc duo respicientes,& præsertim maximos,vt imperatores & du
ces bellorum. Putandum autem est huiuscemodi excessum ab opti-
matibus esse errorẽ legis conditoris: quẽ ab initio præuidisse v.lde
necessarium fuit,vt optimi valerent quietem agere, nec quicquã in
decorum facere,non solũ in magistratu,sed ẽt in vita priuata. Quòd
si inspicere oportet ad opes gratia quietis, prauũ est maximos magi
stratus esse venales,imperiũ,& belli ducatum. hæc enim lex preciosas
magis facit diuitias quã virtutes, ac ciuitatẽ totã ad studium pecu-

A niarū cōuertit. Nā quicquid apud ciuitatis principes habetur in pre cio, necessarium est & aliorum ciuium opinionē subsequi. vbi aūt nō maxime honoratur, virtus, ibi non est possibile firmum optimorum esse in republica statum. Assuescete vero ad lucra rationabile est, quā do per largitionem adipiscuntur dignitates. absurdū est enim si pau per quidem aliquis, verū bonę mentis lucrari velit: improbior aūt nō velit, cū sumptus fecerit. Quocirca oportet eos, qui possunt optime gerere magistratum, assumere ad magistratum. probabiliusq; fuisset si author legis opulentiam præstantium virorum abiecisset, ac eorum qui in magistratu forent, quieti prospexisset. Prauum etiam vide ri potest, plures magistratus ab vno homine geri: quod in honore est apud Carthaginienses. vnicum enim ab vno optime perficitur opus. hoc autem vt fieret, prouidendum fuit a legumlatore, neq; cogendum eundem tibicinem esse atque sutorem. Quare vbi non parua est ciuitas, magis ciuile est, vt plures sint participes magistratuum, magisq; populare. communius enim, vt diximus, & melius singula B conficiuntur, atq; celerius. Patet autem hoc in bellicis rebus, & nauticis. in his enim ambobus per omnes (vt ita dixerim) transit imperare & parere. Sed cum ad paucorum potentiam vergat respublica eo rum, optime illud effugiunt, vt semper aliqua plebis pars ditetur ad oppida mittentes. per hoc enim illi arbitrantur ac certe efficiunt, statum ciuitatis permanere. Sed hoc est fortunæ opus. oportebat vero nō per fortunam sine seditionibus esse, sed per legislatorem id fieri. nunc autem, si diuisa fortuna incidat, & plebs a gubernatoribus secedat, nullum est remedium legis ad quietem adhibitum. Lacædemoniorum igitur, & Cretensium, & Carthaginiensium respublicæ, quæ me rito habentur insigniores, in hunc modum se habent.

De republica Solonis, & uariis institutoribus rerum-publicarum. Cap. X.

C Orum autem qui de republica aliquid tradiderunt, quidam nunquam versati sunt in gubernatione ciuitatis, sed in priuata vita ociosi vixerunt. de quibus si quid dignū relatu fuit, de omnibus fere supra diximus. Quidam autem legislatores fuere, gubernariiq; vel in propriis ciuitatibus vel in alienis. Et horum quidam solum modo legū authores fuere, quidam etiam reipublicæ construendæ, veluti Licurgus & Solon. hi enim leges & rempublicam condidere: Licurgus quidem Lacędemoniis, vt dictum est: Solon autem Atheniensibus. Existimant autem quidam Solonem legislatorem fuisse præclarum. nam & paucorum potentiam sustulisse, quę nimis intemperans erat, & plebem a seruitute liberasse, ac statum popularem in patria constituisse, optimeque rempublicam temperasse. nam esse con-

silium Areopagi paucorum gubernationis est: delectus vero magi- D
stratuum, optimatium. iudicia vero, populare. Sed videtur Solon illa duo (cum essent prius) non sustulisse consilium Areopagi, & magistratuum delectus. at † populum asseruisse, iudiciis ex omnibus constitutis. Quapropter quidam illi succensent, quòd alterum dissolue rit, cum authoritatem omnem ad iudicium traduxerit, quod per sortitionem est. nam cum hoc inualuit, tanquam tyranno gratificantes populo, in eum qui nunc est, popularem statum, rempublicam redegerunt. Et consilium Areopagi Ephialtes inhibuit, & Pericles. Iudicibus vero salaria Pericles induxit, ac per hunc modum vnusquisque eorum qui apud plebem posse voluerunt, populi vim augere perseuerauerunt, donec in istam quæ nunc est, licentiam peruenit. Apparet autem hoc, non tam Solonis voluntate, quam casu euenisse: Nauali enim potentia aduersus Medos victor populus, maiora de sese sapere cœpit. & accesserunt patroni seditiosi contra bonos & modestos ciues, qui rempublicam gubernabant. cum videatur quidem Solon eam quæ maxime necessaria fuit, potestatem populo tradidisse, vt magistratus crearet, & malefacta corrigeret. nisi enim populus hanc habeat potestatem, seruus erit & inimicus. At magistratus omnes constituit ex nobilibus ac locupletibus, ex censu quingentorum modiorum, & iugerum: tertium ex equitibus: quartum ex opificibus sordidis, quibus nullum magistratus assequendi ius erat. Fuerunt etiam legum positores Zaleucus apud Locros occidentales, & Charondas Cataniensis ciuibus suis, cæterisq; ciuitatibus Calcidicis, quæ sunt circa Italiam & Siciliam. Tentant vero quidam inducere quasi Onomacritus fuerit primus legum ferendarum peritus. hunc vero exercitatum in Creta, cum esset Locrus. profectum autem per artem diuinationis, ei familiarem fuisse Thaletem. Thaletis autem auditores fuisse Licurgum & Zaleucum: Zaleuci autem Cherondam. sed qui ista dicunt, tempora non supputant. Fuit etiam Philolaus Corinthius legumlator Thebanis. Erat autem Philolaus ex familia Bacchiadum, amicus vero Dioclis, qui in olympiis vicit. sed vbi ille ciuitatem deseruit, cômotus ob amorem matris Alcyones, Thebas migrauit. atque ibi ambo defuncti sunt, monstranturq; etiã nũc illorum sepulcra, quæ ab inuicem facile spectant. verum ita constituta, vt ex Dioclis quidem sepulchro non sit prospectus in Corinthium agrum ob animi infectionem: ex Philolai autem sit prospectus. Habitarunt igitur ob huiusmodi causam apud Thebanos, legesque illis Philolaus descripsit, & de aliis quibusdam, & de sobole procreanda, quas illi leges proletarias appellant. Et hoc est præcipue ab illo prouisum, vt numerus hæreditatum conseruetur. Charondæ autẽ nihil est proprium, nisi iudicia falsorum testium. Primus enim de his legem posuit: diligentia autem & claritate etiam elegantior quã hi qui nunc sunt legum conditores. Philolai proprium est patrimo-

† constituisse popularẽ statum.

niorum disparitas. Platonis autem mulierum & natorum & patrimoniorum communitas, & comessationes fœminarum,& præterea lex circa ebrietatem, vt reges conuiuiorum sobrii sint. & in rebus bellicis exercitatio, per quam ambidextris fiant: cum oporteat non alteram manum vtilem, alteram inutilem habere. Draconis quoque leges sunt, sed iam constituta republica leges tulit. Proprium autem Draconis est nihil quod sit memoria dignum, nisi rigiditas ob magnitudinem pœnarum. Fuit quoq; Pittacus legum conditor, sed non in republica versatus. Lex est propria illius, ebrios si quem pulsauerint maiori pœna damnari, quam si sobrii fecissent. quòd enim plures delinquunt ebrii quam sobrii, non ad id respexit, quòd magis esse debeat ebriis venia, sed ad vtilitatem. Fuit etiam Andromadas regius legum conditor Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, de homicidio & hæreditatibus. nihil tamē huius proprium referre quis pôt. De his ergo rebus publicis, quę principales sunt, & de his quæ sunt ab aliquibus scriptæ, in hunc modum cognouisse sufficiat.

ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

De ciuitate, ciue, rerumpublicarum speciebus, dominatore ciuitatis, viris eam constituentibus, vnius viri virtute superexcellente, ac regia gubernatione.

De ciuitate, & ciue, quid sit utrunq;. de ciuitate donatis de magistratibus, de iuste & iniuste ciuibus.
Cap. I.



Vi de republica considerat, quæ sit vnaquæque & qualis, fere prima illa consideratio occurrit, vide re quid sit ciuitas. Nam ea nonnunquam in controuersiam venit, cum alii dicant a ciuitate factū, alii non a ciuitate, sed a potentibus quibusdam, vel a tyranno. * gubernatoris autem reipublicæ ac legum positoris totum negocium versari videmus circa ciuitatem. Est autem respublica, eorum qui in ciuitate degunt, institutio quæ- * πολιτικοῦ.

dam. Cum vero sit ciuitas compositum quiddam, quemadmodum D
alia tota ex pluribus partibus consistentia, manifestum est primo de ciue esse perquirendum. nam ciuitas est ciuium multitudo quædam. Quare & quem oporteat ciuem vocari, & qui sit ciuis, est considerandum: nam & de ciue sæpe contenditur, nec eundem omnes esse fatentur ciuem: & qui in populari ciuitate ciuis est, persæpe in paucorum gubernatione non erit ciuis. Eos igitur qui alio quodam modo appellationem sortiuntur, ceu eos qui in ciuitate donati sunt, omittamus. Nec habitatio ciuem facit. nam isto modo * peregrini qui circa nos habitãt, & serui ciues essent. Nec rursus qui fori ac iudicii [illegible] habent. nam hoc existit etiam illis qui simul contrahunt, cum per contractum forum sortiantur. quanquam multis in locis peregrini ne id quidem perfecte habeant, sed necesse est vt patronum accipiant. Ex quo fit vt imperfecte quodam modo sint fori iudiciorum participes: sed vt pueri nondum ætate perfecti, & senes ob ætatem a muneribus publicis vacantes, non simpliciter ciues dicendi sunt, sed quodam E
modo ciues. At nos quęrimus eum, qui simpliciter ciuis dicatur, nec habeat aliquam adiunctionem quæ restringat & corrigat cum & de ifamibus & de exulibus eodem modo vt supra dubitari, & responderi potest. Ciuis simpliciter nulla alia re definitur magis, quam participatione potestatis publicæ iudicandi & decernendi. * Potestates autem, aliæ sunt determinatæ secũdum tempus, ita vt non liceat interdum, nec semel eandem habere, aut per alia temporum spatia, alię sunt indeterminatæ, ceu illius qui in concione deliberat, & qui iudicat: quanquam fortasse diceret aliquis, tales non esse in potestate constitutos. Atqui ridiculum foret, qui de maximis rebus deliberant & decernunt, eos potestatem dicere non habere. Sed nihil referat, cum de nomine sit quæstio. est enim absq; nomina puplica potestas iudicantis decernentisq; in concione: sed sit definitionis gratia indeterminata potestas. Ponimus autem eos esse ciues, qui huius potestatis vna cum aliis participes sunt. maxime igitur proprie ciuis, F
super omnes alios qui ciues dicuntur, fere talis est. Nec latere nos debet, quòd in rebus, quarum subiecta differunt specie, & aliud eorũ est primũ, aliud secundum, aliud consequens, aut omnino nihil est (qua talia sunt) commune, aut vix. Respublicas autem videmus specie differre, & alias esse posteriores, alias priores. Quę enim aberrauerunt ac prolapsæ sunt, necesse est vt posteriores sint integris & incorruptis. quomodo autem dicamus eas labi, postea patebit. Quare ciuem quoque esse alium atque alium, necesse est secundum differentiam rerumpublicarũ. Itaque ille, de quo diximus, in populari quidem statu maxime est ciuis: in aliis vero speciebus esse quidem potest, non tamen necesse est. In quibusdam enim ciuitatibus nec populus est, neq; concionis vsus, sed senatum habent & iudicia. vt apud Lacedæmonios de contractibus cognoscunt hi, qui Ephori nuncu-

* μέτοικοι.

* Magistratus.

D pantur, alii alios. de cæde autē ſenatus, & forſan alius magiſtratus de
aliis. eodemque modo apud Carthaginienſes, de omnibus quidem
cauſis magiſtratus quidam cognoſcunt. Sed recipit correctionem
quandam definitio ciuis, quòd in aliis rebuspublicis non eſt indeter
minata illa poteſtas, quæ in concione decernit & iudicat, ſed deter-
minata ſecundum iuriſditionem. horum enim, aut omnibus, aut qui
buſdam conceſſum eſt deliberare ac iudicare, vel de omnibus vel de
quibuſdam. Quis igitur ſit ciuis, ex his patet. Cui enim habilitas
eſt participandi poteſtatis publicæ deliberatiuę & iudicariæ, hunc ci
uem eſſe dicimus eius ciuitatis: ciuitatem vero talium multitudinē,
quæ ipſa per ſe ſufficiens ſit, vt ſimpliciter dixerim, ad viuēndum.
Conſueuerunt autem eum etiam dicere ciuem, qui ex duobus ciui-
bus ortus ſit, & non ex altero ſolum, ceu ex patre & matre. alii vero
magis vltra requirunt, ceu auos & proauos vel plures. His itaque de
finitis ciuiliter & ſuccincte, dubitāt quidam, tertius ille aut quartus,
quomodo erit ciuis. Gorgias quidem Leontinus partim dubitans
B fortaſſe, partim ludens, inquit: Quemadmodum mortaria ſunt illa
quæ a factoribus mortariorum fiunt, ſic Lariſſæos eſſe qui ab artifici
bus eorum fiunt, eſſe nanq; aliquos Lariſſæorum factores. Eſt autem
ſimplex. ſi enim participarent adminiſtrationis reipublicæ ſcd̄m de-
terminationem iam dictam, eſſent vtique ciues. Etenim neq; poſſi-
bile congruere definitionem illam primis conditoribus aut habita-
toribus, vt ex patre matreq; ciuibus ſint exorti. Sed forſan de eo
magis dubitari poteſt, cum facta mutatione recipiuntur quidam ad
communionem reipublicæ, quemadmodum Athenis fecit Cliſthe-
nes, poſt tyrannorum eiectionem. complures enim in tribus deſcri-
pſit, peregrinos, & ſeruos, et inquilinos, de quibus dubitari poteſt
non qui ciuis, ſed an iuſte vel iniuſte. Atque de eo inſuper quis du-
bitabit. an ſi non iuſte ciuis, ne ciuis ſit: quaſi idem valeat iniuſtus
& falſus. Sed cum videamus quoſdam iniuſte ſe in magiſtratibus ge-
C rere, quos tamen magiſtratus eſſe dicimus, ſed nequaquam iuſte: ci
uis autem poteſtate quadam definitus ſit: (nam qui particeps eſt ta-
lis poteſtatis, eſt ciuis, vt diximus:) patet quòd hos quoq; ciues eſſe
dicendum eſt. Iuſte autem vel iniuſte, pertinet ad primam illam quę
ſtionem, in qua quęritur nunquid a ciuitate factum ſit, vel non a ci
uitate. ceu cum ex paucorum potentia vel tyrannide, ad popularem
ſtatum fit mutatio. Tunc enim neq; mutuatā pecuniam ſoluere qui-
dam volunt, quaſi non ciuitas eam ſuſcipiat, ſed tyrannus: nec alia
huiuſmodi permulta, quaſi reſpublica vi ac victoria conſtet, non
publica vtilitate. Si igitur per hunc modum, quędam in populari ſta
tu fiunt, eſſe ſimiliter dicendum eſt huius ciuitatis acta, & paucorum
potentiæ & tyrannidis.

Quo pacto ciuitatem, eandem, uel non eandem dicere debeamus. *Cap. II.*



Idetur autem proprius huius quæstionis locus, quomodo aliquando dicamus ciuitatem esse eandem & non eandem, sed aliam. Potissime igitur inuestigationis huius dubitationis huius est circa locu, & homines. fieri enim potest, vt separetur locus & homines, & alios alibi habitare. Sed hæc leuior est dubitatio. nam cum multipliciter dicatur ciuitas, per facilis est huiusmodi questio. Similiter quoque eorum qui eundem in habitant locum, quoad dicendum sit vnam esse ciuitatem: non enim mœnibus id definitur. liceret enim Peloponnesum totam vnis mœnibus circundari. talis fortasse est Babylon, quæ capta cum esset ab hostibus, ferunt partem aliquam eius ciuitatis tertia die nondum aliquid sensisse. similiter & quæcunq; alia magis habet circunscriptionem gentis quam ciuitatis. Sed huius quæstionis alio loco vtilis erit consideratio. nam de magnitudine ciuitatis, quantam esse vtile sit, & vtrum vnam vel plures, latere non debet ciuilem hominem. At mentibus eisdem habitatoribus eodem loco, vtrum quoad sit idem genus habitantium eandem esse ciuitatem dicendum sit, quamuis semper alii intereant alii oriantur? vt & flumina solemus eadem dicere, & fontes eosdem, quamuis semper vnda noua superueniat ac defluat. An homines dicendum sit eosdem esse propter eandem causam, sed ciuitatem aliam. Nam si ciuitas est societas quædam (societas autem ciuium) variata reipublicæ gubernandæ forma, & alia effecta, necessarium vtique videretur, ciuitatem quoq; non eandem permanere, vt & chorum alium esse dicimus dum tragicus est, quãdum comicus: & si iidem, sint homines, eodemq; item modo, omnem aliam societatem & compositionem, si species compositionis alia fiat: ceu harmoniam earundem vocum aliam esse dicimus, & modo Doricam, modo Phrygiam vocitamus. Id si ita est, patet quòd maxime dicendum est eandem ciuitatem, ad rempublicam respicientes. nomine autem vocari alio, aut eodem licet, eisdem habitantibus eandem, vel aliis penitus hominibus. Vtrũ autem iustum sit † reddere pecuniam mutuo sumptam, mutata reipublicæ gubernandæ specie, an non iustum, alia est dubitatio.

† Παλῦ dissoluere, aut non dissolue re.

De uirtute absoluse viri boni, & boni ciuis, num sit eadem an altera. De uirtute ciuis qui præest, & qui paret. An opifices sint dicẽdi ciues. *Cap. III.*



Is vero quę nunc dicta sunt, consequens est videre, vtrum eadem sit virtus boni viri, & boni ciuis, an non eadẽ. Atq; si hoc est perquirendũ, prius de Virtute ciuis sub cõpẽdio

5 considerare oportet. Vt igitur nauta vnus aliquis est eorum, qui sunt in communi societate, ita & ciuem dicimus. Nautarum vero, quanquam dissimiles sint secundum potentiā (nam alter est remex, alter gubernator, alter proram dirigens, alter alteram huiusmodi appel'ationē habens) patet ꝙ expressissimus vniuscuiusq; sermo* pro prius erit illius virtutis. Similiter autem & commune quiddam con ueniet omnibus. salus enim & conseruatio nauigantiū, commune est omnium opus: ad hoc enim vnusquisq; eorum intendit. sic igitur & ciuibus, licet dissimiles sint, opus est conseruatio communis societatis: societas vero est respublica, quapropter necesse est virtutē esse ciuis ad rempublicam. Si quidem igitur plures sunt rerum publicarū species, patet non esse recipiendum, vt studiosi ciuis vna sit virtus, eaq; perfecta. at viri boni perfecta est virtus. Quòd igitur fieri pos sit, vt ciuis studiosus non possideat virtutem illam, per quam dicitur vir bonus, manifestū est. Quin etiam & alio modo inquirētibus, per

5 uenire licet ad eādem rationem circa optimam rempublicā. Nam si impossibile est ex omnibus studiosis esse ciuitatem: & oportet singulos opus suum benefacere: hoc aūt a virtute: sit vero impossibile similes esse ciues omnes: nequaquam vna esset virtus ciuis & viri boni. Nam virtutem studiosi ciuis omnibus esse oportet: sic enim optima foret ciuitas vtique. at viri boni virtutem impossibile est omnibus esse: nisi necessariū sit in studiosa ciuitate ciues omnes esse viros bonos. Præterea cum ex dissimilibus constet ciuitas, vt animal ex anima & corpore: anima vero ipsa ex ratione & appetitu, & domus ex viro & vxore, & acquisitio ex domino & seruo: eodem modo cum ciuitas ex his omnibus, ac præterea ex aliis dissimilibus constet speciebus, necesse est non vnam esse ciuium omnium virtute. quemadmodum nec chorum agentium, supremi & assistentis. quòd igitur non eadem simpliciter ex his patet. Sed an erit alicuius eadem virtus ciuis studiosi & viri boni? Dicimus vtiq; studiosum in magistra

6 tu, bonū esse atq; prudentem: ciuilem autem hominem necessarium est esse prudentem. et statim aliam esse disciplinam *pręsidentis aiūt quidam: vt patet in regum filiis, qui ad equestrē bellicāq; disciplinā in adolescentia erudiūtur. & Euripides inquit, Non mihi speciosa, sed ea quorū ciuitas indiget. tanquam sit præsidentis disciplina quędam. Si autem est eadem virtus præsidentis boni, ac viri boni: ciuis aūt est & qui regitur: non eadem virtus simpliciter esset ciuis & viri boni, sed tamen cuiusdam ciuis. non enim eadem virtus est eius qui pręsidet, & ciuis. Et ob hoc forsan Iason inquit grauiter ferre, si non regnaret, quasi nesciret priuatus esse. Sed nihilo minus laudādū est posse imperare, & parere: ac pręclari ciuis virtus est posse præesse, & sub esse laudabiliter. Si ergo virtutē boni viri posuimus præsidentem, ciuis aūt vtranq;: nō vtiq; fuerint ambæ similiter laude dignæ. Cum ergo aliquando videatur vtraque, sed non eadem, eum qui.

* λόγος.

* Magistratū gerentis.

p

imperat & eum qui paret, addiſcere debere: ciuem autem vtraque ſci-
re, & participare ambarum: quid ſequatur deprehendere quis pōt. D
Eſt enim præſidentia dominatiua. hac vero in his quæ neceſſaria vo
cantur ſcire facere, nequaquam neceſſarium eſt ei qui præſidet, ſed vti
magis. alterum vero ſeruile eſt: dico aũt alterũ, poſſe exhibere mi-
niſteria. Seruorum aũt ſpecies plures eſſe dicimus, cũ ſint miniſteria
plura: quorũ partem vnã obtinent manuales. hi ſunt, vt nomen ſigni
ficat, qui ex manibus viuũt, in quibus sũt opifices. Quapropter apud
quoſdam antiquitus huiuſmodi homines excludebantur a reipubli-
cæ honoribus, antequam populus extremus fieret. Hæc igitur opifi-
cia eorum qui ita ſubſunt, neq; rectorem diſcere oportet, neq; eũ qui
in republica verſatur, neq; bonũ ciuem: niſi fortaſſe quãdoq; ſui ipſi
us priuatim gratia. Non .n. amplius cõtingeret eſſe alterũ dominũ,
alterũ ſeruũ: ſed eſt præſidentia quædam, per quã præeſt ſimilibus ge
nere, & liberis hominibus. & hanc dicimus eſſe ciuilem præſidentiã,
quam eum qui præeſt didiciſſe parendo oportet: ceu præfectum equi
tum eſſe, cum ipſe prius ſub alio eſſet: & exercitum ducere, cum ipſe B
prius in exercitu per inferiores militiæ gradus ductus ſit. Quamob-
rem recte dicitur, neminẽ bene imperare poſſe, qui non prius ſub im
perio fuerit. Sed horum diuerſa eſt virtus. & oportet bonum ciuem
ſcire ac poſſe præeſſe & ſubeſſe. & hæc virtus ciuis, ſcire recte ſe habe
re in vtraq; parte. & boni viri vtraque. quanquam alia eſt species
eius temperantiæ & iuſtitiæ quæ præeſt. nam eius qui ſubeſt ac liber
eſt, non vna profecto fuerit virtus ac boni viri. vtputa iuſtitia alias
ſpecies habet cum præeſt, alias cum ſubeſt. Quemadmodum viri &
mulieris alia temperantia, & fortitudo. nam videretur vtiq; timidus
eſſe vir, ſi ita fortis eſſet, vt fœmina fortis: & mulier inhoneſta vide-
retur, ſi ſic honeſta foret, vt vir honeſtus. adminiſtratio quoque do-
mus, alia mulieris, alia viri. nam viri eſt acquirere, mulieris ſeruare.
Prudentia vero propria virtus eſt præſidentis. nam cæteræ quidem
videntur communes, tam eorum qui præſunt, quam eorum qui ſub- F
ſunt: at prudentia non eſt virtus eius qui ſubeſt. ſed opinio vera. qui
enim ſubeſt, vt is eſt qui fiſtulam facit: qui vero præeſt, vt is qui vti
tur fiſtula. Vtrum igitur eadem ſit virtus viri boni, & ciuis ſtudioſi,
vel alia, & quomodo eadem, & quomodo alia, ex his patet.

Reſtat adhuc vna dubitatio circa ciuẽ: vtrum reuera ciuis ſit is ſo-
lum, cui participatio eſt publicę poteſtatis, an opifices etiam ac mer
cenarii ſint ciues nuncupandi. Nam ſi ponamus hos quoq; eſſe ciues
qui magiſtratuũ ſint expertes, nequaquam poſsibile eſt vniuſcuiuſq;
ciuis talem eſſe virtutem. ſi vero nullus horum eſt ciuis, in qua parte
ſunt huiuſmodi homines reponendi? neq; enim in eorum miniſtro
rum loco qui nobiſcum habitant, neq; rurſus vt peregrini. An ſecun
dum hanc rationem nihil dicemus euenire abſurdum. neque enim
ſerui ſupra dictorum quicquam, neque liberti. Illud autem verum,

quod

quod non omnes illi dicendi sunt ciues, sine quibus ciuitas esse non potest: cum neque pueri ita ciues sunt, vt viri. sed hi quidem simpli citer, illi vero ex suppositione. ciues enim sunt, sed imperfecti. Vetu stis quidem temporis apud quosdam opifices erant serui, aut peregri ni. quapropter etiam nunc pleriq; tales sunt. Optima quidem ciui tas nunquam opificem faciet ciuem. quòd si hi ciues, ciuis autem virtus, quam diximus, dicendum est non esse cuiusq; ciuis, neque libe ri modo, sed eorum qui a ministeriis necessariis sunt alieni. necessa ria vero qui vni ministrat seruus est: qui autem publice viles & sordi di. Patebit aũt hinc parum adhuc considerantibus, quemadmodum in his res se habeat. hoc enim quod diximus, id ostendit. Cum enim plures sint rerum publicarum species, plures quoq; species ciuium sint necesse est, ac maxime eorum ciuium qui subsunt. Itaque in qua dam republica opifices & sordidi ciues erunt: in quibusdam vero im posibile est vt ciues sint: puta in optimatum gubernatione, si qua illa est, in qua secundum virtutem dantur honores, & secundum di gnitatem. neq; enim virtutem exercere potest qui vilibus opificibus occupatus est. In paucorum quoq, gubernatione tenues homines ad rempublicam non recipiuntur: ex magno enim censu ad honores rei publicæ peruenitur. Artifices tamen ad hanc speciem peruenire pos sunt, & si sordidi sint: quoniam plerunque diuitiis abundant. Apud Thebanos lex fuit, vt nemo habilis esset ad honores reipublicæ su scipiendos, nisi decem annis a mercatura destitisset. In multis autem rebus publicis attrahuntur lege ad ciuitatem etiam peregrini. Est etiam lex in quibusdam ciuitatibus, vt satis sit ex matre ciue esse ge nitum. & eodem pacto spurios multæ recipiunt: atque propter defe ctum legitimorum ciuium tales ciues faciunt. paucitate enim homi num inducti, his vtũtur legibus. ꝙ si abũdent multitudine, paulatim excludũt, primo libertini generis homines, deinde eos qui ex matre solũmodo ciues sint: tandem non nisi ex vtroq; parente natos ciues, pro ciuibus habent. Quòd igitur plures sint species ciuium, ex his patet: & quòd maxime dicitur ciuis ille, qui habilis sit ad honores suscipiendos, vt Homerus inquit. sed vbi id occultũ est ex deceptio ne habitatorum, tanquam inhonoratũ quendam repititium, repellũt. vt inquilinus enim est & aduena, qui honores capere non põt. Vtrũ igitur alia, an eadem virtus sit, per quã est vir bonus & ciuis studio sus, patet ex supra dictis, ꝙ cuiusdam ciuitatis idem, cuiusdam vero alius, & ille non omnis, sed qui præest reipublicæ, & potestatem ha bet, aut solus, aut cum aliis gubernationem exercens.

Quid sit respublica, & ipsius finis. Quot sint imperii in re familiari modi. Quid respublica recta, quid ne lapsa. Cap. IIII.

HIs ita determinatis, videndum iam est, vtrum vna sit ponenda respublica, an plures. Et si plures, quæ, & quot, & quænam

differentiæ earum sint. Est autem respublica ordinatio ciuitatis & D
circa magistratus alios, & maxime circa id quod summam in ciuita-
te habeat authoritatem, & si sit principalissimum. Principalissimum
aũt est id, qđ vbiq; gubernat & regit ciuitatem: ceu in populari qui-
dem populus, in paucorum vero potentia pauci. Dicimus autem &
rempublicam aliam esse ab istis, eodemq; modo dicemus de aliis.
Supponendum est primo, cuius gratia ciuitas sit constituta, & quot
sint gubernandi species circa hominem, & circa vitæ societaté. In su-
perioribus libris, vbi de gubernatione rei domesticæ, ac de domino et
seruo determinauimus, dictum est, natura esse hominem ciuile ani-
mal ac sociale. Ex quo fit vt si etiam nihil indigeant mutuo auxilio,
nihilominus affectent vitæ societatem. quinetiam & communis vti-
litas coniũgit eos, inquantum confert singulis partem bene viuendi.
maxime igitur hic est finis & publice omnibus, & priuatim. Congre-
gantur etiam ipsius vitæ gratia. forsan enim inest sibi aliqua particu-
la honesti, & continet ciuilem societatem, etiam viuendi gratia so- B
lum, si non molestiæ in vita admodum exuperent. Patet autem quod
tolerant homines multa aspera, propter viuendi cupiditatem, vt exi-
stente in eo quadam prosperitate, & naturali dulcedine. Atqui & mo-
dos imperii facile est diuidere, cum sæpe fit de his a nobis in externis
sermonibus determinatum. Dominatio enim, licet reuera vtilis
existat natura seruo, & natura domino, nihilominus imperat pro do-
mini vtilitate, pro vtilitate autem serui contingnter. neq; enim fieri
potest, vt seruo deficiente seruetur dominatio. Filiorum vero impe-
rium, & vxoris, & domus totius, quam vocamus rei familiaris guber-
nationem, aut gratia est eorum qui gubernantur, aut gratia alicuius
quod sit vtrisq; commune. Gratia eorum qui gubernantur, vt vide-
mus & alias artes, ceu medicinam & gymnasticam illorũ quibus im-
peratur, vtilitatem quærere: contingenter tamen & eorum qui præ-
cipiunt, esse potest. nihil quippe vetat, magistrum ipsum gymnasii
esse vnum eorum qui exercentur, quemadmodum gubernator sem-
per est vnus ex his qui sunt in naui. Magister igitur gymnasii &
gubernator considerant semper eorum vtilitatem quos gubernant.
sed quando horum vnus est, per accidens ipse quoque suscipit vtilita-
tem, hic quidem nauta, ille autem vnus eorum qui gymnasio exer-
centur. Quapropter ciuilia quoq; imperia, cum sint secundũ æqua-
litatem ciuium constituta, & secundum paritatem, vicissim exigunt
ea gerere, qua natura fert. censentes inuicem munera subire, & consi-
derare vicissim quoddam illius bonum, quemadmodum ille prius
dum præesset, considerauit vtilitatem istius. nunc autem ratione com-
modorum ex reipubli. gubernatione prouenientium, volunt conti-
nuo in potestate esse, velut si semper contingeret magistratum geren-
tibus ex valetudinariis ante, sanos degere: nam forsan ita magistra-
tus amplecterentur. Constat igitur quod quæcunque respublicæ

A ad communem vtilitatem intendunt, hæ certe rectę sunt secundum simpliciter iustum: quæcunque vero ad propriam eorum qui præsunt vtilitatē solum, aberrant quidem, suntq; omnes rectarum rerum publicarum transgresiones & labes. gubernantur enim quasi a dominis: ciuitas autem est liberorum societas.

De diuisione & definitionibus rerumpublicarum, & de earum transgreßione. Cap. V.



Is determinatis, consequens est respublicas considerare, quot sunt & quæ. & primo quidem eas quæ sunt rectæ: nam labes earum ex illis patescunt. Cum vero gubernatio ciuitatis & regimen idem significent: regimen autem est potestas ciuitatis: necesse est potestatem huiusmodi aut penes vnū esse, aut penes paucos, aut penes

B multos. Quando igitur vnus, vel pauci, vel multi communem vtilitatem in gubernatione sequuntur, has esse rectas rerūpublicarū species necesse est. quando autem ad propriam vtilitatem vel vnius, vel paucorum, vel multitudinis gubernatur, transgreßiones sunt & labes. Aut enim dicendum est non esse ciues, aut ad participationē vtilitatis sunt recipiendi. Vocare autem consueuimus eum vnus ad vtilitatem communem respiciens gubernat regiam potestatem. Cū vero pauci gubernāt, plures tamen vno optimatium gubernationem vel ex eo quia optimi præsunt, vel ex eo quia ad optimum publicum administrant. Cum autem multitudo gubernat ad communem vtilitatem, vocatur communi nomine rerumpulicarum omnium, respublica. Contingit autem rationabiliter. vnum enim excellere secundum virtutem, aut paucos datur: vt vero multitudo excellat ad omnem virtutē difficile est, sed maxime ad bellicā. hæc enim in multitu

C dine fit. Quare in hac reipublicæ specie principalißimū ac potētißimū est id, in quo robur belli cōsistet. & in his ipsi illi, qui sunt in posseßione armorū. Prolabūtur vero ac transgrediūtur huiusmodi spēs, ex regia quidem gubernatione, in tyrannidem: ex optimatibus vero, in paucorum potentiā: ex republica autem, in popularem statū. Tyrānidem enim esse dicimus, dominatū vnius ad proprium commodū intendentię. Paucorum autem potentiam, cum ad opulentorum commodum gubernatur. Popularem autem statum, cum ad commodum egenorum. harum enim nulla ad communem vtilitatem respicit. Oportet autem paulo vberius explicare quæ sit vnaquęq; istarum. habent enim dubitationes quasdam. Philosophantis enim circa singulorum disciplinam, & non solum ad agendum respicientis, proprium est nihil negligere neq; prætermittere, sed demōstrare in singulis veritatem. Tyrannidem enim esse diximus vnius dominationem ciuili societati præsidentis. Paucorū autem potentiā,

quando rempublicam tenent opulenti & diuites. Popularem vero gu- D
bernationem, cum tenues homines & non possidentes diuitias gu-
bernant. Prima igitur dubitatio est circa definitionem. Nam si plures
sint opulenti & diuites, ac rempublicam teneant: popularis autem
gubernatio sit cum multitudo regit: eodemq; modo, si ubi contin-
gat inopes esse pauciores quam opulenti, sed potentiores ac rempu-
blicam teneant, & vbi pauci rempublicam obtinent paucorum poten-
tiam nuncupamus: non recte viderentur istæ definitiones esse posi-
tę. Enimuero siquis adiungens opulentię quidem paucitatem, ino-
pię vero multitudinem, sic appellet rerum publicarum species, vt di-
cat paucorum potentiam esse, in qua gubernationem reipublicæ ha-
bent opulenti, numero pauci: popularem vero, in qua inopes
rempublicā tenent multi existentes, aliam habet dubitationē. Quas
enim dicemus eas respublicas, eam videlicet in qua plures opulen-
ti, & eam in qua pauciores inopes gubernant. siquidem nullæ sunt
alię respublicæ præter supra dictas. Videtur igitur ratio ista ostēde-
re, quod paucos esse vel multos qui gubernant, contingens est. aliud pau- E
corum potentiæ, alterum populari: propterea quod vbique accidit, vt
pauci sunt opulenti, multi vero inopes. Ex quo fit, vt huiusmodi
causæ non faciant differentiam: sed in eo differat popularis guberna-
tio a paucorum potentia, quòd alibi opulenti, alibi inopes rempu-
blicā obtinēt. Necessariūq;, est vbicūq; per opes ac diuitias præsunt,
siue hi pauciores sint, siue plures, hanc esse speciē illam quę vocatur
paucorum potentia: vbicunq; autem inopes, hanc esse popularē gu-
bernationē. Sed accidit (vt diximus) hos quidem paucos esse, illos
vero multos. opibus enim ac diuitiis pauci abundant, libertatis tan-
tum omnes participes sunt, propter quas causas contendunt vtrique
de republica.

De iusto paucorum ac popularis gubernationis. De ciuitatis fine, virtute ac uitio. *Cap. VI.* F



SVmendum est prius, quos terminos esse dicunt paucorum potentię & popularis gubernationis, & quid sit iustum in vtraq;. Omnes enim attingunt iustum quoddam, sed vsque ad aliquid, & aiunt non omne iustum proprie. puta videtur æqualitas iustum quidā esse, & est, sed non omnibus, at ęqualibus. & inæqualitas videtur iustum esse, & est quidem, sed non omnibus, at inæqualibus. Alii vero hoc auferunt, videlicet quibus, & male iudicant. causa vero est, quia de seipsis iudicium fit. qui vero de propriis iudicant, vt plurimū nō recti sunt iudices. Itaq; cū iustū aliquibus, & diuisum sit eodem modo in rebus & personis, vt diximus in Ethicis, æqualitatem rei confitentur, sed de personis contendunt, maxime ob id quod dictū est modo,

quia de seipsis nō recte iudicāt. Deniq; quia vsq; ad aliqd vtriq; eorum iustum quidam dicentes, putant se dicere simpliciter iustum. illi enim si in aliquo sint superiores, ceu opibus & diuitiis, alios omnino putant impares esse: hi vero si in aliquo sint pares, puta libertate, omnino putant esse pares. Cæterum quod est principalissimum, non dicunt. Si enim possessionum gratia societatem iniissent atq; vna conuenissent, tantū caperent ciuitatis, quantum possessionis. itaq; ratio illa valeret, quæ est paucorum potentium, qui aiunt non esse iustum, vt qui vnū contulit, tantū particeps et de centum minis, quātū is qui contulit omne reliquum: neq; de iis quę ab initio, neq; iis quę postea superueniant. Quòd si non viuendi solùm gratia, sed magis bene viuendi: nam sic seruorum & aliorum animalium ciuitas esse posset: quod non est ex eo quia felicitatis non sunt capacia, nec viuēdi secūdum electionē: neq; societatis gratia bellicæ, ne a quoquā iniuria afficiantur: neq; propter commercia ac mutuam vtilitatem: nam sic Tusci & Charthaginienses, & omnes ii quibus est commercium inuicem, tāquam ciues essent vnius ciuitatis: sunt nēpe illis fœdera circa res importandas & pacta, ne iniuria afficiantur, & scripturæ circa mutuam bellorū societatem. sed neq; magistratus cōmunes his deputati sunt: verum alii apud alios. nec quales esse oporret alteri de alteris cogitant. neq; vt nemo eorū iniustus sit, qui sub fœdere comprehendūtur, neq; vt prauitatem nullam habeant, sed solum vt non inuicem se iniuria afficiant. At enim de virtute ac vitio publice cogitant, quicūq; curam habent bene instituendi ciuitatem. Ex quo manifestum est, de virtute curam esse habendam ei, quæ reuera ciuitas sit nominanda, non orationis gratia. nam fit communicatio societas aliorum ad bellum loco solum differens ab aliis sociis longe existentibus. & lex pactio, vt ait Licophron Sophista, fideiussor inuicem iustorum, sed nō talis, vt bonos & iustos ciues efficiat. Et quòd ita se habeat patet. nam si quis coniungat loca in vnum: vt Megarensium Corinthiorūque ciuitas sese inuicem contingant mœnibus, nihilominus vna non erit ciuitas: nec si simul coniugia ineant: quanquam hoc vnum sit de his communibus, quæ proprie sunt ciuitatum. Eodemq; modo si qui habitent separati quidem, non tamen ita longe vt nequeant simul communicare, legesq; habeāt, iniuriam sibi inuicem in commerciis prohibendi: ceu si vnus faber, alter agricola, alter sutor, alter aliquis huiusmodi foret, essentq; hi decē milia numero, nec aliæ eis forent communiones, nisi talium rerum, puta contractuū & bellorum confœderationis: nec sic quidem ciuitas adhuc foret. propter quam vtiq; causam? Non enim, quia non propinqua sit communicatio nā si in vnum cōuenirent ita communicantes, vnusquisq; tamen vtatur propria domo vt ciuitate, ac sibi ipsis vt confœderati auxilium, ferāt contra iniuriantes solum, ne sic quidem ciuitas esse videretur recte considerantibus, siquidem eodem modo conuersarentur simul, cōn

functim, & separatim. Ex quo patet, q̄ ciuitas non est cōmunicatio loci, & non iniuriandi sibi ipsis, & commercii gratia. sed ista quidem vt afsint, necessarium est, siquidē futura sit ciuitas. nec tamē si ista assint omnia, ciuitas adhuc erit. At bene viuendi societas & domibus & generibus, vitæ perfectæ gratia, & per se sufficientis. hoc tamē non erit nisi vno eodemq; loco habitantibus, & coniugia simul ineuntibus. pp qđ propinquitates in ciuitatibus extiterunt, & sodalitia & sacra, & conuersationes familiarū. idq; est amicitię opus. nā simul viuēdi electio amicitia est. Finis est igitur ciuitatis bene viuere: alia vero gratia finis. Ciuitas autem est generū pagorumq; societas, vitæ perfectæ ac persufficientis: hoc est (vt diximus) bene ac beate viuere. Bene igitur agendi gratia ponendū est esse ciuilem societatē, nō aūt gratia simul viuendi. Quapropter quicunq; plus conferūt ad huiusmodi societatē, his plus iuris cōpetit in ciuitate, quā his qui libertate ac genere pares sunt, vel maiores, sed ciuili virtute sunt impares: & q̄ his q diuitiis superāt, sed virtute superātur. Quòd igitur oēs q de republica cōtendunt, partē aliq̄ iusti dicunt, manifestū est ex supradictis. D E

Quem oporteat in ciuitate dominari: & nonnulla de repetundis rationibus. Cap. VII.



Est autem dubitatio quid oporteat dominans esse in ciuitate, nunquid populum, an eos qui diuitias habent, an bonos & æquos, vel vnum qui sit optimus omnium vel tyrrannum. Verum hæc omnia videntur habere difficultatem. Quid enim inopes quia plures sint, si partiantur ea, quę sunt opulentorum, hoc nō iniustum est? *decreuerūt enim qui potestatem habent. iniuria igitur summa, quæ tande dicēda est? Rursusq; omnibus acceptis, si plures ea sibi tribuāt, quæ sunt paucorum, constat q̄ ciuitatem corrumpunt. atqui virtus nunquam corrumpit id, quod eam habet, neq; iustum ciuitatis corruptiuum est. ex quo patet legē istā nō posse iustā esse. Pręterea illa quoq; q̄ facta fuerint a tyranno, necessariū foret iusta esse omnia. vim enim id fert propter potentiā, vt multitudo diuitibus. Sed an paucos & opulentos iustū est dominari? an ergo si & illi hoc agant, & rapinas exerceant, auferantq; multitudinis bona, hoc ne erit iustum? & cætera ergo. hæc igitur omnia cōstat esse praua, & non iusta. Verum bonos & ęquos dominari oportet, authoritatēq; habere omniū. Ergo alii omnes cum magistratus non capiant, inhonorati manebūt: nam honores quidē magistratus potestatesq; appellamus: quos si boni semper habeant, necessarium est alios excludi ab honoribus reipublicę. Sed nunquid vnus qui sit optimus, dominari debet? at enim hoc etiā *grauius est: quoniā plures erunt ab honoribus exclusi. Sed forsan dicet aliquis, legē dominari debere, nō aūt hoīem, in quē cadūt animi F

* visum est enim equidē iuste ei qui.

*ad minorē paucorū potentiam attinet.

perturbationes. Si igitur sit lex quidem, sed vel ad paucorum potẽtiam, vel ad multitudinis fauorem declinans, quid tandem refert in his, de quibus dubitatũ est? euenient.n. eadem, quæ supra dicta sunt. de his igitur sit alius quidem sermo. Quod aũt magis penes multos debeat esse potestas, quam penes paucos, licet optimos videtur solui posse, & quandam habere dubitationem, immo forte veritatẽ. Nã si plures sint, quorũ vnusquisq; non sit studiosus, tamẽ fieri põt, vt in vnũ conuenientes, oẽs meliores sint quã illi, non vt singuli, sed vt oẽs. quemadmodũ cœna in qua plures cõferũt, q̃ ea quæ ex vnius ero gatione fit. nã cũ plures sint, vnusquisq; partem habet virtutis ac prudentiæ, ac fiunt in vnum collati, quasi homo vnus qui multos pedes habeat, multasq; manus, multosq; sensus. & eodem modo circa mores & intelligentiam. quapropter melius iudicant multi & in musica, & in poetarum operibus: alii enim aliud, & cuncti cuncta discernunt. Sed in hoc differunt studiosi viri ab vnoquoq; aliorum ex multitudine: quemadmodũ decoros a non decoris aiunt, & picta artificiose a veris, eo q̃ seorsum distincta in vnum colliguntur. cum si separatio fiat, pulchrius se habebit, huius quidã picti oculus, alterius vero cuiusdam alia particula. Si igitur de omni populo omniq; multitudine accipitur hanc esse differentiam multitudinis ad paucos studiosos, incertũ est, immo per Iouem certum, quod de quibusdam est impossibile. nam eadẽ ratio de bestiis esset. quanquã quid differũt quidã, vt di xerim, a bestiis? sed de aliqua multitudine nihil vetat, qđ dictũ est esse verũ. Quapropter dubitationem illam priorẽ per ista soluere quis potest, ac similiter aliam subsequentem, quorũ oporteat potestatem habere liberos homines, ac multitudinẽ ciuium, quales sunt quicũq; neq; opes habẽt, neq; virtutis vllã existimationẽ. Etenim permittere eis magnos magistratus, nequaquã est tutũ, pp iniustitiã & ignorãtiã, per quas quibusdam iniuriarentur, in quibusdam errarent. Rursus vero excludere illos penitus ab honoribus piculosum esset. cũ.n. multitudo inopũ est in ciuitate, eademq; ab honoribus exclusa, necesse est eam ciuitatem esse plenam hostiũ reipublicæ. restat igitur vt ad consultandũ, & decernendũ isti recipiantur. Quapropter & Solõ, & alii quidã eorũ qui leges condidere, huiuscemodi hoĩes ad repetẽdas gestorũ rationes, & ad suffragia electionesq; magistratuũ admittunt: solis autem vt magistratus comitantur, nequaquã permittunt. Dũ enim cũ aliis vna decernũt, atq; consultant, capiũt omnes simul sufficientem sensum, & permixti melioribus prosunt reipublicæ: quẽadmodũ non purum alimentũ vna cum puto, totum facit vtiliũ, quã paucũ separatim vero vnusquisq; imperfectus est ad iudicandũ. Sed habet dubitationem huiusmodi ordinatio reipublicæ. Primũ, quia videtetur eiusdẽ esse hominis scire iudicare quis recte medelam attulit, q̃ ipse sciat etiam mederi, ac sanitatem ægrotantibus afferre. hic autem est medicus, eodem modo de aliis facultatibus & artibus. vt enim me-

dicum rationem suæ medelæ apud alios medicos reddere oportet, ita
& alios apud similes. Medicus autem est & ille qui agit, & ille qui præ D
cipit & ostendit, & tertio loco ille qui a pueritia expertus est circa ar
tem. sunt enim quidam tale in cunctis (vt ita dixerim) artibus. omni
mus vero iudicium non minus expertis quã scientibus. Deinde & cir
ca electionem eodẽ se videtur modo habere. nam recte eligere scien
tis est opus : ceu geometriam in geometria, & gubernatorem in naui
gatione. & si enim in quibusdam operibus & artibus concurrunt alii
quidam ignorantes, non tamen melius iudicant quam scientes. Itaq;
scdm hanc rationẽ authoritas multitudini dãda nõ esset, neq; in ele
ctionibus magistratuum, neq; in rationibus administratorũ reposcen
dis. At enim forsan hæc omnia non bene dicuntur, etiam propter
superiorem sermonem, si sit multitudo non nimis seruilis. erit enim
vnusquisq; deterior iudex, quã hi qui sciunt. veruntamen simul oẽs,
vel melius iudicabunt, vel non deterius. & de quibusdam quidem
non solũ is qui fecerit, neq; melius iudicat, quã quicunq; qui opera
cognoscunt etiam non habentes artem. puta domum, non solũ is in E
telligit & iudicat qui fecit, sed melius is qui vtitur: vtitur aũt paterfa-
milias. & de temone gubernator, non faber: & de epulis conuiua, nõ
coquus. Hoc igitur dubium per hunc modum videtur sufficienter sol
ui. Est & alia dubitatio cum hac annexa. quia inconueniens videtur,
vt deteriores qui sunt, maiorum rerum habeant potestatem, quã pro
bi. rationes vero administratorum a magistratibus reposcere, & ma
gistratus ipsos deligere maximum est. quæ duo in quibusdam ciuita-
tibus (vt dictum est) a populo fiunt. concio enim talium omnium
domina est. atqui concionis quidem participes sunt, & deliberant, &
decernunt exigui census hoĩes, & cuiusq; ætatis : quæsturam vero &
militũ præturam & maximos magistratus suscipiũt ex censu magno
atq; ætate. Quęstio illa potest eodem modo solui: nam forsan id se
recte habet neq;. n. iudex, neq; cõsultor, neq; is qui in cõcione existit,
dominatur, sed iudicium, & senatus, & populus: dictorũ vero vnus- F
quisq; est particula istorum. dico autem particulam, consultorẽ, con-
cionatorem, & iudicẽ. itaq; iuste domina maiorum est multitudo. ex
multis enim populus constat. & senatus, & iudicium, maiorq; census
est vniuersorum quam singulorũ per se, & quam illorũ paucorũ, qui
magnos suscipiunt magistratus. Hæc igitur in hunc modum determi
nata sint. Prima vero illa quæstio manifestũ facit, nihil adeo vt le-
ges recte positas debere dominari. illum autem, qui reipublicę pręest
siue vnus hic sit, siue plures, debere in his potestatem habere, in quibus
leges expresse cauere non possunt, ex eo quia non facile sit, generali
sermone singulos casus comprehendere. Quas tamen leges recte
positas dicamus, nondum apparet. sed adhuc superest anterior du
bitatio. atq; tales esse leges, quales sunt respublicæ necessariũ est, pra-
uas vel studiosas, iustas vel iniustas. & hoc vnum manifestum

D est oportere ad speciem reipublicæ leges esse accommodatas. Quòd si ita sit, patet q́ leges illas, quæ ad rectas gubernationes accommodatæ sunt, necesse est esse iustas: illas vero quę ad earum labes, esse non iustas.

Ex nobilibus, ingenuis, opulentis uiris constituendam esse ciuitatem: iustitia, uirtute bellica in ea opus esse: & ad quos legislator respicere debeas. *Cap. VIII.*



Vm vero in cunctis scientiis & artibus finis sit bonum, maximum autem & maxime in principalissima omnium: hæc autem est ciuilis potestas, est autem ciuile bonum, iustum, id autem communis vtilitas: videtur autem omnibus æquum, quoddam esse iustum & vsque ad aliquid consentiunt philosophicis rationibus, in quibus

B determinatū est de moralibus: quid enim & quibus iustum, & oportere paribus par existere: quorum certe paritas, & quorum imparitas sit, oportet nō latere (habet enim id dubitationem) & philosophiam ciuilem. Forsan enim diceret aliquis secundum omnis boni præeminentiam oportere impariter magistratus tribuere, si in aliis non differant, sed pares sint. differentibus enim aliud esse iustum, & quod sit secundum dignitatem. Atqui si hoc verum sit, erit & secundum colorem & secundum magnitudinem, & secundum vnumquodque bonorum plus tribuendum de ciuili iusto illis qui superexcellunt. an hoc quidem aperte falsum est: quod patet in aliis scientiis, & artibus. Paribus enim fistulatoribus quantū ad artē, dāda nō est prærogatiua fistularum illi qui sit nobilior) nihil enim melius caneret) sed oportet his qui in opere ipso superexcellūt, tribuere fistularum prærogatiuam. Quòd si nondum patet quod dicimus, etiam magis deducētibus erit manifestum. nam si erit aliquis excellēs fistu

C latoria arte, inferior tamen nobilitate generis, vel forma, & si maius quodlibet illorū est bonū quā fistulatoria (dico autē nobilitatē & formam) & secundum proportionem fistulatoriæ sunt anteponenda: tamen huic dandę sunt meliores fistulæ. oportet enim in opus ipsum prærogatiuam conferre. diuitiarum vero & nobilitatis respectus nihil confert. Præterea, secundum istam rationem, omne bonum ad omne bonum esset vtiq; comparabile. Nam si magis aliqua magnitudo, & certe omnino magnitudo comparabilis foret & ad diuitias, & ad libertatē. itaq; si magis hic excelleret magnitudine quā ille virtute, & magis superemineret omnino magnitudo virtuti, essent omnia* conferenda. quanto enim magnitudo huius illum superatet, tanto constat esse parem. Cum vero hoc sit impossibile, patet q́ in rebus ciuilibus, non secundum omnem imparitatem de magistratibus recte contendunt. si enim sint hi quidem tardi, illi autem veloces, * συμβλητά.

nihil ob hoc oportet alios plus, alios minus habere: sed in gymnicis certaminibus horum excellentia honorē capit. At ex quibus constat ciuitas, in his est necesse contentiones cadere. Quapropter rationabiliter sibi arrogant honorem nobiles, & ingenui, & opulenti. oportet enim ingenuos esse & censum habere ad onera perferenda. non enim ciuitas esse potest ex pauperibus omnibus, quemadmodum nec ex seruis. At si hæc requiruntur, patet quòd & iustitia & virtus bellica requiritur. sine his enim stare ciuitas non potest. Hoc tamen interest, quòd sine primis illis ciuitas esse non potest, sine his autem nō bene permanere. Ad hoc igitur vt sit ciuitas, videri possunt vel omnia, vel quædam istorum rectè sibi honores vendicare. ad vitam tamen optimam disciplina & virtus iustissime sibi vendicare honores Vtiq; viderētur, vt supra dictum est. Cum vero nec omnium paria par habere debeant qui in vno aliquo sint pares, nec impar impares secūdum vnum, necessarium est omnes huiusmodi rerum publicarū transgressiones esse, & labes. dictum vero est prius, quia [illegible] ter te quodammodo omnes iuste cotendunt, simpliciter autem non omnes iuste. opulenti quidem, quòd plus regionis possident: reg[illegible] autem commune quiddam. præterea in commerciis magis creduntur [illegible] vt plurimum. Ingenui autem & nobiles, quasi prope inter se. ciues enim magis generosiores quam ingenerosi. nobilitas autem apud omnes in honore habetur. Insuper consentaneum est, ex [illegible] bus ortos esse meliores: est enim generis virtus nobilitas. Simili[illegible] quoq; dicimus virtutē merito contētionē inducere. socia[illegible] enim virtutem dicimus esse iustitiam, quam cæteræ omnes virtutes [illegible] rio consequuntur. at qui & plures ad pauciores, nam & potentiores & ditiores & meliores sunt, vt susceptis pluribus ad pauciores. An ergo, si omnes isti forent in vna ciuitate, ceu boni, & diuites & nobiles, essetq; alia multitudo populi, verū in dubiu veniret, quibus gubernatio reipublicæ foret tribuenda, an non esset dubium? In vnaquaq; igitur republica earum quas diximus, indubitatum est iudicium, qui nam debeant gubernare. principatibus enim inter se differūt, ceu aliqua quatenus per diuites sunt, alia quatenus per studiosos, & aliarum vnaquæq; eodem modo. Sed tamē considerandū est, quando circa idem tempus ista existunt, quo modo sit determinandum. nempe si studiosi sint in ciuitate admodum pauci, quomodo est agēdum. An considerare oportet si pauci ad opus gubernandi rempublicam sufficiant, an tot esse oporteat, vt ex his ciuitas constet. Est autem dubitatio quædam in cunctis, qui de honoribus in republica contendunt. Nam qui vel propter diuitias, vel propter genus gubernationem sibi tribuendam putant, nihil iuste dicere videntur. sequeretur enim, vt si quis vnus omnium ditissimus foret, is eodem iure gubernare alios omnes deberet. eodem modo qui nobilitate antecelleret, eorum gubernator esset, qui cum ipsi sint ingenui, de ho-

more contendunt. Hoc idem forsan contingeret in optimatum guber
natione circa virtutem. Siquis enim vnus probitate antecellat aliis,
qui in eadem republica versentur, hunc dominari oportebit secun-
dum illam rationem. ergo si & multitudinem dominari oportet ex
eo, quia potentior est quā pauci, etiam si vnus vel plures vno, paucio
res tamen quam multitudo, potentiores sint aliis, hos oportebit gu-
bernare potius quam multitudinem. Hæc itaq; omnia vidētur ostē
dere, quòd harum determinationum nulla est recta, secundum quam
censent sibi quisq; gubernationem esse tribuēdam, cæteros vero om
nes sub eorum gubernatione esse debere. Nam profecto & ad eos
qui per virtutem sibi arrogant gubernandi authoritatem, & ad eos
qui per diuitias, respondere posset multitudo iustum sermonem. ni-
hil enim vetat multitudinem quandoq; meliorem esse quam pauci
ac ditiorem, non secundum singulos, sed secundum vniuersos. Ex
quo ad quæstionem illam, quam afferunt non nulli, per hunc modū
responderi potest. Quærunt enim nōnulli, ad quid respicere legis cō
ditor debeat in legibus rectissime constituendis, vtrum ad meliorū,
an ad plurium vtilitatem, quando contingat quod modo diximus.
Rectum quidem accipiendum est æque. æque vero rectum ad toti-
us ciuitatis vtilitatem, & ad communem ciuium. ciuis autem com-
muniter qui particeps est imperandi & parendi, licet alius secūdum
vnamquāq; speciem rerum publicarum. secundum autem optimam
speciem, qui potest & eligit parere & imperare ad vitam secundum
virtutem degendam.

An vnus qui cæteros uirtute excellat, ciuitatis pars sit ponendus.
De ostracismo. Et quid ab optima republica de uiro
illo agendum sit. Cap. IX.



Vòd si vnus sit vsq; adeo superexcellens virtute, vel plu
res quā vnus, nec tamen tot numero vt implere ciuita
tem possint, vt neq; comparanda sit aliorum omnium
virtus, neque facultas gerendi rempublicam ad hanc
plurium si plures sint, vel vnius tantum si vnus, non
amplius hi ponendi sunt ciuitatis pars. fieret enim illis iniuria, si pa
riter atque alii censerentur: cum sint vsque adeo superiores secun-
dum virtutem ac ciuilem potentiam. putandum est enim talem vi-
rum, tanquam Deum in hominibus esse. Ex quo manifestum est,
positionem legum necessariam esse circa æquales genere potētia. sed
in illos tales nō est lex: ipsi enim lex sunt. etenim ridiculus foret, qui
illos legi subiicere conaretur. Dicerent enim fortasse quemadmodū
de leone scribit Antisthenes, concionantibus lepusculis, ac censenti
bus equum omnes habere debere. Quapropter a ciuitatibus, quę po
pulariter reguntur, Ostracismus repertus est. hę siquidem ciuitates

æqualitatē maxime complectuntur. Itaq; qui superexcellere videtur, vel propter diuitias, vel propter amicos, vel propter aliquā aliā D
ciuilē potētiam, extra ciuitatem relegatur ad tēpus aliquod terminatū. Tradunt etiam fabulę, ob huiusmodi causam Herculem ab Argonautis fuisse relictum. non enim vna cum aliis nauē regere illum voluisse, vt nimium super excellentem inter nauigantes. Quapropter qui vituperant tyrannidē & consilium Periādri Thrasibulo datum, non simpliciter existimandi sunt recte dicere. Ferunt etiam Periandrum nihil respōdisse ei, qui consilii petendi causa ad ipsum missus fuerat: sed supereminētes spicas demetendo segetem ad æquasse cuius causam cum non intelligeret nuncius, ac factum ab eo narraret, intellexisse Trasibulū, q oportebat supereminentes ciues auferre. Hoc autem nec prodest solum tyrannis, nec solum faciunt tyranni, sed & in paucorum potentia, & in populari statu similiter se habet. Ostracismus enim eandem quodam modo vim habet, tollendo eos qui supereminent, & in exilium pellendo. Hoc idē & in ciuitatibus & in gentibus faciunt qui dominantur. velut Atheniēses circa Samios & Chios & Lesbios. quam primum enim imperiū firmiter habuerunt, eos in multis pessundarunt contra fœderis æquitatem. Persarū autem rex Medos, & Assyrios, & alios qui magnum aliquid de ipsis sapiebant ob imperium prius habitum, sæpe contriuit. Quęstio autem proposita circa omnes est rerum publicarum species vniuersaliter, & quę sunt rectę. nam illæ quæ transgrediuntur, ad propriam respicientes vtilitatem, hoc agunt. quinimo & illæ quæ ad commune respiciunt bonum, eodem modo se habent. Patet hoc in aliis quoque artibus & scientiis. neq; enim pictor pedem mensuram excedētem, animal habere pateretur, quamuis pulcherrimus ille pes esset: neq; nauiū faber proram, aut aliam partem nauis: neq; certe magistet chori, eum qui pulchriorem ac meliorem toto choro vocem emittit, sinet in choro esse. Itaq; ob hoc quidem nil prohibet eos qui domini sunt, conuenire cum ciuitatibus, si propriæ dominationis gratia quæ ciuitatibus vtilis sit, id agant. Quare secundum eas quas cōfitemur superexcellentias, quandam habet * utilitatem ratio illa, per quam ostracismus fuit repertus. Melius tamen foret sic ab initio per legis conditorem prouideri, vt respublica non indigeret tali medicina. secūdo autem loco, siquid tali accidat, conandum est tali aliquo remedio corrigere: quod tamen factum non est ciuitatibus. non enim respexerunt ad commodum publicum, sed per seditionē vsi sunt ciuili pulsione. In his igitur speciebus gubernandi, quæ lapsę sunt, quod ad priuatum commodum pertinet ac iustum est, patet. forsan autem non simpliciter iustum: & hoc est manifestum. Sed in optima republica magna habetur dubitatio, si non per excellentiam aliorum bonorum, ceu iurium & diuitiarum & amicitiarum, sed si quis excellat virtute, quid de eo sit faciendum. Non enim dicen-

* ciuilem iustitiam.

dum est, vt talis vir sit de ciuitate pellendus. atqui neq; gubernatio ni aliorum talis vir erit subiiciendus: perinde enim est, ac si qui Iouem gubernare velint potestatem diuidentes. Restat ergo, vt videtur, naturam huius talẽ esse, vt omnes sponte sua illi parere debeāt. itaq; huiusmodi quidẽ homines reges esse perpetuos in ciuitatibus.

De republica regia, & regum speciebus. *Cap. X.*



Orsan vero post hęc congruũ fuerit considerare de regia gubernatione. Diximus enim hāc esse vnam ex rectis speciebus rerũ publicarum. Considerandum est autem, vtrum conducat ciuitati & regioni, quam rectę gubernari oporteat, regem habere an non, sed alia quadam species gubernandi magis conducat: an quibusdam conducat, quibusdam non. Ante omnia vero distinguendum est, an sit vnum genus eorum, vel differentias habeant plures. Et facile est intueri plura genera sunt, nec est omnium regum modus vnus potestatis. In Lacedæmoniorũ enim republica videtur rex esse maximę secundum leges. neq; enim potestatẽ habet omnium: sed cum egreditur extra regionẽ, imperium habet eorum quæ pertinẽt ad bellum. præterea sacrificia, Deorumque ceremoniæ ei commissa sunt. hæc igitur regia potestas est, quasi authoritatẽ belli perpetuã habere: vitæ enim necisq; alicuius nõ habet potestatem, nisi dum bellum gerit. vt etiam apud antiquos fuisse videtur, quod ostẽdit Homerus. nam Agamemnon in concionibus, maledictis & iurgiis vexabatur, sed cum a concione digressus in prælio erat, occidendi habebat potestatem. Itaq;, inquit, quem ego procul a pugna fugientem conspexero, non sibi sat erit fugere canes & aues: nam penes me occidẽdi potestas. Vna ergo species regni est authoritas belli perpetua: & quandoq; per genus, quãdoq; per electionẽ huiusmodi regnũ obtinetur.

6 Est & alia insuper monarchiæ species, qualia sunt apud quosdã Barbaros regna, vim habentia proximam tyrannidi, licet sint legitima & scdm morem parta. Ob id enim, quia magis aptæ sunt natura ad seruiendum nationes Barbarorũ quã Græcorum, & eorum qui incolũt Asiam, quã eorũ qui Europam, perferunt † seruile iugũ æquo animo. Et ob hoc tyrãnica sunt huiusmodi regna: sed habent securitatẽ, quia more & legibus consistũt. Et ea de causa custodiã habent regiam, non tyrannicam. reges enim a ciuibus custodiuntur: tyranni vero ab externis mercede conductis. & reges secundum leges, & volentibus: tyranni vero inuitis dominantur. itaq; alteri a ciuibus custodiũtur, alteri contra ciues custodiam parant. sunt igitur hę, de quibus dictũ est, duæ species monarchiæ. Tertia est species, vt antiquitus in Græcia fuere, quos vocabant Aesymnetas. Est autem hęc, vt simpliciter dicamus, electiua tyrannis, differens a Barbarica, non eo quod non

† δεσποτικὴ ἀρχὴ.

legitime, sed eo q̄ non consuete. potestas autem huiusmodi, aut viuente eo durabat, aut tempore quodam præfinito, vel rebus gestis fi- D niebatur: qualem elegerunt quandoq; Mitilenæi Pittacum aduersus exules suos, quibus præerant Antimenides & Alcæus poeta. ostendit hoc Alcæus in quodam loco suorum carminum. increpat enim, q̄ Pittacum hominem obscuri generis laboranti ciuitati præfecerint, tyrannum plausu frequentantes. Huiusmodi igitur species, quia tyrannicæ sunt, dominationem habent: quia vero electiuæ sunt, & volentium, regiæ. Quarta species regni est, quales erant heroicis temporibus spontaneæ secundum morem & legem. propter beneficia enim a patribus collata in populos, vel per artes, vel per bellum, vel per congregationem in vnum, vel propter acquisitionem regionis delatum fuit eis regnum de populorum voluntate & successoribus. Id erat secundum morem. Hi & imperium habebant belli, & rei diuinæ cultum exercebant: nisi talia essent sacrificia, quæ sacerdotium requirerent. & præterea de controuersiis iudicabant. & hoc faciebant alii iureiurando præstito, alii sine iureiurando. erat autem E illis iusiurandum, per scepteri eleuationem. Veteres igitur illi reges antiquis temporibus ciuitates, & * gentes, & nationes externas continuo gubernabant. postea vero, partim ipsis regibus dimittentibus, partim multitudine detrectante, illud solum in quibusdam ciuitatibus relictum est regibus, vt ceremoniarum erga Deos haberẽt facultatem, ac belli duces in externis essent.

* Ἔθνεσι.

De speciebus iterum regiæ potestatis. An ab optimo viro regi, vel ab optimis legibus gubernari magis expediat. Cui ubi lex prouidere non potest, prouidendi danda sit potestas. De permutatione ex vna in alteram reipub. speciem. Et de custodibus regis. Cap. XI.



Egiæ ergo potestatis tot sunt species, quatuor videlicet. Vna qualis erat temporibus heroum, volentium F scilicet, & in quibusdam determinatis rebus. Dux enim belli, & iudex controuersiarum erat rex, & dominus ceremoniarum erga Deos. Altera erat Barbarica, ex progenie scilicet, dominatio secundũ leges. Tertia, quam Aesymnetiam vocant, quam esse diximus electiuam tyrannidem. Quarta, laconica. ea autem est, vt simpliciter dicam, imperium belli in quodã genere perpetuum. Ista quidem igitur per hunc modum inter se differunt. Quinta est species regni, quãdo vnus omnium habet potestatem, quemadmodum vnaquæq; gens, & ciuitas vnaqueq; publice ordinata, ad exemplar gubernationis domus. Vt enim gubernatio patris familias est regia quædam potestas domi, ita regia potestas est ciuitatis & gentis vnius, aut plurium quasi domestica quędam gubernatio. Fere autẽ duæ sunt regni species, de quibus considerationem

A facere expedit. vna hæc, de qua diximus: altera Laconica. nam alia-rũ pleræq; inter has mediæ sunt. paucioru enim dominę, q̃ omnimo da potestas regia: plurium vero quã Laconica. Itaq; cõsideratio fere circa duo versatur. Vnũ, conducat ne ciuitatibus perpetuum belli du cem habere: & hũc vel per genus, vel per electionem. Alterum, conducat ne, vnum habere potestatem omnium, an non conducat. De duce igitur belli cõsiderare ad leges potius pertinet, quã ad aliquam speciẽ reipub. nam in omni republica id cadere potest. quare dimit tamus hanc primam partem. De rege autem, quoniam hęc est guber nandi legitima species. considerare oportet, & dubitationes quæ in ea cadũt percurrere. Caput vero huius quæstionis est, vtrum expe-diat magis ab optimo homine regi, vel ab optimis legibus guberna ri. Qui gubernationem hominis præferunt, aiunt leges solũ vniuer saliter prouidere, non autem de singulis quæ accidunt iubere. itaq; in quacũq; arte literis pręcipere fatuum esse. Et in egypto post tertiã

B diem mouere licet medicis. q si prius, periculo id agunt suo. Pa-ret ergo propter eandem causam, non esse per literas & leges optimã gubernationẽ. atqui & illam adesse oportet gubernantibus vniuersa lem rationem. Et melius certe cui nõ adest turbatio aliqua omnino, quã cui naturaliter inest. hac autem turbatione lex caret, mens vero humana non caret. Sed forsan dicet aliquis, q per huiusmodi ratio-nem probabilius deliberabit circa singula. Quòd igitur necesse sit ipsum legis conditorem esse, ac leges poni manifestum est, sed non in uiolabiles, quatenus transgrediuntur. nam in cæteris quidem inuio labiles esse oportet. At de quibuscunq; lex aut prouidere non potest omnino, aut non bene prouidere, vtrum in his vni viro optimo dan da sit potestas, an multis? Et enim nunc plures simul cognoscunt de causis, & deliberant, & iudicant. sunt aũt huiusmodi iudicia omnia de singularibus. et cũ vnusquisq; per se fortasse deficiat, ciuitas aũt ex multitudine constet: vt conuiuiũ ad quod plures cõferunt melius

C est quã vna atq; simplex mensa: sic iudicia multorũ sępe meliora sunt quã vniuscuiusq;. Præterea multitudo minus subiacet corruptioni, quemadmodum aquæ magna congeries: sic etiam plures quam pau-ci, incorruptibiliores sunt. at cum vnus iudicat, si ira vel alia huius-modi perturbatio vincat, necessarium est iudicium corrumpi: sed in multitudine, difficile foret omnes irasci atq; errare. Sit autem multi-tudo liberorũ hoĩum, qui nihil agant præter legem, nisi in quibus lex ipsa necessario deficiat. quòd si hoc non facile in pluribus, si plures sint boni viri & ciues, vtrum incorruptior erit vnus in gubernãdo, an cum erunt plures & boni oẽs? An patet q plures .n. vero plures inter se factionibus contendunt, vnus aũt non contendit. Sed aduer sus hoc forsan ponendum est, quòd studiosi viri sunt omnes, vt ille vnus. Si ergo plurium gubernatio, bonorum autem virorum omni-um, optimatium dicitur, vnius autem regnũ, optabilius esset ciuita-

tibus ab optimis gubernari quã a rege. & ſi cum poteſtate, & ſi ſine D
poteſtate ſit imperium, modo reperiri queant plures ſimiliter. & ob
hoc forſan rex ab initio repertus eſt ꝙ difficile erat viros plures excel
lente virtute reperiri, pręſertim cum tunc ciuitates paruæ forent.
Præterea ob beneficia accepta regem creauere: quod opus eſt bono-
rum virorũ. ſed cum poſtea contingeret, vt plures pari virtute re-
perirentur, non amplius tolerarunt regem, ſed commune quiddam
quærentes reſpublicas conſtituere. Cum vero deteriores facti, lu-
crum ſibi quærerent ex gubernatione reipublicæ, paucorum hinc
potentiam exortã fuiſſe credendum eſt. Honorabant enim diuitias:
ex his vero in tyrannides tranſire: ex tyrannidibus rurſus ad plebẽ.
ſemper enim ad pauciores redigentes, propter quæſtus cupiditatẽ,
multitudinem corroborauerunt. vt tandem inſurgens multitudo ad
popularem ſtatum ciuitates redegerit. factis inſuper maioribus ciui
tatibus, non facile eſt aliam quã popularem gubernandi ſpeciem re-
manere. Si autem quis ponat optimum eſſe ciuitatibus a rege gu- E
bernari, quomodo fiet in filiis? vtrum per genus erit ſucceſſio. At
ſi natorum qualeſcunque, pernicioſum eſt. Sed dices, non relinquet
regnum huiuſmodi natis rex, cum id in ſua ſit poteſtate. At non fa-
cile iam eſt in hoc fidem habere: arduum enim ac maioris virtutis,
quam ſecundum humanam naturam. Quæſtio eſt etiam vtrum ha-
bere debeat qui regnaturus eſt, circa ſe potentiam quandam, qua
poſſit compellere non parentes. Vel quomodo gubernationem exer
cebit? Si enim habeat poteſtatem a legibus conceſſam, & nihil ex
voluntate ſua faciat præter leges, tamen neceſſaria erit ſibi potentia,
per quã leges tueri queat. Forſan quidẽ de huiuſmodi rege non dif-
ficile eſt determinare. nam oportet ipſum vires habere, ſed tales vt
vnoquoque ſeparatim & ſimul pluribus potentior ſit, populo tamen
ſit impotentior: vt antiqui ſolebant cuſtodias ciuitati dare, cum ali
quem ciuitati præfeciſſent, quem Aeſymnetam vocitabant, vel tyrã
num. Et Dionyſio poſtulanti circa ſe habere aliquos cuſtodiæ cau-
ſa, conſuluit quidam Syracuſanis tot eſſe dandos. F

De regia unius tantum & abſoluta poteſtate: & an ipſum, legem ue dominari melius ſit. Et quæ multitudo a regibus, quæ ue ab aliis uiris apta ſit gubernari. Cap. XII.



Erum de eo rege, qui cuncta ex voluntate ſua gerit, conſideratio nunc eſt facienda. nam ille qui ſecundum leges dicitur rex, non facit (vt diximus) regię gubernationis ſpeciem. quia in cunctis rebus publicis ca dere poteſt vt ſit quidam ducendo exercitui, cum ciuitas bellum gerit, perpetuo præfectus puta in populari ſtatu, & opti-

natium gubernatione. pluresque authoritatem vni committunt bel ligerendi. Est autem talis quedam deputatio apud Doracium, et apud Sypontinos: licet apud Sypontinos paulo constrictior. Sed regia illa potestas plenisima, per quam rex omnia ex voluntate sua gubernat, videtur quibusdam non esse secundum naturam: vt vnus omnium dominus sit ciuium, cum ex similibus ciuitas constet. nam similibus natura idem ius esse necessarium est, & eandem digni tatem secundum naturam. quare vt parem habere impares alimoniam, aut vestem, nociuum est corporibus: ita & in honoribus res se habet. similiter ergo & inæqualem inæqualibus. ex quo non magis præesse quam subesse iustum est, & per vicissitudinem eodem modo, & hæc iam lex. nam * institutio lex est. Melius est igitur vt lex domi netur, quam aliquis ciuium. eademque ista ratione si quos præesse oportet, ita sunt præficiendi, vt custodes legum atque ministri. necesse est enim esse aliquos magistratus cum potestate, sed non vnum hunc esse debere aiunt in ciuium paritate. Quæcunque tamen viden tur per legem quidem terminari non posse, per hominem vero cognosci posse, prudenter cauens lex adiungit, cætera iustissima inten tione iudicari debere per eos qui iudiciis præsunt. ac insuper emendare permittit, quid videatur, conantibus vt melius disponatur quã sicut iacet. Qui igitur legem præesse iubent, videntur iubere Deum præesse & leges: qui autem hominem iubet præesse, adiungit & bestiã libido quippe talis est, atq; obliquos agit etiam viros optimos qui sunt in potestate. ex quo mens absq; appetitu lex est. Videtur autem de artibus falsum esse exemplum, quód secundum literas medicari vanum esset, meliusque fore si posidentibus artem vtamur. nam il li quidem nihil contra rationem per amicitiam agunt: sed * recusant mercedem accipere, cum sanos fecerint. At in ciuilibus magistrati bus multa per affectionem & gratiam consueuerunt delinquere. cum si de fide medici timeretur, ac suspitio foret, ne suscepto ab inimicis precio necare velit, tunc ex literis curam magis optaremus. Atqui ægrotantes medici alios ad se medicos vocant, & magistri palæstræ alios magistros: quasi nequeant verum discernere qui de propriis iu dicant, & in affectu constituti sunt. quare manifestum est quód iustum quærentes, medium quærunt. Lex enim medium est. Præterea validiores, & de validioribus rebus lege sunt illę, quę ex moribus proueniunt, quam que ex literis. quare si minus fallitur homo magistratum gerens quam hi qui secundum literas, non tamen quam hi qui secundum consuetudinem. At qui nec facile est vnum discernere: opus erit ergo, vt plures sint sub eo magistratum gerentes. itaq; quid refert hoc, statim ab initio prouidere, vel expectare, vt ipse vnus aliis ista committat? Insuper quod prius dicebatur. siquidem vir studiosus, quoniam melior sit, præesse debet, vno autem duo

* ordo

* a.l. mercedem accipiant.

boni meliores sunt. Hoc enim est quod Homerus ait.

Duo simul euntes. Et optatio Agamennonis: D

Vtinam tales mihi decem consultores adessent.

Sunt autem etiam nunc magistratus cum potestate iudicandi de quibusdam, ceu iudex de quibus lex prouidere non potest. nam de quibus lex determinare potest, nemo dubitaret. Sed cum quædam comprehendi legibus possint, quædam non possint: & hęc sint illa quæ dubitationem & questionē faciunt, vtrum melius sit ab optima lege, an ab optimo viro gubernari: nam quę in consultationem veniut, de eisdem ferri legem impossibile est: non igitur hoc aiunt, quòd necessarium sit hominem de huiusmodi rebus iudicare, sed q non vnum solum sed plures. iudicat enim vnusquisque in magistratu bene, si sit eruditus primo a lege. Forsan vero absurdum videri posset, si melius cernat duobus oculis, & duabus auribus audiat, & duobus pedibus, duabusque manibus agat, quam plures pluribus: cum & nunc quidem reges & ryranni oculos plures sibi comparent, & au- E res, & manus, & pedes pręficiendo amicos, & curationem rerum eis committendo, qui nisi sint amici, non faciunt secundum illorum intentionem. si vero sint amicis, & status illorum & personarum. amicus autem par & similis. quare si eos censet præficiendos, certe pares ac similes gubernationi præesse censet oportere. Quę igitur contendentes contra regiam gubernationem aiunt, fere illa sunt. Sed hæc forsan in quibusdam ita se habent, in quibusdam autem non ita. Est enim quiddam natura dominabile, aliud regibile, aliud populare, & iustum, & vtile. ryrannicum vero non est secundum naturam, nec vlla aliarum gubernationum, quę rectam transgrediuntur formam. hæc enim fiunt præter naturam. Sed ex his quæ dicta sunt, patet, quòd in similibus & paribus nec vtile est neque iustum, vt vnus sit dominus omnium: neque si non sint leges, sed tanquam ipse sit lex: neque si sint leges, neque bonus bonorum, neque non bonorum non bonus: neque si secundum virtutem si melior, nisi per quendam F modum. Quis autem iste sit modus dicendum est. diximus vero aliqualiter & ante. Et primo determinãdum est, quid congruat regi, quid optimatibus, quid reipublicæ. Regibus congruit huiusmodi multitudo, quæ natura apta sit ferre genus præstans virtute ad principatum ciuilem. Optimatibus vero congruens est multitudo liberorum, quæ nata sit ad ferendum gubernationem eorũ, qui sunt secundum virtutem primarii. Ad ciuilem gubernationem autem reipublicæ congruit ea multitudo, in qua populus innascitur bellicus, qui gubernari possit, & gubernare secundum leges & æquitatem, impartiens tenuioribus honores & magistratus. Quando igitur aut totum genus, aut inter alios vnum aliquem ita virtute præcellere contingat, vt vnius ipsius virtus maior sit aliorum omnium virtute, tũc

iustum est hoc esse regium genus, & omnium dominari, & hunc vnũ esse regem. Vt enim dictum est prius, non solum id habet iustitiam, quam præferre solent rerumpublicarum institutores, & qui optima tum, & qui paucorum potentiæ, & qui popularis. omnes enim secun dum excellentiam tribuunt, sed excellentiam non eandem, sed secundum prius dicta. neq; inteficere, neque in exilium agere, neque relegare hunc posse decet, neque dignari vt per vices gubernet: non enim natura fit, vt pars superet totum. habenti vero tantam excellentiam hoc accidit. restat ergo vt huic suadenti pateatur, & potesta tem eum habere, non per vices, sed simpliciter. De regia igitur gubernatione, & quas differentias habeat, & vtrum vtile sit ciuitatibus vel non, & quibus & quomodo, in hunc modum determinatum sit. Cum vero tres diximus esse rectas gubernandi species: harũ vero necessarium sit eam esse optimam, quæ ab optimis gubernetur: talis autem est, in qua contingit, aut vnum aliquem omnium, aut genus totum, aut multitudinem virtute præstantem gubernare eos, qui gubernari valeant, ad eam vitam quę sit maxime expetenda: & in primis libris ostensum sit necessarium esse, vt sit eadem virtus boni viri & ciuis optimæ ciuitatis: patet quod eodem modo & per eadem fit vir bonus, & ciuitatem statueret quis ab optimis gubernari, vel a rege. itaque eadem fere disciplina & iidem mores facient studiosum virum, qui faciunt ciuilem & regium. His determinatis, conandum iam erit de optima rpublica dicere, quemadmodum fiat, & quomodo constituatur. nam necesse est de illa conuenientem con siderationem facere.

ARISTOTELIS POLITICORVM

LIBER QVARTVS.

SVMMA LIBRI.

De variis rebuspublicis, ac ipsarum speciebus: & tandem de optima. Qui apti sint ad vnam rempublicam, qui ue ad aliam. De earum mutuis deceptionibus. De reipublicæ partibus, consiliis scilicet, magistratibus, & iudiciis.

De optima republica, & aliis etiam a legislatore cognoscendis. Cap. I.



N cunctis artibus & scientiis quę non circa partem sed circa genus aliquod perfectę existunt, vnius est considerare, quid cuiq; conueniat generi. ceu exercitatio corporis qualis quali couenia, & quæ sit optima. optime enim natura dispositio & optime distributo, optimam conuenire necessariũ est, & quæ plurimis, vna omnibus: etenim hoc gymnasticę est. Præterea vero, si quis non exactum illum cupiat habitum & scientiam circa certamina, nihilominus magistri gymnasiorum est hanc potentiam præparare. eodemq; modo in medicina, & in fabricatione nauium, & vestium, & in omni alio artificio videmus contingere. Quare manifestum est, quod eiusdem est sciẽtiæ videre quæ sit optima respublica, & qualis maxime ad votum foret, nullo externorum eam impediente. & quę quibus conueniat. nam plures optimam assequi, forsan impossibile est. Itaq; & ea quæ sit simpliciter optima, & ea quæ quantum fieri potest optima, latere non debet legis conditorem, ac vere ciuilem hominem. Ac prætetea tertia quæ sit ex suppositione. nam oportet datam quoq; considerare posse, quemadmodum ab initio constituatur, & cõstituta seruaretur quamplurimo tempore. Dico autem ceu si cui ciuitati contigerit, neq; optimã gubernationem habere, neq; necessaria illi adesse, neq; illis ipsis quæ assint rectę vti, sed aliis deterioribus. prętet hæc autem omnia, eam gubernationem, quæ omnibus maxime congruat ciuitatibus, nosse oportet: vt tradunt plurimi eorum qui de republica tractant. Et si de aliis rectę dicant, de vtilibus certe aberrant. non solum enim optimam rempublicam considerare oportet, sed etiam illam quæ in vsum cadere possit, & quæ sit facilior & communior omnibus. Nunc autem alii supremam quærunt solum, multis adminiculis indigentem: alii magis communem aliquam tradentes,

A tollentesque eas quæ in vsu sunt, Laconicam, vel aliam quandam cõmendant. At enim oportet talem institutionem reipublicæ inducere, vt velint ac possint homines ex his quæ sibi assunt, faciliter eam recipere. Nam est non minus difficile corrigere rempublicam iam institutam, quam ab initio instituere. quemadmodum & post discere, quam ab initio didicisse. Quapropter non solum his quæ libris scriptæ sunt rebuspublicis, verumetiam illis quæ re vera existunt auxiliari posse decet ciuilem hominem, vt diximus. Hoc autem facere non potest, si ignoret quot sint species earum. nam nunc quidam putant vnam esse popularem, & vnam paucorum potentum: quod non est verum. Itaq; oportet non latere differentias omnium, & quot sint, & quo tupliciter componantur. Leges etiam simul cum his cõsiderandæ erunt, quæ sunt optimæ, & quæ conueniant vnicuique gubernationi. Sunt enim leges omnes ad rempublicam accommodandę, non autem respublica ad legem. est namque respublica institutio ciuitatis circa magistratus honoresq; publicos, quemadmodũ
B debeant impartiri, & in quo potestas authoritasque summa debeat consistere, & qui sit finis cuiusq; societatis. Leges autem earum variæ sunt, per quas modus reipublicæ gubernandæ significatur secundũ quas, debeant illi qui sunt in potestate imperare, & prohibere transgressores. Ex quo patet, quòd necessarium est differentias & numerum tenere singularum rerumpublicarum, etiam ad legum positiones. neq; enim fieri potest, vt eædem leges vtiles sint paucorum potentię, ac popularibus omnibus. siquidem plures sunt, & nõ vna popularis potestas, neque vna duntaxat paucorum potentia.

De speciebus rerumpublicarum, transgreßionibus, ac de iis quæ a ciuili viro sunt exquirenda. Cap. II.



C Vm vero in præcedentibus dictum sit a noibs, tres esse rerumpublicarum species rectas Regnum, Optimatẽ, & eam quæ appellatur Respublica: ac tres earũ transgresiones & labes, cum regnum in tyrannidem, optimorum autem gubernatio in paucorum potentiam, respublica autem in popularem statum labatur: & de optimatum gubernatione & regia sit dictum: nam de optima republica considerare idem est, ac de illis dicere: vult enim vtraq; illarum per virtutem, cæteris opportunius concurrentibus consistere: & insuper quid inter se differat regia potestas, & optimorum gubernatio: & quando regia gubernatio putanda sit, determinauimus: restat nunc vt de illa quæ appellatur respublica dicamus, & de cæteris gubernandi formis, vt de paucorum potentia, ac de populari statu, & de tyrannide. Patet igitur harum transgreßionum quæ deterrima sit, quæue secunda: necesse est enim primæ & diuinißimę transgreßionem, esse deter-

rimam. Regiam quippe gubernationem necesse est aut nomen habere solum, cum non sit: aut propter magnanimitatis excellentiam esse. Ex quo fit, tyrranidem deterrimam existere, plurimum a recta specie gubernandi abesse, secundo autem loco, paucorum potentiam. nam optimorum gubernatio multum ab hac specie distat. maxime vero mediocrem esse popularem. Ita enim prius quidam, qui isto modo tradidit, non tamen in idem aspectans nobiscum. ille enim existimabat specierum omnium, quae recte essent, velut paucorum potentiae & aliarum, deterrimam esse popularem: improbarum vero optimam. Nos autem eas quae transgrediuntur, aberrare omnes dicimus. nec paucorum potentia, quod melior sit altera quā altera recte dicitur, sed quod minus improba. verū de his nunc discutere omittamus. Est a nobis primo distinguendum, quot sint differentiae rerumpublicarum, siquidem plures sunt species popularis gubernationis ac paucorum. Deinde quae communissima & optabilissima sit post optimā rempublicam, & si qua cōtingit alia ad optimatium naturā declinans recte constituta, & quamplurimis congruens ciuitatibus, quaenam ista sit. deinde aliarum, quę a quibus expetenda. Forsan enim quibusdam necessaria est popularis gubernatio magis quā paucorum potentia: quibusdā vero haec magis quā illa. Deinde queadmodum dispositum esse conueniat illum, qui velit has gubernationes recipere. dico autem popularem scdm singulas species, ac rursus paucorum potentiam. Tandem vero omnium istarum cum facta fuerit breuiter mentio, conādum erit referre quaenam labes, & quae conseruationes sint rerumpublicarum & communiter omnium, & partiulariter vniuscuiusque, & per quas causas illas maxime euenire contingat.

Quae sit rerumpublicarum diuersitatis causa: & quae sint earum species praecipuae, tum ex aliorum, tum uero ex propria opinione. Cap. III.



T igitur sint plures rerumpublicarum species, illa est causa, quòd cuiusq; ciuitatis partes sunt plures. Videmus enim primo, ex domibus constare ciuitatem. deinde rursus ex hac multitudine alios esse diuites, alios pauperes, alios medios. diuitumq; & pauperum, partem esse bellicam, partem imbellem. & rursus ex plebe partem agrorum culturae deditam videmus, partem mercaturę, partem opificiis & sordidis ministeriis. Nobilitatis quoq; differētię sunt secundū opulentiā, & magnitudinem census. sunt enim alii equites: qđ munus nemo faciliter supportare pōt, nisi sit diues. Itaq; antiquis temporibus quęcunque ciuitates equestri potentia excellebant, in his paucorum potentia gubernabat: equitatu autem bella contra finitimos

exercebant. ceu Eretrienses, & Chalcidenses, & Magnesii, qui sunt super Meandro, & aliæ plures Asiaticarum ciuitatum. Præterea sunt aliæ quam iuxta diuitias nobilium differentiæ. quosdam enim genus, quosdam virtus extollit, & si quid aliud tale ciuitatis partem esse oporteat, dictū est, vbi de optimatibus tractauimus ibi nanq; diximus, ex quot partibus necessariis omnis constat ciuitas. & hæ quidem partes, quandoq; cōcurrunt omnes ad rempublicam gubernandam, quandoq; plures. Patet igitur, ꝙ necesse est plures respublicas esse inter se differentes specie. nam & hę partes earum inter se specie differunt. Respublica enim est institutio gubernatorum. hāc vero distribuunt omnes, vel secundum potentiam eorum qui participes sunt, vel secundum aliquam æquitatem communem. dico autem, veluti tenuiorū, & opulētiorum, vel cōmunem aliquam amborū. Necessarium est ergo respublicas tot esse, quot sunt institutiones circa earū supereminentias, & secundū differentiam partium. Maxime vero duę videntur esse. quemadmodū de ventis dici solet, alios quidē
3 esse boreales, alios australes, cęteros autem ventos horum esse excessus: sic etiam respublicas duas esse, popularem scilicet, & paucorum potentiam. nam optimates speciem esse paucorum potentium posuere, & eam quæ vocatur respublica, dicebant esse popularem: quemadmodum de ventis zephyrum quidem borealem, eurum autem australem. Eodemque modo in harmoniis, vt quidam tradunt. nā & in illis posuerunt duas species, vnam doricam, alteram phyrgiā, cæteras vero omnes, vel ad doricam, vel ad phyrgiam referri. maxime quidem igitur consueuerunt, de rebuspublicis sic existimare. Sed certe verius ac melius est, vt nos diuisimus, duarum vel vnius recte cōstitutæ cæteras esse transgresiones, & aliquas esse probe temperatæ harmoniæ, alias vero ipsius optimę reipublicæ. ad paucorū vero potentiam inclinant quæ duriores sunt ac magis violente: quę vero remisse & molles, ad popularem statum.

4 *De populari gubernatione, ciuitatis partibus, speciebus plebis, nobilium, ac popularis gubernationis.* *Cap. IIII.*



Eque vero popularis ita simpliciter ponenda, vt quidam ponunt, vbi multitudo dominatur. nam & in paucorum potentiis, & vbique maior pars præualet. Etenim si essent vniuersi mille trecenti, & horum mille forent opulenti, neque partem gubernationis darēt trecentis illis pauperibus ingenuis, ac in cęteris paribus, nemo crederet hanc esse popularem. Eodemq; modo, si pauci quidem inopes in ciuitate plus possent quam multi & opulenti, nec honores illis impartirentur, nemo vtique diceret hanc esse speciem, quæ appellatur paucorū potētium. Potius itaq; dicendum fuerit popularē

quidem esse, cum penes ingenuos homines esse gubernatio pauco- D
rum autem potētium, cum penes opulentos. sed contingit, vt ...
multi sint, alteri pauci. pleriq; enim ingenui sunt, rari vero ... .
Etenim si magistratus, honoresq; publici scdm magnitudinē distribue
rentur, vt in Aethiopia quidam tradūt fieri, vel scdm pulchritudinē,
paucorum esset gubernatio, cum parua sit multitudo magnorum &
formosorum. Veruntamen nō isto modo sat est respublicas ... de
terminasse. sed cum plures sint partes & multitudinis & paucorum
potentium, adhuc resumendum est, vt neq; ingenui pauci existen-
tes pluribus, neq; multitudo ingenuis dominetur. vt in Apollonia,
quæ est in Ionio & Thera. in vtraq; enim istarū vrbium honores di
gnitatesque erant illorum, qui nobilitate præstabant, & qui primi in
eas colonias venerant, qui erant pauci: nō autem diuitum, licet mul
titudine diuitum superaret populus. vt in Colophone antiquitus:
ibi enim possidebat magna patrimonia multitudo, antequā bellum
gererent aduersus Indos. Sed est multitudinis quædam gubernatio,
quando ingenui homines & inopes multi existentes gubernant rem E
publicam. Paucorum vero potentiū, quando opulenti & nobiliores
pauci existentes gubernant. Quòd igitur plures sint rerumpu
blicarum species, & quibus de causis, patet. Quamobrem vero plu-
res sint, quàm illæ quas dictum erat, & quænam istę sint, & ppter qd
deinceps dicemus, principio vnde prius assumpto. fatemur enim nō
vnam partem, sed plures omnem habere ciuitatem. Vt igitur si ani-
malis vellemus species capere, primo segregaremus id quod neces-
sarium sit animal omne habere, ceu quædam sensoriorū, & q cibum
conficiat atque recepter, puta os & ventrem, & prætereà illas, qui-
bus mouentur partes. Si itaq; tot species solū, harū vero differētiæ fo
rent, dico autem ceu oris genera plura, & ventris, & sensoriorum, &
præterea earū quibus mouentur, partium, harum coniungationis nu
merus necessario efficiet plura genera animalium, non enim fieri po
test, vt idem animal habeat plures differentias oris, sic etiam neque F
aurium. itaq; quando susceptæ fuerint omnes combinationes istorū,
facient species animalis: & tot quidem species, quot coniugationes
sunt partium necessariarum. Eodem modo de dictis rebus publicis.
ciuitates.n. non ex vna, sed ex multis partibus constant, vt sæpius di-
ctum est. Vna quædam pars est circa alimenta multitudo, quos agri
colas dicimus. Altera vero pars ea quæ vocatur mechanica. hęc au
tem versatur circa ministeria, ceu artes, sine quibus ciuitas habitari
non potest. harū vero artiū aliæ sunt necessariæ, aliæ ad delitias per
tinent, & ad vitæ cultum. Tertia pars est forensis multitudo, quæ
circa emendum vendendumq;, & circa mercaturam & numulariam
versatur. Quarta pars, mercenarii. Quinta, propulsatores belli. quæ
quidem pars non minus necessaria est ciuitati quam aliqua superior,
aduersus inuadentes, si velint tueri libertatem. impossibile est enim

A vtque ciuitas vocari mereatur. sit natura serua. per se enim sufficiẽs ciuitas: seruus autem non per se sufficiens est. Quapropter in libris de Republica ornate quidẽ hoc, sed non sufficienter dictum est a Socrate. inquit. n. ex quatuor maxime necessariis ciuitatẽ constare. hos autem esse, textorem, agricolam, cotiarium, ædificatorem. rursus vero adiungit, quasi illa non sufficiant, fabrum ferrarium & pastorẽ: et insuper negociatorem, & nummularium. & hæc omnia complent primam ciuitatem. Quasi vero ciuitas omnis necessariorũ gratia sit constituta, ac non magis gratia honesti, & quasi æque indigeat coriariis, & agricolis. propulsatores autem belli non primam facit partẽ, antequam aucta regione, ac vicinis coactis, ad bellum deueniatur. At qui & in quatuor illis, & in quotcunq; communicantibus, necessariũ est esse aliquẽ, qui ius dicat, ac decernat Siquidẽ ergo animã quis ponat animalis esse partem magis quã corpus, & ciuitatum magis ta[...]ia ponendum est esse partes, quam ea quę pertinent ad necessarium
B vsum, propulsatores belli videlicet, ac iustitię iudiciarię exhibitores, ac prętere a consultores, ꝙ est ciuilis prudentiæ opus. & hoc siue separatim existat quibusdam, siue eisdem, nihil refert ad hunc sermonẽ: nam & in armis esse, & agros colere sepæ contingit eisdem. Quare si hæc & illa ponenda sunt ciuitatis esse partes, manifestum est ꝙ & propulsatores belli pars necessaria sunt ciuitatis. Septima pars est eorum, qui magna patrimonia habentes, reipublicę onera sustinent, quos opulentos vocamus. Octaua, eorum qui publicam operam exhibent, & qui In magistratibus gerendis occupati existunt. ciuitas enim absque magistratibus esse non potest. necessariũ igitur est, esse quosdam qui magistratus gerere valeant, & hoc munus sufferre vel perpetuo, vel ad tempus. Reliqua vero sunt illa, de quibus paulo ante determinauimus, in consulendo, & Ius litiganti in ciuitate reddẽdo versari. Si igitur hęc ciuitatibus adesse oportet, recteq; fieri & iuste, necessarium est esse aliquos, qui virtutẽ habeant rerum ciuiliũ.
C Cęteras ergo potentias eisdem adesse posse videntur pluribus, ceu eosdẽ esse propulsatores belli, & agricolas, & artifices, & prætere a cõsultores & iudicantes. Arrogant quoq; sibi virtutẽ cuncti, & multifariam se idoneos existimant ad gubernandum. verum pauperes ac diuites eosdem esse impossibile est. quapropter hæ partes præcipuæ videntur esse ciuitatis, inopes scilicet & opulenti. Et præterea ex eo, quod vt plurimum alii pauci sunt, alii multi, maxime omnium cõtrariæ inter se partes istæ apparent. itaque & respublicas secũdum earum præualẽtiam constituerunt: ac duæ vidẽtur, scilicet popularis & paucorum potentia. Sed quòd sint plures, & ob quas causas dictum est prius. Quòd vero & popularis ipsius species sint plures, & paucorũ potentium ostendemus. Patet autem hoc ex his quæ dicta sunt. nam & in plebe, & in nobilitate plura sunt genera. Plebis quidẽ vna spẽcies, agricolę, alia artifices, alia negociatores, qui emendis venden-

* alijpenitores

disq; rebus intendunt, alia circa rē maritimam, & horum alii bellatores, alii mercatores, alii * nautæ, alii piscatores. multis enim locis horum omnium turba ingens, vt piscatores Tarenti et Bizantii, naualis multitudo Athenis, mercatores in Aegina & Chio, portitores in Tenedo. insuper manuales & paruas facultates habentes, qui ociosi esse non possunt. Præterea qui non ex vtroque parēte ciue sunt orti, liberi tamen homines, & siqua huiusmodi plebeiorum hominū species altera. Nobilitas vero, diuitiæ, genus, virtus, disciplina, & his similia, quæ dicuntur scd̄m eandem differentiā. Popularis igitur prima species dicitur maxime scd̄m æqualitatem. vult enim lex huius popularis pares esse diuites & paupers, nec alteros plus posse, alteros minus, sed vtrosq; esse æquales siquidem maxime liber est in populi statu, vt putant quidam, & æqualitas certe esse maxime pariter omnibus reipublicæ participantibus. cum vero postulus sit multitudo, & id obtineat quod plutibus videatur, necesse est vt hæc sit popularis gubernatio. vna igitur species popularis est hæc. Alia vero species, vt magistratus honoresq; in republica scd̄m censum patrimoniorum, & eum quidem paruum, tribuātur, ita vt qui tanta possidet, habilis sit ad honores reipublicæ suscipiendos: qui vero non possidet, sit in habilis. Alia species popularis est, vt omnibus oīno ciuibus habilitas sit, modo non sint aliqua ex causa obnoxii: dominetur autem lex. Alia species popularis est, vt omnes omnino habiles sint ad magistratus gerendos, modo sint ciues, & dominetur lex. Alia species eodem modo, nisi q non lex dominatur, sed mltitudo. hoc autem fit, quando populi decreta præualent legibus. Accidit vero ob præpotentes quosdam, qui populum ducunt. nam in iis rebuspublicis in quibus dominatur lex, præpotens aliquis non fit, qui populum ducat, sed optimi ciuium rempublicam gubernant. At vbi leges non dominantur, ibi ductores populi oriuntur. solus enim populus regit, compositus vnus ex pluribus. multitudo enim authoritatem dominandi habet, non vt singuli, sed vt omnes. Homerus autem cum dicit non esse bonum vt plures regant, vtrum de hac dicit, vel de illa cum plures gubernāt, vt singuli, incertum est. Talis ergo populus, vtpote absolutam potestatem habens dominari solus quærit, nec vlli legi subesse, efficiturq; dominator. itaq; assentatore eius in pretio habētur. Et est huiusmodi populus in gubernatione sua tyrāno persimilis. iidem nēpe mores, & vtrobiq; meliores deprimuntur. & decreta huius populi perinde sunt, vt tyranni præcepta. & ductores suasoresq; huius populi sunt velut adulatores illi, qui circa tyrannos versantur. & vtrisq; apud vtrosque potentia par, tam adulatoribus penes tyrannum, quā ductoribus suasoribusque populi apud ipsum populum. Hi authores sunt, vt decreta legis infringant, & ad voluntatem populi cuncta referantur. contingit aūt illis fieri potentes ex eo, quia populus dominatur omnium. ipsi autem voluntatem

populi maxime ducunt, quoniam fides a populo eis adhibetur. Præterea qui de magistratibus conqueruntur, ad iudiciū populi negocia referunt: populus autem gratanter audit eorum prouocationes. qua re per hunc modum magistratus * irritantur omnes. Merito autem reprehendere videntur qui dicunt huiusmodi popularem non esse legitimam reipublicę speciem. vbi enim leges non prevalent, non est respublica. nam lex dominari omnibus debet, in particularibus autem magistratus & respublica * prouidere. Itaque si est popularis vna specierum reipublicę, clarum est q talis gubernatio, in qua decretis cuncta efficiuntur, non est proprie popularis. nullum enim decretum recipit esse vniuersale. De popularis igitur speciebus in hunc modum determinatum sit.

* καταλύονται dissoluītur.

* iudicare.

Quod quatuor sint species paucorum gubernationis, & de permixtis gubernationibus. *Cap. V.*

B Aucorum vero gubernationis species vna est, in qua magnum habentes censum ad gubernationem reipublicę recipiuntur, atq; ita magnum, vt tenues homines ad eum peruenire non possint. is vero qui tanta possidet, habilis sit ad rempublicam gerendam. Alia species est, cum a paruo censu est magistratus habilitas, & eligunt ipsi eos qui desunt, si igitur ex omnibus hoc faciunt, videtur hoc esse potius optimatum. sin vero ex paruo numero, paucorum potentiæ. Alia species est, cum filius patri succedit. Quarta species, cum hoc fit quod modo diximus, vt lex non dominetur, sed illi qui regunt. Et hęc species in paucorum gubernatione correspondens est, vt tyrannis in monarchia, & vt est in populari statu vltima illa species de qua diximus. & vocant huiusmodi speciem paucorum potentiam. gubernationis igitur paucorum hę species sunt. Nec latere nos debet, quòd
C multis locis accidit rempublicam quæ secundum leges non sit popularis, more tamen & gestione populariter gubernari. similiter autem econuerso apud alios contingit rempublicā scd'm leges esse popularem, moribus tamen & gestione ad paucorum gubernationem magis referri. Contingit autem hoc maxime post mutationem rerumpublicarum. non enim statim mutantur, sed contenti sunt ab initio homines parua accessione potentiæ. Itaq; leges quidem manēt vt prius erant, præualent tamen qui rempublicam mutauerunt.

De speciebus popularis, & paucorum potentiæ, & causis earum. *Cap. VI.*

QVòd autem tot sint popularis & paucorum gubernationis species, ex his patet. Necesse est enim aut omnes partes

populi, quas supra enumerauimus, reipublicæ gubernationem ha-
bere, aut quasdam habere, quasdam non habere. Cum igitur agri D
colæ, & mediocria posſidentes rempublicam gubernant, secun-
dum leges est gubernatio. victum enim ex opera sua quætere habent,
nec otiosi esse possunt. itaque lege constituta, solummodo necessa-
riis concionibus intendunt. aliis autem recipi ad rempublicam licet,
cũ tanta posſidebunt quanta determinat lex. omnino enim non li-
cere omnibus, paucorũ potentiæ est otiari autem eum qui non redi-
tus habeat, impoſsibile. Hæc igitur his de causis vna est species po-
pularis gubernationis. Altera vero species est, ob adhibitam electio-
né omnibus licere qui prohibiti non sint per genus, vt posſint tamẽ
in otio esse quapropter in huiusmodi quidem populari admini-
stratione leges præualent & gubernant, quia redditus non est. Tertia
species est, omnibus omnino licere rempublicam gerere, qui liberi
sint, non tamẽ licere ob supradictam causam. quare necessarium
hac quoque legem dominari. Quarta vero species est illa, quæ poste-
ris tẽporibus in ciuitatibus esse cœpit. maioribus enim factis ciuita- E
tibus quàm ab initio fuerant, & redditibus facultatibusq; abundanti-
bus, participant omnes reipublicæ propter multitudinis præualen-
tiam: versanturq; in republica gubernanda, ex eo quia possunt otiosi
esse, etiam inopes, mercedem capientes. maximeq; huiusmodi mul
titudo otiosa est. non enim cura rei familiaris proprie eos impedit,
quæ diuites ita occupat, vt sæpe à cõmunionibus absint & a iudiciis.
ex quo fit vt multitudo pauperum dominetur in republica, non au-
tem leges. Species igitur popularis gubernationis tot ac tales sunt,
ob necesſitates supradictas. Paucorum autem gubernationis pri-
ma species est, quando plures habent patrimonia, sed non admodum
ampla. faciunt enim potestatem participandi ei qui tanta posſidet.
Et propter multitudinem eorum qui ad rempublicam recipiuntur,
necesse est non hominem, sed legem dominari. quanto enim magis
distãt a monarchia, neque tam amplas habent facultates, vt eas ne- F
gligendo otiari valeant, neq; ita exiguas, vt a ciuitate victũ quærãt,
necesse est vt legem velint dominari, non autem ipsos. Quòd si pau-
ciores sint qui posſident patrimonia, siquidem plura quam prius, se-
cunda species fit gubernationis paucorum. magis enim potentes,
plus habere se dignos putant. quapropter ipsi sumunt ex aliis qui ad
rempublicam se conferunt. propterea quia nondum ita robusti sunt,
vt absque lege gubernare posſint, legem huiusmodi posuere. Quòd si
eo deueniant, vt ipsi pauciores numero maiores facultates habeant,
tertia cumulatio fit gubernationis paucorum, ipsi enim per se ma-
gistratus & imperia retinet, secũdum legẽ iubentem, vt parentum defun-
ctorum loco filii succedant. Quod si magis etiam subnixi sint opi-
bus & amicitiis, prope est talis potentia ad monarchiam, & dominan-
tur homines, non autem lex. & hæc est quarta species gubernationis

paucorum, correſpondes vltimę ſpeciei popularis.

In quot ſpecies Plato reſpublicas diuiſerit: & de optimatum variis ſpeciebus. Cap. VII.



Vnt inſuper duo alia genera rerumpublicarum, præter eas in quibus aut multitudo, aut pauci gubernant: quarum alteram aiunt omnes ſpeciem eſſe vnam ex quatuor. Dicunt autem eas quatuor, monarchiam, paucorum gubernationem, popularem, & quartam, quam vocant optimatem. Eſt & quinta, quam communi nomine omnium appellant rempublicam. ſed quia non ſæpe fit, latet numerare volentes: & ita ſuſcipiunt, quaſi ſint quatuor ſolum: vt Plato in libris de Republica facit. Optimatem igitur ſe recte habet appellare illam, de qua tractauimus in primis libris. quæ enim ab optimis viris ſimpliciter per virtutem eſt gubernatio reipublicæ, & non ad ſuppoſitionem quandam bonorum virorum, eam ſolum iuſtum eſt optimatem appellari. in ſola enim iſta ſimpliciter idem eſt vir bonus & ciuis. in aliis autem boni ſunt ad ſpeciem gubernandi ſuam. Sunt tamen quædam, quæ differentiam habeant a paucorum gubernatione (& appellantur optimates) & ab ea quæ vocatur, reſpublica: vbi non ſolum reſpectu diuitiarum, ſed etiam reſpectu virtutis ad gubernationem reipublicæ ſumuntur. Hæc reſpublica differt ab illis, & naturam optimatis ſapere videtur. nam in his ciuitatibus nõ faciunt publice curam virtutis: ſunt tamen quidam præſtantiores, qui videntur eſſe boni viri. Vbi ergo reſpublica reſpicit ad diuitias & ad uirtutem, & ad populum, vt eſt apud Carthaginienſes, ea naturam optimatũ ſapere videtur. & vbi ad duo illorum ſolum, vt Lacedæmoniorum, ad virtutem & ad populum: & eſt hæc mixtura popularis ac virtutis. Optimatum igitur poſt illam primam optimam rẽ publicam gubernandi formam, hę duę ſpecies ſunt. & tertia, quæcunque illius quę appellatur reſpublica, inclinant ad paucorum gubernationem.

De ea quæ nomine generis reſpublica peculiariter appellatur. Quid ſit ea quam cenſu poteſtatem dicunt. De bonis legibus. De finibus optimatis, popularis, & paucorum potentiæ. Ca. VIII.



Eliquum eſt vt de ea quæ appellatur reſpublica dicamus, & de tyrrannide. Ordinauimus autem ipſam nos, cum prius non eſſet, neq; hæc tranſgreſsio, neque illę, de quibus modo diximus, optimates, quia re vera omnes aberrant a rectiſsima gubernandi forma

poſtmodum cum iſtis numerantur, & ſunt harum tranſgreſsiones & D
labes, vt in ſuperioribus circa principium diximus. merito autem
poſtremo loco tyrannidem reſeruauimus, propterea ꝙ illa minime
eſt reſpublica: noſtra vero materia eſt de republica tractare. [illegible]
tur de cauſa ſic ordinauimus, dictum eſt. Nunc autem eſt a n[illegible]
illa quæ communi nomine appellatur reſpublica, oſtendendum [illegible] de
clarius eius vis apparebit poſt determinationem eorum [illegible] nã
corum gubernationem, & ad popularem ſpectabant. Eſt enim [illegible]
publica (vt ſimpliciter dicamus) mixtura paucorum gubernatio-
nis ac popularis. Conſueuerunt autem eas quæ inclinant ad popula
rem, vocate reſpublicas: eos vero quæ ad paucorum gubernationem
vocare optimates: ex eo quia opulentioribus doctrina atque nobi-
tas magis adeſſe conſueuerunt. prætere a qui diuitias habẽt, ea viden
tur habere, propter quę cæteri iniurias faciunt vnde & honeſtos, &
bonos, & nobiles iſtos appellant. Cum ergo optimarum gubernatio
velit excellentiam tribuere optimis ciuibus, & paucorum guber- E
nationem eſſe dicant ex bonis & honeſtis magis, videtur impoſsibi-
le quę ciuitas non ab improbis ſed ab optimis gubernetur, eam non
bene gubernari: eodemq; modo quę leges non habeat bonas, guber
nari ab optimatibus. Habere autẽ leges bonas, nõ id eſt, ſi recte ſint
poſitæ, nec eis pareatur. Itaque vna recte legum inſtitutio putanda
eſt, legibus parere: altera, vt recte ſint leges poſitæ, q̇bus parere opor
tet. fieri enim poteſt vt pareant ciues male poſitis legibus. id autem
dupliciter accidit: aut enim optimis quantum datur ipſis, aut ſim-
pliciter optimis. Videtur autem optimatum eſſe, maxime honores
tribuere ſecundum virtutem. finis enim optimatum virtus: paucorum
vero gubernationis diuitiæ: popularis autem libertas. Quod autem
pluribus videtur, commune eſt omnium. nam in paucorum, & multi
tudinis gubernatione, & in optimorum, quod videtur maiori parti
eorũ qui in republica verſantur, id obtinet. In plerisq; igitur ciuita
tibus, hæc ſpecies gubernandi reſpublica vocatur. ſola enim mixtio F
coniecturam facit opulentorum & inopum, diuitiarum & libertatis.
Ferre enim apud plurimos, illi & qui diuitiis pollent, bonorum & ho
neſtorũ locum obtinere videntur. Cum vero tria ſint, quę circa æqua
litatem reipublicæ contendant, libertas, diuitiæ, virtus (nam quartũ
illud quæ appellatur nobilitas, duobus cõſequens eſt: nobilitas enim
eſt antiquæ diuitię, & virtus) manifeſtum eſt, ꝙ duorum mixtura di-
uitũ & pauperũ eſt reſpublica appellanda. trium vero, optimatũ gu-
bernatio maxime aliarum, præter illam veram & primam. Quod
igitur ſint alię reſpublicæ præter monarchiã & popularem, & pauco-
rum potentium dictum eſt: & quales iſtæ, & in quo differant inter ſe,
& optimatium gubernatio, & aliæ ſpecies quæ ad optimates decli-
nant, & quo modo non longe diſtant inter ſe, manifeſtum eſt

Quo pacto ea quæ respublica appellatur, constituatur ex paucorum potentia & populari, & de modis mixtionis. Cap. IX.



Vomodo autem fiat præter popularem & paucorum potentiam illa quæ appellatur respublica, & quo in ordine reponenda sit, deinceps dicemus. & simul apparebit quibus definiant popularem & paucorum gubernationem. sumenda est enim horum distinctio. postea ex his ab vtraq; tanquã regulam sumentes componere oportet. Sũt aũt definitiones tres cõpositionis ac mixturæ. aut.n. ambo sumenda, quorũ vtreque leges ponunt: ceu circa iudicia. In paucorum enim potẽtia diuitibus pęnam constituunt, nisi iudicando asint, pauperibus vero mercedẽ nullam: in popularibus aũt, pauperibus mercedẽ, diuitibus aũt pœnam nullam. comunem ac mediũ istorum ambo hæc. ita que & ciuile: mixtũ est enim ex ambobus. vnus igitur modus hic est cõbinationis. Alius aũt mediũ capere eorum quæ ab vtrisq; iubentur ceu cõcionari, hi quidem a nullo censu vel exiguo penitus, illi vero a magno censu. commune certe neutrũ, sed medium vtriusq; census, Tertius vero ex duobus iussis. hęc quidem ex populari lege, illa aũt ex paucorum gubernatione. dico aũt tale aliquid, vt videtur popularis quidẽ magistratus sortiri, paucorum aũt gubernationis eligere: et popularis, non ex censu tribuere, paucorũ autem ex censu. Optimatum igitur ac ciuile, ab vtraq; vtrunq; accipere: ex paucorum quidẽ gubernatione electiuos facere magistratus: ex populari aũt sumere non per censum. modus igitur admiscendi talis. Bene aũt admiscuisse popularem & paucorum gubernationis finis est, quãdo eadem respublica dici potest popularis, & paucorum gubernatio. Patet.n. hoc accidere dicentibus eas bene esse cõmixtas. accidit hoc ẽt medio conspicitur namq; in eo vtrunq; extremorum. qđ contingit Lacedæmoniorum reipublicæ. Sunt.n. per multi qui aggrediuntur dicere eã esse popularem, propterea ꝙ populariter complura in illa sunt constituta. ceu primum circa educationẽ puerorũ. pari enim modo diuitũ filii educantur, & pauperum, & erudiuntur per eum modum, per quem valeant pauperum filii erudiri. similiterq; in sequenti ætate cũ viri facti sunt, in illo non magis conspicuus diues quam pauper. Cibi quoq; iidẽ vtrisq; in comessationibus. Vesti tu ẽt tali diuites vtũtur, quale & pauperũ quiuis habere põt. Præte rea, duorum maximorum magistratuũ, alterũ eligit populus, alterum gerit senatores.n. per populũ eliguntur, ephori aũt ex popularibu s constituuntur. Alii vero dicunt esse illam paucorum gubernationem: quoniam multa habeat quæ paucorum potentiam afferunt. ceu om nes dignitates per electionem conferri, per sortem vero nullam. & in super apud paucos potestatem esse necandi, & in exilium pellendi, ac cætera huiusmodi permulta. Oportet enim in republica bene temperata

vtrunque videri inesse, & neutrum. & conseruari per seipsam, non aliunde. & per seipsam, non per alios multos extra[illegible], qui v[illegible]nt. nam & prauæ reipublicæ hoc potest contingere. sed nec v[illegible] le qui[illegible] gubernationem alteram quoquomodo partium ciuita[illegible] om[illegible]. Quemadmodum igitur oporteat rempublicam constituere, & [illegible] ter illas quæ appellantur optimates, dictum est. D

De tyrannide, & modis tyrannidis. Cap. X.



Restat nunc vt de tyrannide dicamus: non quòd mu[illegible] verbis indigeat, sed vt habeat in hoc tractatu locum suum: quando quidem hanc quoque posuimus partem esse aliquam publicæ gubernationis. De re[illegible] no igitur determinauimus in superioribus libris, v[illegible] ita statum est a nobis, nunquid regis gubernatio vtilis foret ciu[illegible] bus, an inutili, & quam, & vnde constituere oportet, & quomo[illegible]. Tyrannidis vero species duas ibidem distinximus, propterea q[illegible] potentia quodammodo alteratur ad regiam gubernationem, ex eo quia ambæ potestates istæ sunt secundum leges. nam & apud Barba-rorum quosdam eliguntur aliqui ad gubernandum soli, cum ab[illegible] ta omnimodaq; potestate. Et apud Græcos olim eodem modo qui-dem eligebantur, qui soli gubernarent, quos vocabant *Aesymnetas*. Habent vero hæ inter se differentias quasdam. erant enim regiæ, ex eo quia secundum leges, & eo quia volentibus imperabant: tyranni-cæ autem ex eo, quia pro arbitrio dominationem exercebant. Tertia species tyrannidis, quæ maxime proprie videtur i[illegible] nomen habe re, opposita est regiæ potestati absolute. nam nece est tyrannidem illam monarchiam, quę nullis subiaceat legibus, & dominetur per vim æqualibus & melioribus, ac respiciat ad propriam vtilitatem, non ad vtilitatem subditorum. quapropter inuoluntaria est, cum ne mo liber sponte sua ferat huiusmodi seruitutem. Species igitur ty-rannidis tot, & tales sunt. E F

De optima republica, partibus ciuitatis, mediocritate scilicet, excessu, atq; defectu. Cap. XI.



Qvæ vero sit optima respublica, & quæ vita optima pluribus ciuitatibus & hominibus, neq; per virtutem iudicant quæ supra vulgus emergat, neque per doctrinam quæ ingenio indiget & adiumentis externis, neque per gubernationem quæ ad votum fiat: sed vitam eam probant, quam plurimi consequi possint, & gubernationem eam, quam plurimæ ciuitates valeant recipere. nam quas vocant optimates, de quibus modo diximus, partim exterius cadunt plurimis ciuitatibus,

partim appropinquant illi quæ respublica vocatur. quamobrem de
ambabus tanquam vna sit, dicendum est. Iudicium autem de omni
bus istis ex eisdem principiis est. Si enim recte dictum fuit in Ethi-
cis, vitam beatam esse secundum virtutem non impeditam; virtuté
autem ipsam esse mediocritatem: necesse est mediam vitam opti-
mam eius, quam singuli adipisci valeant, mediocritatis. & has om
nes definitiones necesse est esse circa ciuitatis virtutem, vitium, &
rempublicam: est enim respublica vita quædam ciuitatis. In cunctis
autem ciuitatibus partes sunt tres. nam alii diuitiis excellunt: alii
paupertate nimia deprimuntur: alii sunt inter hos medii. Cum igi
tur confessi simus mediocritatem, & medium esse optimum, palam,
quòd bonorum fortunæ mediocris possessio, est optima omnium * obediendũ rationi.
existimanda. hæc enim facilis est ad obedientiam mandatorum. At
vero si modum excedant in alterutram partem (ceu si forma, si vi-
ribus, si nobilitate generis, si diuitiis, vel iis contrariis, ceu si pauper
tate nimia, si imbecillitate egregia, si ignominia multa) difficile est
B * vt rationi obediant. fiunt enim istorum alii superbi & delinquentes
aperte in rebus magnis, aliis occulte praui, & in rebus exiguis frau
datores. iniuriæ vero inferuntur quandoq; per contumeliam, quan-
doque per dolum. Insuper hi minime circa gubernationem reipu
blicæ afficiuntur, minimeque consulunt: hęc autem vtraque damno-
sa sunt ciuitatibus. Preterea qui bonis fortunæ superabundant, ceu
opibus, diuitiis, amicis, & aliis huiusmodi, nec imperium cuiusquam
pati volunt, neq; sciunt. & hoc statim domi eorum natis existit: pro
pter delitias enim ne in scholis quidem præceptoribus obedire con-
sueuerunt. Qui autem eorum sunt in indigentia nimia constituti,
deiecto nimium animo, vilesque existunt. ex quo fit vt magistratũ
cum gerere nesciant, sed ad parendum seruiliter sint apti. illi vero si
bi imperari nullo modo patiuntur, sed ipsi aliis tanquam domini, vo
lunt imperare. Efficitur ergo seruorum & dominorum ciuitas, non
C autem libero; aliorum inuidentium, aliorum spernentium. quod plu
rimum abest ab amicitia & ciuili societate. nam societas amicabile
quiddam est; cum inimicis enim ne via quidem communicare vo-
lunt homines. Vult quidem ciuitas ex paribus ac similibus esse, quã
tum maxime id fieri potest. hoc autem maxime existit mediis. itaq;
necessario fit, vt huiusmodi ciuitas optime gubernetur, ex quibus di
ximus natura constare ciuitatem. Conseruantur quoq; in ciuitati-
bus isti maxime ceterorum ciuium, neque enim aliena concupi-
scunt, vt faciunt pauperes: neque eorum bona cupiuntur ab aliis,
vt accidit diuitibus. & quia neque insidiantur aliis, neque alii ipsis,
sine periculo degunt. Quapropter bene optauit Phocylides, multa
mediocribus optima, mediocris esse volens in ciuitate. Patet igi-
tur, quòd ciuilis societas optima est, quæ per mediocres fit. easque
ciuitates recipere, vt optime gubernentur, in quibus mediocres

plurimi sunt, ac plus possunt: maxime quidem ambabus, vel saltem D altera parte. hæc enim addita, * prævalere facit, & prohibet contrarios excessus fieri. Quapropter valde optandum est, vt ij qui in republica versantur, facultates habeant mediocres, ac sufficientes. nam vbi alii nimis multa possident, alii nihil, vel plebs infima insurgit, vel paucorum potentia illa extrema, vel tyrannus propter vtrunque excessum. ex populari enim statu nimium * superbo, & ex paucorum potencia ad tyrannidem deueniunt: ex medioctibus autem ac prope paribus, multo minus; cuius rei causam postea, vbi de mutationibus tractabitur, dicemus. Quòd autem media sit optima, manifestum est. sola enim seditionibus caret. vbi enim permultum est mediocre, minimum seditiones & discordiæ ciuium in nascuntur: magnæque ciuitates ob hanc ipsam causam minus seditionibus subiacent, quia magna in his est mediocrium hominum multitudo. paruas autem ciuitates facile est in duas partes diuidi omnes, ita vt nihil medium relinquatur, & fere cuncti vel inopes sunt vel opulenti. Populares quoque gubernationes tutiores sunt & diuturniores, quã paucorum potentium propter medios. Plures enim sunt, & magis honoris participant in populari gubernatione, quam paucorum. nam quando sine his multitudo inops plus põt, male res se habent, ac cito pereunt. Signum vero huius putandum est, quòd qui optime leges condiderunt, ex mediocribus ciuibus fuere. nam & Solon huiusmodi fuit, vt apparet ex eius carminibus: & Licurgus (non enim erat rex) & Charondas, & plurimi aliorum. Patet autem ex his, & quia plurimæ respublicæ aut populares sunt, aut paucorum gubernationes. propter id enim quod in his frequenter pauci sunt medii, semper qui præualent (siue hi sint qui facultates habẽt siue populares qui mediũ transcendunt) per seipsos gubernationẽ agũt. itaque aut multitudo populi insurgit, aut paucorum potentia. Præterea, ex eo quia seditiones fiunt, & pugnæ inter multitudinem & opulentos, quibuscunq; vincere contingit, hi neque communẽ amplius habent rempublicã F neq; æqualem. sed quasi victoriæ præmium reportant rempublicam obtinere: & alteri popularem statum, alteri paucorum potentiam faciunt. Præterea qui principatum Græciæ habuerunt, hi ad propria respicientes rempublicam, aut popularem statum in ciuitatibus constituerunt, aut paucorum gubernationem, non ad ciuitatum illarum commoda respicientes, sed ad sua. atq; ita per istas causas effectum est, vt vel nunquam mediorum illa gubernatio extiterit, vel admodum raro, & apud paucos. vnus enim vir consensit solus ex iis qui antiquitus in principatu fuere, hunc gubernandi modum constituere. Iamque in ciuitatibus consuetudo obtinuit, non velle æquale, sed aut imperare quærere, aut victos obedire. Quæ igitur optima sit respublica, & quam ob causam ex his patet. De aliis autem rebuspublicis, cum plures populares & plures paucorum gubernationes esse di

* propensionem.

* pueriti.

fecimus, quæ prima ponenda sit, & quæ secunda, & quæ deinceps potior sit aut deterior, determinata optima, non erit difficile intue-ri. necesse est enim esse meliorem, quæ proxime huic accedit: dete-riorem vero, quę plurimum distat a medio, nisi ad suppositionem quis iudicet. dico autem ad suppositionē, quia multoties alia reipu-blicæ forma eligibiliori existente, nihil vetat aliam quibusdam ma-gis vtilem esse.

Quæ multitudo apta sit ad popularem aut paucorum gubernatio-nem. Et legislatores semper ad medios respicere de-bere. Cap. XII.




Vę autem respublica quibus, & qualis qualibus conferat consequens est tractare. sed capiendum prius est vniuersaliter de cunctis. Oportet enim partem illam ciuitatis quæ rempublicam stare vult, potentiorem esse, quā illa pars, quæ non vult rempublicam manere. Est autem ciuitas ex quali & quanto. dico autem quale, ceu libertatem, diuitias, disciplinam, nobilitatem. quantum vero, ceu multitudinem populi prævalentem. Fieri autem potest, vt quale existat vni ciuitatis parti, ex quibus partibus ciuitas est constituta: alteri vero quantum ceu maiorem esse numerum ignobilium quam nobilium, & pauperum quam diuitum. neque tamen tantum superare quantitate, quantum superari qualitate. propter hoc ad inuicem conferenda sunt. Vbi ergo superat pauperum multitudo eam quam diximus proportionem, hic popularis gubernatio exoritur, ac species singulę popularis status, secundum multitudinis exuperantiam. ceu si agricolarum multitudo plus posit, prima species: si multitudo * te nuiorum ac mercenariorum, vltima species. & sic de aliis, quæ sunt harum mediæ. Vbi autem ea pars, in qua sunt opulenti & nobiles, superat qualitate, quā deficiat quantitate, hic paucorum potētia gubernatioq; exoritur ac eodem modo singulæ species huius secundum exuperantiam istiusmodi hominum. Debet autem qui legem ponit in republica, semper ad medios respicere. siue enim ad paucorum gubernationem dirigantur leges, de mediis est cōiectandum: siue ad popularem statum, hos respicere debent. Vbi enim mediocrium superat multitudo, vel vtrūque extremum, vel alterum tantum, hæc respublica recipit stabilitatem. non enim est metus, ne quandoq; diuites cum pauperibus cōspirent contra mediocres. nū quā enim alteri seruire alteris vellēt. Quòd si communiorem aliquā quærunt, nullam aliā quā istā reperirent. nam per vices gubernate nō paterentur, propter diffidentiam quę inter eos existit. In cunctis vero locis arbiter est fidelissimus. arbiter autem medius, quantoque melior est gubernatio temperata, tanto durabilior. Aberrant etiam

* βαναύσων.

pleriq; illorum,qui optimates reipublicę gubernationes efficere vo- lunt, non solum in tribuendo nimium diuitibus, verumetiam in ex- cludendo plebem. necesse est enim procedente tempore, ex falsis bonis verum malum euenire. diuitum enim cupiditates plus haben di magis destruunt rempublicam,quam multitudinis.

De simulatis legibus paucorum, ac popularium contra se inuicem, ac earum temperamento: de gubernatoribus, & cur ex regia prius, in alias gubernationes facta sit mutatio.
Cap. XIII.



Vnt autem illa circa quę simulant, ac fallaciter prætexunt ad populum, quinq; numero: concio, magistratus,iudicia,armatura,exercitatio. Circa concionem quidem,licere omnibus adesse, sed pœna apposita diuitibus si non afsint, vel maiorem quã multitudini. Circa magistratus autem, non licere his qui censum habent magnum, renunciare magistratui, pauperibus autem licere. Circa iudicia vero,pœnam esse diuitibus nisi iudicent, pauperibus aũt impunitatem, aut illis magnam,his paruam pœnam. vt est in Charondæ legibus. Quibusdam vero locis,omnibus licet descriptis,in concionibus iudiciisque adesse. ꝙ si descripti sint & non exerceant, in pœnas incidũt permagnas,vt metu pœnæ vitent descriptionem,neque iudicia neq; conciones exerceant. Eodem modo circa arma, & circa gymnasia legibus statuunt. pauperibus enim licet nõ habere arma: diuitibus autem pœna constituta est, nisi habeant, & si gymnasio se non exerceant pauperes, nulla pœna est: diuitibus autem est pœna, vt alii metu pœnæ se exercere compellantur, alii qui nullam formident pœnam,non faciant. Hæc igitur paucorum potentię sunt machinamenta. In populari autem statu contra hæc, alia excogitant. Pauperibus enim salaria statuunt concionantibus atque iudicantibus: diuitibus autẽ nullam pœnam imponunt. Itaq; manifestum est,si quis velit iuste hæc tẽperare,ꝙ oportet vtrinq; assumere. & illis quidem salaria constituere,his aũt pœnam sic.n.omnes cõmunicarent. nam illo quidem modo, respublica fit alterorum solum. oportet quidem rẽpublicam esse ex iis solum qui arma possident. Census autem magnitudo definiri simpliciter non potest: sed considerata qualitate, attinet maximũ,vt qui participant republica sint plures quã ii qui non participant, hunc instituere. Volunt enim pauperes & honorum expertes, quietem agere,si neque contumelia eos quis afficiat,neque bona illis auferat. sed hoc non facile: non enim semper cõtingit vt qui rẽpublicam gubernant sint mites & humani. & consueuerunt quoties bellum est,grauiter ferre,nisi suscipiant alimenta,nã sunt egeni: & si quis alimẽta porrigat,cupiunt bellũ. Apud quosdam gubernatio rei

publicæ existit, non in iis qui ad armaturam sunt habiles, sed in iis qui exercebant arma. in Maliēsibus quidem gubernatio reipub. erat in istis:& magistratū creabant ex iis qui militabant. Primaque respublica apud Græcos constituta est ex his qui bellum gerebant, postea quam desierunt regna: ab initio quidem ex equitibus, nam robur belli tunc in equitibus habebatur. peditatus enim nisi ordo ac disciplina asit, inutilis est. huiusmodi autem disciplina & ordo antiquis illis temporibus nondum erat: ex quo fiebat, vt in equitatu robur belli haberetur. sed auctis ciuitatibus quæ in armis potentiam habebant, plures ad communionem reipublicæ recepti sunt. ex quo factum est, vt quas nunc respublica vocamus, tunc popularis status dicetur. Fuerat.n.antiqua ciuitatū gubernatio rationabiliter paucorum,& regia: propter paucitatem enim hominum non erat magnus numerus mediocrium. itaque pauci cum essent multitudine & institutione, magis ferebant ab aliis gubernari. Quam igitur ob causam plures sunt rerumpublicarum formæ,& quamobrem præter eas quæ dicuntur aliæ sint (neque enim popularis gubernationis vna est species, nec aliarum similiter) ac preterea quæ differētiæ sint inter eas, & quare accidat, & insuper quæ sit optima respublica, & vt plurimū dici possit,& aliarum qualis qualibus congruat, dictum est.

De partibus reipublicæ, consiliis scilicet, magistratibus, iudiciis, de consultandi potestate, & membris eius. Cap. XIIII.



Vrsus autem & communiter & separatim de vnaquaq; dicemus, eorum quæ post hoc sequūtur, conuenienti sumpto principio. Sunt ergo tres partes omnium rerumpublicarum in singulis, quarum studiosus legis positor cōsiderare debet vtilitatem: quibus bene se habentibus, necesse est rempublicam bene se habere,& gubernandi formas inter se differre, in eo q singulæ istarum differunt. Harū trium partium vna est quę versatur in publicis consiliis. Altera in magistratibus, hoc est quos esse oportet, & quam potestatem habere, & quemadmodum debeant creari. Tertia pars in iudiciis consistit. Ea pars quæ consulit, authoritatem habet de bello & pace, de societate belli ineunda vel dissoluenda, de legibus ferendis vel abrogandis, de morte, de exilio, de publicatione bonorum, & rationibus reposcendis. Necesse est enim vel omnibus ciuibus hæc omnia decernenda tribuere, vel quibusdam, ceu vni cuidā magistratui, aut vniuersalibus, vel aliis alia: vel quædam illorum omnibus, quędam quibusdam. Omnia igitur & de omnibus populare est: talem enim æqualitatem affectat populus. Sunt autem plures huiusmodi. Vnus si singulariter & non simul omnes: vt est in republica Teleclei Milesii, & in aliis.

aliis rebuſpublicis, deliberant magiſtratus ſimul collecti. ad magiſtratum vero vadunt omnes ſingulatim ex tribubus & partibus etiam minutis, donec tranſeat per omnes. congregatur autem populus ſolummodo pro legibus ferendis, & pro his quæ pertinẽt ad reipublicæ ſtatum, & pro iis audiendis quæ a magiſtratibus nunciantur. Alius modus eſt, omnes ſimul conuenire, aut ſolummodo ad magiſtratus creandos & ad ferendas leges, & pro bello vel pace, & ad rationes repoſcendas: in cæteris vero eos, qui magiſtratum gerunt, decernere ad ſingula deputatos, vel per electionem vel ſortem. Alius modus eſt, vt ad magiſtratus creandos & ad rationes depoſcendas conueniant omnes ciues, & ad deliberationem belli ſuſcipiendi, vel ſocietatis ineundæ: cætera vero magiſtratus exequantur per electionem creati quod fieri poteſt. tales vero ſunt quot exercere neceſſarium eſt eos qui ſciunt. Quartus modus eſt, vt omnes de omnibus conuenientes deliberent, magiſtratus vero de nullo ſtatuant, ſed tamen primo loco ſententiam dicant: quemadmodum fit in extrema illa gubernatione populari, quam in paucorum gubernatione ſpeciei illi violentæ, et in gubernatione vnius tyrannidi correſpondere diximus. Hi ergo modi populares omnes. Quoidam vero de omnibus paucorum potentiæ. habet autem & hoc differentias plures. quando enim a mediocri cenſu fiat aſſumptio, & multi aſſumentur, propter eam cenſus mediocritatem, & quæ lex vetat non mouent, ſed ſequantur, & liceat poſsidenti cenſum, habere, paucorum eſt huiuſmodi gubernatio, ſed tamen ciuilis propter eius mediocritatem. Quando vero non omnes participes ſunt, ſed qui eliguntur, & ſecundum leges gubernant, vt & prius, paucorum potentia eſt. Quando autem ipſi ſe eligunt, qui deliberandi authoritatem habent, & quando filius patri ſuccedit, ac domini ſunt legum, neceſſe eſt huiuſmodi gubernationem eſſe paucorum potentium. Sed quando aliquorum aliqui, ceu cum de bello & pace, & repetendis rationibus vniuerſi: de aliis autem magiſtratus electi, vel ſorte aſſumpti optimatum, id eſt, vel eius quæ appellatur reſpublica. Quod ſi de quibuſdam electi, de quibuſdam vero ſortiti, & ſortiti vel ſimpliciter, vel ex prælatis, vel cõmuniter electi ac ſortiti, partim optimatũ eſt, partim reipublicæ ipſius. Diſtinguitur ergo ea pars, quæ in conſulendo deliberãdo ue conſiſtit in hunc modum pro natura rerumpublicarum: & adminiſtratur vnaquęq; reſpublica ſecundum huiuſmodi terminationem. Confert autem & gubernationi illi, quæ nunc maxime videtur eſſe popularis (dico autem ei in qua populus dominus eſt etiã legum in deliberando, ac melius diſponendo) hoc idem facere in cõmunibus, quod fit circa iudicia in paucorum potentia. imponũt enim pœnam illis quos iudicare volunt, vt iudicent: populares vero mercedem ſtatuunt pauperibus. Confert & hoc idem circa conciones agere. melius enim deliberabunt, ſi omnes conſilio inter ſint, po

D pulus quidem cum nobilioribus, isti autem cum populo. Confert etiam per electionem assumi eos, qui deliberaturi sunt, vel per sortem æqualiter ex partibus ciuitatis. Conferret etiam si plurimum excellat multitudo plebis eos qui sunt in gubernanda republica peritiores, vel non omnibus mercedem tribuere, sed quantum respondet numero nobilitatis, vel sortiri plures. In paucorum vero gubernationibus, aut eligere quosdam ex multitudine, aut tale aliquid constituere, quale est in quibusdam ciuitatibus, quos appellant præconsultores ac legum custodes, ac de his solummodo rebus ad consilium referre, de quibus isti ante deliberauerint. Per hunc enim modum populus interueniet in deliberando, nec tollere quicquam de republica valebit. insuper aut illa decernere poterit populus, aut nihil contrarium illis, quæ præponentur: vel considerandi quidem omnes participes facere, deliberandi vero magistratibus potestatem relinquere. Et oppositum eius facere, quod fit in populari statu. populi enim decretum in condemnando ratum non fit, sed ad magistratus rursus referatur. quod contra fit in popularibus. magistratus enim absoluendi, domini sunt omnino: condemnandi vero non, sed ad populum habetur recursus. De cōsultando igitur & deliberando, eiusq; potestate, in hunc modum determinatum sit.

De magistratibus propriis. qui necessarii, & honesti, & de magistratuum constitutionibus. Cap. XV.



Onsequens his est circa magistratus distinguere. habet enim & hæc pars differentias multas: quotq; magistratus esse, & quarum rerum authoritatem habere oporteat, & pro quo tempore singulos: (nam alii semestres, alii breuiores, alii annuos, alii diuturniores statuunt magistratus:) & vtrum oportet esse perpetuos, an ad lon- C gum tempus, aut neutrum: an multoties eosdem, aut non eundem bis, sed tantum semel: & prætera circa constituendum magistratus, ex quibus oportet creari, & a quibus, & quomodo. de his enim omnibus oportet posse distinguere quot modis fieri posset, & qui quibus conferant gubernationibus reipublicę. Est autem nec hoc quidem facile determinare, quales magistratus sunt nuncupādi: indiget enim ciuilis societas multis præsidentibus. Quapropter non omnes, qui vel eliguntur vel assumuntur sorte, sunt magistratus existimandi: vtpote sacerdotes. hoc enim aliud quiddam ponendum est a ciuilibus magistratibus. Prætera qui pompas ducunt, & præcones, & legati qui eliguntur. huiusmodi enim curæ ciuiles aut omnium ciuium sunt ad vnam actionem, puta dux eorum qui militant: aut secundum partem, vt mulierum puerorumque curatores aliæ dispensatiuæ. sępe enim eliguntur quidam ad distribuendam annonam.

aliç ministratiuæ,ad quas si opulenti eligantur,substituunt seruos. Maxime vero , vt simpliciter dicamus , illi sunt magistratus appellā di,qbus datū est deliberare de quibusdā,& statuere , & maxime hoc extremum.nam iubere imperiosius est. Verum ista quantum ad vsum D nihil differunt,vt ita dixerim.nondum enim determinata est huius- modi de nomine controuersia : habet autem quandam aliam intelle ctiuam considerationem. Quales aūt magistratus , & quot necessarii sunt ciuitati : & quales necessarii quidem , inutiles vero ad bonam reipublicæ gubernationem magis vtiq; quispiā dubitabit: & ad om nem rempublicam,& præsertim ad paruas ciuitates . Nam in magnis quidem licet , & debent singuli magistratus ad singula opera deputa ri . sufficit enim multitudo ciuium ad magistratus gerendos.quare alios cum intermissione magna temporis , alios semel duntaxat ge- runt:meliusq; singula curantur,quam si in multis cura nostra distra- hatur . Sed in paruis ciuitatibus necesse est in paucos , magistratus plures conferre . nam cum sit paucitas hominum,non facile est mul tos in magistratibus esse . qui enim postea forent sucessores horum? E indigent quandoque magistratibus eisdem & legibus , paruæ magne que ciuitates: nisique hç quidem, sæpe indigent eisdem , illis vero multo tempore intermisso id accidit . quapropter nihil prohibet multas simul curas illis demandare : non enim se impediunt . & pro pter hominum paucitatem necessarii sunt magistratus quidam,quasi luminaria obeliscis imposita . Si ergo dicere possumus , quot neces sarii sunt omni ciuitati,& quot non necessarii quidem sed opportuni facile quis sciens ista,coniungat,quales coniungere congruat in vnū magistratum . Debet etiam hoc non latuisse , quales conueniant secundum locum magistratus plurium curam habere , & qualium vbique in vnum magistratum potestate habere , ceu honestatis . verum in foro præfectum annonæ , & alium alibi , aut vbique eun- dem . & vtrum secundum negocia partiendum est , an secundum per sonas . dico autem , ceu vnum curam honestatis , alium puerorum , F & alium mulierum . & in rebuspublicis , vtrum differunt secundum vnamquanq; & magistratuum genus,vel nihil. ceu in populari statu, & paucorum gubernatione , & optimatum , & monarchia , vtrum idē sunt magistratus potestatem habentes,sed non ex æqualibus,aut similibus,sed alii in aliis . veluti in optimatibus quidem ex homini bus doctis,in paucorum autem potentia ex opulentis, in populari sta tu ex ingenuis . vel existant quidam secundum istas differentias ma- gistratuum , & alicubi conferat eosdem esse , alicubi diuersos . ali cubi enim congruit magnos esse , alicubi paruos eosdem magistra- tus . Veruntamen sunt aliqui proprii, ceu eorum* qui ante deliberāt. hæc enim potestas non est popularis, consilium vero populare opor- tet enim esse aliquid tale , cui cura sit populum consilio præuenire, ne ociosus sit . hi autem si pauci sunt numero , paucorum potentia

* πρόβουλοι præconsultores.

A est. est autem necesse vt illi sint pauci, qui ante deliberant: itaquẽ paucorum potentia est. sed vbi sunt ambo hi magistratus, illi qui ante deliberant consiliariis constituunt. consiliarius enim popularis: qui vero ante venit in consulendo & deliberando paucorum potentiæ. Dissoluitur etiam potestas consilii in huiusmodi gubernationibus, in quibus populus ipse conueniens de omnibus constituit. hoc autem accidere consueuit, cum est vtilitas quędam aut merces constituta his qui in contentionem conueniunt. ociosi enim conueniunt per sępe, & de cunctis ipsi statuunt. Qui aũt puerorum curam habẽt & qui mulierum, & si quis alter est qui potestatem habet & curam huiusmodi, optimatum id est & non populare (fieri enim non potest, vt prohibere pauperũ mulieres alterius sit quam paucorũ potẽtiæ) cum mulieres ipsorum in delitiis viuant. Sed de his quidẽ catenus dixisse nunc satis sit. De constituendis autem magistratibus conandum est iam transigere. Consistunt autem differentiæ in tribus definitionibus, quibus compositis necesse est omnes modos esse comprehensos: vnum ex tribus est, qui sint illi qui magistratus constituant: alterum, ex quibus constituatur: tertium per quem modum. Cuiusque vero istorum differẽtiæ sunt tres. aut enim ciues oẽs constituũt, aut quidam: & vel ex omnibus, vel ex quibusdam determinatis: ceu per censum, vel per genus, vel per virtutem, vel per aliud quiddam tale, quale apud Megarenses, ex his qui vna cum populo ad bella cõiuncti redierunt. & hoc aut per electionem, aut per sortem. Rursus autem hæc simul conduplicata. dico autem hæc, ceu quosdam aliqui, quosdam omnes: & quidam ex omnibus, & quidam ex quibusdam: & quidam electione, quidam forte. Vniuscuiusque istorum differentiæ modi erunt quatuor aut enim oẽs ex omnibus per electionẽ aut omnes ex omnibus per sortem: & vel ex cunctis, vel quasi diuisim per tribus & conuentus & societates, quousq; transeat per vniuersos ciues: aut semper ex omnibus, & partim sic, partim illo modo.

C Rursus vero, si pauci sunt illi qui constituunt magistratus, aut ex omnibus per electionem, aut ex omnibus per sortem, aut ex quibusdam per electionem, aut ex quibusdam per sortem, vel partim isto modo, partim illo: dico autem quędam ex omnibus per electionem, quędã per sortem. atq; ita duodecim modi efficiuntur seorsum, duobus cõduplicatis. Horum autem duæ constitutiones sunt populares, hoc est oẽs ex omnibus electione, vel sorte: vel partim sorte, partim electione. At enim non omnes simul, sed ex omnibus constituere, vel ex quibusdam, vel sorte vel electione, vel vtroque modo: aut partim ex omnibus, partim ex quibusdam vtroq; modo. dico autem vtroq; modo, partim sorte partim electione illius speciei est, quæ appellatur respublica. Quosdam vero ex omnibus constituere, partim electione, partim sorte, aut vtroque modo hos quidẽ sorte, illos autẽ electione, paucorum potentiæ est, multoq; magis si vtroq;. sed quosdã

ex omnibus, quosdam ex quibusdam, ciuile optimatum: vel quosdam electione, quosdam sorte. quosdam vero ex quibusdam, paucorum potentię, etiam si per sortem fiat vel non fiat: & quosdam ex quibusdam vtroq; modo: quosdam autem ex omnibus, & ex quibusdam omnes per electionem optimatum. Modi igitur circa magistratus tot sunt, & distinguuntur ita scdm rerũpublicarum formas. Quibus autem quibus conducant, & quomodo constitutiones eorum faciendæ sunt vna cum potestatibus magistratuum, & qui sint hi, manifestum erit. dico autem potestatem magistratus, ceu circa redditus authoritatem habere, & circa custodiam alia enim potestatis species, quemadmodum circa bellum, & circa contractus forenses. D

De iudiciis, & eorum speciebus, & de modis iudiciorum.
Cap. XVI.



Reliquum ex tribus est, de iudiciis dicere. Capiendi vero sunt istorum modi per eandem viam. est enim differentia iudiciorum in tribus terminis, ex quibus, & de quibus, & quomodo. Dico autem ex quibus, vtrum ex omnibus vel ex quibusdam. de quibus, quot species iudiciorum. quomodo, vtrum per sortem vel per electionem. Primo igitur distinguamus quot sint iudiciorum species. Sunt autem octo. Vnum, rationes reposcere. Alterum si publice quis cui iniuriatus sit. Aliud, quot ad statum ciuitatis pertinent. Quartum, ex magistratibus & priuatis hominibus, quęcunque circa pœnas versantur. Quintum, de priuatis contractibus habentibus magnitudinem. ac prӕterea de homicidiis, & peregrinis. Homicidii rursus species, siue in ipsis iudiciis, siue in aliis ex prouidentia fecerit vel inuitus, & quocunq; cõfitemur quidem facta, sed de iure controuersiam facimus. & ꝙ pro homicidio exulantibus circa reditum statuuntur. vt Athenis dicitur, & quod in * Phreati iudicium. Cõtingũt autem talia & in omni tẽpore pauca & in magnis ciuitatibus. De peregrinis aũt vna pars est, si peregrinus cõtra peregrinum agat: altera, si peregrinus contra ciuem. Est insuper vltra hӕc omnia, de paruis rebus cognitio, quę drachmas quinq;, aut non excedant, aut parũ. oportet enim & de his ius dici: nec incidit in iudiciorũ multitudinẽ. Sed omittamus de his & de homicidiis & de peregrinis: dicamus autem de ciuilibus, in quibus si non recte iudicetur, seditiones ac rerum publicarum motus gignuntur. Necesse est enim vel omnes de omnibus supra dictis iudicare electione vel sorte: vel omnes de omnibus partim sorte partim electione: vel de quibusdam eorum aliquos, partim sorte, partim electione assumptos. hi ergo modi sunt quatuor. Totidem alteri, qui secundum partem. rursus enim ex quibus, & qui iudicant de omnibus per electionem, aut ex quibus de omnibus per

Marginal letters: B (beside "Capiendi vero"), E (beside "Athenis dicitur").

* Putei.

A fortem, vel partim forte, partim electione. vel quædam iudicia de eisdem ex sortitis & electis. Isti ergo, vt dictum est, sunt modi in prę dictis. Insuper eadem conduplicata, Vt quędam ex omnibus, quædam ex quibusdã, quædam ex vtrisq;. ceu si eiusdem iudicii essent, alii ex omnibus, alii ex quibusdam: & vel per sortem vel per electionem, vel ex ambabus. Quot igitur modi iudiciorum esse possunt, dictum est. Horum autem prima, popularia sunt, quęcunque ex omnibus vel de omnibus. Secunda, paucorum potentium, quæcunque ex quibusdam de omnibus. Tertia, optimatum & ciuilia, quæcunque partim ex omnibus, partim ex quibusdam.

ARISTOTELIS POLITICORVM

B

LIBER QVINTVS.

SVMMA LIBRI.

De rerumpublicarum mutationibus, seditionibus, earum caussis, ac medelis. De diuersarum specierum rerumpublicarum mutationibus, ac ipsarum conseruandarum modis. De regni, ac tyrannidis mutationibus, ac conseruatione.

De caussis mutationum rerumpublicarum, & de earum inæqualitate & æqualitate, & iusto & stabilitate. *Cap. I.*

C DE aliis quidem omnibus, de quibus dicere proposuimus fere dictum est. ex quibus autem mutãtur respublicæ, & quot ea sint & qualia, & quęnam sint singularum rerumpublicarum corruptiones & labes, & ex qualibus in quales maxime mutantur: præterea quæ remedia generaliter & specialiter cuiusq;, & per quæ maxime conseruari posit vnaquęq; rerumpublicarum, considerandum deinceps erit.

Oportet aũt prius illud principiũ assumere, ꝙ plures sunt formæ rerumpublicarũ. & in his confitentur quidem omnes iustitiã & conuenientem æquitatem, sed aberrant ab ea, vt est ante dictum. Nam populus cõstat ex iis qui cũ sint secundũ quid pares, putãt se simpliciter pares. Paucorũ vero potentia ex iis qui cum præstent aliqua re, se in cunctis præstare arbitrantur. opibus enim superantes, simpliciter

existimãt superare. Deinde vero illi quasi pares existentes in cunctis
dignum putant se parem portionem habere. hi autem quasi supe- D
riores sint, maiora sibi competere arbitrantur: maius enim inæquale.
Habeur vero omnes aliquid iustum sed simpliciter aberrant. Et
ob eã causam, quando non pro opinione sua vtriq; reportent de repu
blica, sediriones concitant. Omnium vero iustissime hoc facerent,
qui virtute præcellant: qui tamen minime omnium id faciunt. nam
hi simpliciter rationabile est vt soli præferantur. Sunt autem quidã,
qui pręstantes genere, plus habere se dignos putanr. Videntur nobi-
les esse illi, quorũ maiores virtute & diuitiis præditi fuere. hinc prin-
cipia & fontes, vt ita dixerim, seditionum oriuntur. Quapropter mu
tationes merito fiunt, quandoq; ex præsenti statu ad alium: ceu ex
populari gubernatione ad paucorum potentiam, vel ad popularem
ex paucis, vel ad rempublicam & optimatem ex illis, vel ad illas ex
istis. quandoq; præsentem gubernandi formam non quærunt muta-
re, sed in ea permanentes, pro se illam suscipiunt, vt paucorum po-
tentiam vel monarchiam. Insuper circa magis & minus: ceu vel pau E
corum potentiam existentem magis extendere vel coercere, vel po-
pularem statum ampliare vel restringere. Eodemque modo de aliis
speciebus ampliandis vel restringendis, vel in parte aliqua reipubli-
cæ mouenda, ceu magistratum quendam de nouo inducere, vel re-
mouere. vt apud Lacedæmonios ferunt Lysandrum tentasse regiam
potestatem tollere, & Pausaniam regem Ephoros. & Epidamni muta
ta est respublica, parte: cum pro tribuum præfectis, senatores crea-
uerunt. Apud Elienses vero necessariũ est illorum etiam, qui ver-
santur in republica dignitates inuadere, quando creatur magistra-
tus aliquis. Paucorum autẽ potentiæ erat in hac republica, q vnus
solus ad magistratum sumebatur. Vbique enim propter inæqualita-
rem oritur sedirio: disparibus tamen non existit proportio. perpetua
enim potestas regia iniqua foret, si esset in paribus. omnino enim
quærentes ęquũ in seditiones incidunt. At enim duplex est æquum: F
vnum numero, alterum dignitate. numero quidem, ceu multitudi
ne ac magnitudine idem, & æquum: dignitate autem dico, id quod
est secundum rationem ceu tria excedunt duo secundum æqualẽ nu-
merum, & hęc vnum. dico autem quatuor excedere duo, & hæc vnũ
æqua enim pars duo ex quatuor, & vnum duorum: ambo.n. medieta
tes. Farentes aũt simpliciter esse iustum id, qđ est scđm dignitatem,
contẽdũt, vt prius dictũ est. alii quia si in aliquo sint pares, se penitus
pares existimant: alii, quia si in aliquo præstãt, in cunctis se superare
arbitrãtur. Quamobrẽ duæ præcipue fiũt gubernãdi formæ, populus
scilicet. & paucorũ potentia. nobilitatem enim ac virtutem in verbis
quidem omnes fere vsurpant etenim qui re vera nobiles ac boni sint
nusquam centum reperiuntur: diuites autem multis in locis. Simpli
citer omnino secundum alterutrum statuere æqualitatem, impro-

bum est, patet autem ex eo quòd contingit: nulla enim huiusmodi re rumpublicarum recipit stabilitatem. Causa vero huius, quia impossibile est ex primo errore in principio commisso, non euenire ad extremum aliquid mali. quare opus est partim arithmetica æqualitate vti, partim ea quæ est secundum dignitatem. Veruntamen tutior est ac minus seditioni subiacet popularis gubernatio, quam paucorum. nam in paucorum gubernatione duæ gignuntur seditiones: vna inter seipsos, alia ad populum. in gubernationibus autem popu li, vna tantum seditio fit, ad paucorum potentiam. ipsis vero inter se, quod quidem dignum dictu sit, non accidit seditio populi. Insuper mediocrium hominum gubernatio, propinquior est populari gubernationi, quã illi quæ paucorum: quæ quidem est magis tuta, quã aliqua huiusmodi rerumpublicarum.

De seditionibus paucorum, & popularium: pro quibus rebus seditiones oriantur, & quæ sint earum causæ. *Cap. II.*



Vm vero consideremus quibus de causis seditiones mutationesq; rerumpublicarum euenerint, capienda sunt primo vniuersaliter principia, & causę earum. Sunt autem fere tria, de quibus ipsis primo succincte determinandum est. Videre enim oportet quemadmodum dispositi ad seditiones deueniunt; & quarum rerum gratia: & tertio quæ sunt initia ciuilium turbationum, ac seditionum inter ciues. Quòd quidem igitur disponantur ad res nouas appetendas, illa est potissima causa, de qua iam diximus. quia alii pares esse volunt his qui plus possunt, & nisi hoc fit non acquiescunt; alii vero se præstare dignos putantes, indigne ferunt nisi plus habeant. hæc autem quandoq; iuste cupiuntur, quandoq; iniuste. inferiores quidē vt pares sint, res nouas exoptant: & pares qui sunt, vt præstent.

6 Quemadmodum igitur dispositi sint qui res nouas quærunt, dictum est. Res autem, pro quibus contendunt, sunt lucrum, & honor, atq; his contraria. dedecus.n.& damnũ vel ipsorum vel amicorum fugientes, seditiones in ciuitatibus agũt. Causæ vero ac principia motus, vnde ipsi ita disponuntur, & pro iis de quibus diximus, sunt vt septem, sunt etiam vt plura. quorum duo sunt eadem cum illis quæ dicta sunt, non tamen eodem modo. propter lucrum enim & propter honorem irritantur inuicem, non vt acquirant sibiipsis, sed quia vident alios partim iniuste, partim iuste plus habere. Insuper propter contumeliam, propter mœtũ, propter prępotentiam, propter contemptum, propter incrementum excessiuum: præterea & alio modo propter verecundiam, propter negligentiam, propter pusillitatem, propter imparitatem.

Quo pacto ob dictas causas eueniunt seditiones.
Cap. III.

D



X quibus contumelia & lucrum, quam habeant vim, & quot causæ, fere est manifestum. * Superbia enim, & auaritia eorum qui gubernāt homines, prouocant contra se, & cōtra statum eius reipublicæ, quæ ista fieri patiatur. auaritia vero quandoque ex priuatis rebus fit, quandoque ex publicis. De honore etiam clarum est & quid valeat, & quomodo causa sit contendendi. ipsi enim inhonorati, & alios honoratos cernentes, seditionem aggrediuntur. Hæc autem iniuste quidem fiunt, cum præter dignitatem honorantur quidam, vel inhonorantur: iuste vero, cum scdm dignitatem. Propter præpotentiam autem, quando maior sit & potentior, vel vnus vel plures, qui scdm dignitatem & potentiam reipublicæ. consueuit.n. ex talibus fieri vnius dominatio, vel gubernatio violenta. Quapropter quibusdam in locis Ostracismo vtuntur, ceu Argis & Athenis. atqui melius erat ab initio prouidere, ne in huiusmodi potentiam augeri homines permitterentur, quā post contra auctos remedium quærere. Propter metū vero ad seditionem deueniunt, qui pœnas formidant ob maleficia commissa: & hi contra quos paratur violentia, præuenire volentes, prius quā malum patiantur. vt apud Rhodum nobilitas contra plebē insurrexit metu iudiciorum, quæ sibi parabantur. Propter contemptum vero ad seditiones deueniunt. ceu in paucorum potentia, qñ plures sunt illi, qui a republica excluduntur. potētiores.n. se putāt. Et in populari statu, opulenti contēnentes inordinationē & incuriam eorū qui gubernant. ceu apud Thebanos post pugnam in Onophytis cōmissam, mala gubernatione popularis status interiit. & in Megarensibus, ceu per inordinationem & negligentiam magistratuū superati sunt. & Syracusis ante Gelonis tyrannidem. & Rhodi populus, antequam contra insurgeretur. Fiunt etiam propter incremē- E tum mutationes rerumpublicarū. vt enim corpus ex partibus suis constat, & oportet eas simul pro modo quanq; suo crescere, vt conueniens permaneat, ac nisi hoc fiat corrumpitur (ceu quādo per quatuor cubitorum sit, cæterum vero corpus duarum palmarum longitudinem habeat: interdum vero & in alterius animalis figuram transiret, si non solum quantitate, verumetiam qualitate immoderatum haberet incrementum) ita & ciuitas ex partibus constat, quarum interdum aliqua paulatim succrescit, ceu egenorum hominum multitudo in popularibus gubernationibus & rebuspublicis. Contingit vero quandoque id per fortunam: velut apud Tarentum cum superati prælio ab Iapygensibus, nobilitatis magnam partem amisissent (fuit autem id prœlium paulo post id tempus, quo Medi Grȩciam inuaserunt) ad popularem statum ex republica est facta mutatio. Et Ar-

giui post cædem suorum in Hebdoma a Cleomene Spartiata factā, coacti sunt inquillinos quosdam ad rempublicam recipere. Et Arhenis, cum terra male pugnaretur aduersus Lacedæmonios, nobilitas attenuata est, cum ex descripto submittere se ad bellum cogeretur. Contingit autem hoc & in popularibus gubernationibus, rarius tamen. pluribus enim diuitibus existentibus, vel diuitiis in pluribus auctis, mutatio fit in paucorum potentiam. Mutantur etiam respublicæ absque seditione propter verecūdiam: vt in Heræa. cum enim per electionem sumere magistratus solerent, postea sortiti sunt, ex eo quod electiones eorum in homines turpes pudendosq; cadebant. Et propter negligentiam, quando sinunt ad summas potestates eos assumi qui non sunt amici status eorum: per quem modum apud Horeum euersa est paucorum gubernatio per Heracledorum, qui magistratum nactus gubenationem ciuitatis ex paucorum potentia ad popularem statum traduxit. Insuper propter pusillum. dico autem pusillum, quando latet paulatim subcrescens reipublicæ mutatio, quæ ad magnitudinem latenter euadit, si negligatur. quemadmodū apud Ambrociotas a paruo censu prius erant magistratus, tandem vero a nullo: quasi nihil aut prope foret inter parum & nihil. Seditiones quoq; concitat peregrinitas, donec in eandem simul conspirationem deuenerit. vt enim non ex quauis multitudine constituitur ciuitas, ita etiam neq; in quouis tempore. Quapropter quicunq; ad huc inquilinos susceperunt vel aduenas, omnes fere seditionibus iactati sunt. ceu apud Sybarim vna cum Trezeniis incoluerūt Achæi: postea maiorem in numerum cresentes Achæi Trezenios pepulerunt. vnde * pollutio illa exorta est Sybaritis, & Thuriis. Idem fecerunt Sybaritæ contra eos qui illos receperant. nam plus habere volentes, quasi de suis agris pulsi sunt. Et apud Bizanrium peregrini in oppressionem ciuium coniurati, cognita re, prælio & armis expulsi sunt. Et Antissæi exules ex Chio susceptos, tandem armis deiicere coacti sunt. Zanclei vero, qui Samios receperunt, mox ab eis sunt propria ciuitate deiecti. Appolloniatæ qui sunt in Ponto, incolis receptis, seditione agitati sunt. Et Syracusani post tyrannos expulsos, cum hospites & conductos milites fecissent ciues, in seditionem & prælium inciderunt. Et Amphipolitę, receptis Chalcidensium colonis, pulsi tandem ab illis sunt fere oēs. Seditionem aūt cōcitant, in paucorum quidem potentia, multitudo indigne ferens, vt dictum est prius, quod cum ipsi sint pares, non pariter honorantur. In populari vero statu nobilitas, quod par fiat cæteris, cum ipsi sint pręstantiores. Incidunt etiam quandoq; in seditionem ciuitates propter situm, quando talis est locus, vt non ad vnam eandemque gubernationē sit aptus. vt Clazomoniis accidit, qui in Chytro habitant, cōtra eos qui habitāt in insula. Et Colophoniis erga Notios. Athenis quoq; non eudē modo, sed multo magis populares sunt, qui in Py-

* ἄγος

ræq habitant quam qui in vrbe. vt enim in prœliis trāſitus foſſarum, etiam ſi admodum paruæ ſint, interrumpit ordines militum, ita & in ciuitate * diffidentia omnis videtur diſiunctionem facere. Maxime forſan diſſident virtus & vitium: deinde paupertas & diuitiæ, & alia magis quā alia; quarum vna eſt illa, de qua diximus.

* diſsimilitudo.

De medelis, & documentis circa ſeditiones,
Cap. IIII.




ORiuntur autem ſeditiones non pro paruis rebus, ſed ex paruis ad magna proueniunt. maxime etiam paruæ corroborantur, quando in principalibus fiunt, vt contigit Syracuſanis antiquitus. Mutatus eſt enim ciuitatis ſtatus propter duos adoleſcentes, qui in magiſtratu conſtituti, ſimultatem inter ſe habuerunt ex amatoria cauſa. altero enim abſente (cum ſodalis eius eſſet) alter puerum, quem amabat, ſibi conciliabit. at ille reuerſus, cum id grauiter ferret, vxorem illius habere ſtuduit. ex hoc, omnes qui verſabantur in republica, diuerſo fauore diuerterunt. Quamobrem ab iſtis principiis cauendum eſt diligenter, ac diſſoluendæ ſtatim ſunt eorum diſcordiæ, qui multum in republica poſſunt. In principio enim peccatur. principium autem dicitur eſſe dimidium totius, itaque paruum in principio errorum, correſpondens eſt ad alias partes. Omnino autem excellentiū virorum diſcordiæ totam poſt ſe trahunt ciuitatem: vt cōtigit apud Heſtiæam poſt popularem ſtatum. Duobus enim fratribus de diuiſione patrimonii contendentibus, vnus eorum qui erat pauperior, quaſi non exhibente altero fratre bona omnia, neq; theſaurum quem pater inuenerat, proferente, quærebatur, ac populum in ſuos fauores pertraxerat; alter vero qui diuitiis pollebat, locupletes ſibi aſciuerat. Et in Delphis ex fauore partium contentione exorta, principiū fuit ſeditionum omnium, quæ poſtea fuerunt in ea ciuitate ſecutæ. hic enim cum ſibi triſte augurium incidiſſet, vt venit ad ſponſam, ſuſcipere illam noluit. parentes vero puellæ quaſi ſpreti atq; contempti, ſacrorum quiddam eo ſacrificante iniecerunt, atq; vt ſactilegum accuſantes capite damnari fecerunt. Mitylenæ quoq; ſeditio ex hæreditate coorta, magnorum malorum fuit origo. indeq; bellum Athenienſibus contra Mityleneos ſuſceptum, in quo vrbs eorum a Pache te duce capta fuit. Timophane enim quodam opulento homine vita functo, cum duæ filiæ ſuperſtites fuiſſent, Doxādrus quidam dari illas filiis in matrimonium concupiuit. quod cum aſſequi non potuiſſet, alios ſibi prælatos dolens, res nouas moliri aggreſſus: Athenienſibus quibus erat publice hoſpes, bellum ſuſcipere perſuaſit. Et apud Phocenſes ſeditio exorta eſt ex hereditate inter Mnaſeam Mnaſonis patrem & Euthyeratem Onomarchi, hæc ſeditio Phocenſibus initium

tium fuit eius belli, quod sacrum appellauerunt. Mutatus est etiam Epidamni ciuitatis status ex nuptiis. desponderat enim quis filiam. cum vero pater sponsi magistratum gerens illi mulctam irrogasset, quasi despectus, omnes qui presenti ciuitatis statui infensi erant, per factionem ad se recipit. Fiunt etiam mutationes & in paucorum potentia, & in populari statu, & in ea quæ appellatur respublica, ex eo quod aliquod collegium vel alia pars ciuitatis famam sit vel augmētum maiorem in modū consecuta: vt apud Athenienses, Areopagitę consilium per tempora belli Persarum famam consecutum reipublicæ gubernandi formam seueriorem videtur fecisse. Et rursus naualis turba, ꝙ causa victoriæ Salaminensi bello fuisse videbatur, & ob eam victoriam principatum maris acquisiuisse ciuitati, popularem statum magis asseruit. Et apud Argiuos nobilitas, ꝙ in prælio contra Lacedæmonios apud Mantiniam vrbem commisso, magnam famam consecuta erat, popularem statum delere tentauit. Et apud Syracusanos multitudo vrbana, quòd causa victorię belli aduersus Athe-
B nienses videbatur fuisse, rempublicam mutauit ad popularem statum. Et apud Chalcidenses, ꝙ simul cum nobilitate ad opprimendum Phoxum tyrannum plebs insurrexisset, statim reipublicæ gubernationem suscepit. Et apud Ambraciam eodem modo, populus vna cum aggressoribus Periandro tyranno expulso, in seipsum gubernationem conuertit. Et omnino hoc latere non oportet, quòd qui potentiæ causa fuerunt, siue priuati homines, siue collegia publica, siue tribus, siue & pars aliqua ciuitatis, siue quęcunq; multitudo, seditionem commouent. aut enim qui honori illorum inuident seditionem faciunt, aut ipsi propter præualentiam parem habere cum cæteris, non acquiescunt. Mouetur quoq; respublica quando partes illæ ciuitatis, quæ contrariæ videntur esse, parificantur (ceu diuites & plebs) medium autem parum aut nihil omnino fit. si enim quæuis pars ita robusta fiat, vt ad illam quæ prędominabatur, proxime ae-
C cedat, non tolerat post hac discrimina subire. Quapropter & qui virtute præcellunt, nullam (vt ita dixerim) faciunt seditionem: pauci enim sunt, alii vero per multi. Vniuersaliter ergo in cunctis rebus publicis ipsius initia causæq; seditionum ac mutationū, in hunc modum fiunt. Mutatur aūt respublica quādoq; per vim, quādoq; per dolū. Per vim aūt aut statim, aut postea compellendo. nam & fraus duplex est, nonnunquam enim decepti ab initio, sua demum sponte recipiūt allum gubernādi modum. deinde postea violenter conseruāt. vt accidit cum quadringenti illi Athenienſium rempublicam susceperunt. affirmantes enim quòd Persarum rex pecunias ad bellum cōtra Lacedæmonios subministraret, ac in eo mentiti, nihilominus postea vi retinere gubernationem conati sunt. Interdum autem ab initio persuadentes, at postea rursus persuasis sponte ac volentibus retinent gubernationem. Simpliciter ergo circa omnes respubli-

cas, ex his quæ dicta sunt, contingit mutationes fieri. D

De mutationibus popularis gubernationis & earum modis. *Cap. V.*



Ed oportet in vnaquaque specie rerumpublicarum hoc idem considerare. Popularis ergo status maxime recipit mutationes, propter eorum hominum perfidiam, qui sunt quasi duces in populo. Hi enim priuatim, egregium quenq; calumniando, conspirare eos simul compellunt (cogit enim in vnum communis mœtus etiam eos, qui prius erat inimicissimi) publice vero multitudinem irritant. & hoc fere vbique in hunc modum fieri videmus. Nam & apud Coũ popularis status interiit, ob prauitatem eorum qui populum ducebant. nobilitas enim conspiratione facta, regimen ciuitatis arripuit. Et apud Rhodum. impositis enim pecuniis, quę conductis militibus solueretur, potentes quidam in populo pro se eas retinebant, eratq; id impedimento, quo minus ea redderentur, quę præfectis debebantur triennium. præfecti autem classis, cum pecunias non haberet, ac nihilominus nauigare ex lege cogerentur, veriti pœnam iudicii, cõspirationem inierunt ad popularem statum euertendum. Apud Heracleam quoque populus oppressus est illico post coloniarum emissionem, ob populi ductores. potentes enim quidam in populo, illatis iniuriis, nobilitatem expulerunt: illi vero postea conspirantes, & in vnum conuenientes, in vrbem reuersi, populum oppresserunt. Nec multo dissimiliter apud Megarenses popularis status interiit. Ductores enim populi, quo pecunias per bonorum publicationem haberent, multos e nobilitate pepulerant, vt tandem facta sit permagna exulum multitudo. exules ergo in vnum conuenientes prælio superarunt, oppręssoque populo paucorum potentiam constituerunt. Cõtigit hoc idem apud Cumas in populari statu, quem destruxit Thrasimachus. & apud alios fere quis inspiciat mutationes eodem modo contigisse. Interdum enim, vt gratificentur iniuriantes, nobilitatem conspirare faciunt, vel patrimonia æque diuidentes, vel redditus muneribus publicis subiicientes: interdum vero calumniantes, vt bona opulentorum publicari faciant. Vetustis quidem temporibus, quando idem erat potens in populo ac belli dux, populares res in tyrannidem mutabantur. & profecto antiquorum tyrannorum plurimi ex popularibus hominibus facti sunt. Causa vero, cur tunc fierent, non autem nunc, illa est, quòd tunc qui in populo maxime poterant, erant ex his qui bello gerendo præficiebantur. nondum enim dicendi peritiam habebant: nunc autem Rhetorica arte superuenientes, qui dicẽdi facultatem habent, populos ducunt quidẽ: sed quia imperiti sunt rerum bellicarum, tyrannidẽ inuadere non au-

dent, nisi vbi parum aliquid tale incidit. Tyrannides certe frequentius fiebant prius, quam nunc, & propter magnas potestates quibusdam commissas, ceu Mileti ex consulatu: multarum enim ac magnarum rerum potestatem habebit consul. Ac etiam ob id, quia tunc vrbes non erant magnæ, sed rure homines habitabant, ocium agentes præter quam ab agris. qui autem patroni erant in populis, cum viri militares essent, tyrannidem inuadebant. idq; agebant omnes, præstita sibi prius fide a populo, quę acquirebantur ex inimicitia aduersus opulentos. vt Athenis, Pisistratus per factionem contra Pediacos susceptam. et Megaris, Theagenes armentis opulentorum occisis, quæ iuxta flumen repererat pascentia. et Dionysius accusans Daphnæū & diuites, meruit tyrannidem Syracusis obtinere, propter inimicitiā nobilitatis, sibi fide a populo præstita, quasi popularis esset. Mutantur etiam respublicæ, ex consueta gubernatione in vltimam speciem popularitatis. cum enim per electionem sunt magistratus, non tamē B a censu, eligit autem populus ambientes populum magistratuū gratia, eo rem deducunt, vt sit populus dominus etiam legum. Remediū autem, ne hoc omnino fiat, vel vt minus fiat, illud est, vt tribus quidem magistratū eligant, non populus vniuersus. Popularium igitur statuum mutationes fere omnes per has fiunt causas.

De mutationibus paucorum potentiæ, & earum modis. Cap. VI.



Paucorum autem gubernationes mutantur per duos maxime modos manifestissimos. Vnum, si iniuriis afficiant multitudinem. quilibet enim patronus sufficit, & maxime si ex numero paucorum dux aliquis existat. quemadmodum in Naxo Lygdamis, qui tyrannidem postea Naxiorū inuasit. Habet aūt etiam ex aliis initium seditionis C differentias. quandoq; enim ab ipsis opulentis, qui non honorantur magistratibus, fit dissolutio, cū perpauci sint illi, qui dignitates vsurpant: vt in Massaliensibus, & in Histro, & apud Heracliam, & in aliis ciuitatibus accidit. Nam qui honores nō susceperant, res nouas moliri non cessabant, donec ipsi quoq; honorarentur: primo quidem seniores ex fratribus, deinde iuniore. quibusdam enim locis non simul ad rempublicam gubernandam recipiuntur filius & pater: alicubi vero frater senior ac iunior. & illic quidem paucorum potentia ciuilior facta est. In Histro autem ad populum recidit. In Heraclia vero a paucioribus ad sexcentos deuenit. Mutata est & Gnidi paucorum potentia, seditione inter nobilitatem ipsam coorta, ex eo quòd pars eorum ab honoribus excludebatur. siquidem pater filium impediebat, & frater fratrem, nec nisi qui senior foret honorabatur. insurgēs enim populus per illorum discordiam, ac ducem nactus ex ipsa no-

bilitate, irruens peruicit. imbecillis enim aduersa pars erat. Et apud D
Erythrienses, in paucorum gubernatione regiarum vrbium antiquis
temporibus, licet diligenter curarent qui in gubernatione illarũ ver
sabantur, tamẽ quia perpauci erant, non tulit populus sed rẽpublicã
mutauit. Mutantur etiam paucorum gubernationes ex seipsis, pro
pter factiones ipsorũ qui plus posse apud populum volunt. Hoc aũt
dupliciter fit. quandoq; enim sibi asciscunt, & coniungunt alios ex
ipso numero paucorum: vt Athenis in triginta illis fecit Charicles,
& in quadringentis Phrynicus simili modo. quandoque vero ipsi,
qui sunt ex paucorum numero, vendicant sibi plebem. vt apud Laris-
sam, nobilitas plebem colebat, ex eo quia per plebem fiebat electio
magistratus illius, qui custodia reipublicę vocabatur: & in quibus-
cunq; gubernationibus paucorum, non illi ipsi eligunt ad magistra-
tus, qui & gerere illos possunt, sed ex censibus magnis tribuuntur,
vel ex aliquo corpore. electio tamen eorum per ciues fit, aut per ple
bem, vt Abidi, & vbi iudicia non sunt ex his qui rempublicam guber
nant, colendo plebem, quo eorum suffragia promereantur, rempu- E
blicam mutuant: vt apud Heracleã contigit quæ est in Ponto. qđ idẽ
accidit, quando in gubernatione paucorum quidam existentes, ad
pauciores etiam rempublicam trahunt pares enim cęteris esse quæ-
rentes, cõpelluntur populum in sui auxilium adhibere. Fiunt ẽt mu-
tationes in gubernatione paucorum, quando prodigaliter viuentes
qui gubernant, per luxuriam patrimonia consumpserunt. Optant
enim res nouas huiusmodi homines, tyrannidemq; vel sibi ipsis, vel
alteri affectant quemadmodũ Hipar Dionysium Syracusis. & Am-
phiboli Cleotimus Calcidenses colonos superinduxit, & cum venis-
sent, seditionem cum illis contra diuites fecit. & in Aegina qui nego
cium id Chariti Athenensi fecerat, res nouas molitus est, pp huius-
modi causam. Hi ergo homines consumptis patrimoniis, aut res no
uas commouent, aut rempublicã furtis expilant. itaq; seditiones aut
ab ipsis aut ab illis cõcitantur, qui eorum furta non tolerant: vt Apol F
loniæ quę est in Ponto accidit. Concors vero si sit paucorum guber
natio, ex seipsa non facile interiit. Huius signum est apud Pharsalum
vrbem reipublicę status: pauci siquidem in ea ciuitate gubernatores,
multorũ sunt domini, quia ipsi inter se recte ac debito more segerũt.
Euertuntur etiam, quando in paucorum gubernatione aliam pauco
rum gubernationem efficiunt: id est quando eorum, ad quos perti-
net gubernatio reipublicę, qui pauci sunt, selectio quędã fit, neq; ha-
bilitas est omnibus ad maximos magistratus, dignitatesq; posse assu
mi. Quod apud Elidem vrbem quandoq; contingit, nam cum pau-
corum esset gubernatio reipublicæ, admodum pauci eorum ad sena-
torium ordinem, quæ erat perpetua dignitas, peruenire poterant, ob
* ἢ ἀρίστοις id q̃ erat potentium † hic ordo ac persimilis Lacedæmoniorum sena-
tui. Fit autem mutatio gubernationis paucorum & in bello, & in pa-

A ce. In bello quidem, ꝙ populo diffidentes, conducto milite vti compelluntur, & qui illis preficitur, sæpe tyrannus euadit: vt Corinthi Timophanes. ꝙ si plures præficiuntur, ipsi sibi potentiam parant. in terdum vero ista formidantes qui regunt, populum recipiunt ad reipublicæ communionem, quoniam necessitas cogit populo vti. In pace autem propter diffidentiam, quam inter se habent, conductis militibus custodiam tradunt, præciuntq; illis virum aliquē, qui ad neutram partem magis inclinare videatur. at iste sæpe fit dominus partis vtriusq;. quod accidit in Larissa vrbe Leucadensibus, qui circa Samum rempublicam tenentibus, & apud Abidum tempore sodalitatum, quarum erat iphiadæ. Oriuntur etiam seditiones per exclusionem aliorum ab aliis factam, eorum ipsorum qui sunt in paucorum gubernatione, quando de nuptiis, vel de iudiciis concertant, quemadmodum de nuptiis supra diximus. In Erethria paucorum gubernatio equitum sublata est per Diagoram, qui affectus iniuria

B fuerat ex nuptiis. Ex iudicio autem apud Heracleam seditio extitit, & Thebis ob adulterii iudicium. Atqui vtroq; in loco non iniusta fuerat accusatio, sed per factionem pœna nimis exasperata: apud Heracleam quidem aduersus Eutionem, Thebis vero aduersus Archiā quos inimici peruincentes in foro ligari, ac ceruicem eius annulo ferreo includi fecerunt. Sæpe etiam paucorum gubernationes dissolutæ fuerunt ob nimiam dominationem, non probantibus quibusdam ex ipsis qui gubernabant, huiusmodi excessum: vt accidit his qui apud Gnidum, & apud Chium per paucorum potentiam gubernabant. Fiunt etiam casu mutationes illis quæ vocantur respublicæ, & gubernationes paucorum, vbicunq; a censu sumuntur ad deliberandū, & iudicandum, & ad cæteros magistratus. Sæpe enim constitutus primo censu ad præsens tempus, vt participent in paucorum quidem gubernatione pauci, in republica vero medii, *felicitate aliqua superueniente, vel per pacem, vel per aliam causam, con- * abundātia rerum.

C tingit easdem possessiones multo maioris prætii fieri. itaq; omnes efficiuntur habiles ad cunctos reipublicæ gradus, dignitatesq; suscipiē das. idq; contingit interdū sensim & latenter, interdū celerius. Paucorum igitur gubernationes mutantur, & seditionem recipiunt per huiusmodi causas. Omnino aūt & popularis status, & paucorū potentiæ conuertuntur interdum non in contrarias species, sed in eas quæ sunt proprii generis: ceu ex institutis popularibus & paucorum, in ipsa propria, & ex illis rursus in ista.

De mutationibus optimatum potentiæ, & earum modis. Cap. VII.

IN optimatibus autem seditiones fiunt, interdum quidem ex eo ꝙ pauci sunt bonorum participes, quod in paucorum gubernatione

diximus seditionem mouere. nam & optimatum gubernatio quodá modo paucorum est: in vtraque enim pauci gubenant, non tamen propter idem pauci, cum videatur propterea optimatum gubernatio esse paucorum. maxime vero id accidere necesse est, quando fuerit multitudo * aliter sentientium, quasi similis secundum virtutem, velut apud Lacedæmonios ii qui Partheniæ nuncupabantur (ex similibus enim erat) quæ deprehensos res nouas moliri, in coloniam Tarentum misere. vel quando aliqui inhonorantur, cum sint magni, & nihilo inferiores virtute quam illi qui honores capiunt, quemadmodum Lysander a regibus. vel quando vir fortis & magnanimi non sit particeps honorum: quemadmodum Cinadon ille, qui coniuratione facta per Agesilai tempora, Spartiatas opprimere tentauit. Præterea cum alii paupertate nimia premuntur, alii diuitiis abundabant: quod maxime in bello contingit. & accidit hoc Lacedæmoniis Messenensi bello. Ostendit hoc Tyrtæus poeta in illo carmine, quod inscribitur εὐνόμια. exhausti enim quidam per id bellum ac pauperes facti, censebant agros æqua portione ciuibus esse diuidēdos. insuper si quis magnus & potens, etiam maior fieri ac solus damnari velit. vt apud Lacedæmonios videtur Pausanias ille fecisse, qui dux belli aduersus Medos fuit. & apud Carthaginenses Hanno. Dissoluuntur autem maxime & respublicæ & optimatum gubernationes, propter transgresionem iustitiæ in ipsis factam. Huius autem origo est, non bene temperatam simul esse ac permixtam, in republica quidem popularem gubernationem & paucorum, in optimatibus vero ista simul atque virtutem, maximeque illa duo, popularem dico atque paucorum. hæc enim & respublicæ conantur miscere, & multæ illarum quæ optimates vocantur. differunt enim optimates ab illis quæ appellantur respublicæ in hoc: & ob id sunt aliæ earum minus, aliæ magis durabiles. illas enim quæ magis declinant ad paucorū potentiā, optimates appellant: illas vero quæ ad multitudinem, respublicas vocant. quapropter tutiores sunt illæ, quam aliæ. Fortius enim est id quod plus est, ac magis acquiescunt ęquum habētes. Qui vero diuitiis abundant si respublica excellētiam eis tribuat, contumelia cæteros afficere pergunt, nec par habentes conquescunt. Penitus enim ad quamcunq; speciem declinet gubernatio ciuitatis, in eam transmutatur, vtrisq; suum augentibus: velut respublica ad populum, optimate ad paucorum potentiam: vel in contraria, ceu optimatum gubernatio in popularem. tanquam enim iniuriam patientes, in contrarium trahunt, qui magis sunt inopes: respublica vero in paucorum potentiam transmutatur. solum enim stabile est secundum dignitatem æquum, & habere sua quę sunt. Contigit vero id quod modo diximus, in Thuriis. quod enim a maiore censu erat magistratus, in minorem facta est mutatio, & in plures gubernatores: & quia agros totos possidebat nobilitas contra legem (nam

* πεφρονηματισμένων, eorū, qui magnā de se cō ceperāt opinionem.

gubernatio eius ciuitatis erat ipsorum) itaq; plus habere poterant. At populus bello exercitatus, ac potentior affectus quam illorum cu stodes, nobilitatem compulit agros, qui contra legem tenebantur, dimittere. Insuper quia omnes optimatum species ad paucorum po tentiam declinant, nobilitas in illis plus habet: velut apud Lacedæmonios, opes & diuitiæ in paucis sunt, ac magnam licentiam habet nobilitas faciendi quodlibet,& cui velit gratificandi. quæ causa fuit, vt Locrorum ciuitas interiret, propter Dionysii clientelas. quod nō contigisset in populari statu, neque in ea optimatum gubernatione, quæ optime mixta & temperata fuisset. Maxime vero latent optimatum gubernationes, paulatim sese dissoluentes: quod quidem dictum est prius vniuersaliter de omnibus rebuspublicis, idque inter causas mutationis minuta paruitas appellatur. quādo enim omittunt aliquid ex his quæ ad rempublicam pertinent, ac deinde aliud paulo maius, facilius mouent, quousque totam moueāt reipublicæ formā. Quod in Thuriorum accidit republica. cū enim legem haberent, per quam non nisi in intermisso quinquennio *præturam gerere licebat, iuniores quidem rei militaris periti, & apud multitudinem famam habētes, cum cæteros, qui in rebus gerendis versabantur, spernerent ac facilitet se consecuturos arbitrarentur, legem totam illam tollere aggressi sunt, lata altera lege, vt liceret continue eosdem prætores esse. At enim magistratus qui præerant suffragiis, appellabantur ve ro consultores, commoti prius ad resistendum, tamen postea destiterunt, putantes, quamuis hac vna lege soluta, tamen cæteras esse permansuras. postea vero prohibere volentes, ne aliæ mouerētur, nihil proficere valuerunt, sed mutata est eorum respublica in potentiam eorum, qui nouas res aggrediebantur. Dissoluuntur vero cunctæ respublicæ interdum per seipsas, interdum per externam causam, quā do contraria gubernatio fit, vel prope vel longe quidem, sed admodum potens. quod quidem contigit Atheniensibus & Lacedæmo-
C niis. Athenienses enim vbiq; potentiam paucorum: Lacedæmonii vero vbique popularem statum euerterunt. Vnde igitur rerumpubli carum mutationes, seditionesque exoriantur fere dictum est.

* στρατηγεῖν.

De conseruatione rerumpublicarum modi viginti. Cap. VIII.



DE conseruatione autem earum, & communiter et seorsum de vniuscuiusque, consequens est vt dicamus. Illud ergo ante omnia patet, quòd si sciamus per quę corrumpuntur respublicæ, scimus etiam per quę conseruantur, contrarium enim contrarii effectus: corruptioni autem conseruatio est contraria. In illis igitur rebuspublicis quę laudabiliter permixtæ ac temperatæ sunt, illud est diligēter

obseruandum, ne quid ex legibus institutisq; moueatur, maximeq; ab eo cauendum, quod paulatim repit. latet enim corruptio, quia nō D
tanta simul fit: decipiturque mens ab illis, vt sophistica illa ratio, si vnumquodq; pusillum, & omnia. hoc autē est vt sit, & est vt nō. totū enim & omnia non pusillum, sed composita ex pusillis. vna igitur custodia aduersus hoc principium est opponenda. Deinde non confidere his quæ finguntur quodammodo, & adumbrantur ad populum: reprobantur enim ex ipsis operibus. qualia vero dicamus rerumpublicarum figmenta, superius est ostensum. Intueri licet quasdam respublicas durare non solum ex optimatibus, verumetiam ex paucorum potētiis, non quia per se ipsæ stabiles sint, sed quia hi qui gubernant, recte se gerunt, tam erga eos qui sunt extra rempublicā, quam erga eos qui in reipublicæ gubernatione versantur. Erga eos quidem qui non participes sunt gubernationis, non afficiendo ipsos iniuriis, ac præstantiores ipsorum ad participationem reipublicæ recipiendo, cupidosque honoris non deprimendo, neque multitudinem suis cō-
modis fraudando. Erga illos vero, qui socii in gubernanda republica sunt humane inuicem ac populariter se gerendo. æqualitas E
enim illa, quæ in populari statu affectatur, ea in similibus non solum iusta est, verumetiam vtilis. Quamobrem si plures sint in gubernatione reipublicæ constituti, eis permulta popularium institutorum vtilia sunt: ceu semestres esse magistratus, vt omnes qui similes sunt, adipisci valeant. sunt enim tanquam populus quidam illi, qui inter se pares ac similes sunt. itaq; in illis frequenter existunt, velut duces quidam populi, vt prius diximus. Deinde minus in potentias incidunt paucorum gubernationes & optimates. non enim similiter facile est latere male agentem in breui tempore magistratus & in longo. nam ob hoc, in paucorum gubernationibus, & popularibus tyrannides fiunt. aut enim hi qui maximi sunt in vtraq; tyrannidem inuadunt (hic ductores populi, ibi potentes) vel qui maximos gerūt magistratus, quando longo tempore durant. Conseruantur autem F
respublicæ, non solum ex eo quia procul sint a periculis, verum etiā interdum quia propinquæ sunt. homines enim formidantes, vigilantius intendunt ad reipublicæ custodiam. Itaq; oportet eos qui rempublicam saluam esse volunt, formidines quasdam parare, vt caueant neque dissoluant quasi nocturnam quandam custodiam, reipublicę obseruationē: & quod longe abest, propinquū facere. Etiā nobilium contentiones seditionesque, per leges quoque oportet custodire conari, & qui extra contentiones sunt eos ante capere, tanquam malum ab initio exoriens cognoscere non cuiusuis sit, sed ciuilis viri. Ad mutationes vero quæ propter censum fiunt, ex paucorum potentia atque ex republica, quando contingit hoc, manentibus eisdē censibus, aut pecuniarum copia facta, vtile est considerare vniuersum totius ciuitatis censum, ac præsens tempus ad preteritum con-

A ferre, nam in quibusdam ciuitatibus census agitur annuatim: in maioribus vero per triennium aut quinquenium. & si multiplicatus sit, ac multo maior factus quam prius erat ille, secundum quem statuta fuerat reipublicæ gubernandę habilitas, lege prouidere vt census vel augeatur vel relaxetur. siquidem excedat. augeatur secundũ multiplicationem: si vero deficiat, relaxetur ac minor fiat census taxatio. In paucorum enim gubernationibus, & in rebuspublicis nisi hoc fiat, hic paucorum gubernatio, ibi potentia nimia insurget illo autem modo ex republica quidem popularis status, ex paucorum vero gubernatione respublica, aut populus. Commune autem est & in populari, & in paucorum gubernatione & in omni republica, neque augere nimium quenquam supra modum, sed magis conari paruos & longi temporis honores præbere, quam confestim magnos. corrumpuntur enim, nec cuiusuis est hominis prosperitatem ferre. Quòd si accumulare dati sint alicui honores, non sunt simul omnes postea auferendi, sed paulatim. Maxime vero

B lege ita prouidere conandum est, ne alicui nimium sit excessiua potentia, neq; amicorum, neq; pecuniarum. quod si ita cõtingat, per absentiam remouendæ sunt huiusmodi hominum clientelę. Cum vero ex priuata etiã vita res nouę oriantur, magistratus cõstituẽdus est quidam, qui sit quasi in specula ad mores ciuium intuendos, ne quis ita viuat, vt reipublicæ nocere possit, in populari quidem statu, ne alienè viuat a popularitate. in paucorum aũt potentia, ne aliene a natura eius gubernationis. Eodemq; modo de aliis speciebus rerumpublicarum. Et si quid exultet prosperitateq; sit elatum in ciuitate, per partes obseruare propter easdem causas. cuius remedium est, semper contrariis partibus magistratus & res agendas committere. contrarias partes voco, ceu præstantes viros multitudini, & diuites pauperibus. Conandumque est vel admiscere pauperes cum diuitibus, vel medios augere. hi enim dissoluent seditiones ob impuritatẽ pro- * ἀνισονομία.

C cedentes. Maximum vero illud est in omni republica & legibus, &* cætera omni diligentia constituẽdum, ne ex magistratibus lucra proueniant. id autem maxime in paucorum gubernatione est obseruandum. leuius enim ferunt populi, qui ab republica excluduntur, quinimo gaudent, ꝙ sua agere non impediuntur. At si existiment eos qui magistratus gerunt ex repulica ditari, duplicem capiunt molestiam, & quòd ab honore excluduntur, & quod a lucro. Vnice vero contingit simul existere popularem statum & optimatum, si ita quis instituat: foret enim vt & nobiles & plebei haberent quæ vtrique vellent. Licere enim omnibus rempublicam gerere populare est: magistratus vero a nobilibus teneri, optimatum, hoc autem accidit, quando ex magistratibus non prouenient lucra pauperes enim magistratus nõ volent, si nil insit lucri, sed potius suis rebus propriis intendere, diuites autem quia non indigent ex repulica lucrari,

magiſtratus gerent. atque ita contiuget egenis quidem ditari ob operam rebus ſuis impenſam, nobilibus vero nō ſubiici cuicunq;. Ad hoc autem Vt non ſubripiantur pecuniæ publicæ, editio fiat ſecun- D rum præſentibus ciuibus omnibus, & deſcriptæ per ſocietates, & ordines, & rribus deponātur. Quòd vero magiſtratus ſint abſq; lu-cro, ſtatuēdi per legē ſunt honres, iis qui optime ſe geſſerint. Oportet autem in populari ſtatu diuitibus parcere, ac non modo poſſeſſiones eorum non auferre, ſed ne fructus quidem earu m: quod in quibuſdam ciuitatibus imprudenter fit. Melius etiam eſt volentibus prohibere, ne munera illa ſubeant quę ſint magni ſumptus, ac nullius vtilitatis, ceu choros exhibere & ludos & faces, inſtar Chiorum, & cætera huiuſmodi munera. In paucorum vero gubernatione, cura eſt pauperum ſuſcipienda dilligenter, & officia quibus ſunt ſalaria conſtituta, iſtis tradenda. & ſiquis diuitum eos contumelia affecerit, maior pęna eſt conſtituenda, quam ſi ipſi inter ſe idem feciſſent. Et ſucceſsio in hęreditatibus per cognationem fit, non per donationem. nec valeat quiſquam plures hęreditates capere, ſed vnam ſolum E modo. Per hunc enim modū magis æquales erunt facultates, & egenorum permulti ad abundantiam traducentur. Vtile eſt & in populari ſtatu, & in paucorum gubernatione, aliorum vel ęqualitatem vel præſtantiam tribuere his qui minus participant reipublicæ in populari quidem diuitibus, in paucorum vero gubernatione, egenis: exceptis tamen his magiſtratibus, in quibus ius authoritasque reipublicæ conſiſtit. hi enim ſolis iis qui ſunt ex republica, cōmitti debent.

Quas conditiones habere oporteat præcipuos magiſtratus ſuſcepturos. De præceptis, quibus ſtatus, aut paucorum potentia ſeruentur. Cap. IX.



Ria vero debent habere, illiqui principales magiſtratus ſunt ſuſcepturi. Primum Vt ament præſentem ciuitatis ſtatum. Deinde, vt habeant poteutiam maximam ad ea exequenda, quæ magiſtratus requirit. Tertium, vt habeant virtutem & iuſtitiam in vnaquaque F republica, ad ipſam rempublicam. niſi enim iuſtum idem ſit in cunctis rebuspublicis, neceſſe foret & iuſtitiæ eſſe differentias. Habet autem dubitationem, quando hæc omnia non concurrunt in eodem quemadmodum ſumere oportet. ceu ſi ſit quidam aptus ad rem militarem, ſit autem ille idem improbus, nec reipublicæ amator: alter vero iuſtus & amator, ſed ad rem militarem non aptus: cuius facienda ſit electio. Videtur inſpiciendum eſſe ad duo, cuius magis participent omnes, & cuius minus. Quapropter in re militari quidem ad peritiam magis quam ad probitatem eſt reſpiciendū: pauciores enim ſunt rei militaris periti, plures probitatis. Cōtra

A vero, in custodia & administratione ærarii: plus enim probitatis requiritur quam quantum habeant multi. scientia vero huius communis est omnibus. Dubitari enim potest, si potentia adsit reipublicæ & amicitia, quid opus est virtute? sufficient enim illa duo ad reipublicæ vtilitatem. An, quia fieri potest, vt duo illa habentes sint intemperantes: itaq; vt sibi ipsis non obtemperant sciētes & amantes seipsos, sic etiam erga rempublicam nihil vetat ita se habere quosdam. Simpliciter autem quæcunq; in legibus prodesse diximus, cūcta illam rēpublicam seruant. Et quod sæpe iam diximus, maximum fundamentum est, custodire vt potentior sit ea pars, quæ rempublicam saluam esse velit, quam illa quæ nolit. Præter hæc autem omnia, latere non oportet, quo modo latet eas respublicas, quę transgrediuntur medium. Multa enim quæ popularia videatur, popularem statum dissoluunt: multa etiam quæ paucorū esse videntur, dissoluūt paucorū gubernationem. qui vero existimant hanc esse vnam virtutē, trahūt

B ad excessum, ignorātes q̄ quemadmodum nasus excedit rectitudinē laudabilem ad aquilinum esse vel simum, sed tamen adhuc pulchritudinem ac gratiam retinet. at si quis magis trahat ad excessum, primo quidem abiicit congruentem mensuram partis tandem vero ita disponitur, vt non nasus appareat propter excessum ac defectum cōtrarium. eodem modo & de aliis partibus. Contingit autem hoc & circa alias gubernationes. nam paucorum quidem potentiam, & popularem sufficienter se habere contingit, & si transgrediantur ab optimo statu. quòd si quis intendat magis vtranque earum, deteriorem primum faciet rempublicam, tandem vero neq; rempublicam esse. Quapropter non ignorari oportet a legis conditore ac ciuili homine, qualia popularia seruent populi statum, & qualia paucorum apparentia euertāt paucorum gubernationem. neutra enim istarū videtur stare posse absq; opulentia & multitudine. sed quando adæquatio fiat facultatum, aliam necesse est esse rempublicam. itaq; dissol-

C uentes leges quæ sunt circa excessum, dissoluunt respublicas. Aberrant vero & in populari statu, & in paucorum gubernatione. In populari quidem ductores populi, vt multitudinem dominam legum efficiant. ob id enim faciunt semper ciuitatem opulentis repugnantē. at oportebat contrarium videri semper dicere pro opulentis. In paucorum vero gubernatione pro populo, eos qui rempublicam gubernant. & contra iurare quam nunc iurent paucos gubernantes. in quibusdam enim ciuitatibus nunc iurant, populum odio habebo, & cōsilio annitar vt male habeat. expedit autem simulare ac fingere contrarium, atque ita iuramentum concipere, non afficiam populum iniuriis. Maximum autem omnium quæ dicta sunt, ad reipublicæ stabilitatem est id, quod nunc paruifaciunt omnes, erudiri ad reipublicæ disciplinā. nihil enim prosunt vtilissimę leges quæ a gubernatoribus decernuntur, nisi in honoribus instituti & disciplina imbuti

* incontinentes.

in republica homines fuerint: si leges populares, populariter: si pau
corum potentiæ, ad hanc ipsam gubernationem. Nam si est in vno D
in temperãtia, est etiam in ciuitate. disciplina autem reipublicæ est,
non ea facere per quę lætentur pauci potentes aut populares, sed per
quæ valeant, illi quidem paucorum gubernationem tenere, hi vero
popularem. Nunc autem in paucorum potentia gubernatorum fi-
lii delitiis intendunt: tenuiorum autem filii gymnasiis laboribusq;
exercentur. itaque & volunt magis & possunt res nouas moliri. In po
pulari vero statu qui maxime videtur esse popularis, cõtra quam vti
le sit constitutum est. huius rei causa est, quòd male definiunt liber
tatem. Duo sunt enim, quibus popularis status definitur, potestate
summa populi, ac libertate. Iustum autem æquum videtur esse. ęquũ
* pręcipuũ. vero quodcunq; videatur multitudini, id esse * stabilitum. liberum
autem & æquum quodcunq; velit quis facere. itaq; viuit vnusquisq;
vt vult, in huiusmodi populari statu, & ad quod gliscit, vt ait Euripi
des. Sed hoc est prauum. non enim putandum est esse seruitutem, vi
uere ad formam reipublicæ, sed salutem. Ex quibus igitur mutantur E
respublicæ & corrumpuntur, & per quæ seruantur & permanent, vt
simpliciter dicamus, tot & talia sunt.

De mutationibus regni, & tyrannidis. *Cap. X.*



Restat nunc videre de vnius gubernatione, ex quibus cor
rumpatur, & per quæ seruari valeat. Fere autem simi-
lia ac propinqua sunt illis, quæ diximus supra de cęte
tis gubernationibus, illa quæ circa regnum, & circa ty-
rannidem contingunt. nam regia quidem potastas op
timatum gubernationi respondet: Tyrannis autem, ex paucorum
potentia illa postrema, & ex populari componitur. quapropter per
niciosissima est his qui sub ea sunt: vt pote ex duobus composita
malis, & transgressiones & delicta continens, que ex ambabus illis F
proueniunt. Existitq; generatio statim ex contrariis vtriq; istarum.
nam regia potestas pro tutela præstantium virorum contra populum
reperta est: & fit Rex ex præstantibus per excellentiam virtutis, vel
rerum gestarum quæ sint a virtute, vel per excellentiam huiusmodi
generis. Tyrannus verò originem habet a populo ac multitudine,
contra nobilitatem, vt populus iniuriam ab illis non patiatur. Patet
hoc ex ipsis his quę contigerunt. fere enim tyranni vt plurimum fa
cti sunt ex ductoribus populorum, fidem adepti ab initio propter ca-
lumnias contra nobilitatem iactas. Tyrannides igitur aliæ in hunc
modum constitutæ sunt, ciuitatibus iam auctis. Alię prius ex re-
gibus transgredientibus patria iura, & affectantibus magis domina-
ri. Alię ex electis ad principales magistratus: antiquitus enim po-
puli constituebant diuturniores administrationes & procurationes.

A Aliæ ex paucorum potentia, eligentium vnum aliquem ad maximos magistratus. Omnibus istis modis facultas fuit id perficiendi, si mo do voluissent, per potentiam sibi præexistentem, vel ex regia potesta te, vel ex honoribus a populo exhibitis. ceu Phidon apud Argos, & alii alibi regiam potestatem habentes tyrāni sunt facti. circa Ioniā vero tyrāni, & Phalaris, ex honoribus. Panetius quoq; in Leontinis, & Cypselus Corinthi, & Pisistratus Athenis, et Dionysius Syracu sis, & alii eodem modo ex fauore populorū, apud quos multum pote rant. Vt ergo diximus, regia potestas instituta est secūdm optimatum gubernationem. est enim secūdm dignitatem, vel per virtutem propri am, vel generis, vel per beneficia collata, vel per ista simul ac potētiā. Omnes enim qui maxima beneficia in ciuitates gētesq; contulerūt, vel qui eam facultatē habuerunt vt conferre valerent, hoc honore po titi sunt, alii bello conseruatis populis ne in seruitutem deuenirent, quemadmodum Codrus. alii a seruitute liberatis, vt Cyrus. alii quod

B condidissent vrbē, vel quod regionem acquisissent, quemadmodum Lacedæmoniorum, & Macedonum, et Molossorum reges. Vult autem rex esse custos, vt qui diuitias habent, nihil iniustum patiantur, nec etiam populus afficiatur contumeliis. Tyrannus autem, vt sępe iam diximus, ad nullam communem respicit vtilitatem, nisi gratia pro prii cōmodi. Est autem obiectum tyranni, quod placeat: regis, quod honestum sit. quamobrem & illa in quibus plus habent, sunt tyrannis quidem pecuniæ, regibus autem honores. & custodia regi a ciuibus suis est, tyranno aūt a peregrinis. Quòd vero tyrānis contineat illa mala quę sunt & popularis gubernationis & paucorum potentiæ, manifestum est. Ex paucorum quidem potentia finem esse diuitias. per has enim solas necesse est permanere, vt conductos retineat custodes, vt sumptus faciat in educādo, vt populo suo in nulla parte confi dat. itaq; arma ciuibus suis adimere, ac multitudinē populi concul care, ac ex vrbe pellere, & vacuā habitatoribus ciuitatē reddere, cōmu

C nia sunt vtrarūq;, paucorū.s. potentiæ, et tyrānidis. Ex populari aūt, vexare nobilitatē, clam euertere & palā, & in exiliū pellere, tanquā aduersarios & machinatores cōtra potētiam suā. Ex his.n. & cōsilia ad uersus eos iniri cōtingit, aliis dominationē affectātibus, aliis seruitutē fugientibus. Vnde Periandri consiliū Thrasybulo datū, supeminē tes spicas decerpe, tanquā oportunum fuerit eminētiores ciuiū de me dio tollere. Vt igitur fere dictū est, eadē principia mutationū sunt exi stimāda, & in rebuspublicis & in vnius gubernatione. per contumeliā enim, & per metū, & per contemptū insurgunt pleriq; subiectorū ad uersus dominantes. iniuriæ vero maxime per contumeliam, nonnun quā & per ablationē rerū fiunt. Sunt aūt & fines ibi tales, quales sunt circa tyrānides & regna. opes.n. & honores qui in tyrānis regibusq; maximi cōspiciūtur, affectant omnes. Insurgitur aūt quandoq; in cor pus dominātis, quādoq; in ipsam dominationē. Quādo.n. per cōtu-

meliam adducuntur homines ad insurgendum, impetus fit in corpus
cumque sint contumelię partes plures, vnaquęq; illarum cōcitat ad D
iram. irascentiū vero plurimi vltionis causa impetū faciunt, nō ca po
tentiæ. Quale fuit illud filiorum Pisistrati: ob contumeliā enim soro
ri Harmodii illatam, & ipsum Harmodiū cōpellatū, impetus in eos fa
ctus est, ab Harmodio quidē propter sororem, Ab Aristogitone aūtē
propter Harmodiū. Aduersus Periandrum quoq; Ambraciæ tyran-
num insidiæ factæ sunt, ex eo quia in potu quem amabat puerum in-
terrogauit, an nondum ex se prægnans esset. Philippus vero a Pausa-
nia occisus est, quia non vlciscebatur contumeliā sibi factam ab At
talo. Et amyntas paruus a Derda, quia iactaret se illius ętate abusum
esse. Et Eunchus ab Euagora Cyprio. ꝙ.n. mulier renueret eius filiū,
quasi contumelia affectus eū necauit. Plurimę vero inuasiones factę
sunt ex eo, quia in corpus verecundiā intulissent qualis fuit inuasio
illa Cratei aduersus Archelaum semper enim molesta illi fuerat cō-
suetudo eius. Itaq; parua etiam occasio sufficiens fuit, vel quia fi- E
liarū nulla sibi dederat, cū se daturū promisisset. sed primā occupa-
tus bello aduersus Syrrā Arabeū tradidit regi Elibiæ: alteram vero fi
liā minorē natu filio Amyntę cōiugauit: existimās per hūc modū mi
nime sibi fore aduersaturum ex Cleopatra genitū. sed indignationis
principiū extitit, ꝙ grauiter ferebat se ad libidinis gratiā haberi. Fuit
vna cū illo ad rem parandā Hellanocrates Larissęus ob eandem cām.
qđ enim abusus ætatę illius non, vt ꝓmiserat deducebat, ob cōtume-
liam id fieri ratus est, non ob amorem. Paron vero & Heraclides
Aenii Cotyn peremerunt,* patri mactantes. Adamas vero a Coty re- * vltionē su mētes patri.
bellauit, quasi contumelia affectus, ꝙ ab eo in pueritia exectus esset.
Multi etiam ob verberatū corpus vel interfecerunt ira perciti, vel im
petum fecerunt quasi contumelia affecti, & contra homines in pote-
state constitutos, & contra reges. vt Megacles apud Mitylenem Pē
thalidas circumeuntes & clauis pulsantes, cū amicis aggressus interfe
cit. & postea Smerdes verberibus cæsus, & a muliere tractus Penthi F
lon interimit. Archelai vero necis principes fuit Dechamnichus. is
enim primus cæteros aggressores commouit & irritauit. causa vero
fuit ira, ꝙ illum Archelaus Euripidi poetæ verberandū tradidisset.
erat vero insensus illi Euripides ob maledictum in ipsius insuauitatē
oris iactatum. Et alii complures tali de causa vel interfecti sunt, vel
in periculum insidiarum venerunt. Similiter quoque propter metum.
hæc enim vna ex causis est, vt in republica, sic etiam vnius in guber
natione. ceu Xerxem *Arthapobanes metuens calumniam de Da-
rio, ꝙ eum suspendisset Xerxe non iubente, sed putans illi veniam * Artapanes
esse datam propter cœnam, quasi ab ignoscente. Aliæ vero pro-
pter contemptum. vt videns quidam Sardanapalum regem inter eas
mulieres pensa diuidentē, si modo hęc fabula vera fuit: & si non illo,
attamen hoc in alio verū esset. Et Dionysiū posteriorē Dion inuasit,

A queũ contemnebat cõspiciens ipsum Dionysiũ semper ebriũ, & ciues Syracusanos ita se habere. Amicorum etiam quidam insurgunt propter contemptum. ob fidem enim eis adhibitam spernunt tanquam facultatem habentes clam moliendi, & putantes se dominationẽ obtinere posse, quodammodo per contemptũ inuadunt. Tanquam enim potentes & contemnentes periculum, propter suam potentiã faciliter insurgunt: vt duces quidam exercituũ aduersus principes suos. quẽadmodum Cyrus contra Astyagen, cuius & vitam & potentiam cõtemnebat, cernẽs & copias eius iã consenuisse, & ipsum in delitiis vitã agere. & Seuthes Thracius, cũ esset dux exercitus Amadoci. Quidam vero huiusmodi plurium gratia insurgunt, ceu propter contemptum, & propter lucrum: velut contra Ariobarzanem Mithridates. Maxime vero propter hanc causam insurgunt ii, qui sunt natura * superbi, & honorem habent ex rebus bellicis apud dominantes & principes. fortitudo enim potentiã habens superbia est, per quas ambas quasi faciliter superaturi eos aggrediuntur. Eorũ vero qui ob honoris *audaces.
B cupiditatem insurgunt, alius modus est causæ, vltra iam dictos. Non enim vt quidam tyrãnos inuadunt spe magnorum commodorũ magnorumq; honorum quos in illis cernunt, inducti, sic & qui ob honoris cupiditatem eos aggrediuntur: sed illi quidẽ vt ea sibi arripiant, quæ in tyrrãnis admirantur: hi autem, vt ex re gesta memorabili atq; egregia famam ac celebritatem nominis consequantur, non dominationem acquirere volentes, sed gloriam. Sunt tamen numero perpauci qui ob hanc causam moueantur: constituendum est enim sibi viuẽdum non esse, nisi rẽ confecerint: quibus adesse oportet Dionis propositum, sed non facile quidem est vt fiat in multis. ille enim cũ paucis militibus cõtra Dionysium profectus, ait quantumcunque progredi posset, satis id sibi fore, vt si vel parum terræ illius inuasisset, pulchrum iam sibi mori existimaret. Corrũpuntur aũt tyrannides, vno
C quidem modo, vt vnaquæq; aliarum rerumpublicarum ab extra, si aliqua sit contraria respublica robustior. nam voluntas quidem aderit, propter contrarietatem electionis: quæ autem volunt, omnes efficiunt, modo possint. Cõtrariæ vero sunt gubernationes, populus quidem tyrannidũ secundũ Hesiodum, vt figulo figulus. nã gubernatio populi illa postrema, tyrannis est. regia vero potestas & optima gubernatio, propter contrarietatẽ gubernandi. Quapropter Lacedæmonii multas euerterunt tyrannides, & Syracusani per id tempus, quo respublicę eorum recte gubernabantur. Alio autem modo corrumpuntur, cum in seipsis seditionem habent: quemadmodum circa Gelonem factum est, & nunc circa Dionysium. Gelonis enim filiũ Thrasibulus Hieronis frater per illecebras & voluptates traducebat, vt ipse dominaretur. domestici vero ac necessariis per factionem repugnabant, vt non tyrannis omnino dissolueretur, sed Trasybulus. verum alii inter hęc conspirãtes, eam occasionem nacti, ipsos

omnes pepulerunt. Dionysium autem Dion, cõtra eum copiis ductis
cũ esset affinis, suscepto populo, illum pepulit, ipse vero interfectus
est. Cumque duæ sint causæ, propter quas maxime contra tyrannos
insurgunt, odium scilicet, & contẽptus: odium quidem exillat opor
tet in tyrannos: ex contemptu autem plurimę fiunt euersiones. Hu
ius vero signum fuerit, ꝙ plerique eorum qui dominationes adepti
sunt, eas vsq; ad extremum conseruauerunt: sed qui ab illis suscepe
runt, cõfestim, vt ita dixerim, perierunt oẽs. in voluptatibus enim vi
uentes, efficiuntur facile cõtemnendi, ac multas præbent occasiones
opprimendi sui. Particulam vero quãdam odii debemus iram existi
mare. nam quodãmodo earundem rerum causa existit, & est interdũ
ira efficacior quã odium: vehementius enim insurgunt, quia pertur
batio illa non vtitur ratione. Maxime vero contingit vt ira deferan
tur, qui contumelia fuerunt affecti: per quam quidem causam & Pisi
stratidarum deleta est tyrannis, & multæ aliarum. Sed odium mag.s
ratione vtitur. nam ira cum dolore fit: quare non facile ratione vti-
tur: odium vero sine dolore. Vt autem summatim dicamus, quot- B
cunque causas diximus paucorum potentię illius postremę & nimię,
ac popularis gubernationis extremæ, totidem & tyrannidis causas
esse ponendum est. nam & hæ sunt diuisione tyrannides quędam.
Regnum autem ab his quę extra sunt, minimum corrumpitur, qua
propter & diuturnius est: ex se autem ipso vt plurimum euerti con-
tingit. Corrumpitur autem duobus modis. vno, si seditio oriatur
inter eos qui participes sunt regni: alio modo, si tyrannice guberna
re pergant, volentes esse domini plurium, & contra legem. Non fi-
unt nunc amplius regna, sed si qua fiunt, monarchiæ & tyrãnides ma
gis sunt, ob id, quia regnum spontanea gubernatio est, ac maiorum
proprie. & plurimi pares sunt, neq; vsq; adeo præcellẽtes, vt ad ma
gnitudinẽ dignitatemq; huius gradus se possint attollere. atq; ex eo
fit, vt sponte illi non pareatur. ꝙ si deceptione quis aut vi domine
tur, iam apparet hanc esse tyrannidem. In regnis aũt illis, in quibus
succeditur per genus, ponendũ est corruptionis esse causam, vltra il-
las quę supra sunt dictæ, quòd plerunq; contemnendi homines suc
cedunt in regnum, & ꝙ cum non habeãt potentiam tyrannicam, sed
regiam, superbiunt. Est enim facilis deiectio regis. si enim nolint,
statim non erit rex. at tyrannus etiam nolentium est. Corrumpun
tur ergo gubernationes vnius per has, & huiusmodi causas.

Per quæ, regna seruantur, & quibus modis retineantur tyrannides. Cap. XI.

SEruantur autem simpliciter loquendo, ex cõtrariis. singulariter
autem loquendo per deductionem illarum ad mediocrem mo-
dum. Quanto enim paucorum est potestas omnis, tanto maiori

tempore

A tempore necesse est eam durare. nam & ipsi et qui regunt minus superbiunt, magisque moderati fiunt, & illi qui reguntur inuident minus. Propter hoc enim & apud Molossos longo tempore durauerunt reges, & apud Lacedæmonios, ꝙ ab initio statim in duas partes diuisa fuerit regia potestas. Et postea Theopōpus ad mediocritatem magis illā deducens, Ephoros superaddit, potestate quidē minuens, sed tempore augens regiā authoritatem, vt faceret eam quodāmodo nō minorem sed maiorem. vt ad vxorem respōdisse ferunt dicentem, an nō erubesceret ꝙ filiis minorē potestatem regiā derelinqueret, quā a parentibus ipse accepisset: nō profectò, inquit, nam relinquo eis multo durabiliorem. Tyrannides vero seruantur duobus modis inter se cōtrariisimis. Quorum alter est is, quem per successionem traditū plurimi tyrannorum obseruant. Horum autem multa constituisse ferunt Periandrum Corinthium. multa etiam ex gubernatione Persarū est assumere. Sunt autem hęc, illa perniciosa, quę supra retulimus

B omni conatu a tyrannis fieri, quo dominationem retineant, veluti potentiores decerpere, & sapientes perimere. Et neque comessationes permittere, neq; sodalitates, neq; disciplinam neq; aliud quicquam tale, sed omnia cauere, vnde consueuerit oriri inter ciues intelligentia, & fides. Et neq; scholas, neq; conuentus aliquos scholasticos fieri concedere: & omnia facere, ex quibus ciues inter se quam maxime incogniti sint: cognitio enim fidem generat inter ipsos. Et satellites eius apparere semper, ac versari foris, quominus latere possit quid quisq; agat, assuefcātq; animū submittere per seruitutem continuā. et alia quecūq; talia Persica & Barbarica, tyrannidis sunt. cuncta .n. idem possunt. Et ne lateant conari, quęcūq; quis dixerit aut fecerit, sed esse exploratores. quēadmodū Syracusis hi qui traductores nuncupabantur, & auricularii, quos submittebat Hieron, vbicunq; foret cōgregatio aliqua vel conuersatio. minus enim audent qui hæc timent, & si audeant minus latere possunt. Calūniat quoq; inuicem, &

C committere amicos cum amicis, & plebem cū nobilitate, & diuites inter seipsos, & subditos ad paupertatem redigere, tyrānicę est prauitatis, vt neq; sumptus fiat in custodia, & illi quotidianis molestiis occupati vacare non possint ad consilia contra tyrannos ineunda. Exemplum huius sunt pyramides Aegypti, & donaria Cypselidarum & olympi ædificatio a Pisistratidis facta, & Policratis opera circa Samū. Hęc enim omnia fuerunt instituta ad otium, ad quietem populorū tollendam, & ad inducendā paupertatē per tributorum pensionē: vt etiam Syracusis factum est. Dionysio enim eam ciuitatem tenente, contigit Syracusanos in quinq; annorum tempore cunctas facultates suas in soluendis tributis consumpsisse. Studet etiam bellum concitare tyrannus, vt negociis occupentur ciues, & indigentia dutis continuo detineantur. Et regnum quidem per amicos seruatur: tyranni autē est maxime amicis diffidere, quasi velint omnes,

possint autem maxime amici eum subuertere. Et quæ sunt circa vl-
timam popularem gubernationem tyrannica sunt omnia: vt poten- D
tia mulierum domi, quò reuelent virorum secreta. & manumissio
seruorum eadem de causa. non enim insidiantur serui & mulieres
tyranno. & si prospere degant, necesse est beneuolos fore, & erga ty
rannidem, & erga popularem statum. nam & populus dominus esse
vult. Ex quo fit, vt adulatores apud vtrosque in honore habeantur.
est enim qui populum colit & ducit, populi adulator. Tyrannorum
vero qui assentando conuersatur: quod est opus adulatoris. nam
propter hoc prauos amicos habent tyranni, quòd adulationibus gau
dent. Id autem nemo faceret qui mentem habere libero homine di
gnam: sed amant boni viri, vel non adulantur. & vtiles praui ad pra
ua: clauus enim clauo, vt dicitur prouerbium. Nullo quidem hone-
sto, nulloque libero delectari, tyrannicum est: se enim solum esse ta-
lem, putat tyrannus. Qui autem subditorum vel honestati student,
vel libertati, minuere excellentiam & præeminentiam tyranni viden E
tur. Oderunt ergo illos tyranni, tanquam euersores potestatis suę.
Peregrinos etiam in conuiuia & familiarem vsum magis recipere
quã ciues, tyrannorum est: quasi illos quidem habeant hostes, hos
vero non aduersantes. Hęc & huiusmodi a tyrannis fiunt pro domi-
natione retinenda, nec quicquam omittunt prauitatis. Sunt autem
(vt ita dixerim) hęc omnia tribus speciebus comprehensa. Tria
enim cõiectat tyrannus. Vnum, vt animos imminuat ciuium. nemo
enim parui animi contra tyrannum insurgit. Secundum, vt ciues
inter se diffidentes reddat. non euertitur enim tyrannus, nisi ciuium
aliqui inter se fidem habeant. quapropter & bonos viros persequi-
tur, quasi pestiferos & aduersarios dominationi suæ, non solum quia
non acquiescunt in seruitute viuere, verum etiam quia fides eis & in
ter se, & ab aliis plurima adhibetur: neque accusant alios, neq; ipsi in
ter se accusantur. Tertium, impotẽtia agendi. nemo enim sibi impos
sibilia aggreditur: itaque neq; tyrannidem tollere, si potentia desit. F
Ad quos ergo fines referantur tyrannorum consilia, tres isti sunt. Ad
has .n. suppositiones tyrannica redigi possunt vniuersa, partim ne
confidant inter se ciues, partim vt potentia eis desit, partim vt pusil
lanimi efficiantur. Vnus ergo modus, quo vtuntur tyranni, talis est.
Alter vero modus, contrariã istis quæ dicta sunt, diligentiã facit. Est
aũt deprehẽdere ipsum ex regnorum corruptione. vt enim regni mo
dus corruptionis vnus est, gubernationem ipsam regiam magis redu
cere ad tyrannicam: ita tyrannidis conseruatio est, ad regiam guber-
nationem magis eam referre, vnum solummodo custodiẽtem, vt po
tentiã retineat, per quã non modo volentibus, verumetiam nolenti
bus dominari possit. nã si hanc abiiciat, simul abiicit & tyrannum es-
se. Sed hoc tanquã suppositionem quandam manere oportet: cætera
vero partim facere, partim quã optime simulare, vt regia gubernatio

videatur. Primum enim videri cõmunium commodorum curam habere, non effundentem largitiones tantas, vt ciues moleste ferant: quã doquidem ab illis capit operantibus ac laborantibus in sua tenuitate, donat vero scortis, & peregrinis, & histrionibus effuse: rationem reddentem eorum quę acceperit & expenderit. quod iam factum est a quibusdam tyrannis. sic enim administrans, non tyrannus videbitur, sed legitimus gubernator. nec erit ei formidandum, ne quandoq; sibi desinit pecuniæ, cum sit dominus ciuitatis, sed dispergẽtibus tyrannis ex propria domo. Et prodest hoc magis, quã relinquere congregatas. minus enim custodes ipsi cõtra tyrannũ ob res ipsas insurgent. Sunt aũt formidabiliores * absentibus tyrannis, qui custodiũt, quã ci- * ἀπόδημοῦσιν.
ues. nam illi quidẽ vna absunt, hi aũt remanẽt. Deinde redditus & impẽsas apparare oportet, tum gratia diligẽtis administrationis, tum etiã, vt si quãdo foret opus illis vti possint ad belli necessitates, omninoq; seipsum prębere custodem & quæstorem, nõ vt suarum pecuniarũ, sed vt cõmunium & publicarũ. Et videri velle nũ asperũ, sed cum grauitate honestũ, & talẽ, vt eum nõ timeant obuii, sed magis revereãtur. hoc aũt non facile eũ assequi, qui foret contẽnedus. Quapropter opus est, vt si non aliarũ virtutũ, at saltẽ ciuilis eũ curã habere, ac talẽ de seipso opinionẽ afferre. Insup non solũ ipsum videri nullis protinus ciuiũ contumeliã facere, sed etiã nemini illorũ qui circa eum sunt. Eodẽq; modo se habere mulieres suas erga cæteras mulieres. nam & per cõtumelias mulierũ permultę iam tyrannides periere. Et circa voluptates corporis cõtrariũ facere, quã nunc faciãt quidam tyrãni. non solum enim statim ab aurora id agũt, cõuiuãturq; per dies plures, verumetiam apparere volunt aliis quòd ita faciant, vt tanquam faciles beatosq; admirentur. Sed in talibus maxima erit moderatio adhibenda, vel saltem videantur illa fugere. non enim faciliter inuadi potest, nec faciliter contemni qui sobrius sit, sed qui ebrius: neque qui vigilet, sed qui dormiat. contrariumque agendum est supra dictorum fere omnium. corroboranda enim & ornanda ciuitas est ab eo, tanquam a curatore, ac non tyranno. Videri etiam oportet ipsum erga religionem Deorum affici vehementer. minus enim formidabunt populi, ne quid contra iustitiam fiat, si religioni deditum illum existimabunt, ac Deorum timorem habere: minusque contra illum audebunt insurgere, quasi Deos habeat * propitios & fauentes. Verumtamen oportet sine improbitate ta- * συμμάχους
lem videri, atq; eos viros qui aliqua in re laudabiliter se gesserint, honorare, ita vt non existiment vnquam se magis honorari a ciuibus suis, in libertate de gentibus potuisse. Hos autem honores ipsemet tribuere debet tyrannus: pœnas vero, & animaduersiones per alios infligere, per magistratus videlicet, & iudicia. Communis vero custodia omnis dominationis vnius, est neminem vnum præ cæteris magnum facere, sed plures: nam se inuicem custodient. Quòd si

quem extollere oporteat, non tamen eum qui sit moribus audax nã. D
huiusmodi homines aptissimi sunt ad inuadendum circa res omnes
Si vero cuiusquam potentia minuenda est, modice ac non vno simul impetu omnis potestas est auferenda. Insuper ab omni contumelia abstinendum, præcipue tamen a duabus: ne in corpus flagris, neue in ætatem libidine insultum agat. Maximeque id cauendum in illis hominibus, qui honorem magnifaciunt. nam in pecunias illatam iniuriam, auari homines grauiter ferunt: in honorem vero illatam, & qui boni sunt viri, & qui honorem magnifaciunt, permoleste patiuntur. quapropter aut non huiusmodi hominum opera vtendum est, aut animaduersiones in illos patrio more, ac sine vlla contumelia sunt faciendæ. In ætatem vero ex amore sit conuersatio, non ex licentia. denique hoc dedecoris omnino, impensione maiorũ honorum est redimendum. Eorum autem qui ad vim inferendam contra corpus tyranni insurgunt, illi sunt formidandi & cauendi, qui ita dispositi sunt, vt amplius viuere non curent, cum occiderint.
Quapropter maxime cauendum est ab his, qui vel seipsos, vel eos B
quos habebant charissimos, contumelia affectos putant. sine vlla enim cura propriæ salutis irruunt, qui per indignationẽ & iram aggrediuntur. quemadmodum & Heraclitus inquit, durum esse dicens pugnare aduersus iram: vita enim id emi. Cum vero ciuitates ex duabus constent partibus, ex inopibus scilicet & opulentis, maxime quidem de vtrisque partis salute cogitandum est ab eo qui gubernat, & alteros ab alteris nulla iniuria affici. Quicunque tamen eorum sint potentiores, hi præcipue sunt a gubernatione vendicandi, ac velut propri efficiendi. nam si hoc extiterit, neque seruorum liberationem facere compelletur tyrannus, neq; arma adimere. altera namque pars tyranni potentiæ adiuncta, sufficiens erit ad superandum eos qui contra insurgere vellent. Superfluum autem particulariter dicere de omnibus istis. intentio enim manifesta est, ꝙ oportet non tyrãnicum, sed tanquam patremfamilias & regem esse putari ab illis,
qui sub eo sunt, nec pro se capientem, sed pro communis vtilitatis F
cautela & cura, & mediocritatem in vita, sequi, non excessus. Præterea egregios viros per familiaritatem sibi coniungere, plebem vero ac multitudinem per fauorem & gratiam in obsequio retinere. Ex his enim necesse est non solum dominationem eius esse pulchriorem, & optabiliorem, ex eo quia melioribus imperet & non abiectis, neque affectis, neque ex eo quòd ipse neque odio sit neque formidetur: verumetiam ex eo quòd longiorem & durabiliorem eius dominationem fore contingat. Insuper moribus talem esse, vt vel recte se habet ad virtutem, vel semibonus quidam sit, & non malus, sed semimalus.

A *Quæ gubernationes minimum durant. Quæ fuerit Socratis opinio apud Platonem, & eius reprobatio.* Ca. XII.



Tqui omnium gubernationum breuissimę durare solent paucorum potentia, & tyrannis. Quippe illa quę plurimo durauit tempore Orthagoræ & filiorum, qui apud Sicionios tyrrannidem habuere, ad centesimum vsque annum peruenit. Durationis vero causa fuit, quod mediocritate quadam erga subditos vtebantur, multaq; legibus seruientes agebant. Et quia aptus rei militari fuit Clisthenes, non facile contemnendus habebatur. Plurimum vero conuersatione, & vsu familiari fauorem & gratiam hominum acquirebāt. fertur enim Clisthenes coronasse iudicem, qui victoriæ illius contradixerat. Aiunt quidā huius iudicis statuam esse illam, qui in foro sedet. Pisistratus quoq; fertur, aliquando apud consilium Ariopagi citatus iudicium subiisse. Secunda vero apud Corinthum Cypselidarum tyrrannis. nam ea durauit annis tribus & septuagintā & mensibus sex. Cypselus .n. ipse tyrannidem exercuit anis triginta, Periandrus vero quadraginta quatuor, Psammeticus autem Gordii annis tribus. Causa vero durationis eadem fuit. cum enim popularis esset Cypselus, ac gratia apud multitudinem præualeret, sine vlla corporis custodia in dominatione perseuerauit. Periandrus autem eius filius, magis tyrranice se gessit, sed vir erat bello egregius. Tertia Pisistratidarum Athenis. hæc autem non fuit continua: bis enim tyrāni depulsus fuit Pistratus. itaq; ex annis triginta tribus, solū annis septem & decē tyrannidem exercuit: filii vero eius annis decē & octo: atque ita omnes simul anni fuerunt quinq; & triginta. Ex reliquis vero illa quæ apud Syracusas fuit, Hieronis, & Gelonis, sed nō lōga fuit. hæc annis enim non amplius quā duo de viginti durauit. Gelō enim septem annis cum tyrannidem exercuisset, octauo defūctus est Hieron autem decem: Thrasybulus vero mense decimo excidit. cæterarum vero tyrannidū plerę; breui tempore durauerunt omnes. Quæ igitur sint tam circa gubernationes plurium quā circa gubernationem vnius solius, per quæ & corrūpantur & seruentur, fere dictū est de omnibus. In Republica vero Platonis Socrates de mutationibus loquitur, nec tamen recte. Illius enim reipublicæ, quæ est optima atq; prima, mutatio nulla propria assignatur. inquit .n., cā esse mutationis, quia sic natura comparatū sit, vt nihil permaneat, sed in ambitu quodam temporis mutationem recipiat. esse vero principium horū, inquit, quorū sesquitertius cubus quinario coniugatus duas ex hibet harmonias, inquiens, quando numerus diagrammatis huius efficiatur solidus, vt pote natura producente prauos, & meliores disci plina. Hoc ergo forsan inquit non male. fieri enim potest vt sint aliqui, quos disciplina institui, ac bonos fieri viros impossibile est. Sed

B

C

* a.l.quõ, hæc* non propria mutatio foret illius reipublicæ, quam optimam esse vult, magis quã aliarũ omnium, & vniuersorum quæ fiunt, & ex tempore, per quod inquit omnia mutari, & quæ non simul inci[illegible]ũt simul quoque mutantur: ceu si pridie mutationis facta essent, simul forte mutantur. Præterea quam ob causam ex illa transit ad Lacedæmoniorum rempublicam? sæpius enim in contraria transeũt respublicę omnes, quã in ea quæ sint propinqua. Eadem ratio est de aliis quoqꝫ mutationibus. Ex Laconica enim, inquit, mutatio fit ad paucorũ potẽtiam. ex ista vero ad popularem statum: ex illo rursus ad tyrannidem. Atqui & e cõtrario mutantur: ceu ex populari in paucorum po-
* μοναρχίαν, tentiam, & magis quidem quã in * tyrannidem. Pręterea tyrannidis vtrum mutatio sit vel nõ sit, nil dicit propter quam causam, nec in quã reipublicę speciem transit. Huius vero causa est, ꝙ nõ facilite dicere valebat: indefinitum enim. nam scđm eum oportebat in primã & optimam: sic enim vtique fieret continuo circulus. sed mutatur in tyrannidem tyrãnis, vt ea quę apud Sicyonios ex Myronis tyrãnide in Clisthenis. & in paucorum potentiam, vt illa quæ in Chalcidæ fuit Anticleontis. & in popularem statum, vt illa quę Gelonis fuit Syracusis. & in optimates, vt illa quæ Charilai apud Lacedæmonios & Carthaginẽses. Et in tyrannidẽ fit mutatio ex paucorum potentia, vt in Sicilia plurimę vetustarum. in Leontinis in Panætii tyrannidem: & apud Gelam in Cleandri: et apud Regium in Anaxilai: & in aliis cõpluribus ciuitatibus eodem modo. Absurdũ etiam putare, in paucorũ potentiã ideo transire, quia hoĩes cupidi & pecuniarum studiosi in magistratibus versantur, ac nõ quia plurimi diuitiis superabundantes, non iustum existimant par habere in ciuitate eos qui non habent facultates, et eos qui habent. In multisque paucorum potentiis non licet pecunias quærere, sed leges sunt prohibentes. apud Carthaginem aũt quę populariter gubernatur, pecuniis student, nec tamẽ adhuc mutati sunt. Absurdũ etiã dicere, esse duas ciuitates sub paucorũ gubernatione opulẽtorũ & inopũ. Quid enim aliud huic formæ quã Laconicę accidit, vel alteri cuicũque, vbi non omnes æqualia possideant, aut non oẽs æqualiter sint boni viri? nullo aũt pauperiore facto, nihilominus ex paucorum transmutantur gubernatione ad popularem statum, si plures sint inopes: et ex populari in paucorum potentiam, si potentiores sint opulenti quã multitudo: & alteri negligant, alteri intendant. Cumqꝫ plures sint causæ, ex quibus mutationes fiunt, eas non dicit, sed vnam solum, ꝙ prodigaliter viuentes vsuris confecti pauperes efficiuntur. quasi vero fuerint omnes ab initio diuites, vel plurimi eorum. sed hoc falsum. At quando ipsorum potentiũ quidam patrimonia consumpserint, res nouas moliuntur: quãdo aũt alii, nil graue accidit. et mutantur nihilo magis in popularẽ statum, quã in aliam speciem gubernationis. Insuper vero & si honores vna cum aliis nõ capiãt, si iniurias inferant, si cõtumeliis afficiãt,

A seditiones oriuntur, & mutationes in republica. Fiũt etiam etsi nulla dissipatio patrimonii intercesserit, ex eo quod liceat quicquid volunt efficere. cuius rei causam esse ferunt, nimiam libertatem. Cumq; plures sint paucorum, plures etiam populi gubernationes, tanquam vtraque vna sit, mutationes asignat Socrates.

ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER SEXTVS.

SVMMA LIBRI.

De popularium, ac paucorum gubernationum institutionibus, speciebus, legibus, ac partibus; Nec non de magi-
B strátuum speciebus, ac eorum officijs.

Quòd, quæ rebuspublicis, paucorum potentiis, & popularibus gubernationibus conueniant, consyderandum sit. Cap. I.



Vot igitur sint differentiæ, & quales eius quod deliberandi habet potestatem, & in quo summa reipublicæ consistit, & circa magistratum ordinationem, & de iudiciis, & qualia ad qualem ordinentur rempublicam, & præterea de corruptionibus, & conseruationibus rerumpublicarum, ex quibus prouenianr, & quas ób causas dictum est prius. Sed cum plures sint species popularis, & si-
C militer aliarum gubernationum, de illis siquid restat, non peius fuerit considerare, ac simul vnicuique earum proprium & conuenientem modum reddere: ac præterea considerare coniunctiones simul ipsorum modum. nam eorum coniunctio parit rerumpublicarum varietatem: vt & optimatum gubernationes ad paucorum declinent potentiam, & respublicę magis populares existant. Dico autem coniunctiones, quas considerare oportet, & nunc vsque consideratæ non sunt: ceu si pars illa quę in deliberando versatur, & illa quæ circa electiones magistratuum consistit, ita instituta sit, vt conferat paucorum potentiæ. aut quæ circa deliberandum ad paucorum potentiam, quæ autem circa electiones ad optimatum gubernationem magis declinet: vel per alium quendam modum non omnia instituta sint reipublicæ congruentia. Qualis igitur popularis quali congruat ciuitati, & qualis paucorum potentia quali multitudini, & aliarum gubernationum quæ quibus conferat, dictum est prius. Verum

tamen oportet fieri manifestum, non solum quænam istarum gubernationum optima sit ciuitatibus, sed etiam quomodo constituendæ sint & illę & aliæ, breuiter est explicandum. Et primo de populari dicemus. nam per hanc etiam de contraria illius gubernatione patebit. hæc est autem, quam vocant quidam paucorum potentiam. Capienda sunt autem ad hanc disciplinam cuncta popularia, & quæ videntur popularium esse sequacia. ex his enim simul positis, resultat species gubernationis popularis. & plures esse eas quam vnam & differentes continget. Duæ sunt causæ, per quas plures existunt populares. Primum illa quę dicta est prius, quia inter populos differentia est. sunt enim alii agricolę, alii opifices, alii ministri: quorum primi a secundis, & tertii ab vtrisque, non in eo modo differunt, quod melior aut deterior popularis status, verumetiam in eo quòd non idem sit. Secunda vero causa est, de qua nunc dicimus. quæ enim popularem statum sequuntur, ac videntur esse propria ipsius, coniuncta simul faciunt varietatem. nam alicui pauciora consequentia sunt alicui plura, alicui omnia. Vtile vero horum singula cognoscere, & ad constituendum quam velit quis, & ad corrigendum. qui & erunt enim qui rempublicam instituunt cuncta, quæ illi propria & conuenientia sint, in vnum colligere ad propositum suum. sed aberrant dum hoc faciunt, vt supra dictum est a nobis, vbi de corruptionibus rerumpublicarum tractauimus. Nunc autem dignitates & mores, & quæ flagitent dicemus.

Quis sit finis popularis gubernationis: & de quibusdam popularium gubernationum peculiaribus. Cap. II.



Ropositum igitur popularis reipublicæ est libertas. hoc enim dicere consueuerunt, quasi in hac solummodo republica libertatem quærentes: ad hanc enim respicere dicunt omnem popularem statum. Libertatis vero ipsius pars vna in eo consistit, vt per vices imperent & pareant. nam iustum populare est æquum habere secundum numerum, non secundum dignitatem. Ex quo fit, vt secundum hoc iustum multitudo ex necessitate dominetur: & quicquid decreuerit populus, id esse ratum, & id esse iustum. Aiunt enim oportere, vt vnusquisque ciuium ęquum habeat. atque ita contingit in popularibus gubernationibus inopes plus posse, quam opulentos. plures enim sunt, & id obtinet quod pluribus videatur. Vnum igitur libertatis signum hoc est, quod ponunt omnes popularis reipublicæ finem. Alterum vero viuere, vt quisq; velit. hoc enim aiunt opus esse libertatis: siquidem serui est viuere non vt vult. hic est igitur secundus popularis reipublicæ finis. Hinc profectum est, nemini potissimum subesse velle, quòd si hoc non datur, at saltē per vi

A æquum. His præsuppositis, ac tali existente principio, popularia huiusmodi sunt. Sumi ad magistratus omnes ex omnibus, ac præesse omnes vnicuique, & vnumquenq; vicissim omnibus. Per sortem tribuere magistratus, vel omnes penitus, vel illos saltem, qui non peritia indigent & arte. A nullo censu esse magistratus, vel saltem a minimo. Non nisi semel eundem magistratum ab aliquo geri posse, vel perraro, & paucos, exceptis his qui versantur in bello. Parui temporis esse magistratus, vel quot recipiunt. Iudicare omnes, & ex omnibus, & de omnibus, vel de plurimis & maximis & principalissimis: puta de corrigendo, & de republica, & de priuatis contractibus. Et concionem esse omnium dominam, magistratum vero nullius, aut dominam esse concionem rerum maximarum, magistratum vero nimiarium. Inter magistratus autem popularissimum est consilium, vbi non omnibus est mercedis facultas. nam tunc quidem adimunt & huius magistratus potentiam. ad se enim reducit iudicia cũ-

B cta populus mercedem abundans, vt diximus supra, vbi de hac parte tractauimus. Deinde mercedem capere potissimum quidẽ omnes, concionem, iudicia, magistratus: vel saltem magistratus, & iudicia, & consilium, & conciones principales: vel eos magistratus, quos necesse est in eadem simul esse comessationes principales: vel eos magistratus, quos necesse est in eadẽ simul esse comessatione. Pręterea cũ paucorum gubernatio genere & diuitiis & eruditione definiatur, videntur quæ popularitatis sunt contraria esse, ignobilitas, inopia, sordidum opificium. Prętereapotestatem nullam perpetuam esse. quod si reliqua sit aliqua ex antiqua mutatione, illius auferre potentiam & ex electione ad sortem reducere. Hæc igitur omnia cõmunia sunt gubernationum popularium. Contingunt autem ex eo iusto, quod fatentur esse populare: hoc est æquum habere omnes secundũ numerum, quod maxime videtur esse popularis status & populi,

C æquum est enim, cum nihilo magis gubernant diuites quam pauperes, nec soli potestatem habent. sed omnes ex ęquo secundum numerum. sic enim demum existimant paritatem in republica esse, ac libertatem.

Quo pacto in populari gubernatione census partiendi sint. Cap. III.



Ed quæritur post hæc, quemadmodum habebunt æquũ, vtrum oportet partiri in mille eos census qui sunt quingentorum, & mille æqualiter posse quingentis: vel non sic ponere oportet istam paritatem, sed partiri quidem sic, deinde ex quingentis pares accipientem, & ex mille, hos potestatem habere partitionum & iudiciorum. Vtrũ

igitur respublica ista iustissima est secundum populare iustum, vel magis illa quæ secundum multitudinem: Aiunt enim populares, id esse iustum, quod videtur vtiq; pluribus: potentes vero, quod videtur his qui plus possident. pro multitudine enim facultatum aiunt esse statuendum. Sed habent hæc vtraq; imparitatem & iniustitiam. D
Si enim quod pauci possunt, tyrannis est: nam si vnus habeat plura quam alii opulenti, secundum paucorum iustum, is solus dignus est qui gubernet si vero qđ plures scđm numerū, iniuriabūtur publicantes bona opulentorum ac paucorum, vt superius dictum est. Quæ igitur sit æqualitas, quā ambo profitentur, considerandū est ex his quæ vtrique definiunt iusta. Inquiūt enim quicquid videatur maiori parti ciuiū, id oportere esse ratū. Sit quidem hoc, attamen non penitus. sed cum duæ partes sint ex quibus ciuitas constat diuites scilicet & pauperes: quod ambabus videatur aut pluribus, id ratū sit q̃ si contraria videantur. quod pluribus et habentibus maiorē censum. pura si alii decē, alii viginti, videatur aūt diuitū sed, pauperū vero quindecim, accedant vero pauperibus quatuor diuitum, diuitibus autem quinq; pauperū, quorumcunq; census exuperat, connumeratis ambabus vtrisque. id ratum sit. Quòd si forsan æquales esse cōtigerit, cōmune esse hanc ambiguitatem putandum est vt nunc accidit si vtrinque paria suffragia cōcionis sint, aut pares in iudicio sentētiæ. nam aut sorte dirimendum est, aut aliud quiddam huiusmodi agendū Sed de æquo & iusto, quanquam sit admodum difficile in illis reperiri veritas, tamen facilius est sortiri, quā persuadere iis qui plus habere possunt. Semper enim qui imbecilliores sunt, æquum & iustum quærunt: sed qui plus possunt, ista non curant. E

De quatuor speciebus popularium, ad quos pertineant, de earum legibus atque vafrامentis. Cap. IIII.



Vm vero quatuor sint gubernationes populares, optima est illa, quam primo gradu posuimus, vt superioribus libris dictum est. eadem quoq; antiquissima omnium. Dico autem primam secundum distinctionem populorum. nam optimus populus est ille, qui ex agricolis constat. itaq; & popularis status effici datur, vbi multitudo ab agricultura viuit, vel pascuo negociosa quidem, quia nondū multum habet. Ex quo fit, vt raro concionem agant. cum enim laborandum sit illis circa necessaria ad victum, operibus destinantur suis, & aliena non appetunt: dulciusq; illis est opus facere quam in republica versari, nisi magna in gubernando sint emolumenta suscepturi. plerique enim magis lucrum appetunt, quam honorem Signum huius est, q̃ tyrannides antiquitus pertulerunt, & nunc paucorum potentiam perferunt, modo suam rem agere illis permittatur, neq; diripiātur quæ F

A habent. cito nanque alii eorum diuites efficiuntur, alii egere desistunt. Præterea, si quæ cupido honorum eis inest, facile adimpletur per potestatem, quam in concionibus habent creandi magistratus, & corrigendi delicta. Nam in quibusdam ciuitatibus, & si non eligit populus magistratus, sed quidam per partes deputati ex omnibus, vt apud Mantineam, tamen satis esse putant, q̃ consulendi, deliberandique habent potestatem. Ac putandum est hanc esse tanquam formam aliquam popularis gubernationis, vt fuit quandoque apud Mantineam. Quapropter vtile est prius dictæ populari gubernationi, & ita consuetudo fuit, eligere quidem magistratus, & corrigere, & iudicare omnes. Magistratus autem maximos geri per eos qui electi sint, & a censibus maioribus maiores, vel a censibus nullum, sed per eos qui possunt. Necesse est autem, cum ita gubernantur respublicæ, eas bene gubernari. nam magistratus semper ab optimis gerentur, populo ita volente neque præstantioribus inuidente. nobilibus

B autem ipsis & præstantibus hic gradus sufficiet. non enim subeunt alis deterioribus. ipsi vero magistratus gerent iuste, quia pœnam formidabunt, quoniam corrigere ad alios pertinet. compesci enim ac non licere facere quicquid quis velit, vtile est. nam licentia agendi quod quisque velit, custodire non potest ingenitam vnicuiq; hominum prauitatem. itaque necesse est illud euenire, quod optimum est in rebuspublicis, vt magistratus a pręstantioribus gerantur, sine vlla populi diminutione. Quòd igitur hęc popularium gubernationum est optima, patet: & qua de causa, quia ob talem aliquem esse populum. Ad constituendum autem populum agricolam, tum leges quædam antiquitus apud multos latæ, vtilissimæ sunt, tum illud vniuersaliter, ne liceat cuiquam habere plus agri quam mensurã certam, vel aliquo loco ad oppidũ & ciuitatem. Erat antiquitus in multis ciuitatibus lege cautum, non licere venditionem facere bonorũ primæ hæreditatis. Est etiam lex, quam dicunt Oxili fuisse, ne liceat

C cuiquam fœnerari super aliqua fundi parte, quam quis haberet. Dirigere etiam id oportet Aphycalorum lege. est enim vtilis ad id q̃d dicimus. Illi enim quanquam sint permulti, possideant autem exiguam regionem, tamen omnes agricolę sunt, quoniam pretia constituunt non totarum possessionum, sed per tales partes diuidentes, vt etiam pauperes faciliter eas pretiis superare possint. Post agricolarum multitudinem optimus est populus, vbi pastores sunt, & viuunt ex animalibus. In multis vero hæc cum agricultura conuenientiam habet. vtrique enim corporibus exercitati ad bellicas expeditiones vtilissimi sunt, ac potentes sub dio consistere. Cæteræ vero multitudines, quasi omnes ex quibus alii status populares constãt, multo quam hi deteriores sunt. nam opificum quidem, ac forensiũ, & mercenariorum *vtilis est vita, nullumque virtutis opus eorum quæ tractat multitudo. & insuper quia huiusmodi genus hominum

* φαῦλος

circa forum vrbemq́; vt ita dixerim, assidue hęret, faciliter conciones agitat. at agricolæ, quia spatsim habitant per agros, neq; in vnū coeunt faciliter, neque similiter indigent huiusmodi congre atione. Quibus vero contingit situm regionis talem esse, vt longe distēt ab vrbe, in iis facile est popularem statum laudabilem constituere ac rempublicam. vi enim ipsa compellitur multitudo, quasi colonias per agros efficere. Quare & forensis turba sit, tamen conciones in populari statu non facit absq; multitudine illa, quę per agros habitat. Quomodo ergo constituenda sit optima illa ac prima popularis gubernatio dictum est. patet etiam quomodo aliæ: subsequēter enim est descendendum, & deterior semper multitudo separanda. Postremam vero speciem, quia omnis multitudo ad illam recipitur, neq; cuiuscunq; ciuitatis est eam perferre, neq; facile permanere eam, nisi legibus & moribus bene stabilitam. A quibus vero labefactari contingat, & hanc & alias respublicas, fere dictum est prius in plurimis. Sed ad constituēdam hanc popularem gubernationem, & ad populum roborandum, consueuerunt pręsidentes, ad populum recipere complures, ac ciues efficere non solum legitimos, verumetiam superios ex quouis ciue, id est, siue ex patre, siue ex matre. omne enim hoc huic populo magis conueniens est. Consueuerunt igitur ii qui populos ducunt ita constituere. Oportet tamen id facere, quoad exuperet nobilium mediorumq́; multitudo, neque vltra progredi. nam si transcendunt, turb. tiorem efficiunt rēpublicā, ac nobilitatē exasperando magis irritant: quę causa seditionis fuit apud Cyrenē. paruum enim inconueniens conniuendo transigitur: magnum vero in oculis hæret. Insuper talia constituta vtilia sunt ad popularem statum huiusmodi, & ad populi corroborationem, qualia Clisthenes Athenis factitauit, quo populi gubernationem augeret: & apud Cyrenam, qui populum constituerunt. Tribus enim aliæ constituendę sunt plures, & sodalitates priuatorum sacrorum redigendæ sunt ad pauca & publica. Et cuncta diligenter excogitanda, quo quā maxime omnes simul admisceantur familiaritates, conuersationesque primæ disiunguntur. Prærerea tyrannica machinamenta omnia videntur esse popularia: ceu licentia seruorum, *& mulierum, & puerorum, vt sine metu viuant vt velint. permulti enim huiusmodi statum ciuitatis amabunt, cum plerisque dulcius sit dissolute viuere quam modeste.

* Cod. Gręc. ad. (hęc autē vsq; ad aliquid conducere potest.)

Ad populares institutiones præcepta. *Cap. V.*

* C. Gręc. nō constituere maximum opus, neq; solum.



Est * autē opus legis positoris, & eorum qui volunt statum aliquē talē constituere. nam vt constituatur talis status, nō magnum negocium est, neq; solum sed magis vt seruetur. vno enim vel duobus vel tribus diebus permanere,

A quomodocunq; gubernātibus, haud difficile est. Quapropter opus est ex his, quas supra retulimus, conseruationibus & corruptelis rerū publicarū, cautelam assumere, cauēdo illa quę corruptiua sunt, ac leges tales ponendo, & sine scripto et scriptas, quę conseruationes status maxime comprehendant. neq; putare id esse populare, neq; paucorum potentiæ, quod efficiat ciuitatē maxime a multis vel a paucis gubernari, sed quod quā plurimo tempore. At nunc ii, qui sunt potētes in populis, gratificantes multitudini, multa populariter agunt per publicationes bonorum in iudiciis factas. Quare oportet eos qui curā salutis habent reipublicæ contra moliri, leges ponendo, vt damnatorum bona sacra sint, & non in publicum sed in sacrum referantur. hæc enim lex nihilominus iniurias cōpescet. nam pœna eadem erit. populus aūt minus cupide dānabit, cum nihil sit vtilitatis ex damnatione suscepturus. Insuper publicas accusationes quam rarissimas facere, magna pœna constituta aduersus eos, qui falso accusarint. non.n.
B populares in iudiciū vocari consueuerunt, sed nobiles. Oportet autem erga statum reipublicæ, quantum fieri potest, oēs reddere beneuolos. quod si id fieri nequeat, saltem conari, ne hostes existimēt eos qui gubernāt. Cum vero postremæ illę species gubernationū populariū in multitudine consistant, ac difficile sit vt concionibus vacare possint sine alicuius mercedis susceptione, hoc autē nisi redditus habeat ciuitas, maxime inimicum est pręstantibus viris. Nam ex tributo & publicatione bonorum, & ex iudiciorum improbitate necesse est prouenire, quod multas iam popularium respublicas subuertit. Vbi ergo publici redditus non sunt, facere oportet conciones raras, & iudicia magna quidem, sed paucis diebus duratura. hoc aūt confert ad illud, quod non formidabūt impēsas opulenti, si diuites nō capiant mercedem iudicii, sed pauperes. Confert etiam ad recte iudicandum multo magis. nam qui magna patrimonia habent, multis diebus abesse nolūt a rebus suis, modicum vero abesse tempus non moleste ferūt.
C Vbi vero sunt redditus publici, nō id facere, quod nunc magni quidā in populo faciunt. superflua.n. diuidunt, ac simul capiunt, moxque rursus indigent eisdem est enim pauperibus, ceu vas perforatū hmōi emolumentū. Sed oportet eū qui vere popularis sit, videre ne multitudo pauperie nimia prematur: nam egestas prauam reddit populi gubernationem. Conandum est igitur ingeniose, vt abūdantia adsit diuturna nā id prodest ēt diuitibus. Congregātes vero illa, quæ ex redditibus proueniunt, simul omnia egenis tribuere oportet: præsertim siquis possit, tantum congreget, quantum sat est ad agelli comparationem, vel saltem ad facultatem negociandi & agrum colendi. & si non oībus possibile, at scdm tribus, aut partem aliā id facere. In hoc aūt ad necessarios conuentus mercedem diuites conferre, cupidos inanium munerū. Per talem aliquem modum Carthaginienses gubernātes, amicum retinent populū: semper enim quosdā a populo

mittentes in aliquas gubernationes, eos diuites faciunt. gratiosorũ vero, ac mentem habentium nobilium est suscipere egenos, & occasionem præbentes conuertere ad res agendas. Recte quoque se habet Tarentinorum exemplum imitari. illi enim * iumenta facientes communia ad pauperum vsum, beneuolam per hunc modum sibi plebem cõstituunt. Magistratus insuper omnes duplices faciunt, vt sint alii per electionem, alii per sortẽ. quo.n. populus capiat, per sortẽ: quo aũt melius gubernetur, per electionẽ. Est aũt hoc facere ẽt in vno eodẽq; magistratu, vt alii sorte, alii electione ad eum gerendum assumãtur. Quemadmodum ergo oporteat popularium gubernationes instituere, dictum est. D

* κτήματα. opes.

De speciebus paucorum potentiæ, ordinatione census ex populo assumendi, quæ paucorum gubernationes potiores, & quæ deterrimæ. Cap. VI.



E paucorum quoq; gubernationibus quomodo agendum sit, patet fere ex eisdem. Nam per contrarium agendum est in omni paucorum gubernatione, ad oppositam sibi popularis gubernationis speciem, reputando maxime moderatam illam ac summam cęterarũ gubernationem paucorum, & primam. Hæc aũt est propinqua illi, quæ respublica nuncupatur, in qua oportet cẽsus diuidere, & alios minores, alios maiores facere. minores quidem, a quibus necessarii magistratus capiantur: maiores vero, a quibus capiantur ii magistratus, qui sunt principaliores. Et qui tantum adepti fuerint censum, habiles sint ad rempublicam gerendam, afferente populo tantam multitudinem per ipsum censum, vt cum illa potentiores sint qui gubernãt rempublicam, quam illi qui non gubernant. Semper autẽ ex meliori populo capiendi sunt illi, qui ad societatem reipublicæ recipiuntur. Similiter autẽ in ea gubernatione paucorũ quæ sequitur, intendentes parumper, est instituendum. In ea vero quæ opposita est extremæ popularitati, quæ est paucorum potentia, tyrannidi persimilis, quanto deterrima est, tanto maiori opus est custodia. Vt enim corpora bene disposita ad sanitatem, & nauigia bene instructa ad nauigandum, multos ferunt errores, nec ob eos succumbunt: valetudinaria autem corpora & nauigia parum firma, nautisq; instructa prauis, ne paruos quidem ferunt errores: ita rerumpublicarum eæ quæ deterrimę sunt, plurima indigent custodia. Populares igitur gubernationes per multitudinem hominum omnino seruantur. hoc enim opponitur ad illud iustum, quod est scd̃m dignitatem. Paucorum vero potentium contra, videlicet per rectam ordinationem oportet assequi firmitatem. E F

Quot partes multitudinis præcipuæ sint, & quæ: ac totidem sint partes vtiles ad bellum: & præcepta ad paucorum potentias. Cap. VII.



Vm vero sint multitudinis potissimum partes quatuor, agricolæ, artifices, negociatores, mercenarii: quatuor etiam vtiles ad bellum, equites, pedites grauis armaturę, expediti leuis, & turba naualis. Vbi contingit regionem esse ad æquitatum aptam, ibi locum habet aptissimum, paucorum potentia illa summa. nam conseruatio habitatorum ab equitibus prouenit eques vero nutrire, eorum est qui magnas habent facultates. Vbi autem regio ad peditatum est apta, alteram speciem affectat paucorum potentiæ. nam grauis armatura, diuitum est magis quā pauperum. expediti autem leues & nautica turba a plebe est omnis. Nunc autem vbi talis turba multa est, quando seditio fit, deterius certant. Sed oportet huius medicinā capere a bellidulcibus, qui ad equitum ac peditum robur, expeditos leuis armaturæ solent coniungere: & cum his superant populi in seditionibus opulentos. nam leues & expediti contra equites & cōtra grauis armaturæ pedites facile pugnāt. instituere igitur potentiam istam, contra seipsos est instituere. Sed oportet diuitiis ętatibus, cum alii seniores, alii iuniores existant, in iuuenili adhuc ætate constitutos filios suos erudire ad leues & expeditas operationes: delectos quidem ex pueris Athletas esse ipsos operationum. Concessio aūt reipublicæ populo facienda est, vel cum ad censum peruenerint, vt dictū prius est: vel, vt faciunt Thebani, cum certum tempus a * mercatura & huiusmodi exercitiis destiterint, vel, vt apud Massiliam iudicio facto, qui digni sint ad rempublicam recipi, & qui excludi. Prętereа dignitatibus iis, quę sunt principalissimæ, ques suscipere oportet eos qui in reipublicæ gubernatione versantur, adiungenda sunt onera publica, vt populus sponte sua eas nolit, & veniam habeat illis qui huiusmodi magistratus suscipiunt, vtpote mercedem permagnam pro ea dignitate soluentibus. Congruit autē cum huiusmodi magistratus ineunt, & sacra magnificentissime facere, & publica quædam ædificia ad vsum populi construere: vt multitudo cernens vrbē ornari tū muneribus erga Deos, tum ædibus ad vsum publicum, libenter aspiciat potestatem statuum ciuitatis. Continget etiā præstantibus viris hæc esse monumenta suæ largitatis. Sed hoc non fit nunc per eos homines, qui magni sunt in paucorum potentia, sed contrariū. lucrum enim quęrunt non minus quam honorem. itaque dici potest recte, hos esse populares status paruos. Quomodo igitur instituendæ sint, & paucorum gubernationes, & multitudinis, in hunc modū determinatum sit.

* Sordidis opificiis.

De magistratibus, & eorum speciebus, & quibus rebus præficiendi sint. Cap. VIII. D



Onsequens est circa magistratus videre diligenter, quot hi sint, & quales, & quibus de rebus, vt supra dictum est. Sunt enim quidam magistratus, sine quibus ciuitas esse non potest sunt etiam quidam ad cultum ornatum que pertinentes, sine quibus bene habitari ciuitas non valet. Præterea necessarium est & in paruis quidem ciuitatibus pauciores esse magistratus: in magnis autem plures, vt prius osten. Quales ergo congruat simul coniungere, & quales separare, non debet esse clam. Primum ergo cura rerum necessariarum, vt in foro ae sint venundenturq́; . super qua quidem cura magistratus quidem est constituendus, cuius officium sit circa cōtractus & circa honestatem. nam cunctis fere ciuitatibus necessarium est, emptiones, venditiones que fieri inuicem, pro vsu rerum necessariarum. & hæc facultas maxima & expeditissima est ad eandem sufficientiam consequendam, cuius gratia in vnam videntur conuenisse reipublicæ societatem. E Altera vero cura huic coniuncta ac propinqua est circa vrbem, de publicis priuatisque rebus, de ędificatione decenti, de viarum conseruatione ac directione, de finibus regendis, vt sine querela sint, & de similibus. vocant autem huiusmodi magistratum ędilitatem. partes eius vero sunt plures, vt magnis ciuitatibus aliæ super alias incidunt: ceu mœnibus reficiendis præfecti, & fontium curatores, & portuum conseruatores. Alia vero est cura, & quidem necessaria atque huic propinqua. nam de eisdem rebus, cæterum non in vrbe, sed extra vrbem in agro versatur. Vocant autem huiusmodi magistratum, * alii definitores, alii custodes agrorū. hæ igitur procurationes sunt tres. Est & alius magistratus, ad quem redditus publici referuntur, qui apud eos conseruati, mox distribuuntur ad singulas opportunitates. vocant vero istos, receptores, & quæstores. Alter vero magistratus est, apud quem præscribi oportet priuatos contractus, & sententias iudicum, apud quos etiam postulationes vocationesq́ue in ius pręscribi debent. quibusdam in locis huiusmodi magistratum diuidunt in partes plures. sed est vna eademq́ue authoritas istorum omnium: appellantq́ue eos, qui hunc magistratum gerunt, tum præfectos, tum memoriales, vel similibus nuncupationibus. Qui vero post hunc sequitur, summe necessarius est, ac difficillimus omnium magistratuum. versatur autem circa executiones eorū qui damnati sunt, & circa eorum pœnas atque custodias. Est autem grauis huiusmodi administratio propter multas quæ inde proueniunt inimcitias. itaque nisi magna emolumenta ex eo capiantur, gerere illum omnes recusant. & si gerant, secundum leges facere nō tolerant. sed est necessaria res. nam nihil prodessent de rebus iustis judicia aut sententię, F

* alij agrorū definitores, alij syluarū custodes.

nisi

B nisi forent qui eas executioni mādarent. quare si hæc desint, commu-
nio inter se ciuium permanere non pōt. Propterea melius est nō vnū
hunc esse magistratū, sed partiri in plures, vt alii de aliis iudicia exe-
quantur. & circa actiones eodem modo conandum est distinguere.
adhuc etiam magistratus aliis aliis exequendis, & nouorum magis
nouos: & præsentium alio condemnante, alii sunt qui exigant, ceu
prætores vrbani ædilium cōdemnationes, ac rursus istorum alii. quā
to enim minus inimicitiarum sit illis qui executioni demandant,
tanto magis res finem suscipient. Si sint ergo iidem qui condemnāt
& qui condemnationes exigunt, duplex contrahitur odium. in om-
nibus autem eosdem, cunctis inimicum est. Multis etiam locis sepa
ratur ille qui custodit reos; ab illo qui animaduertit in eos. vt Athe
nis illi, qui vndecim uiri nūcupātur. Quapropter melius est hūc quo
que diuidere magistratum, & quasi adumbrare & mitigare: est enim
necessarius non minus quā superior. Contingitq; in eo, vt viri boni
B maxime vitent hoc officium: prauos autem nequaquam tutum sit ei
præficere, cum ipsi potius indigeant custodia & carcere, quam alios
debeant custodire. Itaque oportet hoc non vnum esse officium, neq;
cōtinuo ab eisdem fieri, sed vbi est aliquis iuniorū ordo, aut custodū,
aut magistratuum, deputandi sunt pro tempore alii atq; alii, qui ho-
rum officiorum suscipiant curam. Hos ergo magistratus tanquam
summe necessarios ponendum est esse primo. Post hos autem alii
sunt magistratus, nec sane minus necessarii, & maioris quidem di-
gnitatis. nam plurima indigent experientia & fide. Tales vero sunt
circa custodiam vrbis, & circa illa omnia quæ ordinantur ad bellicas
expeditiones. opus est enim & in pace & in bello permultis. nam &
mœnia ciuitatis curanda tuendaq; sunt, & disquisitiones descriptio
nesq; ciuium agendæ. Alicubi ergo super his plures sunt magistra-
tus, alicubi pauciores: veluti in paruis quidem vrbibus vnus super
omnibus. appellant vero hos prætores vel consules. Insuper si sint
C equites, aut pedites, aut sagitarii, aut turba naualis, super vnoquoq;
eorum præfecti quidem statuuntur: appellanturque præfecti equi-
tum, pręfecti legionum, præfecti nauales. & seorsum sub his præ-
fectus triremis, præfectus cohortis, tribunus militum, & alia huius-
modi particularia. totum vero vna quædam species est, procuratio
scilicet rerum bellicarum. & erga huiusmodi magistratum, hoc mo-
do se habet. Cum vero quidam magistratuum, & si non omnes, per
tractent multa negotiorum publicorum, necesse est esse alium ma-
gistratum, qui rationes repetat atque corrigat, ipse vero nihil tractet.
vocant vero hos alii correctores, alii rationales, alii scrutatoreres,
alii procuratores. Pręter hos vero omnes magistratus vnus est ma-
xime principalissimus omnium. idem enim plerunque habet finem
& introductionem, qui præsidet multitudini, vbi populus domina-
tur. Oportet autem id quod cogit, summam habere in republica

authoritatem: appellant vero quibusdam in locis Preconsultores ex D
eo, quia ante deliberant: vbi vero multitudo est, consilium magis.
Ciuitatum igitur magistratus fere tot aliqui sunt. Alia species cura
tionis est circa rem diuinam, ceu sacerdotes, & æditui circa templa:
vt conseruentur quę sunt, & erigantur ruinosa ædificia, & cætera om
nia quę pertinent ad diuinum cultum. Euenit autem alicubi curam
hanc esse vnam, vt in paruis ciuitatibus. alibi vero plures separatas a
sacerdotio, vt sacrificuli, ac æditui, & custodes sacrarum pecunia-
rum. Huic consequens est illa, quæ circa sacrificia publica, quotcũ
que sacerdotibus lex non committit, sed ex publico fiunt, vocant aũt
eos qui istis præsunt, alii Reges sacrorum, alii Pontifices maximos.
Necessaria ergo officia sunt circa hæc, vt illa repetamus, circa rem
diuinam, circa rem bellicam, circa redditus publicos & impensas,
circa forum, circa vrbem & portus & regionem: insuper circa iu-
dicia, & contractus, postulationes, & executiones, & custodias, & su-
per rationibus, & disquisitionibus, & super correctionibus eorum E
quæ quis gesserit in magistratu, & postremo circa consilia rerum
communium. Propria autem earum ciuitatum quæ magis pacatæ at
que tranquillæ, sunt, curam facere de mulierum disciplina, de legi
bus seruandis, de disciplina iuuentutis, de gymnasiorum gubernatio
ne: præterea de ludis gymnasticis ac musicis, & si qua alia huiusce-
modi spectacula continget fieri. Horum vero quædam manifestæ
sunt non popularia, veluti disciplina mulierum & puerorum. nam
pauperibus necesse est vti mulieribus, & pueris tanquam ministris,
quoniam seruos non habent. Cumq; tres sint magistratus, per quos
assumunt quidam summas potestates, conseruatores legum, & præ-
consultores, & consilium; conseruatores legum optimatum magi-
stratus est, præconsultores vero paucorum potentia, consilium au
tem populare. De magistratibus ergo, vt in figura, fere dictum est
de omnibus.

ARISTOTELIS POLITICORVM

LIBER SEPTIMVS.

SVMMA LIBRI.

De optima vita, ac ciuitate beata. De eius conuenienti multitudine, rebus maritimis, ciuibus, partibus, distributione, ædificijs, ac locis varijs. De ciuium institutione. De coniugijs, filiorum procreatione, victu, ac institutione.

De optima vita, & ciuitate beata. *Cap.* I.

B



E optima republica recte quærere volenti, necessarium est prius determinare, quæ vita sit maxime expetenda: nam si id ignotum sit, necesse est & optimam rempublicam ignorari. optime enim agere consentaneum est, qui sub optima reipublicæ disciplina reguntur, ex his quę sibi adsint, nisi quid accidat pręter rationem. Quare primo statuendum est, quæ vita sit cunctis, vt ita dixerim, maxime optanda: deinde vtrum publice & priuatim eadem sit, an alia. Putantes igitur multa sufficienter esse dicta de optima vita, etiam in externis sermonibus, & nunc illis vtendum censemus. Nempe aduersus hanc diuisionem nemo vtique refragabitur, q̃ tria cum sint bonorum genera, externa, corporis, & animi, ista omnia adesse felici homini oportet. nemo felicem diceret eum, qui nullam partem fortitudinis habeat, neque temperantiæ, neq; iustitiæ, neque prudentiæ, sed timẽtem etiam circunuolantes muscas. tẽperantem vero a nulla penitus edẽdi bibẽdiq; extrema cupiditate, & gratia quadrãtis vnius dilectissimos interficientẽ. similiter & mẽte tam stultũ atq; ignarũ, quasi puerũ quendam vel insanũ. Sed ista quidem sic, vt dicta sunt, oẽs concederent. Discordãt tamen in quanto atq; excessu. nam virtutis quidam satis habere se putant, quantulumcunq; habeãt: diuitiarum vero atq; pecuniæ, potentiæq; & famæ, & huiusmodi omnium infinitum excessum sequuntur. At vero nos illis dicemus, quia facile est de his etiã per opera ipsa fidem suscipere, cernentes, quia homines acquirunt & conseruant non virtutes externis bonis, sed externa virtutibus. Ipsaque beata vita, siue in gaudio posita est, siue in virtute, siue in ambobus, magis existit moribus & intellectu in excessu ornatis, mediocria vero externa possidẽtibus, quã his qui ĩ externis

plura posſident quã opus ſit,& qui in illis deficiunt. Quinetiam rōne licet hoc probe intueri.nam externa quidem bona finē habēt tam quam inſtrumentum quoddam. omne autem vtile tale eſt, vt exceſſus vel noceat habenti, vel certe nil proſit. At bona animi quanto magis excedunt, tanto magis vtilia ſunt: ſiquidē non ſolum honeſti, verumetiam vtilis appellationem tribuere illis oportet. Omninoq; patet, ꝙ ſequi dicemus diſpoſitionem optimam cuiuſque rei ad inuicē, ſecundum exceſſum diſtantiæ illorum, quorum dicimus eas eſſe diſpoſitiones. Quare, ſi eſt anima precioſior corpore & pecuniis & ſimpliciter & nobis, neceſſariū eſt & diſpoſitionē vtriuſq; optimā eodē modo illis correſpōdere. Inſuper animi gratia illa expeti nata ſunt & ita recte ſentientes expetere omnes oportet, non autem animum gratia illorum. Quod igitur felicitatis tantum vnicuiq; contingit, quantū virtutis atq; prudentię, & quantum ſcđm has operatur, conſeſſum nobis exiſtat, teſte Deo fretis dicente; felicem eſſe atque beatū non per aliquid externorū, ſed per ſeipſum, quia talis eſt ſecundū naturam. Cum & bonam fortunam aliud eſſe quā felicitatem, propter hæc neceſſarium eſt. nam externorum quidem bonorū cauſa eſt fortuna & caſus: at iuſtus & temperatus nemo a fortuna eſt, neque per fortunā. Conſequens vero eſt, & iiſdem rationibus cōſentaneū, ciuitatem quoq; beatam eſſe quæ optima ſit, & quæ bene agat. impoſſibile autem bene agere eos, qui bona non agant. nulla vero bona actio eſt neq; viri neque ciuitatis, ſine virtute atq; prudentia. Fortitudo aūt & iuſtitia & prudentia ciuitatis eandē habēt vim ac formā iis, ſecundū quas vnuſquiſque hominum dicitur iuſtus, & prudens, et temperatus. Sed hæc hactenus præmiſſa ſint. neq; enim non attingere illa poſſibile fuit, neq; omnino omnes eorum rationes explicare. nam alterius otii iſta ſunt. Nunc autem ſupponatur nobis, ꝙ vita optima, & priuatim vnicuique & publice ciuibus eſt cum virtute, intantū externis facultatibus adiuta, vt actiones ſtudioſas conficere poſſit. Sed de his nunc prætermiſſis, poſtea conſiderandum erit, ſi quis forſan dictis non acquieſcit.

An eædem ſint felicitas, & optima uita. An contemplatiua, an actiua uita ſit præferēda. De optima reipub. diſpoſitione, placitis aliorum, & officio legislatoris. Ca. II.



Trum autem eadem ſit dicenda felicitas ſingulorum hominum & ciuitatis, vel non eadem, reliquum eſt videre. Manifeſtum vero & hoc: omnes enim faterentur eſſe eandem. nam quicunque in diuitiis beatam vitam poſuerunt, hi ciuitatem quoque totam, ſi opulenta ſit, beatam fatebuntur. Et quicunq; tyrannicam vitam aliis præferunt,

A hi ciuitatem late dominantem beatissimam esse dicent. Qui vero id vnum per virtutem recipit, is & ciuitatem beatiorem dicet, si sit studiosior. Sed hæc iam duo sunt, quæ indigent cōsideratione. Vnū, utū quid vita illa præferenda sit, quæ versatur in republica & in communi societate, an potius vita peregrina, & a ciuili societate remota. Præterea quam speciem reipublicæ, & quam dispositionem ciuitatis optimam putare debemus, siue ab omnibus expetenda sit communio ciuitatis, siue a quibusdam non, sed tamen a pluribus. Cum vero ciuilis intelligentiæ & speculationis hoc sit opus (non autem circa vnumquodq; expetendum) præferamus & nos hanc consideratione̅ nam illud quidem extra propositum esset, hoc autem secundum propositum huius inuestigationis. Quòd igitur necessarium sit illam esse optimam rempublicam, per cuius institutionem vnusquisq; optime agat, & beate viuat, manifestum est. Sed dubitatur etiam ab iis, qui vitam cum virtute maxime eligendam putant: vtrum vita ciuilis
B & actiua sit pręferenda, an potius illa vita, quæ sit ab omnibus externis soluta, ceu contemplatiua: quam solam putant quidam esse sapientis. Fere enim has duas vitas, pręstantissimi ad virtutem homines anteponere videntur, & antiqui, & recentes. dico autem duas, ciuilem, & philosophicam. Sed refert non parum, vtrum hoc vel illo modo veritas se habet, necesse est enim illum qui rectè sapit, ad melius propositum se disponere, & priuatim vnumquenque hominem, & publice ciuitatem. Putant aūt quidā in gubernando alios, si cum dominatu fiat, iniuriam esse summam, si ciuiliter cessare quidem iniuriam, sed impediti vitæ tranquillitatem. Alii vero contra hæc, omnino putant ciuilem & actiuam vitam solam esse viri. in singulis enim virtutibus nulli esse maiorē operādi facultatem, quā his qui in reipublicæ gubernatione versantur. Sunt etiam qui aliis dominari, & tyrannicum reipublicę modum putant solum esse beatum. & in quibusdam ciuitatibus hic est finis legum, vt finitimis dominentur. Itaq;
C cum pleraq; constituta passim (vt ita dixerim) iaceant apud plurimos, tamen si quid vnum leges respiciunt, id coniectant omnes; vt ciuitas dominetur. Sicut in Lacedæmone & Creta, ad bellū fere ordinata est disciplina iuuentutis, & legum multitudo. Præterea apud gentes omnes, quæ possunt preualere, huiusmodi honoratur potentia: ceu apud Scythas, & Persas, & Thraces, & Gallos. Quibusdam enim leges sunt ad huiusmodi prouocantes virtutem, vt apud Carthaginenses ferunt ornatum annullorum accipere pro nmero expeditionum, in quibus militauerint. Fuit etiam quandoq; in Macedonia lex, eum qui nullum hostem interfecisset, capistro cingi. Apud Scythas vero non licebat solennibus epulis pateram circūlatam accipere ei, qui nullum occidisset hostem. Apud Hiberos quoq; pugnacem gentem, tot obeliscos erigere circa sepulchrum mos est, quot homines ex numero hostium necauerit. Et alia apud alios sunt huiusmodi

complura, legibus aut moribus constituta. Atqui videretur forsan nimis absurdum esse, si quis considerare velit, an hoc propositum esse debeat eius, qui legibus instituit ciuitatem, prouidere scilicet, vt illa dominetur finitimis, & volentibus & inuitis. Quomodo.n. id ciuile, aut lege faciendum, quod ne legitimum quidem est? neq; enim legitimum, nō solum iuste, verū etiam iniuste dominari: subdere vero est, & non iuste. Atqui nec in aliis sciētiis ita videmus. nec enim medici, neq; gubernatoris est, vel persuadere ægrotis & nautis, vel vim afferre. Sed pleriq; videntur existimare ciuilem disciplinam esse dominari, & quod in seipsos fieri nollent, hoc in alios facere non erubescūt. ipsi pro se iustitiam quærunt, pro aliis vero nulla eius iustitiæ cura est. Hoc autem absurdum, nisi tales sint natura, vt alter dominari debeat, alter non. Quòd si est ita, nō est conandum omnibus dominari, sed illis dūtaxat qui dominabiles sunt sicut nec venari homines ad mēsam vel sacrificiū, sed illud quod venabile est. est autem venabile omne animal, quod sit natura ferum & esui aptum. Enimuero fieri potest, vt sit ciuitas vna seorsum per seipsam beata, videlicet si gubernetur recte. nam potest esse sita in loco penitus separato, & legibus vti laudabilibus: cuius reipublicæ cōstitutio, non ad bellum neq; ad superandum hostes sit. Patet igitur ꝙ rei bellicæ studia bona sunt existimanda, sed non vt finis supremus, sed gratia illius. Studio autem legū positoris est considerare vrbem, ac naturam hominū, & omnem aliam communionem vitæ laudabilis, quo participent, quantum fieri potest, felicitatem. Differentia tamen erit in quibusdā constituendis. & hoc pertinet ad eandem disciplinam quæ est de legibus ponendis, videre, si qui sunt finitimi populi, qualia ad quales exercenda sint, & quemadmodum cū singulis conuersandum. Verū de hoc postea suo loco considerationem faciemus, ad quem finem debeat optima reipublicæ constitutio tendere.

De controuersia in vsu vitæ cum virtute dominatu & præstantia vitæ contemplatiuæ. *Cap. III.*



D confitentes autem vitam cum virtute esse maxime recipiendam, sed contendentes de illius vsu, dicendum est nobis ad vtrosque. Sūt enim qui despiciunt magistratus ciuitatis, putātes ingenui hominis esse aliam vitam quam ciuilis, & omnibus præferendam. alii vero hāc optimam putant. impossibile enim nihil agentem bene agere. bene autem agere ac felicem esse, idem est. Vtriq; eorum quædam dicunt recte, & quædam non recte. nam liberi quidem hominis vitā meliorem esse, quam in dominando occupati verum est nihil enim egregium est, seruo vti in quantum seruus, iussus enim domini in re-

A bus necessariis nihil habet decorum. At putare omnem gubernationem esse dominationem, nequaquam est verum. non enim minus differat liberorum gubernatio a dominatione seruorum, quã differat natura liber a natura seruo: de quo sufficiẽter superioribus libris determinatũ fuit. Sed laudare magis nihil agere quã agere, non est rectũ. nam felicitas actio est. praeterea multorũ et praeclarorum finem habent, iustorum temperatorumq; actiones. Quinimmo respondebit forsasse aliquis, ꝙ potestatem habere optimũ esset. sic enim plurimas ac pulcherrimas res agere posset. Itaque is qui dominus agendi esse potest, hanc facultatem dimittere aliis non debet, sed sibi arripere. & neq; filium patris, neque parentem filii, neque amicum amici hac in parte rationem habere. nam quod optimum sit, id nobis ipsis adsciscere debemus. optimum autem est bene agere. Hoc illi forsan recte diceret, si modo existeret afferẽtibus ac violãtibus, illud qđ esset omnium maxime optandum, sed fortassis id fieri non potest, falsoq;

B hoc supponunt. Non enim amplius bonas actiones illas esse contingit, nisi tantum ipse praestet quantum vir mulieri, & pater filiis, & dominus seruo. Quare is qui violaret, nihil tantum proficeret postea, quantum iam a virtute ipsa recessit. paribus enim honestum & iustum in parte. hoc enim iustum ac par. non par autem paribus, & nõ simile similibus, praeter naturam est. nihil aũt bonum, qđ sit praeter naturam. Quapropter & si alius quidem sit melior scđm virtutẽ, & scđm potentiam actiuã in rebus optimis, hunc sequi honestũ est, & huic parere iustum: sed oportet illi non virtutem solum, verũetiã potentia existere, per quam sit actiuus. Quod si haec vera sunt, & felicitas in bene agendo est reponenda, & publice totius ciuitatis, & priuatim singulorum vita illa erit optima, quę sit actiua. Verũtamen actiuam non est necessarium esse ad alios, quemadmodum quidam putant. neque eas meditationes solum esse actiuas, quae gratia eorum fiũt, quae ex agendo proueniunt, sed multo magis quae in seipsis

C perfectę sunt ac suiipsarum gratia fiunt contemplationes & meditationes. bene agere.n. finis est: quare & actio quędã. maxime autem proprie dicimus agere etiam externis actionibus eos, qui intelligentia & cogitatione operibus praesunt, vt architecti. Quinimo neque si ne actione esse necessarium est eas ciuitates quae positae sint in solitudine, & ita viuere eligẽtes. fieri enim potest vt partibus inter se agere contingat. multe enim cõmunicationes adinuicem sunt partibus ciuitatis. Similiter autem hoc existit vnicuique homini. vix enim Deus bene se haberet, & mundus totus, quibus non sunt actiones externę praeter proprias ipsorum. Quòd igitur necessarium sit eãdem esse vitam optimam priuatim vnicuique hominum, & publicę ciuitatibus, & hominibus, manifestum est.

Quanta debeat esse multitudo ad conuenientem ciuitatis magnitudinem. Cap. IIII.



Vm vero ista nunc præmissa sint, ac de aliis rebus publicis fuerit prius a nobis consideratum, de reliquis dicendi initium faciamus, quales aliquas suppositiones esse oportet pro ea ciuitate, quæ maxime secundum votum sit constitutionem susceptura. Neque enim fieri potest vt optima sit respublica nisi opportunæ assint facultates. ex quo necesse est multa præsupponere quasi optantes, esse tamen nullum torum impossibile: dico autem ceu de multitudine ciuium, ac de regione. Vt enim ceteris artificibus, puta textori & nauiculario, materiam subesse oportet aptam ad opificium: nam quanto melior hæc existit, tanto id quod fit ex arte, erit præclarius: sic & gubernatori reipublicę & legum positori oportet propriam subesse materiam apte se habentem. Est autem ciuilis facultatis primo videre de multitudine hominum, quam multos & quales natura esse oportet. De regione quoque eodem modo, & quāta & qualis esse debet. Putant plerique magnam esse debere beatam ciuitatem. id & si verum est, ignorare tamen videntur qualis magna & qualis parua dicenda sit ciuitas: existimant enim magnam ex numero habitātium. Sed oportet non tantum ad numerū, sed magis ad potentiam respicere est.n. ciuitatis opus quoddam. quare quæ maxime id efficere potest, hanc existimandum est esse maximam ciuitatem. ceu Hippocratem, non hominem, sed medicum quis diceret esse maiorem quā alium, qui magnitudine corporis eum excedat. Quinimmo si ex multitudine iudicādū fit, non ex quauis multitudine id est existimandum: necesse est enim forsan in ciuitatibus esse seruorum, & inquiliniorum, & hospitū grādem numerum, sed ex iis qui sunt pars ciuitatis, & ex quibus ciuitas constat. horum enim præcellens multitudo signum est magnę ciuitatis. ex qua vero ciuitate operarii quidem permulti exeunt, bellatores autem pauci, hanc impossibile est esse magnam. non enim idem est magna ciuitas & populosa. quinetiam re & effectu patet, quia difficile est & forsan impossibile, vt quæ nimium populosa sit ciuitas, optime gubernetur. Earum certe quæ bene gubernari dicuntur, nullam videmus in populosam multitudinem esse diffusam. Patet etiam ex rationum fide. nam lex ordinatio quędam est, & bonam legis positionē necessariū est esse bonam ordinationē. at multitudo nimium magna non potest recipere ordinationem. diuinæ enim potentiæ id opus esset, quæ & hoc totum continet, cum & bonum quidē in multitudine ac magnitudine consueuit fieri. quapropter & ciuitatem illam, cuius cum magnitudine dictus terminus existit, optimam esse necesse est. Sed est quædam mensura magnitudinis ciuitati, quemadmodum & aliorum omnium, animalium, plantarum, instrumento

A tum. nam horum singula. neq; parua nimium, neq; magnitudine excessiua suam potentiam retinebunt, sed aut destituta erunt omino a natura, vel male se habebunt. Ceu nauis vnius palmæ non erit penitus nauis, neque duorum stadiorum: sed si processerit ad aliquã magnitudinem, quandoque propter paruitatem male faciet nauigationem, quandoq; propter excessum. ita & ciuitas, si ex nimiũ paucis sit, non est per se sufficiens: sin ex nimium multis, sufficiens quidem in necessariis erit vt gens, sed non vt ciuitas, rempublicam enim nõ facile est in illis constitui. nã quis dux esset tã excessiuæ multitudinis aut quis præco non stentorius? Quocirca necesse est primã esse ciuitatẽ illã, quæ ex ea multitudine constat, quæ multitudo prima per seipsam sufficiens sit ad bene viuendum in ciuili societate. recipitur vero, vt ea quæ multitudinem hanc excedit, sit maior ciuitas: sed hoc nõ est, vt diximus, in infinitum. Quę vero sit huius excessus determinatio, ex operibus intelligi faciliter potest. sunt enim actus ciuitatis imperantium atque parentium. imperantis quidem opus est iubere ac iudi-

B care: ad iudicandum vero secũdm iustitiã, & ad magistratus demandandos secũdm dignitatẽ, necessariũ est, vt se inuicẽ cognoscant ciues quales sint. quare vbi hoc non fieri contingit, necesse est vt male res procedant circa magistratus demandãdos, & circa iudicia. In vtroq; certe horum, nequaquam est temere procedendum: quod in nimia multitudine manifeste contingit. Insuper hospitibus & inquilinis facile est ad rempublicam aspirare, cum non difficile sit in tanta hominum multitudine latere. Patet igitur ꝙ est optima determinatio ciuitatis, vt sit maximus multitudinis excessus, quæ sit per se sufficiens ad viuendum, & facile inter se cognosci possit. De magnitudine ergo ciuitatis determinatum sit in hunc modum.

Optimæ regionis, & situs urbis conditiones, *Cap. V.*

C 
E regione autem eadem fere dici possunt: nam qualis esse debeat, clarum est ꝙ sufficientissimam omnes laudabunt. Hanc autem necesse est feracem esse omnium. nam omnia in seipsa habere et nullius indigere, sufficientis est. Multitudinem vero ac magnitudinem tantam, vt queat habitatores ociosos nutrire, liberaliter simul temperateq; viuentes. Hoc autem vtrum bene vel non bene dicatur, postea diligentius erit considerandum, vbi de possessionibus & facultatibus mentionem fieri continget, qualiter & quemadmodũ se habere erga vsum ipsum oportet. Permultæ enim circa considerationem istam dubitationes cadunt, propter trahentes in vtranque partẽ vitæ excessum, alios ad tenuitatẽ, aliosad largitatem. Formã vero regionis non est difficile præscribere, credendumque est in quibusdam, rei militaris peritis asserentibus talem esse oportere, vt ab

hostibus quidem non facile inuadi possit ciuibus autem facilis sit in D aliena egressio. Præterea vt hominum multitudinem facile inter se cognosci posse diximus oportere, sic etiam regio sit subiecta conspectui, id est vt cognosci, & succurri faciliter possit. Vrbis autem situm si formanda nobis illa est secundum votum, opportune, & ad terram, & ad mare debet iacere. Vna iam determinatio præmissa est, oportere ad auxilia ferenda communem esse locorum omnium. Vnde quoq; afferenda altera, ad importationem fructuum. Præterea ad lignorũ materiem, & ad si quid aliud simile opificium regio in se habeat, facilem a ductionem.

An communio maris turba nautica, & naualis, potentia ciuitatibus recte institutis expediat, uel ne. Ca. VI.



Ommunio autem maris, vtrum vtilis sit ciuitatibus vel damnosa, permultæ sunt disceptationes. Nam & frequentare aduenas quosdam, alienis educatos legibus, E inutile putant ad rectam ciuitatis disciplinam. & turbam popularem multiplicari ex vsu maris, transmittentibus ac recipientibus negociatorum multitudinem, contrarium esse dicunt recte ciuium institutioni. Quod igitur, si ista non contingant, melius sit & ad securitatem & ad copiam rerum necessariarum communione maris habere vrbem & regionem, non est obscurum. nam ad facilius ferendum hostes, peropportuna facultas succurrendi auxiliandiq; suis terra & mari esse debet, & ad nocendũ inuadentibus. si non vtrinque possibile, at altera ex parte magis existic ambarum participantibus. Et quæ apud eos non existunt, importari. & quæ superabundant, deportari ex necessariis est. sibi enim ipsi *mercabilem nõ aliis ciuitatem esse oportet. Qui autẽ omnibus mercatum apud se præbent, hi faciunt quęstius cupiditate. q; si nõ expedit ciuitati hanc cupiditatem habere, neq; mercatum certe huius F modi debet recipere. Nam & nunc quidem videmus multis regionibus & ciuitatibus stationes ac portus opportune iacere: vt neque intra vrbem sint, neque valde distantes, murisq; circundari, & aliis huiuscemodi munitionibus. Clarum est enim, quòd si quid boni prouenlet ex tali communione, ciuitas id bonum suscipiet: sin aliquid mali, caueri ab eo facile erit per leges iubentes ac determinantes, quos oportet, & quos non oporteat inuicem admisceri. De nauali autem potentia, quòd melius sit eam habere vsque ad aliquam quantitatem, manifestum est. non solum enim sibiipsis, sed & finitimis quibusdam oportet & auxiliari posse, & esse terrori, quem admodum terra sic etiam mari. Magnitudo autem & multitudo huius potentię, ad mores ciuitatis erit accommodanda. nam si ea fuerit ciuitas, quæ magnam præstantiam authoritatemq; habere con

* ἐμπορικὴν.

A fuerit, necessarium erit hanc potentiam rebus esse conformem. Turbam vero nauticam, & huiusmodi hominum multitudinem, nõ necessarium est ciuitatibus existere. nulla enim ciuitatis pars huiusmodi homines esse debent. Nam pugnatores qui naues conscendunt, ingenui sunt homines. terra quoque militare consueti, hi prę sunt naualı turbæ & imperant. Existente vero multitudine teruis fortunæ hominum, qui circa nos habitant, & agricolarum qui in regione rem rusticam exercent, necessarium est abundantiam esse nautarum. Videmus etiam nunc istud fieri in quibusdam ciuitatibus, ceu in ciuitate Heracleotarum. multas enim implent triremes, vrbem possidentes magis exiguam quam cæteri. De regione igitur, & portubus, & vrbibus, & mari, & nauali potentia, in hunc modum determinatum sit. De multitudine quoq; ciuitatis, quã determinationem habere decet, prius diximus.

B *Quales debeant esse natura ciues, de quo laudantur Græci, et quales urbis custodes.* Cap. VII.



Nunc autem quales natura ciues esse oportet, a nobis dicetur. Forsan vero id deprehendet quis, si inspiciat ad ciuitates Græcorum, quæ bene gubernari dicuntur. & ad totum terrarum orbem, vt a gentibus variis incolitur. Nam quæ frigidas regiones incolunt gentes, & quæ per Europam, animo quidem abundant, ingenii vero & artificii parum habent: quapropter in libertate magis perseuerant. disciplinam vero reipublicę difficulter recipiunt, ac finitimis dominari non possunt. Quæ vero Asiam incolunt, ingenio & arte abundant, sed animositatem non habent: propter quod & parere dominantibus, & seruire perseuerant. At Græcorum genus, vt medium regionem locorum sortitum est, sic etiam amborum est particeps. C nam & animosum et ingeniosum est. Ex quo fit, vt in libertate degat, & disciplinam reipublicæ optime recipiat, & vnius reipublicæ constitutionem sortitum, imperare omnibus possit. Eandem quoque differentiam habet Græcorum gentes inter se. quędam enim habent naturam ad vnum illorum: quædam vero permixtæ ac temperatæ sunt ad vtrunq; illarum potentiarũ. Patet igitur, ꝙ oportet & intelligentiam & vigorẽ animi natura existere illis, qui futuri sint idonei, quos legum positor ad virtutem instituat. Nam quod de custodibus aiunt quidam opus esse, vt beneuoli sint erga notos, erga ignotos vero infesti, vigore animi est qui beneuolẽtiam facit. illa est enim potentia animæ, per quã amamus ac beneuoli sumus. cuius rei signũ est, ꝙ magis irritatur animus contra familiares & amicos, quam contra ignotos, si contemptũ se putet. Quapropter Archilochus recte cũ amicos incusaret, ad animũ loquitur inquiens. Non tu quidem ab

amicis lanceis transfixus es? Quod dominatur & q̃ libertatē ſeruat, ab hac potentia animi exiſtit: dominās enim & inuictus eſt animus. D Nec bene ſe habet dicere, q̃ aduerſus ignotos debent eſſe infeſtiſsimi. aduerſus neminem tales eſſe oportet. neq; ſunt magnanimi homines natura infeſti, niſi contra iniuriantes. Hoc autem magis contra notos familiareſq; patiūtur, quod dictum eſt prius, ſi iniuriatos ſibi exiſtimant. Et hoc non ſine ratione contingit. a quibus enim debere ſibi beneficium expectant, ab eiſdem non ſolum priuari beneficio, ſed inſuper lædi ſe putant. Vnde in prouerbio dicitur, Fratrum contentiones & iræ ſunt acerbiſsimæ. & qui ſe nimium amant, hi ſe nimium oderunt. De hominibus igitur qui in republica futuri ſint, & quot eſſe oportet, & quales natura, & de regione, quantam, & qualem, fere determinatum eſt. non enim eadem certitudo quærēda eſt, in his quæ per rationes, & in his quæ fiunt per ſenſum.

Quòd non omnia, ſine quibus ciuitas ſtare nequeat, ſint eius partes. & quæ ſint ipſius partes propriæ. Cap. VIII. E



CVm vero vt aliorum ſecundum naturam conſiſtentium, non hæ ſunt partes totius conſiſtentiæ, ſine quibus totū eſſe non poteſt: palam quòd nec ciuitatis ponendū eſt eſſe partes, quęcunq; ciuitatibus exiſtere neceſſario oportet, nec alterius cuiuſq; communionis, ex qua fit vnū aliquod genus. Vnum enim quid & cōmune eſſe debet cōmunicantibus, ſiue æquale, ſiue inæquale ſuſcipiāt: ceu ſiue alimentum id ſit, ſiue agri quantitas, ſiue aliud tale. ſed quando hoc gratia huius, hoc autem nō gratia, nihil in his commune. ſed aut huic quidem facere, huic autem accipere. dico autem velut organo omni ad id opus, quod fit & opificibus. Domui enim ad ædificatorē nihil eſt quod fiat commune, ſed eſt domus gratia ædificatorum ars. Quapropter poſſeſsione quidem indiget ciuitas: nulla tamen pars ciuitatis eſt poſſeſſio. F multa vero animata ſunt poſſeſsionis partes. Ciuitas autem cōmunio quædam eſt ſimilium gratia vitæ, vt maxime fieri poteſt optimæ. Cum vero ſit felicitas optimum, ipſa autem virtutis operatio, & vſus quidam perfectus: contingat autem ita vt aliqui illius recipiant participationem, alii parum aut nihil, manifeſtum eſt quòd hęc eſt cauſa, quare ciuitatis ſpecies & differentiæ exiſtunt, pluresq́ue rerumpublicarum formę. per alium enim modum, & aliis viis ſinguli hoc appetentes, & alios viuendi modos fecerunt, & alias reipublicæ diſciplinas. Conſiderandum autem eſt, quot ſint illa, ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt. nam quas dicimus eſſe ciuitatis partes, eas neceſſarium eſt in iſtis eſſe. Capiendus eſt igitur operum numerus: ex his enim id apparebit. Primum igitur debent exiſtere alimenta. Deinde artes: multis enim inſtrumentis indiget vita.

A Tertium arma: nam qui simul in communione viuunt, necessarium est in ipsis habere arma, quibus & magistratibus parere inobedientes compellantur,& quibus vis propulsetur externa. Praeterea pecuniarum habendarum facultas quaedam, quo illas habere posint & ad proprias indigencias, & ad bellum. Quintum ac primum, circa rem diuinam cultus, quod vocant sacrificium. Sextum, quod est omnium summe necessarium, iudicium pro vtilitate & iustitia contrahētium. Haec sunt igitur opera, quibus indiget ciuitas omnis. est enim ciuitas multitudo non quaecunque, sed illa quę ad vitam per se sufficientes sit; vt diximus. Si vero aliquid horum deficiat, impossibile est simpliciter per se esse sufficientem huiusmodi societatem. necessarium est ergo his operibus ciuitatem constare. Esse igitur oportet multitudinem agricolarum, qui victum conferant, & artifices,& pugnatores, & locupleces, & sacerdotes, & iudices necessariorum atque vtilium.

B *Quae ciuitatis partes quibus hominum generibus conueniant.* Cap. IX.



His determinatis, reliquum est considerare, vtrum omnes communicare debent horum omnium (fieri enim potest, vt iidem ipsi sint & agricolae,& artifices, & consultores, & iudicantes) vel in vnoquoque opere supra dictorum alios ponendum est, vel quaedam esse propria, quędam vero communia necessarium est. Sed non in omni republica hoc, vt diximus, contingit. nam fieri potest, vt omnes participent omnium,& non omnes omnium, sed quidam quorundam. haec enim faciunt rerumpublicarū varietatem. nam in populari quidem participant omnes omnium: in paucorum autē potencia contrarium est. Cum autem consideratio nostra sit de optima republica,
C ea vero est, per quam ciuitas esset maxime felix, felicitatem autem, quòd sine virtute impossible est existere primo diximus, manifestum, quòd in ciuitate quae optime gubernetur, & quae iustos habeat ciues simpliciter, ac non ad suppositionem, neque artifices, neque mercatores ciues esse oporter: vilis est enim huiusmodi vita, & virtuti aduersa. nec certe agricolas esse oportet eos, qui futuri sint ciues. opus est enim quiete & otio ad virtutem comparandam, & ad rempublicam gerendam. Cum vero hi supersint qui bello intendunt, & qui consultant de vtilibus, & iudicant de iustis & non iustis, qui quidem maxime videntur partes ciuitatis, vtrum & hos esse alios ponendum sit, vel eisdem hominibus ambas partes tribuendum? Clarum est, quòd quodam modo eisdem,& quodammodo aliis. quā enim alterius vigoris vtrumq; opus, & alterum prudentia, alterum viribus indiget, aliis, qua vero impossibile est, eos qui afferre vim

& prohibere hos possunt, subiectioné pati semper, eisdem. qui enim
a:morum domini sunt, iidem etiam sunt domini status, vel mutatio- D
nis reipublicæ. Restat igitur, vt eisdem quidem ambobus respubli-
ca tradatur, non simul quidem, sed vt natura fert. Vires quidé in iu-
nioribus sunt, prudentia vero in senibus sic inter eos distribui, com-
modum est, & iustum esse videtur. habebit.n. hęc distributio id, qđ
est secundum dignitatem. Atqui possessiones quoq; circa hos esse
oportet. necesse est enim facultates adesse ciuibus, hi autem sunt
ciues. nam turba quidem vrbana vilium ministrorum nulla pars est
ciuitatis, nec aliud genus quodcunque, quod non sit virtutis effector
Patet hoc ex eo quod præmisimus. felicitas enim necesse est, vt per vir
tutem fiat. felicem vero dicere ciuitatem debemus, non ad partem
aliquam eius respicientes, sed ad omnes ciues. Manifestũ igitur quod
horum esse possessiones oportet: siquidem necesse est agricolas esse
seruos, vel Barbaros, vel ministros. Reliquum est ex his qui supra
numerati sunt, genus sacerdotum esse, quorum institutio manife-
sta est. neque enim agricola, neque artifex, neque vilium exercitio- E
rum quisquam sacerdos est deputandus. honos enim Diis est a ciui-
bus impendendus. Sed cum distincti sint ciues in partes duas, hoc
est in eos qui arma tenent, & in eos qui consultant, & decens sit Diis
cultum exhibere, & requiem suscipere eos, qui pro tẽpore in his la-
borauerunt ac defessi sunt, his vtiq; esset sacrorum cura demandan-
da. Quę sint igitur, sine quibus ciuitas stare nõ potest, & quot sint ci
uitatis partes, dictum sit. Agricolas enim & artifices, & omne ministe
rium ciuitatibus existere necessariarum est. Sed partes ciuitatis sunt
qui arma tenent, & qui consultant. & separatum est vnumquodque
istorum: hoc quidem semper, hoc vero secundum partem.

De distributione ciuitatis, comessationibus, partitione regionis, cultoribus, & agricolis. *Cap. X.*

F


Idetur autem non nunc neque paulo ante hoc notum
fuisse his, qui de republica philosophantur, quod per
genera sit ciuitas distinguenda: & pugnatorum genus
aliud esse, aliud agricolarum. nam & in Aegypto vs-
que ad hoc tempus, in hunc modum se habet, & in
Creta, in Aegypto quidem Sesostri legem ferente, in Creta vero
Minoe. Antiqua videtur etiam comessationum institutio. quod in
Creta factum est Minoe regnante: sed multo prius hoc in Italia quã
in Creta constitutum fuit. Tradunt enim periti homines illorum lo-
corum, fuisse Italum quendam Oenotriæ regem, a quo mutato no-
mine pro Oenotris Itali sunt vocitati, oramq; illam maritimã Euro
pæ, quæ est inter Scyllaticum & Lameticum sinum (distant vero hæc
loca inter se meridiei iter) Italię nomen primo cœpisse. Hunc ergo

A Italiam tradunt agriculturã Oenotros docuisse, cum prius essent palores vagi, ac palantes, illisque leges posuisse, & comessationes instituisse primum. Quapropter etiam nunc quidam illorum populorũ comessationibus vtuntur, & legibus quibusdam ab illo positis. Incolebant autem eam Italię partem, quæ ad Tyrrheniam versa est Opici, qui nunc Ausonii nominantur. Alteram vero partem quæ ad Iapygiam & Ionium pertinet, incolebant Chaones, Syrtim appellatam: ipsi quoque ab Oenotris orti. Inuentio igitur comessationum hinc primum extitit. Diuisio autem ciuitatis per genera, apud Aegyptum incępit. Sesostratis enim multis temporibus ante fuit, quã Minos in Creta regnaret. Et alia fere credendum est eodẽm modo inuenta fuisse multoties in longo tempore, immo vero infinities. Nam quę necessaria sunt ad vsum vitæ, indigentiam ipsam docuisse rationabile est: & illis repertis additamenta postmodum facta fuisse, ad expolitiorem viuendi formam. quod eodem modo in constitutione rerũ publicarum accidisse credẽdum est. Esse vero cuncta ve

B tusta, signum est, ꝙ Aegyptii (quorum antiquitas maxima putatur) leges habuerunt, & ciuilem institutionem. Quapropter vtendum est iis quæ sufficienter tradita sunt, & quæ deficiunt reperire conandum. Quód igitur agri & possessiones eorum esse debent qui arma tenent, quiq; partes sunt ciuitatis, dictum est: & qua de causa cultores illarum alios esse oportet, & quanta & qualis debet esse regio. De distributione vero ipsius regionis, & qui, & quales debent esse cultores, dicendũ est. Quandoquidem neq; communes omnium cęnsemus esse debere possessiones, vt quidam tradidere: se vsu amicabili communes fieri, neque deesse vlli ciuium alimenta. De comessationibus videtur quoq; omnibus vtile esse, vt assint bene institutis ciuitatibus. Quam vero ob causam nobis quoque idem videatur, postea dicemus. Oportet autem ciues vniuersos ad earum communionem admitti. at non facile est, vt qui pauperes sint, contribuere statutam

C pensionem ex proprio possint, & cęteram domum gubernare. Præterea in sacrificiis, cultuque deorum sumptus communes esse debent totius ciuitatis. Est igitur necassarium in duas partes regionẽ diuidere, & aliam esse publicam, aliam priuatorum. Vtraque illarum partium rursus diuidenda est: illius nanq; partis quam publicam esse debere diximus, vna pars deorum cultui deputanda est, altera vero ad comessationum impensam. Rursus vero priuati agri pars vna ad proprias necessitates est deputanda, altera vero ad ciuitatem: vt duabus sortibus vtrinq; distributis, amborum locorum omnes participes sint. æquum enim & iustum ita se habet, & ad finitima bella concordantius. Vbi enim hic modus non seruatur, alii faciliter prosiliunt ad finitimorum inimicitias: alii nimium illas refugiunt, & contra dignitatem. Quamobrem apud quosdam lex est, vt qui agros habẽt vicinos, hi non admittantur ad consilium belli aduersus illos susci-

piendi, quasi ob priuatã sui causam recte consilium dare non valentes. Agrorum igitur per hunc modum facienda partitio est, ob causas D
ante dictas. Cultores autem ipsi, maxime quidem si secundum votum optandum est, serui esse debent: neq; omnis vnius generis, neq; animo elati. ita & ad faciendum opus vtiles forent, & nihil noui ab eis moueretur. Secundo autem loco Barbari ministri, natura similes his quos supra diximus. Horum autem in priuatis quidem agris & ipsi priuatorum dominorum sint, in publicis vero publici. Quemadmodum autem seruis vtendum sit, & quare melius est omnibus seruis præmium libertatis esse propositum, postea dicemus.

De situ vrbis, locis in ea ad diuersa accommodatis, priuatis ædibus, mœniis, & ipsius ornatu. Cap. XI.



Rbs aũt q̃ terræ marisq; particeps esse debet, & q̃ ad totam regionẽ similiter debet esse cõmunis quantũ fieri B
põt, dictum est prius. Ipsius aũt ad seipsam, optandũ est positionẽ sortiri, ad quatuor respiciẽtes. Primũ ad sanitatem. ad oriẽtem. n. Solem conuersę vrbes, & ad eos ventos qui inde perflant, salubriores sunt. secũdo loco quæ sunt secundum Boream sitæ. hę nãque sunt ad hyberna potiores. In reliquis verò, vt ad ciuiles res & ad bellicas opportune se habeat: ad bellicas quidem, vt facilis sit ciuibus in aliena egresio, hostibus autem difficilis aditio, ac difficilis circundatio. Aquarum autem & stagnorũ abundantiã habeat, maxime naturalem. quòd si naturalis deficiat, ex aqua pluuia cisternæ & lacus, qui magnã vim aquarum suscipiãt, cõparentur, ita vt deesse aqua, si quando obsiderentur, nunquam posit Sed cum oporteat de sanitate habitantiũ curam habere, hoc aũt sit primum in situ & qualitate loci, secundũ in quarũ salubriũ vsu, in ea quoq; re est diligentia merito adhibenda. Quibus enim plurimũ & frequentissime vtimur ad corpus, ea plurimum important ad sanitatem. aquarum autem & ventorum potentia talem habent naturam. E
Quapropter in ciuitatibus quæ recte sapiunt, distinguendus est aquarum vsus, si non omnes sunt pares, nec abundantia sit earum aquarum, vt aliæ seorsim aquę ad cibum & potum, aliæ ad aliam indigentiam deputentur. Loca autem munita, non pariter cunctis ciuitatibus vtilia sunt. vtputa arx ad dominationem vnius, vel paucorum. in populari vero viuendi modo, æqualitas loci. in optimatum vero gubernatione, neutrum illorũ, sed magis locis plures ardui. Priuatarũm autem domorum forma gratior & cõmodior ad cæteras res existimatur secundum nouiorem istum Hippodamium morem: sed ad securitatem tutelamq; ciuitatis vtilior erat antiquorum ædificatio. habent enim illorum ædificia inextricabiles aditus, ex quibus nisi cõsueti euadere vix possũt, & inscrutabiles latebras, si qui aggrederentur

ex quo

A ex quo vtriuſque horum participare debent. poteſt enim hoc fieri, ſi quis ita diſponat, vt ſolent agricolę illos, quos vocant quidam vinearum tramites. Et totam vrbem non facere penetrabilem, ſed partes quaſdam & loca. ſic enim ad ſecuritatem, & ad ornatum ſe bene habebit. Mœnia vero qui dicunt non oportere adeſſe ciuitatibus illis, quæ virtutem poſsideant, nimium priſce loquuntur: & hoc vident per experientiam reprobatum in iis ciuitatibus, quæ ſibi id ad gloriam iactabant. eſt enim ad pares ac non multo excedentes multitudine, non ſatis decorum per mœnia ſeruari velle. ſed cum aliquando contingat & fieri poſsit, vt multo maior hominum multitudo, & maiori virtute ſuperueniant, ſi ſaluos eſſe oportet, neq; perire, neque contumeliis affici, firmiſsimam munitionem murorum putandum eſt oportuniſsimam eſſe in bello: pręſertim hoc tempore, in quo tormenta & machinæ ad obſidiones vrbium cum omni ſubtilitate ſunt adinuenta. Simile eſt enim ciuitatem non circundandam mœnibus
B cenſere, & regionem facilem ad inuadendum quærere, & deiicere montuoſa loca, & priuatis domibus non circundare parietes, quaſi viles futuri ſint habitatores. Atqui ne id quidem latere oportet, ꝙ qui mœnibus circundantur, eis licet in vtranque partem vti vrbibus, & tanquam muros habentibus, & tanquam non habentibus: ſed eis qui mœnia non habent, non licet. Si ergo per hunc modum ſe habet, non ſolum mœnia circundanda ſunt vrbi, verumetiam curandum vt & ad ornatum ciuitatis ſe habeant decenter, & ad bellicas opportunitates, tum alias, tum ad illas quę nunc repertæ ſunt. Vt enim aggreſſoribus cura eſt quibus modis vincant, ita quędam iam reperta ſunt, quædam inueſtigare atque philoſophari oportet eos qui defendunt. principio enim non aggrediuntur eos qui bene ſe præparauerunt expugnare.

De ædibus ſacris, foris, & locis comeſſationum.
C *Cap. XII.*



Cum vero multitudo ciuium in comeſſationes diſtributa eſſe debeat, mœnia vero ſint præſidiis quibuſdam, & turribus per opportuna loca interpoſitis munienda, clarum eſt, ꝙ res exigit aliquas comeſſationum, in illis ipſis præſidiis collocari. & hæc quidem per hunc vtiq; modum videtur conſtituenda. Ae..s vero Deorū, ac principaliſsimæ magiſtratuum comeſſationes, idoneum locum habere debēt, & eundem ſacra quotcunq; lex non ſeparat, aut reſponſum oraculi. Eſſet aūt talis locus quiſquis ſupereminentiam haberet & ad edēdam virtutem ſufficienter, & ad vicinas partes ciuitatis excellenter. Decet autem ſub hunc locum conſtructionem fori eſſe talem, qualis eſt in Theſſalia eius quod liberum vocant, id eſt quod debet eſſe purū

ab omni mercatu, & neq; opifices, neque agricolas, neque alios vllos tales illi appropinquare, nisi à magistratibus vocarētur. Esset vero hic D locus gratior, si & gymnasia seniorū in eo sint constituta. decet.n.secūdū ætates distribui hūc ornatū, & in iunioribus magistratus quosdam versati, seniores aūt magistratibus assistere. presentia.n. magistratuū ante oculos posita gignit verā reuerentiā, liberalēq; pudorē. Venaliū autē rerum, aliud forum esse debet & alio loco situ, accessu facile, quo & à terra & à mari facilis sit importatio omnium. Cum vero multitudo ciuium diuisa sit in sacerdotes & magistratus, decens est sacerdotibus circa ædes sacras esse comessationes institutas. Magistratuū autem quicunque de contractibus ius dicunt, & qui accusationibus cognoscunt, & qui circa vocationes in ius, & aliam huiusmodi administrationem intendunt. & insuper qui ædilitatis & vrbanarum rerū curam gerunt, iuxta forum in loco celebri, communiq; sunt comessationes statuendæ. talis est locus illius fori, in quo necessaria venundātur. nam alterum illud forum superiori loco situm, debere esse diximus ociosum. hoc autem ad negocia rerum deputari. Hūc eundem or- B dinem in regione quoque imitandum esse dicimus. sunt enim magistratus quidam apud rusticos, quos alii syluarū custodes, alii * rectores appellant: quibus & loca ad custodiam regionis, & comessationes sunt iisdem in locis constituendæ. Templa quoq; per regionem distributa esse debent, partim Diis, partim heroibus. Sed immorari nūc circa ista superfluum est, cum sint illa non difficilia cognitu, sed magis factu. dicere enim, voti est: euenire autem, fortunæ. Quapropter circa talia insistere, ad præsens omittamus.

* agrimensores.

In quibus bene agere consistat. De felicitate, & de iis quibus homines fiunt studiosi. *Cap. XIII.*



E republica aūt ipsa, ex quibus & qualibus constare debet ciuitas, quæ beata sit futura, & recte gubernari, dicēdum est. Duo sunt, in quibus omnis commendatio bene agendi consistit. vnum, vt propositum ac finis agendi recte subiaceat: aliud, vt eas, quæ ad illum finē ferant, actiones inueniamus. Fieri enim potest, vt & cōcordent hæc inter se, & discordent. nam quādoque illud ad quod intenditur, recte iacet sed in actionibus per quas illo potiri credimus, aberratur. quandoq; autē omnia ad finē diriguntur: sed finis ipse est praue positus. quandoque etiam in vtroque est error, veluti circa medicinam. neque enim quale aliquid esse oportet sanum corpus, recte iudicat interdum, neque ad subiectum sibi finem opera diriguntur. Oportet autem in artibus & scientiis hæc vtraque obtineri, finem, & eas quæ sunt ad finem actiones. Quòd igitur bene viuere ac felices esse omnes cupiunt, manife- F

A stum est: sed aliis potestas est adipiscendi, aliis non, propter fortunam aliquam, vel naturam. opus est enim adiumentis quibusdam ad bene viuendum, minoribus quidem illis, qui melius dispositi sunt, maioribus autem, qui peius. alii vero, statim non recte quærunt felicitatem cum possint. Cum autem propositum nostrum sit optimam rempublicam videre: ea vero est, per quam ciuitas optimè gubernetur: optime autem gubernatur, si felicitatem maxime recipiat: manifestum est, quòd quid sit felicitas latere non debet. Diximus autem in Ethicis, si modo illorum librorum vtilitas vlla est, operationem esse, & vsum virtutis perfectum, & hunc non ex suppositione, sed simpliciter. Dico aūt ex suppositione, quę necessaria sunt: simpliciter autem, quod in seipso commendationem habet. veluti circa res iustas iudicare, punire, supplicio afficere à virtute quidem est, sed ex necessitate, commendationemq́; habet ex compulsione. eligibilius nanque foret nullo tali indigere, neque hominem neque ciui-
B tatem. At enim ad honores & opes, simpliciter sunt optimæ actiones. nam alterum quidem illud mali alicuius electio est: hæ autem contra, effectiones enim bonorum sunt, & generationes. Studiosus enim vir, & paupertate, & morbo, & aliis fortunæ aduersitatibus laudabiliter vtitur: verumtamen felicitas in contrariis existit. nam & hoc determinatum fuit in Ethicorum libris, quòd talis est studiosus, cui per virtutem bona, sunt simpliciter bona. patet autem, quòd & vsus istos necessarium est studiosos & bonos esse simpliciter. Quapropter existimant homines, externa bona causam esse felicitatis: ceu siquis bene pulsandi causam putat esse lyram magis quàm artem. Necessarium est ergo ex his quæ dicta sunt, alia subesse, alia parare legis positorem. ex quo secundum votum optamus constitutionem ciuitatis in his, quorum domina est fortuna: dominam enim illam posuimus. sed studiosam esse ciuitatem, non est fortunæ opus,
C sed scientiæ ac electionis. At studiosa ciuitas est, vt ciues qui in republica versantur sint studiosi. nobis autem omnes ciues participes sunt reipublicæ. Hoc igitur considerandum est, quo modo fiant studiosi. nam si contingat omnes esse studiosos, nō autem singulos ciuiū, sic foret optabilius: sequitur enim ad singulos esse, & omnes esse. Atqui boni quidem & studiosi fiunt propter tria. Sunt autē hæc tria, natura, mos, & ratio. etenim nasci oportet primum, ceu hominem, & non aliud animal: & sic qualem aliquem secundum corpus & animam. Quædam etiam nasci nulla vtilitas est: mores enim mutari faciunt. nam aliqua per naturam ad vtrunque apta, per mores ad peius vel ad melius conuertuntur. Cætera igitur animalia maxime viuunt secundum naturam, parum vero aliquid & secundum mores. homo autem & secundum rationem: solus enim rationem habet. Ita oportet hæc simul concordare. multa enim præter mores, & præter naturam agunt homines propter rationem, si persuadeatur

melius esse aliter agere. Natura igitur quales esse oportet eos, qui legum positori sint pariturі, determinatum est prius. reliquum opus est iam disciplinæ: quædam enim assuescendo discuntur, quædam audiendo. D

Quos oporteat esse imperantes, & parentes, eosdem ne ad diuersos pariter & ipsorum disciplinam. Et ad quæ respicere debeat legum positor, ac de quibus ipse nō laudatur. Cap. XIIII.



Cum vero omnis societas ciuilis constet ex imperantibus & parentibus, hoc iam considerandum est, vtrum alios esse oportet qui imperant, & alios qui parent, an eosdem per vitam. patet enim quòd & disciplina secundum hanc diuisionem sequi debebit. Si ergo tantum differrent alteri ab aliis, quantum Dii & heroes ab hominibus differre putantur, vt primum statim corpore, ac postea animo longe antecellerent, ac manifeste indubitateq; appareret eorum supereminētia, clarum est quòd semper eosdē istos melius foret imperare, alios vero parere. Sed cum facile non sit hoc reperire, nec sic (vt apud Indos Scylax esse ait) reges tantum a populis differre: manifestum est, quòd propter multas causas necessarium est, vt omnes similiter participes sint vicissim imperandi & parendi. æquum enim idem similibus: & difficile est stare rempublicam, quæ constituta sit præter iustitiam cum illis enim, qui ab imperando excluderentur, concurrēt omnes qui sunt in regione, statum mutare cupientes: & tantam esse multitudinem in reipublicæ gubernatione, vt sit potentior istis, vnū aliquid impossibilium est. At enim quòd oportet eos qui in magistratu sunt differre a subiectis, indubitabile est. quomodo ergo hæc futura sint, & quomodo participent, considerare debet legislator, vt prius diximus. Natura enim ostendit, quemadmodū hæc distinguenda sunt. fecit enim eosdem genere, alios iuniores, alios seniores. quorum alteri debent parere gubernantibus, alteri gubernare. Indignatur autem nemo propter ætatem maiori concedere. nec putat illum cui cedit, potiorem esse se: præsertim cum & ipse quando ad id ętatis peruenerit, eundem honorem sit recepturus. est ergo vt eosdem esse dicere eos qui parent & imperant: est etiam vt diuersos. Itaque & disciplinam, vt eandem dicere necesse est, & vt diuersam. qui enim imperare velit recte, oportere, aiunt, prius sub imperio fuisse. Imperium vero, vt in primis libris dictum fuit, aut gratia imperantis est, aut gratia subiectorum. horum alterum seruorū esse diximus, alterum liberorum. Mandatorum vero quędam inter se differunt, non in agendo, sed in cuius gratia. Quapropter multa quæ videntur esse ministrorum opera & adolescentium, liberis hominibus

E

F

A pulchrum est ministrare: ad pulchrum enim & non pulchrum non tantum differunt actiones propter seipsas, quantum in fine & gratia cuius. Cum vero ciuis & præsidentis eandem virtutem esse dixerimus, quæ optimi viri, & eundem prius parere debere, postea imperare: hoc vtique erit legumpositori intuendum laborandumq;, vt boni viri efficiantur, & per quæ exercitia, & quis finis optimæ vitę. Diuersę autem sunt duæ partes [animæ], quarum alterationem per se habet, altera non habet quidem per se, veruntamen rationi obtemperare potest: quarum diximus esse virtutes illas, per quas vir bonus dicitur quodammodo. Sed in vtra istarum magis est finis? Qui ita diuidunt, vt nos facimus, his ambiguum nō est quomodo sic dicendum: semper enim deterius melioris gratia est. patet hoc in his quæ sunt secundū artem, & in his quæ sunt secundū naturā: melius autem illud quod rationem habet. Diuiditur autem dupliciter, vt nos consueuimus diuidere: est enim ratio alia actiua, alia contemplatiua.
B Sic ergo necesse est & hanc partem diuidere, & actiones clarum est ꝙ correspondenter se habere dicemus. & oportet eas actiones quę sunt meliores secundum naturam, magis expetendas esse ab illis qui consequi possunt, aut omnia, aut illa duo semp enim cuiq; id est maxime expetendum, cuius potiri est summum. Diuisa est autem vita tota in negociū & otium, bellumq; & pacem. Et agibilium quædam sunt necessaria & vtilia, quædam honesta: in quibus necesse est eandem esse optionem & partibus animæ & ipsarum actionibus: bellum quidē gratia pacis, negotium autem gratia otii, necessaria & vtilia, gratia honestorum. Ad cuncta igitur hæc aspicere debet, qui legem ponit, & ad partes animę, & ad illarum actiones: magis vero ad ea quæ meliora sunt & finis. Eodem modo & circa vitas & rerum diuisiones. posse enim oportet & in negotio versari, & in bello. præferenda tamen est pax & otium, necessaria & vtilia posse agere, præferenda tamen honesta. Itaq; ad hęc tanquam ad signum, & pueri adhuc existentes, &
C aliæ ætates quæ indigent, per disciplinā sunt dirigendæ. Nā qui nūc Græcorū recte gubernari videntur, & legūlatores qui eas respublicas instituere, neq; ad optimū finē videntur aspexisse, neq; id ad oēs virtutes disciplinā & leges direxisse: sed onerosæ declinauerunt ad illas virtutes, quę videntur vtiles ac plus habere faciūt. Similiter quoque posterorū quidā scriptores opinionē suā eandē ostēderunt. laudātes. n. Lacedæmoniorū rēpub. admirantur & cōmendant legislatoris eius propositū, ꝙ oīa ad potentiam & ad bellū direxerit: quæ & per rōnem refelli possunt, & per facta ipsa nūc reprobata sunt. Vt enim plurimi hominū dominari late cupiunt, quoniam ex inde multa proueniunt fortunę commoda: sic Thibron admirari laudareq; videtur Lacedęmoniorum legūlatorem, & quicunq; alter de republica illorū scripsit, ꝙ propter exercitationē eorum ad pericula, multorū dominationem sibi compararunt. Atqui patet, ꝙ cū non habeant nūc do

minationē Lacedæmonii, nec felices amplius eſſent, nec legūlator eo-
rū bonus. Inſuper illud ridiculum, ſi permanentes in legibus eius, nul
lo, impediente illis legibus vti, amiſerunt bene viuere. Non recte ve D
ro ſuſcipiunt, neque de dominatione, ad quam intendiſſe legislatorem
oſtendunt. nam imperium liberorum melius eſt ac magis ex virtute,
quā dominari, vt ſeruis. Præterea non per hoc ciuitas felix eſt exiſti-
māda, neq; legislator laudādus, ꝙ vincere docuerit, & finitimis domi
nari. hæc enim magnū continent nocumētum. nā aduerſus ciues hoc
aget qui poterit, & ciuitati ſuæ dominari quæret. de quo accuſant La-
cedæmonii Pauſaniam, licet in tanta dignitate conſtitutū. Nec ſane
aliqua huiuſmodi ratio eſt aut lex ciuilis, neq; vtilis neq; vera. eadem
enim optima & priuatim & publice legūlatorem inducere oportet in
animos hominum. Neque exercitatio rerum bellicarū ob id eſt medi-
tanda, vt in ſeruitutem adigant immerentes: ſed primū ne ipſi ſeruire
aliis compellantur: deinde, vt imperium quærant gratia vtilitatis ſu-
biectorum, nō ante omnia dominationem: tertio, vt eis dominentur,
qui ſeruire ſunt digni. Quòd aūt oportear legis pōſitorem ſtudere, vt E
prouiſio ſua circa res bellicas & circa alias inſtitutiones ad otiū & ad
pacem referatur, id atteſtatur, ꝙ pleræq; talium ciuitatum bellum ge
rentes conſeruantur: ſed cum dominationem adeptæ ſunt, deſtruūtur.
ſplendorem enim veluti ferrum per pacem amittunt. Cauſa huius eſt
legumpoſitor, qui non ita inſtituit, vt in otio ſtare poſsint.

Quibus virtutibus & pacis, & belli tempore opus ſit. & à quo primum eruditio facienda ſit. *Cap. XV.*



Vm ergo idem finis eſſe videatur publice & priuatim ho
minibus, & eādē definitionē eſſe neceſſe ſit viro optimo
& optimæ reipublicæ: manifeſtum eſt oportere virtutes
eas quæ ad otium ſpectant, illi exiſtere. finis eſt.n. vt ſę-
pe iā diximus, belli pax, negocii otiū. Sūt autē vtiles ad F
otiū & quietē virtutes, quarū opus in otio eſt, & quarum in negocio.
oportet aūt multa negociorū nobis exiſtere, vt liceat ī otio eſſe. Qua-
propter temperatā ciuitatem eſſe oportet, ac fortem & patientē. nam,
vt eſt in prouerbio, nullū otiū ſeruis. qui vero non poſſunt fortiter pe
ricula ſubire, ſerui ſunt inuadentium. Fortitudine igitur & conſtantia
opus eſt ad negociū: philoſophia vero ad otium. temperantia autē &
iuſtitia in vtroque tempore, ſed magis in pace & otio. nam bellū qui-
dem ipſum cogit homines eſſe iuſtos ac temperatos. fortunæ autē pro-
ſperæ fruitio, & otium cū pace, petulantes magis facit. Multa igitur iu
ſtitia, multaq; temperantia indigent hi, qui in optimo ſtatu conſtitu-
ti videntur, & in fruitione omniū rerum, quæ beatos facere putantur,
veluti ſiqui ſunt, vt poetæ tradunt, in beatorum inſulis. maxime.n.
hi philoſophia, & temperantia & iuſtitia indigerent, quanto magis

A otiosi sunt in abundantia talium bonorum. Qua igitur de causa beata & studiosa futura ciuitas his indigeat virtutibus, manifestum est. turpe est enim, non posse frui bonis: sed in negociis quidem & bello viros probos videri, in otio autem & pace seruiles. Quamobrem oportet, non quemadmodum Lacedæmoniorum ciuitas, virtutem exercere. illi enim non eo ab aliis differunt, quòd non putent eadē maxima bona quæ cæteri: sed eo ꝙ prouenire illa existimant magis per aliquā virtutē. Cum vero maiora sint hæc bona, quā ea quæ belli, & fruitio eorum quā virtutū, & quia illius gratia, manifestū ex his. Quomodo aūt, & per quæ id erit, vtique considerandū. Diximus supra diuidētes, ꝙ natura, & more, & ratione indigemus: ex his aūt quales aliquos natura esse oportet determinauimus. Restat videre, vtrum ratione prius an moribus sit eruditio faciēda. hæc enim simul concordare debent optima concordatione. cōtingit enim rationem aberrare ab optima suppositione, & similes per mores duci. Clarum est hoc primum quidem, quemadmodum in aliis, quòd generatio est a principio, & B finis à principio aliquo alterius finis. ratio autem nobis & mens naturæ finis: quare ad hæc, generationem ac morum institutionem parare oportet. Deinde vt anima & corpus duo sunt, ita quoque duas videmus esse animæ partes, vnam irrationalem, alteram quæ habet rationem. habitus quoque earum duos, quorum alter est appetitio, alter mens. Vt autem corpus in generationem antecedit animam, sic pars irrationalis antecedit eam partem quæ habet rationē. Patet id in pueris, quibus statim ira & voluntas & cōcupiscentia existit: at ratio & mens, procedente ætate, in illis fieri natę sunt. Quapropter corporis curam necesse est prius suscipere, quā animi, deinde appetitus. curam tamē appetitus qui gratia mentis: curam vero corporis, qui gratia animi. Si ergo ab initio prouidendum est à legis positore, vt optima sint corpora eorum qui educantur, primo quidem circa coniugia prouide- C te debet, qua ætate & cuiusmodi existente, sint in matrimonium copulandi.

Quæ circa coniugia, ac liberorum procreationem consyderanda sint, ac peragenda. *Cap. XVI.*



HOC autem instituet legis positor, inspiciens ad ipsos, & ad vitæ tempus, vt ætatibus in idem concurrant, nec discrepet gignendi potentia. Viro enim adhuc generare potente, si mulier ipsa concipere non possit: vel muliere quidē ad concipiendum apta, si vir ipse non possit, lites ac discordiæ inter eos oriuntur. Ad filiorum quoque susceptionem est inspiciendum, ne nimis distent ab ætate paterna: quoniam nec ipsi senioribus gratiam referre vllam possunt, nec parentes filiis adiumenta præstare. Nec etiam nimis proximi ad æta-

tem paternam accedere debent filii. habet enim hoc turbationem nõ
paruam : cum neq; tanta sit reuerentia huiusmodi filii erga genito- D
res, vtpote quasi æqualibus, & circa gubernationem domus querelæ
ex ista quasi paritate soleant prouenire. Insuper, quod dicere inci-
pientes huc digressi fuimus, vt corpora natorum sint secundum le-
gis positoris voluntatem, fere quidem hęc omnia prouenient per vnã
diligentiã. Nam cum sit finis gignendi, vt plurimũ viris quidẽ septua
gesimus annus, mulieribus autem quinquagesimus: ita coniugandi
ab initio sunt, vt ætatibus ad hunc finem concurrant. Est autem ado
lescentium coniunctio improba ad filiorum procreationem. in cun-
ctis enim animalibus iuueniles partus imperfecti sunt & fœminę cre
brius quam mares, & parua corporis forma gignuntur. quocirca ne-
cesse est hoc idem in hominibus prouenire. Huius autem coniectu-
ra fuerit, quòd in quibuscunq; ciuitatibus consuetudo est adolescen
tes mares puellasque coniugari, in eisdem inutilia ac pusilla hominũ
corpora existunt. in partu quoque laborant magis puellæ, ac pere- E
unt plures. Ex quo responsum oraculi Troezeniis datum quidam
existimant ob istam causam, quasi multis pereuntibus propter im-
maturitatem nuptiarum, non propter fructuum collectionem. Ad
continentiam quoque vile est nuptias fieri seriores. intemperatiores
enim esse videntur, cum puellæ veneri assuescunt At masculorum cor
* a.l.corpo-re. pora crescere impediuntur, si adhuc augente *semine consuetudinem
ineant. nam huius terminus quispiam esse videtur, quem non multo
excedit amplius. Quapropter puellas quidem circa ætatem decem
& octo annorum nuptui tradere congruit, masculos autem circiter
ætatem annorum septem & triginta. in hoc enim tempore, & vigen
tibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore simul apte
desinent procreare posse. & filiorum susceptio partim erit ab initio
eis ætate vigentibus adhuc, si recte procedat statim generatio: par-
tim iam vergentibus ad annum septuagesimum. Quibus igitur æta
tibus coniugia sint facienda dictum sit. Tempus autem anni, vt nũc F
multi obseruant, recte per hyemem aptius ad nuptias esse videtur.
sed consideranda sunt in procreatione liberorum, quæ a medicis &
quæ a physicis traduntur. Medici enim tempora corporum sufficien-
ter ostendunt: physici autem de spiritibus, boreales magis quam au-
strales laudant. Quæ autem corpora maxime vtilia sint, magis di-
cendum esset, vbi disciplina librorum tractatur. summatim vero sat
fuerit nunc dixisse. neque enim Athletarum habitudo vtilis foret
ad ciuilem habitum, neq; ad sanitatem, & procreationem liberorum
nec rursus humilis & imbecilla nimium, sed media istarum. laborio-
sam enim habitudinem habere oportet, exercitatam vero laboribus
non violentis, neq; ad vnum laborem solum, vt Athletarum habitu
do, sed ad liberalia opera. hæc autem similiter viris mulieribusq; exi-
stere debent. Prægnantes quoq; mulieres curam habere corporum

A oportet, non pigrescentes, neq; subtili vtentes alimonia. hoc autem facile est legum positori prouidere, si iubeat singulis diebus iter quoddam facere debere ad Deorum sacra mulieres, quæ sortitę sint concipiendi honorem. Mens tamen contra quam corpus, in tranquillitate est traducenda. quę enim fiunt, ab ea quę continet, capere videtur: quemadmodum illa quæ nascuntur a terra. Circa expositionē autem vel educationem filiorum lex sit, nihil orbatum natura fore educandum. In aliis vero, si mores institutioq; ciuitatis prohibeāt natos exponere, ac multitudo tanta prolis alicui contigerit, vt duplicatus sit filiorum numerus (nam is definitus esse debet) ad multitudinem nimiam euitandam anteuenire oportet, vt nō concipiantur. nā postquam concepti sunt, & sensum aut vitam acceperint, nefas est attingere eos. Cum vero determinatum sit, qua ętate vir & vxor sint ab initio coniugandi, quanto tempore liberis operationem dare conueniat, determinemus. Seniorum enim fœtus, quemadmodum iuniorum imperfecti sunt, & corporibus & intellectibus: senescentium

B quoque fętus sunt irrobusti: quapropter illud maxime tempus probandum est, in quo maxime intelligentia viget in nobis. id autem estin plurimis, circiter annum quinquagesimum, vt poetarum quidam dixerunt, septenario numero ætatem dimetientes. Itaque qui quatuor aut quinque annis hanc ætatem excesserint, derelinquere debent in aperto procreandi studium, ac de cętero vel sanitatis, vel alterius huiusmodi causa concubitum facere videri. Coitus vero omnis alterius quā coniugis, penitus sit interdictus: quandoquidem sit & appelletur coniunx. Quòd siquis deprehendatur contra facere per tēpus procreationis, dignam pro delicto pęnam reportet.

De uictu, & institutione puerorum. *Cap.* XVII.



SVsceptis autem filiis, multum referre putandum est ad corporis robur, quali victu nutriantur. Apparet vero

C ex cæteris animalibus, & ex gētibus, quibus cura est assidua bellicæ habitudinis, nutrimentum lactis maxime proprium esse corporibus: abstemium autem magis propter ægritudines. Et præterea motus quoscunque in ea ætate fieri datur, conferunt. Ne membra vero ob teneritudinem distorta fiant, vtuntur adhuc gentes aliquæ organis quibusdam & machinis, que corpus a talibus illæsum conseruant. Confert etiam statim a pueritia frigori assuescere: hoc enim & ad sanitatem, & ad res bellicas vtile est. Quapropter apud multos Barbarorum consuetudo est, vel gelido amne natos immergere, vel parua veste amicire, vt faciunt Galli: ad cūcta enim ad quæ possibile est, statim ab initio melios est assuescere. est autem apta puerorū natura ob eorum calorē, ad frigus exerceri. Circa primam igitur ætatem hæc & huiusmodi di-

ligentia est adhibenda. Sequenti vero ætate vsque ad annos qu[illegible], D
quia nondum ad disciplinam aliquam sunt admouendi, ne[illegible]
res perferre cogendi, ne crescere impediantur, motus solum[illegible]
quosdam suscipere debent, quo pigritiam corporis euitent. q[illegible]
præparandi sunt illis, & per alios actus, & per ludum. ludi vero [illegible]
neq; illiberales neque laboriosi esse debent, neque remissi. Qua[illegible]
tem narrationes & fabulas illa ætate pueri audire debeant, cura [illegible]
qui pueris publice præficiuntur. cuncta enim talia ad conuersat[illegible]
postea futuras accommodanda sunt. itaq; ludi vt plurimum ta[illegible]
debent, vt sint imitationes eorum quæ postea serio erunt facienda.
Cohibitiones vero puerorum & interruptiones ploratus, qui legibus
prohibent non recte faciunt. sunt enim vtiles ad augmentum, cum
sint quodammodo exercitationes corporum. spiritus enim compressio
facit robur laborantibus, quod contingit etiam pueris ploratum cohi-
bentibus. Prouidendum est ab his, quibus puerorum cura publice
commissa est, circa huiusmodi educationem, & alia, & vt quam min- E
me cum seruis versentur. hæc enim ætas vsque ad annos septem, ne-
cessarium est vt domi alatur. rationabile est ergo præcipue in hac æta-
te, vt ab auditu & visu seruilium rerum absint. Omnino igitur obsce-
nitas verborum, vt & quicquam aliud, per legislatorem exterminan-
da est de ciuitate. ex turpiter enim loquendi licentia sequitur & tur-
piter facere. Potissimum igitur statim a pueris, neque dicant, neque
audiant quicquam turpe. Siquis vero dicere aut facere quicquam [illegible]
bitorum deprehensus fuerit, is si liber sit, sed nondum in conuentum
comessatorum dignatus assumi, honore prohibeatur & verberibus [illegible]
stigetur. sed si sit maioris ætatis, seruili infamia afficiatur, admissi ser-
uilis officii gratia. Cum vero dicere quicquam interdixerimus, cla-
rum est quod & aspicere aut picturas, aut actus deformes prohibemus.
Si igitur cura magistratibus, nullam neque picturam neque statuam
esse talium rerum imitatricem, nisi apud Deos quosdam, quibus etiam
lasciuiam mos tribuit. apud hos permittet lex iam homines factos F
pro se, & filiis, & vxoribus sacra facere. Iuniores autem neque iambo-
* comœdiarum. rum, neque * tragœdiarum spectatores esse sinat, nisi cum ad eam per-
uenerunt ætatem, vt in comessationibus vna cum aliis sedere, & po-
tus etiam participes esse possint, & ab ebrietate & huiusmodi labe[illegible]
sontes disciplina omnes præstabit. Nos quidem nunc cursim ista atti-
gimus: postea vero insistentes oportebit determinare magis, siue opor-
tet, siue non oportet primo quærentes, & quomodo. sed in præsenti
mentionem de his facere necessarium fuit. Forsitan enim non male
circa hoc censebat Theodorus tragœdiarum actor. nulli enim vnquam
* ἰυτιλῶν. concedere voluit, vt ante se ageret, neque ex * vilibus etiam histrio-
nibus, quasi magis faueant auditores illis, quos primo audierint. Con-
tingit hoc idem in conuersationibus hominum & rerum. omnium
enim prima nos magis delectant. Quapropter oportet a pueris omnia

A turpia procul remouere, & maxime quæcunque habent in se vel obscœnitatem, vel improbitatem. Transactis vero annis quinque, in duobus vsque ad septem oportet iam disciplinas spectare, quas addiscere eos oportet. Duæ autem sunt ætates in quas necessarium est disciplinas diuidere: vna post septimum annum vsque ad pubertatem: altera a pubertate vsque ad annum vigesimum primum. nam qui hebdomadibus diuidunt ætates, vt plurimum non dicunt bene. itaque sequenda est naturalis distinctio: omnis enim ars & disciplina implere vult id, quod deest naturæ. Primum igitur videndum est, si facienda sit institutio quædam circa pueros: deinde, si vtile sit publice curam eorum suscipere, vel magis priuatim, quo modo nunc fit in plurimis ciuitatibus: Tertio qualem hanc esse curam oportet.

ARISTOTELIS POLITICORVM LIBER OCTAVVS.

SVMMA LIBRI.

De puerorum institutione, & de ijs quę ipsi addiscere consueuerunt: De Musica, eius speciebus, ac musicalibus instrumentis: quęq; quibus conueniant.

Quòd facienda sit circa pueros institutio: & ea quidem publice. *Cap. I.*



VOD igitur a legis positore maxime intendendum sit circa disciplinam iuuentutis, nemo vtiq; dubitabit. nam id quidem neglectum in ciuitatibus affert reipublicæ detrimentum. Oportet enim ad singula gubernandi genera disciplinam accommodari. nam mos vniuscuiusq; proprius consueuit & seruare rempublicam, & ab initio constituere. ceu popularis mos popularē, & paucorū potentiæ accōmodatus mos, eam q̄ consistit in paucorū gubernatione. sp aūt melior mos cā est melioris reipublicæ. Præterea in cunctis facultatibus & artibus sunt q̄dā, ad q̄ erudiri prius oportet, & assuefieri ad earū opa. itaq; manifestū est, ꝙ & ad virtutis actiones. Cū vero vnus sit finis ciuitati

toti, clarum est oportere disciplinam quoque esse vnam & eandem omnium,& huius curam esse publicam & non priuatam. quemadmodum nunc vnusquisque curam habet suorum filiorum, priuatim docet & priuatam disciplinam, pro vt ei videtur. Sed oportet eorum publice exercitationem fieri: & simul non debet quisque ciuis se suum existimare, sed omnes ciuitatis. particula enim ciuitatis vnusquisque est: cura vero singularum particularum respicere nata est ad curam totius. Laudandi possunt in hoc Lacedæmonii. nam plurimam circa pueros diligentiam faciunt, & quidem publice. Quòd igitur lege prouidendum sit circa disciplinam iuuenum, & hoc publice faciendum, patet. D

Qualis, quarumque rerum, & cuius gratia debeat esse puerorum institutio. *Cap. II.*



Venam vero ista sit disciplina, & quomodo tradenda, latere non debet. Nam nunc quidem in ambiguo est, neque eadem omnes censent iuuentutem addiscere debere, neque ad virtutem, neque ad vitam optimam: neque conspicuum est, vtrum per intelligentiam magis deceat, vel per animi morem. Impedimentorum quoque respectus considerationem disciplinæ conturbat: cum manifestum non sit, vtrum exercitatio nostra accommodanda sit ad ea quæ sunt vtilia ad vitam, vel ad ea quæ tendunt ad virtutem, vel ad ea quæ ad magnificentiam quendam superfluumque pertinent apparatum. hæc enim omnia patronos quosdam suscepere. De his quoque quæ ad virtutem tendunt, nihil confessum existit. etenim virtutem non eandem omnes statim honorant: ex quo fit vt discordent circa illius exercitationem. Quod igitur ex vtilibus necessaria sint addiscenda, manifestum est. quòd autem non omnia, distinguentibus liberealia opera ab illiberalibus patebit, illa talia esse recipienda, quę cum vtilia sint, faciunt exercentem habentemque non vilis exercitii operatorem. Vile autem exercitium putandum et ars & disciplina, quæcunque corpus, aut animû, aut mentem liberi hominis, ad vsum & opera virtutis inutilem reddunt. Itaque & artes illæ quæ deterius disponunt corpus, & cuncta mercenaria exercitia, sordida nuncupamus. mentem enim occupatam & vtilem reddunt. Sunt etiam quædam ex liberalibus scientiis, quas vsque ad aliquid discere honestum sit. penitus vero se se his tradere, ac ad extremum vsque prosequi velle nocumentis illis, quæ supra diximus, obnoxios facit. Sed refert plurimum cuius gratia quis agat, vel discat. nam si gratia sui vel amicorum, vel propter virtutem, non est illiberale. qui vero idipsum agit propter alios, sæpe vti que videbitur illiberaliter ac sordide agere. Disciplinæ igitur illæ, de quibus diximus, ad vtranque partem se habent. E F

A *Quattuor esse, quæ pueri discere consueuerunt, quarum aliis ocii, aliis negocii causa utimur.* Cap. III.



Unt autem fere quatuor, quas discere iuuenes consueuerunt, literas, gymnasticā, musicā. addūt vero et quartum quidā, figurādi peritiam. Literas quidem & figurationem, tanquā vtiles et valde expedientes ad vitam: gymnasticā vero tanquā pertinentē ad fortitudinē. De Musica vero iam ambigitur. nā nūc quidem plurimi voluptatis gratia illam addiscunt: veteres aūt inter disciplinas eam collocauerūt, ex eo ꝙ natura quærit (vt sępe dictū est) non solū in negocio recte, verūetiā in ocio laudabiliter posse versari. Hoc.n. principiū est oīum, vt rursus de illo dicamus. si.n. vtroq; opus est, magis aūt expetendū est ocium quā negocium. nec id quidem in ioco: nam sic necesse foret iocum esse finem vitę. ꝙ si sit impossibile, & magis in negociis B vtendum est ioco. nam qui laborant, indigent relaxatione: & huius gratia est iocus. negocia vero sunt cum labore & conatu: & propterea oportet iocū adhibere, qui tanquā medicinā eo tempore afferat. nam relaxatio est huiusmodi motus animi, & requies per voluptatē. Ocium aūt ipsum videtur in se voluptatem habere, & felicitatem & vitam beatam. & hoc non negociosis, sed otiosis existit. nam qui negociatur, alicuius gratia negociatur, quod sibi desit. felicitas aūt finis est, quam non cum dolore, sed cum voluptate esse omnes putant. Hāc tamen voluptatem non eandem omnes posuerunt, sed scdm se vnusquisq;, & scdm suum habitum: optimus tamen optimā, & eam quæ fit ab honestissimis. Itaq; manifestū est, ꝙ oporteat ad ocium quoq; degendum addiscere quædam, & erudiri: & has eruditiones ac disciplinas sui ipsarum esse gratia: illas vero quæ ad negocium, tanquā necessarias & gratia illorum. Quapropter Musicam antiqui inter disciplinas collocauere: nō tanquā rem necessariā, nihil.n. habet tale: neq; C tanquam vilem, vt literæ ad lucrum, & ad rem familiarem, & ad *studia, & ad ciuiles actiones complurimas. Videtur quoq; figurādi peritia vtilis esse ad iudicandū melius artificū opera. neque vt gymnastica ad sanitatem & robur: nihil enim horum videmus ex musica fieri: restat ergo ꝙ ad degendum in ocio, ad quod & apparet eam adhiberi. quā enim putant degentiam esse ingenuorum hominum, in ea constituunt. Quapropter Homerus in poemate suo ita inquit:

* μάθησιν.

Sed quale est vocari ad mensam opipare paratam. Deinde nominans quosdam alios, subdit:

Et accersunt citharœdum qui omnes demulceat. & alio loco ait Vlysses:

Optimam esse degendi rationem, quando lætis omnibus conuiuę audiunt citharœdum, sedentes per ordinem.

Quòd igitur sit disciplina quędam, quam non vt vtile, neq; vt neces-

fariam docendi sunt filii, sed vt liberalem & honestam, manifestũ est. D
Vtrum aũt vna sit numero, an plures, & quæ nam istæ, & quõ, posterius dicetur. Nunc tantum id præmissum sit, ꝙ apud antiquos habemus testimonium ex his disciplinis quas diximus. musica enim hoc manifestat. Ac etiam de vtilibus, ꝙ aliqua addiscere pueros oportet, non modo propter vtilitatem, vt patet in literis, verum etiam propter multas disciplinas alias, quę per literas addiscuntur. Similiter vero figurandi peritiã, non vt in venundando emendoq; vasa non decipiantur, sed potius quia contẽplari facit pulchritudinẽ corporũ. quęrere vero vtilitatem vbiq;, minime congruit magnanimis, & ingenuis hominibus. Cum vero manifestum sit, vtrum moribus an ratione sit disciplina tradenda, & an circa corpus primo vel circa mentem, patet ex his ꝙ adolescentes gymnasticæ & pædotribicæ sunt tradendi: quarum altera qualem aliquam facit habitudinem corporis, altera operationes.

De gymnastica, & puerorum exercendorum disciplina. Cap. IIII. E



Vnc autem quæ ciuitates curam habere puerorum maxime videntur, partim athletarum habitudinem inducere student, in quo deformant corpora ac augmentationem eorum impediunt. Lacones vero in hoc quidem nõ errant, sed efferatos laboribus reddunt adolescentes, quasi hoc vtile sit maxime ad fortitudinem. Atqui vt iam sæpius diximus, neque ad vnam virtutem, neque ad hanc maxime respiciendum est ab eo qui curam facit institutionis. & si ad hanc, nõ tamen id consequuntur. neq; enim aliis in animalibus, neq; in gentibus videmus fortitudinem adesse maxime efferatis, sed potius mansuetioribus & leoninis moribus, multęq; sunt gentes, quæ ad cædes hominum, & ad eorum comestionem insultant: vt circa Pontum Achæi & Heniochi, & ex mediterraneis aliæ gentes similiter his, vel magis: quæ quidẽ F
gentes clanculum per insidias latrocinantur, ad bellica tamen opera nihil valent. Præterea scimus Lacones, dum ipsi soli exercebantur, præstitisse cæteris: nunc autem esse aliis inferiores. non enim ob id prę-stabant, ꝙ iuuentutem exercerent, sed ꝙ ipsi exercitati contra nõ exercitatos pugnabant. Itaque honestas, at non feritas est in certaminibus præferenda. neque enim lupus, neq; alia bestia, honestum periculum pugnando subiret, sed magis vir bonus. Qui vero adolescentes in hæc nimium tradunt, & in necessariis absque disciplina dimittunt, re vera illos sordidos reddunt. ad vnum enim opus reipublicę vtiles faciũt, & illud ipsum deterius, vt ratio ostendit. oportet autem non ex prioribus operibus, sed ex his quę nunc fiunt, iudicare. nam nũc quidem illi qui repugnant disciplinam habent, tunc vero non habebant. Quod igitur vtendum sit gyminastica, & quomodo vtendum concessum est-

A ftat. vsque enim ad pubertatem leuiores exercitationes sunt adhibendę, absq; victu illo violento & laboribus coactis, ne corpora crescere impediantur. Signum erit non paruum, quod ita contingat: quia inter eos qui Olympia vicerunt, duo vel tres tantum reperiuntur, qui iidem adolescentes & viri sint victoriam consecuti: propterea quod per exercitationes pueris adhibitas sublata sit vis ac robur a violentis laboribus. Post pubertatem vero cum annis tribus ad alia perdiscenda intenderint, tunc congruit & laboribus & victu necessario illos occupare. nam simul mente & corpore laborare non oportet: cum seinuicem impedire nata sint: labor quidem corporis, mentem: mentis autem, corpus.

De musica pulchra disceptatio: de eius effectibus: & eam ad puerorum disciplinam esse adhibendam. Cap. V.

B E musica vero dubia quædam posuimus antea, & nunc rectum erit illa resumere, vt tanquam consentanea fiant rationibus quas quis de ea dicens ostendat. Neque enim facile est demonstrare, quam potentiam habeat, neque cuius gratia illam adipisci oportet, verum solatii causa & quietis, quemadmodum somnus, & potus. nam hæc per se ipsa non sunt honesta, sed iocunda, & simul cessare curas faciunt, vt inquit Euripides. Quapropter instituunt in illa, & vtuntur cunctis istis similiter, somno, & potu, & musica. in his quoque saltationem posuerunt. An magis putandum est ad virtutem tendere musicam, vt potentem, quemadmodum gymnastica tali aliquod corpus reddit, sic & musicam talem aliquem morem efficere, assuefacientem posse recte lætari. An ad degendi rationem aliquid confert, & ad prudentiam. nam hoc tertium ponendum est, ex his quæ dicuntur. Quòd igitur oporteat pueros non solatii gratia discere, manifestum est. non enim solantur discentes: nam cum labore est disciplina. Atqui nec ad degendi rationem pueris, neque illi ætati congruit attribuere nulli enim imperfecto competit perfectio. Sed forsan videbitur puerorum studium solatii esse gratia viris factis & perfectis. Quòd si hoc tale est, cuius gratia oporret ipsos addiscere? ac non potius, instar Persorum Medorumq; regum, per alios idem facientes voluptatis ac disciplinæ participes fieri? etenim necesse est melius perfici ab his, qui hoc opus suum fecerunt & artem, quàm ab his, qui tanto solum tempore in eo laborauerunt, quanto addiscunt. Quòd si oporteat in his eos laborare, similiter & circa epularum apparatu oportebit vtiq; eos addiscere: quod est absurdum. Eadem quoq; dubitatio cadit, si posit mores facere meliores. quid enim opus est eos hæc addiscere, ac non ex aliis audientes recte lætari, & iudicare posse, quemadmodum Lacones? illi. n. quanquã non didicerint, possunt tamen recte iudicare, vt aiunt, quę sit bona, vel

nō bona melodia. Eademque ratio foret ad solatium, & ad rationem degendi otii libero homine dignam. quid enim oportet eos discere, ac non aliis vtentibus frui? Considerare hoc licet ex opinione quā habemus de Diis. non enim Iupiter cantat, aut citharam pulsat secū dum poetas: immo illos qui talia faciunt, appellamus viles: & opus illud non viri neq; sobrii, sed iocantis. At enim de his postea erit cō siderandum. Prima vero quæstio est. vtrū musica sit in ioco reponē da, vel non: & quid potest efficere de his tribus in dubitatione propositis, vtrum disciplinam, an solatium, an rationem otii degendi. Rationabiliter quidem ad omnia instituitur & videtur omnium participeps. nam & iocus gratia requietis est, ac requiem necesse est esse iocu dam. est enim medicina molestiæ illius, quæ per labores suscipitur: & ratio degendi otii non solum honestatem habere debet, verūetiā voluptatem: felicitas enim ex ambabus istis est. Musicam vero omnes fatemur esse ex iocundissimis, siue nuda sit, siue cum modulatio ne. Inquit profecto & Musæus, Carmen dulcissimam rem esse mortalibus. Quapropter & ad cœtus familiariū, & ad vitam in otio degendam, rationabiliter illam recipiunt, vt potentem lætitiam afferre. Vnde & ex hoc quis intelligat illam pueris esse perdiscendam. quæcunque enim iocunda sunt, atq; eadē innocua, non solum congruūt ad finem, verumetiam ad quietem. cum vero cōtingat hominibus per raro esse in fine, pſæpe autem cessent & vtantur iocis, nō ab aliud modo, sed etiā ob delectationē, vtile foret requiescere in his, quę ab illa proueniūt, voluptatibus. Contingit autem hominibus fecisse iocos finem cum & habeat fortasse finis voluptatem quandam, sed non quā cunq;. Quærentes vero istam accipiunt hanc pro illa, ex eo q̄ cum fine agēdi similitudinem habet. nam finis gratia nullius futuri expetitur: & tales voluptates nullius futuri gratia, sed gratia eorum quę antecesserunt, laborum.s.& molestiarum per quā igitur causam quæ rūt felicitatē fieri, per huiusmodi voluptates, hāc vtiq; aliquis rationabiliter existimet causam. De communione autem musicæ non per hæc solum, sed etiam quia vtilis sit ad cessationes, vt videtur nec per eas modo, sed insuper quærendum, num aliquando aliud ex ea proueniat. pretiosior quidem natura eius est, quā scdm̄ eum vsum, de quo supra dicitur: & oportet non solū ab ipsa voluptatem capere, quā participant omnes scdm̄ sensum. habet enim musica naturalē voluptatem, per quam illius vsus cunctis ætatibus, cunctisque moribus est acceptus. Sed videndum est, si quo modo ad mores extēditur & ad aium id aūt patebit, si aliquādo tales aliqui scdm̄ mores per illā efficiamur. Atqui q̄ efficiamur, per Olympi moderationem manifestū est: ea nanq; abstrahit aīam, & quodammodo rapit: raptus vero & abstractio aiæ circa morē affectio est. Preterea audientes repręsentationes, omnes afficiūtur etiam sine melodiis & versibus. Cum vero contigerit musicam esse delectabilium, virtutem aūt esse circa lætan-

A dum recte, & amare & odisse, oportet profecto addiscere & assuefieri ad nullam rem adeo, vt ad iudicandum recte & ad gaudendum mansuetis moribus, & laudabilibus operibus. Sunt aũt in rhythmis & melodiis similitudines maxime penes veras naturas iræ, & mansuetudinis ac fortitudinis & temperantiæ, & contrariorum his, & aliorum omnium quæ ad mores pertinent. Patet id ex effectu. mutatus.n. aĩum talia audientes. mos aũt dolendi ac lætandi in similibus prope est, vt erga veritatem eodem modo se habeat: ceu si quis gaudet imaginẽ alicuius videns, nõ propter aliã causam, sed propter formam ipsam, necessariũ est huic & aspectum ipsum illius, cuius imaginẽ cõtemplatur, esse iocundum. Contingit autem in aliis quidem sensibilibus, nullam existere similitudinem morum: vt in his quæ tactu vel gustu percipiuntur. in his etiam quę visu, admodum parum. figuræ enim sunt talia, sed ad modicum: & oẽs huiuscemodi sensus participant. insuper non sunt hæ similitudines morum, sed signa magis, quæ fiunt figuræ & colores morum. & sunt hęc a corpore in passionibus.
B tamẽ quãtum refert circa horum visionem, oportet pueros non figuras inspicere Pasonis, sed Polygnoti et si quis alter pictor vel statuarius sit moralis. At in melodiis ipsi sunt imitationes morum, & hoc est manifestũ. statim enim harmoniarũ distincta est natura, ita vt qui audiunt aliter disponantur, nec eodem modo se habeant ad vnãquãq; ipsarum, sed ad quasdam flebilliter & cõtractę magis, puta ad eam quæ appellatur Lydia mixta: ad quasdam vero mollius secũdũ mentem, ceu ad illas quę sunt remissę: ad aliam vero mediocriter & composite plurimum, vt videtur Dorica facere sola oĩum harmoniarum. Phrygia vero distrahit ac rapit aĩum, & quasi extra se ponit. hæc .n. recte dicunt, qui circa huiusmodi disciplinam philosophantur: capiunt enim verborũ testimonia ex rebus ipsis. Eodem modo se habet circa rhythmos. alii enim morem continent grauius, alii concitant,
C alii violentiores afferunt motus, alii liberaliores. Ex his igitur patet, ꝙ musica potes animi morem aliquem facere. Quòd si hoc potest musica, clarum est ꝙ ad puerorum disciplinam est adhibenda, & in ea pueri sunt instituendi. Congruit autẽ naturæ huiusmodi disciplina, nam pueri propter ætatem nihil ferunt sponte, quod non habeat in se iocunditatem: Musica vero ex his est, quę sunt iocunda secundum naturam. Et videtur cognatio quædam esse nobis cum harmoniis & rhythmis. quapropter multi sapientum dixere, alii quidem animam esse harmoniam, alii vero habere harmoniam.

De Musica quid discendum, ac ea utendum, quid ue minime: ubi de musicis instrumentis quamplura. Cap. VI.

Vtrum autem addiscere eos oportet cantando, & manibus agendo, vel non, quemadmodum prius dubitatũ est, nunc erit dicẽ

dum . Non est obseurum interesse multum ad hoc, vt efficiamur ali-
quales, si quis operũ ipse sit particeps . nẽpe impossibile est vel certe D
admodum difficile, vt qui opera ipsa non tractat, perite valeat iudica
re . Et simul opus est vt pueri habeant exercitationem aliquam &
Architę tabella recte reperta est, quam pueris dãt, vt in ea occupati,
illa quæ sunt domi non frangant : nescit enim pueritia quiescere. hic
est ergo infantibus conueniens ludus : disciplina vero maioribus, tã
quã tabella quædã. Quòd igitur docendi sint musicam, ita vt in opere
ipso versentur, ex ipsis patet . Quid autẽ deceat vel non deceat scdm
ætates , nõ difficile est determinare , ac respondere vituperatoribus ,
vile huiusmodi exercitium esse dicentibus . Primum igitur cum iudi
candi causa sint hæc opera perdiscenda, oportet in pueritia illi operã
dare . in maiori vero ætate exercitationem dimittere : tantum modo
autem iudicare posse per disciplinam adeptam, ac lætari recte. Vitu-
peratoribus autem, qui aiunt sordidos ac viles musicam facere, non
difficile est respondere, si consideremus , quousq; illi opera danda sit
ab his, qui ad virtutẽ ciuilẽ erudiuntur, & quæ melodiæ, quiue rhyth E
mi sint addiscendi , & præterea quibus instrumentis pręcipiatur . nã
in eo quidem plurimum refert, consistitq; in his obiectionibus solu-
tio . nihil enim vetat , modus quosdam musicæ illud , quod aiunt ,
efficere . Clarum est igitur oportere disciplinã eius neq; impedimen
tum afferre cæteris operationibus, neq; corpus efficere inutile ad bel
licas ciuilesq; exercitationes : ad vsus quidẽ iam, ad disciplinas vero
post . Erit autem hoc , si neq; in illis laborabunt quæ ad certa artifi-
cia pertinent, neq; circa admirabilia quædam & superflua, quæ incer
tamina prius, & de certaminibus in doctrinã venere : sed eousque ,
vt gaudere valeant probabilibus melodiis & rhythmis, & non com-
muni sensu musicæ solum, vt aĩalia quędã, & turba seniorum ac pue
rorũ . Patet etiam ex his, quibus instrumentis sit vtendum . neque.n.
tybiæ sunt in disciplina recipiendæ, nec aliud artificiosum instrumẽ
tũ, vt cithara, & si quid aliud tale: sed quæcunq; faciunt auditores bo F
nos, vel musicę disciplinę, vel alterius . Insuper tibia non est morale,
sed potius suscitatiuũ & concitatiuum. itaq; ad huiusmodi tẽpora est
vtendum illa, in quibus spectacula magis purificationem patiuntur ,
quã disciplinã. Adiungamus autem & illud, ꝙ contrariũ disciplinæ ef
ficit, impediens rationẽ, vti tibiarũ sonus . Quapropter bene repro-
bauerunt illarũ vsum antiqui, licet prius vsi fuissent . Studiosiores.n.
facti propter diuitias, & animosiores ad virtutem, post victoriam cõ-
tra Medos habitam, ac ex rebus gestis magnũ de se opinantes, disci-
plinã oĩum arripuerunt, non iudicãtes , sed experientes. Quapropter
tibiarum quoq; vsus tunc receptus est . nam & apud Lacedæmonios
quidã qui ludos exhibebat, ipsemet tibiis modos fecit. & Athenis eo
usq; in consuetudiné venit, vt fere ingenui omnes addiscerent. quod
patet ex tabula a Thrasippo posita , cum ludos pro tribu sua dedit .

A Postea vero in desuetudinẽ abiit, & improbari cœpta est, cum iam me lius per experientiã iudicare possent, quid ad virtutem pertineret, & quid nõ. Eodemque modo per multa instrumentorum antiquorũ im probata sunt, veluti Pectides & Barbiti, & quæ ad voluptatem audien tium intendebant, heptagona, & trigona, & sambucæ, & cuncta quæ indigent perita manuum gesticulatione. Rationabiliterq; illud ſe ha bet, quod antiqui de tibiis fabulantur. aiunt enim Mineruam reper tricem, tibias abieciſſe ob deformitatem oris, at qui non male se ha bet dicere, feciſſe hoc Deam, deformitate oris infensam: sed tamen multo magis ob id, quia nihil confert tibiarum vsus ad intelligentiã et mentem, cum scientia et ars Mineruę sit attributa. Cum vero in strumentorũ & operis probauerimus artificiosam disciplinam: artifi ciosam vero illam posuimus quæ versatur in certaminibus: in illis enim qui agit, non propriæ virtutis gratia agit, sed vt audientes dele ctet, & onerosa quidem delectatione: quapropter non ingenui hoĩs B censemus esse huiuscemodi opus, sed per viles ac sordidos contingit illud fieri. nam finis, cuius gratia faciunt, improbus est, cum specta tor onerosus existens, modo hoc, modo illud exigere consueuit: ita vt artifices quoq; placere studentes, illiusmodi efficiãtur, & corpora similiter propter motus.

Harmoniis & rhythmis omnibus utendum esse: diuersis tamen ad diuersa, ac secundum ætates diuersas: vbi de harmoniarum differentiis multa. Cap. VII.



Onsiderandum est autem, vtrum omnibus vtendum sit harmoniis & omnibus rhythmis, an distinguendum. Deinde vtrum illis qui eruditionis causa laborãt, ean dem dictionem tribuamus, an tertium quiddam aliud. Quoniam videmus musicã esse per melodiam & rhyth mos, horum vtrunque latere non debet, quam vim habeat ad doctri nam: & vtrum præferenda sit ea pars, quæ in melodiis consistit, an ea quæ in rhythmis. Putans igitur multa de his esse dicta recte a musi cis quibusdam, qui nunc sunt, & a philosophis qui peritiam habent huius disciplinæ, discusſionem & examen singularum partiũ illis di mittemus, qui perquirere volent; nos autem legitime solummodo in genere de ipsis dicamus. Cum illa probetur a nobis melodiarum di uisio, quam faciunt quidam philosophi, quòd alię sunt morales, aliæ effectiuæ, alię abstractiuæ, ponentes naturam earum ad singula istorum propriam: dicimus autem, non vnius vtilitatis gratia opor tere musica vti, sed multarum: nam & doctrinæ gratia & purificatio nis. (quid autem purificationem intelligamus simpliciter, alias vero diligentius in his quæ de Poetica scribimus, dicemus) tertio

gratia degendi orii quietisq; causa & remissionis curarum·patet om D
nibus harmoniis esse vtendum , sed non eodem modo . verum ad do
ctrinam quidem moralibus est vtẽdum maxime: ad eruditionem ve
ro aliorum pulsanre,effectiuis & abstractiuis . nam affectio illa , quæ
contingit circa animos quorundam vehementer, in cunctis existit.
·Differt autem scdm magis & minus,ceu miseratio & metus,& prete
rea abstractio animi . nã per hũc motum deuoti,& supplices quidam
fiunt . Videmus aũt & sacri melodiis ira affici , quando vtuntur ex-
piantibus animam carminibus, quasi medicina fretis , & purificatio-
ne . Hoc idem euenire necessum est iis qui commiseratione, & qui me
tu,& qui aliis affectibus detinentur,& alis,quatenus cuique talia con
tingant: fieriq; in omnibus purificationem quãdam & leuationem
cum voluptate. Similiter autem carmina purificatiua lætitiam affe-
runt innocuã hominibus. quapropter talibus harmoniis , & talibus
carminibus spectandi sunt hi, qui theatralem musicam tractant cer-
tatores. Sed cum spectator sit duplex,alter ingenuus & doctus, alter B
vilis & indoctus,ex opificibus turbaq; vrbana, his quoq; accommo
danda sunt certamina, & spectacula ad cessationem & requietem . vt
enim illorum animæ distortæ sunt a naturali habitudine,sic harmo-
niarum & melodiarum distortiones sunt quædam , illæ quæ sunt ve-
hementes & infractæ . Delectat vero singulos id quod suæ naturę sit
aptũ . quamobrem licentia permittenda est his , qui de artę musica
certant in theatro, vt ad huiusmodi spectatorem tali genere vtantur
musicæ. Ad doctrinam vero,quemadmodum dictum est , moralibus
melodiis est vtendum,& talibus harmoniis, qualis est Dorica, vt su-
pra diximus . Recipienda est & alia quamcunq; nobis suadent,qui in
philosophia musicaq; versantur . Socrates vero in libris de Republi
ca non recte Phrygiam tantummodo adiungit ad Doricam,licet im
probans tibiam ex instrumentis . habet enim eandẽ vim phrygia in
harmoniis, quam habet tibia in instrumentis . ambæ.n.concitant ani
mos,& in affectus impellunt. Ostendit hoc Poesis:tota enim baccha- E
tio,& tota huiusmodi concitatio maxime omnium instrumentorum
per tibias fit . harmonia vero Phrygia maxime hunc modum habet:
ceu Dithyrambus manifeste videtur esse Phrygius . Cuius quidem
rei plura afferunt argumenta , qui circa huiusmodi rerum intelli-
gentiam vacant . & inter cæreta illud, ꝙ Philoxenus aggressus Dori
ce facere Dithyrambos in fabulis,non potuit,sed vi illius naturæ tra
ctus fuit ad Phrygiam harmoniam , quæ maxime illis congruebat.
Doricam autem fatentur omnes constãtem esse ac firmam,moremq;
summopere cõtinere virilem.Præterea cum medium extremorum su
mendum esse diximus: Dorica autem hanc habet naturam ad alias
harmonias: manifestum est ꝙ Doricam prę cęteris decens est iunio-
res addiscere . Sed duo consideranda sunt , vnum, quid posit: al-

A terum., quid deceat. nam posibilia quisque aggredi, & conuenientia sibi debet. Sunt autem hæc distincta ætatibus, ceu defesis iam tēpore nō facile est alti spiritus cātilenas canere, sed talibus subiicit natura remissas. Ex quo Socratem in hoc quoque merito reprehendunt quidam ex his, qui circa musicam versantur, ꝙ remisiores harmonias improbauit ad doctrinam, quasi vinolentas accipiens eas, non secundum vinolentię naturam (nam vinolentia magis debacchari facit) sed defessas. quare & ad futuram ætatem seniorū, opus est huiuscemodi harmonias attingere, & huiuscemodi melodias. Pręterea, si qua est talium harmoniarum, quæ conueniat puerorum ætati ex eo quia posit ornatum simul doctrinamque afferre: quod Lydia maxime omnium harmoniarum habere videtur: manifestum ꝙ hæ tres determinationes sunt in doctrina facienda, medium, posibile, ac decens.

B

Librorum Octo Politicorum finis.

LEONARDI ARETINI
VIRI CLARISSIMI IN LIBROS OECONOMICORVM ARISTOTELIS,
AD COSMVM MEDICEM FLORENTINVM PRAEFATIO

C



Retiosa sunt interdum parui corporis munuscula, quod lapilli gemmæq; testantur. Et homines nonnunquam pusilli grandioribus præualent, vt de Tydeo scribit Homerus: à quo breui et exiguo omnes certaminibus longe superatos fuisse tradit. Statius quoq; Homerum (credo) secutus, de eodem inquit: Maior in exiguo regnabat corpore uirtus. Tu igitur, Cosme dulcissime, hoc quicquid est libelli ob paginæ breuitatem nequaquam despexeris. pusillum quidem est, at viribus amplum, & pretio dignum: quod ego per has ferias e Græco interpretatus, non immerito, ut mihi uideor, tibi potissimum destinaui. Cui enim rectius de gubernatione exercitus præcipi potest, quam illi qui exercitum habet? Cui rursus de rei familiaris administratione, quam ei qui rem amplam posides? & tueri illam cum laude gliscis, & augere cum dignitate? Licet

erga per te multum sapias, & a patre tuo viro sapientissimo quotidie aud re possis, operæpretium tamen erit quod de re familiari tradiderint excellentissima philosophorum ingenia cognouisse. Vt enim medicinæ sanitas, ita rei familiaris diuitias finem esse constat. Sunt uero utiles diuitiæ, cum & ornamento sint possidentibus, & ad virtutem exercendam suppeditent facultatem. pro- sunt etiam natis, qui facilius per illas ad honores dignitatesq; subleuantur. Nam quorum virtutibus obstat res angusta domi, haud facile emergunt, ut poetæ nostri dictat sententia. Quare cum nostri, tum natorum multo magis charitate, illarum amplificationi, quo ad honeste possumus, studendum est: quoniam à philosophis in bonis numerantur, & ad felicitatem pertinere creduntur. Tu igitur harum præcepta rerum in hoc libello Aristotelis leges, quem ego non solum transtuli e Græco, ut maxime consonum esse putaui: uerumetiã explanationem quandam obscurorum uerborum adiunxi, quo tibi legenti dilucidior esset. Primum igitur illud premittendum est duas philosophiæ esse partes: quarum altera in cognitione rerum: altera in agendo versatur. Prima fere pars ad illa pertinet, quorum finis est ipsa cognitio. Actiua præcepta vitæ continet, quæ scire parum est, nisi deducas in actum. Ea uero præcepta diuiduntur trifariam. aut enim circa mores nos instruunt, aut circa rem familiarem, aut circa rempublicam. Harum primam Ethicam, secundam Oeconomicam, tertiam Politicam Græci appellant. nos, ut opinor, nostris uocabulis uti magis decet, quam alienis. Nunc ad textum Aristotelis ueniamus.

D

B



ARISTOTELIS STAGIRITAE.

PERIPATETICORVM PRINCIPIS.

OECONOMICORVM.

LIBER PRIMVS.

Leonardo Aretino interprete.

SVMMA LIBRI.

De iis, quę ad rem attinent familiarem, eiq; sunt propria.
De varijs erga diuersos Oeconomi legibus.

Quomodo differant & conueniant inter se Politica & Oeconomica, & quis earum sit ordo. Cap. I.



C Es familiaris & respublica inter se differunt, non solum quãtum domus & ciuitas: (hæc enim sunt eorum subiecta: (verum etiam illo, ꝙ in republica quidem plures imperant, in re familiari vero vnus duntaxat est imperator & rector. Quædam enim artes distinguuntur, nec est eiusdem fecisse ac facto vti: quemadmodum lyra & fistulis. sed reipublicæ disciplinæ, est ciuitatem ab initio constituisse, & constituta bene vti. itaque patet etiam esse rei familiaris, parare domum, & illa vti. Ciuitas quidē est multitudo domorum, agro & pecuniis sufficienter abũdans ad bene viuendũ. Id aũt ex eo patet, ꝙ si cõpotes horum esse nequeunt, societas soluitur. Insuper huius gratia in vnum coeunt. cuius aũtem gratia vnumquodque est, & fit, & substantia ipsius hæc existit. Itaque patet priorem esse rem familiarem quam rempublicam: nam & opus illius est. pars enim ciuitatis est domus. Cõsyderandum est igitur de re familiari, quod sit illius opus.


De partibus domus, et unde sit sumenda possessio. Cap. II. D



Omus quidē partes sunt,homo & possessio. Quoniam vero primum in minimis natura cuiusq; inspicitur, in domo quoque se habet ita. Quare secundum Hesiodū hoc ad esse conuenit. Domicilium in primis, mulieremq;, & bouem aratorem. alterum.n.primū in victu est,alterum in liberis. itaq; oportet ea quæ ad vxorem spectant,recte disposuisse,hoc est prouidisse, vt talis sit qualis esse debeat. Possessionis autem prima cura est ea, quæ secundum naturam. secundum naturam vero potissima est agricultura. Secundo loco, oīa quæ sunt a terra: ceu metallorum, & si qua alia huiusmodi. sed agricultura præcipue, quoniam iusta. non.n.ab hominibus, nec volentibus vt cauponaria & mercenariæ: nec inuitus quærit, quemadmodum bellicæ artes:& est earum rerum quæ sunt secundum naturam.natura B enim omnis educatio est a matre: quare & hominibus a terra. Prodest etiam hæc plurimum ad fortitudinem. non enim, quemadmodum viles artium, corpora eneruat,sed talia facit, vt & sub Dio consistere, & tolerare laborem valeant, & aduersus hostes pericula capessere. soli enim hi res suas extra munitiones habent.

Agricultores.

Quòd uiri et mulieris societas secundum naturam sit et necessaria,et q̄ multa commoda contineat. Cap. III.



Ed eius diligentiæ que est circa homines, primæ sunt partes circa vxorem. societas enim est maxime secūdū naturā mari & fœminæ. Præmissum est.n.a nobis aliis locis, desyderare naturam multa efficere talia, veluti vnumquodq; animalium. est enim impossibile fœminam sine mare, aut marem sine fomina hoc adimplere. quare eorū societas necessitate constituta est. Enim uero in cæteris animalibus absque ratione id fit,& inquantum naturæ capacia sunt,& procreādi gratia solum. in cicuribus autem & prudentioribus distinguūtur magis. apparent enim in his magis mutua auxilia, & dilectiones & cooperationes: maximeq; in homine id conspicitur,quòd non essendi causa solum,verumetiam bene essendi mas & fœmina ope mutua cō iunguntur. filiosq; procreant, non solum vt id naturæ tributum ferant,verumetiam vt commoda exinde suscipiant. valentes enim ipsi,imbecilles suos labore tuentur, & alunt. mox imbecilles ob seniū facti, a valentibus eadem reportant. Et simul natura per hunc circuitum adimplet sempiternitatem: ex quo secundum numerum nō potest,at secundum speciem. sic enim diuina prouidentia vtriusque

A natura ordinata est, viri scilicet, & mulieris ad societatem. Tendunt enim eorum omnia in idem vtilitatis, licet contraria quædam videantur. Alterum enim robustum facit, alterum imbecillius. vt hoc quidem ob timorem cautius, illud vero propter fortitudinem pugnacius esset. & alterum parat foris, alterum parta domi conseruat. Ad operis vero effectionem, alterum sedulitatem intra limen agit, ad externam vero peruagationem imbecillum. alterum ad sedulitatem deterius est, ad motus autem valentius. Circa prolem autem, generatio quidem propria est, vtilitas vero communis. alterius enim nutrire est, alterius erudire.

Leges uiri ad uxorem. Cap. IIII.

PRimum igitur leges sint viro ad vxorem, & iniuria cesset sic enim nec ipse iniuriam patietur. hoc enim & communis lex indueit, vt Pythagorici dicunt, quemadmodum B seruam a lare abductam, quam minime decet videri iniuria afficere. est autem viri iniuria externarum mulierum coitus. In vsu vero, vt neque desit præsentibus nec absentibus impotens sit acquiescere: sed ita assuefieri, vt sufficienter se habeat in præsentia & absentia. Recte vero se habet & illud Hesiodi: Puellam accipere oportere, vt gratis moribus eam imbuere possis. diuersitates enim morum nequaquam sunt ad dilectionem aptæ. Circa ornatum vero, quemadmodum in moribus fictionem esse non decet, si simul appropinquare debent, sic etiam nec in corpore. nam illa, quæ per ornatum fiunt, nihil differunt ab histrionum vsu, Tragœdias in scena agentium.

Leges domini ad seruos. Cap. V.

C POssessionum autem prima quidem, ac maxime necessaria est illa, quę optima et principalissima: id autem est homo. quapropter oportet primo seruos parare studiosos. Seruorum aūt species duæ, curator, & opifex. cum vero cernamus, quòd disciplinæ rales aliquos faciunt iuuenes, necessarium est postquam paraueris, imbuere illos, quibus liberalia officia fuerint committenda. Cum seruis autem versetur ita, vt neque superbos esse sinat, neque abiecto. & liberalioribus quidem honorem, opificibus vero cibum abunde tribuat. Et quoniam vini potus etiam liberos ad insolentiam impellit, & apud multas nationes ingenui quoq; ab illo se abstinét, vt Carthaginienses dum militant: patet ꝙ vini, aut nihil* aut valde * ὀλίγον raro seruis tradendum est. Tria vero cum sint: opus, cibus, & castigatio, cibus quidem sine castigatione & opere petulantem reddit: opus vero, et castigatio sine cibo violenta res est, & infirmum facit ser-

uum:restat igitur, vt opus faciendum illi tribuat, & cibum sufficientem. sine mercede .n. dominandum non putant. merces autem serui cibus est. Verum vt alii deteriores fiunt, quando nec melioribus tribuitur melius, neque præmia fiunt virtutis et vitii proposita: sic etiam serui. quapropter oportet consyderationem habere, ac indulgere illis, & permittere singula secundum merita, & cibum, & vestem, & quierem, & castigationem verbo, & opere, medicorum artem imitantes, in medicinæ loco prospicientes, quòd quidem cibus medicina non est propter continuationem. Genera vero seruorum ad opus faciendum optima essent, neque timida, neque fortia nimis. in vtrisq; enim peccatum est. nam & nimis timidi non ferunt laborem: & ferocibus non commode imperatur. Oportet quoq; finem omnibus esse terminatum. est enim iustum simul & vtile, libertatem esse propositã. libenter enim labores subibunt, si & propositum premium conspexerint, & tempus definitum. Sunt etiam procreatis filiis, tãquam obsidibus obligandi. Nec plures habendi sunt eiusdem generis, quemadmodum in ciuitatibus. Sacra quoque & largiores epulas seruorũ gratia magis faciendum, quam liberorum. plura enim ipsi habent, cuius vtique gratia talia instituta sunt. D E

Leges Oeconomi. *Cap. VI.*



Vatuor habere oportet patrem familias circa pecunias. nã & quærere posse conuenit, & quæsita tueri. alioquin nulla quærendi foret vtilitas. nam cribro haurire nihil aliud est, quam (quod dici solet) terebrarum vas. Esse prætereа talem, vt & ornari præsentibus & frui sciat. horum enim gratia habere illas expedit. distinguenda quidẽ sunt singula, & plura habenda fructuosa quam infructuosa, & negocia sic sequestranda, vt omnium simul periculum non subeatur. Circa tuendum autẽ quæsita, vtiles sunt Persicæ & Laconicæ, vtilis etiam Attica dispensatio: vendentes.n. emunt. & penoris institutio non est in exilioribus administrationibus. Est autem Persica, ipsum omnia iubere, omniaq; inspicere. Et quod de Dionysio inquit Dyon nullus enim parem curam habet alienorum & suorum. itaq; quæcunq; per ipsum geri possunt, circa illa cum diligentia intendat. in quo Persę simul & libyci dictũ recte se habet. Persa enim rogatus, quid equum maxime pinguem faceret? oculus domini respondit. Libycus vero rogatus qđ sterquilinium agro foret optimũ: domini, inquit vestigia. Sũt igitur inspicienda negocia diligẽter viro, inspicienda etiã ab vxore, prout inter eos distinctæ sunt curæ. Et hoc faciendum est, in exilioribus quidem administrationibus raro: in grandioribus autem, quorum cura aliis committitur, sæpe. nisi enim quis bonum exemplum de se præbuerit, imitatorem diligentię habiturum non existi- F

mani, neque in re familiari neque in aliis: quoniam impossibile sit, non diligentis domini diligentes esse vicarios. Cum vero hæc ad virtutem honesta sint, & ad rem familiarem vtilia, expergisci decet prius dominum quā seruum,& cubitum ire posterius. nec vnquam in custodiam esse domum, quemadmodum nec vrbem, quando opus est, neque die, neque noctu. Et ante lucem surgere. quod & ad sanitatem, & ad curam rei familiaris, & ad studium Philosophiæ prodest quamplurimum. In paruis igitur administrationibus Attica regula circa fructus vtendum est. in magnis vero distinctio facienda est eorum quæ in annum, & eorum quæ in singulos menses cōsumere oportet. Eodemq; modo in instrumentis separanda sunt ea, quorum vsus quotidianus est, ab his quæ raro sunt vsui. hæc tradenda sunt iis, qui bus negocia commiseris. ac certo tempore inspectio eorum facienda erit, vt non lateat, quid saluum sit, quid ue perierit. Aedes quoque ita parandæ sunt, vt & rerum possessarum, & salubritatis, commoditatisq; rationem habeamus. Rerum possessarum dico, ceu fructuum & vestium, quales his conducant. & fructuū, quales aridis, & quales liquidis. & aliarum rerum,& quale animatis,& quales inanimatis, seruisq; & liberis, maribusq; & fœminis, ciuibus & peregrinis. Commoditatis vero & salubritatis, vt æstate quidem ventorum afflatum, hyeme vero Solem recipiat. esseat autē tales, si auerso Borea fuerint, nec æqualiter latæ. Videtur quoque in magnis domibus vtilis esse ianitor, qui sit ad cætera inhabilis, pro obseruatione importandorum et exportandorū. Ad rectum vero vsum instrumentorum illud Laconicum valet, singula suo loco iacere. sic enim parata non requirentur.

LEONARDI ARETINI VIRI CLARISS. EXPLANATIO IN LIBRVM *PRIMVM OECONOMICORVM ARIST.*

AD COSMVM SVVM.



Es familiaris & respubli. inter se differunt. Diximus supra in proœmio, quam Græci Politicam vocant, nos appellare rem pub. hinc sunt. M. T. de repub. libri. Item quam illi Oeconomicam, nostri Rem familiarem dixere. hinc patris familias nomen venit, ꝙ domum gubernat ac moderatur. De re igitur familiari dicturus Aristot. præmittit differentiam inter illam, & rempu. dicens nō solum esse tantam differentiam, quanta est inter domum & ciuitatem, q̄ sunt subiecta earū, verūetiam in illo differre, ꝙ in repu. plures q̄ imperant: in re vero familiari vnus duntaxat est imperator & rector. q̄d dicit bonū esse subiectū rei familiaris, nō hic pro parietibus & tecto domus sumitur sed pro familia. ciuitas quoq; non mœnia & tecta, sed concilia cœtusque hominū significat. Rei igitur familiaris disciplina circa domū: reipu. vero circa ciuitatem versatur: q̄ prima est differentia. Scda vero differentia est: quia in republi. plures imperant, vt Romæ, senatus, consules, tribuni militares, ædiles curules, pretores vrbani, tribuni plebis. Nam imperare dicuntur, quicunque magistratū in republica gerunt, quorū dicto parere necesse est, sunt, n, superiores, vnde q-

sed nascitur legitimum, par in parem non habet imperium. In republi.igitur
plures imperant;in re aũt fami, solus paterfamilias. hic enim iubẽdi & aiaduer D
tendi in familiam potestatem habet, eiusque dicto pare necesse est Itaq; vt illi
publice, sic iste priuatũ magistratum gerit imperiumq; exercet. Quædã enim
artes distinguuntur. Post assignationem differentiam rei familias, & reipubli.
genus earum cõmune attingit. sunt enim hę artes quędam. Artium vero distin
ctio fit, quarundam enim est fecisse, at non vti facto. quod patet in lyra & fi-
stulis. lyrã.n.facit artifex, & fistulam cauat: vtitur autem postea nõ ipse qui fa
cit, sed musicus. sunt igitur quędam artes, quarum est fecisse, & non vti facto.
Alię contra. parant.n.qd vtendum est, & parato vtũtur. huius generis est rei fa
miliaris disciplina, & reipu. Est enim reipub. constituere ciuitatem ab initio &
constituta bene vti. Eodẽq; mõ rei familiaris putare domũ ab initio, & post
q̃ parata illa fuerit, illa vti. Ciuitas quidem est multitudo domorum. Aperit
iã quid sit ciuitas. & quid domus, inquit enim. Ciuitas est multitudo domorũ,
agro & pecuniis sufficienter abundans ad bene uiuendum, de domo autem pau
lopost dicit quid sit, assignãdo partes, inquiens: Domus quidẽ partes sunt hõ et
possessio. Sed redeamus ad ciuitatem, cuius nuda descriptione contenti in pre
sentia simus. nã est locus tractandi vberius in libris de republi. Ciuitas, inquit
est multitudo domorum. quod dicit domorum, intellige, vt supra diximus, nõ
enim de parietibus & stillicidiis loquitur, sed de familiis. nam neq; ciuitas mu
ri & tecta sunt: sed cętus hominum iure sociatorum. Quod autem subdit: agro E
& pecuniis, ob hoc enim conueniunt homines in societatem communem, vt suf
ficientes sint, & vt quod aliis deest ab aliis reportent. hic Agricola victum pa
Nummus. rat, agrum serens. Faber aũt sibi aratrum & vomerem. Textor, & Sutor vestẽ
& calceos subministrat. ille frumentum & vinum eis tradit. ita rerum permu
tatio fit, quę continet ciuitatem. Numus deinde constitutus est ad faciliorẽ per
mutationem, ne si Sutor forte domum sibi parare velit, mille milia calceorum
tradere habeat: nã quis tot simul calceis indiget: sed aliis multis indigentibus,
calceorũ venditione facta pecunias recipiat, & pro domo tradat. Nũmus igitur
in subsidium repertus est: res necessaria ad ciuitatem continendam, tuendãq; vi
tę societatem. Ager quoq; necessarius est, in quo consistat ac feratur. & hoc
est, quod inquit, agro & pecuniis & cętera. quando enim multis cohabitantibus
& singulis opus suum in communi societate conferentibus, sufficientia resultat
ad bene viuendã, tunc est ciuitas, & ciues sunt qui isto mõ conueniunt, & sub
eisdem viuunt legibus. Ita Florentini omnes vnam ciuitatem faciunt. Senen-
ses aliã, Pisani aliã, Nec quicquã refert intra vrbẽ habitẽt, vel extra. Sed qđ de
pecuniis dixit, ad oẽs res quę in ęstimationem pecuniariam cadunt, hoc notan-
dum referas. Id aũt ex eo patet, ꝙ si compotes. Ciuitatẽ esse multitudinẽ do-
morũ agro & pecuniis sufficienter abundantẽ, ex eo patere inquit, ꝙ si cõpo- F
res esse nequeunt, societas solui: id est sine illis ciuitas stare non potest. Ciui-
tas enim est societas quędam vt inquit Cicero in libro de repub. sexto: nihil est
Ciuitas. illi principi de eo quod quidem in terris fiat acceptius, quam concilia, cętusq;
hominum iure sociati, quę ciuitates appellantur. sociati ergo homines ciuitatẽ
constituunt; soluta vero societate ciuitas interit, soluitur autem societas, si ea
quę retulit non adsint. Et hoc est quod ait, si compotes esse nequeant, societas
soluitur. Insuper huius gratia in vnum coeunt. cuius autem gratia vnumquod
que est & sit, & substantia ipsius hęc existit. Alia probatio, quod ciuitas sit
multitudo domorum, agro, & pecuniis sufficienter abundans ad bene viuen
dum. Coeunt enim homines simul in societatem communem, vt sufficienter
abundent ad bene viuendum, vt supra diximus. quia quod aliis deest, aliis af-
fert in communi societate. cum igitur huius gratia sint sociati simul homines,
& nisi huius sufficiẽtiæ compotes sint dissoluatur societas, merito dici põt hãc
esse substantiã ciuitatis. nã hęc faciunt vt subsistat ciuitas. quo aũt aliud subsi-
stit id eius substantia est. Sed quęro, cur posuerit vnũquodq; est, & fuit. Res-
pondeo vt significet cãm permanentem, vt est hic. nam huius gratia constitutę
sunt ab initio ciuitates, & huius gratia durãt, & in cõi societate, merito ergo di

A ciuit, cuius aũt gratia vnum quodq; est & fuit, & substantia eius hec existit. Ita que patet priorẽ esse rẽ familiarẽ, quã remp. nam domus, quę est rei faml. opus, prior est tempore, quam ciuitas, quę ex domorum multitudine constituitur. pars enim. ciuitatis est domus huius autem materię partes petores sunt quam totum: queadmodum & ouis prius quam grex. qui ex multitudine ouium fit.

Consyderandum est igitur de re familiari. Iam aggreditur discussionẽ rei. nam precedentia locum proęmij mag s tenuere ad docilitatem quandam ad li torũ pertinentia, & quid sit eius opus. Finis in re fami. sunt diuitię, vt Ari. ipse in principio Ethicorũ ostendit. opus autẽ eius est recta familię gubernatio.

Domus quidem partes sunt homo & possessio. Hęc est definitio domus, quã CAP. 2.
recte premittit: vt & quid sit id, de quo tractatur us est intelligamus: & materiã paret sibi ad doctrinam tradẽdam. Simile quiddam est apud Ciceronem in libro de officiis, inquit enim. Omnis, quę de aliqua re habetur institutio, a definitione incipere debet, vt intelligatur quid sit illud, de quo disputandũ: deinde definitionẽ subiicit in hunc modũ. Oĩs de officio duplex est quęstio. Vnũ genus est qđ pertinet ad finẽ bonorum. Alterũ quod est positũ in preceptis, quibus in oẽs partes vsus vitę confirmari põt. Ita hic Ari. diuidendo definit. Nã definire nihil aliud est, quam terminare: determinant aũt rẽ, qui totam in suas diuidunt partes. vnde species definitionis est partium consignatio. domus ergo partes
B sunt homo & possessio. Idem aũt hic significat domus, quod familia: vnde rei familia. nomen tractũ est. Consueuerunt. n. Latini per hoc nomen res cũ qualitate aliqua iunctam disciplinis fere significare. Vt res militaris, respubli. res fami. res rustica, res domestica: qđ idẽ significat, qđ res fami. qm̃ domus & familia idẽ sunt: vnde paterfamilias dictus est, qui domũ gubernat & regit. Significare aũt familię nomen non homines solum, verumetiã res, quę nostro acquirunt dominio, iura testantur ciuilia: vbi tota patrimonia in iudicium familię herciscundę venire constat. dic ergo domus, id est familię partes sunt hõ & possessio, quasi dicat hęc duo cõplectitur: domus: homines. s. & possessiones. & de homine quid sit nemo dubitat. Possessio autẽ quid in hoc loco significet, declaratione indiget. Videtur aũt hoc nomen possessio etiã duo significare. nam & res omnes quas possidemus, puta fundos, pecus, naues. & cętera huiusmodi, quę nostri dominij sunt: hęc enim habentes possidere dicimus. significat ẽt nõ illa quę iã possidemus, sed quę acquirimus. & in hac secũda significatione possessio idem significat quod quęstus. Idemq; videtur magis propriũ in hoc loco. nã & verbum græcum κτῆσις quod est hic positum, vtrãq; significat. sed hoc magis q̃ primum. Vt etiam Xenophon in Oeconomico suo ostendit, & Ari. in Ethicis inquit. Liberaliores videntur, qui non quęsiuerunt ipsi. sed ab aliis acceperunt, & huius rationẽ assignat: sed quod ibi dicit quęsiuerunt eodẽ ver
C bo vtitur, s. κτησάμενοι a quo κτῆσις est. Significat ergo nõ res possessas solũ, sed etiam quęstum, & circa primũ diligentia patrisfamilias est in conseruando. circa secundum diligentia est in acquirendo. quo in genere agriculturã paulopost preferret: omnibus aliis quęstibus anteponens illam. nec tamen istę duę significationes multũ distant, si recte perpendãtur. Quoniam vero primũ in minimis cuiusq; natura inspicitur, sic ẽt in libris de repub. facit Plato, vt a minimis inchoet ciuitatẽ. si igitur in minimis cuiusq; natura inspicitur, in domo certe sic se habebit, s. & vt eius naturã in minimis & primis (vt ita dixerim) elemẽtis inspici, ac discerni possit. Vnde statim illa minima subiicit ex Hesiodi sentẽtia. Quare scdm Hesiodũ. Hesiodus poeta fuit Homero (vt traditur) aliquanto posterior, hic in eo libro, cuius titulus est Opera & dies, quẽ ad Persem fratrem Hesiodus.
scripsit, docens quę facere quęue habere patrẽ familias oportet, hũc versum posuit, quasi elementa domus cõtinentem: quem nũc Ari. ad ꝓpositũ suũ inducit. Domiciliũ ĩ primis, mulierẽq;, & bouẽ aratorẽ. Significat. n. dũ dicit mulierẽ, deinde possessionẽ, id est quęstũ cũ de agricultura dicit, ad quã bos arator est vtilis. hęc sunt veluti prima elementa familię. & reddit rõnem, quia alterũ est primũ in liberis, s. mulier: alterũ in victu, s. opus rusticũ, qđ in arando consistit. De domicilio aũt tanq̃ de re nota omittit, sed postea in fine quale esse debeat,

tradet. Vel ea quę sequūtur distributiue ponit: quasi dicat domicilium in primis, id est mulierem, & bouem aratorem: vt hęc sint partes illis, quod supra dixit domicilium. vel domum. Nam vt diximus hæc hominem & possessionē significat, in quę duo tota domus diuiditur. Itaq; oportet ea quæ ad vxorē spectāt recte disposuisse. Post assignatas duas partes. s. hominem & possessionē, incipit iam ab homine aliud dicere, vt postea ueniat ad quæstū. Dicit ergo. cū mulier sit primum in liberis, & quasi quoddam elementum familię, necessariū est ea, quę ad vxorem pertinent rectę disposuisse, hoc est prouidisse, vt talis sit qualis esse debet. Et qd dicit ꝓuidisse, id est, ante oīa illud ꝓuidisse oportuit, vt vxor sit recte disposita, & talis qualis esse debet. Sciendū tū est, qd hic dicitur de vxore, violenter tractū esse ab Hesiodo. non. n. Hesiodus de vxore intellexit, sed de ancilla. Nam cum dixisset mulierem ita, subiicit in sequenti versu, non coniugio acceptam, sed pretio partā: quæ & si opus fuerit boues sequatur, patet ergo de ancilla eum sentire. Sed Ari. sanius & melius interpretatur, nam ancilla non est primum in liberis, sed vxor. D

Possessionis aūt prima cura est. Perinde est dicere possessionis prima cura est ac si diceret in acquirendo pręcipua, & maxime laudabilis cura est, quasi dicat, in nulla re tam laudabiliter acquirimus, quam in opere rustico, id est, in agricultura. probauit enim Hesiodi dictū in vxore & operę rustico, quoniam alterum primum est in liberis, alterum in victu. & de vxore quędā dixit nūc vero de opere rustico resumit, laudans illud, & pręferens alijs quęstibus. Rationes quare agriculturā cęteris quæstibus anteponit, multę sūt, sed pręcipue quia est secundum naturam, & quia iusta, & quia vtilis ad fortitudinem. Ceu metallorū. Vt auri & argenti fodiendū & quod de chalybe scripsit Vir. E

Insula inexhaustis chalybum generosa metallis.

Metalla. Et si qua alia huiusmodi. Vt lapidicinę & sylua cędua. sed hęc non ita humaniter fiunt, vt agricultura: cū in metallis fodiendis terrę veluti parenti afferantur manus eius viscera fodiendo. In agricultura vero fodiatur benigne. Itaque nostrę quoddam humanitatis institutum esse a maioribus scribit Plinius secundus: ne in Italia metalla foderentur. quamobrem subdit. Sed agricultura pręcipue, qm̄ iusta, id est, non iniuriosa, non violenta, sed mitis & pia. qm̄ non inhumaniter, neque ab inuitis extorquet. Natura enim omnis educatio est a matre, quare & hominibus a terra. Hic terra dicitur parens, quia nos educat. Prodest ēt hoc plurimum ad fortitudinem. Fortitudo est virtus animi. vires autem & robur sunt corporis. ad utrunque prodest agricultura, nam & corpora facit robusta per tolerantiam laborum, & animum firmat contra pericula per exercitationem tuendi res suas, quę vt plurimum sunt extra munitiones, & periculis subiacent. Non enim quemadmodum viles artium. De opificinis dicit, vt constrina, & sutrina, & sigillaria, & argentaria, & alijs huiusmodi, in quibus sedulitas est muliebris, & nullus virilis labor. Sub diuo consistere: id est sub aperto cœlo ad ęstum & frigus sine cameris & fenestris pannanis: quę omnia intelligenda sunt, non de his solum, qui manibus suis opus rusticum faciunt: sed de his quoque, qui curant faciendum: ceu dominus prędijs intentus, quod Oeconomico prosequitur Xenophon. F

CAP. 3. Sed eius diligentię, quę est circa homines. Quoniā de cura & diligētia, quę est circa quęstum dicit, in quo proposuit agriculturam: nunc de ea, quę est circa homines adhibenda dicit, in qua pręfert maxime vxorem. & rationes duas assignat. sed videbatur supra dixisse de vxore. Respondeo Ita in genere. dixit. n. prouidendum vt sit talis qualis esse debet. sed hec parum erat. itaq; nunc magis trite & particulariter discutit.

Pręmissum est enim a nobis, & aliis locis desyderare naturam multa efficere talia. Ratio, quare mari & feminę sit communio maxima secundum naturā, pręmissum est inquit, id est presuppositum alibi, vbi de generatione tractauit, naturam desyderare multa efficere talia, vt homo homines, leo leones, equus equos. Natura enim desyderat omne animal sibi simile producere. Hoc autē non potest mas sine femina, aut femina sine mare desyderiū adimplere, sed am

A ho simul concurrant necesse est.itaque eorum societas est secundum naturam:
& quidem ex necessitate constituta. Enimuero in cæteris animalibus absque
ratione id fit. Desyderiū procreandi commune quidē est omnibus aīalibus, sed
distinguitur in ipsis, prout alia magis alia minus ab immanitate remota sunt,
capaciaq; prudentię. Nam alia quidem indistincte coeunt sine aliquo respectu,
sed quando naturali mouentur desyderio. Alia vero se coniungunt, non tantū
procreandi gratia, verumetiam vt ope mutua se coadiuuent: qđ in cicuribus &
prudentioribus bestijs videmus. dicuntur.n.cicures illę bestię, quę remotę sunt
a belunia feritate. prudentiores aūt vocat, quęcunque prouidentiā habēt circa
victum, vt formicas, apes, &c. quę futuri memores cibū colligunt, & conseruāt.
In his igitur mutua quędam auxilia coniunctionis apparent, nec tantum conue
nire in societatem vt procreent, sed mutua sese ope tueātur. Sed in homine ma
xime omnium id conspicitur. patet enim in hominibus coniunctionē fieri inter
marem & fęminam, non solum vt sint, hoc est non solum vt procreent ac perpe
tuent genus suum: verumetiam vt bene sint. principiū ergo cōiunctionis in ho-
minibus est a natura: forma vero est a lege & ratione, quod matrimonium ap-
pellamus. Tributū ferant. Translatio est ab eo, quod quis superioribus soluere
astringitur. vt.n.tributum penditur regi ex indictione: sic a natura nobis indi
ctū est, vt alios procreemus. Valentes.n.ipsi, s. vir, & vxor. Imbecillos, id est in
B ualidos paruos filios. Mox imbecilli ob senium facti, s. vir & vxor: a valenti-
bus scilicet filijs. Eadem reportant, s. alimoniam & tuitionē. Hinc est ꝙ filio
patrem abdicare non licet, quia iure naturę obligatus est. Et simul natura per
hunc circuitum. Quod dicit & simul, duo implicat. quod & gratia cōmmodi fa
cit qui procreat, & gratia perpetuitatis, & hoc in hominibus. Quod autem in-
qsit per hunc circuitum, s. de parente in filio, & de filia in parentem. Adimplet
sempiternitatem, id est adimplet desyderium suum, videlicet vt homines sem-
per sint secundum speciem, ex quo secundum numerum esse non possunt. Ten-
dunt.n.eorū omnia in idē vtilitatis. Sic.n. ordinati sunt diuinitus vir, & vxor
ad societatē, vt oīa eorum tendant in idem vtilitatis: licet contraria quędam vi
deantur. Quomodo autem contraria & quomodo in idem tendentis, explicat,
inquiens alterum quidem robustissimum, & cętera quę sequuntur. Dic ergo al-
terum, s. virū, alterū, s. vxorem. & vtitur neutro genere, qđ non est inconue-
niens, cum hō sit aīal. Quod vero dicit, fecit, die, s. natura, vel diuina prouiden
tia. Item qđ dicit ob timorem cautiuis, s. ad custodiam rerum suarum. Alterum
ad sedulitatem deterius. Vir,n. ad quietem intra limen agenda ineptus est. Ge-
neratio propria est, id est pręcipua mulieris, & expone generatio, id est effe-
ctio siue partus. Vtilitas autem cōe quantum ad filium. Non.n.hic loquitur de
vtilitate parētum, sed de ea, quam parentes conferunt in filium. Itaq: subdit al
C terius nutrire est, alterius erudire, educatio.n.est a matre, vt supra dixit: eru-
ditio uero a patre, & sic utilitas communis est amborum.

Primum igitur leges sint viro ad vxorem, vt iniuria cesset. Cum sit ope mu
tua inter virum & vxorem ad bene viuendum cōtracta societas: primum hoc
pręcipiendum est vt sint leges viro ad vxorem. sed quid est qđ dicit sint leges
viro ad vxorem, an forte ad alios non sunt leges? Respondeo. Vir est paterfa-
milias, domus suę (vt ita dixerim) rex. hic pro arbitrio familiam gubernat, ca
stigat, punit, potestatemq; habet in seruos, & filios, & res possessas, nec vlla le-
ge vetusta ꝓhibetur, quo minus hanc potestatē in seruos & filios exerceat. Nō
putet ergo vir, inqt Arist. eodem mō habere imperium in vxorē, sed sint leges
quędam uiro ad vxorem, quas seruare debeat: & quas si transgreditur, iniuriā
facit, nec in arbitrio suo positū existimet, vt totum sibi liceat, se cognoscat se
lege teneri. & iniuria cesset. Nam ius est scđm leges: iniuria contra leges. Sic
enim nec ipse iniuriam patietur, ab vxore videlicet, quæ ꝑꝑ iniurias viri, aut
infida sit, aut adultera, nonnunquam ēt uenefica. & expone exempla in Clitęm
nestra, & Penelope: quarum altera ꝑꝑ iniurias viri adultera & cędis conscia
fuit: altera ꝑꝑ fidem coniugis castitatem seruauit. Hoc.n.cōis lex. Pythagorici
censebant, sancte quidem & bene, qui communi quodam humanitatis iure ab-

stinen dum esse ab iniuria etiam erga seruos. nam & si seruus, homo tamen est,
qui cum in tuam domum peruenit, quasi ad larem familiarem cõfugisse videtur, D
ne iniuriam patiatur. fuit nanq; religio antiqua, vt quicunq; ad larem alicuius
confugisset, etiam si is inimicissimus esset, violare eum non liceret. qđ Themi-
stoclē fecisse scribunt: cum Athenis pulsus, domum inimici, & a se quidē magni
fice offensi, quē vitare nõ poterat introisset. fugiens enim ad larem supplex, te
apud infestissimum inuiolatus permansit. Est autem lar vestę sacrum; & que-
uis domus id sacrum habet. Sedes autē eius sacri est, vbi principaliter ignis fit.
Pythagorici ergo dicebāt oportere nos existimare seruos nostros esse ab lare,
id est ab illo loco, ad quē confugiens violare non est fas: qm̄ ipsi serui cum in
domum tuā venerint, ad larē familiarē tuum cõfugisse videntur. Si ergo seruis
id humanitatis tribuitur, multo magis id tribuēdum est vxori. Et iniuria cesset,
& cõi lege, & rõne domestici sacri. est enim cõis lex, vt confugientibus ad la-
rē iniuriari fas nõ sit. mulier aūt est ex his, qui in domum tuā veniunt, & ad la
rem cõfugisse videntur. Nõ solum ergo priuata lege, quę est viro ad vxorē, ve
rūetiam cõmuni lege, quę est ad oēs confugientes ad larē, abstinendum est ab
iniuria vxoris. & hoc est qđ inquit, ēt communis lex inducit, vt Pythagorici
tradunt. Est aūt viri iniuria. Inter cęteras leges, quę sunt viro ad vxorem, illa
quoq; numeratur, vt sua contentus esse debeat, neq; cū alijs coeat. quam si trans
greditur vir, iniuriam facit. Itaque dicit: iniuria viri est externarum mulierum
coitus. Sunt enim externę omnes pręter vxorem, illa enim est sua & domesti- E
ca, alię externę & alienę. In vsu vero, vt neq; desit. Hoc pręceptum commune
est viro & vxori: & sententia est hęc. Dictum est supra proxime virum vxore
sua contentum esse debere, & illam viro. Vnde nascitur dubitatio, quomodo fa
cient isti in absentia, si non possunt cū alio coire. Respondet ita assuescēdū est,
vt neq; quando sunt pręsentes, desit eis coitus; neque quando sunt absentes, im-
potentes sint acquiescere & abstinere. sic ergo est assuescendum, vt sufficien-
ter se habeant in pręsentia, & absentia. Recte vero se habet & illud Hesiodi.
puellam accipere debere. Quod in masculo dicitur puer, in fęmina dicitur puel
la. & in vtroq; ętatē significat ab ingressu pubertatis vsque ad finē annorū cre
scentium. hoc est quod inquit Ouidius:

Seu caperis primis, & adhuc crescentibus annis,
Ante oculos veniet vera puella tuos.

Vt gratis moribus eam imbuere possis. gratis, s. tibi. Nam grandiorem fœ
minam si duces, non facile in tuos mores illam traduxeris: pręsertim si aliū ha
buerit virum. erit ergo dissimilitudo morū; qua stante nec pax tibi domestica
fuerit, nec amor coniugalis. nam morum diuersitates amorem impediunt. Circa
ornatum vero. Aliud pręceptum salutare circa ornatū vxoris: quod Xenophō
in Oeconomico suo ꝓsequitur latius. Sed quicquid ibi prolixa, illa interrogan F
di respondēdique. festiuitas habet, hic breui pręcepto comprehenditur. summa
enim totius pręcepti est, quemadmodum in moribus fictio esse non debet, sic ēt
nec in corpore debet esse fictio per fucos, & alia quę ad apparentiam perti-
nent, & non ad veritatem. nam talis ostentatio, inquit, nihil differt ab histrio-
nū vsu, qui prodeunt ex aula tanquam reges ornati. sunt aūt reuera viles homi
nes, non reges, vt apparebant. Intelligendū est duplicē esse fictionem: vnam in
plus quam reuera sit, & dicitur ostentatio: alteram in minus, & dicitur ironia.
hic ergo de prima loquitur, quæ est ostentatio. hęc enim vt in moribus cessare
debet, sic ēt in corpore. Plato quoq; de hac ipsa fictione ornatiuę in Gorgia
loquitur, quem totū refert in adulatione & fictione ingenerosam & fallacem es
se permutationem veri decoris. Si appropinquare debeant simul, s. vir & vxor
& die appropinquare, id est coire vel conuenire simul. Quod autem inquit:
Tragœdias in scena agentiū. ideo posuit Tragœdias, & non Comœdias: quia
in Tragœdia reges & tyranni finguntur: in Comœdia autem lenones & pa
rasiti, qui sunt viles personæ. plus igitur interest in Tragœdiis inter perso-
nam veram & fictam, quod magis facit ad propositum suum ornamenti mulie
rum. Nam vt inquit Iuuenalis,

Quare

Quare decus rerum si coniugis auctio fiat,
A Baltheus, & cristę, & cętera quę prosequitur. tandem concludit, exigua
pat est ipsa puella fuit,
nic tamen ferebant pœnas, vt nunc fere cœperunt.

Possessionũ autem prima quidẽ, ac maxime necessaria est, illa quę optima. CAP, 5.
Admirabitur quis nõ immerito ordinẽ huius progressus, cũ videantur nunc idẽ
omittere nunc reassumere & interponere quędã, vt nunc de vxore, nunc de.
agricultura, nunc de seruis. Sed omnia sunt plana, & optima rõne ab Arist. dĩ
gesta. Primo, n. dixit domus esse partes hominẽ & possessionẽ: mox inducta
Hesiodi sententia, prętulit vxorẽ tanq̃ primã in liberis, & rem rusticã tanq̃
primã in victu: dixitq; in primis curã nos habere debere, vt vxor sit qualis
esse debeat. & rẽ rusticã alijs quęstibus esse preferendã. hoc perfecit vsq; ad eũ
locũ, vbi dicit: sed eius diligẽtiæ. Ibi resumẽs diuisionem primo factam, inci-
pit tractare de homine, aperiens pręcepta circa vxorem magis certę quam su-
pra fecerat, vsq; ad hunc loco possessionũ, vbi incipit tractare de seruis. Sed
quęro vtrũ serui sint hominis, an possessionis. cũ, n. sint parte domus, in altera
istarũ sunt cõputandi. Dubitationẽ aũt facit id, quod inquit. Possessionũ autẽ
prima quidẽ, &c. vbi sexũ numerat in possessionibus, postea dicit eẽ hoiem.
Ad hoc respondeo, videri quoddã genus mixtũ. nã & hõ est seruus: & tñ ac-
B quiritur dominio nostro. Arist. quoq; alio loco inquit; seruus est animatũ instru
mentũ: instrumentũ vero inanimatus est seruus. ergo alterutrũ quiddã esse vi
detur: sed certe hoïs est a nobiliori parte. Si igitur diligentia nostra in acqui-
rendo attẽditur, potissima est circa agriculturã, in quã seruorũ opera maxime
vtimur, Si aũt dignitas rei, quę acquiritur & dño nostro subijcitur, preciosi-
mus est seruus, quia homo est. Quapropter oportet primo seruos parare studio
sos. parare, id est acquirere. studiosos, id est frugi & diligentes. Seruorũ aũt Seruus.
species duę, curator, & opifex. Curatorẽ vocat seruũ, qui negocijs pręficitur,
& curã eorũ habere iubetur. Opificẽ vero, qui suis manibus opus faciat, vt fo
dere, arare, serere, & alia opera, nã maxime de opere rustico sẽtire videtur.
Disciplinę tales aliquos faciunt iuuenes: vt musica musicos, moralis moratos.
Necesse postq̃ paraueris, i. acquisiueris: seruos imbuere, i. docere: & erudire
illos quibus liberalia negocia fuerint cõmitenda. Cũ seruis aũt ita versetur,
scilicet dominus. neq; .n. pati debet eos superbire; neq; rursus ita deprimere,
vt vilissimi efficiantur. Et liberalioribus quidẽ honorẽ. i. curatoribus: quibus
negotia liberalia cõmittuntur, qui proprie dicuntur vicarij: q̃m vices domini
in curando, sollicitandoq; exercent, Istis ergo honorẽ tribuere debet, illis ve
ro qui opus suis manibus faciunt non tam honor, quam cibus tribuendus est.
vt & Cato inquit: Familiam bene pascere. Et quoniã vini potus. Ponit vti-
litatem, quę est in abstinendo. & possibilitatem pręcepti. non est enim putan
C dum nimis durũ pręceptũ, vt vinũ interdicatur seruis, cũ apud multas natio-
nes ingenui quoq; abstineãt. vt de Persis scribit Xenophon in libris de Cyri
infantia: cardamũ & aquã ad pœnã adiungere. Aristoteles tamen Carthagi-
nensiũ vtitur exemplo, quibus militię abstinere vino mos fuit. Vide igitur
aurea verba de vini potu, & a nobis quoq; obseruanda: verũ ministri germa
ni, qui nobis seruiunt, ab hac Aristote. sententia longe aberrauerunt, Quod
aũt dicit, aut nihil, aut valde raro, expone, aut nunquã, aut raro; vt sit ad tẽ-
pus totũ referatur, Tria vero cum sint, Tria maxime attenduntur in cura ser
uorum, opus, castigatio, & cibus. opus ad cõmoditatẽ domini pertinet, cibus
ad victũ serui: castigatio ad correptionem. Cũ ergo sint tria, cibus sine casti-
gatione & opere petulantẽ facit, de quo Terentius. Viden ocium, & cibus
quid facit alienus. castigatio rursus, & opus sine cibo est res violenta, & infir
mum facit seruũ, i. eneruat, & robur aufert, nam firmũ est robustũ: infir-
mum sine robore. hęc si ita sunt, inquit, restat vt opus illi tribuat, & cibũ suf-
ficientem; quandoquidẽ nec opus fieri potest sine cibo deficientibus viribus,
nec rursus sine opere cibus prodest, cum petulantiã gignat. Castigatio quoq;
inter hęc sortitur locum. Nam sine cibi exhibitione castigari non debet seruus

& sine opere attributo se castigare non permittit, cum petulans fiat per cibũ
& ocium, nec iam domi imperium ferre velit. Verum, vt alias dixi supra, libe D
ratioribus seruis præstandum esse honorem, puta vestem, & laudem aliquam
verborum, & cubiculum non omnino vile. His vero seruis, qui in opere fa-
ciendo laborant, cibum esse præstandum sufficientem. Nunc de vtroq; genere
seruorum simul transigit, dicens melioribus esse plus tribuendum, & deterio-
ribus minus. Nam si præmia tollantur, virtutum & vitiorum deteriores effi-
cientur, quod & in alijs contingit. Indulgere illis & permittere, quasi dicat
oportet relaxare aliquid de seueriori disciplina. nam indulgere est ignoscere
& concedere aliquid, quod iure negari queat. Genera vero seruorum. Duo ge-
nera seruorum probat ad opus faciendum apta, videlicet nõ minus fortes neq;
timidos, & rationem vtriusque reddit. quia timidi propter imbecillitatẽ na-
turæ nequeunt laborem perferre: & nimis fortibus non commode imperatur.
quod igitur dicit fortia nimis, excessum significat in fortitudine, qui est ferox,
ideo subijcit postea, ferocibus: quod idem significat quod nimis fortibus non
commode imperatur: sunt enim contẽptores, quia audaces, vt inquit in Ethi-
cis de magnanimo. Contemptor est, quoniã audax vero ideo contẽptor. con-
temptor autẽ, & contumax idem est. nam vterq; dicitur a contẽnendo, id est,
spernendo superioris imperiũ, hoc est quod ait: non cõmode imperatur. Opor-
tet quoq; finem. Aliud præceptum continens vtilitatem & æquitatem. Nam E
& æquum est remunerare bene agentem, & vtile præmio proposito ad bene-
ficium allicere. Si & propositum pręmium: scilicet libertatis, & tẽpus defini-
tum. puta, si decennio mihi fideliter seruieris, vt in Andria est. Feci ex seruo
vt esses liber, propter quod mihi seruiebas liberaliter: quod habui summũ pre-
cium persolui tibi. Sunt etiam procreatis filijs. Aliud præceptũ in seruis, quo
ad fidem stabilitatemq; disponuntur. Serui autem nonnunquã fugam arripere
solent. vnde & iura plena sunt seruorum fugitiuorum. superiora igitur præce-
pta, tum ad alia multa, tum ad hoc vtilia sunt, videlicet, si bene pascas si pre-
mium constituas. Est & aliud pręceptum vtile ad prohibendum fugam, id est,
si filios habere patiaris. Illis enim filijs ꝑinde obligatos habebis seruos, quasi
obsidibus quibusdam. Solent. n. domini, si plures habeant seruos, pati, vt con-
tubernia fiant marium & fœminarum, quod. n. in liberis matrimonium voca-
mus, in seruos contubernium dicimus. Inquit ergo Arist. serui sunt obligandi
interdum, id est, ligandi per filios. Si. n. filios ex illis natos apud te habueris,
non fugient: quia filij erunt tanqã obsides. Nec plures habendi sunt eiusdem
generis. non enim expedit habendi plures eiusdẽ generis, vt Charas, vel Dal-
matas, vel Theutones, quia sectas faciunt in familia, & diuisionem inducunt,
& sua lingua colloquũtur alijs non intelligentibus, & malorũ inter se conscij F
coniurãt. Sacra quoq; & largiores epulas. Sacra faciebãt Gentiles per macta-
tionẽ ouiũ vel iuuencorũ, & simul postea vescebãtur. hoc ex poetis intelligi
põt, qui rerũ vetustarũ fidi relatores sunt. vt apud Terẽtiũ, qui inuitat vicinũ,
inquit Dionysia sunt hodie apud me, id est, baccho sacra facio & Virgilius in
aduẽtu Aeneę, Euandrũ fingit sacra facientẽ Herculi. & sacris dapibus. Aeneã
accipit. Largiores quoq; epulæ præter sacra fiunt, vt conuiuia, & exhilaratio-
nes cũ aliqua profusiori copia ciborũ. Hæc igitur inquit Aristo. facienda sunt
non tã gratia liberorũ, quã seruorũ. Nam licet principium videatur vel ob ho-
norem Deorũ vel hospitum tamẽ finis est ad cõmodum seruorũ, qui plura hñt
ex illa copia ciborum quam habeant liberi. parum est enim, quod mensis con-
sumitur, multum quod remanet seruis. itaque illorum gratia constitutum ma-
gis videtur, vt hæc talia cum largitate fiant.

CAP. 6. Quatuor habere patremfamilias oportet circa pecunias. Dictũ est, quõ cir-
ca hominẽ in vxore & seruis patrisfamilias diligẽtia versari debet: nũc vero
quõ circa possessionẽ id est, qualis in acquirẽdo & conseruãdo erogãdoq; esse
debet, adiũgit. Dicit ergo, quatuor hr̃e patrẽfamilias circa pecunias oportet.
Primũ, vt sit quęsitor, Scd̃m, vt quæsitorũ cõseruator. Tertiũ, vt ornari ꝑ illa
sciat. Quartũ, vt fruator. Quod aũt dicit circa pecunias, appellatiõe pecuniarũ

A omnia veniũt, q̃ ęstimãtur nũmo, vt ipse inquit in quarto Ethicorũ. Sed quod primo loco dicit, vt sit quæſitor, neceſſariũ eſt. nã quanti eſt, niſi hoc agatur. Debet igitur eſſe quęſtuoſus paterfamilias, id eſt prõpte, ac ſolerter quæſtum facere. quo in genere ptul it agriculturã omnibus alijs q̃nibus, quoniã iuſta eſt, & nõ ab inuitis extorquet, ac eius exercitatio prodeſt ad vtrtuẽ. Eodem modo accipiẽdũ eſt de alijs quęſtionibus, qui cũ honeſtate et ſine iniuria fieri poſſunt. nã amplificatio patrimonij nemini nocẽs ſemp laudãda eſt. Hęc igiẽ ante omnia habere debet paterfamilias, vt acquiratur in fructibus prędiorum, & alijs rebus. Secundum, vt ſit quæſitorũ conſeruator. hoc etiam neceſſarium eſt, nam quid prodeſt acquirere niſi conſeruetur? Illud etiam ſciendum non videri quibuſdam minoris diligentiæ ſeruare quam acquirere. De quo præclare Ouidius;

Non minor eſt virtus q̃ quærere parta tueri.
Caſus ineſt illis, hic erit artis opus.

Nã cribro haurire, ſcilicet qđ faciunt illi qui tales ſunt, vt acquirãt quidẽ, ſed nõ conſeruent. Id enim nihil prodeſt, nec aliud eſt q̃ perforatũ illud vas, de quo ſolẽt poetę loqui, q̃ ſorores illę fruſtra implere nitũtur. Biſe pręterea talẽ. Ponit reliqua duo, quæ habere debet paterfamilias, ſcilicet vt ornari p diuitias, & vt frui ſciat. Ad hæc enim duo vtiles ſunt diuitiæ, nec vt multi puerſe

B faciũt, illarũ ſeruos eſſe decet, ſed eas in noſtrũ ſeruitiũ vertere. Erunt aũt diuitię nobis ornamẽto & honori. id. n. eſt, quod Ariſto. inquit ornari p illas ſciat, ſi ſumptus opportune cũ decore faciamus. huius partes ſunt ædes parare diuitijs cõgruentes, familiã honeſtã habere, ſupellectilẽ abundantẽ, equorũ & veſtium decentẽ apparatũ. huius quoque eſt beneficẽtia in amicos. & in publicis rebus magnificẽtia, vt ludi circẽſes. vt munus gladiatorũ, vt epulũ publicum, quæ tamẽ omnia facięda ſunt pro qualitate diuitiarũ, & decẽtia hominis. Fruemur autẽ diuitijs, ſi ea quæ pertinẽt ad victũ, & ad cõmoditatẽ noſtrã inde ſuſceperimus. Nõ. n. ita perceptũ eſt rebus quęſitis, vt in abundantia egeamus. puta qui vinũ bibit acerbũ, vt maturum venundet: ac ædibus inhabitat ſordidis, vt ſplendidas locet, & cętera quæ ſunt huiuſmodi. Ex quatuor ergo, quæ patrẽfamilias habere oportet, duo ad rei familiaris amplificationẽ pertinent, quęrere ſcilicet, & ſeruare: duo rurſus ad vſum, ſcilicet vt in ornatum noſtrũ diuitias cõuertamus, & vt illis fruamur. Sed videtur cõtraria, & inter ſe pugnantia præcipere, ſi quidẽ quęrere & erogare, itẽ ſeruare & frui cõtraria ſunt. Reſpõdeo quæſitum facere oportet, & ſeruare quæſita, vt habeas quid eroges decenter, & decenter fruaris. qui enim nõ quærit neq; conſeruat, erogare

C nõ poteſt. Itaq; in his cõſiſtunt liberalitatis, & extremorum eius fundamẽta. Diſtinguenda quidẽ ſunt ſingula. D. quatuor habere oportet patremfamilias, quorum primum fuit, vt ſit quæſitor, ad hoc igitur ſunt iſta præcepta, vt non tranſeat res in cõfuſione, ſed diſtinguat ſingula, & inſpiciat diligẽter prouidentia adhibita, vt ſemper plura habeat fructuoſa q̃ infructuoſa. nã ſi octo millia habeat in bonis, nõ debet habere ędes quinq; millium, neq; prædia ſuburbana, quæ maximi præcij & exigui ſunt fructus, nec veſtẽ magnam patrimonij partem occupantẽ, ſed negocia, ſcilicet ruſtica, vel negocia, vt mercaturam, & ſocietates. Iſta ſunt diuidẽda, ne oĩa vni periculo ſubiaceãt: vt ſi mercator in eadẽ naui totũ patrimonium imponat. hæc ſunt quæ dicuntur de quęſtu faciẽdo in genere. In ſpecie tñ laudauit agriculturã cuius & particularia pcepta in libris de re Ruſtica leguntur, nec huius ſunt diſciplinę, ſed rei ruſticæ. Circa tuẽdũ aũt q̃ſita. Hęc ſunt pcepta circa ſecũdã partẽ, hoc ẽ circa tuitionẽ q̃ſitorũ ad quos vtiles et dicit Perſicas, et Laconicas admĩſtrationes, vtilẽ ẽt Atticã. Sunt aũt hi adminiſtrãdi quidã modi certis in locis cõſueti, quos refert ad imitationẽ faciendã. Nos vero de ſingulis dicamus, ſed primũ de Attica. Pericles Athenĩẽſis vir & in reb' bellicis, & ĩ cura reip. olum ętatis ſuę excellẽtiſſim', ĩ re quoq; familiari ſolers, ac frugẽ fuiſſe phibet. Is ĩ eius domo hoc obſeruaſſe tradit, vt quot annis fructus p̃d torum ſuorũ ĩtegre venũdaret; ipſe vero q̃cũq; neceſſaria ad victum familię erãt ſeorſum emeret, ita et reddituũ p̃diorũ ratio-

Pater familias.

bat ratio ex illis redacta pecunia, & sumptū domesticorū magnitudo non late
bar. quę maxime ad diligentiā & frugalitatem pertinere videbantur. nec so- D
lum Pericles, sed & cętera Atheniēses hoc factuarūt. Hic itaq; est atticus ad
ministrandi modus, quē dicit Arist. esse vtilem ad conseruationē. Et hoc est,
quod inquit, vēdentes emunt. dic ergo vendentes fructus collectos ex prędijs
emunt, scilicet ea quę pertinent ad victū familię. Si.n, vendas fructus. nullus
per annū illos tibi surripit. nullus fraudat, nullus furatur. Nec tamē facile abse
mitur quod emptum est. quā quod prouenit ex prędijs nostris. Et penoris insti
tutio non est in exilioribus administrationibus. Quod dixit in exilioribus ad
ministrationibus non esse institutionē penoris, idem est quod in magnis. nam
Attici nec in magnis, nec in exilioribus penus habere cōsueuerunt. Sed hoc,
quod de exilioribus & maioribus dicit ad distinctionē Arist. refertur. quam
postea faciet. Est autē penus, vinū, & triticum, & cętera omnia, quę ad victū
pertinent, vt caseus, vt perna, vt oleum. cū enim venderent hęc omnia, non
instituebant penū, sed dietim emebant. Est aūt persica. Quid sit modus Atti-
cus diximus, nunc quid sit Persicus aperit. Est.n. persicus administrandi modus
vt dominus ipse omnia videat, omniaq; inspiciat: quod paulo post per exēpla
ostendit. Ipsum omnia videre, scilicet dominū. Et quod de Dionysio inquit
Dion. Dion Syracusanus Platonis auditor fuit. hic de Dionysio similia fere di
cit. nullū enim parem diligentiā habere alienorum & suorū. Itaq; quotcunq; E
Ex quo nullus parē diligentiam pręstat rebus alienis & suis, sed multomagis
suis: debet ergo paterfamilias quotcunq; per ipsum geri possunt, circa illa cum
diligentia intendere. In quo Persicum simul, & Lybicū. Vide frugi dictum de
oculo domini & de vestigio. Persa enim. Perra nomen est prouincia, veluti si
quis dicet Italus, vel Gallus. nā Persia regio est, vt Italia, & Gallia. eodē mo
do Lybicus, & Italicus. Inspiciēda sunt igitur, concludit secundū pręmissa. Si
enim oculos domini multū valet in rebus, multū & vestigium, & pes eius, si ac
cidat ad rē. Sed hęc ita sunt inspicienda. Sunt igitur negocia diligēter a viro
inspiciēda. inspiciēda ēt ab vxore. prout inter eos distinctę sunt curę. nā alia
sunt q̄ vir curare debet, alia quę vxor. Mulier.n. pānos, suppellectilē, & alia
quę intra limen sunt curare debet. Vir aūt circa agriculturā, & alia, q̄ virilia
sunt officia, cū frugalitate intendat. Et hoc faciendū est. Vir debet inspicere
negocia diligenter, pręsertim in magnis administrationibus. quarū cura alteri
cōmittitur. nam in exilioribus non tanta diligentia inspectationis flagitatur. Et
hoc est quod ait, in grandioribus sępe, in exilioribus raro. Nisi enim quis. Ra-
tio, quare sępe inspiciendū est a dominio in grandioribus administrationibus,
quia illorū cura alij cōmittitur. itaq; nisi dominus bonū exemplū de se, id est
de propria diligentia prębuerit, non habebit imitatores. Habiturū non existi- F
mant, scilicet sapientes homines, vel ipsi qui curant. Quasi impossibile sit nō
diligentis homini diligentes esse vicarios. Vicarij sunt qui vices alicuius ge-
runt. cū ergo curatores generant vices domini, impossibile est nisi ipse sit dili
gēs, habere diligētes vicarios. Cū vero hęc & ad virtutē. Hæc est cohortatio
& pręceptū ad diligentiā, debet, inquit, primo dominus surgere, quā seruus, &
cubitū ire posterius: cum hęc ad vtilitatē honestam, & ad rē familiarē vtilia
sint. nec vnquā dimittere domum incustoditam. & ante lucem surgere: quod
prodest ad salubritatem & ad rem familiarem, & ad studia philosophię. In par
uis igitur administationibus Attica regula. Retulit supra duos administrandi
modos, Atticū, & Persicū: & de persico hucusq; transegit, hoc est, vt domū
inspiciat, & vigilet, ac omnia eum diligentia discutiat. Postquam hoc dixit, re-
uertitur ad Atticum & illum distinguit, probans est in exilioribus administra-
tionibus: sed in magnis putat non venditionē fructuū esse faciendū: sed seque-
strationē eorū quę in annum, & eorū quę in menses singulos consumere opor
tet, quę enim in pręsentia consumenda sunt, ponuntur ad manus, quę non in
pręsens ad tempus deponuntur. sic idē fere exit effectus, vt in Attica, & peno
ris institutio cessabit. Eodemq; modo & in instrumentis. Instrumenta sunt, qui
bus fundus instruitur; vt ligones, sarculi, falces dolabrę, secures. hic ēt sequa.

A ſtrāda eſſe dicit, vt ſupra de fructibus, & q̃ quotidiano in vſu verſantur, ad ma-
nus ponenda illorũ quibus opus cõmiſeris: quę vero ad tẽpus expediunt, ſepo
nẽda ſunt, Horum quoq;, ſcilicet inſtrumentorũ: vel horũ quoq; ſcilicet quo
rũ tarus eſt vſus. & ad tẽpus ſeponuntur Aedes quoq;. Nunc de ędibus dicit: Aedes.
quarũ Heſiodus quoq; mentionẽ fecerat. Dicit ergo ad tria nos prebere reſpice
re in ędibus parandis: vt ſint vtiles, vt ſint ſalubres, vt ſint cõmodæ, Vtilitatis
reſpectus habebitur, cõſyderata qualitate rerũ in illis ponendarum: vt vtiles
ad frumentũ, ad pannos, ad fructus conſeruandos: ad perſonas quoq;, quę in
illis verſari debent. Cõmoditatis rurſus & ſalubritatis habetur reſpectus, proui
dendo, vt ęstate quidem afflabiles vento, hyeme vero Solẽ recipiant, Erunt
autẽ (inquit) huiuſmodi, ſi auerſo borea fuerint, nec ęqualiter latę, Auerſo bo
rea nõ ſignificat cõtra boream, ſed ſcdm boreã, idest ad eas partes verſę, ad
quas boreas perflat. & ſic ad meridiẽ erunt verſę, Sic .n. Solẽ habebunt hy-
bernũ, & vmbrã ęstate, & ventũ, qui plurimũ per tempus ęstatis inde per-
flat. Nec ęqualiter latę. Nam ſi ęqualiter latę, verſe eſſent ad omnes partes,
ſed ſi erunt oblongę ędes, & ad meridiem ſpectantes, tunc habebunt ſupraſcri
ptas cõmoditates Solis, & venti, & vmbrę. nã Sol in ęstate altius incedens do
mos ad meridiẽ verſas non intrat: hyeme vero longius vadens totus per ſene
ſtras infunditur. ita eſtate vmbrã, hyeme Solẽ habebunt, preterea ęstatę flatũ
B ventorum, hyeme a ventis quietẽ. Videtur quoq; ianitor eſſe ponendus in ma
gnis ędibus pro obſeruatione importandorũ & exportandorum. debet vero
eſſe inutilis ad cętera, ceu claudus vel mancus, in hoc enim & minos iactura
fit, quia minus laborare poſset: & erit magis ſedulus propter impotẽtiã cor-
poris. Ad rectũ vero vſum inſtrumentorũ. Quę ſint inſtrumenta ſupra dixi-
mus. Illud Laconicũ valet. Nunc ex Laconico modo vel regula, cuius ſupra
mentionẽ fecit, dum inquit: Perſicę, & Laconicæ, & Atticę ſed nihil de eo mo
do ſunt explicuit. Hic ponit ſingula ſuo loco iacere oportere: quod vtile eſt ad
vſum inſtrumentorum, quoniam parata non requiruntur. ſed hoc Laconicũ
non ad hoc ſolum, ſed ad cętera quoq;, vt ſeparationẽ fructuum & aliarũ re-
rum; puta veſtium virilium a mulieribus, & cęteris, huiuſmodi dictũ valet.

ARISTOTELIS OECONOMICORVM LIBER SECVNDVS.

C

·SVMMA LIBRI.
De officijs & legibus, tum proprijs, tum mutuis viri & mulieris.

Leges probæ mulieris. Cap. I.



Robam muliebrem omnibus quæ ſunt intus, domi ni oportet, curamq; habere omnium ſecundum præſcriptas leges. non permittentem quenquam ingredi ſine præcepto viri, veritam maxime verba, quæ de mulierum corruptela circunferuntur. & ſiquid intus accidat, vt ſibi notum ſit ſoli. & ſi quod malum ab ingredientibus committatur, vt penes virum ſit culpa. Dominam vero impenſarum

ad festos dies, quos permisserit vir. Sumptu, & vestitu, & appara- D
tu minori etiam vtatur, quàm leges permiserint ciuitatis: consyde-
rant, ꝙ nec vestimentorum nitor, uec excellentia formæ, nec auri
magnitudo tantum valet ad mulieris laudem, quantum modestia
in rebus, ac studium honeste decoreq; viuendi. etenim omnis huius-
modi ornatus amici optabilis est, multoque firmior ad senectutem
vsque, veras laudes sibi natisq; afferre. Se igitur ipsam in his virtu-
tibus inanimet mulier, pergatque laudabiliter rebus præesse. nam vi
ro quidem indecens videtur ea scire, quæ intra ædes fiunt. In cæ-
teris vero omnibus parere mulier viro contendat. Nec audiens quic-
quam de republica, nec tractans quicquam eorum quæ ad connubia
spectare videntur. sed cùm tempus poscet, aut filias tradere nuptui,
aut nurus accipere, obediat penitus in his viro: atque sic vna delibe-
ret, vt sententiam viri sequatur: intelligens non ita turpe viro esse
quicquam eorum quæ domi sunt facere, sicut mulieri quæ foris per-
quirere. Existimare autem debet mulier bene composita, mores
viri esse legem suæ vitæ impositam sibi à Deo, per coniunctionem
matrimonii atque consortii. quos si quidem æquo ferat animo, per-
facile reget domum: sin contrà, difficilius. Quapropter decet non E
solum in prosperis rebus, secundaque fortuna vnanimem se viro præ
stare, & inseruire velle, verumetiam in aduersis. Si sit in rebus de-
fectus, vel corporis ægrotatio, vel alienatio mentis, æquo ferat ani-
mo, & obsequatur: nisi forte turpe aliquid sit, vel indignum. Ne si
quid perturbatione animi vir deliquerit, memoriter seruet, sed ægri-
tudini ignorantieque adscribat. nam quanto in his diligentius obse-
quetur, tanto sibi maiorem gratiam habebit, cum ab ægritudine fue
rit liberatus.& si iubenti aliquid turpe non paruerit, melius recogno
scet ad sanitatem reuersus.quapropter ab his cauere debet mulier. In
aliis autem multo magis obtemperare,quàm si empta venisset in do-
mum. magno enim precio empta fuit:societate vitæ, & procreatione
liberorum: quibus nec maius, nec sanctione quicquam esse potest.
Præterea, si cum fortunato vixisset viro, non vsque adeo virtus eius F
illustrata esset. Non est sanè parum secundis rebus bene vti: attamen
aduersas moderare perferre, multo maius est existimandum. nam in
magnis calamitatibus & iniuriis, nihil abiecte facere, celsi est ani-
mi. Præcandum est igitur, ne quid tale accidat viro. ꝙ si quid acci-
dat aduersi; putare debet hinc optimam sibi laudem, si recte se gesse-
rit, prouenturam: secum ipsa repetens, quia nec Alceste tantam sibi
gloriam comparasset, nec Penelope tot tantasq; meruisset laudes, si
cum fortunatis viris vixissent: verum Admeti, & Vlysis aduersita-
tes parauerunt illis memoriam sempiternam. In aduersitatibus enim
virorū suorum fidem ac iustitiam erga illos seruantes, gloriam non
immerito sunt consecutæ. nam prosperitatis quidem facile est reperi
re participes: aduersitatis vero, ni optimæ sint mulieres, participes

A esse renuunt. Ob quæ omnia, multo magis decet virum in honore habere, nec illum contemnere, si sacra pudicitia, & opes animositatis filiæ in secundum Herculem non sequantur. Mulier igitur huiusmodi sese moribus ac legibus custodire debet.

Leges viri ad uxorem. *Cap. II.*



Ir autem viceuersa, leges sibi reperiat ad vxoris vsum, quæ tanquam filiorũ vitæq; socia in viri domum peruenit: natos relictura, genitorum, viri suiq; nomina habituros. quibus qui sanctius esse potest, aut circa quæ magis studeret vir sanæ mentis, quàm ex optima laudabilissimaque muliere filios procreare, senectutis pastores quasi optimos, ac reuerentes, patris matrisque custodes, ac totius domus seruatores? Educati siquidem recte à parentibus per sanctos B & iustos mores, boni merito euadent. contra vero si fiat, sentient detrimentum. Nisi enim parentes exemplum vitæ filiis præstent, euidentem excusationis causam erga se illis relinquunt. ac timendum est, ne contempti à filiis, quasi non bene vixerint, in senectute deserantur. Quapropter nihil prætermittendum est, quod ad vxoris pertineat disciplinam, vt ex quammaxime fieri potest, optima filios generet. Nam agricola quidem nihil omittit, quò semen in optima terra, ac maxime exculta ferat, sperans ita demum fructus optimos inde se recepturum. at siqua vis imminet, mori præliando magis vult aduersus hostes, quam illius vastationem pati. & huiusmodi mors laudatur maxime. Cùm ergo tanta adhibeatur cura, pro corporis esca, quid pro liberis, & matre educatrice? nonne protinus omne studium fuerit adhibendum? Hoc enim solo hominum conditio mortalis per successionem sempiternitatem consequitur: omniaq; parentum vota huc tendunt. quamobrem qui ista negligit, & Deos ipsos C videtur negligere. propter Deos igitur, quibus præsentibus sacra fecit, & vxorem duxit, ac multo magis se post parentes, vxori traditad honorem. Maximus autem honor est sobrię mulieri si cernat virum suum obseruantem sibi castitatem, nec de vlla muliere magis cogitantem, sed prę cæteris omnibus hanc, & suam, & fidam sibi existimantem. tanto enim magis studebit mulier, se talem prę-stare, quanto se cognouerit fideliter, atque iuste à viro diligi. Ergo prudentem ignorare non decet, qui parentibus, qui ue vxoris & filiis honores conueniant, vt tribuens vnicuique quæ sua sunt, iustus & sanctus habeatur. pergrauiter enim vnusquisque fert honore suo priuari, nec si aliena quis permulta tribuat, contentus erit, si sua auferantur. Nihil vero magis suum est vxori, nec magis illi à viro pręstandum, quam sancta & intemerata societas. Quapropter non decet hominem sanę mentis, vbicunque contigerit semen ex-

ponere: ne de vilibus & iniquis similes liberis legitimis procreentur. D ex quo & vxor honore suo priuatur, & filiis iniuria fit, ac sibi pro his omnibus dedecus incumbit. Appropinquandum vero est vxori cum magna temperantia atque modestia: sitque pudor in verbis, in operibus vero fas atq; honestas, inconuersatione fides & moderatio. praua quidem peccata etsi voluntaria fuerint, ignoscendo: siquid vero per ignorantiam deliquerit, commonefaciendo. Nec metum incutiat sine verecundia & pudore: hæc enim meretrices ad mechos pati decet. at vero cum verecundia & pudore iusta diligere & timere. id ingenuæ est mulieri erga proprium virum. Duplex est enim timoris species. vna cum reuerentia & pudore, qua vtuntur ad patres filii modesti, & ciues bene morati ad beneuolos gubernatores. altera cum inimicitia & odio: sicut serui ad dominos, & ciues ad tyrannos iniustos & iniquos. Ex his quoque omnibus meliora eligens, vxorem sibi conciliet, ac fidelem probamq; efficiat, vt siue presens sit vir, siue absens, non minus vtilis sit, quàm si semper adesset, tanquam rerum communium curator. & quando vir abest, vt sentiat vxor nullum sibi, neque meliorem neque commodiorem, neque magis suum esse quàm virum. ostendatque hoc ab ipso initio, ad commune bonũ semper intendens, quamuis puella sit ac noua in talibus. E

Testimonia superiorum preceptorum ex Homero. Cap. III.



Tsi ipse sibi maxime dominetur, optimus totius vitæ rector existet, & vxorem talibus vti docebit. Nam neque amorem, neq; timorem absque verecundia laudauit Homerus, sed vbiq; amare præcepit cum modestia, & pudore. Eo quidem modo Helenam timere Priamum, inquit, ita dicentem:

O metuende mihi semper, semperq; tremende,

Clare socer. nihil aliud dicens, quàm eam cum pudore diligere. F

Rursus vero Vlisses ad Nausicaam inquit:

Te mulier valde æquidem admiror & metuo.

Censet autem Homerus, virum & vxorem sic inuicem se habere debere. nam nemo deteriorem se admiratur ac veretur. sed huiusmodi affectus accidunt inuicem melioribus, & natura benignis. minoribus etiam sapientia, ad se meliores. Hunc animum Vlisses erga Penelopem gerens absens licet nihil deliquit. Agamenon autem propter Chriseidem erga propriam peccauit vxorem, ausus dicere in cõcione Græcorum, Captiuam mulierem, nec natura præstantem, immo vt plane dixerim Barbaram, in nullo Clytęmnestra deteriorem esse. ex qua cùm liberos haberet, non recte sese gerere visus est. Quo modo enim recte, qui antequam sciret qualis erga se foret, vi ductam

A sibi illam coniunxerat. At Vlysses, rogante Atlantis filia, vt secum maneret, ac sempiternitatem pollicente: ne ob id quidem prodere voluit vxoris affectum, & amorem & fidem: maximum sibi supplicium arbitratus si malus dum esset, immortalitatem haberet. Cum Circe etiam manere noluit, quamquam insuper sociorum salutem pollicente, immo respondit, nihil sibi dulcius videri posse, quàm patriã incultam & asperam. magisq; optauit mortalem vxorem filiumq; videre, quàm fieri ipsum immortalem. sic ille firmam stabilemque vxori fidem seruabat, pro quibus merito ab vxore eadem reportabat. In oratione quoq; illa, quam habuit ad Nausicaam, apparet Poetam maxime probare viri & vxoris pudicam societatem. præcatus est enim Deos, vt darent illi virum, & familiam, & vnanimitatem cum viro, non quamlibet, sed honestam. Iuquit enim: nihil melius esse posse hominibus, quàm si concordi voluntate vir & vxor domum gubernarent. & hic igitur, vt patet, laudat poeta vnanimitatem mutuam viri & vxoris, non ea quidem quæ circa improba obsequia, sed eam quæ animo & prudentia iuste coniuncta est. nam voluntate domum gubernare, hoc designat. Idem atiam inquit, quòd cùm huiusmodi virum & vxorem viget concordia, inimici quidem eorum anguntur plurimum, amici verò permagna suscipiunt gaudia: quem tanquam vera dicentem probat. Nam viro quidem atque vxore circa res optimas concordi studio vacantibus necesse est vtrius que animos idem sentire deinde propter concordiã potentes facti, & inimicis spem auferunt, & amicis prosunt. q. si ipsi dissideant, amici quoq; dissidebunt, & infirmitatem ipsi sentient maxime.

B

Communes leges Viri, & Vxoris. *Cap.* IIII.



Taque manifeste præcepit poeta. Virum & vxorem in his quæ improba & impudica sunt, sibi inuicem consentire nequaquam debere. In his verò, quæ quàm maxime fieri potest, pudica sunt & iusta concorditer sibi inuicem inseruire. Studentes primo quidem curã omnem parentibus exhibere. vir quidem vxoris parentibus non minus, quàm propriis: vxor autem viri. Deinde filiorum & amicorum & rerum, domusq; totius tanquam communis curam habeant, seipsos studio & diligentia superare certantes. & quisque plurimorum bonorum sit author & causa, meliorq; existat & iustior. Deposita quidem superbia, industria vero suscepta, cùm benignitate & mansuetudine gubernantes: vt cùm ad senectam peruenerint, deposito administrationis onere, & concupiscentiis liberati, possint & sibiipsis inter se, ac filiis suis rationem reddere, vter eorum magis profecerit in familiæ gubernatione, ac statim scire, aut per fortunam malum, aut per virtutem bonum. In quibus qui sperauerit maximum præ-

C

mium à Diis consequitur, vt Pindarus inquit. Dulce enim sibi cor, & spes mortalium multiplicem alit voluntatem.secundũ vero a filiis in senectutem feliciter educari. Quapropter & priuatim & publice decet eum, qui vitam gerit, ad omnes Deos hominesque, respicere, multumq;, & ad vxorem,& ad filios, & parentes. D

Præcedens liber, siue is Secundus, siue Primi pars sit, in Græcis exemplaribus (quod notum sit) minime reperitur.

LEONARDI ARETINI

EXPLANATIO IN SECVNDVM, SEV PRIMI PARTEM OECONOMICORVM.



CAP. I. Robam mulierem omnibus. In rei familiaris disciplina cõsyderatio habetur personarum.& rerum personę sunt, ex quibus constat domus, vir & vxor, parentes & filij, dominus & seruus. hęc potissima est pars: magisq; oportet patremfamilias curam personarum habere quam rerum: nam illę personarum gratia comparantur.res igitur acquirimus vel per agriculturam, vel per alios naturales modos ad familię indigentiam: permutamus etiam & misceemus exercitia, supplentes defectum.Et hucusq; ver, sunt diuitię, certęq; & terminatę: supra vero has nullus est terminus diuitiarum, cum illę iam non in supplenda indigentia, sed in patrimonio augendo versentur, Placet tamen sapientibus hanc patrimonij amplificationem (si nemini noceant) non esse vituperandam: nam ac magnificentiam & libertatis opus prosunt, reiq; publice conducunt. Acquirendarum igitur pręcepta rerum supra dedit: de seruis etiam & de dominis expediuit. Nunc autem in hoc, siue libro, siue libri parte, de viro & vxore Aristo.tranligit, quędam etiam intermiscens de filijs. Oportet ergo mulierem probam dominari de omnibus quę sunt intra ędes, curamq; habere omnium secundum prescriptas leges. Pręscriptas leges dicit: quia supra dictum est ita naturam instituisse, vt vir quęrat foris, vxor parta domi conseruet. Non permittentem quenquam ingredi sine precepto viri. Huius pręcepti tres subijcit rationes. Prima, vt vitętur obloquia. Secunda, ne afferantur secreta domus. Tertia, ne sibi imputari queat, si quid mali per ingredientem cõmittatur: sed imputetur viro qui præcepit. Sumptu autem & vestitu. Optimo pręcepto domestica ratio subijcitur. Duplex est ornatus, corporis, & animi. corporis, vestes, aurum, & forma: animi vero, honestas & decus, quibus virtutes continentur. Hic animi ornatus ad senectam vsq; perdurat, immo tunc etiam magis floret ille vero alter cito deficit. Consortij, quia quæ fortuna est vni & alteri. Sors enim fortuna. Si sit in rebus defectus: scilicet externis, vel corporis ęgrotatio vel alienatio mentis. quia sic sunt tria bonorum genera, externa animi, & coporis. Precandũ est igitur. Nam fortuna non est in nostra potestate. ideo dicit pręcandum: non autem prouidendum. Vt autem de muliere superius, nunc de viro. E F

CAP. I. Quando filiorum tanquã vitęq; socia. Et sic duplex est cura viri circa vxorem, vna pro filiorum bonitate: altera pro vitę commoditate. Hoc enim solo, procreatione filiorum, Ergo prudentem ignorare non decet, Hoc est quasi ca-

A pui huius doctrine, non ignorare quid cuiq; debeatur. Iustus, & sanctus. Iusti-
tia est, que vnicuiq; tribuit ius suum. Nihil vero magis suum est vxoris. Hec
est minor propositio; ad illam superiorem vnicuiq; tribuendum esse ius suum.
Nec metum incutiat sine verecundia & pudore. Duplex est timoris species,
vt subijcit: vna cū verecundia & pudore, altera que est sine verecundia, quā
non inferat vir vxori: quia non conuenit. Et si ipse sibi maxime dominetur,
vt inquit Tullius. Tunc incipiat alij imperare: cum ipsum turpissimis domi-
nis dedecori ac turpitudini seruire desierit.

CAP. 3.

Nam neque. Probat superius dicta per Homeri testimonium per diuersos
actus Vlyxis & Agamenonis, Propter Chryseidem. Chryseis Agamenonis
ancilla fuit: propter quam orta est discordia inter Achilem & Agamemnonē.
Nam cum Achilles suaderet reddendam esse patri Chrysidę, qui erat sacerdos
Appollinis, Agamemnon iratus in maledicta prorupit. atq; in concione Gre-
corum dixit se nunquam dimissurum: quoniā etiam Clitemnestrę vxoris illā
preferebat: nec certe illam esse vlla in re inferiorem Clitemnestra, non cor-
pore, non ingenio, non operas ob hoc reprehenditur ab Aristotele, quia parū
cogitauit de vxoris honore, ex qua liberos habebat. Quomodo .n. recte. Re-
sumptio est oratoria, qualis erga se foret Chryseis. quasi dicat, non se excuset
Agamemnon, quia sit virtuosa, ideo illam habere, nam primo sibi illam con-
iunxit. quam sciret qualis esset erga se. dum enim esset bello capta, & per vim
non potuit ante scire qualis esset. At Vlyxes. Ad contrarium exemplum re-
uertitur. Maximum sibi supplicium arbitratus. Sapientissimum dictum. Ma
B ximum enim detrimentum esse putandum est male agenti, vt viuat diutissime.
Cum Circe. Fabula Circes, nota est etiam pueris. In oratione quoq;. Hec
omnia sunt apud Homerum, quem optime Arist. sciebat contra consuetudinē
eorum, qui se nunc Philosophos appellant. Nullum maius bonum, Nota lau
dem coniugij ex Homeri Aristotelisq; sententia, contra vituperatores huius
sanctissimi vinculi. Nam sine bono coniugali, nec domus, nec ciuitas, nec vi
ta quidem humana stare potest. Nam voluntate domum gubernare voluntas
est boni. malus autem facit, que sibi videntur. non tamen que vult: nihil enim
vult, nisi bonum.


Philosophi neoterici po- sti' Circoso- phi qui poe- tarum lectio nem contē- nunt.

CAP. 4.

Ac statim scire. Duo inquit sunt pręmia parentibus, si recte se gesserint, vnū
statim ex ipsa conscientia recte factorum: & hoc est maximum premiū a Deo
nobis datum. alterum postea a filijs nobis exhibetur in senectute, alendo atq;
colendo. Dic ergo, ac statim scire, id est, hoc ipso quod scit, et sibijpsi consci-
us est, recte factorum maximum premiū a Dijs consequitur. & hoc probat ex
Pindari auctoritate cuius est illud carmen. Dulce sibi cor, &c. idest cor sibi-
C ipsi placent, & in se gaudens. nam vt qui male agit, stimulatur conscientia
& metuit: sic qui bene facit, gaudet animo & bene sperat. Secundum vero a
filijs, hoc est alterum premium. ꝙ dicit secundum, quia supra in primo cum
statim scire, dixit pro primo. & ideo dicit nunc secundum, referendo ad illud
statim scire, quod antecessit in littera.

Librorum Oeconomicorum, Aretino interprete ac explanatore finis.

Hos eosdem libros à Donato etiā in Latinum vel versos, vel explanatos, vnà cum altero ab eo addito, hic apposuimus: cùm ex eorum altera tantum translatione, Aretini scilicet, aut Donati, negocio huic plene satisfieri posse minime videretur.



ARISTOTELIS STAGIRITAE, PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE RE FAMILIARI LIBER PRIMVS.

Bernardino Donato Veronensi interprete.

De dñia & conueniẽtia Rei familiaris & publicę, & ordie earũ. Ca. 1.



Es familiaris & publica non modo ita differunt vt domus & ciuitas: (has enim sibi res illæ habent subiectas:) sed etiam quod publica ex multis constat principibus: familiaris autem vnum duntaxat principem habet. Quum igitur nonnullæ artes inter se diuisæ sint, nec omnino eiusdem sit & conficere, & eo quod confectum sit vti: quemadmodum vsu venire in lyra & tibiis videmus: reipub. tamen est, & constituere ab initio ciuitatem, & constituta vti præclare. proinde haud dubium, quin rei quoq; familiaris sit & domum, hoc est, rem ac familiam parare, & eadem bene vti. Quod autem ciuitas sit & domorum & regionis & possessionum multitudo tanta, quanta ad bene viuendum sit satis, apparet perspicue. nam si quando contingit vt ipsum hoc obtinere non possit, societas etiam ipsa dissoluitur. Præterea huius ipsius rei gratia conueniunt, & qua gratia est vnumquodq;, hac item ipsa extitit ab initio, ab eademq; habet vt sit idipsum quod est. ex quo haud dubium relinquitur, quin ortu ipso res familiaris publicam antecedat, quando huius itẽ opus antiquius. est enim particula ciuitatis, domus. Quum ergo rem familiarem consyderandam susceperimus, tum eiusdem opus quodnam sit, videndum putamus.

De partibus dom', & vñ sumẽda possessio, Ca. 2,

Domus autem partes illæ sunt, homo atque possessio. quare cùm in iis primo quæ minima sunt vniuscuiusq; rei natura spectetur, etiam

A ea quæ ad domum pertinent, simili ratione constabunt. Itaq;, vt Hesiodus ait oportebit quidem vt in primis domus, & mulier, bosque ædificarator. nam alterum in iis quæ vitam alunt, alterum in iis qui liberi sunt, obtinet principatum. quocirca quæ ad consuetudinem cũ muliere pertinent, ea optime cõstituêre necesse fuerit. hoc ipsum porro est incumbere, vt cuiusmodi hanc esse oporteat, promptum habeatur. At ex possessionibus, quæ secundum naturam fit, ea principem curam merebitur. quare secundum naturam res rustica antecedet, sequentur quæcunq; ad terram ipsam pertinent: cuiusmodi est quę metalla exquirit, & si qua est alia eiusdem generis. res autem rustica maxime, propterea ꝙ iusta est. nam neque a volentibus aufert, vt cauponæ, & quæ mercenarias operas exercent: neque ab inuitis, vt quæ bello atq; armis vtuntur: sed ab ipsa protinus sumit natura. omnibus quippe a matre alimentum certo naturæ instituto suggeri consueuit. quocirca hominibus item ab ipsa terra. strenuitati præterea hominũ Agriculturę dotes.

B ac fortitudini maxime conducit: non enim quemadmodum eæ artes, quę sordidę vocantur, corpora exercentium inutilia reddit, sed idonea quæ & assidue foris excubent, & labores tollerent: præterea quæ aduersus hostes periclitentur. nam eorum tantummodo possessio extra septa & munitiones habentur.

In iis autem quæ ad homines spectant prima fuerit vxoris cura. si quidem inter marem ac feminam societas in primis est. nanq; alibi apud nos pro concesso habetur, naturę hunc esse appetitũ vt eiusdem generis multa efficiat, veluti item ex animalibus vnumquodque. fieri autem non potest, vt vel femina sine mare, vel mas sine femina, hoc ipsum per se compleat munus. quare amborum societas necessario constituta est. Cæterum hoc in aliis quidem est animalibus temere, & eatenus quo ad eis natura seipsam impertit, & sobolis duntaxat gratia propagande. in iis autem quę & mitiora sunt & prudentiora, distinctũ est magis. apparent enim magis adiumenta quæ præ Qualis viri & mulieris œconomica societas. Cap. 3.

C stantur & charitates, & operum societates inter ipsa: idq; in homine maxime, propterea quòd in hoc genere mas & femina sociata inter se sunt non modo vt ipsa sint, sed etiam vt ipsis bene sit. & liberorum possessio non ea modo de causa huic generi data est a natura, vt habeantur qui ministrent, sed vt etiam qui adiuuent. quæ enim ipsi valentes conferent in infirmos, ea vicissim post a valentibus accipient, cùm ob senectutem imbecilles facti erunt. Hoc ipso preterea circuitu a natura id consequitur atq; explet, vt, quando numero non potest, at saltem specie sit semper. sic ab ipso Deo vtriusque & maris & feminæ natura ad societatem prouisa atq; instituta est. hæc enim ipsa in eo distincta sunt, ꝙ non omnia ad easdem res vtilem habent vim, sed nonnulla ad contraria quidem, attamen quæ eundem finem spectent, eodemque contendant. nam eorum alterum imbecillius robustius, alterũ imbecillius effecit, vt illud esset magis ad cauendũ ido- Officia eorum.

neum ob timiditatem, hoc ad propulſandum atq; vlciſcendũ ob fortitudinem: & hoc quidem ea fortis ſuppeditaret, quæ neceſſaria ſunt, D illud autem intus eadem conſeruaret. itemq; ad opus faciendũ, illud ſedendo poſset durare, eſſet tamen ad labores foris tolerandos imbecillius: hoc vero contra, quum ad quietem atq; ocium eſſet minus aptum, tum autem ad omnem motum exiſteret valentius. necnon in ſobole, vt procreatio amborum eſſet communis, adiumentũ ſinguli ſuum proprium pręſtarent. nam horum quidem alere eſt, illorum autem inſtituere.

Leges viri ad vxorem Cap. 4.

Primum igitur leges erga vxorem habeantur: in quibus etiã illa, ne vir eam efficiat iniuria: ſic enim ne ipſe quidem efficientur. hoc ipſum porrò etiam communis lex pręcipit, vt Pythagorici dicunt, qua ſi ſupplicem & ab ara & foco abductam, ita videri, minime oportere illam afficere iniuria, a viro autem iniurię, ſi foris cum aliis feminis conſueſcat. Porro conuictus & conſuetudo ſit talis, vt neuter alterius congreſſum reformidet, vel abſentis deſyderium ferre nequeat: E ſed ita aſſueſcat, vel pręſente vel contra, ſecum bene agi arbitretur. Etiam Heſiodus pręclare illud:

Leges dñi ad ſeruos. Cap. 5.

Virginem habeto, tuos vt diſcat ſedula mores.

Nam diſsimilitudines morum minime ad conciliandas voluntates idoneæ. De ornatu vero, quemadmodum in moribus non oportet falſa quædam profitentes ad ſe mutuo inter ipſos accedere, ita ne corporibus quidem. qui autem cum ornatu & fuco inter ſe conſueſcunt, in nulla re differunt ab Hiſtrionibus, qui cum ſcenicis indumentis vitam vna degere aſsidue ſolent.

At eorum quæ poſsidentur, primum quidem illud, maximeque neceſſarium, quod & optimum, & ad imperandum aptiſsimum. hoc vero ipſum hominem eſſe meminimus. proinde ſeruos comparare ſedulos oportet. ſunt autem ſeruorum duo genera, villicus, & operarius. verum quum diſciplinis videamus adoleſcentes, nouos quoſdam habitus accipere, operæ præcium fuerit & parare & alere etiam eos, quibus liberalia officia recte credantur. Cum ſeruis autem ita eſt conſueſcendum, vt neq; in petulantiam euadere, neque in ſegnitiem declinare permittantur, & iis quidẽ qui a in magis ingenui ſint, honores impertiendi: operariis autem cibi copia ſubminiſtranda videtur, & quoniam vini vſus etiam eos qui ingenui ſunt, contumelioſos atque inſolentes efficere ſolet, multæq; liberæ gentes eo abſtinẽt, vt Carthaginenſes cùm militiæ degunt, haud dubiũ quin ex eo, aut nihil prorſus, aut perexiguum quiddam ſit concedendum. Verũ tria quum ſint, opus, caſtigatio, cibus, ſi quis cibum quidem præbeat, nunquã autem neq; opus facere cogat, neq; caſtiget, reddet petulantes. ſin contra, & ad opus cogat & caſtiget, cibum vero non præbeat, rem violentam inducet, ipſoſq; imbecillos efficiet. ſupereſt igitur vt & opere faciundo exerceat, & abunde paſcat. etenim fieri nequaq̃ po-

Abſtinentia a potu vini.

A test, vt hominibus nullam accipientibus mercedem quis imperet. serui autem merces cibus. Porro quod in aliis contingit, vt si iis, qui meliores sint, melius nihil fiat, neq; sint virtuti vitioue vlla proposita præmia, deteriores euadant, idem in seruis quoq; vsu venit. quare & inspicere ac cognoscere diligenter qui ab iis agatur oportebit, & iisdem pro meritis singula, cibum, vestimenta, otium, supplitia, tum verbo, tum re & tribuere & remittere, medicorum artem imitantes, considerantes, vt medicamenti locum obtinet cibus: non est autem medicamentum propter assiduum vsum. Seruorum autem ad opus faciendum optimum fuerit genus eorum, qui neq; timidi, neq; fortes sint supra modum. in vtrisq; enim offensio est. nam timidiores, laboris onus non sustinent: animosioribus non facile imperatur. Oportet autē finem aliquem statuere omnibus: & iustum quippe est, & expedit, libertatem illis præmii loco esse propositam. tunc.n. sunt ad laborem promptiores, quū aliquod laboris, quasi certaminis præ-
B mium exspectant. tempus quoq; definitum habeantur. operæ etiam precium fuerit, illos pro creatione filiorum quasi pignore quodā obligare. nec eiusdem nationis multos possidere, sicut ne in ciuitatibus quidem. sacra autem facere, & conuiuiorum voluptatibus operam dare, seruorum potius gratia quàm liberorum. plus enim hi decerpunt ex eo, cuius gratia illa instituta sunt.

Quatuor porro sunt, quæ patrem familias habere oporteat in re pecuniaria. nam non minus ad seruendum quam ad comparandum idoneū esse oportet: alioqui vanus fuerit omnis comparandi labor. cribro enim haurire hoc ipsum fuerit, & perforatum, quod dicitur, dolium. Præterea & ordinis adhibendi rebus quæ possidentur ac supellectilibus, & iisdem vtendi peritum. horū quippe gratia, reliquis quoque illis indigemus. Etiam quæ possidentur, ita singula diuidere oportet, vt quæ fructum ferant, plura sint, quā contra, quicquid vero operis faciundi fuerit, ita distribuendum, vt non omnibus simul
C periculum impendeat. Ad conseruandū autem ratione & Persica & Laconica vti cōmodum est. etiam Attica vtilis, vendunt enim vicissim atq; emunt. ac ne penuariæ quidem rationis cōstitutio in iis quæ ad rem familiarem pertinent, minimum obtinet locum. est autem Persica ratio, vt ipse per se vnusquisq; & disponat omnia & inspiciat. nam (quod de Dionysio referebat Dion) nemo æque diligenter suā atque alienam rem solet curare. quare quoad eius fieri poterit, vnūquemq; per seipsum adhibere diligentiā oportet. &, quod Persæ cuiusdam atq; Afri dictū fertur, ad hanc rem cōmode applicabitur. ille quippe interrogatus, quidnam esset, quod maxime equum pinguem efficeret, domini occulum esse respondit. Afer autem roganti cuipiam, quodnam stercus optimum, ipsius, inquit, domini vestigia. Ergo alia erunt à viro, alia autem ab vxore inspicienda, prout inter vtrunq; domestica fuerint munia distributa. hocq; ipsum in paruis

Leges Oeconomicorum, Cap. 6.

Curæ & pstię domini vtilitas.

quidem curationibus, rarius est faciendum: in iis autem quę aliis commisse sunt, sæpius. neq; enim fieri potest, vt, nisi quis exemplũ prębeat, pulchre alius quispiam imitetur, neque in aliis rebus, neq; in procuratione domestica, quarę non est putandum fieri posse, vt sine diligentia dominorum, procuratores, seu villici sint diligentes. Et D

Quid agere debeat dñs quo ad vigilias.

quoniam hęc ipsa & ad virtutem egregia, & ad rationem domesticã vtilia sunt, ipsis prius dominis quam seruis, electo surgendum, posterius dormiendum, nunquam domus sinę custode relinquenda, quasi ciuitas; & quæcunque facienda sunt siue noctu, siuę interdiu, eorum nihil prętermittendum. Dę nocte etiam surgendum, quando hoc & ad bonam valitudinem, & ad rem familiarem, & ad philosophicam vitam vtile. In paruis igitur facultatibus, Attica disponendarum frugum ratio vtilis: in magnis autem, seorsum ea quę in totum annum ab iis quę in singulos menses impendi solent. habenda erunt, similis est in vasis & suppellectilibus ratio. nam quibus, singulis vtimur diebus, separanda sunt ab iis, quibus rarius, hocq; muneris genus iis est assignandum, qui rebus domesticis pręsint, ad hęc E eorum inspectio repetenda est certo tempore, nę nos lateat quidquã, siuę quod conseruatum sit, siuę quod perierit. In construenda autem ędificandaq; domo habenda est ratio rerũ quę in ea collocandę sunt, non modo incolumitatis earum gratia, verum etiam commoditatis. Dico autem res collocandas, vt si dicam, quę fructibus sint ac vestimentis conducibilia, in ipsis autem fructibus, quæ aridis sint, quęue humidis vtilia magis, in cęteris autem quę possidentur, quę sint animalibus, quę inanimis, quę seruis & liberis, quę feminis & viris, quæ hospitibus & ciuibus aptiora. Præterea ad commoditatem salubritatemq;, ęstatę quidem salubrioribus ventis patere oportebit, hyeme vero apricam esse. hoc autem continget, si parte altera pressior angustiorque fuerit, nec longitudini ęqualem habuerit latitudinem. Videtur autem, vbi magna quędam est res familiaris, ibi ser- F uus hostiarius is esse apprimę vtilis, qui reliquis inutilis sit muneribus, vt quę intro, quęue foras feruntur, salua habeantur. Ad vsum autem vasorum, Laconicus mos erit vtilis. singula enin oportet suis sedibus collocata esse, ita in promptu sita nullum afferent quęrentibus laborem.

Sequentem partem Aretinus Secundum fecit librum: Donatus vero Primi partem. Leges pbę mulieris. Caph. 7.

Quæ sequitur particula de officio uxoris erga uirum, & uiri erga uxorem, eam nos eo genere interpretationis, quam Græci paraphrasim uocant, expreßimus, interpretem Aretinum secuti; quandoquidem illam apud Gręcos nusquam inuenire potuimus.

EGregiam & frugi mulierem eorum, quę in ędibus sint dominam esse oportet, omniaq; ea certis legibus curare; nec permittere quenquam ingredi nisi maritus iusserit. est autem ei vitanda in primis, vulgaris mulierum infamia enitendumq; vt si quid forte intus acciderit, vni ipsi sit notum;

nec

A nec committendum vt si quid ingredientes peccauerint, ipsa iure accusari possit, sed in viro omnis culpa resideat. Habens pręterea in potestate quidquid impendendum fuerit in dies festos, quos ipsi per virum celebrare licitum sit, & sumptu, & vestitu, & reliquo ornatu vtatur, minori etiam quam leges ciuitatis permittant. considerandum quippe illi est ad fęmine commendationem & laudem, modestiam, honestatisq; studium, atque omnis vitę decus, multo esse pręstantiora, quam sint, aut vestimenta pręciosa, aut forma egregia, aut omne aureum ornamentum. quę enim hoc animo est mulier, optabilior esse consueuit, multoque certiores ac ueriores laudes & sibi ipsi & liberis parere, easque ad senectutem vsque perferre constantius, quam quę fuerit aliter animata. ergo ipsa mulier sibi ipsi hunc animum comparet. & constanter rebus domesticis pręsit, ex eaque re laudem sibi quærat. neque enim satis deceat virũ ea singula nosse que intus gerantur. At in cęteris vxor omnino assuescat viro obtemperare. nec vero negocijs implicet se quę ad rempub. pertineant, aũt sui muneris esse existimet, matrimonia conciliare, seu tractare connubia. quod si tempus postulabit, vt vel filias nubiles collocet, vel filijs iã adultis accipiat vxores, quod marito placuerit, id sibi rectum esse persuadeat, vsque adeo, vt etiam si vna cum illo deliberet quid agendum, sententiam tamẽ viri semper anteponat suę, nec dubitet, aliquanto absurdius esse, ab vxore sollicite curari ea quę foris gerenda sint, quam a viro quidquam eorum quę intus fieri solent, tractari. B Etiam quę bene animata beneque instituta erit mulier, ad mores mariti se accommodabit, eosq; pro lege habebit, quam ipsi Deus, omnis vitę moderatricẽ ex matrimonij necessitudine imposuerit, eos sane mores, qualescunq; fuerint, si sibi æquo animo ferendos duxerit, tum ipsa nullum in domo regenda sentiet laborẽ sin ęgrius feret, vtq; laborabit, ex quo illud conficitur, vt vxorẽ maxime deceat, nunquam cum viro suo discordare, semper illi esse obsequentem non modo in prosperis rebus & ad voluntatem fluentibus, sed etiam in aduersis & tristibus. item si quid ille patiatur detrimenti vel in rebus externis vel in corpore, vel in animo, ipsa ne molestius ferat, sed dicto audiens fit, nisi forte sit in aliqua re turpi atque indigna obsequendum. nec vero diutius in memoria habeat, si quid vir deliquerit, dum animi sui compos non est, sed ęgritudinem potius illius aut imprudentiam excuset. quo enim in huiusmodi rebus magis illi sedulo morẽ geret, eo sibi gratiorem illum sentiet, vbi animo conualuerit. quin etiam longe meliorem in partem accipiet, quod sibi aliquid turpe iubenti non sit obsecuta, si quando ad sanitatem rediuerit. hęc igitur sedulo caueat mulier, at in cęteris obsequatur, ac multo quidem diligẽtius, quam si ab illo empta in familiam venisset. quin etiam cogitet re vera se emptam magno precio. nam & vitę societas, & liberorũ procreatio, ad quę duo & multo maxima & sanctissima munera vocata est, magni cuiusdam præcij loco habenda C sunt. Etiam illud intelligat, se non adeo illustrem futuram, nec tantum virtutis pręconium habiturã fuisse, si cum eo viro vixisset, qui semper fortuna secunda vsus esset. fateor quippe in magna laude versari, si qui in rebus prosperis sibi tẽperare posuerint, at in longe maiore si qui aduersas ęquo animo tulerint. magnis enim calamitatibus atque iniurijs non turbari, nec submissius quidquã ostendere ad animi celsitudinẽ ac magnitudinem pertinet. optabit ergo a Dijs ne quid viro accidat aduersi, quod si forte acciderit, existimet in eo se vberẽ laudis materiã nactã esse. exemplaq; sibi proponat & Alcedistis & Penelopę, quarũ neutra fuisset tam celebris, si cum viro vtraq; fortunato vixisset: & illi quidem Admeti, huic aũt Vlyssis res aduersas immortalẽ gloriam perperisse. quũ.n. maritis ambę & in aduersa fortuna fidẽ cõstantiãq; pręstiterint, illustres merito gloriaque insignes euasere. si quidẽ quę se rerũ ad voluntatẽ fluentium socias maritis pręstent, facile reperias. at in aduersis durare nõ solent, nisi quę singulari bonitate pręditę sint. quę sane cũcta id conficiunt, vt multo etiam amplius maritũ uereri cõueniat, nec eũdẽ ideo contemnere, quod neque sacram pudicitiam, vt ait Orpheus, neque audacię filiam, opulentiam, comites secũ adduxerit, & hisce quidem moribus ac legibus institutam esse mulierẽ oportet.

Ver' bonę matronę ornatus.

Leges viri ad vxorem, Cap. 2.

At maritus vicissim excogitare debet eas leges, quibus & vxor facile vti possit. ea enim ideo in familiã venit, vt cum viro sibi essent & liberi commu- D
nes, & vita communis, quę quum relictura sit filios, qui parentum & viri & suorum nomnina gerant, quid iis quęso sanctius quispiã in commune conferre posset? aut cuius tandẽ rei virum integra mẽte prędium, magis studiosum esse oportet, quam vt quum filios quærat, qui & ipsius senectutem quondam sint nutrituri, & vtriusque parentis cum omni pietate ac reuerentia futuri custodes, domumque vniuersam seruaturi, eos ex fęmina lectissima atq; honestissima suscipiat? Nam si quemadmodum oportet, ita illi a parentibus educabuntur, & sanctis piisque moribus imbuentur, bonitatis laudem facile obtinebunt. sin contra, magnum in bonis animi metiro facturi sunt damnum. NISI enim parentes exemplo sint filijs ad recte viuendũ, certissimã illis excusandi seipsos si quid aduersus parentes deliquerint, materiam prębebũt. & periculum erit, vbi nequiter vixerint, ne contemnatur a filijs, atque vbi iam consenuerint, deserantur. Quapropter nihil omnino prætermittat qui vult fieri maritus quod ad vxoris institutionẽ pertinere arbitretur, studeatq; pro viribus ex q̃ optima & probatissima filios suscipere. & bonũ agricolã imitetur, qui nulli diligentię parcit, dum semen suum in terram & optimam, & optime excultã iaciat, sperans nimirum ex optima optimos se fructus percepturum: cui quidem si qua inimica vis perniciem intentet, armat se aduersus eam, dumq; illã iam conseruet E
ab hostibus quam ipse excoluit, ne mori quidem dimicando recusat, & qui hoc animo sunt, in primis ad cęlum laudibus ferri solent. quod si ea quę viri corpori nutriendo conducunt, tam sollicite curantur, quantũ erit tandẽ in iis quę ad liberos, quęq; ad matrem pertinent, quę ipsos liberos sit educatura studium adhibendum? SI QVIDEM hoc vno remedio hominum mortalitas continuo perpetuitatem consequitur, dũ propagationẽ liberorum seipsam conseruat. & qui parẽtes facti sunt, quidquid optant huic dirigere consueuerunt. proinde si quis parui hęc facit, Deos quoq; ipsos paruifacere videtur. nã & propter Deos quibus pręsentibus sacra fecit, vxorem duxit, eademque ratione vxori se multo magis addixit, vt illi secundos a parentibus honores tribueret.

Mulier porro quę mentem non amiserit, NVLLVM sibi maiorẽ honorem tribui putabit a viro suo, q̃ si castum corpus exhibeat, nec aliam magis in animo fęminã q̃ se, habeat, seq; vnam præter cęteras & suam & sibi fidam existimet. quod si ille fecerit, ipsa quoq; vicissim dabit pro viribus operam, ne mariti opinionem fallat: ac tanto magis quanto se & iustius & fidelius ab illo diligi animaduerterit. Viri ergo prudentis officium fuerit scire, quo sint cultu parentes, quo vxor, quo liberi prosequendi: vt quum meritos cuiq; honores tribuerit, iustitię sanctitatisq; nomen obtineat. NIHIL enim ferre solent molestius homines, quam se priuari suis honoribus. nec vero quisquam est, qui dum B
sua sibi auferri videt, alienis quę sibi quamuis multi tribuantur possit esse cõtentus. at vxori nihil magis suũ a viro tribui potest, q̃ incorrupta, & sancta nõ modo corporis, sed & totius vitę societas. Ex quo illud cõficitur, VT TVRPE sit, hominem integra mente pręditũ, ex quauis matre sobolem propagare, ne videlicet aduersus leges filij liberis & ingenuis similes suscipiantur ex ignobilibus feminis. qđ si fiat, & vxor proprio honore spoliatur, & filii iniuria afficiũtur. & maritus ignominiã ex hisce vniuersis contrahit. Porro ad vxorem quũ accedit maritus, nihil intẽperantię, nihil procacitatis pręse ferat, verecũde & loquatur, & quidquid agit, sancte honesteq; agat, & cum fide ac moderatione cõsuescat, peccata autẽ qui parui momenti fuerint, tametsi volens peccauerit, illi condonet. & si imprudens quidpiã offenderit, errorem illi suũ ostendat, sine omni acerbitate. q̃ si metum illi incutere oporteat, adhibeat verecundiam & pudorẽ. alioqui meretrici potius id genus, q̃ ingenuę vxori cõueniet. nã vt iusta de cã virũ adhibito pudore & amet vxor & metuat, eius est vnius propriũ, q̃ liberaliter sit instituta. Duo. n. sunt genera eorũ qui alios metuũt: vnũ eorũ quibus & verecunde & pudentes id accidit pati; cuiusmodi & filiorũ qui ad modestiã cõparentur timorem esse oportet erga parentes, & ciuium qui bonis moribus gau

A deant, erga eos qui diligenter amanterq; prȩsint. alterū eorū, qui inimico offensoq; animo id faciunt. quod genus & seruis accidere solet aduersus dominos, & ciuibus aduersus tyrannos. Ex his ergo oībus, quȩ optima cognouerit, maritus eligat, vxorēque sibi cōciliet, atque ad fidē probitatēque instituat, vt non minus absens q̄ prȩsens ꝓuideat, ipsaq; efficacia iuuādi semper adesse, nec suā vnius rē, sed vtriusque cōem curare videatur. & si qñ illi contingat vt absit, tū vxor sentiat, nullū se ex oībus viro suo, aut meliorē, aut magis sibi vtilem & cōmodū, aut magis suū propriū reperire posse. & quāuis puellā, taliūque institutorū rudē offenderit, hȩc ipsa tñ ille initio statim aggrediatur, & se cōe vtriusque bonū sempee spectare significet. qđ si hanc ratonē protinus inibit, ipseque sibi maxime imperare incipiat, tū & ois vitȩ suȩ optimus gubernatoe existet; & vxorē idoneam reddet, quȩ iisdem institutis gaudeat. Si quidem ne Homerus quidē inuerecundū, aut amorē, aut timorē probasse inuenitue: sed amorē cū verecundia & modestia semper coniungit. sic Helenȩ Priamum timentis personā inducit, his verbis vtentem:

Quorundam harum legū testimōia ex Homero. Cap. 3.

Et venerandus es, o socer, & mihi, chare timendus.

Vbi nihil aliud videtur dicere, quam amare quidem illam, sed verecunde, & pudenter. idem rursus ostendit ex persona Vlysis ad Nausicam dicentis:

Sic nunc te admiror, mulier, metuoque. Est aūt peculiaris hæc Homeri sententia, vt maritus & vxor se mutuo inter ipsos his rationibus prosequantur. B nemo est enim qui deteriorē se quempiam, aut admiretur, aut vereatur, & hoc quidem genere affectus erga se uicissim vti solent, qui seipsis inter se meliores sunt, & suapte natura mites atque humani: et minus sapientes, erga prȩstantiores seipsis sapientia. Et quidem quum hoc animo esset Vlysses erga Penelopem, q̄uis absens, nulla tñ in re illam offendit vnquam. At Agamemnon erga vxorem Clytemnestram non item talis extitit, sed iniuria illam maxima affecit: qui dum in concione Grȩcos alloquitur, ausus est & captiuam & nulla prȩstanti natura prȩditam, ac potius, vt vere dicā, Barbaram, Clytemnestræ conferre, & nullis partibus inferiorē illa, ex qua iam tū susceperat liberos, iactare. nō hercle hoc recte Agamemnon, sed admodū praue & inique: qui feminam a se captam vi, protinus sibi adiunxit, priusquam exploratū haberet, quo illa esset erga se animo. At vero Vlysses quum apud Atlantis filiam, a qua rogabatur, manere posset, atque immortalis euadere, ne tanta quidē mercede capi potuit, vt charitatē pietatēque coniugalē proderet. quin ēt pro maximo supplicio habuit, se fieri, immortalē, amisso tanto animi bono. ac ne Circe quidē potuit adduci, vt apud se maneret, tametsi ea socios prȩterea incolumes illi se reddituram polliceretur. sed contra potius, NIHIL SIBI sua patria, quanq̄ inculta & aspera dulcius videri respōdit. itaque maluit ad vxorē & filiū mortales reuerti, q̄ ipse fieri immortalis. sic sanȩ ille vxori suȩ incorrumptam fidē prȩstabat, C qua ex re meruit, vt eandē oīa ab vxore vicissim acciperet. Prȩterea si quis orationē illam diligentius attenderit, q̄ idem Vlysses ad Nausicaam habuit, plane intelliget, a poeta illam vitȩ societatem in primis inter maritū & vxorē probari, quȩ coniuncta sit pudicitiæ. a Dijs.n. optauit, vt ei & virū, & domū, & concordiam cum viro non vulgarem & inuentu facilem, sed raram & frugi ꝑberent. Si quidem ait:

Melius nihil ac prȩstantius esse
Posse hominum generi, q̄ si vir regat & vxor
Vna mente domum.

quo etiam loco apparet perspicue, poetam, non eum mariti vxorisque inter se cōsensum ꝓbare, quo vterque alteri improbe ac turpiter inseruiat, sed eū, quē vtriusque animus prudens, iuste recteque conflauerit. hoc quippe sibi vult illud quod ait: REGERE vna mente domū. cui loco idē poeta adiungit. quoties inter maritū & vxorē talis existat concordia, id solere contingere, vt si qui inimici sint, ij summopere angantur: si qui amici, cōtra: maximis afficiantur gaudijs. poetam porro euētus ꝓbat, hȩc vera dixisse. nam quoties maritus & vxor inter se cōcordes, rebus honestissimis studeant, necessario fit, vt amborū vnus & idem sit aīmus. deinde vbi ex eadem concordia potentiores euaserunt, tū & inimicis lȩdendi spem auferūt, & amicis vtiles existūt, at ij

dem si inter se discordent, fit ex vt amici quoque ipsorum discordent. & ipsi preterea maximam ferant imbecillitatem. itaq; haud obscure precipit idē poeta, virum & vxorem nequaquā sibi inter se obsequi oportere in iis rebus, quę improbę impudicęq; sint. At in iis quę, quoad fieri potest, omnem & pudicitiā & iustitiam sibi coniunctam habeant, quā maxime concordibus animis inseruire & primam interim operam prębere parentibus, vir quidem vxoris non minus quā suis, vxor autem viri: secundam filiis & amicis. tum rerū quas possident domusq; vniuersę, tanquā ea communis amborū sit, ita curam sustineāt, vt vterque alterum studio ac diligentia conetur vincere, idemq; certatim plurimorū bonorum esse author. Ita omni quidē superbia deposita, contra aūt, oī pro viribus assumpta industria, prestet seipsum & meliorem altero & iustiorem. tum ambo in omni rerum curatione ac dispensatione, & bonitatem, & animi ęquitatem in primis adhibeant: vt extrema ętate, postquā administrandę rei onus deposuerint, & oī cupiditate fuerint liberati, possint non modo cōibus filiis, sed & sibi ipsis mutuo inter se rationem administratę familię reddere. & ostendere vter ipsorum in eam plus sedulitatis atque industrię contulerit, ac sine mora cognoscere vel ex fortuna quantum traxerit mali, vel ex virtute quantum attulerit boni. In quo certamine qui superior extiterit, vnum consequetur premiū, qd & potissimum est habendū, vt Diis ipsis charus existat. nam vt ait Pindarus, hominibus sibi iuste pięq; actę ętatis consciis, dulcis quędam spes cor alere consueuit, nutrixq; esse omnis generis voluptatum. alterum, quod felicitati cuidā adscribendū esse videtur, vt a propriis filiis vbi consenuerit, sedulo nutriatur. Quas ob res quicunque vel priuatim, vel publice vitam degit, hunc conuenit rationem habere omnium tam Deorum, quam hominum, in primis aūt vxoris, & filiorum, & parentum.

Quędā cōes viri & vxoris leges. Cap. 4.

D

E

Qui sequitur liber in Grecis codicibus pro Secundo habetur.

ARISTOTELIS
DE RE FAMILIARI
LIBER SECVNDVS.

F

Qui continet ea, quę ad rationem rei comparandæ atq; administrandæ pertinent.



Vi res aliquas certa ratione est curaturus, hunc neque locorū, in quibus negocia sint gerenda imperitum esse, & suapte natura solertem, atque industrium, & ipso vitæ proposito strenuum, ac iustum oportet. harum enim partium vbi quæuis vna defuerit, tum in eo negocii genere quod tractandū assumpserit, multa peccata committet. Curationū aūt domesticarū genera (vt summatim ea distribuamus,) sunt quatuor. nam si qua forte alia proferētur, ea in hæc ip-

Qūib' institutū eē oporteat negociātem.

A sa recidere facile reperiemus: Regium, Satrapicum, Ciuile, Priuatũ. ex quibus Regium & amplissimum & simplicissimum esse consueuit. Ciuile autem tum maxime varium, tum facillimum. at vero & pere xiguum, & apprime varium quod Priuatum appellauimus. porro his omnibus communia inter se multa sint necesse est. nobis autẽ ea nũc cõsyderãda assumpsimus, quæ p se maxime vnicuiq; contingũt.

Primum igitur videamus id quod Regium diximus. Est autem regia quidem administratio, ea quæ summam rerum obtinet potestatem: sed in partes distributa est quatuor. aut enim nummi rationem habere consueuit, aut rerum quæ exportantur, aut earum quæ importantur, aut impensarum. horum singula suum proprium habent munus. Nummi quippe rationem haberi tunc dico, quum ex quo genere, & quo tempore illi precium, vel addendum, vel minuendũ sit consyderatur. Eorum autem quæ exportantur aut importantur, quum, & quando, & quænam ex his a præfectis accepta, qui Satra-

B pæ appellantur, Regi ipsi disponete expediat. Impensarum autem quum quænam ex his subducendę sint: & quo tempore in sumptus ipsos, siue in ea quæ nummo parari solent, erogandus sit nummus: & an omnino erogandus.

Secundo autem loco id quod Satrapicum appellauimus. cuius sane generis partes sunt sex: quæ omnes penes ipsos prouentus consyderatur. aut enim hi capiuntur a terra, aut ab iis quę regionis ipsius propria sunt, aut a mercatoribus, aut a tributis, aut ex re pecuniatia, aut ex reliquis rebus. Horum autem ipsorum & primus & optimus, qui a terra percipitur, hic porro est, quod alii fructuarium, alii decimam vocant. Proximus is qui de rebus propriis comparatur: alibi enim gignitur aurum, alibi argentum, alibi æs, alibi alia quæ cunque gigni possunt. Tertius qui ex mercatibus. Quartus qui ex iis conficitur tributis, quæ & ad terram & ad fora pertinent. Quintus ex pastione, quæ & fructuositas & decima appellatur. Sextus ex

C aliis rebus, qui quidem singula capita ipsosque operarios attingit: vnde etiã nomen apud Græcos accepit, ἐπικεφάλαιόν τι, καὶ χειρωνάξιον.

Tertio loco Ciuile quod nominauimus genus exequamur. Huius optimus est prouentus ille, qui de iis, quæ propria sunt regionis, percipitur. Proximus, qui de mercatibus, & iis quæ ad certamina ludosq; pertinent. Postremus is qui ex annuis & in orbem redeuntibus.

Quarto autem atque extremo loco Priuatum quod vocauimus. quod genus inæquale quidem est, propterea quod non vnum quid dam spectari ab administrante oportet: minimum autem idcirco, quod & prouentus & sumptus modici existunt. Cæterum huius ipsius generis prouentus is maxime probabilis qui de terra colligitur. proximus is qui ab aliis in orbem redeuntibus rebus. Tertius qui ex argento. Præter hæc autem, quod omni domesticæ curæ tan-

quam fastigium imponi debet, eius ratio in cæteris quidem generibus est habenda non negligenter, in hoc autem ipso præcipua, vt prouentibus ipsis maiores sumptus non fiant. Quum ergo ipsas partitiones exposuerimus, tum rursus nobis id fuerit consyderandum, siue regia sit præfectura, siue ciuitas, quam curandam susceperimus, siue si omnes illas partes, quas proxime numerauimus, vel earum præcipuas & maximas ferre posit, vtrum tamen iis omnibus sit vtendum. deinde quænam genera prouentuum, aut non adsint omnino, possint tamen parari: aut exigua quum sint, in maius augeri: vel impensarum quę nunc fiant, quęnam & quot si totæ subtrahantur, nihil offendant. Ita nos quidem hactenus quum ea quæ ad curationes domesticas, tum ea quę ad harum ipsarum partes attinent, iam diximus. Sequitur deinceps vt huic parti in vnum collecta subiungamus, quæ nõ nulli priorum ætatem ad prouentum pecuniarum parandum, fecerunt, aut etiam artificiose moderati sunt: ea duntaxat quæ memoratu digna iudicauimus: quippe qui ne hanc quidem historiam inutilem fore censeamus. erunt enim nonnulla ex his, quæ quispiam iis facile accomodabit, quæ ipse administranda susceperit.

Varia exẽpla, quę vsui esse possunt.

1 CYPSELLVS Corinthius, quum Ioui vouisset, si dominus fieret ciuitatis, se illi omnia quæcũq; essent Corinthiis, dicaturum, eos quæcunque haberent, iussit describere. deinde a singulis, vbi ad hũc modum descripta habuit, decimam partem accepit. reliquis autem partibus eos ad lucrum exerceri iussit. tum anno vertente, rationem eandem seruauit. ita decem annorum spatio conrigit, vt et ille haberet omnia, quæcunq; sacrasset, & alia Corinthii, quę adepti erant, possiderent.

2 LYGDAMIS Naxius quum exules eiecisset, nec qui illorum res vellet emere, nisi paruo pretio, inueniretur, ipsis exulibus vendidit. Statuas quoque & alia eiusdem generis dona Diis immortalibus dicanda, quęcunq; illi in quibusdã officinis imperfecta reliquerãt, partim ipsis exulibus, partim cæterorum cuiq; volenti ita vendidit, vt ementis nomen vnicuiq; rei sic emptæ insc riberetur.

3 AT Bizantii quum pecuniarum indigerẽt, loca sacra quæ apud ipsos publicauerant, vendiderunt, fructuosa quidem ad certum tempus, nullum autem ferentia fructum, in perpetuum. eadem ratione vsi sunt in iis quæ sodalitia, & quæ tribuum singularum propria erãt, item quæcunquæ in priuatis locis sita. magno enim pretio emebant ii quorum erat reliqua possessio. ipsis autem sodalibus alia publica pretio addixerunt, quæcunque vel gymnasium, vel forum, vel portum attingerent. loca autem in foro vbicunque quid quis venderet, nec non ex mari piscationem, omnemque ex salis venditione prouentum, loca præterea vbi & præstigiarum ostentatores, & qui diuini appellantur, & pharmacopolæ, aliique eiusedm generis homines

A ſuas artes exercerent, tertiæ partis eius, quod in ipſis conficeretur, tributo onerarunt: ius vero commutandæ pecuniæ vni menſæ addixerunt. alias autem aut alteri vendere, aut emere ab altero nemo prorſus poterat. alioqui illis ipſis mulctabatur bonis. Rurſus quum apud eoſdem lex eſſet, vt ne quis ciuis haberetur, qui non vtroque ex ipſis parente progenitus foret, ipſi vero pecuniarum indigerent, decreto ſanxerunt, vt qui ex vno duntaxat ipſorum natus eſſet, ſi tricenas minas conferret, ciuis exiſteret. Rurſus quum vno eodemque tempore & annonæ caritate, & pecuniarum indigentia prætementur, nauigia quæ ex Ponto venerant, deduxerunt in portum. quum autem poſt aliquod tempus, mercatores moleſtius eam rem ferrent, vſuras illis decimas pro tributo impoſuere. ementibus autẽ quidpiam, id oneris impoſuerunt, vt decimam partem ſeorſum a pretio penderent. apud eoſdem vero quum inquilini nonnulli poſſeſsiones fœnore obligatas haberent, ſoluendoque non eſſent, ſtatuerunt,
B vt quicunque tertiam fœnoris partem attuliſſet, omni obligatione ſolutus, proprium ius poſsidendi retineret.

HIPPIAS Athenienſis cœnaculorum eas partes, quæ in vias publicas eminebant, ipſoſq; aſcenſus, ſepimentaq; ante domos veſtibulis ſimilia, item ianuas quæ foras aperirentur, venire iuſsit. emebant ergo ii quorum poſſeſsiones ipſæ erant. iraque magnam pecuniarum vim coegit: nummum vero qui tunc Athenienſibus in vſu erat ab vſu amouit: certoque illo pretio conſtituto, iuſsit iterum ad ſe referri. quum autem conueniſſent, vt nouum monetæ genus excuderent, idem argentum expoſuit. ſi qui vero aut nauibus præficiendi, aut tribuum ſuarum duces futuri, aut choris ſumptum præbituri erant, aut aliqua eius generis munia obituri, in quæ eſſet aliquid impendendum, iis primum tolerabilem ac modicam irrogauit mulctã: deinde iuſsit, volentem vnumquenq;, vbi eam mulctam perſoluiſſet, numero eorum adſcribi, qui ſuo munere perfuncti eſſent. Miner
C uæ autem ſacerdoti, cuius templum erat in arce, afferri pro quolibet mortuo ordei menſuram vnam, & tritici alteram, & obolum vnum. ſicui vero puer, aut puella naſceretur, hoc ipſum nihilominus. 4

ATHENIENSES vero, qui Potidæam incolebant, quum pecuniarum ad gerendum bellum indigerent, iuſſerunt res quæ poſsiderentur ab omnibus conſcribi, non coniunctim apud ſuum cuiuſq; populum, ſed ſingillatim, in quo quiſque loco eſſet, vt qui pauperes eſſent, ipſi quoque cenſeri poſſent. cuicunque autem nullum omnino erat poſſeſsionis genus, huius corpori multam indicebant, minas duas. ab his igitur rebus quod conſcriptum fuerat, integrum quiſq; ciuitati repræſentabant. 5

ANTISAEVS autem quum ciuitas indigeret pecuniis, ſoliti que eſſent Dionyſia quę dicuntur ſacra ſplendide celebrare, in quæ quũ alia multa inſumebant, quæ per annũ comparabant, tum etiam 6

victimas ingenti pretio,iamq; instaret hic solennis dies:tum illis per b
suasit,vt,& vouerent in proximum annum Dionyso se eadem dupli-
cata reddituros, et ea ipsa quæ collegissent, nunc venderent. sic igi-
tur ab illis non mediocris pecuniarum summa, qua pro tempore vti
possent, coacta est.

7 LAMPSACENI aūt quum magnus apud ipsos triremium numerus expectaretur, & farinæ medimnus quaternis drachmis veniret, iis qui in foro vendebant, imperarunt, vt senis drachmis venderēt. olei quoq; mensuræ quæ triobolo amplius quaternis venibat, viniq; atque aliarum eiusmodi rerum, eadem ratione pretium auxere. ita suum is recipiebat, qui priuatim rei ipsius dominus erat, quod autem eo amplius superetat, ipsa ciuitas. itaq; pecuniis abundauit.

8 HERACLIENSES quo tēpore iis, qui apud Bosporum erant tyrannis, naues miserunt quadraginta, pecuniis indigebant. ergo a mercatoribus & frumētum omne, & oleum, & vinum, & si quid aliud in foro venale habere solent, coemerunt. quum autem instaret tempus, quo iam pretium solui oportebat: & mercatoribus optimum factu visum est, ab ipsis non singillatim dimensa, sed confertim omnia venundari onera: & illi alia ratione tribuerites, non mercedem, sed ipsum forum onerariis nauibus imposuerunt: & quæstorem singulis nauibus præfecere. quum autem in hostilem regionem peruenissent, emebant, scilicet ab illis milites. omneque prius coactum est, quam imperatores pro mercede argentum iterum redderent. quare contigit vt idem argentum impenderetur, donec domum rediten. B

9 LACEDAEMONII vero pecunias sibi ad reditum in patriam postulanribus Samiis, decreto sanxerunt vnum diem & se, & seruos, & iumenta nihil omnino gustare: quantumq; in cibum solitus esset vnusquisque impendere, tantum Samiis dare.

10 AT Carthaginenses quum multos in ciuitate haberent mercenarios milites, nec mercedem, quam illis debebant, dissoluere possent, edixerunt, vt cuicunque ciui, aut inquilino ius esset rapinæ aduersus ciuitatem aut priuatum quempiam, si vellet recipere, is describeretur. ita quum frequentes descripti essent, nauigia quæ in Pontum nauigabant, probabili quadam obiecta causa diripuerunt: certumque constituerunt tempus, in quo se ius reddituros de iis ipsis rebus dicerent. quum ergo multa esset coacta pecunia, ipsos quidem milites dimiserunt, de direptionibus autem iudicio disceptarunt. iis autem qui iniuste direpti fuerant, ciuitas ipsa de suis prouentibus satisfecit. F

11 CYZICENI autem seditione orta inter ipsos, & in ea seditione victoriam obtinente plebe diuitibus comprehensis, quum pecunias deberent militibus, decreuerunt, non morte afficere eos quos comprehenderant, sed mulctatos pecunia in exilium mittere.

12 CHII vero pecuniis indigentes, quum apud ipsos lex esset, vt

A æs alienum publicæ scripturæ mandaretur, decreuerunt, vt qui quidem deberent, id ipsum quod deberent, ciuitati repræsentarent: ciuitas vero ipsa ex suis prouentibus vsuras iis qui fœnerauerant, redderet, donec sortem adæquarent.

MAVSOLVS Cariæ tyrannus rege à se tributum per nuncios 13 exigente, regionis opulentissimos coegit, ac regem tributum flagitare indicauit, sibi vero non esse vnde illud dissolueret. tum quidam ad hoc ipsum comparati viri e vestigio illi polliciti sunt quantum quisque esset collaturus. qui quum hoc fecissent, opulentiores qui erãt, partim pudore adducti, partim metu, longe illis pluta polliciti sunt. idque ipsum præstitere. Iterum pecuniis indigens Mylassenses congregauit, eisque dixit: ciuitatem quidem illam, quæ ipsius esset matrem, sine muro esse: à rege autem exercitum duci aduersus eam. velle ergo se à Mylassensibus conferri pecunias ab vnoquoque quamplurimas. hisce, inquit, pecuniis quas nunc in medium confertis, etiã B eas quæ vobis supererunt conseruabitis. quum autem multi contulissent, ipse quidem pecunias habuit, murum autem condit in præsentia Deo, inquit, non placet.

CONDALVS Mausoli legatus, vbi ipsi iter per prouinciam fa 14 cienti pecudem quispiam, aut vitulum attulerat, describebat & nomen eius qui dedisset, & tempus quo dedisset. tum eum ipsum alere iubebat, donec ipse reuerteretur. at vero vbi satis diu se commoratum putauerat, ratiocinabatur quantum interim fructus ex eo percipi potuisset: & vtrunque, tum animal ipsum, tum fructum ab eo qui nutriuerat, exigebat. Arborum etiam quæ in vias regias, aut impendebant, aut cadebant fructum precio addicebat. quod si quis miles decessisset, vectigalem drachmam pro corpore efferendo imperabat: inde ergo simul ipse argentum capiebat, simul duces eundem fallere non poterãt, quo tempore miles occidisset. Idem quum Lycios animaduerteret capillo impensius gaudere, literas a rege dixit venisse, C quæ iuberent capillos ad captum ornamenta ex iis conficienda submittere. itaque sibi a Mausolo esse imperatum, vt eos tõderet. se tamen si certam pro singulis capitibus pecuniam velint pẽdere, aduecturum ex Græcia capillum. Illi vero libenter quod petebat tribuerunt. multaq; ex ingenti turba coactę sunt pecuniæ.

ARISTOTELES Rhodius Phocæam imperio obtinens quũ 15 pecuniis indigeret, duasque Phocęorum cerneret factiones, ad alteram eorum secreto verba fecit, affirmans sibi alteros pecuniam polliceri, si rempub. inclinate ad ipsos mallet: se autem malle ab iis accipere, & ciuitatis curam ad eos administrationemq; transferre. vbi ergo hęc audiuerunt qui tum aderant, illico quantum postulauerat pecuniarum præbuere. tum ille rursus alteris indicauit, quę ab illis prioribus tulisset. itaque hi quoque dederunt non pauciora. quum ergo ab vtrisque accepisset, tum vtrosque alteris concilians, ad con-

cordiam reuocauit: ipſos autem ciues compluribus controuerſiis cer D
tiens implicitos, magnasq; inter ſe ex multo tempore habere illatas
acceptasq; iniurias, forum iis conſtituit, quo poſthac tanquam bello
decertarent: præmonuitq; ſi qui iudicio foroque illo vſi non eſſent,
(legem autem tulit quatenus vterentur) nulla iis amplius fore de
prioribus criminibus iudicia. tum multarum cauſarum temerariam
vel aggreſsionem vel omiſsionem, item eas quarum crimina mul-
ctarentur pecunia ad ſeipſum reuocans, et ab vtriſque per alteros ca
16 piens, pecuniarum non exiguam ſummam coegit.
CLAZOMENII auté quum eodem tempore & annonæ & pe
cuniarum indigentia pręmerentur, decreuerunt, vt quibuſcunque
apud ipſos oleum eſſet priuatim, hi fœnerarentur illud ciuitati. nam
huiuſce generis fructus magna eſt in regione eorum copia. vbi ergo
fœnerati ſunt, tum hi conducta mercede nauigia ad mercatus emiſe
runt, vnde ipſis veniret frumentum, olei pretium pignoris loco obli
gantibus. rurſus talenta viginti mercedem militibus debentes, nec
habentes vnde tantam ſummam diſſoluerent, ductoribus annuam E
vſuram quaterna talenta conſtituerunt. ſic vero quum nihil ampli-
us de ſorte ipſa detraherent, ſemper autem in caſſum impenderent,
nummum pro argenteo ferreum excuderunt, ad viginti talentorum
ſummam: quem deinde iis qui opulentiſsimi in ciuitate erant, ſin-
gulis tamen pro rata portioni tribuentes, ab illis ipſis tantundem
recepere. hac ratione & vnuſquiſque ex priuatis ciuibus habuit,
quid in quotidianum vſum impenderet, & ciuitas ipſa ære alieno
liberata eſt. poſt autem quum ex prouentibus vſuram illis deruiſſ-
ſent, atque vnicuique ſemper diuidentes pro rata parte diſtribuiſſent,
ferreos nummos retulerunt.
17 *SELYBRIANI* vero egeſtate pecunię laborantes, quũ apud
ipſos lex eſſet, ne frumentum ab ipſis ad eos qui fame præmerentur,
exportari liceret, frumentoq; vetere abundarent, decreto ſanxerunt,
vt a priuatis frumentum ciuitati præberetur certo conſtituto precio, F
ita quidem vt apud ſingulos annuus relinqueretur victus deinde vbi
quod ipſis precium rectum viſum eſt, conſtituerunt, exportandi pote
ſtatem vnicuique volenti fecere.
18 *ABYDENI* autem quum propter ſeditionem, agrum incultũ
atque inertem haberent, nec inquilini quidquam ipſis concederent,
propterea quod etiam tum ipſis deberent, ſciuerunt, vt cuique vo-
lenti liceret, ruſticis fœnerari, quo ſuum opus facerent, primique
ipſi ex eo fructu emolumentum perciperent, cæteri vero ex iis quę
reliqua eſſent.
19 *AT* Epheſii in pecuniarum inopia legem tulerũt, ne feminę apud
ipſos aurum geſtarent, & quodcunque in præſentia haberent, ciuita
ti mutuum darent. Columnis autem quæ in templo erant, certo ar-
genti definitio numero, quem conferre oporteret, nomen eius qui

A argentum dedisset, inscribi permiserunt, tanquam is dedicasset.

AT Dionysius apud Syracusanos, dum pecuniam cogere vult, concione aduocata, dixit, visam sibi esse Cererem, quæ omnem muliebrem ornatum ferri in templum iuberet. ac se quidem primum omnium, suarum feminarum ornatum iam attulisse. postulare ergo vt cæteri quoque idem faciant, ne qua Deæ indignatio aduersus ciuitatem oboriatur. quod si quis hoc sibi faciendum non putauerit, hunc se pro sacrilegii reo habiturum. itaque quum omnes quæ apud se erant, & propter Deam & propter illum, attulissent, Deæ quidem rem sacram fecit. at ornatum omnem ipse abstulit, tanquam ab ipsa Dea mutuatus. quum autem progressu temporis, feminæ rursus gestarent, idem iussit si qua vti vellet aureo gestamento, ab ea res quasdam, certas ac definitas in templo dicari. Idem ædificaturus triremes, quum sciret futurum vt indigeret pecuniis, concione aduocata, dixit, quandam sibi, nunc prodi ciuitatem, ad quam acci-
B piendam pecunia esset opus. ergo & ille postulauit vt singuli ciues ad se binos afferrent stateres, & hi quod iussi sunt attulerunt, post autem bidui siue tridui interuallo interiecto, quum diceret se ab incœpto aberrasse, neque rem ad exitum potuisse perducere, homines laudauit, singulisque quod attulerant reddidit. quo facto & animos sibi ciuium reconciliauit, & illi haud ita multo post, quum iterum se recepturos sperarent, iterum attulerunt: quod ille ad naues construendas retinuit. Item Dionysius dum argenti copiam non habet, plumbeum nummum percussit. deinde quum aduocasset concionē, multa de percusso nummo verba fecit. illi autem quamuis inuiti, tamen quod ab illo propositum est, sciuerunt. ita vnusquisque vt qđ plumbeum erat pro argenteo haberet, animum induxit. Rursus idem pecuniarum inopia laborans, postulabat vt ciues sibi afferrent. qui quum se habere negarent, tum illæ quæ domi habebat, suppellectilia, producere cępit ac vendere, tanquā is qui inopia coactus hoc
C faceret. quæ dum Syracusani emunt, ille interim quid quisque emeret, conscribebat. vbi autem pretium a singulis depositum est, tum ille quam quisq; suppellectilem emisset eam ad se ab iisdem iussit referri. Quum autem ciues propter huiuscemodi tributa pecora siue iumenta non alerent, dixit, sibi ea satis esse, quæ hactenus contulissent: quod si qui nunc acquirerent, ea fore iis qui acquisiuissent immunia. ita quum multi breui tempore tanquam habituri immunem, rem multam pecuniariam comparassent, vbi tempus esse indicauit, ea censeri iussit, tributumq; imposuit. ciues ergo indignati, qđ se deceptos aīaduerterent, ea mactabant & vendebant. sed vbi aduersus hoc, ille eā mactari iussit duntaxat quibus in diē opus esset. tū illi ea sacris offerebant occidenda. at contra ille edicto prohibuit, ne feminini generis vllæ hostiæ cæderentur. Idem rursus quum pecuniarum indigeret, iussit omnium apud se describi pecunias quicūq;

domi suæ pupulli essent. vbi vero horum pecuniæ ab aliis quibusdam descriptæ sunt, his ipse tam diu est abusus, quoad illorum quisque ad legitimam peruenit ætatem. Rhegio vero a se capto, concionem D coegit, dixitque, a se quidem illos iure optimo venire posse: tamen si ab illis nunc ea recipiat, quæ in bellum illud impendent, ternas que pro singulis corporibus minas, dimissurum illos. Rhegini ergo hæc audientes, quæcunque apud se vnquam occulta habuerant, ea in apertum protulerunt. & qui pauperiores erant partim a ditioribus, partim ab hospitibus suis mutuantes, præbuerunt quantum ille rei pecuniariæ postulauerat. quę quum ab illis accepisset, eorum nihilominus corpora venire iussit. necnon quęcunque ab illis tunc e latebris prolata fuerãt suppellectilia, omnia omnino præhendit. Mutuatus etiam a ciuibus pecunias, quod diceret eas se illis redditurum, vbi illi quod dederant, repetere cœperunt, iussit singulos quantum quisq; haberet argenti, ad ipsum ferre. quòd si quis nõ tulisset, mulctam huic irrogauerat mortem. quum ergo allatum esset E argentum, monetam percussit atque edidit, drachmam videlicet quæ duabus drachmis valeret. ita factum est, vt illud quoque ipsum, quod antea debebatur, ad eundem referrent. Idem nauibus centum in Hetruriam aduectus, ex matris Matutæ fano, & auri & argenti magnum numerum, itemque reliquum ornatum nõ exiguum diripuit. Deinde aur ignorans a nautis item haberi non pauca per præconem edixit, vt singuli eius quod quisq; haberet, dimidium apud se repręsentarent, reliquum vero dimidium illius foret, qui illud prahẽsum haberet. quòd si quis dicto audiens non fuisset, mortem ei dixerat pro mulcta futuram. nautæ igitur rati si dimidium attulissent, reliquum se habituros impune, id ipsum attulerunt. at ille vbi priora accepit, reliqua nihilominus afferri ad se iussit.

21 *MENDAEI* vero, quē e portubus reliquisq; vectigalibus capiebant, prouentum hunc in ciuitate administranda vsurpabant. quę autē ipsis vel a terra, vel ex domiciliis pendebantur tributa, ea non exi F gebant, sed eos qui haberent describebant. quòd si quando pecuniarum aliqua indigentia euenisset, tum vero debẽtes qui erant, eam ipsam soluebant: ita fiebat, Vt præteritum illud tempus, quo omni eadem pecunia abusi fuerant sine vsura, lucrarentur. Iidem cum Olinthiis bellum gerentes indigentesq; pecuniis, quum abundarent mancipiis, sciuerunt, vt relictis vnicuiq; mare vno & femina vna, cuncta alia venderentur, vt priuati qui essent, possent ciuitati commodare pecunias.

22 *CALLISTRATVS* autem in Macedonia, quũ portorium si quãdo maximi venibat, vicenis nõ amplius talentis veniret, effecit, vt eius summæ duplum inueniretur. animaduertens enim nullos vnquam emere nisi opulentiores, propterea quòd vicenum talentorum sponsores date oportebat maximi census viros, per præconem edi-

A xit, vt qui vellet emeret, sponsoresq; tertiæ partiæ partis exhiberet,
aut quanti quisque persuadere alteri posset.
TIMOTHEVS Atheniensis quum bellum aduersus Olynthi- 23
os gereret, argentoq; indigeret, æs percusśit distribuitq; militibus.
indignantibus autem illis affirmauit & mercatores, & quicunque in
foro venderent, eadem ratione vendituros. ipsis autem mercatori-
bus prædixit, quæcunque æreum nummum quis accepisset, eodem
vt rursus ea quæ regio ferret venalia, quæque producerētur ex præ-
da, mercaretur. quibuscunque autem ipsis ęreus relinqueretur num
mus, ii vt hunc ad se referrent, & pro ære, argenti tantundem accipe
rent. Idem apud Corcyram bellum gerens laboransq; inopia, mili-
tibus stipendium flagitantibus, nec iam ipsi fidem habentibus, sed mi
nitantibus se ad hostes transituros, concionem aduocauit, dixitq; ar
gentum propter aduersas tempestates ad se ferri nequiuisse. sed quod
antea illis trium mensium stipendium dedisset, hoc se nunc illis impu
B ne gratisque remittere, tantam sibi eius copiam adesse. itaque suspi-
cati milites nunquam illum tantam pecuniæ summam ipsis tam pro-
dige elargiturum, nisi re vera in expectatione haberet quas dicebat
pecunias, quieuere post hac, nec efflagitanda mercede molestiores ei
fuerunt, donec ille gesśit quæ voluit. post autem dum Samum obsi-
det, fructus omnes, omnemq; ex agris prouentum Samiis ipsis ven
didit. ita ad mercedem militibus soluendam pecuniis abundauit.
Idem quum rerum quæ ad viuendum necessariæ sunt, in castris pe
nuriam cerneret propter eos qui adueniebant, quicquid tritici venale
habendum erat, molere vetuit: nec idem dimensum vendere medim
no minus: neque item de liquoribus partem vllam ea mensura mino
rem, quæ proprie metreta vocatur. ergo ipsorum ordinum duces, qui
que manipulis præerant, quæ aceruatim congesta emerant, ea minu
tatim, postea militibus distribuebant. & qui venditabant, secum fe
rebant, quę necessaria sibi putarent ad victum, qui deinde abeuntes
C vendebant, si quid resídui ipsis foret. ex quo id euenit, vt milites vi-
ctu abundarent.
DIDALES Persa quū haberet milites, ea quidem quæ ad quo- 24
tidianum victum necessaria erant, illis ex hostili terra suppeditabat.
sed quum ad iisdem militibus nummos flagitaretur, nec haberet vnde
dissolueret, iamq; dissoluendi tempus adesset, tale quiddam machi-
natus est. cogit ad concionem milites atq; sibi quidem pecuniarum
nunc copiam non suppetere, verum eas adesse in quodam loco: & lo
cum ipsum vbi essent, nominabat. quin etiam motis castris illuc ire
cœpit. deinde vbi ad locum propius accesśit, progressus in illum, ac-
cepit ex iis quæ in loco erant fanis, quidquid vasorum argenteorum
deprehendit. deinde stratis iumentis tanquam argentum gestanti-
bus, taliaque præ se ferentibus, procedebat. quod milites conspicati,
ratiq; omne illud argentum esse, quod veheretur, animis quidem

ipsi confirmati sunt, tanquam mercedem recepturi. at ille dixit oportere ad Amisum peruenire, ibique ipsos authorari. iter porro ad Amisum & multorum erat dierum, & hyberno tempore faciendum. itaque toto hoc ipso tempore eodem exercitu facile est abusus: quippe qui illi ad victum necessaria tantummodo præberet. ipse autem tum opifices, tum caupones, atque institores, apud quos quidpiam commutari posset, in suis castris habebat: alii vero nulli quidquam prorsus talium rerum facere licebat. D

25 CHABRIAS Atheniensis Taoni regi Aegyptiorum exercitū quidem habenti, sed pecuniis indigenti, hoc consilium dedit, vt sacerdotibus diceret oportere tum ex sacris nonnulla, tum etiam sacerdotum multitudinem propter sumptum amoueri. quod quum audiuissent sacerdotes, & vellent omnes suum penes se quisque sacrum manere, pecunias, tam communes quam priuatas illi afferebant. verum vbi ab omnibus accepit, tum iussit illis imperari decimam duntaxat partem eius, quod ante hac soliti essent, tam in scipsum, quam in sacrum impendere; reliquas vero nouem partes sibi fœnerarentur, donec quod aduersus regem Persarum gerebatur bellum, finem acciperet. Quicunque autem ædes aut domicilia haberent, ab iis omnibus conferri iussit, quantum ipse oportere constituisset. singulis item corporibus eadem ratione tributum imposuit. qui vero frumentū, aut vendebant, aut emebant, hos vltra pretium ipsum, obolū vnū pendere in singulas mensuras iussit. ad hęc in singula nauigia singulasque officinas, aliaque item quoduis aliud opificii genus præferentia, decimam operis effecti partem tributi loco soluendam imperauit. Idem extra fines ducturo exercitum iussit quidquid ab vnoquoque non signati argenti aut auri possideretur, id a singulis ad illum allatum repræsentari. quum autem quamplurimi attulissent argento quidem ipse vti illum iussit, eos vero qui illud dedissent, commēdari nauium præfectis, vt his illi ex tributis satisfacerent. E

26 IPHICRATES Atheniensis quum Cotys militiam coegisset, ei pecunias suppeditauit ad hunc modum. iussit imperare hominibus qui sub imperio suo essent, vti tantum sibi terræ singuli sererent quantum terna medimnu caperet. quo facto magna frumenti copia coacta est. hoc ille ad loca vbi mercatus agerentur missum subuendidit. itaque pecuniis abundauit. F

27 COTYS Thrax cogendi exercitus causa mutuabatur a Perinthiis pecunias. Perinthii autem eas illi non dabant. postulauit ergo vt e ciuibus suis saltem aliquos darent in quorundam locorum custodiā, vt ipse interim iis quos tunc in præsidiis habebat, militibus, liberius vti posset. tum vero Perinthii se dominos locorum futuros rati, e vestigio quod iubebantur fecere. at Cotys eos qui missi fuerant sub custodia asseruatos retinuit. iussitq; quas mutuabatur ab illis pecunias missis damnum qui acciperent, ad se referre.

A *MENTOR* filius quum Hermeam cōprehendisset, iamq; eius lo 28
ca obtineret, curatores quoscunq; Hermeas ipse præfecerat, suis se te
nere locis iussit. vbi vero animo confirmati sunt omnes, & quod pri-
us apud se habuerant, non amplius aut occultum, aut exportatum
haberi oportere rati sunt, tum vero correptis illis, omnia pariter quæ
illis erant, comprehendit.

MEMNON Rhodius Lampsacum imperio obtinens atque in- 29
digens pecuniarum, ditissimo cuique certam argenti summam confe
rendam adscripsit. his porro ab aliis ciuibus satisfactum iri affirma-
bat: vbi vero alii ciues contulere, tum idem hanc quoque pecuniam
sibi ad tempus iussit cōmodari: & lingua nuncupauit ad quod vsq;
tempus illis esset redditurus. Idem rursus quum pecuniarum indi-
geret, postulauit vt illi afferrent: recepturos autem ex prouentibus
tantundem addebat. itaque illi attulerunt sperantes e vestigio satis
factionem futuram. quum vero iam percipiendorum prouentuum
B tempus adesset, sibi his item pecuniis esse opus affirmauit, illis autem
post redditurum cum fœnore. Idem militantibus mercedem ac sti-
pendia sex anni dierum denegebat, illos dictitans per hosce dies,
neque in custodia, neque in itinere vllo esse, neque sumptum face-
re consueuisse. dicebat autem priuatim libertati dicatos, atque ex
intercalatione vacantes dies. Idem militibus ante hac proximo a
calendis die stipendia dare solitus, tres primi mensis dies preteriit,
sequentis quinque, atque ad hunc modum progressus peruenit tan-
dem ad tricesimum.

CHARIDEMVS Oreitanus Aeolidis quædam obtinens lo- 30
ca, Artabazo exercitum contra ipsum ducente, pecuniarum quibus
militi satisfaceret, indigebat. initio igitur proferebant. postea se am-
plius non habere dixerunt. at vero Charidemus quem maximi pro
uentus locum esse censebat, huius incolans siue nummorum quid-
C piam siue aliud suppellectilis genus prætiosius haberent, iubebat in
alium locum transmittere, se illis transmittentibus præbiturum co-
mitatum. ipseq; princeps hoc ipsum palam faciebat. itaque quum
hominibus persuasisset, eosq; ad hunc modum ab vrbe paululum ab
duxisset, scrutatus quæcunque ferebant, abstulit quantum sibi opus
esse putauit. illosq; rursus in suum locum reduxit. Idem quum per
præconem edixisset, vt quibus ciuitatibus ipse imperaret, in iis ne-
mo vlla arma domi possideret. quod si quis dicto audiens non fuis-
set, huic dependendum fore argentum pro mulcta, quod edixerat ne
gligebat, nec vlli prorsus curæ sibi esse significabat: at homines quū
existimarent illum temere edixisse, quæ singuli forte possidebant suis
locis immota tenuere. sed ille repente vniuscuiusque suppellecti-
lem scrutatus, apud quoscunque armorum vllum genus deprehen
dit, ab his mulctam quam indixerat exegit.

PHILOXENVS quidam Rhodius quum Cariæ prouinciæ 31

præeſſet,pecuniiſq; indigeret, dixit ſe Dionyſia celebraturum:& qui
choris ſumptum ſuggererent homines conſcripſit maxime omnium D
fructibus abundantes:quibus etiam quæ apparare opus eſſet,impera-
uit.ſed eos videns hanc rem ęgrius ferentes, per certos homines qui-
bus inter nunciis vtebatur, rogitabat,quid tandem ſponderent ſe da-
turos,quo illius adminiſtrationis moleſtia liberarentur;tum vero il-
li eo ſumptu,quem ſe facturos ſperabant, multo amplius dare polli-
citi ſunt, vt ſic et ea moleſtia carerent,neque a ſuis procul abeſſent:at
ille & ab his quidquid datum eſt accepit, & alios loco illorum con-
ſcripſit,quoad et ab his ipſis accepit quod voluit, & ab omnibus ſin-
gillatim repreſentatum eſt aliquid.

32 *EVAESES* Syrus Agypti prouinciæ præpoſitus,quum Præfe-
ctos ſingularum terræ Aegypti partium a ſe defecturos ſenſiſſet,con
uocatos in aulam omnes ſuſpendit. familiaribus autem ac domeſti-
cis eorum iuſsit renunciari, a ſe illos haberi in cuſtodia. ergo ex ne-
ceſſariis quiſque pecunias comparabat, vt pecuniis redimeret com- E
prehenſos. ille autem vbi ſpopondit ſe ſingulos redditurum,ac pro
ſingulis quod quiſque profitebatur accepit,tum vero vnicuique ſuum
mortuum reddidit.

33 *CLEOMENES* Alexandrinus Aegyptum prouinciam impe-
rio obtinens,fame in aliis quidem locis vehementi exorta,in Aegyp
to autem ſane tolerabili, frumentum exportari vetuit. ſed quum ii
qui ſinguli Aegypti partibus præfecti erant, iactarent, nequaquam
futurum vt tributa pendere poſſent, niſi frumētum exportari liceret,
exportationem quidem illis conceſsit, ſed ingens tributum frumēto
impoſuit. ex quo euenit vt ex frumenti exigua ſumma quę exporta-
retur,ingens tributum acciperet,& pręfecti excuſatione deſtituerentur. Idem dum naui per eam vehitur præfecturam, in qua pro Deo
colitur Crocodilus, raptus eſt vnus ex pueris eius. conuocatis igitur
ſacerdotibus,dixit,quū ipſe prior læſus eſſet,velle ſe Crocodillos vl-
ciſci. itaque venationem eorum imperauit. at ſacerdotes, ne ipſo- F
rum Deus ludibrio haberetur,argenti ſummam quantamcunque co
gere potuere, illi attulerunt. itaque ille quieuit. Idem ab Alexan-
dro rege iuſſus apud Pharum, vrbem condere, & mercatorum con-
uentum, qui prius apud Canobum agebatur ibi conſtituere,ad Ca-
nobum naue peruenit: conuocatiſque ſacerdotibus,& iis qui poſ-
ſeſsiones habebant, dixit,ſe ea de cauſa veniſſe,vt eos migrare iube-
bat. ſacerdotes autem cæterique locum incolentes, vt mercatum ille
apud ſe eodem loco relinqueret, pecuniam illi a ſe coactam attu-
lerunt. qua accepta tunc quidem ille abiit, at idem non ita multo
poſt,vbi quæ condendæ vrbi neceſſaria erant parata habuit,naue ad
illos reuectus,immenſam quandam ab iiſdem & immodicam poſtu-
lauit pecuniam, tanti dicens ſua intereſſe apud ſe mercatum illum
agi potius quam apud illos. qui quum dicerent ſe non poſſe tan

tam

A tam summam prestare, tum vero ab eo nihilominus tradu&l sunt. Idem quum quendam misisset, vt sibi venalia quædam emeret, sentientes illum quamquam ea nec tum quæ paruo pretio venirent, ad se tamen vt magno empta relaturum, allocutus est illius emptoris notos ac familiares, audiuisse se illum immoderato prætio emisse, haud tamen futurum vt ipse animum aduertat, simulq; stoliditatem illius cum quadam simulatione iræ insectabatur atque obiurgabat. illi autem quum hæc audiuissent, responderunt, non oportere illum iis, qui aduersus hunc aliquid dicant, credere, prinsquam ipse reueniat, rationemq; illi reddat. ita quum emptor reuenisset, renunciauerunt ei familiare sui, quæ à Cleomene audiuerant. illi autem dum & illis & Cleomeni operam suam probare vult, quanti vere emerat, indicauit. Idem quum frumentum in illa regione denis drachmis veniret, conuocatos ad se cultores interrogauit, quanti vellent sibi operam frumentariam locare. qui tum responderunt, minoris quàm soliti essent mercatoribus vendere. at ille iussit illos quidem sibi tantidem B præbere, quanti aliis venderent, ipse autem frumento binas & tricenas dragmas precium constituens, tanti aliis vendebat. Idem sacerdotibus conuocatis dixit; & immoderatos & multos in sacra suæ ipsorum regionis fieri sumptum, oportere igitur & ex sacris nonnulla, & ex sacerdotibus quàm plurimos dissolui. tum vero ipsi sacerdotes existimantes hoc illum vere facturum, & priuatim quisque & communiter vniuersi sacras prębuere pecunias, quum & quisque vellet suum apud se sacrum immobile seruari, nec ipse sacerdos esse desinere.

34 *ANTIMENES* Rhodius quum Alexandri itineribus ex dimidia parte præesset, pecuniarum copiam hoc modo apud Babylonē inuenit vetus in terra Babylonia lex erat, vt earum rerum quæ importarentur decima solueretur pars, nec ea lege quisquam vtebatur. obseruauit ergo & satrapas omnes qui in expectatione erant, & milites, & legatos non paucos, item artifices aliunde arcessitos, qui alios C secum adducerent, & qui priuatim peregrinarentur, & dona complura quæ afferebantur: à quibus omnibus secundum priscam legem, decimam exegit. Idem rursus dum mancipia promit quæ in castris erant, iussit cuicunque libitum esset, profiteri quanti vellet, eundemq; octonas dragmas annuas soluere. quòd si mancipium fugisset, pretium quod professus esset, reciperet. compluribus ergo descriptis mancipiis, non exigua summa argenti confecta est. si quod vero mancipium fugæ se dedisset, satrapam iubebat eum, in cuius prouincia castra posita essent, illud præstare, aut repræsentare ipsi domino pretium.

35 *OPHELAS* Olynthius quum curatorem constituisset in eam præfecturam quæ Nomus Atthridites vocatur, & ad ipsum eius præfecturæ principes accessissent, qui si longe plura collaturos pollice-

rentur, si modo eum quem nunc curatorem constitueret, amoueret, D interrogauit illos, num ea præstare possent, quæ profitebantur? qui quum se posse dixissent, ille nihilominus, & curatorem eodem loco reliquit, & ab illis tantum tributi exigi iussit, quantum ipsi professi erant. neque igitur quem constituerat ignominia afficere voluit neque tributi illis plus imponi, quàm quanti ipsi seipsos censuissent. ipse vero ex ea re multiplicem pecuniam comparauit.

36 *PYTHOCLES* Atheniensis Atheniensibus suasit, vt plumbū quod à Tyriis subuehebatur, ciuitas à priuatis quo precio illi vendebant, binis videlicet drachmis caperet. deinde constituto illi senarū dracmarum præcio ea ratione diuenderet.

37 *CHABRIAS* supplementis in centū & viginti naues coactis, quum ipsi sexaginta duntaxat opus esset, imperasse dicitur iis qui in alteris sexaginta erant, quę videlicet remanebant, aut frumentum in duorum mensium stipendium prębere, aut ipsos nauigare. at illi dum in suis rebus versari potius volunt, dederunt quę illi imperauerat. E

38 *ANTIMENES* thesauros hoc est, rerum magis necessarium accruos, qui probe regias vias habebantur, à Satrapis secundum regionis legem compleri iussit. quum autem indigere se diceret exercitus, aut multitudinis genus sine rege, eo mittebat aliquem, & sic ex thesauris deprompta vendebat.

39 *CLEOMENES* quum iam calendę adessent, ac militibus stipēdium dimetiri oporteret, nauigauit de industria nescio quo. vbi vero mensis abiit, tum naui reuectus dissoluit stipendium. ac deinde altero mense ineunte ac progrediente intermisit solutionum vsq; ad proximas calendas. milites ergo propterea quod recens stipendium acceperant, quiescebant. ille autem vno totius anni mense intermisso, menstruam semper mercedem auferebat.

40 *STABELBIVS* Mysię pręfactus, quum mercedem militibus deberet, conuocatis ducibus, dixit, priuatis sibi nusquam esse opus militibus, ꝙ si quando illis indigeret, tum se doctoribus singulis erogare solitum argentum, eosq; ad cogendam militiam mittere. mercedem vero quam illis deberet, libentius ipsis ductoribus soluere. iussit ergo vnumquenq; quidquid descriptorum militum haberent, extra regionem emittere, ac duces rati sibi ipsis ex ea re quęstuosam pecuniam fore, milites ipsos, quemadmodum ille iusserat, emiserunt deinde breui interiecto tempore, vbi eosdem coegit, dixit videri sibi, NEQVE SINE CHORO tibicinem, neq; sine priuatis militibus duces vtilitatis quidnam habere. itaq; illos migrare è prouincia imperauit. F

41 *DIONYSIVS* quū fana Deorū circumiret, sicubi boni demonis auream aut argenteam mensam appositam vidisset, libari illi Deo imperabat: ac deinde mensam auferri. si quod vero simulachrū

A porrecta manu philam sustineret, dicebat se accipere: & sic auferri iubebat. Idem aurea amicula, & coronas simulachrorum tollebat, dicens se & leuiora & odoratoria datorum. ita illis amiculus quidem album, coronas autem pupuleas circundabat.

PAVLO .III. PONTIFICI MAXIMO.

Iacob Mantinus Hebræus S.



Nter omnia imperandi nomina, Pater beatiss. hoc vnũ pastoris nomen sum antiquissimũ, tum diuinum, tum sanctũ, omnibusq́, orbis terrarum populis pergratum fuisse nemo ambigit: ea siquidem imperandi facultas misericordia, & mansuetudine fide, & pietate est referta. Iccirco nedum Græci vbiq́, pastorem populorũ regẽ appellant, verũ & sacri antiquæ leges codices passim Reges, summosq́, Sacerdotes, Iudices, egregiosq́, Prophetas, ac aliorũ moderatores, pastores vocant: nec me hercule iniuria, cum Deus Opti. Maxi. *Pastor Israelis à Diuide fuerit nuncupatus, quã inter cæteras præcipuã artẽ, & primi omniũ parentes, & superis acceptissimus Moses legislator æquissimus accurate excoluerunt. Quod nomen Christian's adeo venerandum, & mirifi eum fuisse cernimus, ut qui ad summi sacerdotii apicem dignitatem ue fuerint perlati, illico pastoris nomine decorentur, quo nihil apud eos sanctius, nihil diuinius, nihil deniq; præstantius reperiri posse existimem. Quod non solum hominum opinione, quam summis tuis virtutibus tibi comparaueras, sed diuina quadam ratione tibi deberi significabatur. Nam qui primus Farnesiorum cognomen in gentem tuam intulit (mea quidem sententia) nescio quo numine afflatus prænuntiasse videtur, aliquando fore, ut eius nominis ratio in sempiterna temporum serie inuoluta, insigni aliquo dignitatis immortalis afficeretur. Pharnes enim Hetruscorum lingua, quæ meo iudicio Assyria est, & ut patria Hebræis recepta, pastorem, atq; gubernatorem significant, & sic Deus Pharnes Israelis apud eos uocatur. Salomon quoque in grauissimo suo poemate, populum in hunc modum introducit loquentem: Amicus meus mihi & ego illi Pharnes inter lilia, idest pastor, ut iam non obscure ad gentilitia tua insignia allusisse intelligatur. Quod nomen ex antiquissima Hetruscorum origine in tuæ Beatitudinis familia, ceu diuinum quoddam oraculum relictum existi, quo tibi summum Christicolas imperium promittebatur. Cum igitur Diis, hominibusq́, fauentibus in custodia quadam totius Christiani gregis sis constitutus Beatiss. Pater diu mecum consyderaui, quidnam in publica lætitia tibi afferrem, quod animum meum Sanctitati tuę deuotissimum, mirificumq; desiderium ratione aliqua declaret. Quanquã uero intelligerem nihil in me esse, quod tanta Sanctitatis tuæ maiestate dignum videretur ta-*

*men minus culpæ in me residere putaui, si uel minimo quopiam argumento uo- D
luntatem meam illi aperierim, quam si nullas omnino uoces edere, quibus me
ab ingratitudinis suspicione penitus uindicarem. malle etenim ineptus uideri,
quàm ingratus, optimus quisq; debet. nam dilui hoc peccatum nunquam po-
test, illud humanitate eius cui debetur gratia. corrigitur. Quocirca constitui
Sanctitati tuæ hos Auerrois Cordubensis in Platonis Rempub commentarios,
à me nunc primum latinitate donatos dicare: non q putem eos ad Sanctitatis
tuæ rationes pertinere, quam sciunt omnes literis à pueritia deditam, cùm per
ætatem licuit in gerendæ Reip. scientia mirifice profecisse: sed ut culpa uaca-
rem, quæ profectò mihi inhæsisset grauissima, si optimo, & sapientissimo prin
cipi studiorum meorum rationem non redderem, quæ ab ineunte ætate tibi de
bita fore semper speraui, cui literæ omnes earumq; professores se plurimum de
bere fateantur. Quod meum consilium à Sanctitate tua improbatum non iri
adeo confido, ut etiam laudem, quæ mihi ex ratione fructii mei dubia certe es
set, certissimam sola Sanctitatis tuæ humanitate putem consecuturum. Cæte-
rum quid causæ homini Peripatetico fuerit, ut Platonis de Repub. dialogos E
susciperet interpretandos, in ipso statim operis initio explicabitur. Reliquum
est Beatiss. pater ut tibi me ipsum, atq; otii mei rationes, quæ in sacrorum li-
brorum interpretationibus & rei Medicæ consumuntur, studio diligenter cõ
mendem: opteniq; ut sanctissimis de Republica negotiis, atq; desyderio suo fe-
lix exitus consentiat. Vale.*



AVERROIS CORDVBENSIS PARAPHRASIS IN LIBROS DE REPVBLICA PLATONIS SPECVLATIVOS.

Et est secunda pars scientiæ Moralis.

Iacob Mantino Hebreo Medico interprete.

TRACTATVS PRIMVS.



Pręsentis operis propositum est summatim excerpere ea, quę Plato sub demonstrandi ratione in libro de Republica explicauit: his tamen pretermissis, quę probabilia videntur, Verum vt ordo doctrinę seruetur, nonnulla exordiri oportet, e quibus doctrina ipsa quodam ordine deinceps tradetur. nam Plato in quosdam alios eiusdē scientię libros hunc etiam postea collocauit, Quędam pręterea de huius scientię vsu, eiusque instituto, ac partibus docebimus.

Dicendū est ergo, hanc scientiam, quę apud omnes practica esse videtur, ex se a contemplatiuis differre. Idq; in primis ex ipsius subiecto videtur manifestū, cū a cuiusuis contēplatiuę scientię subiecto discrepet. Huiusq; etiā principia longe ab illarū principiis distent, nam res ipsę voluntatię subiectum huius scientię sunt: quas scilicet, dū operamus ex nostro arbitrio ipse pendēt,
C earūq; principiū ipsa voluntas, & electio est: quemadmodum Naturalis scientię ipsa natura principium est. & ipsius subiectum res naturales: item Diuinę scientię principiū Deus, & eius subiectū res ipsę diuinę. Pręterea pręsens scientia a contēplatiuis seiungitur, quando quidē illarū finis est tantūmodo scientia: ac si quid in his operamur, id quidē per accidens fit, vtpote in multis rebus, quas Mathematici consyderant euenire solet: sed pręsentis scię finis est sola praxis. Huius tñ scientię partes inter se differre videntur, ꝙ quędā facilius, quędam difficilius ipsam praxim tradunt. nā regulę, quę in hac scia traduntur, quo cōmuniores extiterint, eo minus ad pręstandā praxim conducunt. & quo minus cōmunes fuerint, eo magis ipsam praxim docere, & ostendere possunt. Idq; in Medicina liquido patet, cuius vna a Medicis speculatiua, altera vero actiua pars appellatur. Itidē hęc ars in duas diuitur partes. Prior quidē cōmunibus quibusdam rationibus habitus, & actiones voluntarias, nec non Reipublicę gubernationem in genera describit. itemq; explicat, quędam sit vnius ad alterā partem ratio, atq; etiam quidnā ex his alterius gratia sit adiuuentium.

Dfia igitur scię ad alias ex subiecto, et pricipijs.

Ex fine.

Ciuilis artis diuisio.

Altera, quonam pacto habitus eiusmodi in animo firmi, stabilesq; reddantur exponit. tum qualis habitus sub alio collocetur: vt scilicet actio ex habitu posito prouentens perfectissima existat. docet quoq; & quis habitus, a quo impediatur, atq; (vt in summa rem complectar) ea in hac parte traduntur, quę si fuerint cum vniuersalibus rebus coniuncti, tanquam fundamenta, fieri poterit, vt actiones inde prouentant. Atq; ita huius scientię pars prior ad alte. est. sic se habet, vti libri de sanitate, & ęgritudine, ad libros, qui de tuenda sanitate, deq; morbis curandis inscribuntur. Pręterea pars prior huius artis in eo opere continetur, quod Aristoteles ad Nicomachum scripsit: altera, in Politicorum libris, de qua & in hoc quoq; Platonis libro, quem exposituri sumus, agetur, nondum enim Aristotelis Politicos libros vidimus. Sed ante declarandę materię exordium, operepręcium est, vt de his rebus primum sermonem faciamus, quę in prima parte declaratę sunt. & quę veluti fundamenta quędam ad id, quod dicturi sumus, subijciendę sunt.

Quatuor humanarum pfectionū genera.

Dicendū est ergo (vt in prima huius scientię parte explicatū est) quatuor esse humanarum perfectionum genera, contēplatiuas scilicet virtutes, & excogitatiuas, seu industrias (Mechanicas Gręci vocant) itēq; morales, & artes practicas seu operarias vel manuales dixeris, quę oēs contemplatiuarū gratia adinuentę sunt, ad easq;, veluti pręludia quędā, & apparatus habentur. nā quę ante finē sunt, illius gratia expetuntur. Ostensū pęterea in ea parte est, neminē posse has oēs virtutes adipisci, vel si id fieri posiit, difficillimū tamē esse: in multis vero, varijsq; hominibus eas multoties repriri posse. Quin et nemo aliquā ex his virtutibus perfectę, nisi cęterorū hominū opera, & auxillo obtinebit. proptereaq; vnusquisq; ad eā, quam sibi proposuit virtutē assequendā, alterius ope vtitur: ideoq; natura ciuilis est, sed ad reliquas etiā res vitę necessarias cōparandas. quę quidem hominibus & animantibus reliquis quodammodo cōmunes habentur, vtpote victū, vestem, & habitanda loca inquirere, & (vt in pauca eā conferā) cuncta, quę vis in homine concupiscendi viuendiq; exposcit. Quodq; hęc necessitas multifariā inueniture nępe, vel a qua nullū sit effugiū: quemadmodū fieri non potest, vt solus quilibet homo, quę ad victum, vestēq;, & domicilia necessario acquirenda sunt assequatur. vel quę rei cōmoditatē pręstat. velut si ita dixerim, possibile est hoiem quēuis viuere, vt nec terram colat, nec secat frumenta: sed qui hęc fecerit, cōmodius viuet, vel pręsidij seu melioris norę gratia id fiet, vt si a teneris annis quispiā aliquā artē elegerit, in qua diutius versatus fuerit, illius quidem opus in arte eiusmodi pręstantius erit, Ea de causa inter cętera adductus est Plato, vt crederet neminē debere, nisi vnicę tantū arti operā dare, idq; a nobis paulo post explicabitur. Propterea cōplures artes quępiā exercere, vel est omnino īpossibile: vel si fieri quidē poteint, id minime egregie erit. Ac qm̄ humanę perfectiones nō nisi separatę quidē ipse, aliqua tamen definita multitudine deprehendi oēs possunt: ideo singuli homines in suo ortu, & creatione scdm dictarum perfectionū diuersitatē inter se differunt. Nā si singuli humanas omnes perfectiones assequi possent, natura quidē temere, ac frustra quid egisset. Siquidem impossibile est, vt detur quicquā possibile, quod reduci ad actū non possit, idq; iā in Naturali Philosophia explicatū est. Sensu quoq; cōprobatur singulos, homines ita se se habere. quod sane euidētissime patet in virtutibus pręstantioribus: ꝓpterea ꝙ non quilibet natura accōmodatus est, vt vel Bellicosos, vel Orator, vel Poeta, pręsertimq; Philosophus euadat. Quod si ita res (vt diximus) se habet, rationi consonū est, vt humanę omniū perfectiones in aliquo hominū cœtu inueniantur; atq; illi vicissim sic ad prefectionē adiuuēt, vt videlicet is, qui imperfecte aliquā virturē obtinet, ad eum confugiat, qui hāc ipsā virtutē exactissime adeptus est, non secus atq; pręludiū quoddā suę perfectionis acquirendę. Similiter huiuscemodi virtutē absolutissime possidet, illi adiumento esse debeat, qui minus illam perfectam habet. ostendens illi videlicet suę perfectionis principia. verbi gratia, arti equestri ars conficiendorū frenorum inseruit, tanquā eius preparatio quędam: illa quidem hanc docet quo-

Quō eę oēs virtutes nō adipisci, vel adipisci cum difficultate posiint.

In quibus dictę pfectiones inueniātur.

A nam pacto frenum aptius cõmodiusq; esse debeat, etiam quo modo in eandem
intentionem coeant. In prima autem parte declaratum est, quot modis vnaquęque ars aliarum principatum obtineat. Si ergo talis hominis conuentus non
reperiretur, neq; etiam humanę virtutes reperirentur: vel si reperirentur, illę
quidem essent imperfectę. Ac postremo hę omnes virtutes ita ad partes huius
Reip. se habent, sicut animę potentię ad partes vnius animæ. Nanq; huiusmodi Resp. parte quidem, qua contemplatur, sapiens erit. ac reliquis partibus dominabitur: sicuti homo parte, qua ratione fungitur, sapiens est, ac cęteris animę viribus imperat. Intelligo autem per has vires eam partẽ, quę rationali adhęret, annectitur, vtpote pars irascibilis, atq; etiã concupiscibilis, hoc enim pacto morales habebit virtutes, ad ea enim se tradet, ac mouebitur, quę & iudicio intellectus, ac tempori ab eo constituto, & considerato conuenienti, correspondeantq;. Ad hęc fortis quoq; ea parte erit, qua irascitur: non nisi tamen vbi quatenusq; sapientia statuerit, nec nisi quo tempore illa idipsum exegerit. Quemadmodum & homo ipse ea, qua irascitur, parte fortis est, dũ ea vtatur, prout intellectus pręceperit, modumq;, ac tempus pręscripserit. Idem quoque de temperantia, & alia quauis virtute dicendum est. Sic deniq; ille omnibus tum rationalibus, tum moralibus virtutibus pręditus erit, pręstantiorq; habebitur, si pręstantiores virtutes fuerit assecutus. & hęc est illa Iustitia, quam inuestigat Plato in primo libro huius operis, declaratq; in Quarto. quę nihil aliud est, quam vt vnusquisq; in Rep. suo fungatur naturali munere quam optime
B quisquis poterit. hoc autem intelligi debet, cum partes Reip. mandato cõtemplatiuę scientię, & ei pręsidentibus obtemperant. Atq; hinc manifestũ est, hanc in ea excellere partem, quę professores contemplatiuarũ scientiarũ continet: omnibusq; dominari, quemadmodũ iustitia in vnica anima est, quo vnaquęq; ipsius pars in suo sit officio: scilicet vt decet, & quando decet. Nec aliter hoc in partibus animę fieri potest, nisi si dominatur eis intellectus. quo etiam modo res se habet in Rep. Neq; vero te latere debet, harũ virtutũ nonnullas inesse Reip. dici, quod in quadã eius parte sint, sicuti est Sapientia, & Fortitudo, nõnullas vero: propterea quod in omnibus ipsius partibus existant, vti Iustitia, & Temperantia: quod ipsum quidem per se patet. Nunc, vtrũ virtus Liberalitatis in omnibus huius Reipu. partibus, an in vna tantum reperiatur, post hac inuestigabitur. indiget enim consyderatione quadã. Cum igitur res ita habeat, fueritq; in priore huius scientię parte monstratum, quid nam sint simpliciter huiusmodi virtutes: reliquum certe est, vt ad earum exactiorẽ cognitionem, aliqua amplius de eisdem dicamus. Primum est, vt eæ conditiones seruentur, quę si in aliqua illarum concessę prius fuerint, possit quispiã operari; vt gratia exempli, si quæritur quid sit Fortitudo, simpliciter respondebimus Fortitudo.
quidẽ, eam esse in anima quendam affectum, medium inter audaciam & timi-
C ditatem, habitumq; per quem quis, vbi, quatenusq;, & quando opus est fortiter se gerit. Hæc nihilominus definitio non satis est, quin etiam desunt insuper propria quędam pręcepta, quę rei agendę tempore necessaria sunt, cum alioqui non possit actio fieri. Atqui, vt Aristo. placuit, huius cognitionis finis actio quidem est, non scientia. Secundum est, quonam pacto virtutes huiusmodi in adolescentium animo instituantur, & sensim in eis coalescant, donec perficiatur ipsę: tum quæ sint perfectæ, quo pacto integræ seruari debeant: ac denique qua cura ex prauorum animis vitia ipsa existimantur, tandemq; eadem videtur huius negocij, & artis medicę ratio, nam vt illic continet vltima pars, docetq;, quid sit educandis corporibus salubre, quidue sanitatem in eis tueatur, ac si quando a sanitate recesserint, qua ratione ęgritudines admoueantur: sic quoq; hic res se habet. Tertium superest, vt habitus, quidnã sit, describamus aut virtus: quę si alteri cuiuis virtuti coniuncta sit, actus inde illius exactior reddatur: quis pręterea habitus alteri officiat, perinde ac Medicus, hãc illi affectionẽ copulatam dicit, sanitatem in corpora inducere, ac seruare. Quę omnia facile admodum intelligentur, intellecto prius fine, atq; proposito harum õium virtutũ, quatenus sunt Reip. partes: haud secus ac valetudinis

membrorum tutela, eiusdemq; restitutio cognoscitur quidē sæpissime, cognita ratione, atq; ordine omnium inter se membrorū Quibus in hunc modū expositis, explicanda demū via est, qua singulas in animis ciuium virtutes, qua D

liceatq; reperiamus. Et si minime hoc te fugere debet, ad id, vt re ipsa virtutes in Rep. insint, similiterq; in populis, non satis esse id, quod oratione explicare pōt, donec ad hoc quoq; adhibeatur quędā coniectandi facultas, vt fit in arte Medica. Atq; hinc colligi potest Reipub. gubernacula senioribus deberi: qppe qui preter q̄ scientias speculatiuas adepti sunt, obtinent preterea experimētū, longo tpe acquisitum: non aliter q̄ Medicus consummatus quidē est, qui ad pręcepta artis vniuersalia, atq; immutabilia, adiecit etiā coniiciendi vim, qua vniuersalia illa singulis quibusq; agendis rebus experientia duce, applicet, comparetq;. quod totū iam in priore huius scientię parte demonstratū est. Reuertamur ergo ad sermonem, vnde digressi sumus, dicamusq; Platonē, cū de virtutibus tractare instituit, de fortitudine primo initium sumpsisse. enimuero (vt diximus) ratio ipsa, modusq; sciendi, quibus eam perfectissimā ciues adipiscantur, & seruent, ea est, vt quod primū sit operū huius virtutis propositum in ciuitate obseruemus. Dicendū ergo est duplicem omnino viam esse, ex qua virtutes in animis ciuium reperiantur. Alterā, si illorum animis seu Rhetoricis, seu Poeticis orationibus aliquis opiniones imprimantur: quę ppria ē est vulgo ad speculatrices scias. prestantes alioqui viros certiore, veroreq; via ad easdē perducimus, vt postea dilucidius exponetur. Idcirco aūt vulgus Rhetoricę, & Poeticę opera scientiasq; attingit, q̄ ex duobus vnū necessariū sit: scilicet vt vel demonstratiuis rationibus id sciat, vel penitus nesciat. horum primum fieri non potest, alterū plane est possibile. nam ingeniū cuiusq; ad illam humanā perfectionem adipiscendā, pro naturę mensura, atq; promptitudine intendi debet. Adde illud quoq;, cum inducti sint ad credendū, & persuasi, de scia primi principii, atq; finis, quantū eis datum est, iuuabit id quidē: atq; eo magis, si etiam adiunctum fuerit illud alterum, nempe q̄ ad ceteras morales virtutes, & manuales artes iam dispositi sint. Confirmantur aūt morales virtutes, artesq; illę practicę in animis eorū priore (quam diximus) via, et videlicet ducendis ad illarum artium atq; virtutum actiones vtroq; horum generum orationis, suasorio scilicet, atq; affectionum excitatiuo, quę scilicet ad bonos mores inducunt. hoc autem disciplinę genus in eos vt plurimū conuenit ciues, qui a teneris similibus rebus assueuerint, atq; ex his duabus disciplinis vlis prior illa naturę magis cōsentanea est. Posterior etenim ea est, cuius vsus in aduersarios potissimū. ac odiosos nobis est, eosq; qui virtutibus illis debitis adherere recusant, quam quidem viam quis nuncuparit, tum verberibus, tum verbis asperioribus castigatricem. Neminem aūt latere debet huic posteriori vię inter ciues huius Reip. prestantissimę locū nō esse. sin aūt quomodo esse intelligatur, non saltem summo illo puniendi genere, quod Bellicę artis proprium est, officiiq; militaris. Atqui nonnullę alię gentes improbę adeo existūt, minimeq; virtuti parentes, quarumq; mores inhumani sunt, vt nulla alia ratione institui possint, nisi cum illis confligatur, vt virtutibus obsequantur. Vtrunq; igitur harū viarū, quibus vulgus corripitur, naturę haud absimilē esse manifestū est, ducto a patribus familias exemplo, qui & corripiunt, & increpant familiā suam, pueros, adolescentes, seruos perinde atq; non probarū ciuitatū custodes, suos ciues, tum conuitiis, tū fustuario, tū capitali deniq; poena, coercent. verum enimuero Rempub. illam, de qua nunc nobis sermo est institutus, rarissime continget illa castigatrice via vti. in externos vero opus quidem est, vt huiusmodi via adhibeatur, vtpote cum rebelles populi non nisi bello emendari possunt. Similisq; ratio est in legibus, quę ad humanis legibus non discrepant. Quemadmodū nostra hęc lex diuina, cū via ipsa, quę ad Deū gloriosum ducit, sit duplex: altera quidem, quę sermone, atq; oratione instruet: altera, quę armis. Sed cum hęc particularis ars non nisi morali via tuto perficiatur, qua scilicet maxime ad id, quod decet, accedimus, habita tamen & temporis, & modi ratione, hęc certe ipsa virtus fortitudo est, quę circa ipsa ca-

Reip. gubernacula senioribus deberi.

E

F

A dem in optime instituta Repub. ad huiusmodi officium adducit: quę tamen
opus suum perficere posse non videtur aliter, quam arte illa propria addita. Id
quod in pluribus moralibus virtutibus, artibusq; operarijs perspicitur. multę
siquidem virtutibus artiũ gratia acquiruntur, vicissimq; artes nõ paucę ob vir
tutes repertę sunt. estq;, quod Arist. sentit de prestantiss. imę Reipub. bellis, vt
Alpharabius memorat: quod tamen a Platone hoc in libro dictum videtur nõ
in eum sensum, vt hęc ars ad eum finem adinuenta sit, verum ob necessitatẽ &
hoc scilicet pręcipuo instituto, vt ab alijs ciuitatibus rapiant eas facultates,
quas ab eisdem possideri moleste ferant, idque certe propter necessitatem, aut
ꝙ ita satius est. proximum etiam propositum esse possit, vt id custodię, cau-
sa faciant, ne exteri illis incommodent: quę sane sententia probabilis est, si
hominum genus quodam daretur, quod procliue ad humanas perfectiones, cõ
templatiuas pręsertim, esset, quod ipsum, etsi Plato de Gręcis opinari videtur,
eosq; recipimus plurimum natura ad recipiendam scientiã habiles, negare ta-
men non possimus, alios quoque, & multos ita affectos reperiri: vt in propin
quis Grecie nationibus videre est, necnon in regione nostra Vandalia, Samia
que, atq; Aegypto, certe tũ in Gręcia hoc ingeniũ frequentius est. Veruntã-
men, vt id cõcedamus, possumus amplius dicere, in alio virtutũ genere nihil ob
stare quo minus aliqua alia natio natura parata sit (vt fit plerunq;) ad certã
B aliquam virtutem, vt verbi gratia, pars scientię capax in Gręcis pręstantior,
in Gallis, alijsq; huiusmodi gẽtibus iracundia. Et quidẽ locus hic eximię quę
stionibus est. cum vbicunq; pars illa scientię addicta polleat, ibidẽ eo & virtu
tes appositiores, pręstantioresq; sint, idq; naturali pręstantia. Vtcunq; verò
res se habeat, ita in maiore gẽtiũ parte cõparatũ est, vt per eas gentes virtutes
huiuscemodi dispẽsetur, diffundaturq;, pręsertim hoc in quinta, quartaq; regiõ
ne (clima alij vocant) quę reliquis tẽperatiores sunt. Idq; pro Platone facere
apparet, qui dicit hoĩes eiusmodi virtutibus pręditos esse posse, si a teneris (vt
aiunt) vnguiculis in illis fuerint & educati, & versati, transactis vero his an-
nis, si virtutes has excluserint, nulla amplius ad eas spes relicta est. Igitur neq;
obiurgatio, neq; pœna in eos, qui iã sunt prouectiore ętate, & non in studiosã
admodũ administratione educati, aliquod momentõ habebit, verũ quandoq;
id necessario fit ad liberos eorum vi auferendos, qui virtutibus instituantur, i.e
que vero fieri non potest, vt a quamplurimis, quorũ iuuenilis ętas est transa-
cta, virtus aliquatenus acquiratur, idq; in primis, si nõ sint in ea institutiõe edu
cati, quę virtuti est maxime proxima. ꝙ si ne id quidẽ eis contingat, tunc eis vt
alterũ istorum accidat necesse est; videlicet, aut interficiantur, aut seruiant a-
sintq; in Repub. prodemodũ loco animantium irrationalium. Itaq;, cum ex
superioribus clarũ sit, quodnam propositum sit isti belli, non ab re nunc vide-
C bitur ad singula quęq; sermonem transferre, quę a Platone de eligendis ad hu
iuscemodi virtutes aptis, disputata sunt, & qua sagacitate, in illorũ animo vir-
tutes ipsę confirmentur, easq; ipsi exerceant in hunc modũ, vt perficientes ab
illis virtutibus actiones optimę sint. Ac Platonem quidẽ ipsum censere opina-
mus, neminem in ciuitate plusquam vna arte debere institui, quippe cum ne-
mo vnus natura idoneus sit ad plures artes. Ad hęc, habitum ipsum artis sic me
lius adipiscitur quiuis, quo perfectũ opus artis efficiat, si a pueris in ea fuerit
educatus, ac si nemo in equestribus ludis, atq; congressionibus illis armatorũ
equitum hastis infestis concurrentiũ id efficit, quod optat, nisi in vtraq; re vs-
que a pueris exercitatus assidue, ac plane institutus fuerit quanto minus in ar
te militari id consequetur? Adde etiam complures artes, & rationem, & tem-
pus inter se communicare, quo necesse, est consequens, vt eorum, qui plures
artes aggressi sunt, perturbentur, impliceniurq; opera. Eoq; est Plato opina
tus custodes, reliquarũ artiũ expertes esse debere, neq; non eius potissimum
naturę debere eligi ad huiusmodi officium: cui cum corporis robore insit etiã
mouendi velocitas, sensus perspicacitas, adeo vt simul ac senserit aliquid, quã
tũ sit, occurrat, indaget, assequaturq; idipsum quã celerrime; veluti est natura
venatici canis, seu maris siue fœminę, vtriusq; siquidẽ, & canis, & custodis

De his in se cundo. De militib' & ciuitatis custodibus.

par ingenium est, quod ad ea spectat, quę sunt custodię necessaria. Atq; ex sunt custodū, militumq; corporales affectiones. Quod vero ad animi mores at D tinet, eos natura iracundos esse oportet. nam quicunq; est iracundię expers: efferuescere nō potest, atq; ita, neq; arcere, neq; abigere hostem. Idq; in homine est haud secus, atq; in reliquis animantibus: videturq;, quisquis est his moribus tū corporis, tum animi natura prędıtus, vtranq; rem ex ęquo serio, grauiterq; accipere, odium videlicet, & amicitiam. atque in his tamen opus est, vt duo maxime discordia concordi nectantur, iunganturq; vinculo: quorū alterum est, vt maximo amore, studioq; ciues prosequantur, alterum, vt, & maximo odio persequantur hostem. quid igitur, an fieri non potest, vt homo quispiā duabus his affectionibus instructus nascatur? persertim cū rarus omnino custos sit, qui non has duas coniunctas habeat. Quod ipsum, etsi fieri non posse videatur fieri tamen potest, quemadmodum in nonnullis animantibus perspicuū fit, veluti in cane: qui cum acres, vehementesq; affectus habeat, natura tamē contrarios etiam admittit: cum nihil magis homini sit domesticum, ac mansuetum ei, qui cū ipso ludit, a quoue sit enutritus, ut e contrario ei, quē non cognoscit: nihil infestius est. Dixit insuper Plato, inter custodis mores esse, vt naturali quodā ductu diligat agnitos; quę ipsa quidem natura philosophica est. Quoniam qui aliud ob idipsum q eius notitiam, aut scientiā habeat eligit, hic natura probus esse videtur, dum etiam quem ignorat odio prosequatur: non propterea tamen quod aliquid prius ab eo incommodi receperit, verum natura E ignorantię, qua eum ignorat, incitante: quemadmodū amor, quo prosequitur eum quem nouit, non inde est, q ab eo aliquo sit beneficio affectus, sed cognitionis natura. velut ita pręcipiente quod, & in eo ipso animante, a quo paulo superius exemplum duximus, quodq; diximus custodi esse simile, videre est. etenim, dum ignotum sibi quempiam intuetur, male efficitur quandiu est pręsens quanquam nihil antea mali ab eo acceperit: contra, si notum aspicit, adblanditur statim, etsi nihil etiam ab eo commodi senserit. Hac autem lege pręd iximus debere esse custodem, vt contrarios illos duos affectus consuo nantissimos habeat, quibus, & notos, qui ipsi sunt ciues, deamet, & ignotos, hostes scilicet exteros oderit, nāq;, & amicitia vtilitatis alicuius causa, & inimicitię ob damnum aliquod suscepię perfacile cessant, indeq; efficiatur, vt inimici fiant principes, & vicissim principes inimici. Atq; id quidem per se clarum est. potestq; ex superioribus videri consequens custodes, atque defensores natura debere esse philosophus, videlicet scientiam, seu cognitionem diligentes, ignorantiam respuentes, iracundos, motu veloces, robusto corpore, perspicaci sensu. Ac rationes quidem, quibus institui, exercerique debent, duę esse videntur, Gymnastica altera, altera Musica. & Gymnastica quidē, vt ingi exercitatione verā, solidamq; vim adipiscatur: Musica vero, quo animus eruditione, virtuteq; excolatur. ipse eiusmodi tamen eruditio, per Musicā scilicet tempore F prior existit. Quoniam quidē, quę intelligendo est habilitas, citior est, precediq; quamliber corporis aptitudinem, quę Gymnastica acquiritur. Intelligo autem per Musicam poeticos sermones, concentu, numerisq; cōpositos, quibus ciues instituantur, eaq; causa consonantia inesse voluit, quod tales sermones altius, magisq; animum moueant. Nanq; vt iam superius dictum, Poeticę Musica inseruit, ad illiusq; pręscriptum se format. Sermones vero quibus ciues adocentur (vt dictum est) nonnulli de scientijs tractant, nonnulli vero de rebus agendis; Sermonum quidem illorum duo sunt genera, quorum alterū in Demonstratiua, alterum in probabili, Topica scilicet, Rhetorica, & Poetica ratione versatur. Inter has vero Poetica erudiēdis pueris maxime propria est: qui iam adulti, si qui idonei sunt, qui ad alium disciplinę ordinem sese transferant, ea certe iam ita sunt affecti, vt, si natura permiserit possint ad demonstratiuas disciplinas promoueri, quo in gradu sapientes sunt. At qui, si reluctabitur natura, eo in loco restabit, quē transire natura nō concesserit: aut scilicet in topicis orationibus, aut vulgaribus alijs duobus disciplinę generibus Rhetorico, & Poetico, quanquā poeticum ipsum communius, pueris tamen magis

De Poetica addiscenda ab ipsis custodibus.

A proprium. Res vero, quę in contemplationem veniunt, omnibus fere cōmunes sunt, nisi forte cogeremur certi cuispiam finis gratia singularia, ac propria quędam fingere ob simplicem, seu compositam alicuius hominis intentionem, & opinionem. Idque his presertim conuenit de quibus paulo ante sermonem fecimus, vtpote, qui mortuos viuere dicunt, alijsq; fabulis a vero alienissimis vtuntur. In cōtemplatione vero, quę per virtutem fingere licet, & iam narrauit Alfarabius in libro, quem de rerum ordine conscripsit, quamobrē ab ipso petenda sunt. quę vero sunt actiua, in hac etiā scientia tractantur ex his, quę fingūtur, vt dicetur, alia sunt verisimilia, alia vero abhorrentia, alia vera, alia falsa, vt cū figura ex homine, & boue fingitur, eiusmodi in hac Republi. figmenta recipi nulla debent: ꝙ maxime perniciosa sint. Abhorrentia quoq; a vero, quantum fieri potest summoueri debent. Est tamen propinquis, ac similibus vero figmentis omnino hac in Republica locus: quemadmodom, si primum principium, & secunda deinceps principia, principijs similibus ex ratione ciuili desumptis imitemur, operaq; diuina operibus principiorū illorum ciuiliū effingamusq; potentiarum, & principiorū naturalium actus similitudine quadam virium, ac artium voluntariū, similiterq; harum intellectiones sensilium similitudine, vt materiam per priuationem, & tenebras velut depingimus. Nec minus vltime felicitatis genera, quę ipsa actionibus virtutum humanarū

B finis est his bonis, quæ apud nos summa esse videntur, vtq; vera referuntur felicitas, eo ꝙ felicitatem esse censemus. Atque, vt paucis dicam, quasi ob oculos series gradusq; rerum omniū in vniuerso exponuntur similitudine, ac propinquitate quadam localis, temporalisq; ordinis. enimuero Platoni visum est pueris nihil perniciosius esse posse, quā si in hac ętatula, falsis fabulis imbuantur, quandoquidē eo ipso tempore maxime procliuer sint ad quascunq; velint fictiones concipiendas. Quocirca eo in primis tempore cauendū est, ne falsa audiant, atq; iam inde ab educationis exordio potissimum custodiantur: quippe cum sit actionis cuiuslibet initium apprime efficax. Cauendum quoq; est, vt inquit Plato, ne, aut exerceatur, aut assuefiant absurdissimis fabulis, idq; diligentius, quam si tenera eorum corpuscula niuibus cōmittantur. Statim igitur nutricibus tradamus. simulq:, dum sunt paruuli, pro tempore erudiantur, moxq; hinc ipsi paulo maiusculi ad sacras ędes, & sacrificijs dedicata templa abducātur. Turpes siquidē, mendacijsq; scatentes sermones ad finem optimum eos perducere nequeunt. Et Plato quidem his tractandis commemorat, quę suo tempore in vsu erant, admonetq;. ne illis ipsis adhereant, Nos quoq; ipsi eum in hoc genere sequemur, ac narrabimus id, quod apud nos vulgo cōmittitur.

Pueri parcē a fabulis cauendi.

Dicamusq; inter absurdas huiusmodi fabulas, vt scientijs speculatiuis est demonstratum, hanc quoq; esse, quam passim vulgus agitat, boni pariter, atque

C mali Deum causam esse, cum manifestum sit puram, simplicemque bonitatem nihil vllo tempore mali facere, atque ideo illius causam non esse. Id preterea, quod nostrorum temporum Theologi dictitant, bonum, & malum comprehendi in Deo optimo maximo non posse. quin etiam ꝙ omnia ad ipsum relata opera bonum quiddam sint, manifeste absurdum est. propterea ꝙ, si ita esset, tunc nec bonum, nec malum naturam in se definitam haberet: sed esset boni, & mali quasi quędam ex respectu consyderatio. malum itaque ad aliud debet principium referri, veluti ad Asmedai cacodęmonum principem, aliosque similis naturę dæmones, etsi ficta huiusmodi ex alia ratione existant praua. nempe siquidem, cum puerili ætate quis acceperit esse dæmones quosdam, qui parietes in homines euertant, nec vllo possint obice cohiberi, tum qui cum videant, minime videantur, & se quandocunq; voluerint offerant, transformenturq; qualicunq; figura, tum profecto verendum est, ne custos optimos ille possit effici, eo quod sermones huiusmodi in puerilibus animis mollitiem, pauoremque conciliant, confirmantq;. Nec paulo turpius idipsum est, quod dicitur transformari angelos varie, quod ipsum inter miracula reponendū est. Ideoq; magis conueniebat ad rationē figuratę materię malū referre, vt qui, vel ad tenebras, vel ad priuationē illud referunt. Multum autē malorū ge-

Quę a vulgo cōmittantur errata circa Deos.

nera sunt, quę ad Deum referri sunt solita. at ea quidem illum non [illegible] lunt, qui huiusmodi multa in legibus perspexerit. Inter commenta quoque praua commi- D
niscebitur commentum felicitatis ipsius ex pręmio operum, quibus felicitatē acquiri persuasum est, necnon ex mercede ab his operibus abstinendi, quę felicitatem minime inducunt. Sic nanq; dolor, velut pœna est inflictę negligentię probarum actionum, ac studio prauis actionibus nauato. nam si quę figmentis similibus acquiruntur virtutes vitia potius quā virtutes videantur, vt sane continens non aliter a voluptate se contineret, quā vt maiore aliquando fruatur, nihilosecius. Et fortis, propterea fortis non est, quod bona esse mortem censuerit, sed metu mali alicuius grauioris. Similiter neque iustus abstineat a reliquorum hominum facultatibus, putans idipsum per se honestum, verum vt postea duplo amplius consequatur. sic itaque ad complures egregias virtutes incessu vitiorum ageretur. Sic ergo maior figmentorum pars, quę virtutis mercedem exprimunt (vt inquit ipse) sensilibus illecebris explicata est, ita certe, vt iustus sit quispiam, fortisq;, & verax, virtutibusq; quibusq; prędictus, vt venere demum, & cibo, & potu fruatur. quod minime eum fallet, qui disciplinis se exercuit. Et sane quidem impressus animo ab huiusmodi fictionibus affectus, haud dissimilis est ei, qui ita cuiuspiam animum affecerit, vt se illa tantum cohibeat: at nihilominus in illo nihil inerit virtutis verum felici- E
tatis ex his operibus parari credendum est, quibus par est, quomodo sanitas ex cibis, medicaminibusque sequitur. Idem quoque de pœna, ac dolore sentiendum est eodem modo, illa causam suam sequi, quo sequitur scientia disciplinam. Quocirca, si ita beatitudinē effinxeris, vt sanitatem animi esse facias, ipsiusq; immortalem, erit perfecto sermo huiusmodi non absonus.

De sequentibus, in Tertio.

Inqu insuper Plato, custodibus, qui fortes, pugnacesq; futuri sunt, nihil plane eorum quę post mortem futura, & offensura feruntur, formidinem incutere. Nā quisquis imaginabitur talia, non preferet, siquando pugna accidat, mortem captiuitati, aut seruituti: eoq; sermones eiusmodi procul omnino a contemplatione reiiciendi sunt, quin etiam ab actione illi, quicunque ad vitia, aut turpitudinem concitant, sunt excludendi; qua ratione a mulieribus cantiunculis, vt ne eas audiant abstinendum.

De fortitudine custodū.

Eodem modo nec cuipiā credenda est mors amici, aut socij quiddam esse, quod tristitia, aut molestia mortuum illum afficiat, aut ob mortem cuiquam damnum esse, propterea q; sit in luctum maximum, eiulatumq; erumpendum. At vero longe aliter custos se habere debet, vt qui nihil penitus tristetur defuncto quouis amico, vel affini: aut saltem, siqua tristitia attingitur, ea vt minima sit, ac velut si quid luctuosum est ei contingat, ferat idipsum æquo aīo. nam flere, muliebre, abiectiq; plane animi officium est. quod vtrunq; est a natura custodis valde remotum, ideoq; neq; Prophetis F
neque magistratibus formido, aut metus conueniens: quemadmodum inquit Plato, eos ipsos in risum, atque cachinnos profusiores esse non debere, nanque, siquis animum vehementi risu soluat, non modicę obnoxius erit mutationi, vt a contracta iam consuetudine eximatur, quo certe probari possit summę authoritatis viros non debere esse in immodicum risum propensos.

De veritate, & mēdacio.

Ad hæc inquit Plato, veritatem plurimi faciendam esse, magnamq; de ea curam habendam, ac sollicitudinem. Mendacium etenim, vt non diuino numini, ita nec regibus, nec priuatis hominibus conuenit, quo nullo modo assuefaciendum. Ampliusq; quisquis, aut artifex, aut alius mētiens deprehendatur, statim dare pœnas debet: ac vulgo dicendū est, quandocunq; qui ex plebe magistratibus mentiatur, non aliter sibi damnum consciscere, quam ęgrotum Medico falsa narrantem. contra vero, qui Rempublicam administrant, possunt honeste non nunquam mendacium dicere, quemadmodum ægrotis a Medico, qui pharmacum porrigit, dicitur. Atqui vt qui pharmacum exhibet Medicus est, sic quoque, qui in negocio regni populo mendacia subijcit, Rex est, quę mendacia in instituendis ciuibus persępe necessaria sunt, neq; vlius est omnium legis latorum, qui non mendaciis vtatur idq; populo est per necessarium ad suam felicitatem adipiscendā.

De temperantia.

Ante omnia autem caueri debet, ne sermones voluptatē pro

A nocantes inter eos audiantur, eiusmodi sermones in Arabum carminibus frequentes sunt, ea autem audiant, quę a voluptatibus potissimum auertant. Temperantia nanq; (vt Platoni visum est) est, cum continentia, & abstinentia illecebrarum sensualiũ coniuncta: vt post hęc ex illius verbis enarrabitur. operũ vero Temperãtię hoc demũ prestantissimum est, superius suis fideliter obtemperare, ac voluptatibus dominari, non autem parere. Quocirca, qui ad illecebras sermones alliciunt, nullis omnino auribus permittantur, nec magis noxium quicquam cogitari potest, quã, vt magistratus, principesq; vel minimo quidem temporibus his illectamentis capiantur. Nec certe potius sit eos sermonibus assuefieri, qui ad cõgerendas pecunias, & rem acquirendã incitãt, his. n. artibus maxime (vt inquit Plato) quęstus officit, quin & adolescentes admonendi sunt ne hęc, aut similia his audiant. Neq; vero te lateat Arabica poemata nefariis his rebus scatere: ob idq; perniciosius quicquam esse nõ potest, quã cum adolescentes a pueris, hisce imbuti fuerint. Hactenus igitur de fabulis. Plato autem rem magnam censuit ostendere, quę fabularum genera a custodibus non audiri debeant, distrinxitq; quibus sermonibus illis vtendum non sit. Atq; insuper dixit, narrationes, vel pręsentiarum, vel pręsentiũ, vel lustratum rerum esse. Talis autem narratio, aut est simplex, aut quid fictũ & illud quidem rursum rẽ eam, quã tractat dupliciter explicat. nam, vel voce,

B seu figura, ac transformatione quadam, vel imitatorijs verbis. Antiqua autem illa Poesis prima vocis tantum sępius, & figorę imitationẽ capiebat, donec tandem ad verborum etiam ęmulationem deuentum est: cuiusmodi sane imitãdi studium arti Poeticę magis oppositum est, cũ ea rationi orationis insit, nõ exteriori quidem rei modo poetę Arabes postremũ hoc imitationis genus vsitatissimũ habent. Ac posteaquam genera duo orationum narratiuarum exposuit Plato fingentium, seu imitantium videlicet, & simpliciũ, fingentium sane id, quod narratur per figuram, ac similitudinẽ, cum talia apud eos tum imitandi genera validiora essent: perquisiuit etiã, num liceat custudibus imitari: aut: si liceat, qualiter, quot modis, & quatenus id eis concedatur. planeq; ostẽdit, eis ipsis non conuenire imitationem, vtpote, cum in hac Republica (vt dictũ est) nemo nisi ad vnicam artem se conferre debeat. Etenim hoc pacto in ea efficientur & aptior, & melior. quę etiã ratio in imitationibus eadẽ est, vt, siquis bene, ac pfecte imitari velit, in vnicõ se imitandi genere tradat. Natura itaq; ingenio quosdã tulit ad vituperandũ, quosdã ad laudandũ sũmos: quod posterius de quodã Benaltas Arabo dictator in laudando eũ, non in vituperando valuisse. Et siquidem non eis conceditur imitationis quoduis genus, nõ tamen idcirco necesse est, vt vnico in genere imitandi versentur, si eis decretum sit imitari quicquam. Id quidem a pueritia, quod eis conueniat imitentur, velu

C n similes se fortibus facere necnon temperatis, ad liberalibus, similibusq; his, vitiosis vero haud licet: quandoquidem imitationes, si a teneris annis coeptę continuentur, abeunt certe quidem in naturam, atq; habitum: atq; id quidem non secus in animo. quã corpore. Quocirca nec prestantibus illis, ac summis viris concedendum est, mulieres parturientes imitari, eoq; in dolore vociferantes: neq; vero concubentium, aut rixantium cum viris, dum se maxime dominio dignas contendunt, morem eos imitari decet, earumq;, aut eiulatum, aut fletum, seruosue, aut seruas ęmulari laudabile est: sicuti, neq; ebrios. nec deliros. Neq; vero id solummodo, quin etiam, neq; eis permittemus Coriatiorũ vel Calceariorum artem imitandam, sed ne aliam quidem quamlibet artem. non minus enim deforme sit, si huiusmodi artes studeant exprimere, quam, si ipsas vere exerceant. Quanto igitur minus, aut equos hinnientes, taurosue mugientes, fluuiorumq;, aut strepitum, aut murmur, maris fremitum, fragorẽq;, ac tonitrua eos agere sit tollerabile, quia enim id totum merę insanię est. Ad hęc id quoque dicere iuuat, assolita Arabibus carmina, quibus solent hęc nugarum genera effingi, abijci procul debere. Quapropter huius Reipublicæ Poetis non cuiuslibet rei permitenda est imitatio, idq; compluribus de causis. Prima est autem, quoniam quandoquidem illius imitationis actio erit exa-

Imitationẽ custodibus nõ cõuenire.

Quę Poetis imitatio permittenda.

disſima, vt fit etiam in artibus, qui vnam tantum ſpeciem exercuerit. Proxi- D
ma eſt, ꝙ res turpes, aut quę nullius ſunt ad inflammandum, vel deterendum
efficacię, quales innumerę prope in Arabico poemate, has inquam, aut imitā
do exerimi, aut referre huic Reipublicę non eſt conſentaneū: quanquam etiā
illis nonnullarum mulierum probarum quidem & orationes, & ea, quę ad exē
plum pertinent, referre concedamus, virtutesq; ipſas, quę in moribus ſunt
imitari. & quod in Poetis cauemus, id etiam in Pictoribus huius Reipub. cu
randum eſt, ne temere quidlibet pingant, pręſertim ne vitioſos homines, ſed
probos omnino: vti, & puerorum, & adoleſcentium ex pari auditui, viſuiq; cō
ſultum ſit, ac pulchri quauis ratione actus teneris animis affingantur, velut,
qui ſalubri in loco morā fecerit, omnibus quę hinc ſunt, iuuabitur, ſuaui aura,
De Musica. florum fragrantia, herbarum ſalubritate, alijsq; id genus plurimis. Hæc vtiq;
eſt ſumma eorum, quę de fabulis, quibus inſtituendi ſunt cuſtodes, diſſeruit Pla
to. Deinde autem aggreditur, quonam genere Muſicę, cum illis ſimul fabulis,
diſciplina illorum inſtruenda ſit. Ac Melodia quidem (vt a Platone dictū eſt)
ſi orationem comprehenderit, tribus ex partibus conſiſtet, videlicet conſonan
tia modulatione, orationeq; ipſa modulatoria. ac, cū expoſuit formulam oratio
num earū, quę modulos ſuſcipiunt, supereſt, vt hunc ſermonem inſtituat, quo
genere conſonantię, quaue harmonia vtendum ſit. Plato quidem cenſet quere
los modulos, ac timore afficientes harmonias minime recipi, quemadmodum E
neq; hoc genere conſonantię modulatam orationem: nihilo plus etiā eas, quę
diuerſis concētibus componuntur, quales in conuiuijs frequentes, ac nuptijs
eſſe ſolent. Tandē conuenit, vt omnes reijciantur modi, qui genere ipſo idem
dē ſunt variabiles. nā cuiuſmodi viri ſunt in hac Repub. non habent in rebus
gerendis aliquid ocij. ſi quod tamen genus illis conueniat concentuum, duplex
id quidem eſt: aut .n., quod animum ad fortitudinem, conſtantiamq; in bellis
inducant: aut id, quod animum apparet ad eas virtutes ſuſcipiendas, quas po
tiſsimū ſectantur facile, trāquille, & quiete: quę pręceptiones certe activa Mu
ſica definiendę ſunt, quas tamen Plato deſiuit, vitiorum grate ſua in hac ipſa
arte celebrium exemplo, quę certe his noſtris temporibus exoleuit. Neq; in
ciuitate organū admitti debet, quo vti aſſueſcat, cuiuſmodi tibia, & multa alia
id genus inſtrumenta ſunt: ſed iubet ille & lyram, & citharā in ciuitate recipi,
ac vt (inquit) ruſtici proprios aliquos mores habent, ita harmonias quoq; ſibi
peculiares. Eſt igitur in delectu ipſo laborandū vt nos genus illud modulatio
nis proſequamur, quo neq; mulieres, neq; ocioſi homines vtantur, quinimo id ſa
ne, quod fortitudinē animi, atq; magnitudinē conciliet, eamq; rē, quam quiſq;
in primis concupiſcat, aſſequi: quod genus rhythmorū Platonis tempeſtate co
gnitum. nunc noſtra inueſtigandum ſane eſt. Cenſet inſuper Plato, ſi ex ciui-
bus eligantur, qui natura ipſa ad haſce virtutes accōmodati ſunt, ac in Muſica F
ipſa quaſi educentur, forte, vti ij ipſi ad conſumatam temperantiā, fortitudi-
nemq;, atq; animi conſtantiam, ac liberalitatē perueniant, amoreq; rerum pul-
chrarum, & ſtudioſarum, & iuſtitię quoq; qualicunq; forma, aut eleganti ſcili
cet, aut turpi ipſi fuerint, incendantur, voluptateſq; maxime repudient. Neq;
enim voluptatibus, & temperantię commune quicquam eſſe poteſt, ſiquidem
voluptas mentem hominis ſubducit, nec ſecus, quam in furioſis fit perturbat,
quoq; eſt ipſa validior, eo id fortius, robuſtiuſq; agit, vt gratia exempli, vo-
luptas, quę circa venerea eſt, inter cætera incommoda, hominem quoque de
mentiſsimum reddit, Igiturq; nullum eſſe poteſt voluptati cum amore muſicę
commercium, immo amabit ille ex ipſa temperantia pulchrum, atq; honeſtū.
habent. autem incontinentia, ac reliqua vitia cum voluptate affinitatem. At
vero, & qui amat, & qui amatur (ſi recte inter ſe per ament) nihil omnino vo
luptatis is amor continere debet, cū nihil omnino hęc inter ſe cōmunicatū ha
beant. Sic igitur in recte inſtituta ciuitates leges condi debent, quibus ciuiū in
De Gymna- ter ſe amicitia, & charitas ab ea nihil differat, quę inter parentes, & liberos in
ſtica, ac vi- tercedit, qui ſane quidē muſici operis finis eſt. Atq; Plato hactenus de ipſa
ctus ratione. muſica, poſtea Gymnaſticę, ac victus rōnis tractatū aggreditur, neq; nō earū

A ferã, quas virtus vendicat, non quatenus tamen vera virtus simpliciter est, vt & Galenus, & reliqui Medici aiunt, sed ea quidẽ ratione, qua ad veram illam animi virtutem confert, quę custodię potissimũ est, estq; ipsa equidẽ fortitudo. Proinde ars ipsa Gymnastica, quę huiusmodi custodię conducit, victusq; modo ratio non sanitatem solum corpori, sed animo etiam eam virtutem, ad quã sit paratus pręstabit: vt simplex quidem exercitium, supra quod corpori cõmodum valetudinem cõparat, pręterea etiam ex viribus animę iracundiam concitat, redditq; validiorem. Ideoq; in exercendo Plato pręcipit, vt ne musicã ne gligamus, neq; vero doceamus sine Gymnastica Musicã, sola etenim Musica animũ eneruat, ac mollit, & maxime tranquillitatẽ, & requiẽ conciliat, pręsertim eo in genere, quod desiccatũ est, & molle: cõtra Gymnastica animũ in primis iracundũ, atq; acrẽ efficit, minimeq; suasorijs orationibus acquieturum: quin habiturum potius omnem sermonem odio, vt in his primatibus est pręcipuum, qui intractabilis cuiusdam, ac rudis sunt ingenij, ea de re vtraq; certe illarum artium ex animę viribus ei, quę est irascendi, officit, eiq;, quæ ad Philosophiã maxime accomodata est, quousq; illarum temperature, ac cõmixtione quadam virtus illa comparetur, quę ad custodiam potissimum spectat. Id autem tale est, vt custodes diligant ciues suos, & consuetudine, eorum capiantur, exteris vero vires suas obijciant. Maxime autem congruens illis exercitium, simplex quidem, ac rectum, qualeq; belli expeditionibus cõparetur.

B Cibi quoq; ipsi quã fieri potest simplicissimi, qui pręterquam q obuij, & facile parabiles sint, corpus insuper robustius, quod ipsum desyderatur, efficiant. Huius autem generis carnes sunt, nec temperaturam ęquabile, nec modõ excedentes, holeraq; cibus simplicissimus: vtpote qui aquę, & sali, ac oleo incoquatur. nam si quando alio forte ciborũ genere vsi postea pręuentur, facile in castris grauissimis morbis corripiantur. Haud secus in exercitatione sentiendum est, quã in ratione victus, animiq; affectibus; ne his consuetudinibus adhęreant, a quibus si quando discedere cauentur, ęgrotandi causa impendat. Nã (vt inquit Plato) viri eiusmodi necessariam corporis salubritatem opus ita habent, perinde atq; canis perspicaci visu, auditu expeditissimo, ac sagacissimo ante omnia indiget. Idcirco, & illi maxime ab ebrietate caueant. neq; enim cuiquam minusquam custodi ebrietas conuenit, ridiculum enim esset custodẽ custode indigere, proinde, & temulentia, & varia etiam obsonia his ciuibus fugienda sunt, bellaria pręterea, condimenta, & alia id genus. Circa rationẽ itaque victus, & exercitij, non aliter quam Musicam se habeant, vt scilicet in vtraque simplici genere vtantur. nam, vt multiplex, ac varia Musica in animo vitia plurima parit; itidem, Gymnastica non simplex in corpore simul, atque anima ęgritudines excitat. Ac Musicę quidem imperitia, ac vehemens gulę malum in ciuitate si augeantur, Iudigebimus, ob id frequenti, & Ridiculũ esset custodẽ custode indigere.

C Iudicum, & Medicorum opera, neq; certe quidem, aut maior, aut verior de affectibus ciuium vitiatis, corruptaq; opinione contectura haberi potest quã si Medicis, iudicibusq; opus sit, qui ipsi quidem per se nulla dignitate, aut honore censentur, nisi ob necessitatem: quantoq; magis hę due corpori necessarię sunt artes, quoq; magis florescunt illę, & vigent, eo longius ciues absunt a recto. Est ergo consequens, vt Republicę huic proprium sit, neutra istarũ artiũ indigere, neç vllum omnino, aut medicum, aut iudicum postulare: nisi forse vna voce diuersa significemus, differãtq; ille ab his, quibus nunc in ciuitatibus vtimur, nanq; ciuiõ alimenta, si modo, si ordine, si tempore, si genere tẽperata sint, eodemq; modo exercitatio, consentaneũ est ita institutos non habere opus tot medicis, quot hac tempestate nostra, & retroactis etiã tẽporibus vsi fuimus. Siquidem Plato existimat genera hęc morborũ in ciuitatibus oborta, noua quidem esse, neq; durante Æsculapij dogmate tã extitisse, nouaq; perinde nomina illis fuisse imposita, ac morbos quidẽ eos intelligit, quos mala materię temperatura efficit, quod genus sunt abscessus, & febres, cęteraq; eiusmodi. Atque sane hoc modo nullus aduersus hęc mala in hac Republica medicaminis vsus erit; quod, mea quidẽ sententia de his medicamentibus intelli-

Iudicũ, Medicorũq; in Repub. vtilitas.

gendum est, quę nō ad exteriores morbos conferunt, vti vulnera, luxationes,
fracturas, aliaq; id genus. Est tamen super hęc nonnunquam etiam Medicus
necessarius, puta si quis magno aliquo, nec tolerabili vitio deformitus nal a.
tur, vti dignoscat curabilis ne illa naturę culpa necne, quo alium quidem cu-
ret, alium morti destinet. Quamquam, vt possit quis medicamine sanari, atq;
ita viuere, nullo tamen in ciuitatis munere postea vtilis sit, illum inter debi-
les, & vitiatos Plato annumerat. quoniam qui nequit in vlla virtute consum-
matus euadere, ille certe nihil refert, vt curetur. & quęcunque quidem res fine
suum, cuius gratia est facta, indipisci nequit ipsa prorsus sit ue, an non sit ni-
hil interest. Quapropter Socrates haud immerito mortem vitę pretulit, cum
preuideret vera hominis vita, ac studiosa se frui non posse. Ad hunc modum,
cum ita quis natus sit, vt huius Reipublicę sit particula, ac munus aliquod in
ea exequatur, si nullum officij sui vsum esse posse animaduertat, tum demum
vita equidem mors potior est. Non dissimiliter quoque id membrum, quod &
putridum, & inutile est solent Medica amputare, vti digitos, dentes putresa
ctos. Ad hoc tales homines, si in ciuitatem recipiantur, similes sui, vt sępius fit,
ac inutiles nasci faciant. Quod ipsum potes in manualibus artificibus percipe
re, qui, cum ęgrotant, a Medico pharmacum petunt, quo, vel aluo soluta, vel
vomitu, aut venę sectione euacuentur, vt citius artis suę opus repetant. quod
si ille prestiterit, obtemperant ipsi eius mandato: at, si longius quoddam regi-
men iniungat, quo videlicet diuturniore cura, ipsi diutius a consueto opere E
cessent, recusant profecto, veluti superuacuam vitam suam existimantes, nisi
ipsi munere suo fungantur, contra vero ociosi, & inertes nihilominus vitę cu
pidi sint, etsi insigni aliqua labe, atque vitio notati sint. Qui autem vitio in
aliquo nati possunt nihilominus non adhibita cura viuere, nulla tamen in Rei
publicę re robori, ac firmitati conferant, debeant admitti, an interimi questio-
nis est. Atqui eos ad aliquem vsum ciuitatis tolerandos putant, nihil equidem
dicunt. Est itaq; huius necessitatis Medicum in hac Republica non inutile m
fore, vt videlicet externas ęgritudines curet, ac naturę defectum a non natu
rali dignoscat. Quin, & alioqui videre possit Medicus huic Reipublicę neces
sarius, vt ciborum, & modū, & ordinem definiat pro singulorum quorunque
differentia, temporisq;, ac regionis, idq;, coniectura duce, quam ab experien-
tia adeptus fuerit. ideoq; Medicus professioni nunquam sufficiet, nisi preter
artis ipsius studium, ac disciplinam, plurimis in morbis vitijsq; periculum fe-
cerit, eoq;, cum in seipso, tum in alijs vsus fuerit, etenim ipse, si aduersis mor
bis laborauerit, assequetur inde cognitionem, quam ex aliena ęgritudine perci
pere non possit. Estq; in hac Republica, quamobrem sit necessarius iudex: vt
certe qui vitiosus sit natura, neq; curabilis idem consideret. hic autem est qui
sit disciplinę, quę animum respicit minime capax: quem certe perime re iudi- F
cis officium est: quemadmodū eum qui sit ad disciplinam idoneus, instituere.
Nec sane, nisi diuturna, longaq; experientia artis suę iudex normam asseque
tur. prauitatis enim causa ita demum agnoscit, si in aliis perquisitas deprehen
derit. Ac inter reliquos eius mores hic non postremus est, vt ne sit praui animi,
quin a teneris annis recta illa, & simplici musica institutus. Neq; non tamen
Iudex a medico differt, nam medico quidem, si corpore ęgrotauerit nō officit:
iudex vero, qui praui fuerit animi, nemo vnquam bonus, peritusq; erit, cum
animi illa peruersitas, neq; virtutem, neq; seipsam cognoscit: virtus vero, &
se, & alterius cuiusuis malitiam longo experimento internoscit. Hinc quoque
perspicuum est iudicem haud dubie senem esse debere; siquidem adolescentes
id quod bonum est solum cognoscunt. quod de adolescentibus intelligi velim,
qui & ingenuę illi musicę, probisq; poematis sint assoliti. Quibus sane quidem
rationibus demonstratum esse arbitror, & iudicia, & medicinam in hac Repu
blica esse posse. His explicatis Plato narrare aggreditur, quibus moribus cu-
stodum illorum principem ornatum deligamus; eumq; debere esse dicit custo-
dum omnium prestantissimum, vtilitatisq; & disciplinę ciuium cupidissimū,
hoc autem ita demum accidet, si in quempiam hęc omnia conuenerint: quo-
rum primū

Quibus moribus ornatus esse debeat princeps.

A rum primum est, ne vnquam a grauissima illa sententia quocunque modo, neq
metu, neq; dolore, neq; errore inuitus dimoueatur, aut illecebris vllis peruer
tatur, sed nec obliuione, quę ex maximo temporis interuallo imminet. Opi-
nio nanq; duplex, scilicet, & quę volentibus elabitur, falsa scilicet: nā vnus
quisq; quod malum est lubenter abijcit: altera est, quę inuitis eripitur, vera ip
sa quidem. quis enim mortaliū non inuitus boni aliquid admittit. Sed adimi-
tur quidem hęc sana opinio, aut vi aliqua ingruente, aut erroribus, præstigijs.
quócirca ab eo genere errorum cauendū illi est, nondū opinionis sententięq;
suę oblito, qua sibi persuasum habet ea agi oportere, quę maxime Reip. con-
ducant, dandaq; opera, ne in eo ipso aliquando saluatur: hisq; maxime ille as
suescendū est, quę animō a voluptate auertunt, rebusq; timorem incutientibus,
& sermonibus huiusmodi nihil moueatur. Quisquis igitur eorum ita penitus
affectus fuerit, nunquam de sententia dedecet, constabitq; suo in arbitrio, non
secus, quam ipso in igni aurū purissimū. Atq; is sane est, qui dignus sit, vt
Reip. imparet, eamq; custodiat, cui viuo, & mortuo honores habendi sint, nec
non cuius sepulchrū, ac funebria ornentur, laudesq;, splendidę in funere dici
solent procurentur. Super hęc autē reliqua, quę in principibus desyderantur,
ornamenta virtutū, quę tum in moribus, tum in animi quadam facultate (quā
speculatiuam virtutē dicunt) postmodū explicabimus. Et quidem in hac Re-
publica principes plane sapientes sunt, quibus etiam vltra sapientiam, cum illę Principes sapientes.
B virtutes, tum alię in sunt, quas enumerabimus. Quandoquidem vero fieri po-
test, vt inter custodes nascatur custodię minime idoneus, quanquam id quidem
raro, ita nec desperādū est, vt in reliquis ciuibus aliquis ad custodiā aptus exo
riatur, & si hoc quoq; perraro accidat, in primis vbi inter similes, vniusq; ge
neris matrimonia contrahuntur, videlicet custodū inter se, atq; aliorū, vt agri
colarū cū alijs sui generis. ijq; oēs ad id, quod agunt natura propij sint, atq;
habiles. sic enim filiorū natura, vt plurimum non dissimilis euadet: quando-
quidē (vt fit frequentissime) parentes substantiā, similitudinemq; suis liberis
infundantur. Sed qm̄ nonnunquam (vt diximus) ea secus accidunt, neq; quic-
quam huic Reipublicę perniciosius esse potest ad corruptelam, & vitium, quā
vt cuiusuis actio immisceatur, eiusq; natura ad illam inepta sit: ideoq; Plato
Reipub. orationem proponit ad permutandos nonnunquā inter se custodum,
& reliquę plebis liberos, vt de genere in genus adoptentur. Hęc autē oratio
est, Vos o egregij, probiq; viri medijs quidē in visceribus terrę cōcepti estis,
in eaq; vestra aptitudine naturę cū ad arma, tum alia quęuis, idq; sane quidē
antequam essetis perfecti: tum enim cum perfecti fuissetis, vos quidem terra,
communis parens, enixa est omnes fraterna necessitudine coniunctos. Senten-
tia igitur vestrum omnium vna esse debet, Reipublice in commune consulere,
eiusq; causa ita doctos, institutosq; esse, vt quicunq; eam aut inuadere, aut op-
C pugnare tentauerit, eo inter vos animo sitis, quo, qui fraterno inter se amore
accensi sunt, vt qui eiusdem genitris terrę nati sitis. quid.n. nonne ex eadē pa
rēte geniti oēs in hoc ciuiū conuentu fratres estis? vtiq;. Deus aūt optimus ma
ximus vobis procreandis quosdā principatui destinebat, quoruìo in procrea-
tione aurum immiscuit purissimū, qua de re sunt, & ipsi certe honoratissimi:
at enim horum ministris in ipsa generatione eorū ita prospexit, vt temperatu-
rę argentū inderet, Alia fuit inferiorū, vt agricularum, artificumq; generan-
dorum ratio, quippe quorum nonnullis ferri aliquid insertō sit: alijs vero ęris
nonnihil. Itaq; postquam vos ita estis editi, etsi eiusdem omnes generis, inge-
nijs tamen, ac moribus diuersis discernimini: ac ita, & si omnibus pene cōpa
ratum est, vt sui generis, ac plane studio similes vobis liberos procreetis, nihilo
secius, quandoquidē ex auro argentū, ac vicissim ex argento aurū produci-
tur, reliquisq; in generibus hoc modo, scilicet ex ęre, vel aurum, vel argentū
oritur, & e contrario, illud ex his Deus principibus ipsis mandauit, vt nihil
ęque, ac liberorum naturā, & ingeniū curent, & siquis eis deterioris immixtū
sit naturę, extrahant, Quod si illis forte ęneus filius nascatur, ne eius curā ne-
gligant, at vero corripiant, corrigantq; quatenus in eā obiurgatione profici pos

sit deinde opificibus, vel agricultoribus tradatur. Rursusq; si ex obscuris istis
contingat, vt aureus aliquis nascatur, aut argenteus, eũ honoribus, ac dignita- D
tibus promoueant, in custodes, & auxiliarios transcribendo. Hęc ergo ille
Rempublicam curans pręcipit. Nam propheta si quando Rempublicam
interituram pręducit, id eo accidit, cum princeps illius custos, vel ferreus
extiterit, vel æneus. Hęc igitur persuasio ciuibus adhuc pueris tradetur,
vt alię quoque tradi solent illi ętati. Deinde locum habitandi custodibus ma-

De habitatiõe custodũ.

ximeopportunum, & principibus Plato debere esse ait in sublimi, atq; vnde
ciuitatem omnem oculis subijciant & quicunq; legi non obedire velit, ab il-
lis puniatur, pręterea ea in parte vrbis vnde si quis aliunde hostis ciuitatẽ in-
uaserit, eum facilius arcere possint, & vlcisci, & prosequi. Ac postquã de ha-
bitatione disseruit, quæsiuit, num par esset custodes proprium aliquid seu ha-

An custodes possidere aliquid ꝓpriũ debeãt.

bitatio sit seu aliud quiduis possidere, quod cęteris non habeant: dicitq; quẽ-
admodũ nihil iniquius est, quam si a pastoribus canes custodes gregis ita edu-
centur, ac doceantur, vt incitante, vel fame, vel formidine, vel consuetudine,
atq; instituto prauo in gregẽ ipsum inruant, ac deuorent, aut quouis afficiãt
incõmodo, vt profecto ex canibus lupi effecti videantur. Similis in custodibus
ratio est, nihil absurdius esse, q̃ eos, ita deprauata natura fieri, vt suis ciuibus
sint incommodo, ac noceant in primis quod ciuibus reliquis, & potentiores,
& validiores sint: quocirca idipsum maxime in illis ipsis Reipublicę pro-
pugnatoribus cauendum est. Possit autem in quiuis facile ex his, quorũ nunc E
maxima in Republica auctoritas est, perspicere. nam vt primũ princeps ty-
rannus decessit, is scilicet, qui eos cohibebat, conuertunt se potentiores illi
ad eos deuorandos, pręcipui sunt, ac velut reliquorũ pastores. Est ergo danda
maiorem in modũ opera, ne ita custodes affecti euadant, vt nõ solũ optimi cu-
stodes, sed ne vllo quidẽ modo custodes habeantur. Et itaq; magis consenta-
neũ, ne quiuis eorũ propriũ aliquid seiunctũ ab alijs possideat, seu suppelle-
ctilẽ, seu aliud quidcunq; volueris. Quę vero ad victũ, & indumenta eorũ at-
tinent, ea certe quidem tot, tantaq; ab alijs ciuibus accipiant, quot, quantisq;
opus erit, vt nec desit quicquam, nec supersit. Auri vero, atq; argenti vsus nul-
lus plane eis conceditur, quin admouendi sunt hoc pacto. Satis vobis abunde
esse debet, o custodes, ꝙ diuinũ in animo donũ continetis loco pecuniarũ, neq;
corruptibili illo auro vobis opus est. quid enim magis absurdũ, quam aurum
id pręstantissimũ, quod vobis in genitura infusum est, auro isto mortaliũ cõ-
taminare? & vulgus siquidem pecuniaria facultate abutitur multa per inho-
nesta, & turpia: aurum vero, quod vobis inest, immaculatum prorsus, ac pu-
rum existit. Sic igitur nec vobis fas est aurum aliud, vel argentum acqui-
rere, aut sub tectũ recipere, nec quicquã huiusmodi perquirere, sed ne aureis
quidem, aut argenteis poculis vti Cur autem negocium sit, custodẽ bona que- F
uis aut pecunias possidere, eo est, ꝙ, si, vel agros, vel domos, vel pecunias
proprias habeat, velut sibiipsi quisq; possideat, cupiatq; in congerenda esse
vnicus inter omnes ciues quatenus possit, sicq;, vt reliquos & odio habeat
& ab illis quoq; odio habeatur, cęteriq; illi inter se eodẽ agitentur odio, neq;
illis custodibus hoc modo vllum magis necessariũ bellum sit, q̃ propter rem
suam, non propter Rempub. tandemq; ipsis atq; ciuibus reliquis, quin etiam
ipsis inter se id inimicitiarũ, odij, insidiarum mutuarũ intercedet, quod in his
nostris Rebuspublicis agentibus accidit, quę sane causa est nõnunquam, vt in
Rempub. ipsam coniurent, illamq; cõficiant, ac perdant: ac, vt paucis dicam,
ciues reliqui illis pro hostibus erunt, ac vicissim nec secus ipsi quam hostes
externi ciuibus erunt formidabiles: neque si quandoq; cũ exteris pugnant, ve-
rum hoc certamen, & naturę suę proprium erit, quippe pro possessoribus, pro
seipsis, non pro ciuibus periclitabuntur, quanquã hi certe ciues ipsos libenter
periculo eximant, si possint. hoc tamen libentius, siquid inde velut mercedis a
ciuibus recepturi sunt, ꝙ hostes a fortunis ciuium repulerint. Super hęc posses-
sio ẽt custodes impedit, retrahitq; ab eo officio, ad quod penitus sunt cõparati,
ꝙ si eorũ agri, aut possessiones cuiusuis generis ab hostibus infestentur, tunc

A certe ciues nõ pro natura officij sui defendent, sed ex accidenti: pugnabuntq; maxime, dũ id bonorũ suorũ cura exiget, pugnã vero detrectabunt, si nulla ta lis impendeat necessitas. Neq; quidẽ certe fieri põt, quin hoc eis accidat, si lo cupletes, &. opulenti fuerint. Quamobrẽ si quales optimi esse possunt custodes tales eos fingamus, eos oportet nihil posidere, & si in possessione, & opibus aliqua virtus, seu felicitas cõprehẽderetur, custodes tñ vt custodes sunt, diuites esse nõ debeant, cũ nõ simpliciter quęratur, vt probi, seu felices: sed ea tm ra tione, qua sunt custodes probi, seu fœlices. Verũ enimuero, siquis ita obijciet, o viri cũ seiungitis opes a custodibus, non animaduertitis rẽ optimã vos illis adimere: nempe illos hoc modo (vt Plato inquit) seruos, & inopes facitis, & omni possessione exuitis. Responderi põt, perinde nos facere, ac siquis (exẽpli gratia) dicat pictori humanã figurã pingenti, ne membrũ corporis pręstantissimũ pręstãtissimo colore exornaret, nẽpe ita alioqui oculos, si pingẽdi essent exornari debere colore purpureo, non nigro: at vero ipse psuasum habeat, oculi figurã nõ simpliciter speciosam esse debere, aut quolibet pręstanti colo re pictã, verũ eo colore. quo oculi actio significatur, aut expeditissima reddit. Quę quidẽ ratio in custodibus eadẽ est, vt nõ in eis desyderemus simpliciter, atq; absolute felicitatẽ, sed quatenus custodes sunt, Id inquã ita intelligimus, si modo sumptus faciẽdi modus, ac moderatio ꝓ virtute habeat. Tandem po steaquã custodibus nihil esse posidendũ probauit ad artifices, & reliquos ope

B rarios orationẽ trastulit, quęrens nũ in hac Rep. huiusmodi hominibus ita per mittenda sit possessio, vt ex sua arte, vel opera quęstũ faciant, & sic acqui rant sibi rẽ, atq; augeant. Atq; in eam ille sententiã conuenit, vnã esse scili cet, quod ad congerendas opes attinet custodũ, & reliquorũ rationẽ, neq; quic quã huic Reip. deterius accidere posse, q̃ si vel inoptã, vel opulentiã sibi re cipiant. Et quidẽ, si opificibus artẽ suã quęstuariã esse permittamus, ad eum finẽ dirigent, ad quęstũ scilicet, & ad ea, quęcunq; congerendis opibus condu cunt: ita vt non nisi casu quodã ciuibus suis vtiles sint, siq; eorũ ars nõ ad id quamobrẽ instituta est tractata, & agitata, quin eius (quẽ diximus) quęstus gra tia, quo necesse sit peruersum iri, verũ. legitimũ finẽ artis, ipsum ciuiũ emolu mentũ. Illi insuper diuites facti, cõsequens est, artẽ suã vt negligant, ac cotẽ nãt, & exinde otio, ac desidia corrũpãtur, vt cũ necessitas artis suę vsũ repetat carius sua oĩa vendant, deteriorāq; multo faciant. Propterea in hac Rep. Pla to voluit nõ licere cuiquã aliquid seorsũ ab alijs posidere, veluti ex arbitrio suo: prętereaq; neq; auri, neq; argenti vsũ vllũ esse necessariũ. auiũ. siquidẽ, & argumentũ, quemadmodum in Ethicis Aristotelis ad Nicomachum proba tũ est, necessaria quidẽ tm in his nostris Rebuspublicis propter rerũ inter se permutandarũ difficultatem, atque molestiã, veluti quasi mediũ quiddam in

C tercedant, rebus a se inuicem differentibus, quo equitas ea in permutatione conseruetur, in re plane, quę egre admodũ ęquitatem admittit. Difficultas aũt hęc permutandi atq; inęqualitas est huiusmodi, veluti si agricola aratorio ali quo instrumẽto indigeat, nihil certe habeat, quod fabro ferrario permutet, nisi quod ad victũ pertineat, quid autẽ si faber ferrarius annona affluens indumen to eguerit, aut aliquo alio genere, quo pacto inter istos permutatio cõtraheture nõne cogentur rẽ excogitario, quę vi sua quasi res oẽs cõprehendat? quam cũ colonus ille fabro dederit, & acceperit inuicẽ aratorium instrumentũ, con sultum etiam sit fabro ad eam rem, qua indigeat. Itidẽque hoc ipsum in reli quis ciuibus eandẽ rationẽ habet. Congerent igitur agricolę id frumenti, atq; annonę reliquę, quatenus ad se spectat, quod & sibi, & ciuibus necessariũ est. Adhuc fabri ex sua arte, quę ciuibus conducunt, curabunt: sic textores, sic architecti, structoresq;. Et est in ciuitate genus quoddam nummariũ, ad quod velut ad regulam frumentum, instrumentaq;, & reliqua inter se & cõpa rantur, & compensantur. Atq; ita facile ciuibus omnibus communicantur, pro cuiusq; necessitate, & commodo. De his autem artibus id intellectũ esse oportet, quę ipse necessarię sint, non quidam ad voluptatem, & delectationem affluentę sunt: cuius generis ars est vnguentir, pictoria, sculptoria, & annula-

Quę sequuntur, tractãt in tertio.

De Numi vsu.

rum conficiendorũ, alięq; id genus, quales in Rebuspublicis nostris plurimę
vsurpantur. In illa autẽ Platonica certũ est nulla pecunia, ac nummo opus es- D
se. Nec numerus quidem artificiũ itasemere in ipsa esse debet, vt nũc diminuat
sorte. nunc crescat, eo modo, vt quandoq; artes ipsę aboleri possint, ac defice
re, vt in tonsoribus, & alijs, qui in Rebuspublicis nostris artes suas exercẽt,
manifestum est. verum singularum artium necessarium, atq; vtilium omni-
bus ciuibus, tot assumantur artifices, quot possint publice sufficere: vt in agri
cultura, & textoria arte est faciendũ. Quę vero nõ omnibus, sed generi cuidã
ciuium vtilis fuerit, eius proportione, ac ratione eorum, quibus prodest, arti-
fices numerabuntur. huius autem generis est ars conficiendorũ frenorũ. Hinc
quoq; rationabile est, huius Reipublicę ciuem nullum pro arbitrio, ac volun-
tate liberis procreandis operam dare, neq; cum qua voluerit congredi, sed ad
hibito modo, ac ratione, pro generis cuiusq; conseruatione, cuius in Repub.
certum, & definitum numerum esse volumus, vt postea dicetur planius,
in sermone de custodũ concubitu agetur. Postquam igitur ab hac Repub. auri,
atq; argenti vsum exclusit, subdubitare visus est, qui hęc ciuitas aduersus opu
lentam, atq; amplã bellũ sustentare possit. ac periculũ videtur, ne amplę illi
ciuitati impar futura sit. Tandem respondit, re diligenter consyderata, cõtra
riũ potius videri. siquidẽ diuitię, opesq; possessores suos tũ contumaces, tũ bel
licę rei imperitos, & expertes maxime efficiant. quamobrẽ si quo pacto dixi
mus, custodes educati, instituti q; fuerint, & militaris, bellicęq; facultatis mo E
rẽ, ac experiẽtiã induerint, ad quę etiã naturalis aptitudo accedat, haud secus
se aduersus diuites illos, & opulentos gerant, q̃ lupus aduersus bene pingues,
& obesas oues: adeo certe, vt non sit alienum credere, cũ duplo, triploq; plu-
ribus illos cõgredi posse. Hoc sane possit quis ex latronibus desertæ Arabię,
& alijs huiusmodi fortibus uiris egenis, qui nihilosecius opulentã quamuis, & di-
uitem gentem facile subiugant, ditadicare. Id quoq; rex Arabũ aduersus Per-
sarum regem expertus est. Pręterea quoq; huic Reipublicę bellũ, si quando
contingat id, necesse est, contra ciuitatẽ vnã, aut contra duas accidere. Sed sin
ge duas, eo certe facilius, quandoquidẽ missa in alterutram illarũ ciuitatũ le-
gatione, aut exhortabitur, aut deprecabitur, hoc modo. Nobis quidẽ o viri, ne-
que auri, neq; argenti vsus vllus est, sed neq; id leges nostrę sinunt quod ipsũ
vobis sane fas est, vobis igitur, rationibusq; vestris cõferat, nobiscũ aduersus
allos belli societatẽ inire. donec facultates illorũ, & pecunias diripuerimus,
nonne certissimum est, qualiscunq; si illa ciuitas, ab illa eos in amicitiã, & fœ
dera recipi. Bnimuero si quispiam obijciat, timendum esse, ne contracta ami-
citia, & percusso fœdere, parta etiam victoria, actis prędis, comulataq; pecu-
nia, altera illa ciuitas opulentior inde, ac ditior huic ciuitati nostræ pauperi
bellum inferat. ac forsan etiam superet: Huic respondet Plato. secus rem esse F
atq; opinatur ille, cum nulla, ne cogitari quidem ciuitas possit vere vna, pre-
ter hanc, quam condere conamur. Alię quidem certe ciuitatis quotquot sunt,
etiã singulę, multę quidem in se sunt, & varię, quamuis vnius circunscriptione
loci capiantur, illis enim Reipublicę administratio curę rei familiaris inseruit,
non rei familiaris cura administrationi Reipub. quare in illis hoc vnius ciuita
tis nomen profecto est suppositum: in vera autem, ac legitima Republica, ac
partibus eius ea est ratio, quam in vniuerso corpore, & membris cernere est.
partes etenim corporis, vt sunt manus, pedes, ac reliquę, antequam corpus
vniuersum constaret,, factę eius particulę gratia sunt, quę toto in corpore prin
ceps est: nostris autem Rebuspublicis non is est partium consensus in vniuer-
sum. nam veluti vi quadam inter eas concursus fieri solet, eo scilicet vt singu
li rem suam domesticam curent custodiantq;. id quod minime eum fallere po-
test, qui aliquantisper in hac scientia versatus sit. Et tandem Plato huiusmodi
ciuitates bifariam diuisas asserit. in pauperes siquidẽ, & opulentas, atq; vtro-
que ex membro multiplices, ac varias prodire: & tum etiam, cum pauperibus
ciuibus eius ciuitatis concessa fuerint bona diuitum ciuitatis eiusdem, non mi-
nus perniciosum, & exitiale bellum exoriturum in ea imperita ciuitate, quam

A Si re vera duę essent ciuitates inter sese pugnantes, proinde hęc, quam institui
mus, ciuitas ampla quidem spacio erit, valorisq;, ac roboris (vt inquit Plato) Qualis debeat esse ciuitas.
eximij, quanquã propugnatoribus duntaxat mille defendatur, de illis etenim
hoc dicitur, ex eis viginti omni negotio liberos, hostes ducentos vincere. Ad
hæc, hęc ciuitas, neq; magnitudine quauis, neq; spacio esse debet, ex qua nu
merus hic bellatorum exeat: neq; tam exigua, paruaq;, vt finitimis populis
sit facilis expugnatu: neq; etiam vasta, vt in ea, & arati, & seri facile possit.
At principes huius ciuitatis, puta de magnitudine, & exiguitate ipsius consti-
tuere debere, necnon de custudum, & cuiusuis artificium generis numero. Res
enim in hac Republica, non aliter atq; in natura se habet, velut enim huma-
nę actiones, humanaq; corpora nõ mensura quauis perficiuntur, neq; exigua,
vt in fabulis fertur Pygmęo occubitalis, aut vnius palmi staturę esse, neq; ma
gna, atq; ènormi, vt Gigantes olim fuisse fertur altitudinis sexaginta palmo-
rum, hisq; similia monstra: verum quadam certa magnitudine, qualis complu
ribus in hominibus reperitur. Nec hoc tantum in natura perspicitur, verũ in
artificialibus etiam rebus: sicut non ex quauis vocularum mensura in Musica
id harmonię resultat, quod Musicę sit cõueniens. Quęrat ergo fortasse aliquis,
quę ciuitatis huius, quantaq; magnitudo, quis custodum numerus esse debeat?
cui equidem, eã rationem variari pro temporis, loci, viciuorũq; populorũ va
B rietate, atq; natura respondebimus, quòcirca, vt de ea re constituat, propriũ ip
sius ciuilis coniecturę est: constituat, propriũ ipsius ciuilis coniecturę est, quę
facultas experientia constat, & vniuersa illa, atq; generalia dispicit. quousq;
singulis in rebus, veluti materijs subiectis versentur. At Plato quidem, dũ &
temporis sui, & gentium finitimarum rationem habet, huius Reipublicę custo
des, propugnatoresq; mille satis futuros arbitratur. In quem rationibus Ga- Galenus cõtra Platonẽ.
lenus inuectus est, dicens, illã opinionẽ Platonis, si ad ętatem nostrã transfe-
retur, absurdam fore. Qua in re Galenns quidẽ, regni illius pręstantiã, quod
sua ętate maximũ fuit, spectabat: at Plato videatur quidem non ita sensisse, vt
rẽ aliter esse non posse putaret, sicuti neq; alijs in rebus, quas in vniuersum tra
ctat, sed id tantum dixit, quantũ & ętatis suę ratio, & generis. videlicet Gręce
cæ conditio postulabat? quis enim aliter intelligere possit, cum hanc Rempu-
blicã aduersus omnes mortales pugnaturam esse certũ sit? Quod igitur Plato
hoc non aduerterat minime conuenire? Forsan, & quis dicat, Platonrm, vnius-
cuiusq; ciuitatis bene institutę multitudinẽ non debere esse numerosiorem, quę
vno loco, vnaq; vrbe contineatur: ad huius tamen exemplũ multę alię ciuita
tes debitum, certumq; modũ, numerũq; ciuium habebunt. Quęres, si ita ha-
bet nihilominus tamen ex locorum varietate ratio quoq; varia erit. Ac veris
simum quidem est, diffinitum esse debere felicis cuiusq; ciuitatis, & multitudi-
nem, & magnitudinem. quis autem vnicuiq; numerus pręfiniendus sit, non nisi
C explorata, & regionis, & incolarũ natura dijudicari potest. cuius rei significa
tionẽ quandam dictũ illud a professoribus nostrę legis habet, Misit, aiunt, ad
rubrũ, atq; ad nigrũ, quod quidẽ, etsi Plato non censet, hęc tamen est Arist. sen
tentia, cuius de veritate minime dubitatur. Inquit igitur Plato, egregiam admi
nistrationem in hanc formulam compositã, cuiusmodi ciuitatem hanc esse dixi
mus, definitę & magnitudinis, & multitudinis esse, quod non paulo quidem sa
tilius est, quam id, quod paulo superius diximus, oportere sicuti nascatur ex
custodibus ęneus, eũ ad inferiorẽ ordinem traduci: contra, si alijs contingat au
reum filium, aut argenteum gignere, inter custodes eum coaptari. Quę omnia
ita pręcipiuntur, vt omnes in hac Repub. nati in vnã rem natura magistra cõ
sentiant. siquidẽ vno in opere oẽs, ac singuli inter se conueniunt: id autẽ opus
intelligo, ad quod natura quisq; comparatus est, vtq; summatim comprehendã,
pręcepta hęc omnia, & admonitiones, quę ad harũ legũ obseruationẽ faciunt,
neq; non aliarum etiam, quę postea cõmemorabuntur, vt quę de virorum, ac
fœminarum copulatione, de procreandis liberis agunt, hęc inquã pręcepta dif
ficilia non sunt, nec quę viris huiusmodi, aut molesta, aut grauia sint, quin po-
tius leuia his, qui in hac, quam educandi, atq; instituendi rationem pręscripsi

mus, Musica videlicet, atq; Gymnastica adolcuerint. Et quod ad Musicũ qui-
dem attinet, cauendũ in primis est, ne quid præter constitutũ prioribus legi- D
bus modum innouet. nãq; id, si contingat, ciuitas ipsa facile ægrotauerit, vtq;
erit cum omnibus. Nec minus propterea interim affectus, animi tranquillita-
te, & quiete retinebitur. quousq; insinuante se magis q; permiste, ad vltimum
res ad legũ corruptelã, & morũ redierit. Est præterea manifestũ, quotquot his
in legibus institutionibusq; vniuersalibus enutriti fuerint, suopte ingenio ad
quãplurimas priuatas leges optimas deuenire posse. quo in genere est, reuereri
parentes, & corã maioribus natu, senioribusq; tacere, atq; reliquæ etiã leges,
quæ in actione versantur. Quãobrem priuata hæc officia nihil attinebit, tan-
quam leges atq; statuta describere nã vniuersarũ rerum leges illæ, si recte atq;
ordine ferãtur, ciues quidẽ ad has particulares sua spõte mouebunt, ac facile
cũ vnicuiq;, ita constet pueritis educationis, & naturę, initijq; ratio, vt tota
deinde vita sequatur, & appetat quod simile sit, atq. conforme illis, seu bona
fuerint, seu mala. Ac equidẽ, qui partialibus legibus mores formare istituerit,
omissis generalibus illis, quod ipsum quidem non pauci legum conditores fe-
cerunt, is sane Medico similis sit, qui ægrotos curat, quorũ dissoluta in cibo,
& potu, & venere libido obstet, nec vlla peosit cura, quia nõ cohibita intem-
perantia eorũ, quicquid adhibetur medicinæ augebit, multiplicabitq; ęgritu-
dinẽ, potiusquã sedabit. Proinde, & quisquis partiales has leges, & velut sin- E
gulares imponere conabitur, nunquã a corrigẽdis his, emendandisq; quiescet,
in quo vno omnes nihilominus, & acquiescunt & confidunt, quin ipse quoq;
ea ratione putat se finẽ attigisse, a quo profecto permultũ abest. hoc quidẽ nõ
in paucis legũ conditoribus, quorũ ad nos historia tradita est, probatum fuit.
Quisquis itaq; huiusmodi Respub. corrigere (vt inquit Plato) enitetur, pinde
erit, ac si vnũ ex hydræ capitibus amputet, inutile quidẽ id, atq; absurdum fa-
ciens, quãdoquidẽ per reliqua capita venenũ nihilosecius emittatur. Est ergo
necesse legibus his, quæ de vniuerso genere præcipiunt, inniti in primis, qua-
les a nobis nõnullæ dictæ sunt, dicẽturq; in posterũ. Inquit insuper Plato, le-
gem, quæ de tẽplorũ ędificatione, de cõstruendis oratorijs, deniq; de pcibus,

De ijs, quæ ad sacra pertinent.

de sacrificijs, de donarijs agit, docetq;, quæ omnia & humanũ animũ subigũt,
& Deum, atq; Angelos laudibus extollunt, colũtq; eã scilicet legẽ Prophetę,
qui diuinũ mãdatum referat arbitrio permittendã: quasi rem huiusmodi diui-
nam esse velit, & quicquid eius in ciuitatibus reperitur, acceptandũ qualiter-
cunq; traditũ est, quoniã hoc, velut legitimis omnibus constitutionibus legi-
busq; ipsis cõmune est. At quandoquidẽ in huius libri primordio de iustitia
quidnã esset Plato attẽtauit requirere, confutauitq; quicquid de iustitia cele-
briores sua ætate opiniones asseuerant: ac erat ipse pollicitus primum naturã
iustitiæ in Repub. ostẽdere, ob id ipsum postmodum iustitiæ ipsius in aliqua F
vna anima naturã explicabit, vt fuerit in Republi. id clarius expositũ. quem-
admodum, si quis scriptum aliquid exiguissimus literis, & procul a nobis in-
teruallo separatis, vt legamus præcipiat, nosq; idẽ illud alibi maiusculis, grã-
diusculisq; literis scriptum videamus, paruosq; id a nobis spatio seiungatur:
nobis certe congruentius videbitur, ac cõmodius grandiusculis his characte-
ribus primum vti: quibus facile perceptis, deinde minutulos illos nullo lege-
mus negotio. ita res se habet, quod ad iustitiam Reipublicæ, & alicuius vnius
animæ attinet. Qua ratione ẽt, vt dictum a nobis prius est, antequã iustitiæ na-
turam oratione prosequatur, cœpit illã ipsam in moribus ac vita iustæ ciuita-
tis describere qualis esset. Ac deinde, vt primũ in ea disputatione, quæ de vi-
ta, & instituto Reipu. instituta est, natura iustitiæ manifesta erit, iustitiã ipsam
per se qualis sit ostendere aggredietur: eadẽq; opera ciuitatem illam sapientẽ

De quatuor virtutibus.

esse, fortemq;, ac temperatam ostendet. De quibus virtutibus quatuor, quæ in
hac Repub. inueniuntur, hic inuestigat, quænã sit vniuscuiusq; natura: in qua
Repub. parte singulæ eniteãt. Incœpitq; a SAPIENTIA disputationem,

De Sapientia.

ac dixit neminem latere Rempub. hanc sapientia, & scientia instructissimã,
nam, & quacũq; de re deliberet cõsilio valet, & prudentia in instituẽdis legi-

A hus atq; sanctionibus, quarũ nunc mentionem facimus. At optima guberna tio, optimusq; modus, etsi quędã scia omnino, sit non possumus tamen dicere eiusmodi optimã gubernationẽ, atq; modum in hac Rep. reperiri, propter ope rarias artes, exempli gratia, propter agriculturam, vel artem tectonicã est er go illa quidem sapiens, ac ipsa, de qua nunc tractatur, scientia, Neq; quis, nisi immerito. abnuat hanc scientiam ex cognitione finis humani perfici, cũ hæc administratio ad eã maxime accedat. Nec quenquã fugere potest, humanõ nos finem scientijs contẽplatiuis considerare, cognoscereq;. Quocirca hęc Resp. duplici scientiarũ genere sapiens appellabitur, & eo qd ad agendũ, & eo quod ad cognoscendũ institutũ est. Quę tamen certe sapientia in minima huius ciui tatis parte consistet, in ipsis quidẽ philosophis: cuius naturę, vt pręstantissimę, sunt semper admodũ pauci, si reliquarũ artiũ, aut fabrilium, aut quęstuariũ pro fessoribus cõparentur: & sapientia quidẽ illa ipso in principe Reipu. inesse de bet, eadẽq; ciuitati dominari. Principes ergo huius Reip. sapientes esse opor tet. Atq; ita non perperam explicatum esse putamus, quo in generę hęc Respu blica dicatur sapiens, & qua in parte ipsius sapientia constet.

FORTITVDO aũt, quę ad hanc Remp. spectat, est nihil aliud, quã obser uatio fortis cuiusdũ opinionis, atq; electionis, & quasi adhibita diligentia, vt omnibus in hominibus natura ad eã affectus, rara sit, & permanens, contraq; B terrentia, ac omnia alicientia. Intelligo aũt per terribilia illa, timorẽ ipsũ, atq; dolorẽ, pillecebra., concupiscentias oẽs, & voluptates. Est aũt pspicuũ, si ita populus (vt descripsimus supra) doceatur, atq; instituat, Musica .s. & Gymna stica, fore, vt, nec timoribus nec cupiditatibus ab eorũ animo fortitudinis opi nio, sententiaq; dimoueatur: cõtra vero, si educati fuerint aliter, tunc illis faci le aĩo excidet fortitudinis propositũ. Quod ipsum, si vis, exemplo tibi perfaci li planum (inquit Plato) faciam. Fullones quidem nostri quandocunq; purpu reo colore pannum adamussim inficturi sunt, vt color ipse deleri nequeat, eos ante omnia ex tot diuersis coloribus album deligere: quem deinde non modi ca opera ad recipiendum colorem pręparant, vt quam optime purpureum re cipiat: atque ita demum comparatum colore tingunt purpureo: ac demũ, quod ita infectum est, neque abstersione, neque ablutione quauis colorem perdere potest. ꝙ si forte pannus non fuerit ita pręparatus, facile color ipse a detergen tibus, aut diluí, aut deleri poterit. Quę ratio, & in custodibus eadem est, si non ea, qua diximus institutione atque disciplina educati, & quasi pręparati fuerint. neque natura eorum ad idipsum delecta, tunc enim magnopere vtendũ esset, ne fortis, ac cõstans opinio, quasi color ab eorum animo facile fugiant, atque deleatur. Neque quidem est quod sit ad detergendas, extirpandasq; vir tutes potentius voluntate ipsa aut cupiditate, aut dolore, aut metu. At vero vir C tus hęc fortitudinis. qua in ciuitatis parte, quo in negotio emineat. neminẽ la tere puto: eam siquidem maxime eorum propriam esse. quorum natura, vt ma ximopere idonea ad custodiam delecta est, quo sane ad hanc partem adimplẽ dam delegimus. est enim (vt puto) clarum, nullam ciuitatem, aut fortem, aut timidam dici, ita vt, vel in omnibus eius partibus, aut in quauis earum existat fortitudo, vel timiditas: quarum neutra, neque in diuitum genere, neque in ge nere fabrorum inueniatur, verum custodibus ipsis illę ipsę sunt peculiares. Est itaq; a nobis expositum, & quid sit hęc virtus, & quam Reipublici. partem spe ctet superfunt igitur duę in ciuitate virtutes examinandę, Temperantia, & Iustitia: tumq; quidnam ipsę sint, & cui ciuitatis parti attributę dicendum.

De fortitudine.

TEMPERANTIAM certe nõ male in cibo, ꝙ potu & venere mediocri tatẽ quandã dixerimus: eãq; appellamus tẽperantẽ, qui per se moderationẽ hãc continuare possit. Simile id quoq;, quod de Temperantia dicitur, eã quidẽ esse abstinentiam quandã animę, & cohibitionem a voluptatibus & cupiditatibus. Dicimus insuper, temperatum hominem se ipso potentiorem esse, & suipsius victorem. Qui sermo in hunc sensum accipiendus est, vt cum pręcipuarũ in homine partium altera pręstantior sit, & nobilior, intellectus quidem ipse, alte ra vilior, ipsa scilicet cõcupiscendi pars, si pręstantior illa pręualeat, imperetq;.

De Temperantia.

vitiori ac vitior illi subiecta sit, dicimus tunc ipsum sibiipsi dominari. Si diuer D
so, si abiectiori parti melior illa subijciatur, idq;, aut propter vitiosam educa-
tionem, aut propter aliud quiduis incommodum ipsum, tunc sibiipsi imparẽ esse
atq; seruire affirmemus. quę ratio vtrobiq; perpetua est. Hoc igitur modo du
bitari non potest, ciuitatem nostram, & sibi, & alijs imperare: eamq; virtu-
tẽ non in vno tantũ genere esse, velut in principibus, sed in vniuerso etiam po-
pulo, At nec in opere humano perfectũ quicquam vnum, atq; adeo humanum
dici potest, quacunq; ex virtute acquiratur, nisi quod, temperatum sit, secus in
sapientia, & fortitudine res habet: quibus virtutibus necesse est partes aliquas
Reipublicę carere, cum hęc temperantia per vniuersas currat, ac diffunditur s
statimq; , ac primo quoque tempore trahenda est omnibus in ipsa eductione
contrariumq; vitium arcendum. Atque in hunc modum quid ipsa esset Tem-
perantia, quatenus Reipublicę inesset, dictum est a nobis: restat vt de quar-
ta virtute, cuius gratia ab initio insecta quęstio est, sermonem instituamus.

De Iustitia.

IVSTITIA itaq; est in hac Repub. & Prudentia. eadem iustitię ipsius
actus est, nihil aliud, quam quod superius diximus, cum de regimine huius Reip.
agebatur siquidem illuc dicebamus, singulos quosq; in hac ciuitate opus vnicũ
pręstare debere, ad quod enim ipsum natura pręparauisset, eamq; iustitiã esse,
quę optimum statum ciuitati, ac perpetuum quidem exhiberet, quandiu in ea
dem exerceretur, ac tres illas superiores, quarũ paulo ante disputationẽ termi
nauimus, ciuitati eidem pręberet, quod totum non nisi vno, & imperantiũ, & E
subditorum, plebisue consensu ad obseruationem, reuerentiamq; legum fieri
potest: tanquam hęc sane quidem facultas promiscue in pueris, in mulieribus,
in seruis, in liberis, magistratibusq;, & priuatis, ac demum in omnibus Reipu
bli. partibus insit, quod ita intelligitur, si vnusquisq; destinatum sibi a natura
opus amplectatur, nec alienum vnquam concupiscat. Erit igitur hęc Respu.
ita demũ iusta, si conuentu, atq; multitudine custodũ constiterit, dum singuli
propriam sibi atq; assignatam actionẽ ciues exerceant. Quo in genere ciuilis
quoque æquitas comprehenditur: sicuti in ciuitatibus iniquitatem ponimus, ip
sam quidem iniustitię causam non aliter esse, quam si singuli ciues plus vna re agẽ
da aggrediantur, ac ex alia in illam se trãsferant, ex alioq; munere in aliud,
ac per multos deinceps ordines, gradusq; vagentur. Quod licet videri possis
ciuitati minime nocere, pręsertim, quod ad eas artes attinet, quę opificum sunt,
atq; artificium, manifestum tamen est, in his quoq; artibus eam permutationẽ
Reipublicę incommodare: quemadmodum si quęstuarius natura, vel diuitijs,
vel robore elatus, aut cuiusuis generis alio impulsus in militarem ordinẽ tran-
sire conetur, siue (quod indignius quidem est) miles in consulatem, & custo-
dum ipsorum dignitatem ascendere contendat. vtrunq; enim ciuitatem magna
afficit iactura. id quod etiam tu ex ciuitatibus nostris facile comprobes. Qui- F
bus omnibus expositis, Iustitia quid sit perspicuum est, ipsamq; in vniuersas
huius ciuitatis partes esse diffusam, Cuius naturam, vt in ciuitatibus esse intel
ligitur, postquam est Plato executus, ad eam se rationem conuertit peruesti-
gandam, an ipsa in vnica quapiam anima inueniri possit, quę sit ciuili iustitię
similis, an secus. si sit, bene quidem. si non sit, se ad tractatum ciuilis iustitię
referet. Et quidem quęcunq; secundum magis ac minus tantummodo differunt
vnius esse generis necesse est, nec hactenus in vno quicquam est, quod sit al-
teri contrarium: qui ratione in vnica anima iustitiam, & ęquitatem nihil dif-
ferre clarum est ab ea, quę in ciuitate ponitur. Inquit ad hęc, huiusmodi ciui-
lem esse Iustitiam, si ex tribus naturis illis singulę videlicet, & qua discimus,
& qua irascimur, & qua concupiscimus in officio suo sint, idq; ipsum, & mo-
do, & tempore debito agant: ex qua etiam ratione hanc Rempublicam poni-
mus, sapientem, fortem, temperatam esse. Quod si hę tres naturę in vna qua-
dam anima reperiantur, ac perficiantur, non aliter in ciuitate iustitia erit, &
prudentia, quam partibus illis ita affectis, vt ratio ipsa imperet, reliquę duę
iracundia, & cupiditas obtẽperent, cũ neminem lateant, non potuisse has partes
in ciuitate singi, nisi in anima inuenirentur, nam qualiter iustitia in ciuitate esse

A Intelligitur, nisi quatenus in ciuibus est? Ac in Naturali quidem philosophia
ostensum est, duas inesse nobis contrarias inter se vires, rationem, & concupi-
scentiam, in duo videlicet cupiditatem, et iracundiam hoc secundum manifestũ
est cũ ipsi sępe experiamur cupiditati iracundiã repugnare. atq; imperare, ve
luti instrumentũ quoddam sit, quo cupiditatẽ retundimus: ideoq; accidit nõ in-
frequenter, vt si quando cupiditate pręter rationẽ agitamur, atq; distrahimur,
irascimur quidem. Cum igitur res ita se habeat, ac tres illę in anima facultatẽ
existant, quemadmodũ in ciuitate non sunt, nisi ea ratione. qua ipsę in anima
inueniuntur: erit quidem iustitia, & ęquitas vnius cuiuspiam animę ita demũ,
si singule illę partes suo, ac proprio munere perfungantur, quemadmodũ in ci-
uitate diximus. Ac si itaq; omnes animę partes conspirabunt, vt ratio, tanquã
sapientes dominetur: irascendi vis obsequatur illi atq; subijciatur, ac proprio
incitata feruore aduersus contrarium quidlibet pugnet. Quę sane concordia,
& velut consensus vna in anima per Musicam, & Gymnasticam conficitur.
quandoquidem Gymnastica ipsa irascendi partem corroborat, & fortitudine
instruit. Musica eam ipsam, & disciplinę capacem, & rationi obsequentem fa
cit. ac illę duę quidem partes, si sic componentur, atq; conuenient, tertię, quę
superest, parti instituẽdę conferent, atq; coaptabuntur. Quamobrẽ eadem ratio
ne, eademq; parte, vnum quemlibet hominẽ sapientem vocamus, qua ciuitatẽ
B similiter, & temperatam, & fortem: idq;, cũ eum, qui rationis pręcepta prima
queq; obseruat, ac retinet, fortem appellemus. Id vero, quod semper dixi, in-
telligo in ipso formidinis tempore, ipsoq; dolore imminente, vel voluptate, &
ita ciuitatis fortitudinem diffiniuimus. Itidem, & homo etiam ipse sapiens est,
in quo penes rationis partem rerũ omniũ est arbitrium, cęteris partibus illi mo
rem gerentibus, vt in ciuitate esse solet, neq; non hic temperatus vir est, qui est
temperati ciuitati similis, ob idq; quisquis naturam huius, quę instituitur ciui-
tatis fuerit assecutus, maxime is virtute erit pręditus, sicut hęc quoq; ciuitas
studiosissima est, & optima, Quibus omnibus facile est colligi, non alienã esse
in ciuitate ęquitatem, & iustitiã, aliam in anima. Ex quo ipso etiam perspicuũ
est, eandem, & in ciuitate improbam, & in anima iniquitatem, iniustitiãq; esse,
vtrobiq; enim illud ipsum vitium nihil est aliud, q̃ partium ipsarum peruer-
sum dominium, obsequiumq;: quemadmodũ, si in anima pars irę, aut cupidita-
tis dominium, obtineat. Idq: non male sanitati, atq; ęgritudini, corporis com
paretur. etenim, sicut prospera corporis valetudo in humorum ęqualitate con
sistit, ac naturę in illos ipsos dominio, contra ęgritudo est, si illi naturam supe
rent, atque opprimant: ita res queq; in anima habet nam eius demum consistit
sanitas, si parti rationali tota anima conspiret, ęgritudo, si illi reliquę partes im
petent. hoc modo virtus, sanitas quędam est, & pulchritudo: vitium vero,
C deformitas quędam, atq; ægritudo, ac ita sane sanitas est vna, vt virtus, nec
alia de causa proba ciuitas est: vitia autem sic diuersa sunt, & plura, vt mor-
bi ipsi multiplices, & varij. Ob idq;, male institutę ciuitates singulę etiã, plu
res quodam modo sunt, & diuersę: quę tamen quatuor generibus, vt postmo-
dum dicetur, comprehenduntur. Vera autem, ac recta administratio duobus
tantum nominibus appellatur, nam vel vnius gubernatione, regnum dicetur:
aut plurimum optimorum, status optimatum appellabitur. Absoluto itaq; de De his in
virtutum generibus sermone, earum, quę in hac ciuitate existunt, refert se ad Quinto.
ea persequenda, quę de custodibus reliqua erant, quo videlicet modo cũ vxo De mulieri-
ribus congredi debeant, qualiter liberos educare, quo modo etiam generare. Ac bus.
dicamus quidẽ id neminẽ latere posse, vt quandoquidem custodum naturas in
ciuitate perpetuari volumus, nec id aliter quã, vt sibi similes cum plurimum
generent, hoc fieri non possit, si cum quauis muliere cõmisceantur, verũ tantũ
modo, si cum similis naturę mulieribus similisq; educationis coniungantur. nec
id solum custodibus conuenit, sed reliquis etiam, suo cuiq; in genere. Hinc exo
ritur sane quęstio, num mulieres ipsę sint similis naturę ac velut cõgruant na
turę ciusum, virorum, pręsertim custodum, an ipsarum natura a masculorum
genio discrepet? Prius si dabitur, foeminę eadẽ munera, officiaq; explebunt

quę maribus quoq; ipsis assignata sunt, ita vt & Militarem facultatem, Phi- D
losophiamq;, a principatum, reliquaq; similiter assequi possint: sin secus, iū
mulieres ipsę nonnulla ad munera habiles erunt, ad quę viri ipsi erunt pent.
tus inepti, cuiusmodi sunt nutriendorum liberorum partes, pariendiq; l lor.
& alia id genus. Nos vero eiusdem speciei esse, & mulieres, & viros, in huma
no fine adipiscendo affirmamus: nec quicquam interesse, nisi prout, aut magis,
aut minus idipsum agant: videlicet ꝙ compluribus in rebus vir sedulitate, ac
diligentia mulierem superet (quanquam non adeo absurdum sit, aliquando
nonnullis in actionibus mulieres viris deligentiores esse, vt in Musica practi-
ca videre est. ideoq; fertur, musicos modulos tum demum perfectos esse, q a
viris excogitati, a mulieribus absoluti, & consummati sint. Itaq; cum viri, vt
diximus, & mulieres speciei eiusdem sint: atque ea, quę natura specie non diffe
runt, ad eundem actum in ciuitate se conuertant: hinc credo manifestum esse,
eodem munere hac in Republica, & viros, & mulieres vti, etsi suapte natura
illę ad illud quiduis imbecilliores sint: quatenus bene consultum sit, si leuiora
illis opera, ac faciliora assignentur. Nec id inquirentibus difficile est inuesti-
gatu, videmus enim mulieres nonnullis in artibus masculis nihil esse dispares,
preter ꝙ ipsę ad eas minus validę, minusq; perferentes sint: non tamen exclu-
so, quin mulierum aliquot aliqua in arte viris ipsis pręstantiores sint, ac dili-
gentiores, vt in arte textoria, sartoriaq;, & alijs nonnullis. At vero ꝙ milita- E
rem artem, industriamq; participem, videre est cum in alijs pluribus, tum in
his, quę nōnullis in partibus Africę habitant. Qua ratione colligi potest, nihil
alienum videri, si quę mulieres ingenti quadam perspicacitate, ac prudentia
maxima a natura ornatę fuerint, sapientes sint in ciuitate, & principes. Verū,
quoniam id perraro contingit, ideo est, ꝙ leges nonnullę mulieres prohibue-
runt ad sacerdotium, pręsertim pontificiam dignitatem promoueri. Cęterum,
& inductione, & similitudine a brutis animantibus ducta, probabile est, quē-
admodum inter custodes gregis canes fœminas, nihil a masculis, quod ad cu-
stodiam attinet, ac pugnam, inimicitiasq; aduersus lupos differre, nisi quatenus
sunt imbecilliores: sic mulieres quoque custodes in ciuitate esse debere, habi-
ta ratione eius animalis, cui nos custodem ante assimilauimus. Natura vero
(quanquam id raro) nonnunquam tamen aliquibus ad pugnam armis, quibus
fœminæ carerent, mares instruxit, vt de suibus clarum est, ea vero, quibus plu
rimum instructa sunt pugnacia animalia, sunt certæ eadem fera, & maribus, &
fœminabus: quasi idē, quod masculus, fœmina agere, & exercere debeat. Enim
uero in his nostris ciuitatibus nunc perspicere non licet, quanta sit mulierum,
quāq; ampla facultas. eas cum tantūmodo ad liberorum procreationem ha-
beamus, tanquam sint imperio mariti, liberis pariendis, lactandis, enutriendis F
addictæ: quæ seruitus quidem liberam illis aliarum rerum administrationem,
curamq; abstulit. Ea demum causa est, cur his ciuitatibus nullę mulieres sint,
ad aliquam humanarum virtutum paratæ, sed plantis potius similes, graues
quidem, & molestæ viris ipsis. Qua etiam ex re potissimum paupertas, & mi-
seria his ciuitatibus ingruunt: ꝙ mulieres ibi viris duplo plures sint nec ali-
quid ad necessaria quærenda conferant, neq; in illis exercitatę sint, nisi per-
raro admodum aliquibus se operibus adhibent: quæ certe fere, non nisi quā-
do necessitas cogit, suscipiunt, vt inopiæ suæ opem ferant, cuiusmodi nendi,
& texendi artificium est, quæ omnia de se sunt manifesta. Et cum ostensum sit,
fœminas bellicam artem cum maribus communem habere, ac aliquas alias:
conuenit, vt in eis deligendis ad quamcūque rem earum naturas spectemus:
eandemque adhibeamus diligentiam in eis, & quærendis, & erudiendis, tum
Musica, tum Gymnastica, quam in viris ipsis pręstitimus. Et sic mulierū cor-
pora, quæ cum viris in gymnasio bellico exercentur denudanda erunt, cū vir-
tus illis pro optimo vestimento inducenda sit. Ac, vt primum mulieres osten-
dit simul cum viris custodes esse debere, vnaq; habitare, & versari, & epulari,
cum nullus in hac Repub. custodibus ad habitandum, vel epulandum assigna-
tus sit locus, inquit insuper necessitatem quoque virum, & mulierem custodes

A ad mutuam commixtionem impellere. Nec temere tamen quæuis ad arbitriū congreslio permittenda est, neq; cum quocūq; voluerit, idq; ex instituto proposito. nos enim eum actum humanū quidem esse volumus, non qualitercūq; commisceri contingat: sed ita venus instituatur, vt quā optime ad generationem, ac propagationem custodiæ apposita sit, certis quibusdā, determinatisq; temporibus, scilicet more quoq; definito pro vniuscuiusq; ratione. Hic autē mos, etsi a reliquis ciuitatum, ac populorum legibus maximo opere discrepare videtur, idq; ex vi quadam verborum potius, atq; specie, nihilominus cōmunis certe reliquis omnibus institutis, ac consuetudinibus apparet. Et nos quidem breui admodū dissertatione de hac re, quid Plato sentiat, exponemus. Dicendū itaq; est horum custodum cōmiscēdorum tempus obseruari debere, ac considerari, maxime ad continuationem, & perpetuitatē sui generis: similiterq;, & coeundi modus determinandus est. quod ipsum variari ex bellis superuenientibus potest, atq; multa alia interuenire possunt, quare congrediēdi modo, vel adijciant, vel detrahant. Et inter priuatos quidē in hac ciuitate matrimonium ita contrahitur, vt non nisi similes coniungantur: ac boni bonis, vt hac ratione natura eorum optimam liberis sobolescat. Quis enim venatorios canes, aut aues ad venationem quoq; aptas desiderat, qui non idem curā quā maxime præstet, vt horum generosam naturam cum generosa coniungat:
B vt ex eo congressu, quod natum erit parētum generositatem referat? At quāto magis in hac Repub. circa procreandos liberos cura hæc habenda est? Quocirca, qui huiusmodi curam in Repub. gerit, committere non debet, vt qualibet temere ætas ad coitū admittatur, quin florida tantum, & firma: quæ in muliere a vigesimo anno incipiens, ad quadragesimū durat: in viris vero, a trigesimo vsq; ad quinq; & quinquaginta annos producatur, quæ in vtrisq; ætas liberis procreandis attributa est. Est quoq; in his custodibus, ac prole eorum (vt ipse censet) ea nuptiarum habenda ratio, vt mulieres omnibus viris cōmunes sint, nullaq; vni tantum propria, ac sua assignetur, ita vt vno in contubernio cohabitet, vt in his nostris ciuitatibus fieri solet: & rursum, liberos omniū fore cōmunes arbitratur. Quod vero ad vxorum cōmunionē attinet, ita mihi sane intelligendum videtur, vt illæ cū omnibus viris habitent, nullo, quod ad id spectat, discrimine: non tamen, vt libera eis cōmixtio, coitusq; permittatur. Verum, cum principibus necessitas videbitur sufficiendæ sobolis, videbūt vt publice apparentur nuptiæ: tumq; hinc sponsi, inde sponsæ conueniant, sacrificia fiant, ac vota Deo nuncupabuntur, Deū opt. max. orabunt, vt sui ille misereatur. Ad hæc quoq; præcipient, vt poetę hymnos epithalamos, quales in nuptijs celebrari solent, cōficiant: ac deniq; ex huiusmodi vniuersorū ciuium concursu, viri. ac mulieres ad nuptias seligētur. Tū deinde nō sine arte, atque
C ingenio iudices sortē agitabūt inter eos qui vxores ducturi sunt. cuius sortis ea moderatio esse debet, vt quæcūq; cuiusuis vxor obuenerit, id casu nō arte factum videatur. sic itaq; cōmunes omnibus videbūtur vxores. Neq; tamē sors, nisi inter similes, atq; vnius speciei iniri debet, sic, vt optimā mulierū speciē ad optimū virorū genus conferat, deteriorē quoq; deteriori: data opera in primis, vt nullus id ciuiū percipiat, præter senes, & iudices ipsos. Galenus autem cōmeminit librū se hoc genere sortiēdi cōposuisse, qd ipsum appellatur octogenariū. quo ex opere cōmoda duo egrediētur, prius est, vt id, quod putabatur de mulierū cōmunione, ratū existimetur: alterū, vt optime ad procreationem prolis naturæ obseruētur, & præter hunc quidē modū, possunt adhuc alij excogitari. Mox mulieres, inquit, grauidæ a viris selungētur, & cū prægnātibus reliquis habitabunt, donec pepererint. Post partū autē omni opere cauendum est, ne vlla suā prolē videat, sed cōtinuo quod natū erit alio ad nutrices trāsferatur: ad nutrices quidē, si matres sufficiēti nō abundabunt lacte. Hoc aūt propterea institutū est, vt nati omniū cōmunes videātur: idq; adeo, vt singuli quique vniuersi illius generis natos credāt esse suos, vicissimq; nati arbitrentur oēs illos parētes suos eē. qđ totū ad cōciliādū amorē fit. Nec i hac ciuitate vlla erit alia necessitudo, q̄ patrū, et auorū, filiorūq; atq; filiarū, et nepotū, et fratrū, atq;

Quę ętas & in mulierib' & in viris ad coitum apta.

De filiorū, mulierumq; cōmunione.

sororum. Quo in genere huiusmodi ciuitas varios cognationibus gradus cõple
ctetur, in quibus vnum ordinem filij conficiant, aliũ patres, alium aui, alium D
proaui, ita vt quiq; in filiorum ordine patrum ordinẽ suscipiant, & venerentur, colantq; ea reuerentia, quę patribus a filijs debita est, Rursumq; ordo ille
paternus, quotquot filiorũ gradus complectitur amabit, eo scilicet amore, quo
solent filij a parentibus diligi. Propterea fratrum, sororumq; matrimonia, ac cõ
gressus ligitimi sunt, parentum vero, & liberorũ inter se congressus, licet hinc
ascendatur, illinc discendatur, huiusmodi congressus tolerabiles non sunt: ne di
gnitas illa paterna, ac reuerentia insolescente venere contaminetur, & filialis
ille cultus amore voluptario confundatur: ac demum, ne, deposita fuerit libe
rorum erga parentes obseruantia, & reuerentia, ipsa etiam Resp. penitus corrũ
patur. quę causa in omni legũ institutione obseruata est, & licet inter se circa
huiusmodi graduũ determinationem differant, sintq; & ipsę inter se inuicẽ ra
tionis diuersę. Aetatũ etiam non in postremis habendus est ad venerẽ delectus
qui enim ętatem ad generandum pręfinitam egressi fuerint, non indignũ est in
uestigatione, an pręterea cum muliere congredi ad subducendum feminis excre
mentum liceat, cũ nullõ magis inter omnia superflua excretione indigeat. Ac
Plato permittit id quidẽ, sed ex eis siqui nati fuerint nullo loco, nulloq; nume
ro esse censent, nutrimentũq; eis intercedit. Verũ & id non nisi pro ratione sa
nitas concedi, ac mensurari debet. Superiores autem nuptię sine dubio repetun
tur toties, quoties vsus, ac necessitas postulant procreandi: ita habito, & rari E
tatis, & frequentię respectu, vt Reip. huius, atq; ciuitatis non excedatur deter
minata multitudo, prout etiã mulieres ad cõceptum, aut faciles, aut tarde sunt
Huius autem loci intellectus Galenũ habuit peranxiũ, tũ, scilicet huiusmodi,
copulationes deberent iterari. Hinc autem illa fuit anxietas, q Platonis in hoc
loco mentem non assecutus est. Nam nisi renouarentur nuptię, sed singulę sin
gulis coniunctę permanerent, nimium in cõmunione illa cessaretur, cõmunisq;
amor de medio tolleretur, essetq; longe maior pro seipsis consortibus ad bona
acquirenda mutua diligentia ipsorum, & cura, q̃ pro alijs: eaq; ratione fami
liaris potius administratio, quam ciuilis nasceretur, quod manifestũ est apud eũ
qui in hac disciplina versatus fuerit, Eo ergo absurdius esset alicui viri cõcede
re, vt priuatim sibi ad habitandũ domum haberet. nemo enim in hac Reip. pro
prium sibi quicquam obtinere debet, ac omniũ rerum cõmunio perinde in hac
Repub. atq; in membris corporis se habet. Per has quoq; nuptias tantũ tẽpo
ris vnusquisq; liberis operam dabit, quantum, vt plurimũ, ad conceptum suffi
cere diiudicabit: & hoc mihi esse videtur, quod de cõione & filiorũ, & vxorũ
Plato intellexit. Deinde demonstrationibus probat cõitatem huiusmodi neces
sariam esse: dicitq; primum huius Reip. legislatorem in ciuitate constituenda
spectare debere potissimum, quod sit ciuitatis summũ bonum, non secus ac re F
pellere a ciuitate debet, quod maximũ est malum. Ac nullum profectoest per
niciosius ciuitati ea gubernatione, quę pro vna plures efficit ciuitates: nihil e-
contrario salutarius, q̃ id, quod Rempublicam conuenit, conglutinatq; atque
vnam facit. Neq; quanquam latere arbitror cõmunicationem & emolumenti,
& damni ciuitatem solere colligare, atq; vnire, vt illis, & viuendũ pariter,
& moriendum sit, si ita fors tulerit: itidemq; valet & lętitię, & doloris cõmu
nitas, contra his in rebes dissidia, & quasi abalienationes ciuitatẽ dissoluunt,
ac perimunt, aijs enim gaudentibus, alij dolebunt: quin etiam quandoq; ex
aliorũ dolore alij voluptatem accipient. Quamobrem non temere fertur com
mercia, atq; communicationes huiusmodi hominũ inter se esse perutiles, Et
summatim vt dicam, ciuitati mihi magis officit, nihil magis perturbat, q̃ ea
verba si inter ciues euulgata fuerint, meum videlicet, & non meũ. Ac illa de-
mum ciuitas hoc pacto constituta, vt nihil vnius sit, quin idem etiam sit om-
nium, id, si tale est, vt vniuersis facile congruat, hęc certe ciuitas vnica, illiga
taq; & vera dici potest. Ciuitatis enim partium ad totam ciuitatem cõmunio,
non alia est, quam membrorum ad corpus totum animalis, quod ad dolorem
spectat, & voluptatem: nam, & quoties vni digito dolor est, totum huic co

A pus condolet, totumq; afficitur ita, vt ægrotum dici posit. Idem etiam in gaudij, ac voluptatibus accidit. Res igitur ita si se habet, vt descripsimus, huiusmodi est ciuitas, cuius ciuis probos, & bonos esse volumus. Et manifestum hinc etiam est, communionem illam vxorum, ac puerorum esse pernecessariam. namq; nullum horum custodum fas erit quempiam omnium, nisi affinē, atq: propinquum appellare: immo quicunq; occurerit, eum ipsum, vt patrē, vel auum, vel matrem, vel auiam, vel fratrem, vel sororem, aut filium, aut filiam apud se existimare debet. & in partes quidem(vt diximus) ea veniunt fruerentia, quam lex in vniuersum lata præscripsit. Hoc etiam maxime ciuitati conducibile est, vt singule partes in letitia, & dolore ita cum vniuersa consentiant, sicut vnius corporis particulę cum corpore. Nec dissimilis est vxorū, & liberorum communicatio bonorum, atq; opum communicationi, eratq; , quod dicebamus, nullum omnino istorum propriam habitationem obtinere, ne que quicquam seorsum, sed vnusquisq; domum suā habent, in qua & alij habitare possint. similiter etiam reliqui faciant. Multo minus equidem, aut liberi proprij, aut vxores proprię permittendæ erunt. sic enim propria, & mala, & fierent, Quin etiam huiusmodi proprietas non raro (vt diximus(alieni mali causa est, seminatq; rixas, atq; seditiones inter ciues: quę mala propter pecunias, propter liberos, propter vxores frequentia oriuntur. B diuerso recte, & ordine administrata ciuitas, inimcitias, ęmulationes, inuidia, paupertatem, &
B reliqua mala. quę has nostras ciuitates opprimere solent, effugiet. In hac vero ciuitate nihil est, ꝙ furta, & rapinę prohibeantur, reliquaq; alia, quę his Rebuspub. nostris prohibeantur. Et illi etiam ciues summa dignitate, summa prosperitate felices quidem sunt, ac beati, his omnibus malis liberi, atq; immunentes, quę nostrorum temporum ciuitatibus ingruunt. Idq; totū per se manifestum est, si quales nunc sunt conuentus, quis exactē contemplatus fuerit. Et postquam ostendit necessarias esse illas communicationes, ac vxores custodū, non minus ꝙ viros ipsos custodię attentas esse oportere, seu domi foris, vide licet bellis gerenda sit, quemadmodum in canibus fœminę cum maribus ipsis custodiæ, & ipsę operam præstant: tum inuestigare incipit, deceant ne ita pueros militię, ac prælijs assuefacere, vt illo spectaculo præliorum, & tyrocinio, ac deinceps experimento imbuantur, vt alijs in artibus fit, quibus non ante operi atq; artificio applicantur tyrones, ꝙ si frequenti inspectatione eruditi, verbi gratia in fabrica, & non paucis alijs, patres, dum arti suę dant operam. præsentes filios adhibent, vt se operantes illi aliquandiu intueantur, priusquā ipsi quicꝗ ea in arte agant. Nec parui refert, an discipuli a teneris annis artis ipsius spectatores fuerint, nec ne, quod ipsum, si in alijs artibus comprobabitur, quanto maior eadem circa custodum liberos diligentia esse debet? eum & cupiamus, & expediat maxime eos peritissimos, doctissimosq; effici. Adde & ꝙ committendo prelio, si liberi adfuerint, patres acrius multo, atq; ardentius
C pugnabunt; quemadmadum reliquis etiam animantibus cernitur. quoties aliquo eorum pręsente probe decertare contigerit. Ita tamen adsint pugnantibus patribus liberi, vt ob eorum inbecillitatem, ac pusillanimitatem, mortis periculum non subeant, si parentibus adhęserint: quin etiam propter id possent parentes ipsos in discrimen ducere, verum hoc in arbitrio sit parentum, ac iudicio, cum ipsi maxime illorum naturam cognoscant, vt si quem illorum meticulosum, atq; timidum norint, eum ad bellum exire non committant: & e contra qui firmiore, & validiore animo est puer, ad idipsum non est allenum, si egrediatur, tum in primis, cum equitandi artem exacte est assecutus. Et quod ad puerorum quidem eo in spectaculo curam, atq; tutelam attinet, omne studium nauandum est, vt videlicet in equis maturioris iam ætatis, atq; obsequentioris naturę equitent, ab ipsis prælium spectent. Præterea autem huic ciuitati ferentur leges, quę, quicunque in acie desertor ordinis fuerit, aut abiecerit arma, aut similem aliquam ignominiam ex timore, vel ignauia ad miserit, in opificum ordinem manuariorum eum transmittant, Quicunque etiam apud hostes captiuus fuerit idem hostium arbitrio relinquatur; idque non ita-

An pueri militię assuefaciendi.

furia, cum se ille in laqueos, & captiuitatem dederit, vt cerui se in retia ve-
cordia, atq; imprudentia coniiciunt. Lex itidem ferenda est alia, ne quis oc- D
cisos in pugna spoliet: iam enim plurimi exercitus hac causa periere. licet ta-
men mortuis etiam arma detrahant tantummodo, siquis modo indiguerit: vtpo
te, quia, vel gladius, vel hasta aut rupta, aut inutilis fuerit. Ad hęc Plato his
custodibus concedit, quandiu in castris agunt, vt singuli oblatum sibi forte cap
tiuũ ciuem recipiant, si velint, eumq; trucident, quo sint reliqui animosiores,
pugnacioresque. Inquit pręterea Plato ex custodibus, qui se egregie gesserint,
eis summos, ac plurimos in ciuitate honores haberi debere: ac pro eorũ di-
gnitate sacris rebus operandum esse, orationibusque, atque carminibus esse ce
lebrandos. Atque ex his quicunque in acie strenue pugnantes occiderit, post
eorum obitum honorificentissime de eis ipsis mentio, memoriaq; habenda est,
ac commemoranda, tanquam ipsi in Angelos terrestres, sanctosq; & pures
transmutati sint atq; tum maxime sint mortalium custodes, & mala illis immi
nentia auertant, atq; vitia. Nec non sepeliendos esse fas est singulari quodam
honore, ac loco maxime ad dignitatem exposito. quorum quidem sepulchra,
velut oraculũ sedes erunt, in hisq; adorabitur. secundum hos reuerentia quoq;
illis exhibebitur, qui fato e vita concesserint, fuerintq; genere vitę, & ciuilis
disciplinę laudabiles. Omnibus autem his explicatis, in eam se confert inuesti
gationem, an huius Reip. ciues fas sit, alium quempiam generis, ac lingue so
cietate sibi coniunctum in seruitutem redigere, & per genus quidem intelligo E
cognationis ordinem, ac seriem, pręterea etiam patriam. Ac illud quęrit, num
ex odio, quod sit vtrinq; in bello conflatum, iustum sit hos ciues illorum do-
mos incendere, atque incidere arbores, quod quidem nemo in genus suum ad-
mittere debet. non est ęquum, vt Gręci ipsi aduersus Gręcos ita bellum insti-
tuant, vt de seruitute, atque libertatē contendatur, neq; hec in bello ędes cõ-
buri decebit, aut excidi arbores, huiusmodi enim Gręcorum inter se dissidi-
um seditio potius, q̃ iustum bellum appellari debet, & seditio quidem, non
nisi inter ciues, & velut familiares, atq; domesticos, amicosq; malum intesti-
nũ exoritur. Quocirca hęc custodibus huius ciuitatis lex imponatur, ne do-
mos Gręcorum deuastent, arbores concidant, vllo sue in seruitutem redigant:
quos error quidem, non rebellis natura in seditionem agit, & morbo potius,
q̃ natura peruertunt. quę Platonis sententia multorum opinioni contraria est,
qui hactenus leges condiderunt. Contra barbaros vero omnia illa depopulatio
nis, & vastationis genera exercere licet: sicq; conclusa est Platonis opinio de
institutione huius ciuitatis, ipsorumq; maxime custodum, tum quo pacto inter
eos, qualisq; rerum cõmunicatio sit. Neq; vero te fugere debet, maximã eo-
rum partem, que de communione, & institutione per Musicam, & Gymna-
sticam artem dicta sunt. omnibus in hac Repu. ordinibus conuenire, licet ta- F
men non vna sit Gymnasticę in omnibus generibus formula. Idem de fabulis
quoque putandum est, quę per Musicam tradi solent. affectus scilicet, commo
uẽtibus, ac inducentibus in primis ad eam actionem, ad quam quisquis natura
maxime paratus est. Quam diligentiam Plato non per singola ciuium ge-
nera executus est: cum tibi facile ex his, quę de custodibus differuit, eandem
rationem ad reliquis etiam ciuium gradus transmittere. Est igitur nunc conse
quens, vt detur generi sapientum propria, & quasi sua dispositio: & hoc qui-
dem Plato ipse, vt instituerat perficit. sicq; dicetur, qua ratione naturę ad sa-
pientiam idoneę dignosci possint, qua diligentia ad eam deinceps effingi, &
formari debeant, tũq; deniq; quomodo iam perfecti illi in sapientia viri, atq;
consummati ciuitati imperare debeant. Hic tamen huius conpendij primo tra-
ctatui modum imponemus.

AVERROIS

PARAPHRASIS IN LIBROS DE REPVBLICA PLATONIS

TRACTATVS SECVNDVS.



QVoniam Quidē, & quę a nobis instituitur Respub. si contingat, tum demum esse intelligitur, cum regem habuerit Philosophum, illoque tantummodo pręside seruatur, atq; permanet: vbi Platoni erat propositum de eorum natura disserere, ideo hic non alieno loco de Philosopho tractare exorditur: eumq; sane ipsum esse dicit, qui ipsum quod est (ens vocant) scire cupit, eiusdemq; naturam a materia longissime separatam contemplatur. cuius quidē totius fundamentum in ipsis Platonis verbis consistit. Est autem scitu non indignum, ꝙ philosophi nomen ip- **De viro Philosopho.**

B se in prima, atque pręcipua eius notione, accipitur pro eo, qui scientias contemplatiuas e ſt assequutus, illis quatuor conditionibus, quę in libro Posteriorum analyticorum Aristotelis enumeratę sunt. Earum autem vana est, vt possit is eas edere, atq; docere. At docere quidem non vno modo contingit, veruntamen duobus: quorum alter pręstantium, atq; egregiorū ingeniorū proprius, rationibusque demonstratiuis innititur: alter vulgaribus quidē ille, & communis, vijs quibusdam inducentibus probabiliter, atq; persuadentibus poeticaq; industria procedit. quo eodem modo siquis docere aggredietur, eum oportet, & rerum agendarum vsu eaq; facultate excogitandi, qua res adinueniuntur, quę in scientia actiua declaratę sunt, pro populis, ac ciuitatibus instructū esse. Ad hęc etiam Philosophia, quę de eximijs hominū moribus & vita contemplatur exornatū, qua administratio ciuitatū, & iustitia populorum eligitur. Neq; aliter Philosophus optans ipse perfici, atq; consummari hoc obtinebit, priusquā contemplatiuas scientias, ac rerum agendarum artes simul assecutus fuerit: & virtutes illa morales cum excogitatiua etiam vna contulerit: in primisque illarum omnium pręstantissimas complectetur. At vero quod ad Regis quidem nomen attinet, id illum in primis significat, qui ciuitati-

C bus dominatur. atque planum est, illius officium, atque, opus quo ciuitatum administrationi pręest, his omnibus simul, quas supra memorauimus artibus, & virtutibus perfici. Similiter de legislatore dicendum, quamuis nomine ipso is primo intelligi videatur, qui facultate illa excogitandi eas res, quę inter gentes in rebusque publicis actitantur, & exercentur prępollet: superiores tamen illas virtutes necesse est, vt habeat. Quocirca videri hęc omnia possunt eiusdem sensus nomina, scilicet Philosophus, Rex, Legislator, atque Sacerdos siquidem & lingua nostra Arabica sacerdotis nomen pro eo interpretatur. cuius operationibus fides est adhibenda, hic igitur, cui fides habenda est, propter actiones eius, quibus Philosophis est, sacerdos simpliciter est. Num vero pręterea, an etiam in eo propheta desyderari, & requiri debeat, eximiae considerationi quidem locus est, quem nos (si Deus annuerit) in prima huius scientię parte tractabimus: interim tn̄ sciri debet, si ita forte sit, id quidē non esse necessitatis, sed cōmoditatis, & melioris cuiusdā status gratia. Tū, postea quā de Philosopho quidnā esset disputatū est, ac cōuenit, nullū esse in hac Rep. iure atq; natura principē, ac dominō, nisi philosophū: cōsentaneū est, vt eos mores enumeres, quibus natura, atq; ingenio ornatus esse debet, quę orna- **De regis moribus, atque ornamentis.**

menta, atq; insignia sunt quidem illa Regis ipsius naturalia, & propria. Horū autem primum est, atq; precipuum, vt ingenij claritate sit aptus a natura ad eas scientias comprehendendas, quę contemplationis tantum sunt. id autē maxime continget, si ab ipsa natura quid per se ipsum sit dignoscat: ac deinde id ipsum ab eo, quod ex accidenti est discere sciat. Proximū est, vt acri, ac fide li sit memoria, non obliuiosus natura. Quod si hęc duo ingenij bona obtineat, videtur, illo sane ad discendū minime appositus: quandoquidē continuo labore obruetur, vt tandem pręedio omnē lectionem, disciplinamq; reijciat. Tertiū etiam accedit ornamentum, vt amet ipse doctrinam, ac requirat, neq; vllam vniuersę sapientię partem negligat. nam & qui summopere aliquid concupierit eius. quod desyderat, omnes omnino partes persequitur, ac species, vt exēpli causa, qui vini auidiores sunt omnia vini genera sedulo, ac vehementer requirunt. simile est etiam in affœminatis & mulierum amatoribus. D

Quartū insigne quoq; est, vt veri ille amator sit, inimicus, aduersariusq; mendacio, etenim, qui ipsum, quod est, affectat cognoscere eo modo. quo est, veritatem dirigit, neq; veri amicus quispiam mendacium non odit, nullus igitur vir, cuiusmodi eum esse volumus, mendaciū amplectetur. Quintum illi etiam per necessarium est, vt corporea voluptates exhorreat. nam quicunq; aliqua in re magna voluptate capti sunt, eorum animus a reliquis omnibus delectationibus a uertitur: idq; in Philosophis, quorum animus ad nihil aliud, quā doctrinam inclinat. Sextumq; hoc etiā additur, ne vllius quęstus cupidus sit. nā & ipsę pecunię per se cupiditates quodammodo sunt, quę omnes ab his viris sunt omnino alienę. Septimū est, vt pręstantis, perspicacisq;, atq; acutę sit ratiocinationis. nam qui vniuersa cognoscere laborat, nusquā se patitur cognitione rerum defici, vt potest vis illa cognoscendi ferre: atq; is quidem incomparabilis est ad contemplandum virtutis, neq; enim quicquam merito huic ratiocinanti animę comparabitur. Ad hęc Fortitudo quoq; in hoc octauū obtinebit locum. nam sine fortitudine rationes illas debiles. non demonstratiuas, in quibus eum educari contigit, nec contemneret, neq; refelleret. quod quidem magis etiam perspicuum est in his, qui in nostris ciuitatibus educati sunt. Nona deniq; virtus, vt per se ipse moueatur id, quodcunq; bonum, honestumq; videbitur, tum iustitię, tum aliarum specie virtutum, ac demum hoc modo cōtinget, si anima ipsa concupiscens totam se credat rationi, ac excogitationi. Adde eum insuper orationem perfectum esse debere, ita sane, vt eius oratione sua in doctrina ad id omne quod maxime desydetat feliciter perueniat, ad hęc comprehendat breuiter. & facile medium in ratione (terminum quem vocant.) Hęc itaq; instrumenta anim sunt, quibus vir huiusmodi instructus esse debet. Virtus autem, viresq; corporis in illis, & custodibus eędem ponuntur, vt sint vtique firmę, salubrisq; constitutionis, corporeęq; temperaturę. Sic equidem cui ab ineunte ętate hęc omnia affuerint, cuiq; euenerit, vt in ea quam post describit institutione, doctus, formatusq; fuerit, profecto is ad imperandum huic Reip. erit idoneus. Ex quo esse videtur id, quod rari admodum huiusmodi homines, difficilesq; inuentu sint: qua ipsa causa. Res quoq; publica huiusmodi non obuiā passim, atq; frequens; sed inuentu rarissima. Neq; sit summopere alienū, si quis hic addubitet, dicatq; non posse talem ciuitatem existere, nisi, dū quales superius descripsimus, homines tales inuenientur: nec sane eos inueniri, nisi in hac ciuitate moribus illis educati fuerint. Quamobrem collectū esse videtur, quod rōnibus fieri posse a nobis ostēdebatur, nunc prorsus esse nunquā posse. Ad id autem non incōmode dici potest, non esse dissentaneum, vt nonnulli per se, ac naturali quadam affectiones his, quos perscripsimus, moribus instructi sint, ad hoc etiam, naturę ipsius instinctu: legē aliquā communem: quam certe nonnullę gentes: vel populus eligit; accipiant. Pręterea etiā, vt propria se religione astringant, quę legibus tamen humanis nō sit dissimilis. Sicq; non incongruū est: vt processu temporis in sapientes euadāt, veluti etiam hac ętate nostra lege res habet. Ergo, si contigerit viros ita moribus: virtutibusq; instructos potentia; atq; authoritate valere quanquam in-

certo

A certo, infinitoq; nobis tempore id accidat: sic vtiq; talis Respub. qualē descripsimus, atq; quærimus, existere poterit. Tum vero, simulatq; ab illo ostensum est, si quando talis Respub. contingat, oportere eius administratores sapiētes esse: inuestigare incipit, quam ob causam eæ, quales nunc extant ciuitates, nihil Philosophorum, & sapientum opera adiuuentur. Dicitq; idipsum duabus de causis accidere: quarum altera est ex eo, q̄ hæ ciuitates nolunt veris Philosophis, sapientibusq; credere, neq; ad monita eorum respicere: videaturq; illis inter sapientes ipsos, & ciuitatum (quales nunc sunt) ciues simile quiddā intercedere, quod inter peritū gubernatorem scientiæ nauigatoriæ peritū, vbiq; eam artem profitentem, atq; offerentē, a nullo tamen, qui artis ipsius cupidus sit receptum, atq; imperitos alios nautas, qui artem quidem primum ipsam doceri debere, vel posse negant: deinde, atq; arti ipsi tantum authoritatis, aut dignitatis adhiberi nolunt, vt eius author, atq; professor reliquorum naturam sit princeps. Quinetiam inter eos, si forte quis artē ipsam affirmauerit doceri debere, et omnes graues sunt, atq; inimici, e nauiq; eum expellunt: is autē totius nauis gubernaculis admouetur, ac præest, qui ab illis omnibus de nauigandi ratione non discrepat. idq; vel inuitis reliquis nauigatoribus nōnunquam, vel alio quouis pacto, vt principatus, & iniri, & arripi solent, Sicq;, cum is nauis totius gubernator, magisterq; effectus sit, inter illos similis erroris, atque imperitiæ viros, nunquam a veri rectoris. gubernatorisq; officio discessisse aduertetur, tamen in eius odium quandoq; deuenient. Simile quidam sapiētibus,

B cum harum ciuitatum habitatoribus accidit. Nec se in comparatione illorum sapientes, aliter quàm medici ad ægrotos habent, qui neq; Medicinam artem sanandi esse putant, & ea ipsa de causa medicos respuunt: ipsisq; asseuerantibus sanitatem restitui posse, ipsos lapidibus vulnerare attentant. Quare cuiusq; medici actio nulla perficitur, ac finem suum habet, donec totum se ægrotus fidei medici cōmittat: quin potius, qui aduersa est valetudine, ad medicorum fores (vt inquit) necessario se confert. Par, inquam est, philosophorum ad eos, qui nunc sunt, ciues comparatio. Et hæc prior causa est, quāobrem his temporibus sapientes nulli reliquis ciuibus vsui sint. Altera vero, quoniam ex iis, qui se ad philosophiam conferunt plurimi, pauci sunt, atq; peruersi admodum. quod ipsum accidit, siqua ex his virtutibus, quæ superius sunt, vero sapienti attributæ defecerit, neq; id mirum, præsertim cum raro inueniri possit, qui harū omnium numerum impleuerit. ac si quando talem inueniri contingat, non sit adeo promptum, vt hanc scientiam, hoc est philosophiam perfecte assequatur. Illæ siquidem omnes enumeratæ virtutes magna ex parte philosophiæ officiunt, illorum maxime, qui nostris in ciuitatibus nati sunt: idē q; patiuntur, quod plurimi ægroti, quibus morbus ipse ex optimis cibis aggrauatur, cumulaturque:

C idque, quod seminarijs egregiarum plantarum accidit, quæ, cum in locum incidunt minime sibi congruentem, nec alimentum naturæ suæ aptum sufficitur, in pessimum plantarum genus degenerant. Simile ergo est in his probis, generosisq; ingenijs, si in nostris ciuitatibus educentur, & instituantur iusta, legitimaq; eruditione, nihil enim aliud causa sit maximorum malorum ipsis in ciuitatibus: quandoquidem, neq; pigra, torpescensq; natura, neq; pusillus, ac debilis animus magnum aliquid, & grande adoriatur, præsertimq;, qui temperantiam non obtinuerit. Taliq; ex genere sunt nostrarum ciuitatum Principes, ficti quidē illi, atq; simulati, qui honesta omnia, vt scientiā, & reliqua id genus vituperent, ciuilesq; disciplinas, quotquot sunt, dānant, turpia omnia extollūt; quorum dominium Reipub, pestilentissimum, causa est pręcipua afflictæ sciētię, & eruditionis, luminisq; illius extincti. Et genus quidem hoc, si exacte indagaueris. hominum, in his ciuitatibus frequentissimum occurret: quorū, quicunq; sæuitiam euaserit, hunc Deo propitio vsum fuisse, diuinaque cura ita ab æterno præstituta, atque protectione dici potest. Quotquot autem in studium philosophiæ se dabunt, nec superioribus illis virtutibus cōsummabuntur, eos manifestum est non tantum ciuitatibus esse inutiles, verum etiam sapiētiæ ipsi non parum obesse: vtpote, cum frequentissime accidat, vt tales viri ad volu-

Cur philosophi nō administrēt Rei.

ptates, & turpia omnia, ad rapinas, ad fraudes tota se inclinatione conferant, quandoquidem nullam ipsi per se virtutem obtinent, quę eos ab huiusmodi in honestis rebus contineat. Sed neque sermonibus sunt veraces, quibus, dum ciui- D bus auferunt sua, atq; rapiunt, ad incutiendum timorē vtuntur. Sic itaq; Philosophię opprobrio sunt, neque non maxime ijs officium, qui ad eam ipsam parati sunt, neq; idonei: velut hac nostra ætate accidit persfrequenter. Quod si forte contingat Philosophū in huiuscemodi ciuitatibus verū, perfectūq; educari, ei nō absimilis erit, qui inter feras rapaces, atque sanguinarias moram traxit, qui equidem, vt non cogitur inuitus esse, cum illis ferocissimis bestijs nocens, ita in toto ipse non est, quominus fontes illę ferę in illum irruant. Itaque ad diuersum vitę institutum se referet: nempe, vt in solitudine viuat potius, ac sic frustratus sit pręstantia virtutis suę, atq; perfectione, quam certe in ea ciuitate, quę a nobis rationibus descripta est, nancisci potuisset.

De fine hominis.

Tum, ex quo probauit rationibus, cuius Philosophus naturę esse debeat, cui simplex Philosophi nomen conueniat, dicitq; nullam viā esse, qua Respu. salua esse possit, nisi viris huiuscemodi imperantibus: & ostendit causam, ob quam talis Respub. inuentu difficilis sit, tum quo modo contingat, naturā hāc Philosophi nociuā esse per accidens: sequitur nunc locus ipse, in quo disputandum sit de eruditione huius generis hominū inter reliqua, quę in ciuitate sunt. Hoc autem genus principium est, quorum non potest initi ratio, neque erudiendi, neq; educandi, nisi finis ipse in aperto sit, ob quē humano generi admi- E nistratione horum opus sit; quem certe nobis in primis, & inuestigari, & sciri oportere par est. sic enim, & singulorum quoruncunq; quibus erudiri quisq; atq; institui debet, sermo fieri poterit. Nam incognito fine, haud quaquā eius rei necessitas, quę ad finē perducit, cognoscetur. Cuius rei inuestigatio, etsi ad primā huius scientię partē maxime pertinebat, nihilominus ab sonū non fit, ea de re hic aliquid disserere. sic igitur dicamus, hominem, cū res quędam sit naturalis, necessarium esse finem habere, gratia cuius est: siquidem quicquid naturaliter est, suum habeat finē, vt est in Naturali scientia expositū: in primisq; id homini ipsum conuenit, vt reliquis rebus pręstātior est, atq; nobilior. Cūq; homini, velut a necessitate insitū sit, vt in ciuitate viuat, ideo qua ratione ciuitatis pars est, quęda, pręstitutū sibi finē habet: neq; quenquam fallere potest finē hunc, cum certe vnius rei sit, vnumquoq; esse oportere: siue specie id intelligatur, ita vt a singulis percipiatur, sicut in illo videre est fine, qui numero vnius est, siue ratione, vel, vt Gręci vocant, analogia, quę gradus quosdā habet. Ex quibus prius quiddam est, & posterius dignitate, siue attributione, & respectu quoddam, ac relatione multorum ad vnum: veluti si complures perfectiones vnius alicuius gratia sint, & nonnullę ob nonnullas alius. sic .n. res multę vna fiunt quodammodo, alioquin humani fines plures essent. Et si F humanę perfectiones hac rationę plures sint, possintq; vniuersę in singulis quibusq; inueniri, consequens erit, vt vnusquisq; sui gratia sit: essentq; in ciuitate ea ratione non plures ordines vno, id quod fortasse non potest fieri. Si vero, vel omnes, vel plures non ab omnibus, sed ab aliqua tamē parte acquiri possint, in reliquis vero deficiet natura, cum eis suarum perfectionū finē denegauerit: tunc posterius hoc genus aptum est, quasi alieno dominio subijci, prius illud, & excellentius ad dominandū quidem aptum, & idoneum. Istorū siquidē inter se ratio, atq; dignitas similis est gradibus perfectionum, quę humana in anima insunt, velut cum alię sint aliarum causa. At vero, quę possunt de humano fine a mortalibus considerari, penitus finita esse oportet, & nos quidem hac in parte id exdonemus, quod nostra tempestate propulatum maxime sit. Dicimus ergo finem (vt quorundam fert opinio) nihil esse aliud, quā vt vnusquisque in sui corporis salubritate, atq; integritate, necnon sensoriorum tutela summum constituat bonum. Huiusmodi mortalium siquis in vnum conuentus fiat, necessitatis quidem gratia ille cogetur: neq; illis alius est finis propositus, quam necessitatis. Alij autem illa existimant, neminem quidem sibi debere, ac res suę vitę necessarias, negligere, veruntamen finem illustra-

A tem, ac maiorem, quam si necessitatem tantummodo spectaret, omnino habere. Idq; in rebus naturę permultis perspicere est. Visus siquidem non homini ad necessitatem, verum ad presidium. Contrariũ de tactu est, neq; enim vllum est animans, quod sensus eius expers sit. Propterea tamen qui de humano fine in hunc modum arbitrati sunt, dissident inter se quammaxime: vtpote cum ex his alij in diuitias, alij in gloriam, alij in voluptates humanarũ rerũ finem conferunt, Ex quibus qui voluptates asserunt, inter se bifariam diuiduntur. Nonnulli enim ex his ipsis corporeas voluptates, sensoriasq; fine esse autumaturunt: qui sane superiori illi primę sententię proxime accedere videntur. Alteri in intelligendi delectatione felicitatem constituerunt. Pręter hos etiam omnes alij summum bonũ in imperio constituerunt, ita sane, vt alijs imperarent, atq; dominarentur: tumq; delectabilia omnia rerum omniũ genera, tum diuitiarum, tũ glorię tum reliquorum etiam, quę ipsi apud se magni esse existimant, sibi vendicent. Leges vero nostrę, quę his temporibus vigent, de ra re quid sentiant, Deus scit, verum id sola prophetia sciri potest. Quod quidem, si leges inspexeris, facile apparebit, duplicem hunc esse finem, alterũ siquidem ex rerum a materia liberatarum scientia esse: alterũ in rerũ humanarũ actione existere, qui ipse ad mores, de quibus leges ipsę admonent pertinet: sicq; idem, & legi, & philosophię genere, atq; tractatione propositũ erit. ob idq; non desunt, qui opinati fuerint, leges ex antiqua sapientia emanasse.

B Omnibus ergo ex superioribus sententijs facile possit colligi bonum, ac malũ, vtile, atq; nociuũ, honestum, turpe esse non ex suppositione, sed ex natura, certum quiddam, quandoquidem quicquid ad finem perducit, id quidẽ & pulchrum, & bonum est: quicquid autẽ a fine intercludit, aut auertit, malũ, & turpe, nec aliud videtur esse quod eę religiones agunt, curantq;, in hisq; nostra in primis, quin etiam non pauci ex his, qui regiones nostras incolunt idipsum de nostra lege sentiunt. At vero Theologi nostri, qui loquentiũ (vt vocant) sectam imitantur, ex ipsa religionis contemplatione ducti sunt credere, quod id, quod Deus vult, nullã habet pręfixam, ac determinatam naturam: & sic nihil esse, quod non ad diuinam voluntatem, & arbitriũ redigatur. Ac eo modo, neq; honestũ quicquam, neq; turpe nisi ex positione, atq; arbitrio quod dici poterit: amplius q; eo modo finis humanus nullus erit, nisi sola positione. Id autem adducti sunt, vt crederent, conantes, ea, quę in lege Deo assignari, atq; attribui viderant, defendere, atq; seruare, vt quod de eo dicitur posse omnia, velle omnia, voluntatemq; putent diuinam ad omnia ferri posse, cum per singula currat, feraturq; omnia igitur hoc modo possibilia sint. Sępissime aut solet idem in contemplatione legis euenire, vt videlicet primum quęcunq; Deo ascribuntur enumerent: deinde studeant, vt in re ipsa ea omnia comprobentur, ac respondeant, pręter vllam huiusmodi attributorum

C positionis confusionem, & offendiculum. Enimuero non fine maxime perplexitate dubium illud dissoluent, idq; etiam si, quę imaginantur, sibique affingunt, ex eorum sententia, in lege clara, manifestaque, essent. Sed ipsi ex hac opinione in errorem, atq; hallucinationem maximam inciderunt, maximeq; ab humana natura abhorrentem: quin etiam absurdum videri possit, legem aliquam ea de re commemorare. Et de humano quidem fine, quę hominis est beatitudo, eę sunt vulgares, magisq; tritę opiniones: quę ipsę apertius falsę sunt, quam vt id vlterius declaretur. Philosophorum vero sententias tunc exequendi locus erit, cum ad id, quod inter se disceptant, rationibus indagandũ peruenerimus. est enim eorum inter se controuersia de parte animę, quę rationẽ continet. Nunc igitur ad eũ sermonẽ, vnde digressi sumus reuertamur, deq; vero fine disseramus, si tamen prius a Naturali philosopho id, quod conueniet, repetierimus, ac receperimus: sic tandem enim adipiscemur facilius, quod ex hac ipsa scientia elici potest. Sic ergo dicimus, huius artis ciuilis professorẽ cũ Naturali philosopho, hac in quęstione sentire. nam, & de fine, (quod naturalis corporis pfectio. seu actus est) ipse Naturalis philosophus disputat eamq; ipsam alijs perfectionibus cõparat, & confert, si plures in eo animad

uertat inesse. Eninmuero, cum ex humanis perfectionibus nihil plane natura,
nisi præparationes exhibeat, vel principia quędam ad illas facile assequendas.
sic igitur cum illas, nec perfecte nec integre natura pręstet, si nõ & electio ani D
mi, atq; diligentia adhibeatur: ex eo scientię ciuilis professor non ab re de fine
humano pertractat, scilicet quatenus electio, consiliumq; animi, atq; voluntas
eum ipsum finem efficiunt. Insuper, cum in naturę scientia tam sit probatũ abũ.
de, hominem ipsum ex corpore constare, & anima: eamq; esse corporis ad
animam rationem, quę materię ad formam: atque e contrario animę ad cor.
pus, qualem formę ad materiam: ipsamque materiam esse formę gratia, formã
pręterea gratia actionum ab ea prouenientium, atque affectionum. humana igi
tur perfectio, humanusq; finis, ex illius actionibus operibusq; dependet. In.
nibiq; satis pręterea demonstratum, actionum humanarum nonnullas, & ho.
minibus & rebus cęteris, tum simplicibus cum compositis cõmunes esse, quas
sane quidem ex communibus formis necessarium est produci: nonnullas vero
proprias, quę sine controuersia proprijs ex formis, siue vita, siue plurimus in
sunt. Ampliusq; illic monstratum, simplicia corpora, quod habent cum homi.
ne commune, ille potentię esse, ac momenti cuiusdam ad hoc, vel illud in.
clinantis, quę certe inclinatio ex tali potentia coorta, atque in hanc for.
mam inducta, neque anima est, neque ipsius animæ actiones. Illic etiam
nunc expolitum est, quomodo necessario homo id, quod habet cum corpo. E
ribus compositis commune, sit ipsa anima: suntq; talia corpora bifariam di.
uisa, nempe aut in plantarum genus, aut inanimantium. Stirpes autem, herbę,
plantę vegetatiuam, nutritiuam, generatiuamq; vim animę: animantia, vero
sentiendi, & imaginandi facultatibus cum homine communicant. In concupi.
scentia vero partim cum homine conueniunt, partim ab eo ipso discrepant.
Homini vero nemo ambigit vim rationis necessario propriam esse: rationis aũt
potentiam in duo diuidi. in rationem scilicet, quam actiuam, seu practicam t
& in contemplatiuam, quam scientiæ esse dicunt. Illic insuper ostensum est,
formas illas communes ad has proprias, ac pręcipuas eam seruare rationem,
ac proportionem, quam materia ad formam. & hominem quidem ob propriã
formam sua esse. Similiterq; de vnaquaq; re dicendum, ex propria forma sua
esse id, quod est, ex eaq; proprias actiones exire. Verumenimuero, & cũ bo
num, & malum aliqua in re ita inueniantur, vt in eodem actionis genere con
sistant, quemadmodum ipsa in pulsatione chordarũ sonus, & bonus, & malus
dignoscitur: ipsisq; actionis laus in homine, atque vituperiũ proprię quidem
non alterius cuiusquam intelligitur. Sicq; humanis finis, humanaq; felicitas in
hoc tota versatur, vt operationes proprię in eo ipso sint maximopere bonę, &
probę atq; ideoq; definita est felicitas, vt animę actus sit rationalis cum virtu
te coniunctus. At quoniam rationalis quoq; animę partes, vt ibidem monstra F
tum est, sunt duę, idcirco & virtutes non in vna sunt specie, nec ipse perfectio
Felicitas quid. nes etiã. Et rationalem quidẽ ipsam bipartitã esse ibidem ostensum est, quippe
in actiuã, seu practicã (vt paulo ante dicebamus(& in contẽplatiuã, conse.
quens ergo est perfectiones ipsas, alias contẽplatiuas quoque, alias actiuas,
seu practicas esse. Verũ, cum concupiscibilis, seu cupiditas pars ẽt ipsa sit ani
mę, videturq; illa in homine excitari, & concupiscere, prout ipsa cõtẽplatiua
pręcipit, ac ei maxime adhęret, ex quo sequitur etiam partẽ illam cupiditatis,
ad rationalẽ ob hanc causam attinere. Quocirca perfectiones ipsas trium gene
rum esse apparebit, videlicet contemplatiuas, pręterea morales virtutes, & po
stremo artes ipsas effectrices. seu operarias. quę ẽt ipsę cum bifariam diuidan.
tur. Alterũ .n. est genus earum, quę, vt munus suum proposita materia exequã
tur, nulla re alia indigent, quam scientia. & cognitione pręceptorum vniuer
sę artis. Alterum, quod ad agendum alia quadã virtute aduentitia, & conie.
ctura pręter hęc vniuersalia pręcepta indiget, vt singula elaborentur, atq; effi
ciantur ipsa ex arte, additus pręterea tẽporis, loci, aliorumq; similium circun.
stantijs. Quocirca hęc plane intellectus, seu rationis pars ab altera omnino dif

A ſert, & ſic vtrobiq; differentes virtutes. Quatuor ergo perfectionũ, virtutũq;
genera ſunt, ſcilicet contẽplandi, excogitandi in artibus, atq; in eiſdem, quod
excogitatũ eſt opere exequendi, ac morũ. Ex quibus quoq; manifeſtũ eſt, hu
manas virtutes plures eſſe. quę cum vnius rei perfectiones ſint, neceſſe eſt ali-
as propter alias eſſe, ſeu eas ipſas vniuerſas in ſingulis inueniri par ſit, ſiue in
aliquibus tantum: at ſingulis quidẽ mortalibus vniuerſę comprehendi non poſ
ſunt, verum poſſunt earũ nonnullę in aliquo, & illo quidem diuino hominum
genere inueniri. Verũ ex moralibus virtutibus nonnullę poſſunt eſſe omnibus
communes, inter quas eſt temperantia, & quidem propterea hominũ genera
ex virtutum generibus digerenda ſunt, vt inferius, minuſq; perfectũ prẽſtan-
tioris gratia ſit, nam qua ratione virtutũ ordo in vnico homine, diſtinctus eſt,
atq; diſpoſitus, eadem in multis quoq; hominibus diſponetur. quod quidẽ ei ra
tioni conſentaneum eſt, quę homines multos omnibus virtutibus prẽditos ad
meliorem humanitatis conditionẽ coire in vnum coegit. Nam ſi ſinguli adipi-
ſci potuiſſent vniuerſas virtutes, non ſolum oporteret, vt vnuſquiſq; in ſeipſo,
& imperantem haberet, & obſequentẽ conditionẽ, & velut dominũ, & ſeruũ:
ſed, & ipſa natura aliquid ſuperuacantem feciſſet, cũ omnes ad dominandum
parati, aptiq; eſſent: id quod ſane eſſe nequit. neceſſe enim eſt dominum non
carere ſeruo, qui dominum admittat, atq; obſequatur. Et perfectiones eę vni
B uerſę, vt vno in homine aggregentur, id admodum difficile eſt, nec niſi portẽ
to quodam, prodigioq; fit. Contingit vero frequentiſsime, vt aliud ad alias vir
tutes genus hominũ aptum ſit, atq; aſpiret: idq; facile patebit, ſi in ſingulorũ
naturã intueamur. Poſteaquam qui humanę perfectionis, quid animi virtutes
eſſent dictum eſt;, declaratum etiam eſt, alias aliarũ gratia virtutes, & videri,
& eſſe, adeo vt vna afferri poſsit, ad quam cęterę omnes, vt ad finem dirigã
tur, neq; ob aliam quacunq; rem ſint, ipſa autem illa propter ſeipſam, non ꝑꝑ
aliam: eamq; perfectio ſumma hominis, atq; ſuprema felicitas, de qua nobis
propoſita eſt inquiſitio. Dicendũ ergo in primis eſt, Artificia ob neceſsitatẽ Artificia cur
primũ inuenta fuiſſe, propter inopiam ſcilicet, quę in ſtatu humano ineſt: nec inuenta.
commode tamen homo citra illa, aut viuere, aut agere poſsit, nihilo ſecius ꝙ
non potuerunt infinita prope animantia ſine proprijs quibuſdam, & habitibus
& affectibus naturalibus. nec non operibus reperiri: quemadmodũ figurę illę
ſexangulares, & fauos ſtruentibus apibus, & texentibus araneis, familiares
ſunt. Et vero illa ſpeculandi pars videtur equidem ex naturę diſciplina intuẽ
tibus, homini nõ eſſe propter neceſsitatẽ, ſed melioris cuiuſdam conditionis,
atq; anguſtioris ſtatus gratia, & quidem, quod in ipſo eſt huiuſmodi, vt pro-
pter excellentiã, atq; dignitatem inſit, prẽſtantius haud dubie eſt, atq; dignius
his omnibus, quę neceſsitas, & indigentia inuenerunt. Pars igitur rationis, quę
C effectrix, vel vtique artiſex eſt, ob ſpeculandi commoditatem eſt adinuenta: id,
quod res ipſa maniſeſtiſsime comprobat. Quis enim neſcit artes huiuſmodi, &
opificia cauſa operum, in quibus verſantur, eſſe adinuenta? ipſaq; opera, ob re
rum varietatẽ? ſed homo ipſe qua ratione his in artibus verſatur, quaſi ſe alie
no addicit, atq; quibus ſuppeditat neceſſaria, ij reuera domini ſunt: nõ autẽ
propter aliud quis iure dominus eſt, ꝙ propter eum animi affectũ, quo melior,
ac prẽſtantior exiſtit eo, qui ſeruiturẽ admiſit. Affectus vero ille, quo quis prę
ſtat inter cęteros maxime, ea pars eſt animę, quę contemplantur, atq; ſpecu-
latur, Neq; aliter quam hęc rationis pars contemplatiua, alteri actiuę domine-
tur eadem in anima, Dominus quoq; erit, qui eſt ad ſcientia ſpeculatiuas para
tus illi, cuius in ſuo ortu naturę ſatisfactũ eſt, vt artificij cuiuſdam tantummo
do aptitudinẽ fortius ſit: & huiuſmodi quidẽ viri natura ſerui ſunt, ac dominatui An ſpecula-
alieno obnoxij. eadem eſt iſtarum inter ſe animę partium ratio, quę domini, tiuę ſcientię
atque ſerui inter ipſos. Quanquã dubitari poſsit, qua de re omnes illę artes, actiuarũ gra
quę in agenda re aliqua, aut facienda verſantur, ad vnam quandam artem, ve- tia ſint, an
luti principem, quę adminiſtrandę Reip. ars eſt, redigantur, cum prius oſten- econtra.
ſum ſit, hanc ipſam artem ad ſpeculandum excogitatã eſſe. Scientię igitur ſpe-
culatrices ad agendum prẽparant, iuuantq: Neq; vllam inter has ipſas. & ar-

tes, quæ agunt, efficiuntq; differentia est, quam q illæ effectrices artes infe- D
riores superioribus illis inseruiunt, in suo administrando proposito; specula-
tiuę vero sciētia illis etiā artibus authoritatem ac dominium præstāt, ad exi-
tum, & finem suum adiuuantes, ac disponentes, veluti in reliquis artibus prin-
cipibus, quæ inferioribus vim tribuunt, ducēde ad suum cuiusque finem: velut
agricultura quidē princeps, ac præcipua ad particularē sibi subiectā se habet.
Sic igitur speculatiuarū scientiarū, & artiū effectricium eędem esse videntur
partes: neq; vlla, nisi ex dignitate, & ignobilitate differentia riset. In qua sen-
tentia non pauci nostris temporibus philosophi permanent, qui in his rebus
contēplandis leuiter, atq; ociose versati sunt sine vllo naturalis ferici respectu
ac artificiosę doctrinę consideratione. Nos autem dicimus scientias speculatri
ces contemplari quidē, idq; in primis de natura Philosophiā, & de diuinis re-
bus (quā Metaphysicam vocant.) Nec sane illę, quæ contemplantur, ad ope-
rationem aliquā, aut actum referuntur, nec voluntas quicquā ad ea constituen-
da proficit, aut valet: idq; per se notum est, ei præsertim, qui in his ipsis scien-
tijs exercitatus sit. Si igitur nihil nos ad subiecti earum scientiarum statū, atq;
substantiam conferamus, consequens est eas ipsas non esse ad agendū paratas,
aut operādum præcipue, sed neque hominē per eas ipsas primo proposito ali-
cuipiā inseruire: insunt illæ tamē homini propter melius, atq; pręstantius quid
dam, cū alioqui inesse eas frustra, aut temere, esset perabsurdū. Sed ne esse qui-
dem hoc pacto possent, & ex his quidem, quæ nunc dicturi sumus, id manife- E
stius apparebit. Est certe enim in prima Philosophia statutum, res omnes bifa-
riam partitas esse, vt aliæ sensu, aliæ intellectu comprehenderentur: idq;, quod
intellectu percipitur, principium quoddam esse ei rei, quę sensibus est subiecta
finemq;. & formam, & causam effectricem, &, siquid eius in scientijs speculati-
uis agitatur, in ipso genere intelligendi contineri: propositūq; hominis, atque
institutum, quatenus est ipse res naturalis ad illam intelligibilium rerum natu-
ram, quoad potest, ascendere laboret, & contendat: eoq; intelligi potest, eandē
esse rationem huius naturę humanæ intelligibilis, ad ea, quæ in homine sunt, tū
animæ, tum corporis, quæ est ipsius naturę simpliciter intelligibilis, ad eam,
quę sensibilis est. Eadem similiter est ratio, & proportio ipsius naturę intelli-
gibilis, quatenus voluntate acquisita est, ad reliquas res voluntarias omnino.
Sic igitur dominatur quidem rebus voluntarijs, quemadmodum & ipsa natura
intelligibilis ipsi sensibili, rebusq; ex voluntate nostra pendentibus principia
quibus constent, pręstat: quēadmodum, & ipsa intelligibilia natura ipsi sensi-
bili essentiam, ac consistentiam pręstat, non tamen ita, vt illa intelligibilis huic
sensili inseruiat, probatum iam est verum, quod ita consequens sit, & velut ne-
cessario subsequatur. Scientiæ ergo speculatiuæ non parum ad agendum iuuāt,
ac necessariæ sunt ipsis rebus agendis eo modo, quo dictum est, naturam intel F
ligibilem esse necessariam ipsi sensibili: huiusq; ipsius partis, quæ ad intelligē-
dum parata est, principatus, in reliquas omnes partes Relpu. nihil omnino dif-
fert, ab intelligibilis naturæ dominatu, quo sensibus rebus imperat. Ex dictis
ergo videri potest, artes ipsas actiuas, siue vires, & facultates quædā sint, siue
opificia quædam principalia, ac alijs perfecta, siue subministrantia, & inseruiē
tia alijs, illas quidem omnes ob contemplatiuas sciētias excogitatas esse, atq;
inuentas. Nōnulli tamen de his agendi artibus contraria senserunt his, quæ de
speculandi scientijs sunt opinati; eorūq; sententiam omnino destruunt, cū cre-
dant ipsi quicquid in his artibus intellectu tractatur, non præcipuo, ac primo
proposito ad sua opera dirigi, vel propter illa inueniri, sed talium omnium in-
tentionem esse, res recte discernere, & cognoscere; & operationes, ac opera
(seu operata, vt aiunt) quæ ex huiuscemodi artibus proueniunt, non ex primo
proposito, sed, veluti quid consequens sint; vt in motu cælestium corporū per-
spicuum est. Itaque hac ratione artes ipsæ operariæ, seu actiuæ essent omnino
virtutes. quod quidem maxime de illis artibus suspicandum esset, quæ ratione
amplius vtuntur; & propter illos habitus acquisitos ex huiuscemodi artibus
inducti sunt, vt credant aliqui eos, qui in aliqua vna harum artiū versati sunt,

A ita demum affectos esse, vt sibi persuadeant rerum se omnium notitiam amplexos esse. Et certe quidem vt videmus in sua arte medicis accidere. Quāquam verum profecto est, in illis ipsis artibus, siquid est intellectui referendum, id præcipue ad actionem, & opus ipsum dirigi: in eisque, si contingat aliquid contemplari, illud quidem non nisi per accidens fiet. Si igitur idipsum finem artis esse constituamus, is ipse finis alterius profecto generis erit: ac nomen quidē, quo artes appellabuntur, æquiuocum erit, quale hoc in nomine Musica, quiddam est. dicitur enim quandoque de arte ipsa, quæ in actu, atque opere quodam exteriore consistit: neque non de ea quandoque, quę contemplatur, atque speculatur. Virtutes etiam num excogitatiuæ, atque inuentiuæ manifestissime ob contemplatiuas extitisse videtur? siquidem ipsæ sunt propter artes illas agendi, vel frequentius vel præstantius. Artes autem istæ (vt iam supra diximus) sunt propter speculationem rerum institutę. nim latet excogitatiuas illas ad rationem artium diuidi. Et quemadmodum vna quędam ars absolute princeps reliquarum artium existit, ipsa autem est Republi. administrandæ, ita etiam reperitur virtus quædam excogitatiua princeps, & ista quidem est, qua illius principis artis actiones in materias inueniuntur, & diriguntur. Ad hęc, virtutes morales videntur quoque propter intelligibilium speculationem esse. idque primo ex eo, quod in scientia Naturali declaratum fuit, preclare ostenditur: nempe concupiscentiam, atque appetitum in duo diuidi genera, quorum

B alterum ex imaginatione, alterum ex cognitione, & ratione emanat. Quæ igitur concupiscentia imaginarie est, impropria omnino est homini, sed animantibus, quatenus sunt tantum animantia, propria quidem est. Posterior autem, quam cogitatione, & ratiocinatione agi diximus, homini profecto propria est, & sua, neque cuiquam alij, quam homini talis attribuitur. Neque virtutes morales quicquam aliud sunt, quam, vt hęc pars concupiscens, quę in nobis est id cupiat, quod ipsa cogitatio, atque ratio fieri debere iudicauerit: necnon, & modum, & tempus, sique locum ipsa statuerit, & pręfixerit. & planum quidem est, ac manifestum, opus huiusmodi a nulla alia animi parte procedere, quam ab ipsa contemplatiua. Quocirca hæc pars concupiscibilis, si dignitatem, ac virtutem a ratione accipit, ratio propterea ipsa dignitate, & virtute insignior apparebit, prestantiorque, atque electior. hac vero in parte non pauca cum homine animantia participant, vt in verecundia Leo: quę certe affectio humana est, qu tenus a ratione, & cogitatione, seu opinione extitit: etenim propter quod vnum quodque tale, & illud magis (vt aiunt:) porro his virtutibus homo instructus quodam modo ad inseruiendum alijs videbitur, exempli gratia, Iustitia ipsa non nisi propter actiones exercetur: Temperantia, ob voluptates, quę honesta, & egregia acta impediunt: Fortitudo, propter res formidabiles, ac molestantes: Liberalitas propter opes, & pecunias reperitur. At vero scientia illa

C contemplatiua non instruit hominem, vt alijs subijciatur, & seruiat, neque puto quenquam hoc latere. Superiores præterea omnes illę virtutes multo magis ad naturam spectant: nec possunt sine corpore ipso, sineque instrumentis, ac rebus exterioribus consistere. quis enim liberalis nummis non indiget, ad ipsa liberalitatis officia exequenda? Quis item iustus, ijsdem ad iustitię ipsius munera non vtitur? Fortis quoque vigore, ac robore corporis indiget. Scientię autem speculatrices sunt maxime a materię consortio liberę, atque solutę, ita certe, vt quoquomodo eas perpetuas esse oportere credatur. & est quidem iam alibi ostensum, ea pręstantissime esse, quę longissime a materia absunt. Verum enim genus hoc moralium virtutum in comparatione facultatis speculandi, atque perfectionis, velut primordium est quoddam, ac gradus necessarius ad finem obtinendum, sine quo obtineri non potest: & ob hęc multis videtur, huiusmodi perfectionem esse finem remotum, cum sit remotæ illi perfectioni proxima. Ex his ergo, quę diximus, clarum esse potest, humanas virtutes quatuor generibus contineri, quibus certe finis propter quem sunt, est ipsa contemplatio. At vero an morales virtutes sint ob actiuas illas artes, an e diuerso, an pars virtutum illorū propter artes, rursumq; pars artium sint, An morales virtutes ob actiuas artes an e diuerso sint.

propter virtutes. hoc quidem inuestigatione indignum non sit. Verum nemo
ambigit, quin virtus illa inter omnes morales princeps, sit necessario vt excogitatiuæ (seu industriç) principi adiuncta: & si virtus illa princeps, eam habeat
rationem ad vim excogitandi principem, quam potentia, seu vis ipsa excogitandi ad artem principem, erit profecto, & illa propter istam artem principem:
idemq; fiet in reliquis artibus non habentibus aliquod genus huius virtutis.
hac enim ratione, & respectu se habebit ad illis artes practicas, veluti præparamentum, & præludium: & licet per eas illæ acquiruntur, id quidem non fit,
nisi vt eiusmodi artis actio perfectior, & laudabilior reddatur, & hoc ex sese
satis perspicuum est. At vero vtrumcũque sit, seu aliæ artes propter virtutes,
seu virtutes propter artes, vtræque simul contemplatiuç facultatis gratia sunt.
Quodq; de ratione, ac comparatione istarum perfectionum humanarum inter
se diximus, constat citra vllam controuersiam apud Peripateticos. At quoniã
hęc speculandi pars non inest nobis statim a vitæ initio in sua vltima perfectione, & actu, immo potentia nobis inest: & in Naturali scientia iam declaratum
est, omnia, quæcũque habent suæ essentiæ mixtam, adiunctamq; potentiam, ea
tum summe perfici, cum citra potentiam illam penitus actus ille syncerus reperitur: Eiusmodi vero & perfectionem, & actum adsciscere, nostri quidem arbitrij, ac officij est: si quidem idipsum electione maxime, & voluptate compara-

Quidnã sit perfectio illa, ad quẽ totis virib' cõtendimus.

tur, quod natura minime nobis sua sponte elargiri valet. Hęc igitur perfectio, ad E
quam totis viribus contendimus, & cum qua vniti maxime perficimur, quidnam sit quærendum est: vtrum scilicet vt aliquid scientiarum speculatiuarum,
an ijs aliqua dignitas præstantior per illas: & si nihil illarum sit, vtrum, illud in
nobis ipsis existat, an quod nos per seipsum constet. Ad quam sane quęstionẽ
assumendum est, ꝙ qui putat speculatrices scientias illas quidẽ æternas, & nobis actu inesse, humiditatis vero cuiusdam puerilis caligine imergi: qui sic ergo
opinatur, videtur quidem ipse accipere eas ipsas quodãmodo habere esse in po
tentia: siue fuerint illæ formæ separatæ, quas Plato posuit: siue hoc qualecũq;
est, sit intellectus agens, aut quiuis alius dignitate isto inferior. planũq; esse po-
test, humanam perfectionem hoc modo, etsi non volũtate acquiri, cum iam ipsa
ante voluntatem insit homini, voluntatẽ tamẽ nihilominus habere in eius per-
fectionis definitione locum: quo pacto definitionem quoq; ipsa summarũ qua-
rumque perfectionum ingreditur, secundum quem modum præludiũ ingreditur
definitionem finis. Et si dicatur quidem id, quod volũtate nos adipiscimur, sci-
licet quod acquirimus de perfectionibus illis vltimis, quãtum natura nobis cõ-
parare concessit, talem perfectionem nos acquirere ea ratione, ac respectu, pro-
pter quem sumus quicquid sumus: scire quidem debes, quod si huiuscemodi ha-
bitus ad voluntatem referatur, eamque admittat, aliter hic, quam illic volunta-
tem accipi debere: cum ipsa voluntas non ingrediatur in rationem, seu naturam
eius, quod substantiam nostram, atque essentiam præstat, facit tamen ipsa volũ- F
tas ad eam rationem, qua intellectus agens est nobis perfectio. His vero, qui spe
culatiuas scientias non æternas esse putant, verum censent eas esse summam, ac
vltimam perfectionem, videbitur certe ipsammet perfectionem humana volũ-
tas pręstare. Et vero, qui illas ipsas scientias speculatrices æternas esse nõ cre
dunt, sed humanam perfectionem esse cognitionem intelligẽtiarum separatarũ
a materia, ijs quidem duplex perfectionis genus statuendum est. nẽpe, vt & pri-
ma, & vltima sit: & prima quidem seipsam adipiscatur, secunda vero adiumẽto
quodam, atque aliena ope comparetur. sed qui hoc exquisite scire cupit, ad na-
turæ scientiã se conferre oportet. Redeamus igitur vnde sumus digressi, pro-

De his I Septimo. Comparatio sciẽtium an ipsum vulgus. De specula. Platonis.

cedamusque in tractatione eorum, quæ Plato de principis, eruditione disseruit.
Plato itaque genus hoc hominum, vt sunt scientes, & intelligentes, vulgo imperito, atque rudi comparat: dicitq; vulgus simile esse his, qui a pueris in specu
educati, nunquamq; egressi sunt, nihilominus aspicere ipsi satagunt, quicquid in
spelunca appareat, nunquam tamen faciem ad ingressum speluncæ conuertunt:
& in illo ingressu sunt imagines omnium generum animantium, seu statuę: a ter
go etiam earum est ignis, ita, vt ex illis statuis nihil aliud quã vmbras in con-

A cauo speluncę repræsentatas ex aduerso illi cernere possint: & certe rerũ om-
nium nihil pręter vmbram percipere poterunt, quę se illis aduersa in spelunca
obtulit, opinabunturq; pręterea res veras ab vmbris nihil omnino differen-
tes esse, atq; id de vulgo ipso dictum. Sapientes vero ij sunt, qui illo ex antro
egressi in vero lumine, atq; fulgore versati sunt, vere res ipsas ad Solis splen-
dorem, atq; lucem inspicientes. Tum quemadmodum nemo statim quàm est a
spelunca illa egressus, si se vero lumini, atque Soli offerat, possit eum insuetum
splendorem sustinere, atque intueri quicquam: sic homines huiusmodi, qui sunt
ad sapientiã parati, se habebunt, si protinus conentur aggredi ad contẽplanda
ea, quæ intellectu a materia ęgre abstrahuntur, simpliciaq; inspiciuntur. Verũ
sedulo danda est opera, vt illi sensim rebus intendis luminibus assuescant: pri-
mũq; Lunæ, aliarumq; stellarũ radijs cõmittantur, & tandẽ, velut per gradus
ad Solis intuitũ cõparentur, resq; tandẽ clarissime dijudicẽt. eodẽq; modo pau-
latim philosophi instituendi, atq; effingendi sunt: ab hisq; eruditionis primor-
dium ducendũ, quę facile ipsi perdiscere possunt. Cumq; Plato inuestigauisset,
quæ illis primũ sciẽtia maxime accõmodata erat, eã certe numerorũ notitiam
esse voluit. Nã illi, tã simul cũ custodũ liberis, a pueritia Musica, atq; Gymna-
stica instituti sint. atq; Gymnastica ipsa ac corpus certe magis attinet: Musica
vero, quæ illis traditur, ea quidẽ est, quæ fabulis vtitur: quæ certe nõ põt tan-
tum efficere, vt possit intellectũ scientiarum contẽplatiuarum alicui præstare,
B & tradere. Hæc autẽ numerãdi sciẽtia inter contẽplãdi facultates omnino enu-
merari debet, & est doctrinarũ certe omnium facillima. & huius rationis sunt
alię Mathematicę disciplinæ: illę autẽ sunt, Arithmetica, Geometria, Astrolo-
gia, Musicaq: : inter has autẽ etiã ipsas facilitate est Arithmetica princeps, cũ
maxime nuda sit, atq; libera a materia, est ergo ipsa Arithmetica illis reliquis
facilior, ad cunctasq; res magis cõmunicans: secundo autẽ loco Geometria, de-
inde Astronomia, postremo vero loco Musica succedit. Neq; vero fallere quẽ-
quam debet, eas ipsas scientias ante omnia a sapientibus disci debere, exercita-
tionis, atq; assuefactionis causa. nã earum intelligibilia, vt plurimum non sunt
insita & proposita a natura, & ideo tractatur in eis definito. Tandẽ earũ intel-
ligibilia sunt omnino imperfecta, cũ non in suis proprijs subiectis deprehen-
dantur, sed imaginatione quadã, ac fictione concipiuntur. Ob idq; bifariã Pla-
to rerum intellectum partitus est, ac priorẽ sane validum ipsum, atq; potentem,
intelligentiã appellat earum rerum, quę veræ sunt; secundum vero cognitionẽ
nominat, quę est simulachrorum, imaginumq; rerum existentium intelligentia
(seu intellectus) atq; ea ipsa notitia scientias illas mathematicas complectitur,
putatq; ipse similẽ quandam rationẽ esse intellectui rerum cum sensu. nã, quem-
admodum ex sensilibus nõnulla per suam essentiã, nõnulla per simulachra (seu
phantasmata) & species apprehenduntur: multorum siquidem vmbras, atq; si-
C mulachra, siue colores assequimur sensu tantũmodo: eadẽ quidẽ est intelligibi-
libus ratio. Porro, cum ipsarum mathematicarum scibilia (vt diximus) sint in-
finita, earũq; subiecta quoq; ignota, de quibus quidem primus contẽplatur Phi-
losophus (qui Metaphysicus nuncupatur) idcirco Plato eas minore dignitate
censet, ad præstandam humanam perfectionem, quam cęteris speculandi scien-
tias: dicitq: earum principia incognita esse, fines etiãnum incognitos, atq; con-
sequenter, quę inter principia, & finem intercedunt esse ignota. Cum igitur ma-
thematicę scientiæ non primo proposito, nec per se ad humanam perfectionem
excogitatæ sint, vt Naturalis, & Supernaturalis scientia: quãquam hoc in gene
re etiã Mathematicæ illæ inter se differũt, vt in his videre est Mathematicis,
a quibus duę illæ, Physica scilicet, & Metaphysica scientia, aliqua principia ad
suã contẽplationem mutuantur, veluti hæc Diuina scientia ab Astronomia nu-
merum motuum accipit. nec solum hæc differentia in illarum generibus depre-
henditur, sed etiam in partibus vnius, & eiusdem sciẽtiæ. Manifestissime igitur
posset colligi ex hoc, maximam illarum disciplinarum vtilitatẽ, amplisimũq;
atque dignissimum propositum, non esse ad exercitationem, adaptationemque
intellectus, ad duas illas vltimas scientias adipiscendas. Neque etiã dici potest,

Quę prima scientia addiscenda.

harum Mathematicarum scientiarum institutum, ad opus, aut actionem esse,
quamquam in singularibus earum inspicienti videatur ab his aliquid agi, id
quod ex vulgo non pauci in Geometria, & Musica opinantur, cum eæ res, D
de quibus iis ipsis cura quædam instituta est, atque tractatio, sint & naturæ,
& arti communes. Triangulus nanque æquilaterus (exempli causa) quod ne-
cessario tres lineas habet, ex duobus centris circulorum æqualium exeuntes:
quarum duę, quæ supra basim existunt, concurrunt insuper punctum inter se-
cantem vtrunque circulum: id quidem neque ligneo, neque æneo, nec cuius-
uis alterius materiæ circulo proprium est, neque artificiali cuiquam: quin
commune est omnino hoc ipsum & naturalibus, & artificialibus. Ad hæc sin-
gula quædam eorum, quæ a Mathematicis tractantur, in materia polita esse
videntur. Si igitur hęc ipsa ab illis disciplinis ita tractarentur, vt quæ Ma-
teriæ inessent, horum quatuor requirerentur causæ, scilicet efficiens, finalis,
materialis, formalis: cum ergo sit manifestissimum disciplinas eas de forma
tantummodo quærere, manifestum igitur est singula, quæ tractant huiusce-
modi scientias, si in opus transeunt, indigere tunc, dum in actionem veni-
unt, alia quadam vlteriori notitia, quam, quæ ab his disciplinis tradita est.
Si quispiam enim ligneum sit triangulum æqualium laterum confecturus, ad
id, quod molietur non sufficiet id, quod ab Euclide in elementorum suorum
principio de ratione trianguli æquilateri est ostensum, nisi ad id ars quoque B
fabrilis lignaria adhibeatur. neque de hoc ambiget quisquam, qui in his sci-
entijs exercitatus fuerit, cum per se illis sit manifestissimum. Atque his in
hunc modum disceptatis, apparet eos, qui huiusmodi scientias Mathemati-
cas prosequuntur, primum quidem ac proprium propositum habere, consue-
tudinem: quamquam ad hanc etiam accedat (vt inquit ille) cognitio quædam
rerum necessariarum his operibus, quæ quisque sibi proposuit, atque secutus
est. Nam, cum sint custodes, cognitione non parum numerorum, & mensurarũ
indigent: idque propter ordines hominum ad pugnam instruendos, atque aciet
rum figuras, & formas idoneas, necnon mensuras, atque modos ponendorum castro-
rum. Indigent etiamnum temporum, & mensium, dierumq; cognitione nauiga-
tores, nec per deserta tantum loca, atque solitudinem iter facientes, verũ etiã
hi, qui camelis præfecti sunt. Musica præterea ea, quæ in agendo versatur, eis
est pernecessaria, cum ob alia, tum quod ipsi eam in ciuitate instituerunt. Hæc
igitur est Platonis sententia, de instituendorum illorum primordio: quę idcir-
co illi talis est, quoniam ars Logica tempore illius non erat. Postea vero quã
est pręceptionibus, & regulis nunc tradita, melius est ab ea istorum disciplinã,
atque eruditionem incipit: moxque vt erit tradita, ad Arithmeticam transirer
deincepsq; ad Geometriam, Musicam, Perspectiuam, ad eamq; artem, quæ de
ratione ponderum differit, ad Physicam, postremoq; ad Metaphysicam. Enim
uero, cum inter se veteres diu, multumq; dubitauerint, vtrum Logicam prius, F
an Mathematicas artes aggredi oporteret: ex hisq; nonnulli Dialecticam ex-
cogitatam arbitrentur, vt & roboraret intellectum, & ab errore retraheret, id-
que ita in interioribus ac reconditis scientijs, quas tractare ipsa cogitur, cuius-
modi sunt, & de natura, & de his, quæ naturam transcendunt. Neque Mathe-
maticæ scientię ob facilitatem, & perspicuitatem Dialectica egerent, in primis
cum non sint admodum cum materia confusæ, atq; inuolutæ. Sed hoc, si ita est,
& non sit sane Logica ad artes Mathematicas adipiscẽdas necessaria, si tamẽ
postea eas acquisitas accedat, erit illa sine dubio ad præstantiam hominis, ac
meliorem quandam conditionem. At, cum ad doctrinam huiuscemodi homi-
num nihil non egregium, atque excellens perquiramus, non erit perfecto alie-
num eos a disputandi arte incipere. Plato vero hos institui debere censuit fa-
cultate Musica, vt decimum & sextum annum, aut decimum & septimum at-
tigerint: neque id etiam prius quam prauis, qui iam dicti sunt, moribus purga-
ti sint. Tum etiam equestri exercitatione ad vigesimum vsque annum vtan-
tur, atque iam inde superiore seruato ordine ad Philosophiam addiscendam se

A conferant. ante quam ætatem Plato eos sapientiam attentare minime permittit, propterea quidem quod eorum opinio, atque iudicium nondum sit ad tantam rem idoneum, nec ratio quidem firma, & constans. Accedit ad hæc, quod qui præmatura ætate fabulis, atque figmentis enutriti sunt poeticis, illi legum constitutiones quantum possunt sugillant, atque abrogant, & ita maxime, dū, apud vulgus rationibus suis infringere leges, atque statuta pertentabunt. Neque (vt inquit ille) per fabulas illas, & fictas, quibus sunt imbuti, orationes aliter afficiuntur, quam qui, quos prius parentes esse putauerat, adultus, ac iam grandior, validiorque solum putatiuos intelligit, & se non legitimum illis, sed falso creditum filium, aliosque sibi esse parentes veros, siquidem quis eum tunc non autumet exutum filij animum, omnemque reuerentiam, quam antea habuerat erga falsos illos parentes, ita vt eò res redeat, vt plerunque ab illo isti contemnantur, & negligantur. Similiter quoque his accidere solet, qui a parentibus ante maturam ætatem disciplinis huiusmodi committuntur, nam quæ in illis solertia est, atque acumen, leges rationibus suis eludere cupiunt, & velut dilacerare, vt iudentes catuli solent eorum, qui ad se propinquant vestes dilacerare. Id quod etiam tu in his facile philosophis esse animaduertes, qui in his nostris Rebuspub. versantur: quibus ipsis nihil certe damnosius esse potest. At vero Platonicæ Reipubli. sapientes futuri, iam inde ex quo sapientiam erunt aggressi, illam percurrere, atque perlegere scientiam non intermittent ad quintum, & tricesimum vsque annum: & tum deinde rei militaris, & bellicæ administratio eis committetur, idque continuatis annis quindecim, vt tandem quinquagenarij ad magistratum Reique publi. administrationem apti sint, atque imperent, ad quod munus cum per ætatis imbecillitatem erunt inutiles, in beatorum (vt inquit Plato) insulas transmittantur. Intelligit autem (vt opinor) per insulas, contemplationem formæ boni, quod ipsum vere esse credatur. q; si aliquis forte crederet reperiri humanum bonum per se existens, necnon aliarum virtutum vsum eius ipsius contemplationem impedire: propterea (mea quidem sententia) Plato non perperam voluerit, vt Philosophi illi ad boni illius cuiusquam consyderationem in extrema sua ætate segregētur. Quin etiam, inquit, cęteros quosdam dies a ciuibus reliquis designatos habere debere, per quos, & eorum concelebrentur virtutes, atque res gestæ, & ijs sacra fiant, honoresque habeantur, quales apud rusticos dæmonibus præstari solent. Eadem est mulierum, quæ ad honores, atque administrationem factę sunt, & educatio, & reuerentia, cultusque cum iam dixerimus, mulieribus cum viris omnia officiorum genera communicata esse. Plato autem huius ciuitatis administrationem optimam existimat, etiam si plures, quam vnus, huiusmodi Philosophi in hac Republi. potentiam nacti fuerint. Hęc vt

C Plato explicuit, modum ipse examinat, quo possit facillime, atq; optime hæc Respubli. constitui. Prius siquidem ipse huius Reipub. statum ita denique optimum prædixerat, si sapiens eiusmodi filius fuerit Regis: vel forte imperium illi alijs rationibus deferri debere, siue propter studij, atque ingenij magnitudinem, seu quod multitudine, atque dignitate cognatorum polleat, vel gloria, potestateque huiusmodi alijs inter omnes pręster. Quod si contingit hoc modo Rempubli. constitui, id agatur in primis, vt qui in ciuitate decem annos continuos plus minus exegerint, in agros transmittantur: istorum autem filij omni diligentia ea educatione, quam descripsimus, instituantur. Hoc enim modo hęc, de qua nttimur. ciuitas ocyssime, facillimeq;, atque optime exorietur. Nec tu dubites, quin modus hic a Platone commemoratus, quam optimus existat. Ciuitas nihilominus hæc potest alio modo condi, sed non nisi longissimo temporis tractu: scilicet si accidat, vt his ciuitatibus magno successu temporis ac diuturno Reges sint optimi, qui non ciuitates istas subinde mutare, atque corrigere desinant, quousque tandem ad optimum genus Reipub. res perducatur. Quæ ipsa immutatio vtroq; istorum generum fiet, nāque & populi actionibus, atq; cōsuetudine, & ipsorū certe opinione cōmutata: eritq; id

facilior, tum difficilior, prout temporum processu leges vniuscuiusq; temporis ratione habita diuersæ ferentur, videlicet aliæ, dum a perfectione Reipu. m... [illegible] aberunt, aliæ ob facilitatem, dum proprius Reip. perfectæ accedent. A... vt summatim rem cõprehendam) facilius est ad probatas actiones hac tempestate inducere, quã ad opiniones probas, atq; optimas, cuius rei tibi facillime fides fiet, Rebuspub. quæ nunc extant perpensis, Quod ipsum non fugiet eũ, qui sapientia omnibus partibus obtinuerit: & propterea ꝙ non rectas opiniones habeant, eas a recto peruerti, ac rui, Respu. autem, quæ operibus tantum præstat, sacerdotię denominari solent, cuiusmodi olim a Persis antiquis (vt fertur) vsurpata fuit, Hęc autem omnia sunt, quę circa Reipub. institutionem, & quasi ortum præclarissime scilicet, ac de eius ordine, deq; constitutione legum Plato differuit: quę quã potuimus breuissime a nobis sunt explicata. Atq; superesse tandem videtur adhuc, vt de ciuitatibus non perfectis quidẽ illis, sed aberantibus a veritate dicamus, quo pacto scilicet dignosci debeant, ac quomodo perfecta illa in istas degeneret, neq; non istę inter se quo pacto cõmutentur. Neq; vero eorum, qui perfectam illam Rempub. spectant, parum interest scire, qua ratione prauę istę incipiant, & procedant ad summam vsq; insaniam, quamq; id facile, & quã optime fieri contingat. etenim medico quidẽ satis esse debere videtur, ita veneni notitiam percepisse, vt eius naturam agnoscat, & ita venenum esse intelligat, vt ab eo caueri possit, etiam si nihil de apparando illo, atq; componendo, & vtendo vnquam fuerit sollicitus. Neq; alia certe Philosopho debet esse infanatum, & errantium ciuitatum cura, quã vt illas cognoscat, & quę mala perfectę ciuitati ab eis euenire soleant, intelligat, Quocirca in hoc tantum Plato elaborauit, vt significaret, quonam modo præstans illa Respublica in istas prauas, & vitiosas verteretur: amplius q; istæ inter se quã permutationis rationem haberent, & quam inter sese similitudinem, atq; varietatẽ, quidq; eis omnibus soleat accidere: qui certe nostri sermonis finis erit, vt Tertium inde tractatum partis huius ingrediamur. E

AVERROIS

PARAPHRASIS IN LIBROS DE REPVBLICA PLATONIS

TRACTATVS TERTIVS. F

De his in Octauo, De ciuitatibus aberrãtibus.



Am vero, postquam absoluit Plato sermonem, quem de optima constitutione Reip. instituerat, refert se ad id quod ex ea, quam nunc tractamus scientia superat. nempe de ciuitatibus aberrantibus differere ingreditur: quarum simplicia tantummodo genera commemorat, tum quo pacto inter se commutantur, tam quantum sint optimo Reip. statui similes, quantumq; sibi inuicem neq; non docet, qui maxime status optimę constitute ciuitati aduersentur: ac tum ostendit, quęnam ciuitatis administratio inter optimã hanc, & corruptissimam, vitiosamq; illam Reip. institutionem intercedat, vt solent media quędam inter duas extremitates incurrere: vt etiam inter nonnulla alia contraria interueniunt plura media, atq; diuersa: exempli gratia, albo nigrum opponitur, & inter vtrunq; plura genera interiecta ordine quodam, atque ratione, prout albo alia, alia nigro propiora sunt,

A ac magis specie coniuncta: ita sane consequens videbitur, duorum extremorũ
quę maxime inuicem opposita sunt, nullam mutuo posse transmutationem esse,
nisi transmutatio illa per media ipsa ordine, atq; serie incedat, ita vt primum
ad proximum, deindeque ad id, quod illud ipsum consequitur, subindeq; ad re
liqua deinceps, donec ad extremum alterum perueniatur. Idq; latius explica
bimus tũ, cum ad verba Platonis deuentum erit: comparabimusq; eos inter
se, qui harũ ciuitatum cuiq; perfecti sunt: atq; etiam quam quisq; voluptatem
ex administratione capiat, expendamus: eoq; modo summam rerum necessa-
rium, quę hac in parte Platonis verba continent collegerimus, ac singula ho-
rum ipsorum explanabimus. Et Plato quidem constitutiones simplices, quibus
in vniuersum ciuitates conduntur, atq; formantur, quinq; esse censuit. Primã
quoq; omnium optimam illam, de qua adhuc verba a nobis facta sunt: Pro-
ximam huic ambitiosam: Tertiam, quę paucorum dominatu continetur: Quar
tam potentiam certe quęstuosam, qui principatus vitiosus aduodum est: Quin
to, eoq; postremo loco est tyrannica dominatio. Quod si optimum genus illud
Reipu. in potentiam regiam, & administrationem optimatum diuidas, sic prin
cipatuum quidem sex videbuntur esse genera. Etenim qui hanc optimam ciui
tatis gubernationem nactus, quinq; his instrumentis paratus, & ornatus sit,
quę sunt sapientia intelligendi, facultates consummatissima, & exactissima,
B opulentia quantum satis est, sententia, seu imaginatiua vis, omni in se optima
perseueranti deniq; firmitas, atq; constantia, addere etiam necesse est, vt in cor
pore nihil sit quod illi ad vsum, atq; continuationem virtutis, & actionũ obsit.
Qui igitur instructus est plane, atq; ornatus, Rex est, eiusq; etiam administra
tio regia. Quod forte, si hęc superiora ornamenta, atq; instrumenta non in
vno aliquo, verum in cœtu, ac multitudine quadam certa, ita vt aliquis vnus
ad finem rerum sapientiam pręster, alius exactam intelligentiam eius quod ad
finem maxime confert, alius satis opus, satisq; facultatum exhibeat, conijci-
endi alius, atq; sentiendi, seu imaginandi pręstantiam habeat, facultatem, vim
que perseuerandi, constantiãq; rebus agitandis adhibeat aliquis alius, simulq;
sese omnes inuicem adiuuent, vt ista administratio rerum optima, atq; tutela
exoriatur: talis certe principatus penes delectos quosdam erit, vocabiturq;
optimatum, & egregiorum ciuium administratio. Pręterea etiam hanc in Re
pub. contingere potest, vt princeps sit aliquis vnus, qui vsq; ad dignitatem
regiam non peruenerit, sed tantum se legibus exercuerit, quas primus institue
rit legislator, perspicacitatemq; conijciendi, atq; intelligendi adhibuerit, ad
id etiam ex legibus eliciendum, quod non ab illo conditore legis satis diserte
expressum est, potissimumq; in contractibus, seu sanctionibus, causisq; priua
tis, & iuribus: cuius certę scientię genus est ea, quę apud nos ars iudicandi
nuncupatur. insuper etiam ille habebit ad perpetuanda instituta facultatem,
C & potentiam. is inquam rex legum appellabitur, Neq; id fere contingit, vt
duo scilicet ista nouissima in quempiam vnum concurrant: quin potius in di-
uersis semper sunt illę duę facultates, continuandi scilicet, & iudicandi: neces
sarioq; vni cum altera rerum dominium communicabitur. id, quod nos in cõ-
pluribus Mahomettanorum regnis intuemur, Verum, cũ pręter cęteras admi
nistratio quędam rerum sit voluptuosa plane, atq; illecebris astricta, cuius spe
ciem quicunque professi sunt delectatione omnia, & voluptate metiuntur, eo-
rumq; finis propositus delectatio tantum est: cui gubernationi, si illam addide
ris, quę ex concursu hominum necessitate cogente simul coeuntium constat,
iam genera octo Rerumpub. effecta erunt. de pręstantissima autem abunde
dictum esse videtur. Nunc igitur de ambitiosa. Et quidem ciuitates ambitiosę
sunt illę potissimum, quarum in primis ciues valent, qui maxime inter cęte-
ros honoribus producuntur. Atq; honor quidem verus homini maxime ab ho
mine contingit, ei scilicet, qui cum perfectionis alicuius opinione polleat, al-
terius animum iudiciumq; quodammodo obnoxium habet, atq; obsequens.
prætor hoc alterum etiam honoris genus tritum quidem satis reperitur, atq;
vulgare: cum scilicet honor ipse non ab alterius obseqaio tali, aut iuditio pro-

Quot, et quę ciuitatis species.

De ambitiosa Republica.

ficitur, ac nisi ob remunerationem quandam, vel honoris, vel muneris cuius
cunq;, aut vtilitatis, adhibito quodammodo partiatis ęquilibrio, vel saltem D
quantũ fieri potest, ęquitas ipsa in eo genere desyderari maxime solet, qui ho
nor circonforaneus, atq; in publico frequens dici potest. Neq; illud primũ ho
noris genus fit propter excessum rerũ illarum, quibus honor debetur. Quod
genus honoris ambitiosi huic potissimũ expetendũ est: & ideo quosdam, qua
si ordines gradusq; ciuiũ retinet, neq; minimum hoc ipso optimam Rempub.
imitatur. a qua tamen hactenus discrepat hac etiam in parte, q in illa virtu
tem honor consequitur, & res eas, quę sine dubio dignissimę sunt, ita sane
vt non per se honos perfectę Reipub. sit propositus, verum annexus virtuti,
atque comes: Hęc vero ambitiosa honorem plane per seipsum consectatur,
qui honor his ex rebus emanat, quę prima specie, & velut vno aspectu hono
re dignę censebunt. sunt autem eę potissimum, opes, generis claritas, delecta
tiones etiam, ludus alię, copia fortunę, ita vt non planę necessaria desint, sed
tantum suppetat, quantum necessitatis satis est, fortunarum, aut alijs opem fe
rat. His rebus iam dictis videtur tamen nemini magis deberem honorem, q
qui dominiũ, ac potentiã, ac victoriam semper desyderare videtur, nunquãq;
alijs subijci. quę sane omnia honore primo dignę esse censentur: & qui huius
modi dotibus ornati sunt, alios magnitudine quadam animi antecellere viden
tur, ac magni animi apud homines habentur, eo presertim, si addatur facultas E
quędam dominandi, ac robur, puniendiq;, & remunerandi, quę certe facultas,
& potentia cum robore corporis, tum animi etiam vi, atq; nequis quibusdam
consistit, exterioribusq; alijs quibusdam commodis, Quocirca, qui tales (vt
diximus) erunt, ciuitatibus istiusmodi maxime regendis apti erunt, tantumq;
honoris consequentur, quantũ superiorũ rerũ, quę honoris a pluribus tribuun
tur, habuerint: ita vt qui non videbitur tanto honore dignus, vt sit vnus vni
uersorum princeps, possit nihilominus pro merito dominij particulam accipe
re, vt aliqua in re dominetur, in aliqua vero alia alij sit obnoxius. Propter
quod de Almansore Abuhumari filio memorię traditum est, eum conciliabu
la, & nuptias solitum frequentare: & aiebat, quicunq; se principem fidelitã
profitetur pręcipiat mihi, vt illi subijciat, vilissimumq; me habeam, & pu
tem: sic enim honoratior inter illos ero. nemo enim potest animam honorare,
nisi eam demittat, & subijciat. Iam vero in hoc ciuitatis genere non postre
mus est locus vestibus nitidis, ac splendidis, quales byssinę sunt, & purpureę,
Regibus vsurpatę propterea: neque etiã parum est in aurea considentem ca
thedra conspici. Sunt enim hęc certe, quę primo intuitu speciem quandã vir
tutis, aut scientię pręseferre videantur: superioraq; illa omnia qualiacunq; or
namenta, in quencunq; fuerint congesta, huic maxime dominium deferri de
bebit: idq; si pręterea velut facultatem, atque artẽ habuerit in diuidendis ho F
noribus dispartiendisq; beneficijs ęqualitatis obseruandę, quę ipsa hac Re
pub. iustitia existit. Sane quidem hic ambitiosę ciuitatis status, pręter opti
mos illos, quos diximus, pręstantissimus videbitur in eo enim iudiciũ quod
dam est, atq; contemplatio eius, quod prima apparentia, primoq; aspectu spe
ciem alicuius virtutis pręseferat, aut actionis honestę, & pulchrę. Nec non
hoc ipso in statu, qui versantur, eas in primis actiones sequuntur, quę glori
am in posterum, ac laudem efficiant, vt eorũ neque mors, neque vita sine
honore esse possit. Ergo hic ciuium talium concursus ambiciosus quidem
erit, honorisq; appetentiori qui tamen perraro in populo rudi, ac simplici in
uenietur. ideoq; non est in promptu incidere in similem, ciuitatem, est tamen
apud nos quidem illa frequentissima. Nunc vero de vitiosa illa, quam quę
stuosam nominauimus, in qua principes certe sunt eiusmodi, vt de quęstu
pręcipua illis sit cura, & supra quam certe necessitatis, vsusque ipse postulet,
non vt aliena quędam hac sumptuum parsimonia (seu illiberalitate) assequa
tur. Et opum certe, aut etiam diuitiarum duo genera sunt, vt alterum na
tura ipsa sit, alterum constitutione, & vsu. Natura quidem opes dici possunt,
quę necessitati humanæ, atque indigentię succurrunt: qualia sunt, & faculta-

De quęstuosa seu paucorum Repu.

Opum genera duo.

A tes aliç, tum indumenta, tum çdes ad habitandum, aliaq; paranda, quibus cō-
modius viuatur, atq; beatius. Instrumenta etiam artium, quç homini subsidio
sunt. Materię etiam, ex quibus conficiuntur, illa. Opes vero, quç non na-
tura, sed ex vsu, & impositione quadam inueniuntur, sunt nummi, aut quç-
cunque vice eorum vsurpantur. quç, etsi necessitati humanç proprię non opi-
tulantur, ob id enim vbiq; in vsu non sunt, ciuitatibus tamen conferunt, vt
commodius conuentus fiant, circaq; res agendas, atq; cōmunicandas modus,
atq; medium facilius adhibeatur: propterea; nummi ipsi velut signa quæ-
dam rerum omnium prçcium, & valorem reprçsentant, vt cum quis aliquam
rem affectat, eiusque valorem cognouerit, quod quibus nummis emat, cogno
scere sit in promptu. Itaque velut cōmunis omnium mensura rerum nummisma
est, qua illç inter se commutentur, atq; alienentur, eaq; ratione, velut anima
opum omnium existimetur in primis, cum victui humano ad cuiusuis commer
cia vtilis nummus sit. est enim quasi rerum omnium facultatē potentia cōpre-
hendens. & facillime cum quibusuis rebus permutabilis. Illorū igitur homi-
num princeps est, qui reliquis est ditior, & potentior: cui, si accedat, vt ratio
nem gubernandi calleat, qua scilicet recte illis, quibus dominatur, facultates
impertiat, seruetq;, profecto dubiū non est, quin tali in ciuitate dominus esse
debeat. Inter cętera vero necessaria, quibus diuitię acquiruntur, sunt maxi-
B me, agricultura, & loca pascua, atq; venatio: deinde mercatura, & stipendia,
& reliqua id genus: & is, inquam, status quçstuarius dicitur. Causa aūt, ob
quam hoc genus maxime etiam paucorū dominium appelletur, est, ꝙ cum
ipsi opulentiam quçrant, atq; diuitias, necesse est eos paucos esse, maiorem
vero ciuium partem pauperiate prçmi, vt posterius amplius explicabitur.

Populares vero ciuitatis status ille est, in quo oēs, cum sint liberi vnicuiq; pe. De popolari ciuitatis statu.
nes se sit vitę. & instituti sui arbitrium, ac re eius persequendç, ad quam ani
mus, voluntasq; inclinabit. propterea; in hac Republ. comprehendentur
velut summa quçdam omnium institutorum, propositorumque, que insuperio
ribus illis existunt; vtpote cum in hac sint, qui ambitione ducantur; alij, qui
re pecuniaria, atq; quçstui alij, qui tyrannidem sibi, & principatum propo-
suerint. nec est quo minus inter istos sit, qui propria virtute ad quoddam op
timum vitç genus excitetur, eoq; delectetur. Exorientur itaque hac in ciuita
te omnium artium, omnium officiorum, habituum genera. Et sane inepta nō
erit, vt ex ea oriri possit optima illa, & perfectissima Respubl. neq; non quç
uis ex reliquis alij administrationis forma: ac videtur nullum hic esse domi-
nium, nisi in illos, qui sua sponte inseruiendi, seu obediendi conditionem su-
sceperunt, aut propter primas leges. Neq; enim verisimile est hac in ciuitate
licet omnia, cum certe in tanta licentia cohiberi non possint cçdes, rapineq;
C mutuçe cum prçsertim eorum scelerum voluptas quçdam non paucis mortali-
um innata sit. Ergo dubium non est. quin hic quoq; prima quçdam instituta
ciues obseruent: quç sunt, vt quem quis in principio, statim scilicet quam est
condita ciuitas, locum sibi delegerit ad habitandum, eum cum reliquis com-
moditatibus, neq; non prçdita, & agros, & alia ad victum, & alimenta at-
tinentia, quç occuparit, iure retineat. Secunda quoq; instituta sunt, quæ in
commercijs emptionum, & venditionum contractibus seruentur. Possunt
etiam tertia accedere, ad mores componendos, & regendos, similiaq; eius ge
neris informanda. Neminem aūt ignorare arbitror, hoc in populari statu ante
omnia rem cuiusq; propriam, atq; familiarem curare, adeo vt id vnū scilli-
us generis ciuitatis propositū, scilicet domestica primo curare, ciuilia vero pro
pter domestica. & ideo est vere œconomica: contra autem se habet in optima
illa Repub. In populari itaq; Repub. liberum est vnicuiq;, & quatenus pos-
sit rem suam, & diuitias prçcipue quçrere, augere, atq; tractare. Huiusmodi igi
tur certe sunt nostrç tempestate ciuitates, scilicet populares: quibus is maxi-
me, ac facillime dominatur, qui sua opera vnicuiq; id, quod concupiscit, & quo
delectatur afferre possit, simulq; tueri. Vulgus autem hanc Rempub. inter
cęteras alij dominari putant, vtpote in qua vnusquisq; prima specie putet li-

bertatem sibi deberi. Neq; temere credi potest hanc esse primam, ac pręcipu
am omnium ciuitatum, quę vrgente necessitate ortę sunt. Siquidem morales,
postquam quod sibi necessarium est nacti sunt, tunc de voluptate, & delitijs co D
gitant: vt non male a necessitate ipsa status huiusmodi popularis profectus vi
deatur. & concursu quidem talis hominum per accidens, & casu quidem factus co
videbitur. Imperium ipsum quoque quasi fortuitum est, cũ nullo vno fine pro
posito ipsi congregati sint. Hoc tempore similiter apud plures Regum Maho
mettanorum sunt eiusmodi hominum congregationes, quę œconomię potius
ꝙ ciuitatis speciem referant: tametsi ex omnibus legibus eam retinent
prima illa instituta superius dicta seruat. Neque dubium est, quin opes huius
Reipub, omnes quidem priuatę sint, ac domesticę: propter quod necesse est ali
quando, ex proprijs facultatibus & domesticis iam accumulatis aliquid ex
pendere, velut ad milites mercede conducendos: ob quod & tributa, & indi
ctiones imponentur. Tandem in duo hominum genera ciuitas distinguitur, al
terum vt plebs nominetur, alterum primates. Quales olim ciuitates in Persia
erant: hodieq; durant apud nos non dissimiles illis, in quibus plebis ipsa im
becillior potentioribus pro pręda est, quousq; interdum ea violentia, iniuria
que tyrannidem iudacat, quemadmodum hac tempestate, & hac nostra Rep.
oriri videntur, Crescit autem apud vulgus vt plurimum amor nummi, pręser
sim cum illę primę leges sint apud eos, & ipsę populares, vt scilicet quisq; E
sponte se pro Repub, bello exponat, & pugnet: quo pacto neqi cogentur ipsi
suas facultates ad bellum gerendum insumere, quę lex haud dubietam diu du
rabit, ꝙ diu ij, quibus est imposita, necessitate illa, quę eos in ciuitatem coe
git, etiam complementum victum sibi vt, atq; rapto acquirere, Quod si forte
per otium, vel corruptam, & vitiosam educationem voluptates obrepserint,
fient continuo inbelles, & effœminati; ac principes quidem eorum ad bella
gerenda tributa illis imponere cogentur, quibus imponendis, si non illi ęqui
tate vtantur eos.q; vt subijcere audeant, haud dubie id populo graue, & intole
rabile videbitur, ita vt consilium ineat ipse exigendorum principum, & con
tra illi aduersus populum vi, atq; iniuria nitendo tyrannidem quandam insti
tuant: proptereaq; videri possit hęc ciuitas tirãnicę Reipub, maxime aduer
sa, Pecunię vero ciuiles, quę primo in gente huiusmodi existunt, non Reip.
gratia, sed familiares, ac priuatę potius sunt: transferuntur enim domos pri
matum. & propterea hac tempestate administratio sacerdotum est mere ty
rannica. Hactenus igitur de populari statu, atq; his, quę illum consequun
tur, dictum sit.

De Tyrannide.

Tyrannis autem Respub. re vera est, cuius omnes ciues eandem curã, idẽq;
propositum, quod & ipse tyrannus, habent: quod quidem nihil aliud est, ꝙ vt G
suum ipsius tyrannus finem sibi destinatum assequatur. tale autem est cupidi
tas per vim, ac tyrannidem solum dominari, aut glorię, aut opulentię, aut
voluptatis, aut omnium istorum simul, Manifestum est huiusmodi ciues nihil
aliud curare, nullumq; alium consectari finem, ꝙ vt tyranno obediant, & im
perata eius faciant, nihil admodum seruis dissimiles, immo vero serui potius
quorum conuentus omnibus in rebus maximam optimę ciuitati habet dissimi
litudinem. Illic enim in perfecta scilicet ciuitate, hoc vel publicum est propo
situm, vt ex omnibus ciuitatibus tantum sibi quisque felicitatis vendicet, quan
tum eius natura dignitatis, atque virtutis potest accipere. cuius quasi exempla
omnes artes, omniaque prope, & bene instituta regna imitantur. est enim his
quoque constitutum, publicę vtilitati consulere in artibus, exempli gratia in
Medicina. An non est medico propositum principium curare ęgritudines, nõ
seipsum tantum modo? In arte gubernandi, an non pręcipua gubernatori ipsi
cura est, de vectorum salute non sua tantum ipsis? Contra vero in tyranno est.
pro se enim tantum elaborans nullam ciuibus aut bonorum, aut boni cuiusquã
particulam impendit; quin potius ea imperare non desistit, quę non illius, sed
quę sibi maxime vsui sint, his non alia vtens ratione quã seruis. Neq; certe
ambigi potest hunc Reipub. statum omni genere iniquitatis, & iniurię afflue

re. neque

A re, neque enim, vt in hac ciuitate fit, vnusquisq; artes, atque studia propriū magis, quam publicum compendium sequi debent, immo idipsum maxime: idq; ex sese satis clarum est. In hac certe tyrannide singulatum domorum cura, ac ciuium labores, opificum etiam, & aliorum vnius tantum domus, tyrannicę scilicet felicitati, & perfectioni laborant, supra q̄ q habet etiā vnusquisq; proprium sibi ad optimam sui conditionem propositum. Similiter in illa perfecta omnium ciuium, atque generum propositum est, & proprium cuiusq;, & certe ad vnius quasi dominij beatitudinem commune. Qua in re tyrannicę Reipub. perfecta quodāmodo est similis, enimuero tametsi in vtraq; omnia ciuium genera ad vnum quiddam contendant, atq; commitantur: vtrobiq; tamen differentia est, nam in optima illa singula & ciuium, & artificum genera pręstitutum sibi, ac proprium, congruumq; finem (ille autem est suę cuiusq; beatitudo) persequuntur, Pręterea tamen, cum accidat, vt illud isto rum propositum Regis summum bonum respiciat, videbitur esse ciuium ille finis propter regis felicitatem quęsitus, seq; vicissim, & Rex, & populus iuuabunt ad communem quandam beatitudinem consequendam: in quo & populus Regi ad quęrendam sapientiam illi sine dubio familiarē vtilis est, ac Rex vicissim populo ipsius quamplurimum inseruiet: nisi gubernare, ac regere id malis in rege appellare, q̄ inseruire. At vero in tirannide res longe alia est.

B nihil enim tyrannus populi causa, sed sua ipsius omnia factitat. Neq; ab hac similitudine diuersum ea, quę inter tyrannicam hanc ciuitatem, & sacerdotū gubernationem intercedit; eoq; perfacilis est istius sacerdotij in illam tyrannicam transmutatio. id quod nunc nostris in ciuitatibus est frequentatum, atq; adeo sacerdotij professio tyrannicis flagitijs deformatur. Ad hęc tyrannus nō nullos habeat conscios, & adiutores oportet, vt postea horum ope inuitis ciuibus dominetur, ijs tamen, quos velut tyranni socios diximus, accidit nonnunquam, vt dominatione tyrannica non vtantur, neq; fruantur, interdumq; contra, vtroq; tamen modorum in vniuersum ciuitas tyrannica appellatur. Nam etsi contingat illos tirannidem arripere, eiusq; dignitatem exercere, ea non vno modo, neq; equaliter vtentur, sed erit, & dissimilitudo, & inęqualitas pro modo, atq; ratione vniuscuiusq; eorum dominij, vel potestatis. Quod certe genus multorum tyrannidis cum alias facillimum inuentu sit, tum frequentissimum est in ipsis tyrannidis initijs: & hoc pacto certe exercent illi in suos populares tyrannidem. quanquā fieri etiam potest, vt ciues ipsi nonnunq̄ cum tyranno conspirent, illiq; auxilientur ad tyrannidem, non in se, sed in alios, exterosq; populos constituendam. Qua in re distincti etiam inter se gradibus erunt, & diuersis insigniantur dignitatibus, vt quisque ingenio, prudentia, aut quacunq; alia re ad salutem publicam, & tyrannidis tutelam pollebit. Ty-

C rannus autem ipse erit ac princeps istorum omnium, qui inter omnes superioribus illis dotibus & instrumentis pręstabit, hactenus autē de tyrannide, & eius partibus. Ciuitates vero, quę voluptatibus & cupiditatibus deditę sunt, in quibus potissimum ciues sensuum oblectamenta, & illecebras, libidinesq; tum cibi, tum potus, tum venreis persequuntur, non aliter q̄ ciuitates vi, atq; necessitate effecte ciuibus constat, sibi res tantum necessarias proponentibus quę his maxime rebus quęruntur, aut agricultura, aut venatione, aut rapto, & agricultura quidem magis est homini naturalis ad acquirenda necessaria. Verum iam satis dictum esse videatur ad singularum istarum ciuitatum notitiā, iuxta primum, & pręcipuum propositum huius scientię, quarum omnium varietas diuersitati morum animi respondet. Numerus etiam, atq; causa ab his ipsis moribus, quos diximus ducitur, nanq; pars ipsa irascendi honorem quęrit, dem, atq amplitudinem ambit; quę ipsa, si nimia est, in tyrannicam violentiam conuertitur. Iam vero voluptatum, & opum libido eius sunt partis, quam concupiscentiam dicimus. Ex illa animę vi ambitiosa ciuitas, ac tyrannis educitur, ex hac voluptarius, hinc inde quęstuarius status popularis autem videtur quasi ex diuersis, confusisq; moribus atq; affectionibus exprimi, his scilicet, qui singulis quibusque a natura impressi sunt, & desyderia

Sacerdotum gubernatio tyrannica est.

De ciuitatibus cupiditatib' ac voluptatib' deditis.

quodã rei cuiuslibet, atq; cõditionis. Quod si aĩę partes ita a se inuicẽ separa
renti, soluerenturq;, vt non inferior superiori, dignitori indignior subijceretur,
eiusq; causa esset, quẽadmodũ a nõnullis existimatũ est, tunc dicendũ foret, oẽs
hominũ concursus libera, & populari ciuitati cõtineri debere. At vero, si reli-
quas oẽs animę partes iracundię mores gerere ęquũ esset, omnium mortaliũ
aut ambitiosę ciuitates, aut tyrannicę. Si concupiscentia princeps esset, esset
quoq; optimum, hominũ congregationes, aut quęstu, aut voluptate obtineri.
At enim, cũ in Naturali philosophia, tum in hac Ciuili, rem ostendimus aliter
omnino se habere, rationemq; eam esse, quę iure reliquis animę partibus do-
minetur: eoq; efficitur, vt res illa publica, cui eadẽ ratio dominatur, optima, sit.

Postquam autem singularum istarum ciuitatum fines cõposuimus, nunc de-
ueniendum esse arbitror ad ea, quę Plato de mutua earum inter se transmuta-
tione, nec non comparatione edisserit. At primum quidem binas inter se con-
fert deinde plures, quousq; tandem omnes inuicem comparet. similiter quoq;
in harum ciuitatum principibus factitauit, scilicet inter duos principes illarũ
duarum, postremo inter ipsos omnes comparat, cum id sit in Rebuspub. mani-
festius, q̃ in ipsis moribus, veluti iustitia ipsa: quę in ciuitate sane manifesti-
or est, quam in vna anima, similiterq;, & iniustitia. Dicendum igitur est ciui-
tatem illam optimam, si quando contingat constitui, tametsi difficile, nihilose-
cius corrumpi, atque desinere oportere, quicquid etenim gignitur, vt in Phy-
sicis probatum est, atq; etiam rationibus commonstratum, id corruptioni ob-
noxium esse necesse est. Nec dubium esse potest, quin eius Reipub. interitus
ex ipso genere illi dominante proficiscatur: quando scilicet ipsum corrumpi,
ac degenerare mixto inter se, confusoq; auro, & argento contigerit. Quando-
quidem, si Reipubl. huius principes non diligentem operam adhibuerint, vt si-
miles viri, & fœminę commisceantur, nascetur ex ea negligentia proles va-
ria quidem, ac dissimilis inter se, & suorum etiam parentum, quę ipsa, si non
ex genere custodum tollatur, transferaturq; in aliud genus, ex ea sine dubio
mali semper exorientur, qui a toto sui instituti genere, ac pręceptione, qua
imbuti fuerint, discedent: Musicam despicient, Gymnastica vna vtentur,
qua pars illa irascendi propria maxime roboretur, & coaugescat, cupiditas
etiam promoueatur. Hoc certe hominum genus, si quando inter imperan-
ter oriatur, atque generi eorum optimo inferatur, attrahet vnusquisque isto-
rum alium similem sibi, ac velut comparem, moribusque suis, tanquam con-
lagine inquinabit: eritque totum ipsum genus æneum, atque ferreum, omni
cura propensum ad rem angendam, diuitiasque congerendas, Alterum vero
ad virtutes, quas supra commemorauimus, maxime asperabit, ac conabitur,
eaque morum inter se distractio, cum aliquantisper durauerit, in medium ali-
quid delabetur, ac defluet. Id autem erit, quod inter optimam administratio-
nem, & quęstuarium interuenerit. Sicq; opes comparabunt, regiones subigent,
& territoria suis finibus adijcient: hęc ipsi in vsum proprium, sibiq; ac suis
reponunt. Ex his pręterea, quę ipsi custodes acquisierint, illis id impartient,
quantum satis est ad victum, & necessaria cętera, illis ipsis hac in parte haud
secus, atque seruis abutentes, quos in amicos olim, & liberos habuerant: do-
miniumque rerum vi quadam, & bellica potentia, & ipsa etiam gloriæ, at-
que dignitatis cupiditate arripiunt, quo pacto sane media videbitur effecta ci-
uitas inter queustariam, vbi paucorum est dominatio, & optimam, perfectis-
simamque illam, nam qua ratione genus illud ciuium, quod cum illis bellorũ,
& periculorum est particeps, nihil ex omni quęstu, nihil ex omni arte emo-
lumenti requirat, ciuitatis optimæ quoddam specimen est, At enim quatenus
principes ipsi non ex optimis, quales antea descripsimus sunt, verum iam non
obscure ad iracundię dominium, & tyrannicam potestatem declinant: est cer-
te hac de causa non proba plane, nec bene istituta ciuitas, quo magis mixta
quodammodo ex bona, malaque. Atque hæc est illa potentia, inquam pri-
mum (vt Plato censet) tanquam in proximam ea optima degenerat, & per-
mutatur. siquidem honoris, ac dominij cupiditas maxime inter omnes affe-

De mutua ciuitatũ transmutatione.

De transmutatione optimę ciuitatis.

A tus proborum alioqui & egregiorum animos occupat: ob idq; nonnullorum eruditorum virorum sententia est, Glorię amorem id esse, quod maxime in dominio amicorum expetitur, idq; primum eligi post sapientiam. Est enim honor velut quędam vmbra, ipsi sapientię coniuncta, ac comes, propemodumque proxima: ob quem honorem probi etiam ad illud dominandi genus conuertantur. Et propterea sane raro, quicunque sunt virtutibus pręditi, si diu in virtutibus ipsis stabiles sint possunt vmbra carcere, famęque sibi conciliandę cupiditate. Quod si honoris cupiditas vsq; ad tyrannidis concupiscentiam abundauerit, tunc non minus hęc ciuitas, in qua optimum genus existit, distabit a vera dominandi facultate, quã deprauatum, & vitiosum illud genus, quod tyranni dominum acceptat, vel quod in eo oriatur, qui ita se habeat. Simile quoq; est vno in homine negotium, scilicet de generationis alicuius, qui optimę Reipub. similis est. Idq; est quod Plato sentit de optimæ Reipub. permutatione, necnon etiam optimi viri, idest Philosophi: qui ipse nonnunquam ex Philosopho ambitiosus fit, & ambitiosę ciuitati similis, qui quidem felicitatẽ ipsam in honore consistere contendit, & asserit. Ac talis certe (inquit) qui summũ in honore bonum constituit, auide Gymnasticam sequitur, & prędas non dissimiles rapinę amat, negligit Musicam dominum atq; tyrannidem concupiscit: neq; tamen eo se dominari debere arbitratur, ꝙ vel
B dicto, vel nutui audientes parere velit, verum propter suam in rebus bellicis excellentiam. Subiungitur pręterea, eum ipsum quandiu iuuenis erit, pecunias contempturum: quarum amor processu temporis, atq; perfectę ętatis subinde se inferet. nam, vt cum perfectę, ac integrę naturę non sit, exitu ipso tandem rei nihil erit auarę dissimilis: cum ab optimo custode iam aberit tantum certe, vt a musicarum persuasionum obsequio sit diuersus, atq; remotus: quibus si anima iam inde a suo exortu adhęserit, per totam vitam, sine dubio virtutẽ persequetur. & talis igitur est honoris, & glorię assector. Atq; quo pacto ex optimo, & perfecto viro talis effici possit. quęri potest, Tunc maxime certe, cum tenera quis ętate optimi alioqui patris filius in male instituta ciuitate educatus sit: in qua pater quidem ipse nullis muneribus, nullis officiis pręesse velit: quemadmodum solent viri boni, atq; integri se gerere in male institutis ciuitatibus & prauis, filius ipse, quanquã ita affecto patre, matrem audiat de viro suo conquerentem, tanquam ignauo, & languido, nulliusque inter magnates numeri, proptereaq; ipsam etiam sine dignitate, sine vlla honoris specie abiectam viuere: ad hęc moleste ferentem, ꝙ in re accumulanda nimis sit remissus, nimisq; negligens, sic igitur filium mater admonet, tanquam natus sit ab homine parũ humani ingenij participe, parumq; acri ad rem, gloriãq; & parum strenuo: nonnullaq; alia suggerit, quę solent mulieres contemnendis viris suis vsurpare. Adde, ꝙ serui, socijq: atq; in primis coniunctissimi
C quiq; ex domesticis, atq; familiaribus eadem illi affirmant: ac si quã viderint in patrẽ ipsius iniurium quandoq;, aut petulantem, aut retinentẽ iniuste pecunias, adolescenti filio paternę iniurię vindictam omni rationi cõmendant, vt procaces illi, & iniusti dent pœnas: quę iniurię. cuius authores fuerunt, comparatę duplæ esse videantur: & hortentur etiam, ne vlla in re sit non validior, prõptiorq; patre. Quod pręterea, si accedat. vt videat in ea ciuitate eos, qui viuntur proprio, & priuato officio, humiles haberi, & velut insani essent, omnino inhonoratos esse: cõtra, qui neq; iure dõminetur, neq; suũ exequantur officium, laudari ab omnibus, & principes inter cęteros, primiq; vocitari. Consequens ergo certe erit, vt & adolescens filius seruet probã illam, quã ex educatione, admonitioneq; paterna consecutus est naturam, rationalem virtutẽ scilicet: desuper hanc irascendi, & concupiscendi vis accrescat, veluti in qua aliena institutione semper promotus sit. Atq; ita a diuersis in duo illa superiora diuersa ẽt distractus, in medium quiddã deducetur, scilicet, quod inter eximiam voluptatum cupiditatẽ, & maximũ virtutis amorem intercedat: quo modo se omnino ad hanc partem mediam, videlicet ad ambitionis, & honoris amorem transferet, atq; impellet. Est enim quoq; in anima pars hęc, vt sępius

diximus, maxime proxima ei, quę ad virtutem ducit: ex quo necesse est, vt
iste, & glorię sit auidior, & magna aggrediatur, atq; efficiat. Hic igitur modus
est, & velut norma designandi adolescentis, qui finem terū gloria, & honori-
bus demetitur: ac exposita ratio, qua se ab optima natura, & perfectissima di
fiungit. quę omnia etiam sunt in ciuitate ambitiosa similia, similiterq; ipsa ab
optima ciuitate degenerat. Quę omnia, vt a Platone de ambitiosa, & optima
Repub. deq; optimo, & ambitioso viro dicta sunt, videre est in antiqua illa
Arabū Reip. administratione. quę haud dubie optimā Platonis Rempu. imi-
tari putabat: tum secuta est mox illius ipsius Mahauię temporibus in ambi-
tiosam commutatio, quę adhuc per insulas nostras durare videtur.

De transmutatione ambitiosę ciuitatis.

Post hęc autem Plato de transmutatione huius ciuitatis inquirit, in quam-
nam ipsa ciuitas formam, in quod hominum genus vir ambitiosus transeat.
Tum demùm in hanc venit sententiam, vt sępissime ambitiosa Resp. in domi
nationem paucorum conuertatur: in qua ipsa (vt iam diximus) diuites sunt
illi, penes quos rerum est administratio, nihilq; pauperes in eo dominio com
monicat. In hunc modum fit, cum scilicet lapsu temporis diuturno in ambitio
sa ciuitate principes similes vixerint, & quasi sensum aliquem induerit eius
vtilitatis, quę a pecunijs, atque diuitijs percipitur, & demum pulchro, & ho
nesto vtile proposuerint, itaq; recesserint a virtute longius: vno interiecto gra
du priore ambitionis, ad extremumq; illi nephario honore pecunias, diuiti-
asq; celebrabunt, Fortasseque, quod dicit Plato verum id videbitur, si diligen
tius ciuitates ambitiosas perscrutabimur, & velut transmutationis earum nor-
mam: genus tamen hoc, quod paucorum dominationis est, idem certe abie-
ctissimum est, & vilissimum, neq; diu consistere potest, leui quaçunq; cau-
sa, siue interna, siue externa sit, corruptibile. Errorq; in eo ipso primus est,
vt non ei potissimum dominium deferatur, qui, & vit optime, & consistere
in eo diutissime possit. verum enim solę hic spectantur diuitię: non aliter certe,
atq; minus absurde, quā si quis ditiores diligendos nauibus gubernatores ve-
lit, neq; admittendum nautam peritissimum, qui vere nauta sit: sic etiam in
hoc principatu pauperem non ferunt, ob egestatem. & quemadmodum, qui
huiuscemodi nautam elegerit, perniciem, ac exitium naui, vectoribusq; om-
nibus quęret: ita, & de ipsa Repub. res se habet. Ad hęc, ciuitas huiusmodi
non vna plane, sed velut bipartita in tenues, & opulentos videbitur, nanque
diuites illi, cum congregandis opibus, tum auare etiam, & sordide continen-
dis pauperes a se auertunt, & remanent ipsi diuites. Est adhuc ciuitas hęc pes
sime affecta, ꝙ ad gerendum bellū nullo modo idonea est, cum omnino princi
pibus vnum de duobus necesse sit: aut .n. multis vti militibus, quod fieri non
potest: eos .n. armatos non parū, immoquā plurimū formidabunt. qua ratio
ne etiā hęc ciuitas paucorum dominij appellatur. Adde etiam, ꝙ neq; plures E
milites mercede, vtpote auari, & tenaces conducent, sed vel vt ipsimet sint mi
lites, vel ipsorum quam pauci. ꝙ si accidat, necesse erit, vt fugiant in pręlijs.
Quod certe animaduertere in multis populis licet, qui quiete, & pacate vixe
rint, si quando ipsis cū pauperiore gēte bellū cooriatur. Estq; in eadē Rep. er
ror non minor ꝙ̄ superius vituperauit, vt idē varia officia, variasq; artes ho
mo exerceat: vt idē & terrā colat, ac pecunias, opesq; accumulet, Qua etiā
in ciuitate Principes nasci tales, malorū omniū est grauissimū. nunquā .n. illi
regimen ipsum ciuitatis peruertere desistent, atq; ad id potissimū cōparare,
quod & voluptati sibi sit, & quęstui. Ac ex legibus quidē huic ciuitati impos
tis illa est, vt nullius imperio sint subditi sacerdotes: pręterea omnibus vt lice
at cui velint sua erogare, omnibusq; data ab alijs possidere legitimū sit, simi-
lesq; eius generis leges. quę causa est, vt multi in hac ciuitates mendici cōuer
sentur, & pauperes, diuitibus certe quasi infestis stimulis ꝑpetuo molesti, qui
diuites numero quidē multo pauciores sunt. Qua in re eadē sunt huius ciuitatis
incōmoda, quę in examine apū permixti fuci inferunt, comedentes quidē mel,
at neq; colligentes quicquā, neq; adferentes: sicq; ab ijsdē fucis non alio mor-
bo totū examen apū afficitur, quā hęc ciuitas is prodigia, & maleficis, neq;

D enim dubiũ est, quin in illa ciuitate, vbi mendici cõplures sint, ibi, & fures es se, & latrones, & omnis generis scelerũ authores, proptereaq; eã ipsam infi nitis prope malorũ generibus affigi. Atq; hec iniquitas, iustitia, error, quę oĩa paucorũ dominationẽ consequuntur, in ambitiosa ciuitate nusquã cõparent. quo circa ea ipsa ciuitati optime proprior est, hęc vero ab eadẽ remotior, pro magnitudine, atq; varietate errorũ, qui in ipsa cõspiciuntur. His itaq; expositis, quę de ciuitatis ambitiosę in hanc postremã transitu, deq; . & genere, & numero errorũ, qui in hoc paucorũ principatu accidunt, dicta sunt: sequitur, vt de viro eius ipsius paucorũ dominationis simili disputetur: tum in qua po tissimũ ciuitate sit, tum aut quo modo, aut in quẽ transmutetur. Ambitiosus itaq; patet, si filiũ imitatorẽ sui habeat, ac forte ei filio contigerit, vt pauper efficiatur a calumniatoribus scilicet delatus, atq; accusatus, ex bellica aliqua expeditione, vel magistratu quopiam per ipsum acto, sicq; necessitate coactus ad lucrũ se, & quęstũ conferat, pauperiatem multo minus pati, quã mortẽ cõ stituens, adeo vt deposita omni ambitione, de congerenda tantũ pecunia co gitet, vt fieri solet: in hunc tandẽ modũ ex ambitioso pecunię cupidus effici tur, tũqĩ omnino similis est quęstuosę ciuitati, quemadmodũ, quem supra de scripsimus ambitiosum, similẽ esse ambitiosę ciuitati diximus: estq; & auarior, & parcior, neq; illis voluptatibus ciuilibus nisi necessarijs indulgens: quęcet

B e abstinentia ex virtute non proficiscitur. quicquid enim ex cupiditate dimi nuit, in aliam cupiditatem transmittet, quam maxime velut pręstantiorem prę sequitur: vt est amor pecunię, & auaritię. Ergo viri huiusmodi, si a quęstu, & alienarum rerũ acquisitione prohibebuntur, non amplius se a voluptatibus minime necessarijs continebunt, ea demũ in hac parte rerũ summa est, vt aua ritia (sicut dictũ est) sit corruptioni, atq; interitui per facile exposita. Ac, vt breuius dicatur, ambitiosus ille manifeste in voluptatibus deditum transit, siue voluptatem intelligas pecuniarũ oblectamentũ, seu alias cuiusmodi generis il lecebras. Quod idem de ciuitate ambitiosa intelligendũ, vt eadẽ rationẽ ha beat ad voluptatem, quam ambitiosus homo ad voluptarium: sunt enim eius dem generis ciuitas quęstuaria ciuitas quęstuaria, & voluptuosa. Nec alia fa ne ratio est, quę hactenus (vt vidimus) tot labefactauit Reges, vt sit pro exẽ plo nunc eorum principatus, quos coniuratos vocant, Nanq;. & ij primũ legi timam ciuitatem imitati sunt, quãdiu eorũ princeps vixit: mox regnante eius filio ambitiosę se dediderunt, ita tamen, vt pecunię etiam admisceretur cupi ditas: tum demũ res tota ętate nepotis in voluptariam ciuitatem abijt, ita vt a nullo voluptatũ genere abstineretur: eoq; pacto ciuitas ipsa funditus tẽpore suo deletur, cum eo tempore infecta illi dominatio, atq; inimica esset, quæ le

C gitimę Reip. legati est similis. Hic est igitur modus, quo vir ambitiosus in lu cri, atq; pecunię cupidum transit: hęcq; est differentia, quę inter illos ordines, & dignitates intercedit. nec enim obscurum esse potest, quęstuariũ ambitioso viliorem esse, atq; deteriorem, quod ipsum ad gradum, atq; ordinem istorum attinet. Quocirca hic locus sit maxime idoneus inquirendi, quandam in Rẽ pub. ex seipsa, quęstuaria ciuitas transeat.

Plato autẽ hanc ipsam, in popularẽ statũ permutari censet: ac virũ quęstua rium in eum, qui sit populari naturę similis permutari. Eo autem modo hęc ipsa fit permutatio, scilicet ꝙ, cum in paucorum dominio quęstus pecuniarius solus sit, qui maxime desyderetur, ideo coguntur primum leges imponere, quę huic proposito vtiles sint. Qua da causa primum eorum institutum est, vt cuilibet adolescenti sit liberum ees suas, atq; pecunias in quãuis cupidita tẽ, aut libidinem insumere: eoq; pacto ad id tandẽ deuenitur, vt illorum facul tates omnes distrahantur. fieri enim non põt, vt hac in ciuitate simul gradu pri mo honorum opes collocatę sint, & ad temperantiã factę leges condantur per aliquam necessitatẽ: quanqꝫ quę proxima consequetur lex, a virtute omnino aliena non sit. At vero cũ & sumptus, & voluptates liberę sint, necesse est nõ paucos etiã, ex generosissimis quibusq; pauperes fieri: & cũ eorũ multitudo quotidie in hac ciuitate augeatur, parcos illos, & auaros maximo in odio, ma

De viro paucorum dominationis.

De transmutatiõe quęstuarię ciuitatis.

ximaq; inuidia, atque detestatione apud eos esse par est, quoniam ipsi pau-
pertatis. atq; indigentię eorum causa sunt. Hinc certe multę, ac varię in hac D
ciuitate leges exorientur inquit: & diuites quidē certe vt qui prēter accumu-
lationem rei nihil aliud curent, seipsos molles plus nimio, atq; delicatos effi-
cient. Multiplicatis vero huiusmodi pauperibus in ciuitate, vt solēt inter exa
mina apum fuci nonnunquam frequentiores exori, dū se diuitibus comparant,
siue in re militari, siue in domesticis, vrbanisq; negocijs, quę cōmunione ciui
tatis coguntur ipsi obire: tunc se validiores, robustiores omni in re delicatis
illis agnoscunt, necnon illos vituperantes, diuitē eo modo. & esse, & fieri pro
bosum putant, & dedecorum. Itaq; Resp. huiusmodi haud dissimilis est vale-
tudinario corpori, & morboso, quod minime quaq; ex causa extrinsecus in-
currente in morbos incidit: sic quidē, & hęc ciuitas, siquā habeat aliā aduer-
sariam, prēsertim popularem, ij, quos supra diximus fuci populare ciuitati ad-
uersus suos opē ferent, simulq; in diuites illos coniurabunt, vt eos, & vita, &
fortunis spolient, aut in exilium pellant, aut redigant in seruitutem. Nec secus
vero quam corpus ipsum in sese, quasi dissidentibus partibus & laborare, &
commutari potest. ita quoq; hęc ciuitas intestino malo agitata, ac secū ipsa di
scordans periclitari sane, ac transire in popularem poterit. Quod tū accidet,
dū pauperes contra diuites coniurare eos ipsos subigent, ex quibus partim ne
cabunt, partim in exilium mittent: non aliter quā in his, quę nunc stant ciui- E
tatibus, aduersus opulentos pauperiores armari, atq; congregari videmus. Tā
demum igitur constituto in ciuitate pauperum imperio, eo res redierit, vt om-
nes sint ex ęquo liberi, nimiaq; libertate omnibus omnia licita sint, cuiusmo-
di certe imperium casu quoddam. & fortuna continebitur, in quo omnia sint
hominū genera confusa, nemo dignitate, aut honore prēstet, lex omnibus ęqua
bilis, vtpote qua, nec dignitas. vlla nec probitas excellat. Nec est status hic
popularis versicolori pallio, atq; depicto dissimilis, quo, velut speciosissimo
propter colorum varietatem in primis & mulieres, & pueri delectentur: ita
hunc quoq; popularē statū multiformem in primis, & varium prima specie
non pauci pulcherirrimum esse arbitrantur, at nihil esto profecto prima huius
Reipub. species, quippe, cum ipsa sit adeo corruptioni, atq; internicioni ob-
noxia: si non virtute aliqua, aut honore fulciatur, vt in his prēsentibus
ciuitatibus ac prioribus etiam popularibus perspicuum est. Ex quo ta-
men genere optima Respub. exoritur, & reliquę nihilominus, in eo nanq;
in potentia reperiuntur, cum in hac Repub. omnes mores reperiantur. videtur
enim primas ciuitates, quas natura protulit, necessitatē ipsam omnino coegis-
se: statimq; sunt populares consecutę, ex quibus velut fontibus reliquę omnes
in suo genere emanarunt, ac velut corriuatę sunt. propterea q; Plato dicebat F
hoc ciuitatis genus sapientibus curę esse debere, vt ex quo genus optimum,
ac ciuitati optimę maxime correspondens eligi posset. Velut si quis horreum
omni genere rerum abundans instituat, ex hisq; rebus alias venundet, alias,
quę sibi placuerint in suum vsum celigat. Inquit prēterea ille, hanc ciuitatē,
cū nullis rebus vtilibus, siue bellicis, siue domesticis muneribus ciues astrin
gantur, interire facilime. itam & hic cernere est sceleratos, atq; capitali sup-
plicio dignissimos, humani, atq; diuini iuris contemptores. Hic etiam nulla cu
ra est, nulla ratio earū rerū, quas in constituendo optimo ciuitatis genere op-
portunas esse, & necessarias diximus. Quo errore hęc ciuitas non parum ab
optimo statu recedet, & , siquis eam subito voluptarię, ac delicijs fluentę ciui-
tati, aut non dissimilem, aut eandem fortasse existimet, Verum hactenus de
permutatione quęstuarię ciuitatis in popularem, deq; popularis ipsius diffe-
rentia, atq; comparatione ad optimam, atque ambitiosam.

De homine popularis ciuitatis, eiusque mutatione.

Nunc vero est consequens de homine popularis ciuitatis simili, eiusq; muta
tione disputare. De eo itaq; dicendū est, talem virū hoc in statu ex eo fieri po
pularem, qui prius oligarchię similis fuerat, velut ex paucorū dominatu ciui-
tas nascitur popularis. siquidem hic ob eruditionis, & rectę institutionis penu
riam, quę in paucorum administratione est; propter ignauorum prēterea, &

A ocioforũ copiã, quãquam ab eo natus ſit, qui inter principes ipſius oligarchiæ ſit, neq; deſiſtat filium ſuum ad ſuos mores, genuſq; dominij, & vitæ, attrahere, nihilominus aliena, & extera admonitione, tũ ad abſolutam libertatẽ, tum ad voluptates reuocatum, cuiuſmodi interpellatio libertatis, atq; voluptatum cum valuerit, atq; durauerit diutius, proculdubio in omnẽ cupiditatem, libertatem licenciofam ſe dedet, ſuper neceſſarias etiã voluptates, quas, velut a patre iam antea ſuppeditatas acceperat. Non neceſſariarum vero, ac ſupervacuarum illecebrarum maior cura eſt, ad quas per neceſſarias illas cupiditates tranſitus eſt. Eas autem intelligo, quibus ad vitam neceſſario indigemus. ſicuti & potus aquę, & cibi eſt deſyderium: quorum alterũ humiditatem corporibus neceſſariam conſeruat, alterũ vero penetrare facit, & tranſmittit in corpus id, quod reſtauret, quod iam corpori deceſsit. ac diſſolutũ eſt. Sic ergo iuuenis ille nõ neceſſarijs tantum voluptatibus addictus eſt, quinimmo, & cupiditatibus alijs, vt quęq; veniunt in mentem: adeo, vt nonnunquã ita ſe vino ingurgitet, vt ebrius plane, ac mentis impos efficiatur: tantũ inter dũ aquę hauriat, vt eius frigiditate, naturę temperamentũ obruatur: ſępenumero in exercitationibus gymnaſticis ſe quolibet genere pugnę exerceat: alias & vita, & inſtituto ſit non diſsimilis illis, qui philoſophiã profitentur: contra alias omni in re agenda ſocors penitus, atq; iners appareat. ac (ne pluribus)

B rius mores plane ſint inconditi, atq; indefiniti: huiuſq; vitæ inſtitutũ nimis delicatũ, ac librũ nuncupari debet. Quod re vera ab humano propoſito alienißimũ videri poteſt. ſiquidẽ homo, cum vnicum finem ſpectet, debet eius quoq; conſuetudo vitę, ſeu operatio in certa, ac determinata eſſe inſtitutione. Iuuenis igitur, qui ad hunc, quẽ paulo antediximus. modũ affectus fuerit, omnino Reipub. populari ſimilis erit. qui, ſi ita ſe habere ponatur, erit eadẽ iſtius ad reliqua genera comparatio, Reipu. popularis ad reliquas ciuitates, Atq; hic locus ſe offert quidem maxime idoneus, ad diſcendũ in quod ciuitatis genus populus transferratur, & quæ illius ipſius commutatæ vis ſit: in quem deniq; virum popularis iſte tranſeat: ac eius ipſius, qui ex populari exoritur, quis dignitatis gradus, quæ amplitudo, quæ felicitas. Hanc igitur popularẽ gubernationẽ maxima ex parte in tyrannidẽ deficere Plato arbitratus eſt. ſiquidem enim ex populari ſtatu ea ratione tyrannicus exoritur, qua popularis ex paucorũ potentia. Non enim paucorũ adminiſtratione exit popularis gubernatio, quam propter in explebilem diuitiarum, atq; exceſsiuum quæſtus appetitum, qua ex cupidine populares ipſi non pauci neceſsitate ipſa fiunt pauperes, ſcilicet quos, velut inter apum examina, fucis ſimiles eſſe oſtendimus. Eadẽ quoq; cauſa eſt, quę popularem ſtatum in tyrãnica dominationẽ conuer

C tit, ſcilicet inſatiabilis, & libertatis, & omnigenę licentię amor. quicquid .n. exceſſu, atq; ſuperabundantia obruitur, neceſſe eſt in diuerſum penitus cõtrariũ habeat: neq; hoc in his, quę voluntate aguntue, verũ etiã in naturalibus videre eſt. Sic igitur libertas ſumma cauſa eſt, vt fuci illi in ciuitate coorientur, nõ diſsimiles his fucis, quos in potentia paucorum naſci diximus: quanquã hic tamen iſtorum non paulo maior copia eſt. illic enim in paucorum dominatu principes ignauos huiuſmodi homines, ac deſides, ac voluptatibus diffluentes non amant, ſed ne tollerant quidẽ, quin potius omni opere oppugnant, atq; affligunt, qua ratione in ſtatum eũ tandem terminatur, ac deficit illa ciuitas, qui q̃ſtuariũ inter, & tyrãnicũ medius eſt, popularis quidẽ ipſe, de quo nũc agitur. Ac in eo quidẽ, nõ vt illic inertes, atq; pigri odioſi ſunt, aut graues, verũ oibus accepti, & inter cęteros honorati maxime habitiq; pene principiũ, atq; dominorũ loco. Eſt .n. huius ciuitatis, vel natura, vel cõditio, vt cũ libertas publicũ inuaſerit, demũ in ſingulas familias, in ſingulas domos ſe inferat: atq; eo vſq; permiſceat oĩa, vt filiorũ cũ parentibus, ſeruorũ cũ dominis, mulierũ cũ viris gradus, atq; cõditio par ſit, & labefactatę leges, & periculcatę, ut nullius in ſe dominiũ agnoſcant, atq; breuiter nihil pter abſolutã, plenãq; oĩno libertatem, aut velint, aut ſuſtineant, ac vt ſinguli quidẽ, velut omniũ rerũ pro libidi ne domini ſint, quã ſcilicet, & quomodo libeat, Quę neceſsitas certe incredi-

bilem pessimi fucorum generis multitudinem afferet, haud secus, quam aduer-
sa corporis valetudo vitiosorum humorum, velut pituitæ, bilisq; & flauæ, & D
atræ copiam sufficit: sic sane populus, hoc fucorum genere supra modum pullu-
lante, & grassante, transit in tyrannicam administrationem. Quocirca omni cu-
ra cauere legislatores debent, ne genus hoc fucorum pestiferum ciuitatibus ob-
oriatur: ac penitus diligentius ab illis agi debet, quam a medicis, ne humores no-
cui in corporibus exoriantur. Ac, si quando hoc genus incipere, atque enasci
animaduerterint, radicitus illud, ac funditus excidant, & extra ciuitatem ipsam
proijciant: quemadmodum pituitam quoque de corpore humano, & vtranq;
bilem medicus educit, proijcitq;. Quanquam non paulo maior, vt in re etiam
grauiore legislatorum, atque principum, quam medicorum cura, & obseruatio esse
debet. Nemo enim hac in ciuitate nasci videtur, qui cupiditatibus positis, & il-
lecebris imperare. Verum enimuero (vt Plato etiã inquit) hominum tria sunt
genera in hac ciuitate nascentium, quorum maxime ortus ad transmutationem
ipsius in tyrãnidem conducit. horum primũ est genus fucorum, quales iam ante
descripsimus: qui videlicet per omnem licentiam, atque libidinem se libertate
explent, cui generi hac in ciuitate laus est maxima, honorq; præcipuus expo-
situs. Alterum est, idque turpissimum, quod soli auaritiæ, soli quæstui, reique
conquirendæ studet, & ex talibus maximam mellis copiam exprimit. Tertiũ E
vero, ac postremum genus eorum est, quorum cura dũtaxat in suis commodis
versatur, suntque reliquorum penitus vtilitatis negligentes, neque pecuniosi
tamen admodum, neq; opulenti. Atque hac in ciuitate illud genus opulentum
reliquis illis duobus, velut prædę, rapinæq; exponitur: siquidem illa hoc se-
cundum quoad possunt fortunis omnibus, atque facultatibus spoliant. Alterũ
quidem libertatis, atque licentiæ cupiditate ductum: alterum ea ratione potis-
simum, quod summam sibi dignitatem opibus, atque copia constare arbitratur. Et
re vera primorum illorum dignitas consistit, quatenus popularis administra-
tio producitur: idque facultatibus, quas illi vtcũque quęsierunt, & depredati
sunt inter plebem dispertiendis. Itaque (vt inquit) post iniurias huiusmodi, &
rapinas consequens est, vt in hac ciuitate litigia, contentiones, accusationesq;
nascantur. Ac populus quidem ipse in vnum aliquem conuertetur, ac spectabit
qui inter eos, quos libertati, & cupiditati deditos diximus excellet: huicque
fortunas suas omnes, velut pręsidio rerum suarum, ac propugnaculo cõmittet.
illique omnia necessaria suppeditabit, extolletq; in summam dignitatem. Qui
vir nihilominus tandem adeo libertati publicę infensus, atq; hostis efficietur,
& proprie pedetentim tantum erogabit, vt tandem populum maxima ex parte
sibi subijciat: eaque ratione, & naturam, & officium tyranni ipse obeat, Iam
enim inde a principio dominij sui officijs, oneribusque tyrannicis continenter F
se exercens, eo tandem peruenit, vt vere tyrannus effectus sit. Principio enim
populum plane sibi subditum, ac obnoxium arbitratui sui nactus, seu corripere
quempiam, seu persequi, seu necare libeat, velut contra odiosum hostem fieri
solet, id quomodocunque facere non desinit: atque ita nonnullorum hominum
auxilio contra alios ad tyrannidem arripiendam vtitur, ob generum hominũ
diuersitatem, vt diximus, quæ in ciuitate reperiuntur, & pręsertim contra opu
lentos. qui certe populo sunt maxime odio. Neque cessat exitia, ac cædes cru-
delitatemq; exequi, quousque sit maxime ciuium parti detestabilis, vicissimq;
ipse princeps odiosus: itaque cogitur necessitate tyrannicum imperium insti-
tuere, ne aliquo a coniuratis contra eum in ciuitate inimicis interimatur, cu-
ius quidem rei exemplar quoddam est Cordubensium ciuitatis status: qui, cum
quingentis annis a populo administrata fuerit, post hoc tempus per quadragin
ta annos iam transmutata est in tyrannidem. Quibus vero gradibus tyrannus
huiusmodi ad eam seuitiæ, atque crudelitatis rationem progrediatur, & quo
eius tandem dominium, ac principatus eum deferatur, quid, quãtumque ab eo
damni ciuitas ferat, quantum ipse etiam a seipso, ratione quidem, atque indu-
ctione ostenditur. Principio enim homo is salutationibus factis, ac more etiã
ipso populo gratus, omnes quodammodo in officio retinere videtur, ita vt eum

A non tyrannum, sed mansuetum, ac iustum esse ducant, quasi qui æqualitati, & re-ctitudini studeat, præsertim inter eos ciues, quibus cum pecunias, & bona cæ-tera partitur: vt nihil aliud quam multitudinem, atq; ciuium cœtum curare, & re-gere appareat. Iam vero, cum hostium externorum partem sibi pace, ac fœde-re adiunxerit, partem sustulerit bello, partem quomodocunq; represserit: cum pacate possit viuere, nihilominus non semper bella solicitat, vt ea ratione fa-cilius ciuium suorum imperio abutatur. Ipsi enim bellicis sumptibus exhausti, minus resistere illi, aut insidiari possunt: quippe, cum rebus necessarijs quæren-dis: ac quotidiano victui comparando astringantur. Quale certe quiddam nostra-tibus accidit, qui celebris illius viri Ioannis filij imperio adheserunt. At ille præ-terea putabit esse in populo nonnullos, quos ipse timere deberet, eosque potis-simum, qui inter cæteros ditissimi, ac potentissimi sunt: vtiturq; omni arte, & industria ad illorum exterminationem, & interitum, ita vt eos trucidandos ho-stibus per occasionem subijciat, in pugnamq; eos mittat. Sic enim necesse est, eum odio habere similes sibi viros, qui certe apud eum auctoritate, atq; officio plu-rimum poterant. Et certe his, quæ diximus, agendis non minima inimicitiarum aduersus eum causa contrahitur. Ex quo consequens quoq; est, eum id tota ope-ra agere, vt huiusmodi viros potentes, potentiaque, & magnanimitate cæteris præstantes e medio tollat, atque ita sibi ciuitatem subiuget: neq; hæc agens, co-B gitansq; cessat, quousque ab hoc hominum genere ciuitatem purgauerit. Sane quidem purgatio ea est ei contraria omnino, qua medici curandis corporibus, & sapientes in conseruandis optimis Rebuspublicis vtuntur. siquidem ij, quod deterrimum est eijciunt: tyrannus contra quod optimum est extrudit. Itaq; ty-rannum tandem, aut non viuere omnino necesse est: aut, si viuat, cum improbis, ac maleficis, & capiti suo infensis vitam degere. Neque dubium est, quin quo infensiores sibi ciues reddiderit, eo pluribus quoque, ac fidelioribus ad custo-diam satellitibus indigeat: quos certe sibi exteros, ac pessimos quoq; ex omni gentium, ac populorum colluuie mercede comparabit. ij inquam erunt sui ami-ci fidelissimi, qui illos priores, a quibus iste fuit constitutus princeps populi, maxime infestabunt & affligent. Eo denique res flagitij, atque dedecoris pro-rumpet, vt, cum ad exercitus alimoniam, atque stipendium, rerum copia desit, ad sacras, siquæ in ciuitate occurrant, opes violandas, diripiendasq; conuertatur: nec minus eorum facultatibus, ac fortunas abstinebit, qui ipsum dominum con-stituerunt. Quæ iniuria, si diutius exerceatur, eumq; cognouerit huiusmodi po-pulus præter opinionem, quam de ipso, dum rerum dominium traderet, conce-pisset (neque enim eum aliam ob causam rebus administrandis imposuit, quam vt a diuitibus, qui, & maximi, & optimi videbantur, liberaretur) nec certe vl-terius insolens, ac proteruum istius dominium feret, conabiturq; oppressorum C ciuium, omnibusq; fortunis exturbatorum multitudo illum ex ciuitate detru-dere, ille contra, vt potentior astrictiori seruituti subijciet, arma auferens, & alia fere libertatis instrumenta, neque aliter, aut maiore successu hic sub hoc tyran-no seruitutem commutauerit, quam qui fumum fugientes imprudenter se in flam-mas conijciunt, ac minus periculum vitantes, in deterius atq; crudelius malum incidunt. Ille siquidem eo tyrannum sibi dominum constituerat, vt leuem aliquo-rum seruitutem effugeret, verum enim in duriorem, minusque tolerabilem incurrit. Neq; vero tyrannica hæc iniquitas ratione tantum, ac sermonibus cognita est his nostris temporibus, quinimmo cum ipso sensu, tum etiam multorum expe-rientia, & testimonio. Itaq; hactenus nobis dictum sit, popularis Respub. qualiter in tyrannicam conuertatur: quæ inibi ciuium, & fortuna, & conditio sit. *De his in Nono.*

De viro populari quomodo in tyrannum permutetur.

Nunc de viro ipso moris, animiq; tyrannici dicendum, quo pacto videlicet ex populari illo in naturam, ingeniumq; tyranni desciscat: quærendumq; hic vir, cuius vitæ censendus sit, miseræ ne, & infelicis, cuiusmodi Respub. illa est, quæ tali opprimitur dominio. Itaq;, cum Plato eum virum descripserit, vt cupiditatibus minime necessarijs obsequentem, aut addictum melius, dicamus ipsum ideo Plato-nem statim ab his cupiditatibus exprimendis, indicandisq; incipere: moxq; ipse reuertetur ad explicandam rationem, qua ex populari ille tyrannus efficiatur: de-

Inde quam miser sit, q̃ infelix,& quantum cum ciuitate tyrannide oppressa si
militudinis habeat. Non necessarias ergo cupiditates asserit, quæ in somno
excitantur,atque commouentur, per eas autem feram illam, ac biuiam partē
intelligit, quæ rationali dormiente maxime excitatur, tanquam sopito, atque
somno oppresso domino. Pars etenim illa fera,atque inhumana in somno,dum
velut a rationis dominio libera est,ab omnique cogitatione,nulloque respectu
cohibita, nihil est certe tam nefarium. quod timore vllo, aut religione exhor-
reat:quę duo inter vigilandum non paucos affectus continere solēt inhonestos
& voluptates nefarias. Parte igitur rationali labefactata,aut impedita,leges
omnes,ac institutiones recte maxima ex parte depereunt: aut, siquid forte su-
pererit,hoc non nisi minimum quiddam,ac debilissimū esse potest. quod si ho-
mo diligentem rationis illius curam susceperit,nihil tale, quale nunc diceba-
mus patietur in somno: quin etiam pars illa rationalis per somnum id, quod,
velut per maximas vigilias aget,adeo vt nihil contra leges, contra ęquum,&
bonum concipiatur,aut cogitetur,Ideoq; hunc,qui rationem curat, virū,diui-
no:alterum,qui eius ipsius negligens est,fero,ac bestiali homini comparat. Ea
igitur parte cupiditatem minus necessariarum explicata, ad eam rationem se
refert,qua tyrannicus vir conficiatur ex populari: sicq; inquit, popularē eum
esse,qui ab ętatis initio ea sit affectione imbutus, vt nihil voluptatis nō neces-
sarię requirat,neq; quicquam magis. q̃ quæstus copiam, ac lucri. Verū enim-
uero,cum hic iuuenis inter eos versatus sit,qui se totos libidinibus.ac superua-
cuis illecebris tradiderunt,sitq; natura illis compositione,atq; meliore, pater
que ipsius, q̃ potest maxime ad suum viuendi institutum adducat,contra per-
diti illi ad vitam maxime frugalitati contrariam retrahant: ita sane eū ipsum E
necesse est in diuersa tractum, mediam quādam moris vtriusq; affectionē nan-
ciscet,moderate quidem,vt ipse potat illorum vtrunq; secutum: vt certe,neque
sion libere omnino,neq; dissolute viuendo,ex paucorum potentiæ simili in po-
pularem cōmutetur. Inquit rursus Plato,popularis huiusmodi viri, iam ętate
prouectioris filium esse ponamus,qui a teneris vnguiculis patrijs sub moribus
educatus,in eam fortē incidat,quam parenti ipsius contigisse diximus, videli-
cet vt solicitetur ab his,qui legis, ac morum transgressionem suadere soleant,
ac ad integram libertatem trahant, concurrente ex altera parte omni studio,
atq; opera ipsius genitoris,vt huiusmodi voluptates oriantur in eo:accedat φ
vel affines,vel domestici,familiaresq; nōnulli id, quod in patre non fuit, eius
cupiditatibus obsecundent,ita sane citra controuersiā vehementiam, ac præ-
ter modū in voluptates huiusmodi se dabit non modice. vt de patre diximus,
ipse enim non habet e diuerso, qui se in alterum extremum retrahat: nec certe
ei contingit in quoscūq; incurrere,a quibus vlla opera reprimatur,quin poti-
us omnes,quibus occurrit offendit authores libidinis suę,atq; voluptatis, qui F
eum etiam ad dānandam inuitent, incēdantq; omni studio. quibus certe rebus
fucum peiorem,ac deteriorem fieri planum est ijs, a quibus solent aptum exa-
mina vexari. Ipse siquidem, dum se in voluptates deuoluit superuacaneas, vt
sunt ebrietas, vnguentorū,ac rerum odoratarum studium, & quod breuius di-
catur,cuiuscūq; generis sint oblectamenta, ac maximæ consuetæ hominibus
voluptates. dum igitur in eas se precipitat,& immergit, quasi ex seipso,id est,
a ratione,& mente excedit:atque ita extra se positus cupiditatibus illis agita-
tus,stimulatusq; fucis quidem etiam ipsis, fuerit plane, ac summe perturbatus
in insaniam,ac dementiam quandam dæmoniacam conuertitur. qua etiānum
percitus,siquas sanas intus opiniones, aut voluptates frugales reliquas offen-
derit. euellit penitus,atq; abijcit. Ergo tyrānus huiusmodi(eum autem intelli-
go,qui præstantioris animæ partis prorsus est negligens,)furioso,atque ebrio
intellectus.ac mentis oppressu persimilis est. Ac sane in hunc modum furiosus
non tantū ad imperium hominum aspirabit, sed deorum etiam immortalium
dominium,si posset,sibi acquirere conaretur. Et in hunc quidem modū tyrānus
non perperā descriptus sit:nec quę a nobis commemorata est eius ex populari
cōmutatio contraria videtur, aut aliena,erit autē qualis a nobis descriptus est,

A tum maxime, quando, vel natura ipsa, vel studijs in eum cōcurrant omnia, quæ
a nobis enumerata sunt. Hęc autem vt sunt a Platone explicata, mox differere
incipit, huius ipsius viri, de quo dicimus, quæ ratio sit vitæ, qui mores, quæ
cōsuetudo, vbi certe illū inter voluptatū omnium abundantiam, & aculeū de-
bacchati ostēdit, ad voluptates omnia composita, vt sunt deambulationes, por
ticus, balneæ. spatia, gymnasia, theatra, & (ne multis) indulgere quidem omni-
bus quæ amorē istum impudentem, venereū, atq; īmoderatum confirmant: qui
amor in ipso maxime viget, habetq; in reliquis animi partibus dominum, ac
regit. vt nauē gubernator ad libitū regere solet. Ac vir equidē talis, nunquam
ascendi nouas voluptates, ac prioribus adiungēdi desistit: quin noue in eo quo-
tidie libidinis oriuntur, vt in arboribus alia atq; alia germina pullulent, & alia
id genus. Quibus omnibus non sine ingēti sumptu obtemperari poterit. ac de-
mum sit quãuis opulētus, & locuples, nihilominus omne cōfestim patrimoniū
prodiget: moxq;, cū præsenti sumptu indigeat. necesse erit pecunias fœnori ac-
cipere, & multa necessaria ab alijs mēdicare: cumq; semper vlterius instantes
cupiditates incitent, ad ea etiā, quæ assequi non posiit, & præsertim amor ille
insolēs venereus vrgeat, qui reliquis cupiditatibus ipse imperatur: eo vsque
(quēadmodum inquit Plato) vt nihil sit, quod concupiscere ille nō audeat, nec
se coerceat, adeo vt & columborum educatione oblectari etiam non negligat.
B Qua de re vnum de duobus illi accidere necesse est, aut eum quæcunq; desy-
derat ratione qualicūq; vsurpare, aut ingenti tristitia, immanibusq; doloribus
effici, haud minoribus certe, q̄ quibus vel parturiens mulier, vel quiuis ęgro-
tus maxime cruciatur, quod si partem patrimonij concessam iam sibi a paren-
tibus prodegerit, amplius & si quid supererit efflagitare, & in voluptates in-
honestas erogare non verebitur, quod si minime illi assensi fuerint, ad blāditias
primum, mox ad furta, postremo ad vim, ac paternæ pietatis violationē se cō-
feret. cui impietati aliquanto obstinatius, si se parentes opposuerunt, aduersus
eos ipsos tyrānum, omnis officij imemor aget: vt neq; tandem, si res ita tulerit
paterna cęde abstineat nefarias manus. quod genus flagitij passim nos per ciui
tates nostras vidimus cōtingere. Ad hęc, vt tyrānicus ille filius, si cuius non
necessarij amore captus sit, ac eorū maxime, qui delinquentē eum, & adiuuant,
& cęlant: illi certe videbitur nō iniquū esse eorum gratia amicos ipsos neces-
sarios explodere, maiores scilicet suos, auos: parentesq; eorū ipsorū, quos mi-
nus necessarios amat, nimiū arbitrio, ac libidini subijciat. Atq; ad domū eorū
fortuna est, quibus aut natura, aut moribus filius tyrānus efficitur. Cōsumptis
deniq;, ac profusis parentum facultatibus, cū nihil ipse tantum consequi possit,
quo magnitudinem cupiditatum expleat, sacra, ac templa tādem diripiet, infes-
tisq; itineribus viatores, quot incidēt spoliabit, prædas vndecūq; poterit aget
C ac deinceps omni temporis processu magis, magisq; adaugebūtur cupiditates,
maximeq; imperator ille reliquarū amor venereus, inhonestus dominabitur:
adeo vt, quæ vsq; a tempore pueritiæ, dum sub legibus paternis institueretur,
bonę opiniones supererāt, penitus euellātur. Erat autē a principio in populari
instituto, ac vita educatus: nūc vero interuētu tot furiosarū libidinū talis est vi
gilans (vt Plato inquit) qualis olim dormiens erat, nullius rei abstinens, nulla
religione, nullo cuiusq; rei timore deterritus. Quoties ergo aliquot tales in ci-
uitate populari fuci, seu coorti sunt, seu aliūde confluxerint, qui inter cæteros
potentia, atque facultatibus ad voluptates preualeat a reliquis tyrannus con-
stituitur omnium, ac dominus, idque imprudentis populi consensu, & auxilio.
Sic autem constitutus, velut superius patrem sibi, ac matrem subiecit, sic hic
quoque, & patriam suam ac omnium maiorum suorum matrem ciuitatem toto
conatu subiget. Si vero pauci in ciuitate fuci tales existant, quos probi ciues
increpent, tunc potentissimum sibi ducem ex suo corpore constituunt, aut
foris bellum gerunt, aut domi omne genus flagitiorum exercent, parietes fo-
diunt, ad cædes, ad rapinas conuertuntur. Quicunque præterea tyrannus est,
hac quidem natura est, vt nullum ipse ciuium vere diligat. neque ipsi inter sese
diligere studeant, Quocirca administratio ipsa tyrannica iniqua est, & iniu-

ſtiſsima, cum ſit maxime contraria ei ciuitati, quam nos ſuperius primā atq;
optimam deſcripſimus, a qua hęc plurimū, velut peſsima diſtat. Eſt quidem D
certe regnum omniū ſtatuū beatiſsimum, atq; optimū. Iccirco, cum non aliter
ciuitas a ciuitate, q̄ vir a viro diſcrepet, conſequens eſt, vt nemo neq; rege
ſit optimo beatior, neq; tyranno miſerior eſſe poſsit. Et ſi ciuitatis ad aliam ci
uitatem collatio clarior ſit, quam viri alicuius ad alterum, nihilominus tamē,
ſi vtrobiq; vna, atque eadem comparatio eſt, ex illa ciuitatum inter ſe, etiam
hęc virorum comparatio clara fiet, ita enim, dum quę ciuitatis propria ſunt
natura, & quę prętereа accidunt, cognouerimus, facile erit viri quoq; ſimilis
iudiciū ferre. Atqui nihil eſt manifeſtius, quā tyrannicam ciuitatē maxime
omniū ſeruitute opprimi, atq; a libertate abeſſe quamplurimū, ſic quoque cer
tiſsimum eſt tyranni ipſius animum omni ſeruitute atq; indignitate opprimi,
vtpote in quo pars ipſa vilisſima, ac fœdiſsima dominū obtineat, reliquis,
quę pręſtantiores ſunt ſeruientibus. Serua inſuper ciuitas, velut alieni iuris,
minime id, quod vult, aut cupit, poteſt agere: aut forte ſi agat id, minimum
quidem, ac nullius momenti eſſe neceſſe eſt. Tyrannorum ſimiliter animus,
velut dure, & miſere ſeruiens, ſemper lamentatione, ſemper mœrore, ſemper
triſtitia, ac rerum omnium inopia laborat. Etenim ciuitates, tyranno ſubdi-
tas inopes quidem eſſe, neq; vnquam neceſſarijs affluentes eſſe conſtat: ita
quoque tyrannicus animus vbiq; inops, vbique famelicus, atque indigens. E
& quemadmodum (vt inquit Plato) ciuitas, quę ſub tyrannide eſt, omnia for-
midat, ſic tyrannus ipſe nunquam eſſe ſibi in tuto videtur. Et quemadmodū
illic frequentiores querimonię, frequentiores fletus, ac gemitus, quam vſquā
gentium eſſe ſolent: ſic nemo cupidinibus magis pernicioſis, magisq; luctu &
dis, quam tyrannus afficitur. In eumq; morem Plato ciuitatibus ipſis viros il-
latum aſsimile; comparat, & quandoquidem (vt dictum eſt) ſimilitudo, quæ
inter optimam, & tyrannicam intercedit, apertior eſt, quā quę inter ſimiles
illis viros ob id, velut exemplo tyranni ipſius naturam, atq; conditionem ex-
poſuit. Etenim temporibus illius magno in honore, & frequenti vſu erat impe
riū tyrannicū, quod etiam erat poetarū carminibus decantatū, & celebratū,
quaſi liberū quoddam, ac legitimum dominium, iuſtūq; eſſet. Ipſe quoq; poe
tas non paucos in his noſtris ciuitatibus natos cognoui, qui hoc dominij ge-
nus optimum eſſe putarent, & in primis requirerent, vtpote in quo ſuam quan
dam dignitatem, authoritatemq; retinerent. Dicit prætereа Plato, nihil ob-
ſcurum eſſe tyrannum ſe erga ciues ita gerere, qualiter erga ſeruos dominū:
vt ſcilicet opulentum quempiam eſſe fingamus, & mancipijs in primis eum
abundare. quę ideo non ſunt formidabilia iſti, quia fretus ſit reliquis ciuibus F
ſuis, quos duplo plures, quā ſeruos, eoſq; liberos omnes habet. Quod ſi ſeor-
ſum ab alijs ciuibus cum vxore, ac liberis, facultatibuſq; omnibus inter tot ſer
uos habitare: tunc, vtpote vbi nullum a liberis hominibus auxilium pręſens,
promptumq; eſſet, illum nonne par fuerit de ſe in primis, de vxore, de liberis
timere? deq; rebus ſuis omnibus, tanquā omnia illa ob ſeruos verſentur in
diſcrimen? Ac tandem quid faceret aliud, niſi nonnullis ex ſeruis ipſis abblan
diretur, ac policeretur quamplurima, cogetur tandē omnes, vel aliquos ſeruos
claudere, eorūq; aliquos quandoq; ipſe vinculis ligare, multaq; illis neceſſa
ria parare, ac nulla apparente ratione ad id cogente, numerare. Et certe eo ſe
modo genere cogitur, eoq; diſcrimine, ac timore viuere, niſi ſe cū ſuis omni-
bus perire malit. Age vero, alios circumquaq; mortales proximos illi circun
demus, qui haud quaquā patiantur alterū alteri dominari, quanta eū inopia:
quanta anguſtia rerū, & difficultate aſtrictū putabimus, qui, velut carcere quo
dā clauſus eſt? Hęc plane conditio eſt ipſius tyranni, taliq; carcere perpetuo
coercetur, ſemper fame, ſemper timore vexatus, nunquā ipſi imperans, nun-
quā vſq; eo compos ſui, vt egredi vſquā liceat, nec reſpicere quidē quod pla-
ceat liberum eſt: verum ita incluſus muliebrem verius vitam agit, q̄ viri-
lem. Hęc inter cętera huius viri mala hoc minimum eſt, q̄, cum ſibiipſi
imperare non queat, alij dominari enititur, qđ perinde eſt, ac ſi imbecilli quis,

A atq; ęgro corpore, suę valetudinis, & salutis negligens, alienę sanitatis sata-
gere incipiat. Qua de re quis omnium, quęso, grauiori seruituti illigatus est,
quã tyrannus? cuius appetitus, atque libidines nulla industria, nullę opes im-
plere valeãt: semper in mœrore, semper in angustia, semper in desyderio, quo
ipso animus maxime inops existit: exinde inuidus, ininstus, omnis amicitię ex
pers, illos siquidẽ affectus, cũ iam antea accepisset, tunc multo magis ex ob-
tentu tyrãnidis adeptus est: ex quo etiam est consequens, infortunatũ eũ esse,
& infelicem, Adde etiã, ꝙ qui aut fortuna, aut casu in sublime euehuntur, sę-
penumero miserabili ruina in infima recidunt: quod adeo sua sponte cõspicuũ
est, non ratione tantum, verum etiam sensu, Atq; adeo ad huius sermonis cõ
pendio, & ciuitatum superiorũ ordo, & earũ ipsarũ felicitatis, infelicitatisq;
gradus, ac series, necnon eorũ, qui in his ipsis dominantur, conditio manife-
sta est: ita vt beatissimus omnium sit probus rex, miserrimus, ac detestatissi
mus tyrannus. Atq; hactenus de ciuitatum illarum natura, & mutatione inter
se, hominumq; etiam similium a Platone disputatũ est. Potest autem aduersus
ea, quę diximus opponi, vt si verum sit, quod a Platone dictum est, scilicet
harum ciuitatũ eã esse rationẽ, vt alia alij contraria sit, quemadmodũ inter se
optima ciuitas, & tyrannica sunt contrarię: quoniam inter talia contraria me
dium intercedere necesse esse, videatur velle harum ciuitatum inter sese com
mutationem non nisi ordine fieri. quod tamen hic non ita est, cum non per me
dia commutatio fiat, vt a natura fieri solet. Natura etenim ipsa non, nisi per
media, quę intercurrunt contraria, aut conciliat, aut permutat, Enimuero res
B ipsæ, de quibus tractatur, voluptatis sunt tantũ non naturæ: vnde quodam-
modo his ipsis in ciuitatibus etiam singuli omnium, quas descripsimus naturę
cõprehenduntur, ea scilicet facultate, vt quęuis in aliam quamlibet transfer-
ri possit, atq; mutari. Dicimusq; hanc qualecunq; ciuitatem transmutationem
a Platone positam, ita non intelligendam esse, tanquam omnino necessaria sit,
verum tantummodo, ꝙ ita frequentius accidat. cuius rei causa est quoniam, si
in ciuitate quis ab eunte vitæ instituatur illius ipsis ciuitatis moribus, tametsi
natura ipsa sit maxime legibus illis contrarius, nihilominus tanta institutio-
nis illius, atq; educationis vis est, vt imbutus ipse ciuitatis moribus a natura
sua, ciuitati illi contraria, recedat maxima ex parte: ita vt, siquid a ciuitatis
moribus discrepet, non eo vsque tamen, vt non posse ad illius ciuitatis mores
transferri. quę ipsa etiam est causa, ꝙ nulla sit tam praua, tam peruersa homi
nis natura, quę institutione non possit ad humanas virtutes formari. Nonnũ-
quam vero, rara admodum tamen, id prohiberi potest: quod quidem in prima
huius scientię parte iam probatum est, ibi etiam comprobatum est, viam ad
actiuas virtutes assequendas vnam consuetudinem scilicet, esse quemadmodũ
ad speculatiuas scientias doctrinam ipsam, seu disciplinam, Ergo homo, si in
C mores alios, quã quibus imbutus est redigetur, hoc nisi consuetudine, legibus,
atq; institutis variatis fieri non potest. At vero in Repub. pręsertim quidem
in optima illa, non statim leges consuetudineq; mutantur, ob vsum scilicet diu
tinum virtutis, moresque ipsos optimos, confirmatosq;, in quibus sunt ciues
exercitati, atque instituti. immo vero dum mutantur sensim id fit, nec nisi in
n similiores, ac propriores primum transeunt: ac ita necesse est affectus ipsos,
atque habitudines, seruato deinceps ordine subinde immutari, quousque ad su
premam corruptionem perentum sit, in qua, velut in extremo omnium gra-
duum pessimi, & perditissimi mores insunt. Exemplum autem horum omniũ
facile est ex his moribus colligere, qui haud ita pridem apud nos capere, &
iam annum quadragesimum progressi, in primisq; per potentissimos quosq;
ex quo enim status ambitiosus irrepsit, in quo enutriti illi sunt, iam etsi, in
paucissimis eorum, optimę ciuitatis mores, ac studia remanserint, pręsertim
in viro virtute institutorum legalium prędito. Deniq; cum superiora illa Pla
to absoluit, cupiditates quidem ipsam inter se ita comparat, vt palam sit, quę
quemq; istorum consequatur: quę sane comparatio sic absolutior est, & pleni-
or. Quibus explicatis demum ipsis de partibus huius scientię necessarijs sex

mo terminatur, quod nos declarare in animo habuimus. Itaque inquit Plato D
cum vires (seu mores) animę tribus videantur comprehendi generibus, quot
sunt, etiam ciuitatum distincta inter se genera: Prima est pars animę, qua ho
mo sapientiam amat, & affectat: Secunda, qua finem diligit, partim modera
te, vt ambitiosius: partim nimium, & in excessu, vt tyrannus: Tertia additur,
Voluptatum genera tria. quę concupiscentię est, vtilitatem maxime affectans: Voluptatum idcirco ge
nera tria esse necesse est, quę vnicuiq; horum correspondent: cum nemo am-
bigat ipsas voluptates, veluti quandam vmbram corpus insequentem, eas illa
insequi. Hic autem Plato ad harum voluptatũ indagationem, quę videlicet
earum eligibilior sit, vtitur argumentatione topica. Ita enim inquit, si ex istis
tribus hominum generibus vnum quẽuis interroges, quę voluptas illarũ triũ
dulcissima esset? quidem suam quisque duabus reliquis anteponet. Deinde sub-
dit ipse insignem quendam locum, qui in secundo Topicorum libro ab Aristo
tele explicatus est. diciti; in hunc modum, Delectum, atq; iudicium sapientis
cęterorum sententia verius esse, atq; prestantius. Idq; sic probat, ꝙ duo prę
stantissima ad iudicandum, ac examinandum instrumenta penes sapientem so
lum sint. ea autem experientia, & ratio appellantur. ergo philosopho in di-
iudicandis, deligendisq; voluptatibus, tum ratione, tum experientia creden-
dum est. Experientia sane voluptatum, quam iam inde a pueritia sumpsit, do
tatus est, reliqui duo nullam omnino sapientię experientiam, nullam volupta E
tis illius sensum perceperunt: atq; id de experientia. De ratione quis omniũ
tandem ratione, nisi Philosophus res inspicit? nam vulgus ipsum quo tandem
modo oblectamenta maxime perspicit, nisi cum doloris aliquid contrarij susti
net? vt ęgrotos tandem ita sanitatem laudare videmus, vt nihil dulcius, nihil
amabilius esse fateantur: vt sanitatis ipsius sensum, tum demum habere vide-
antur, dum morbo aliquo laborant. Similiter opulentię summę sunt in pauper
tate extrema laudes. & tam nihilo magis necesse est rebus suauibus per se, vt
sales sint, aliquid contrarium, atq; molestũ antecedere, velut palam in viden
diq; sensu, ac cæteris fieri videmus: eam multo etiam prestantiora ea delecta
menta putanda sunt, quę ipsa, vt sentiantur contrario aliquo precedente non
indigent. Hunc vero sermonem aliquanto prolixius Plato extrahit, id tantũ vt
probet quantum ignorantia omnes homines, preter Philosophum, vel ipsis in
voluptatibus ęstimandis hallucinantur, quantumq; ea in parte cęteris philo-
sophi prestent. Verum ea ratio, quà vtitur, nihil habet cum demonstratione
commune: ob idq; est a nobis magna ex parte pretermissa, & tantum ex ra-
tionibus ipsius imponendum accepimus, quantũ nobis demonstrationis speciẽ
habere videbatur. Est enim post aliquod interuallum hac ratione vsus, fames,
& sitis, quemadmodum corporalis habitudinis quędam animi exinanitiones
sunt: ita ignorantia, atq; imprudentia sunt quędã animi vacuitas, & inanitio, F
Neq; aliter animi peritia, atq; intelligentia replentur, ꝙ̃ alimentis corpora
reficiuntur, Ea autem merito prestantior, atq; solidior repletio est, quę ex
eo quod prestantius est, & melius conficitur: id enim quod ita prestat, aliquan
to verius, aliquanto maius esse videtur. Atqui res ipsę tanto excellentiores
sunt, verioris, puriorisq; substantię, quo magis ad res appropinquat, quę sunt
ęternę, infinitę, immortalisq; veritatis, & perpetuo manent: contra de his,
quę maxime distant sentiendum est, qua ratione id, quo animę defectus, & va
cuum illud qualecũque est, expletur, multo verius quidem est, & melius, ꝙ̃
id, quod corporis euacuationi summititur. Neq; id sane iniuria, cum anima
ipsa sit ęternarum rerum substantię multo magis cognata, multo magis propin
Ratio demõstratiua Platonis de animorũ imortalitate. i Decimo libro. qua, ꝙ̃ corpus, eo ipso, ꝙ illi ad cognitionem, atq; voluptatem subiectum
est, ęterno atque immortali. nam hic in anima repletionem sapientiam intelli
gimus, atque cognitionem. Ad hęc quo quid virtus est, quin prestantius, atq;
durabilius quid est, eo huius ipsius voluptas est optabilior, siue de intellectus
delectatione intelligamus, siue de alia quauis. Iam vero alię omnes delecta-
tiones momentaneę sunt, & quasi puncto temporis corrumpuntur, propterea
ꝙ sunt contrarijs suis vbique permixtę: intellectus voluptas nihil, quod vs-

A quam sibi aduersetur reperit, eaq; ratione, aut ęterna est, aut, si forte intereat, non ex contrario id fit, sed ex variatione quadam, ac mutatione, quę ei oboritur. Hęc autem Platonis ratio omnino (ita me Deus amet) demonstratiua est. Dicit pręterea voluntates ipsius intellectus ideo pro maiori parte pręstantiores reddi, qui intellectus eas efficit, id vero quo est causa, vt aliquid sit pręstans bonum, idipsum quidem longe pręstantius erit, & melius. consequens ergo est, vt iudex (scilicet intellectus) adipiscatur, & cognoscat maxime, atq; optime omnes voluptates: hoc autem verum est. At ratio illa, qua vtitur, scilicet q̄ id, quod est causa vt aliquid sit pręstans, illud idem pręstantius erit, probabilis quidem ratio est, & celebris, non demonstratiua, vt Galenus putabat Dialecticę imperitia deceptus, qui has omnes Platonis rationes demonstratiuas esse asserit, cum vna tantum, quam ostendimus, ĩdemonstratiua sit inter omnes, quibus comparandis, diiudicandisq; inter se voluptatibus vtitur. Deus tibi optimus maximus vitam diu proferat, ac honorem, vir pręstantissime. Hęc vero est scientiarum ad scientiam huius ciuilis disciplinę spectantiũ summa, earumq; necessariarum in hac parte explicanda, quam tres nostri cõpendij partes Platonicæ Reipublicę attributę sunt complexę. Idq; totum, in quam potuimus breuissimam orationem contulimus, q̄ nobis temporis quoq; facultas fuit angustissima. Idque meo iudicio sumus assequuti, verumque Pla-

B tonici sensus intellectum, vestro in primis auxilio, quorum hac in arte societas, vbicunque opus erat, fuit mihi (vt semper alias) peropportuna. Neque enim hac solum in re, vestra fuit mihi opera vtilis, ne id quidem quicquid est, quod Dei immortalis benignitate sortitus sum humanę, vel facultatis, vel honestatis, sine adiumento vestro, sine studio mihi vsquam constitisset. Quod autem vos intelligere velim viri pręstantissimi, quorum splendorem, ac gloriam Deus quamlongissime proroget; decimus Platonis liber huic ciuili, quã tractamus disciplinę, nihil admodum conferat. Quid poeticę primordia ad hanc ipsam possint conducere, quibus neq; fini, vllus constat, neq; per ipsa veram adipiscimus scientiam? idq; iam alibi, & hic lucidius explicatum est. Mox paulo ille suasoribs inductiones, ac rationes locis quibusdam probabilibus depromptas subdidit, quibus animam immortalem esse probaret. Et infert deinde fabulam, quę designata eorum animis loca describat. quorum in gustus, ac tactus, reliquorumq; sensuum illecebris, dum viuerent, spectabilis fuit continentia. Rursum vbi voluptariorum, vbi flagitiosorum animę, vbi fraudes, vbi scelera puniantur. Enimuero iam nos antea sępius prędiximus, istiusmodi fabulas non esse alicuius momenti. His enim quecunq; videntur virtutes comparari, aut verę virtutes non sunt, aut si virtutes dici debent, virtutis ipsius nomen ęquiuocum esse oportebit. Adde etiam, q̄ huiusmodi figmen-

C ta quammaxime a communi ratione absunt: quod iam satis a nobis dictum esse arbitror, quo loco de toto imitandi genere diximus. Etenim Platonem videri eam fictam, fabulosamq; rationem ingerere, quę tamen nihil ad humanã probitatem necessaria sit: neq; vero ita vtilis, vt facilius ad virtutem mortalibus iter aperiat. Quippe q̄ homines non paucos cognoscimus, qui suis ipsi legibus, atque moribus freti expertes plane, & rudes istarum fictionum, nihil virtute, nihil vitę instituto professoribus talium historiarum concesserint. Sunt tandem hoc in genere (fateor) veteres illi inter se conflictati: sed in eo etiam anxie (nec mirum) & perplexe Plato versatus est. At vero neque primo Reipublicę libro rem, nisi localibus argumentis agit haud vnquam, nisi vbi forte accidat rationibus demonstratiuis vsus: & idem ipse factitat in secundi libri pręfactione, qua de re nihil eorum prorsus attigimus.

Paraphrasis in libros de Republica Platonis finis.

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz & &
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh
Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo
Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt.

Omnes ſunt quaterni.

VENETIIS Apud Cominum
de Tridino, Montisferrati.

M D L X.